R. 14.952

R 15945

TOMVS TERTIVS

CONCILIORVM OMNIVM, TVM GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM ATQVE PARTICVLARIVM, QVAE IAM INDE AB Apostolorum Temporibus vsque in præsens habita sunt, quibus iam demùm non parùm multa accesserunt, magno studio hincindè conquisita, atque hactenùs non parùm desiderata.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA
Sala: A
Estante: 43
Numero: 66

Horum nomenclaturam & ordinem, versa pagina ob oculos ponet.

Biblioteca Universitaria GRANADA

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruuinum Calenium, & Hæredes Iohannis Quentelij, anno Domini M. D. LXVII

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in decennium.

1626777

R. 14.952

R 15945

TOMVS TERTIVS

CONCILIORVM OMNIVM, TVM GENERALIVM, TVM PROVINCIALIVM ATQVE PARTICVLARIVM, QVAE IAM INDE AB Apostolorum Temporibus vsque in præsens habita sunt, quibus iam demùm non parùm multa accesserunt, magno studio hincindè conquisita, atque hactenùs non parùm desiderata.

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 43
Numero: 66

Horum nomenclaturam & ordinem, versa pagina ob oculos ponet.

Delen de Granada

Biblioteca Universitaria
GRANADA

COLONIAE AGRIPPINAE
Apud Geruuinum Calenium, & Hæredes Iohannis Quentelij, anno Domini M. D. LXVII

Cum gratia & Priuilegio Imperiali in decennium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

CONCILIA HOC TERTIO TOMO COMprAEHENSA.

Quæ præfixum habent aſteriſcum, ea nunc primùm acceſſerunt.

CConcilium Toletanum 12. circa tempora Agathonis vel Leonis papę ſecundi. pagina I.
Concilium Toletanum 13. Eringij regis tempore. 9.
Concilium Romanum ſub Gregorio ſecundo. 18.
Synodus Francica ſub Zacharia papa. 39.
*Synodus Sueſſioneñ ſub Childerico rege. 40.
*Concilium apud Palatium Vernis ſub rege Pipino. 41.
Synodus Nicena ſecunda. 48. *Adiecti ſunt Canones. 198.
*Synodus Francofordieñ ſub Adriano primo. 227.
*Concilium in foro Iulij ſub Carolo & Pipino. 257.
Concilium apud Theodonis villam tempore Caroli Magni. 269
Synodus Arelatẽſis quarta ſub Carolo Magno. 270.
Synodus Turonenſis tertia ſub Carolo Magno. 274.
Cabiloneñ Synodus ſecunda ſub Carolo Magno. 728.
Concilium Moguntinum celebratum anno Domini D.cccxiij. 285
Synodus Rhemenſis habita anno Dñi 813. ſub Carolo Magno. 291.
Concilium Aquiſgraneñ ſub Ludouico primo imperatore. 293.
*Concilium Pariſieñ ſub Ludouico & Lothario imperatoríb. 358.
*Synodus Aquiſgraneñ alia ſub Ludouico imperatore. 409.
*Synodus Moguntina alia ſub Rabano archiepiſcopo. 421.
Synodus Aqueñ vel Aquiſgraneñ alia ſub Pipino. 428.
*Synodus Meldeñ habita ſub Carolo iuniore Francorum rege. 453.
*Synodus apud D. Medardum in ſuburbio Sueſſioneñ. 469
*Concilium Valentinum ſub Lothario imperatore. 475
*Synodus Ticineñ ſub Ludouico 2. imperatore. 480.
*Concilium Piſtenſe ad fluuium Sequanam habitum. 486.
Concilium Vormatienſe habitum anno Domini 868. 529.
*Synodus octaua œcumenica, ſub Adriano ſecundo. 531.
Synodus Colonienſis ſub Carolo tertio imperatore. 544.
Concilium Moguntiacenſe ſub Arnulpho imperatore. 546.
*Concilium Metenſe. 551.
Concilium Triburienſe. 553.
*Concilium Nannetenſe. 569.
Concilium Salegunſtadienſe ſub Benedicto Papa octauo. 572.
Synodus Romana ſub Nicolao ſecundo. 599.
Concilium Lateraneñ ſub Alexandro tertio. 626.
Concilium Lateraneñ ſub Innocentio tertio. 734.
Concilium in Alemania habitum. 757.
Concilium Oxonienſe. 766.
Concilium Conſtantienſe. 767.

EORVM QVAE HOC TER-
TIO TOMO CONTINENTVR, SERIES ET ORDO, NON quidem omnium, sed præcipuorum, & quę commodè huc referri potuerunt.

Cætera Lector in totius operis Indice Alphabetico offendet.

COncilium Toletanum 12. pag. 1.
Concilium Toletanũ 13. 9.
Decreta & epistolæ Gregorij secundi. 11. &c.
Concilium Romanum sub Gregorio 2. 18.
Decreta & epistolæ Gregorij 3. 20. &c.
Decreta & epistolæ Zachariæ Papæ. 26. &c.
Synodus Francica sub Zacharia. 39.
Synodus Suessionen. 40.
Concilium apud Vernis Palatium. 41.
Vita Adriani primi. 44.
Psellus de 7. Synodis Græcorum. 45.
Epistola Tharasij Constantinopolitani episcopi ad Ioannem Anachoretam. 46.
Synodus Nicena secunda. 48.
Epistola Augustorum ad Synodum Nicenam. 50.
Epistola Adriani primi, ad Constantinum & Irenen Augustos. 65.
Appẽdix huiꝰ Epistolæ, omissa à Græcis. 70.
Epistola Adriani primi ad Tharasium. 72.
Epistola Tharasij ad patriarchas Oriẽtis. 80.
Epistola eorundem ad Tharasium. 82.
Epistola Synodica Theodori patriarchæ Hierosolymitani. 83.
Sermo vel libellus Athanasij Alexandrini de imagine Christi in Beryto. 96.
Epistola Gregorij Papæ ad Germanũ Constantinopolitanum episcopum. 113.
Epistolæ aliquot eiusdẽ Germani. 115. &c.
Canones Synodi Nicenæ 2. 191.
Tharasij epistola ad Adrianum. 196.
Adriani primi Scriptum de Imaginibus ad Carolum Magnum. 198.
Synodus Francofordien. 227.
Epistola Adriani primi ad episcopos Galliciæ & Hispaniarum. 227.
Libellus Synodi Frãcofordien nomine, scriptus à Paulino episcopo Aquilegien. 232.
Epistola Synodi Frãcofordien ad episcopos & populos Hispaniæ. 238.
Epistola insignis Caroli Magni ad episcopos Hispaniæ. 247.
Capitula è Græcis & Latinis canonibus collecta. 253.
Concilium in Foro Iulij. 257.
Decreta Leonis 3. 267.
Concilium apud Theodonis Villam. 269.
Synodus Arelatensis 4. 270.
Synodus Turonen 3. 274.
Synodus Cabilonen 2. 278.
Concilium Moguntinum. 285.
Synodus Rhemensis. 291.
Concilium Aquisgranen sub Ludouico Pio. 293.
Decreta Eugenij secundi. 357.
Concilium Parisiense sub Ludouico & Lothario. 358.
Synodus alia Aquisgranensis sub Ludouico Pio. 490.
Synodus alia Mogũtina sub Ludouico. 421.
Synodus Aquen vel Aquisgranen sub Pipino. 428.
Synodus Meldẽ. 453. In hac Synodo aliquot aliarum Synodorũ tum tẽporis ferè habitarum, sed iam non extantium aliquammulti canones recitantur.
Synodus apud S. Medardum. 469.
Cõcilium Valentinum Galliæ tempore Lotharij. 475.
Synodus Ticinen sub Ludouico 2. 480.
Decreta Nicolai primi. 485.
Concilium Pistense. 486.
Epistola insignis Nicolai 1. ad Michaelẽ Imperatorem. 491.
Rescripta eiusdem Põtificis ex Decreto Gratiani collecta. 412.
Concilium Vormatiense. 520.
Gesta Adriani secundi. 529.
Synodus 8. œcumenica cũ suis canonibꝰ. 531.
Appendix quorundam gestorum & dictorum in octaua Synodo. 539.
Oratio Basilij Impatoris in 8. Synodo. 542.
Adriani tertij Gesta. 544.
Synodus Colonien sub Carolo Crasso. 544.
Synodꝰ Mogũtiacen sub Arnulpho Im. 546.
Concilium Metense. 551.
Concilium Triburiense. 553.
Concilium Nannetense. 569.
Concilium Salegunstadiense. 572.
Vt Synodus agenda sit, ex Burchardo. 574.
Gesta & epistolæ Leonis noni. 577.
Decreta Nicolai secundi. 598.
Synodus Romana sub Nicolao 2. 599. Hæc Synodus hactenùs non rectè tributa est Nicolao primo.
Berengarij abiuratio prima. 600. abiuratio secunda. 601.
Decreta Gregorij septimi. 602.
Vita Paschalis Papæ. 605.
Gesta Alexandri tertij. 608.
Index Lateranensis Synodi sub Alexandro tertio. 611.
Concilium Lateranense sub Alexandro tertio. 626.
Gesta Innocentij tertij. 733.
Concilium Lateranense sub Innocentio tertio. 734.
Expeditio pro recuperanda terra sancta. 754.
Concilium habitum in Alemania sub Conrado Legato Apostolico. 757.
Concilium Oxonien se. 760.
Præfatio Synodi Basileensis in Concilium Constantiense. 767.
Constantiense Concilium. 769.

TOLETANVM
CONCILIVM DVODECIMVM, CIRCA TEMPORA AGATHONIS PAPAE, VEL LEONIS PAPAE SECVNDI,

habitum anno primo orthodoxi atque serenissimi domini Eringij regis, quinto Idus Ianuarij. Est prouinciale.

CVM EX glorioso ꝓdicti principis iussu in vnũ fuissemus aggregati cõuentum, & in basilica sanctorũ Apostolorum debitis in sedibus locaremur, adfuit corã nobis idem clementissimꝰ princeps, humilitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu perspicuus, q nostro se cœtui recliuem exhibens ac deuotũ, inprimis omnium sacerdotum se commisit precibus adiuuãdum. Deindè grates multiplices omnipotenti Domino egit de cõuentu concilij totius, quia & gloriosæ iussionis suæ, vt in vnum adessent, impleuerint votũ, & alternæ visionis innouatione ferias fecerint gaudiorum. Deindè adijciens, sic omne concilium est alloquutus: Non dubium est, sanctissimi patres, quòd optima conciliorũ adiutoria ruenti mundo subueniant, si officiosis, quæ corrigenda sunt, studijs peragãtur. Et ideò, quibus plagis prouentu dierũ succedentium pereamus, paternitati vestræ non reor esse incognitũ. Obindè quia certum apud nos gerimus, quòd pro contemptu diuinorum præceptorum terra perniciem sustineat pressurarum, dicente Domino per prophetam: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea. ideò oportet, vt quia os Saluatoris nostri & Domini oracula esse probamini, per vos salutionis obtineat lucrum, per quos regenerationis percepit sacramentum, vt diligẽtia dignationis vestræ ab omni mundata contagione, & ab infirmitatis peste sit libera, & bonorum omnium prouentibus sit gloriosa. Iam nunc quicquid me adhuc dicere opportuna ratio sinit, quicquid etiàm narrandum auribus vestris conuenit, aut memorię curarum intercapedo subducit, aut fastidium prolixæ oratiõis intercipit, eccè in breui complexa vel exarata deuotionis meæ negocia in huius tomo cõplicationis agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa elimatis ac discretis titulorum sentẽtijs definite, vt pura & placens Deo vestrarum definitionũ valitura discretio, & regni nostri primordia decoret exhortatione iustitiæ, & terrores plebium digna cohibeat seueritate censuræ. Scriptum est enim: Iustitia eleuat gentem, miseros facit populos peccatum. Prou. 14. d

Tunc susceptò à glorioso principe hoc tomo pro tam salubri inuitamento, & copiosas grates retulimus Domino Iesu Christo, & item benedixim⁹ principi glorioso. Post egressum ergò eiusdem serenissimi principis, hæc in iam dicto tomo scripta reperim⁹.

¶ *Compellatio regis Eringij ad concilium.*

IN nomine Domini Flauius Eringius rex, sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus: En reuerendissimi Patres, si patres & honorabiles ministeriorum cęlestium sacerdotes, soliditatem sanctę fidei veraciter teneant, & syncera cordis deuotione amplectantur, testimoniũ paternitatis, vestræ fortissimum in salutis nostræ aduoco adiumẽtum, vt qui regnum, factore Deo, ad saluationem terræ & subleuationẽ plebiũ suscepisse nos credimus, sanctitudinis vestræ cõsilijs adiuuemur. Vndè licèt sublimationis nostræ primordia, paternitatis vestræ cœtũ opinabili relatione non lateant, quibus clara diuinorum iudiciorum dispositiõe prę-uentus, & regñandi conscenderim sedem, & sacrosancti regni perceperim vnctionem, nunc tamen meliùs id poteritis & scripti relatione cognoscere, & promulgationis vestræ sententijs publicare, vt sicut eadem regni nostri primordia conuentus vestrę sanctitudinis comperit diuinitùs ordinata, ità in his & orationibus solamen impendat, & salubrium conciliorum nutrimenta impertiat, quo susceptum regnũ sicut iam vestris assensionibus teneo gratũ, ità benedictionum vestrarum perfruar definitionibus cõsecrandum: vt innouatio quodãmodò nostri videatur imperij, hęc numerositas vestri ordinis aggregata. Et ideò quia Dominus præcepit in Euangelio, dicens: Amèn dico vobis, si duo ex vobis cõsenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo, qui in cælis est: ob hoc venerabilem paternitatis vestræ cœtum cum lachrymarum effusione conuẽni, vt zelo vestri regiminis purgetur terra cõtagione prauitatis: Exurgite, quæso, exurgite, culpatorum soluite nodos, transgressorum mores

Ose. 4. a

Math. 18. c

corrigite inhoneſtos, & excitate zeli diſci-
plinam in perfidos, ſuperborũ mordacita-
tes extinguite, oppreſſorũ ponderibus ſub-
uenite, & quod plus omnibus eſt, Iudæorũ
peſtem, quæ in nouam ſemper recrudeſcit
inſaniã, radicitùs extirpate: leges quoquè,
quæ in eorundem Iudæorum perfidiam à
noſtra gloria nouiter promulgatę ſunt, omĩ
examinationis probitate percurrite: & tam
eiſdem legibus tenorem inconuulſum adij-
cite, quàm pro eorundẽ perfidorum exceſ-
ſibus complexas in vnum ſententias ꝓmul-
gate. Etenim valdè nobis cauendum eſt, nè
tot antiquorum canonum regulæ, quæ pro
eorũ erroribus ſunt etiàm cum anathemate
promulgatæ, nos illorum culpis obnoxios
reddant, ſi noſtri regni temporibus eorun-
dem canonum cõſtructio diſſoluta pertrãſ-
eat, præſertìm ſi legis illius (quod abſit) ſe-
renitatis noſtræ in tempore illa claræ fidei
inſtitutio ceſſet, vbì diuæ memoriæ domin⁹
atq; præceſſor noſter Siſebutus rex, omnes
ſucceſſores ſuos ſub perpetua maledictio-
nis cenſura obſtrinxit, quicunq; regum mã-
Cõcilij To- cipium Chriſtianũ Iudæo ſeruire vel famu-
letani 4. lari permiſerit, &c. Poſt hæc illud quoquè
cap. 65. veſtris Deo placitis infero ſenſibus corrigẽ-
dum, quod deceſſoris noſtri pręceptio pro-
mulgata lege ſanciuit, vt omnis aut in expe-
ditionem exercitûs non progrediens, aut
de exercitu fugiens, teſtimonio dignitatis
ſuæ ſit irreuocabiliter carens. Cuius ſeueri-
tatis inſtitutio dum per totos Hiſpaniæ fi-
nes ordinata decurrit, dimidiam ferè partẽ
populi ignobilitati ꝑpetuę ſubiugauit, ità
vt quia in quibuſdam villulis vel territorijs
ſiue vicis perſtet, huius infamationis habi-
tatores ipſorum locorũ ſint degeneres red-
diti, & quia teſtificandi nullam habent licẽ-
tiam, veritatis ex toto videatur interijſſe cẽ-
ſura: ſicq; gemino malo terra atteritur, dum
& lege, & reperiẽdę veritatis deſtituitur ad-
iumento. Vndè licèt eandem legem noſtræ
glorię manſuetudo temperare diſponat, ve-
ſtræ tamen paternitatis ſententia hos, qui ꝑ
illam infamiæ notã titulum dignitatis ami-
ſerant, reueſtiri iterùm claro priſtinæ gene-
roſitatis teſtimonio, deuotiſſimè optat. Nũc
verò miſericordia pręeunte, taliter hæc diſ-
ponite, qualiter nec noſtra gloria miniſte-
rium crudelitatis adhibeat, nec tam ſęua ꝑ-
ceptio terram ſub diutino infamationis iu-
gulo premat. Nam & hoc generaliter obſe-
cro, vt q̃cquid in noſtræ gloriæ legibus ab-
ſurdum, quicquid iuſtitiæ videtur eſſe con-
trariũ, humanitatis veſtræ iudicio corriga-
tur. De cæteris autem cauſis atq; negocijs,
quæ nouella competũt inſtitutione forma-
ri, videndarum ſententiarum titulis exaran-
do conſcribite, vt quia pręſtò ſunt religioſi
prouinciarũ rectores, & clariſſimorũ ordi-
num totius Hiſpaniæ duces, promulgatio-
nis veſtræ ſentẽtias coràm poſiti prenoſcẽ-

tes, eo illas in *cõmiſſa ſibi terrarum *latitu- *commiſſa *latitudine
dine inoffenſibili exerant iudiciorũ inſtan-
tia, quo pręſentialiter aſſiſtentes, perſpicua
oris veſtri perceperint inſtituta. Omnes tñ
in cõmune cõuenio, & vos patres ſanctiſſi-
mos, & vos illuſtres aulæ regiæ viros, quos
intereſſe huic ſancto cõcilio delegit noſtra
ſublimitas per diuini nominis atteſtationẽ
& terribilem cunctis futuri iudicij diem, vt
ſinè perſonarũ acceptione aliqua vel fauo-
re, ſinè aliquo quoquè aut malignę conten-
tionis ſcrupulo, aut ſubuertendæ veritatis
ſtudio, quę veſtris ſenſib⁹ audiẽda ſe ingeſ-
ſerint, ſana verborũ examinatiõe diſcutite,
ſaniorìq; iudicio cõprobate, vt collatarum
habita priùs deliberatione cauſarũ, diſcreta
veſtri ordinis condatur probitas titulo-
rum: qualiter, cùm nos amor æquitatis in
negociorũ acceleratione reddiderit ſerui-
dos, efficientia quoquè iuſtorũ operũ con-
nectat Deo perenniter ſociandos, vt bono-
rum veſtrorũ actibus lętabũdus, & præſen-
tis vitæ capiam lucrum, & ęternarũ perfruar
vobiſcum gaudijs manſionum. Datum ſub
die quinto Idus Ianuarias, anno feliciter pri
mo regni ſerenitatis & trãquillitatis noſtræ
in Dei nomine Toleto.

SVBSCRIPTIO PRAEDICTI PRINcipis manu exarata.

In nomine Domini, Flauius Eringius rex:
Magna ſalus populi gentiſq; noſtrę ac regni
conquiritur, ſi hæc ſynodalium decreta ge-
ſtorum, ſicut pio deuotionis noſtrę ſtudio
acta ſunt, ità inconuulſibilis legis noſtrę va-
lido oraculo cõfirmentur, vt quod ſereniſ-
ſimo celſitudinis noſtræ iuſſu venerãdis pa-
tribus & clariſſimis palatij noſtri ſeniorib⁹
diſcreta titulorum exaratione eſt edictum,
præſentis huius legis noſtrę edicto ab ęmu-
lis defendatur. Eſt enim hęc ipſa definitio
canonum, ſub iſto notata ordine titulorũ.

CAPITVLA EIVSDEM concilij duodecimi.

1. De agnita & confirmata pręlatione faſtigij principialis, in noĩe ſanctę Trinitatis.
2. De his qui pœnitentiam non ſentientes accipiunt.
3. De culpatorum receptione vel communione apud Eccleſiam.
4. Vt in locis, vbì epiſcopus non fuerit, nũquàm epiſcopus ordinetur.
5. De quorundã conſuetudine ſacerdotum fœdiſſima, qui, oblatis Deo ſacrificijs, nõ communicant.
6. De cõceſſa Toletano pontifici generalis ſynodi poteſtate, vt epiſcopus alterius ꝓuinciæ conniuentia principum in vrbe regia ordinetur.
7. De recepto teſtimonio perſonarũ, quę ꝑ legem quę de promotiõe exercitûs facta eſt, teſtificandi licentiam perdiderunt.
8. De his, qui vxores ſuas, diuortio intercedente, relinquunt.

9 De

9. De confirmatione legum, quę in Iudęorum nequitia promulgatæ ſunt, iuxta earundem legũ pręfixum ordinẽ titulorũ, qui in eodem canone annumerantur.
10. De his, qui ad eccleſiã confugiũ faciũt.
11. De cultoribus idolorum.
12. De indicto temporis conſtituti, quo debeat concilium celebrari.
13. Cõcluſio definitionũ, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro principe exoratur.

DECRETA
CONCILII TOLETANI XII.

PRimo die ſynodalis exor-
dij, conſidentibus epiſco-
pis atq; ſenioribus palatij
vniuerſis, habita eſt primò
de ſancta Trinitate colla-
tio, non quæ nouello exa-
ctionis ſtylo definita pa-
teſceret, ſed quæ verbis ſimplicioribus, ſeſe
pigris ſenſibus patefacta, monſtraret, vbì ꝑ-
miſſa ſemper lectio ꝑcederet, quod ſequẽs
expoſitio aperiret. Credentes pariter & do-
centes de eadem ſanctæ fidei puritate, quic-
quid euangelica & apoſtolica traditio ſan-
xit, quicquid ſancta ſynodus Nicena cõſti-
tuit, quicquid Conſtãtinopolitana patrum
aggregata collectio promulgauit, quicquid
Epheſini cœtûs definitio docuit, quicquid
etiàm Chalcedonenſis Concilij promulga-
tio definiuit, ſicut multorũ aliorum catho-
licorum patrum documentis id ſacramentũ
expoſitũ, traditumq; nobis accepimus, ſic-
ut etiàm in Miſſarum ſolennijs patulis con-
feſſionum vocibus proclamamus:

Credimus in vnum Deum, patrem omĩ-
potentem, factorem cæli & terrę, viſibilium
omniũ & inuiſibiliũ conditorẽ. Et in vnum
Dñm Ieſum Chriſtum, filiũ Dei vnigenitũ,
ex patre natum ante omnia ſecula, Deum ex
Deo, lumẽ ex lumine, Deum verum ex Deo
vero, natum, nõ factum, homouſion patri,
hoc eſt, eiuſdẽ cum patre ſubſtãtię, per quẽ
omnia facta ſunt, quæ in cęlo, & quæ in ter-
ra. Qui propter nos & propter noſtrã ſalutẽ
deſcendit, & incarnatus eſt de ſpirituſancto
ex Maria virgine, Homo fact⁹ eſt, paſſus ſub
Pontio Pilato, & ſepultus, tertia die reſurre-
xit. Aſcẽdit in cęlos, ſedet ad dexterã patris,
iterùm venturus in gloria iudicare viuos &
mortuos, cuius regni nõ erit finis. Credim⁹
& in ſpiritũſanctũ, Dñm & viuificatorẽ, ex
patre & filio procedentẽ, cum patre & filio
adorandũ & glorificandũ, Qui locutus eſt
per prophetas. Vnam catholicã & apoſtoli-
cam Eccleſiã, Confitemur vnũ baptiſmũ in
remiſſionẽ peccatorũ. Expectamus reſurre-
ctionẽ mortuorũ, & vitã futuri ſeculi. Amẽ.

Capitulum I.

Poſt pacifica ergò huius ſanctę fidei col-
lationum ſtudia, illa ſe primùm noſtris ſen-

ſibus Saluatoris cognitio cognoſcendã in-
uexit, quę tanto corda omniũ ardore chari-
tatis adſtrinxit, quanto ſe per eandẽ ipſa co-
gnitio in conuentu generalis cõcilij pręno-
ſcendam exhibuit. Etenim ſub qua pace vel
ordine ſereniſſim⁹ Eringius princeps regni
conſcenderit culmen, regnandique per ſa-
croſanctam vnctionem ſuſceperit poteſta-
tem, oſtenſa nos ſcripturarum euidẽtia do-
cet, in quibus & pręcedẽtis *Vuambę prin- *Bambę
cipis pœnitẽtię ſuſceptio noſcitur, & tranſ-
latus regni honor in huius noſtri principis
nomine deriuatur. Idem *Vuãba princeps *Bamba
dum ineuitabilis neceſſitudinis teneretur
euentu, ſuſcepto religionis debito cultu, &
venerabili tõſuræ ſacræ ſignaculo, mox per
ſcripturam definitionis ſuæ hunc inclytum
dñm noſtrũ Eringiũ poſt ſe ꝑelegit regna-
turũ, & ſacerdotali benedictione vngendũ.

Vidimus enim & pariter patulo alternę vi-
ſionis intuitu prelucẽte perſpeximus huius
pręmiſſi ordinis ſcripturas, id eſt, notitiam
manu ſeniorum palatij roboratam, coram
quibus antecedẽs princeps & religionis cul
tum, & tonſurę ſacrę adeptus eſt venerabile
ſignum. Scripturam quoquè definitiõis ab
eodem edictam, vbì glorioſum dominũ no
ſtrum Eringium, poſt ſe fieri regẽ exoptat.
Aliam quoquè informationem iam dicti vi
ri, in nomine honorabilis & ſanctiſſimi fra-
tris noſtri Iuliani Toletanæ ſedis epiſcopi,
vbì eũ ſeparauit pariter & inſtruxit, vt cum
omni diligentiæ ordine iam dictum domi-
num noſtrum Eringiũ in regno vngere de-
beret, & ſub omni diligẽtia vnctionis ipſius
celebritas fieret. In qua ſcriptura & ſubſcri-
ptio nobis eiuſdem *Vuambę principis cla- *Bambæ
ruit, & omnis euidentia confirmationis ea-
rundem ſcripturarũ ſeſe manifeſtè mõſtra-
uit. Quibus omnibus approbatis atq; perle
ctis, dignum ſanè noſtro cœtui viſum eſt, vt
prædictis definitionibus ſcripturarum, no-
ſtrorum omnium cõfirmatio apponatur, vt
qui ante tempora in occultis iudicijs pręſci
tus eſt regnaturus, nunc manifeſto in tẽpo-
re generaliter omnium ſacerdotum habea-
tur definitionibus conſecratus. Et ideò ſo-
luta manus populi ab omĩ vinculo iuramen
ti, quæ prædicto viro *Vuambę, dum regnũ *Bambę
adhuc teneret, alligata permanſit, hunc ſo-
lum ſereniſſimũ Eringium principẽ, obſe-
cutura, gratæ ſeruitutis famulatu ſequaẽ &
libera, quem & diuinum iudicium in regno
prælegit, & deceſſor princeps ſucceſſorem
ſibi inſtituit, & quod ſupereſt, quem totius
populi amabilitas exquiſiuit. Vndè his præ-
cognitis atq; pręſcitis ſeruiendum eſt Deo
cæli, & prædicto principi noſtro Eringio
regi, eique pia deuotione obſequendum &
promptiſſima voluntate agendũ & eniten-
dum, quicquid eius ſaluti proficiat, q̃cquid
gentis ſuæ vtilitatibus & patriæ cõſuluerit.
Vndè non erit iam deincèps aut ab anathe-

matis sentẽtia alienus, aut à diuinę animad-
uersionis vltióe securus, qsquis cõtra salutẽ
eius deincèps aut erexerit vocem, aut com-
mouerit cædem, aut quamcunq; exquisiê-
rit lædendi vltionem.

Capitulum II.

Plerunquè hi quibus miseratio Domini
etiàm nolentibus subuenit, beneficijs DEI
vidẽtur esse ingrati, & abuti gratia largito-
ris, qua benè vsi, poterant consequi aboliti-
onem facinoris. Impugnant sępè, quod ho-
norare debuerunt: & prophanis quęstioni-
bus, indultæ gratiæ munꝰ à se reijciũt, quod
summis votis amplecti debuerunt. Etenim
multos sæpè adspeximus, in salute positos,
vltimum desiderantes pœnitẽtiæ fructum:
& rursùs, nimietate ægritudinis ità loquen-
di & sentiẽdi naturale perdidisse officium,
vt nulla illis cura salutis suæ videreť inesse,
nullo etiàm pristinæ deuotionis noscerenť
desiderio anhelare: quorum tamen casibus
fraternitas cõdolens, ità talium necessitates
in fide suscepit sua, vt vltimũ illis tribuatur
viaticum, scilicet, nè sinè fructu pœnitẽtiæ
videãtur transire è seculo. Quòd si forsitàn,
respiciente Deo, saluti pristinæ reformẽtur,
agunt cautióibus vanis & oppositionibus
execrandis, qualiter à se tonsuræ venerabile
signum expellãt, atque habitum religionis
abijciant, impudentissimè asserẽtes, ideò se
nullis regulis Ecclesiasticæ disciplinæ sub
hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipsi
petiêrunt, nec consentiẽtes acceperũt: quo-
rum impudentia, & obstinata procacitas nõ
aliquandò diceret talia, si qualiter ad vitam
per sacrosancti lauacri gratiam veniret, me-
minisset. Etenim paruulorũ infantium vi-
ta, originali peccato obnoxia, quæ nulli ꝑ-
pter ætatem discernendi vel expetendi sen-
sui aptior iudicetur. nisì ex sponsione fide-
lium baptismi accipiant sacramentum, nul-
lo sensu, nulla etiàm discretionis industria
id appetere possunt. Vndè sicut baptisma,
quod, nescientibus paruulis, sinè vlla con-
tentione in fide tantùm proximorum acci-
pitur: ità pœnitentiæ donum, quod nesciẽ-
tibus illabitur, absq; impugnantia violatio-
nis hi, qui illud acceperint, obseruabunt. Si
quis autem quolibet modo pœnitentiã ac-
cipiens, hoc violauerit synodale institutũ,
vt verè trãsgressor, paternis regulis ferietur.
Nec enim ista statuentes, sacerdotes quosq;,
vt pasim & licenter donum pœnitentię nõ
pœnitentibus, audeant prorogare, absolui-
mus: sed hos, qui qualibet sorte pœnitentiã
susceperint, nè vlteriùs ad militare cingulũ
redeant, religamus. Sacerdotes tamen, qui
non sentienti neq; pœnitenti, ausu temera-
rio pœnitentiã dederint, neq; se exhortatu
eiꝰ q pœnitentiã accipit, vel manuũ indicijs,
vel quibuslibet alijs euidentibus significa-
tionibus inuitatũ fuisse, ꝓbauerit, vnius an-
ni excõmunicationis sententię subiacebit.

Capitulum III.

Vidimus quosdam & fleuimus, ex nume-
ro culpatorum receptos in gratiam princi-
pum, extorres extitisse à collegio sacerdotũ:
quod denotabile malum illa res agit, quia
licentia principalis, in quo se solui licẽtiùs
curat, ibì alios illigat: & quos in suam com-
munionem videtur suscipere, à cõmunione
& pace Ecclesiæ eligit separare: vt qui cum
illo conuescuntur, sola sacerdotum cõmu-
nione priuentur. Et ideò quia remissio tali-
um, qui contra regem, gentem vel patriam
agunt, per definitiones canonum antiquo-
rum in potestate solùm regia ponitur, cui &
peccâsse noscuntur, ab eis nulla se deincèps
abstinebit sacerdotum cõmunio: sed quos
regia potestas aut in gratiã benignitatis re-
ceperit, aut participes mensæ suæ effecerit,
hos etiàm sacerdotũ & populorũ cõuentus
suscipe in ecclesiasticã communionẽ debe-
bit, vt quod iã principialis pietas habet acce
ptũ, nec à sacerdotibus Dei habeať extraneũ.

Capitulum IIII.

Maiorum institutionibus contraire, &
sanctorum patrum decreta conuellere, quid
aliud est, quàm vinculum societatis Christi
abrumpere, & vsurpatæ præsumptionis li-
centia statum totius Ecclesię dissipare? Pro-
sequẽte igitur venerabili & sanctissimo vi-
ro fratre nostro Stephano Emeritensis sedis
episcopo, res nobis nouellæ præsumptionis
vsurpatione sese intulit pertractanda, tantò
communionis nostrę iudicio conuellenda,
quantò & prauitatis noscitur ausibus per-
petrata. Dixit enim, violentia principiali se
impulsum fuisse, vt in monasterio villulę, in
qua venerabile corpus sanctissimi Pimenij
confessoris debito quiescit honore, nouam
episcopalis honoris ordinationẽ efficeret.
Et ideò quia ex indiscreto & facilimo assen
su iniustis * Vuambæ principis iussionibus *Bamba
parens, nouam & iniustam illic pontificalis
sedis prælectionẽ induxit, vbì canonica cõ-
stitutio id fieri omnimoda ratione refellit:
prædictus idem vir prostratus humì, medi-
camine nostri præcepti & sibi dari veniam
petit, & quid potissimùm fieri oporteat de
persona eius, qui illic ordinatus fuerat, no-
stri oris sentẽtia decerni poposcit. Sed quia
veraciter, immò cõmuniter noueramus, ꝓ-
dictũ principẽ cõsilio leuitatis agẽtẽ, nõ so-
lùm ꝑcepisse, vt in ꝓdicto loco aliqs episco-
pus fieret, sed ità etiàm cũ cõsuetis obstina-
tionibus definîsse, vt hîc in suburbio Tole-
tano in ecclesia Pretoriẽsi sanctorũ Petri &
Pauli episcopũ ordinaret, necnon & in alijs
vicis vel villulis similiter faceret: ideò ꝓ tam
insolẽti huiusmodi extirpationis licentia,
quid de hac re habent instituta canonum,
in medium proferri pręcipimus. Tunc hęc
in ordinẽ constituta, perlecta sunt: Inprimis
ex epistola Pauli Tito discipulo, vt episco- Tit. 1. a
pos per ciuitates cõstituere debeat, pręcipi-
entis.

*26, si capitula Sardicẽsis cõcilij addanť Niceno cõcilio, sicut in aliquibus exemplaribus reperitur.

entis. Item ex concilio Niceno titulo * octa-
uo, vbì inter cætera præcipitur, vt in ciuita-
te vna non videãtur duo episcopi esse. Item
ex concilio Laodiceno, titulo quinquagesi-
moseptimo, vbì dicit: Non oportet in vicis
& in villulis episcopos ordinari, &c.

Item ex concilio Aphricæ secundo, titu-
lo quinto, vbì Felix episcopus Selemselita-
nus dixit: Etiàm, si hoc placet, sanctitati ve-
stræ insinuo, vt diœceses quæ nunquàm ha-
buerunt episcopos, non habeant: & diœce-
sis quæ aliquandò habuit, habeat proprium
episcopum. Secundùm autem hanc prose-
cutionẽ sanctitatis vestræ est æstimare, quid
fieri debeat. Genedius episcopus dixit: Si
placet insinuatio fratris & coëpiscopi no-
stri Felicis, ab omnibus cõfirmetur. Ab vni-
uersis, episcopis dictum est, placet.

Item ex cõcilio Africæ tertio, titulo qua-
dragesimosecundo, vbì dicit, vt non accipi-
at alterum episcopum plebs, quę in diœcesi
semper subiacuit. Epigonius enim episco-
pus inter cætera sic dixit: Hoc dico, non de-
bere rectorem accipere eam plebem, quę in
diœcesi semper subiacuit, nec vnquàm pro-
prium episcopũ habuit. Quapropter si vni-
uerso sanctissimo cœtui placet hoc, quod
prosecutus sum, confirmetur. Aurelius epi-
scopus dixit: Fratris & consacerdotis nostri
prosecutioni non obsisto, sed hoc me & fe-
cisse, & facturum esse profiteor.

Item ex cõcilio Sardicensi capitulo sexto,
vbì inter cætera præcipitur: Licentia pasim
danda non est. Si enim subitò aut vicus ali-
qs, aut modica ciuitas, cui satìs est vnus pre-
sbyter, voluẽrit sibi episcopum ordinari, ad
hoc vt vilescat nomen episcopi & authori-
tas, non debẽt illi ex alia prouincia inuitati,
facere episcopum, in quibus anteà nõ fuit.

Item de sententia eorum qui huiusmodi
ordinationes faciunt, vel de his qui contra
hæc instituta canonum ordinantur, ex con-
cilio Tauritano, titulo secundo vbì dicit:
Gestorũ quoquè serie conscribi placuit ad
perpetem disciplinam, quod circa Octauiũ,
Vrsionem, Remigiũ ac Triferiũ episcopos
synodus sancta decreuit, qui in vsurpatio-
nem quandã de ordinatiõe sacerdotum ad
inuidiam vocabantur, quod ità his videtur
indultum, vt decęterò hac authoritate com
moniti, nihil vsurpare conẽtur, si quidem se
ab hac causa tali excusatione defenderint,
qua dicerent se nõ esse priùs cõuentos. Pro-
indè iudicauit synòdus, vt si quis ex hoc fe-
cerit contra instituta Maiorum, sciat is, qui
ordinatus fuerit, sacerdotij se honore pri-
uandum: & ille, qui ordinauerit, authorita-
tem se in ordinationibus vel in concilijs mi
nimè retenturum. Non solùm autem circa
*memoratum episcopum hęc sentẽtia præ- *memoratos epos
ualebit, sed & circa omnes simili errore de-
ceptos, qui ordinationes huiusmodi perpe-
trârunt. His ergò fortissimis regulis effectũ
pij operis apponentes, in communi defini-
tione elegimus, vt in loco villulę supradictę
deincèps sedes episcopalis non remaneat,
neque episcopus illic vltrà constituendus
existat. Hic tamen Conuildus, qui contra
Maiorum decreta illic videtur institutus fu-
isse episcopus, nullis canonum erit ad con-
demnationẽ suî sententijs vlciscendus: quia
non ambitione, sed principis impulsione
constitit ordinatus. Et ideò hoc illi remedi-
um humanitatis concedimus, vt in sedẽ ali-
am decedentis cuiuslibet episcopi transdu-
catur: & prædictus locus sub monastica de-
incèps institutione mansurus, nõ episcopali
vltrà priuilegio fretus, sed sub regimine ab-
batis (sicut hucusquè fuit) erit modis omni-
bus mancipandus. Iam verò decętero gene-
rale * ponentes edictum, Si quis contra hæc *ponamus
canonum interdicta venire conatus fuerit,
vt in locis illis episcopũ eligat fieri, vbì epi-
scopus nũquàm fuit, anathema sit in cõspe-
ctu Dei omnipotẽtis. Et insupèr tam ordi-
nator quàm ordinatus, gradum suî ordinis
perdat: quia non solùm antiquorum patrũ
decreta, sed & Apostolica ausus est cõuelle-
re instituta.

Capitulum V.

Relatum nobis est, quosdam de sacerdo- De cõs. dist. 2. Relatũ est nobis quos.
tibus non tot vicibus communionis sanctę
gratiã sumere, quot sacrificia in vna die vi-
dentur offerre: sed in vno die, si plurima per
se Deo offerant sacrificia, in omibus se ob-
lationibus à communione suspendant, & in
sola tãtùm extremi sacrificij oblatione cõ-
munionis sanctæ gratiam sumunt, quasi nõ
sit totiès illi vero & singulari sacrificio par-
ticipandum, quotiès corporis & sanguinis
Domini nostri Iesu Christi immolatio facta
cõstiterit. Nam eccè Apostolus dicit: Nónne 1. Cor. 10. c
q edunt hostias, participes sunt altaris? Cer-
tum est, quòd hi qui sacrificantes non edũt,
rei sunt * Dominicis sacramentis. Quicunq; * Dominici sacramenti.
ergò sacerdotũ deincèps, diuino altario sa-
crificium oblaturus accesserit, & se à cõmu-
nione suspenderit, ab ipsa qua se indecẽter
priuauit, gratia communionis anno vno re-
pulsum se nouerit. Nam quale erit illud sa-
crificium, cui nec ipse sacrificans particeps
esse cognoscitur? Ergò modis omnibus est
tenendum, vt quotiescunquè sacrificãs cor-
pus & sanguinem Iesu Christi Domini no-
stri in altario immolat, totiès perceptionis
corporis & sanguinis Christi se participem
præbeat.

Capitulum VI.

Illud quoquè collatione mutua decernẽ-
dum nobis occurrit, quòd in quibusdã ci-
uitatibus, decedentibus episcopis proprijs,
dum differtur diù ordinatio successoris, nõ
minimè creatur officiorũ diuinorum offen
sio. Nam dum longè lateque diffuso tractu
terrarum commeatur, impeditur celeritas Dist. 63. Cũ longè lateq;
nunciorum, quô aut non queat regis auri-

bus decedentis præsulis transitus innotesci,
aut de successore morientis episcopi libera
principis electio præstolari. Nascitur sæpè
& nostro ordini de relatione talium diffi-
cultas,& regię potestati,dum cõsultum no-
strum pro subrogãdis põtificibus sustinet,
*innũerosa *iniuriosa necessitas. Vndè placuit om̃ibus
pontificibus Hispaniæ atq; Galliciæ, vt sal-
uo priuilegio vniuscuiusque prouinciæ, li-
citum maneat deincèps Toletano põtifici,
quoscunq; regalis potestas elegerit, & iam
dicti Toletani episcopi iudiciũ dignos esse
probauerit,in quibuslibet prouincijs in p̃-
cedentium sedibus pręficere pręsules,& de-
cedentibus episcopis eligere successores, sic
tamen,vt quisquis ille fuerit ordinatus,post
ordinationis suę tempus infra trium mẽsi-
um spatiũ proprij metropolitani pręsentiã
visurus accedat, qualiter ei[9] authoritate vel
disciplina instructus,condignæ susceptæ se-
dis gubernacula teneat. Quòd si per desidi-
am aut neglectum quilibet constituti tem-
poris metas excesserit, quibus nequeat me-
tropolitani sui obtutibus præsentari,excõ-
municatum se per omnia nouerit, excepto,
si regia iussione impeditum se esse probaue-
rit. Hanc quoquè definitionis formulam,
sicut de episcopis,ità & de cæteris ecclesia-
rum rectoribus placuit obseruandam.

Capitulum VII.

Omnis disciplina sic subiectos debet ar-
guere, vt spem veniæ non videatur auferre,
nec funditùs curuationis inducere iugum,
sed temperãtiæ semper adhibere cõsultum.
Et ideò quia legem illam à domino Vuam-
bano principe editã, quæ de proditione est
annotata, huius principis nostri & domini
Eringij mansuetudo temperare disposuit:
ideò annuẽte nobis glorioso & religiosissi-
mo Eringio principe nostro, necessariè hoc
sanctum concilium definiuit, vt hi, qui per
supradictam legem testificandi dignitatem
perdiderũt,recepto testimonio pristinę di-
gnitatis,causas exequi possint debitæ actio-
nis,qualiter nobilitatis solitæ titulũ repor-
tantes,& quæque de præteritis legitimè te-
stificari voluèrint,licentiæ obtineant votũ,
& à iudicibus nullis prohibitionibus arce-
antur,hoc videlicet adijcientes,vt si quid in
p̃teritis testificari voluèrint,si pro sola hui-
us rei infamatione reiecti sunt, testimonio
suo nupèr conquirant, quod in præteritis
conquirere potuerant:tãtùm si illo tempo-
re quo in præteritis ad testimonium dicen-
dum vocati sunt,& supradictę legis institu-
tionibus reprobati, & aliam criminis notã
eos tunc non habuisse,patuerit,aut *tricen- *triennium
nium tunc effluxisse,cùm ad testimoniũ fu-
erant prolati,hi qui eos reprobauerant,ma-
nifestè conuicerint.

Capitulum VIII.

Mat.5.& 19. 32.q.5. Præceptum Domini est. Præceptum Domini est,vt excepta causa
fornicationis, vxor à viro dimitti non de-
beat. Et ideò quicunq; citra culpam crimi-
nis supradicti,vxorem suam quacunq; occa
sione dimiserit,quia quod Deus iunxit,ille
separare disposuit:tam diù ab Ecclesiastica
communione priuatus, & à cœtu omnium
Christianorum maneat alienus,quandiù so
cietatem relictæ coniugis synceriter ample-
ctatur & foueat. Hi tamẽ,qui iam admoniti
à sacerdote semèl,bìs terq;, vt corrigerẽtur,
ad torum suę coniugis noluerint redire,ipsi
se suis meritis & à palatinæ dignitatis offi-
cio separabũt,& insupèr generosæ dignita-
tis testimonium, quandiù in culpa fuerint,
amissuri sunt,quia carnem suam dissidij iu-
gulo tradiderunt.

Capitulum IX.

De Iudæorum autem execranda perfidia,
discretis titulorum sentẽtijs editas nouiter
à glorioso principe leges vigilanti sensuum
intentione perlegimus,districto etiàm gra-
uitatis pondere earũ instituta probauimus.
Proindè quæ debitæ rationis iudicio editę,
synodali dignatione probatæ sunt, irreuo-
cabili deincèps iudiciorum ordine, pro eo-
rum excessibus tenebũtur,id est,leges, quæ
de commemoratione priscarum cęremoni-
arum & Iudæorum transgressionibus pro-
mulgatæ sunt,atq; de nouella cõfirmatione
earum. Item de blasphematoribus sanctę
Trinitatis. Item, nè Iudæi aut se aut filios
suos vel famulos à baptismi gratia subtra-
hant. Item,nè Iudæi more suo celebrent Pa-
scha, vel carnis circuncisiones exerceant,ac
nè Christianum quẽquam à fide Christi di-
moueant. Item,nè Iudęi sabbata cęterasq́;
festiuitates ritûs sui celebrare pręsumant.
Item,vt omnis Iudęus diebus Dominicis &
in prænotatis diebus ab opere cesset. Item,
nè Iudæi more suo dijudicent escas. Item,
nè Iudęi ex propinquitate sui sanguinis cõ-
nubia ducant,& vt sinè benedictione sacer-
dotis nubere non audeant. Item, nè Iudæi
religioni nostræ insultantes, sectã suam de-
fendere audeãt:nec à fide refugientes, alibì
se transducãt. Et nè quilibet refugientes eos
suscipiat. Item, nè Christian[9] à Iudęis quod-
cunque muneris contra fidem Christi acci-
piat. Item,nè Iudæi libros legere audeant,
quos Christiana fides repudiat. Item, nè
Iudæis mancipia deseruiant vel adhæreant
Christiana. Item,si Iudæus se Christianum
esse testetur,& ob hoc non velit à se reijcere
mancipium Christianum. Item, professio
Iudæorum,quomodò vnusquisque ad fidẽ
veniens,indiculum professionis suæ cõscri-
bere debeat. Item, conditiones Iudæorũ,
quas iurare debeant hi, qui ex eis ad fidem
venientes,professiones suas dederint. Item
de Christianis mancipijs Iudæorum,quæ se
non prodiderint Christiana, siue de publi-
catoribus eorum. Item,nè Iudæi à quolibet
potestate accepta extra regiam ordinationẽ
Christianum quenque impetere, plectere,

vel distringere audeant. Item,vt si Iudęorũ
Dist.54.et si Iudęorum serui. serui necdùm adhuc cõuersi,ad Christi gra-
tiam conuolauerint,libertate donent. Item,
nè Iudæi administratorio vsu in ordinẽ vil-
licorum atque actorum, Christianam fami-
liam redigere audeant & de damnis eorum
qui talia ordinanda iniunxerint. Item, vt
Iudæus ex alijs prouincijs vel territorijs ad
regis nostri ditionem pertinentibus veni-
ens,episcopo loci vel sacerdoti se præsenta-
re non differat,vel quid huic in toto obser-
uari conueniat. Item,vt concursus Iudęo-
rum diebus institutis ad episcopũ fieri de-
beant. Item,vt quicunque Iudæum secum
assequentem habuerit, expetẽte sacerdote,
eum apud se retinere non audeat. Item,vt
cura omnis distringendi Iudęos solis sacer-
dotibus debeat. Item, de damnis sacerdotũ
vel Iudicum,qui in iudicijs instituta legum
adimplere distulerint. Item,nè iudices quic-
quam de perfidorũ excessibus, extra sacer-
dotum conniuentiam,iudicare pręsumant.
Item, vt episcopi tunc immunes habeantur
à damnis, cum eorũ presbyteros ad ea quæ
ipsi non correxerint, remiserint corrigẽda.
Item, de seruata principibus miserendi po-
testate in his, qui conuersi ad fidem Christi
veraciter fuerint. Item, vt episcopi omnes
Iudęis ad se pertinentibus, libellum de suis
editum erroribus tradãt, & vt professiones
eorũ vel cõditiones in scrinijs ecclesię con-
dant. Quarũ om̃ium legum p̃mulgatio graui-
da, sicut synodali iudicio cõprobata, ità ge-
nerali omnium nostrorũ definitiõe, in eo-
rum erit deincèps excessibus exercenda.

CAPITVLVM 10.

17.q.4. Diffiniuit sanctum concilium Pro his qui quolibet metu vel terrore ec
clesiã appetunt, consentiente pariter glori-
osissimo domino nostro Eringio rege, hoc
sanctum cõcilium definiuit, vt nullus aude-
at confugientes ad ecclesiam vel residẽtes,
indè abstrahere, aut quodcunque nocibili-
tatis vel damni seu spolij residentibus in lo-
co sancto inferre: sed esse potiùs his ipsis, q
ecclesiã petunt,p omnia licitum,in triginta
passus ab ecclesiæ ianuis progredi. In quib[9]
triginta passibus vniuscuiusque ecclesiæ in
toto circuitu reuerentia defendatur, sic ta-
men,vt hi qui ad eam confugiunt, in extra-
neis vel longè separatis ab ecclesia domib[9],
nullo modo abscedant:sed in hoc triginta
passuum numero absque domorum extra-
nearum receptaculo progrediẽtes, aditum
obtinebunt, qualiter requisitę naturę vsum
debitis expleant locis. Et nullo teneantur
euentu necessitudinis, qui Dominicis se de-
fendẽdos commiserint claustris. Si quis aũt
hoc decretum tentauerit violare, & ecclesi-
asticæ excommunicatiõi subiaceat, & seue-
ritatis regię feriatur sententia. Ipsos tamen,
qui ad ecclesiam confugium fecerint, si iu-
xta priscorum canõum instituta hi qui eos
repetunt, sacramenta reddiderint, & sacer-
dos ecclesiæ ipsius, ab ecclesiæ non abstra-
xerit foribus, aut fuga taliũ si euenerit, sa-
cerdoti quærenda est, aut damnorum sen-
tentia secundùm electiõem principis, hui-
usmodi sacerdotibus irroganda.

CAPITVLVM 11.

Præcepta Domini sunt, dicentis: Non fa-
cies tibi sculptile, neque om̃em similitudi-
nem, quæ est in cælo desupèr, & quæ in ter- Exo.20.a
ra deorsùm, nec eorum q̃ sunt in aquis sub
terra, nec adorabis ea, neque coles. Item, Exo.22.c
qui immolat dijs, occidetur, p̃terquàm Do-
mino soli. Item, vir aut mulier qui faciunt Deut.17.a
malum ante conspectum Domini DEI sui,
& transgrediuntur pactum illius, vt vadant,
& seruiant dijs alienis, & adorent eos, vel so
lem & lunam & omnem militiam cæli, quæ
non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum,
audiensque inquisièris diligẽter, & verum
esse reperis, & abominatio facta est in Isra-
el: educes virum ac mulierem, qui rem sce-
leratissimam perpetrauerũt, ad portas ciui-
tatis, & lapidibus obruentur. Præcepta Do-
mini hæc non in vltione, sed in terrore de-
linquentium apponentes, non mortis sen-
tentiam promulgamus, sed cultores idolo-
rum, veneratores lapidũ, accensores facula-
rum, & excultores fontium admonemus, vt
agnoscãt quòd ipsi spontaneę se morti sub-
ijciunt, qui diabolo sacrificare videnẽ. Mor-
tis enim nomine diabolus appellatur, sicut
de eo scriptum est: Et erat illi nomen, mors. Apoc.6.b
Ac proindè omne sacrilegium idololatriæ,
vel quicquid illud est cõtra sanctam fidem,
in quo insipientes homines captiuati, dia-
bolicis culturis inseruiunt, sacerdotis vel iu
dicis instantia inuentum, vt sacrilegia era-
dantur, & exterminata truncentur. Eos ve-
rò qui ad talem errorem accurrunt, & ver-
beribus coërceant, & onustos ferro, domi-
nis suis tradant, si tamen Domini eorum
per iurisiurandi attestationem promittant,
se eos tam solicitè custodire, vt vltrà eis
non liceat tale nefas committere. Quòd
si domini eorum nolint huiusmodi reos in
fide sua suscipere, tunc ab eis à quibus co-
erciti sunt, regijs adspectibus pręsententur,
vt principalis authoritas liberam de talibus
donandi potestatem obtineat. Domini tñ
eorum, qui nunciatos sibi talium seruorum
errores vlcisci noluerint, & excommunica-
tionis sententiam perferant, & iura serui il-
lius, quem coërcere noluerint, se amisisse
cognoscant. Quòd si ingenuorum personæ
his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua
excommunicationis sententia feriantur, &
arctiori exilio vlciscantur.

CAPITVLVM 12.

Placuit huic sancto cõcilio, vt iuxta pri-
orum ep̃orum singularum prouinciarũ ca-
nonum instituta, annis singulis in vnaqua-
que prouincia Calendis Nouembris conci-
lium celebraturi conueniant. Quisquis au-

tem in prædictis Calendis Nouembris pro celebratione synodi venire distulerit, excommunicationi debitæ subiacebit.

CAPITVLVM 13.

Præmissis his omnibus synodalibus gestis, quæ honesto decretorum fine compleuimus, perpetuum his robur per manuum nostrarum subscriptiõem annectimus, dantes pro his gloriam & honorem immortali Deo & Domino nostro, quo inspirante, & determinationis nostræ sententia viguit, & probitas causarum honesto se fine compleuit. Vndè sanctæ Trinitatis poscimus inenarrabile *nomen, & gloriosam ineffabilis potentię maiestatem, vt det amatori Christi serenissimo domino nostro atq; amantissimo Eringio principi, cuius iussu ad hũc meruimus aduocari conuentum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de iustitia prẽmium, de pietate trophæum, quô & hîc inuictus victor hostiũ semper appareat, & post diuturna huius seculi curricula, ad regnum ęternũ cum suis omnibus coronandus perueniat, prẽstãte Deo & saluatore Iesu Christo Domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto in Trinitate viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

*numen,

CONSVMMATVM EST HOC sanctum concilium, die octaua Calẽdarum Februariarũ, anno regni feliciter primo serenissimi domini nostri Eringij regis.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM.

*Hispalen̄ IVlianus Dei gratia *Spalensis ecclesię sedis episcopus, hæc synodica instituta à nobis edita, subscripsi.

Ego Iulius indignus vrbis regiæ Toletanæ sedis episcopus, hæc synodica à nobis instituta, subscripsi.

Ego Liuba indignus Bracarensis sedis episcopus, hæc synodica *à nobis instituta edita, subscripsi.

*instituta à nobis edita, Ego Stephanus sanctæ Emeritensis ecclesię episcopus, hęc synodica *à nobis instituta edita, subscripsi.

Affalius Dei miseratione Auelensis ecclesię episcopus, hęc synodica *à nobis instituta edita, subscripsi.

In Christi nomine Leander ecclesię Ilicitanæ & Iotanę episcopus, hæc synodica *à nobis instituta edita, subscripsi.

In Christi nomine Palinatius *Vrcitanę ecclesię episcopus, hęc synodica instituta à nobis edita, subscripsi.

Concordius Palantinę sedis episcopus, similiter subscripsi.

Riccila Accitanę ecclesię episcop', similiter subscripsi.

Simpronius Ergauicẽsis ecclesię episcopus, similiter subscripsi.

Spera in Deo Italicensis sedis episcopus, similiter subscripsi.

Geta Ilipensis ecclesię upiscopus, similiter subscripsi.

Memorius *Egobinẽsis ecclesiæ episcopus, similiter subscripsi. *Egosen̄

Tructimũdus Elborẽsis episcopus, subscripsi. *Sitianen̄ vel Sitien̄

Isidorus *Sitalensis episcopus, similiter subscripsi.

Gaudentius Valentiẽsis episcopus, similiter subscripsi.

Deodatus *Segouiensis episcopus, similiter subscripsi. * Segobien̄

Gentinus Tudensis episcopus, similiter subscripsi.

Froaricus Portugalensis episcopus, similiter subscripsi.

Felix Irien̄sis ecclesiæ episcopus, similiter subscripsi.

Antonianus Bastinę ecclesiæ episcopus, similiter subscripsi.

Proculus *Iugastrensis ecclesiæ episcop', similiter subscripsi. *Iubien̄

Attala Caurien̄sis ecclesiæ episcopus, similiter subscripsi.

Reparatus Vesensis ecclesię episcopus, similiter subscripsi.

Prouidentius Salamanticensis episcop' ecclesiæ, similiter subscripsi.

Argibado Eliberitanæ episcopus ecclesiæ, similiter subscripsi.

Sifebado Tuccitanæ ecclesiæ sedis episcopus, similiter subscripsi.

Ella Segobricensis episcopus, similiter subscripsi.

Seberianus Oxien̄sis ecclesiæ episcopus, similiter subscripsi.

Ioannes Pacẽsis episcopus, similiter subscripsi.

Teudulfus Astigitanus episcopus, subscripsi.

Samuel, Gundulfus, Lufrasius, Theodoratus, Bateradus, abbates subscripserunt.

Annibonius presbyter, tenẽs vicem domini mei Subdemeri eccleſiæ Complutensis episcopi, subscripsi.

Sesulfus hęc instituta quib' interfui, annuens subscripsi.

Reccaredus similiter subscripsi.
Vuitiza similiter subscripsi.
Vuimars similiter subscripsi.
Theuditeudila similiter subscripsi.
Ostulfus similiter subscripsi.
Salimurius similiter subscripsi.
Theudefridus similiter subscripsi.
Hildigisus similiter subscripsi.
Vitulus similiter subscripsi.
Edila similiter subscripsi.
Adeluibus similiter subscripsi.
Attulfus similiter subscripsi.

Qui-

Quibus omnibus synodalibus gestis decretis atque peractis, & debitam reuerentiam honoris impendimus, & patulum authoritatis nostrę vigorem his innectere, properamus. Ideoque prẽmissas has constitutiones synodicas à prẽsenti die vel tempore, id est, ab octauo Calendas Februarij, anno primo regni nostri, nullus audeat contemnere, nullus etiàm prẽterire, nemo earundem constitutionum audeat iura conuellere, nullus temerator hęc decreta subuertere. Nemo illicitator vel contemptor, vigorem his institutionibus subtrahat, sed generaliter p cunctas regni nostri prouincias hęc canonũ instituta nostræ gloriæ tẽporibus acta, & authoritatis debitę fastigio p̃pollebunt, & irreuocabili iudiciorum exercitio, prout cõstituta sunt, celebria habebuntur. Si quis autem hæc instituta contemnat, cõtemptorũ se nouerit damnari sententia, id est, vt iuxta volũtatem nostrę gloriæ & excommunicatus à cœtu nostro resiliat, & insupèr partem decimam facultatis suæ fisci partibus sociandam, amittat. quòd si nihil habuerit facultatis, vndè prædictam compositiõem exoluere possit, absque alia infamia sui, quinquaginta oportebit eum ictibus verberari, vt semper infamis permaneat. Edita lex in confirmatione concilij Toletani, sub die octauo Calendas Februarij, anno feliciter primo regni gloriæ nostræ. In nomine Domini Flauius Eringius rex, hoc legis nostræ edictum in confirmatione huius concilij promulgatum, subscripsi.

Explicit concilium Toletanum duodecimum.

CONCILIVM TOLETANVM DECIMVMTERTIVM, ACTVM ANNO *quarto Eringij regis. Est prouinciale.*

LIbatæ charitatis instinctu alternis visionum obtutib' redditi, & in vnum cœtum authore Deo pariter aggregati, in ecclesia videlicet sanctorum apostolorum Petri & Pauli, anno regni quarto serenissimi Eringij principis, sub die secundo Nonas Nouembris, æra 721. cùm vnusquisque nostrûm debitis locaretur in sedibus, affuit idem princeps, pleno fidei ardore subnixus, & humilitatis gratia decoratus, qui synodico cœtui deliberationis suæ vota commendans, & vt pro se Deum instantissimè deprecaretur, exposulãs, hoc præsertim est allocutus sufficiẽti exhortatione concilium, vt ecclesiasticæ disciplinæ quæ congruunt, & corrigendis moribus quæ conueniunt, tractatûs nostri euidentia sancirentur. Deindè religiosa vota suæ clementię, quibus subueniẽdum miseris definiuit, synodali conuentu confirmanda commisit, offerens videlicet sacris pontificibus tomum, obsecrans pariter & contestans, vt quicquid illic venustioris esset calami respersione congestum, synodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tũc nos pro susceptо à principe tomo gloriam dedimus deo, & eidem principi benediximus glorioso. Idẽ tamen princeps postquàm votorum suorum actionem peregit, à conuentu concilij gratiosus exiuit. Tunc post prẽsentiæ principialis absessum, hoc in tomi ipsius allegatione reperimus exaratum.

IN nomine Domini Flauius Eringius rex, sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus: Eccè sanctissimi religio-

sa pietate excolendi põtifices. & diuini cultûs instantissimi sectatores, coram cœtûs vestri reuerentia humilis deuotusque prosternor, recliuis assisto, promptus adstipulor, primùm de conuentûs vestri aggregatione patri luminum gratiarum copiam soluens, deindè votorum meorum studia vestris iudicijs dirimenda committens. Nec enim fas est, quemquam, etiàm si nondùm sit optùs, sinè consilio agere, cùm multa promisit Deus bona cum cõsilio bonorum egisse. Vndè vt breui exhortatione perorem, vota mea quibus remedia pietatũ exercere delector, sensibus paternitatis vestræ agnoscenda innuo. Quæ tamen nè oblitu quodam memoriam fugiant, & relationi propriæ curarum ea intercapedo subducat, in huius tomi complicatione accipite annotata. Illud primùm volenti mihi miseris parcere, conuenit intimare, quòd diuulsam per tyrãnidem nostri corporis partem, in societatis nostrę gremium conamur reducere. Etenim retroactis diuæ memorię præcessoris nostri * Vuambæ regis tempo- *Bambę ribus, quæ in prophanatoribus patriæ, qui cum Paulo quondàm tyrannidem assumpserunt, illata est sentẽtia vltionum, qui per iudicij vniuersalis edictum amiserunt testimonium, rebusque proprijs caruerunt: quę cuncta vestræ sanctitudini nota sunt, quos tamen & in collegio societatis nostræ recipere, & rebus quibus fas fuerit, deuouimus deuestire. Nam & de accusatis modum volumus ponere iustissimæ perquisitiõis, quo siue de religiosis, siue de laicis quisquam accusationis cuiusquam studio fuerit propulsatus, non occultis fraudibus vel violentijs comprimatur, nec clàm ad professionem

nem violenter arctetur, sed in communi omnium examine iudicetur, quô secûdùm publicæ professionis suæ tenorem, aut offẽsibilis debitas damnatiõis pœnas accipiat, aut innocens, ex iudicio omnium comprobatus, clarescat. Nam quid iam de tributorũ fiscalium exactionibus referam, quorũ redhibitiões tantis debitorum cumulis increuerunt, vt si exigi penitùs iubeantur, & status subruatur funditùs populorum, & fragmine collisiõis eorum vltimum terra sentiat propriæ prolapsionis excidium? Vndè talibus non solùm priuatis, sed etiàm fiscalibus seruis remedia pietatis præoptans nostra gloria affluenter impendere, omnes tributorum exactiones, quæ apud illos de retroactis temporibus adiacent, vsque ad primum annum mãsuetudo nostra illis remittendas laxauit, & stylo proprię authoritatis remittendas instituit, quas etiàm authoritas sacrosancto cœtui vestro relegendas relegit. Illud quoquè adijciens loquar, quod votis nostris horribile & animis execrabile est semper. Nobilitatis cõditio libertorum vel seruorum etiàm adequata, gentis nostrę statũ degenerat. Ob quam rem hoc nostræ gloriæ animis placet, vt exceptis fiscalibus seruis vel libertis, abrasa deincèps huius malæ præsumptionis licentia, nullus qui ex seruitute quorumlibet seruus sit vel libertus, ad palatina officia transeat. Quod si fecerit, illic seruiturum procul dubiò reducendum se nouerit, ex quo aut conditionis propriæ originem sumpsit, aut libertatis titulum reportauit. His votorum meorum insinuationibus allegatis, quæso, vt fortia paternitatis vestræ adiutoria prærogetis. Luce enim clariùs constat, quòd aggregatio sacrosancta pontificum, quicquid censuerit obseruãdum, per sanctiſpiritûs donum, omninò est ad æternitatẽ præfixum. Et ideò vniuersitatem paternitatis vestræ sublimiumque virorũ nobilitatem, qui ex aulæ regalis officio in hac sancta synodo vobiscum sessuri prælecti sunt, obtestor pariter & coniuro, atque per ineffabile illud sanctæ Trinitatis sacramentum cõuenio, vt quicquid in medio vnstrî se iudicandum vel retractandum inuexerit, tam quæ per nos dicta, quàm etiàm cætera quæ vestris auditibus se ingesserint audienda, communi vigore iustitiæ & temperamento misericordiæ dirimere procuretis, quô cum omni reuerentia patrum prẽcedentium regulis subditi, totius vnanimitatis vestræ sententia non aliundè, q̃ ex veritatis fonte, procedat. Sicque & his quæ præmissa sunt, solidum deliberationis stylum promptissimè apponatis, & reliqua adhuc quæ necessaria sunt, in peragẽdis ecclesiasticæ regulę disciplinis, & dirimenda tractetis, & dirempta religiosioribus diligenter conscribatis, qualiter dum doctrinã dispergitis salutarem in populis, Christũ Do-

minum in cumulando iustitiæ fructu capiatis, vt vobis p̃dicantibus & nobis implẽtibus & q̃ diuinis oculis complaceant, & quæ nobis proficiant, semper agere valeam⁹. Sit vtrisque parentibus in hoc seculo de lucro animarum ineffabile gaudium, & in futuro de peruentione æternitatis præmium incõuulsum. Datum sub die 2. Nonas Nouemb. anno feliciter quarto regni glorię nostrę in Dei nomine Toleto. Perlecto ergò coram cunctis Tomi necessariæ institutiõis exordiu, priùs de fide sanctæ Trinitatis sermocinationis nostrę cœpit esse principium, profitentes pariter & credentes ea, quæ de hac sancta Trinitate & euangelia tradũt, & apostolorum sanctiones instituũt, sicut Nicena synodus hoc pietatis sacramentum exposuit, sicut Constantinopolitana definitio sanxit, vel primi ephesini cœtũs atque Chalcedonensis euidens doctrina constituit, iuxta quod etiàm sacrosancti symboli elucubrata professio claret, quę in Missarum solẽnitatib⁹ patula cũctorũ acclamat fideliũ voce.

FIDES CONCILII TOLETANI xiij, ex symbolis Niceno & Constantinopolitano potissimùm concinnata

CRedimus in vnum Deum, patrẽ omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium conditorẽ. Et in vnum Dominum Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, DEVM verum ex Deo vero, natum, non factum, homousion patri, hoc est, eiusdem cum patre substantię, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos & propter nostrã salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Homo factus, passus est sub Pontio Pilato, sepultus, tertia die resurrexit. Assẽdit in cælos, sedet ad dexteram patris, iterùm vẽturus in gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Credimus in spiritum sanctum, Dominũ & viuificatorem, ex patre & filio procedentem, cum patre & filio adorandum & glorificãdum. Qui locutus est per prophetas. Vnam catholicam atque Apostolicam Ecclesiam, Confitemur vnum baptisma in remissionẽ peccatorum, Et expectamus resurrectionẽ mortuorum, & vitam futuri seculi. Amen.

POst huius sanctę fidei dispositam scripturam, quasi super solidissimam petram, cæterorum sequẽtium construximus fabricam, vt firmitate inconuulsibili durent, quæ super fundamentum veræ fidei fuerint perenne constructa. Vndè & has omnium in commune sententias, quas principis hortatu construendas accepimus, communi voto edidimus, quas etiàm eterno reuerentiæ vigore obseruandas fore cẽsemus.

CON-

CONCILII TOLETANI 13.
Capitulum primum: (nam cætera desunt.)
De reddito testimonio dignitatis eorũ, quos prophanato infidelitatis cum Paulo traxit in societatem tyrannidis.

PRęconabile signum est, illis semper negocijs interesse, quæ & à pietate incipiunt, & per pietatis viscera temperantur. Pietas enim, vt ait Apostolus, ad omnia vtilis est. Cuius virtutis admirabili dono multa proficiunt &c. 1. Tim. 4.

Concilij Toletani 13. finis.

DECRETA

GREGORII PAPAE II.

Ex libro Pontificali.

Anno Domini 708. GRegorius natione Romanus, ex patre Mareello, sedit annos 16. menses 9. dies 11. Fuit autem temporib⁹ Anastasij, Theodosij, Leonis, atque Constantini Augustorum. Hic à parua ætate in patriarchio nutritus, sub sanctę memorię domino Sergio subdiaconus atque sacellarius factus, bibliothecæ curam suscepit: deindè ad diaconatũs odiné prouectus est, & cum viro sancto Constantino põtifice ad regiam profectus est vrbẽ, atque à Iustiniano principe inquisitus de quibusdam capitulis, optima responsione vnamquanque soluit quæstionem. Erat em̃ vir castus, diuina scriptura eruditus, facundus loquela, & constans animo, ecclesiasticorum dogmatum defensor, & contrariorũ fortissim⁹ impugnator. Hic in exordio põtificatũs sui calcarias decoq̃ iussit, & à porticu sancti Laurentij inchoans, huius ciuitatis muros restaurare decreuerat: & aliquã partem faciens, emergentibus incongruis varijsque tumultibus, præpeditus est. Hui⁹ temporibus Ioannes Constantinopolitan⁹ antistes synodicam misit, atque ad eum rescriptis idem vsus est pontifex. Hic maximã partem basilicę beati *Petri apostoli, q̃ ceciderat, allatis de Calabria trabibus cooperuit, & altare à nouo refecit, & ciborium argenteum, quod fuerat ruina quassatum, restituit. Sancti Laurẽtij pariter ecclesiam foràs muros sitam, quæ trabibus confractis, ruinę iam erat vicina, reparauit, atque aquã fistulis compaginatis post multum tempus in eandem ecclesiam reduxit, diuersasque ecclesias in ruinis positas innouauit, quas per ordinem dicere lõgum est. Hic in Germaniam per Bonifacium episcopum verbũ salutis prædicauit, & gentem illam sedentẽ in tenebris, illuminauit. Hic monasteria, quæ circa basilicã sancti Pauli apostoli erãt ad solitudinem deducta, innouauit, atque ordinatis seruis Dei monachis, cõgregationem post longum tempus constituit, vt ibidèm die noctuque Deo redderent laudes. Hic * Gerochomium, quod post absidam sanctæ DEI genitricis ad præsepe situ est, monasterium instituit, atque monasterium sancti Andreę apostoli, quod Barbarę nuncupatur, ad nimiã deductum desertionem, in quo ne vnus quidem habitabat monachus, accitis monachis, ordinauit vt vtraq; monasteria ad sanctam Dei genitricem singulis diebus atq; noctibus Deo laudes canerent. Eo tempore Luithprandus rex donationem patrimonij Alpium Cotiarum, quam Arithpertus rex fecerat, hicque repetiẽrat, ad monitionem tanti viri redditam confirmauit. Huius temporibus signum in luna factum est per indictionem 14. & visa est cruentata vsque ad mediam noctem. Eo itaque tempore Theodo dux Baioariorum ad apostoli Petri limina primus de eadem gente occurrit orationis voto. Huius temporibus Anastasius Imperator classem nauium præparatam in partibus Alexandrię, direxit contra à DEO destructos Agarenos. Quiad aliud versi cõsilium, antequàm ad destinatum peruenirent locum, ab itinere medio ad regiam regressi vrbem, Theodosium orthodoxum inquirentes, Imperatorem elegerunt, atque coactum in solio Imperij confirmauerunt. Anastasius itaque cum ciuibus, vel quibus potuit de exercitu, munita ciuitate * Nicea, perrexit. Illic cum classe, in qua Theodosius fuerat Imperator, dimicauit: & ferè septem millia exercitũs sunt interempti. Cuius Anastasij superata pars, verbum immunitatis expetijt: datoq; sibi sacramento, clericus factus, atque presbyter & consecratus. Protinùs etiàm vt ingressus memorat⁹ Theodosius regia vrbẽ, imaginẽ illã venerandã, in qua erant sanctę sex synodi depictæ, & à Philippo nec dicẽdo fuerat deposita, in pristino erexit loco, ità vt hui⁹ fidei feruore omnis pristina ab ecclesia cessaret quæstio. Eo autem tempore fluuius, qui appellabatur Tiberis, alueum suum egressus, se per campestria dedit. Intumuit etiàm inundatione aquarum multarum, & portã (quæ Flaminea dicitur) egressus est. Transcendit intereà aliquibus locis & muros vrbis, atque vltra basilicã S. Marci per plateas se extẽdit, ità vt in via lata ad vnã & semis staturam aqua eiusdẽ fluminis excreuisset, atq; à porta B. Petri apostoli vsq; ad pontẽ Miluiũ aquę se extẽderũt, & iuxta incõsueta ipsi⁹ fluminis vnda se dedit. Domos itaq; euertit, agros desertauit, eradicãs arbusta & segetes. Nã nec serere ipso tẽpore potuit pars maxima Romanorum, & p̃ hoc imminebat tribulatio magna. Per dies etiàm septẽ aqua Romã tenebat peruasam. A dño itaq; papa litanię crebrò fiebãt. Cũq; ī oratiõe & litanijs psisteret p octauã iã diẽ, misertus De⁹, aquã amouit, & fluui⁹ ad p̃prium reuer-

* Pauli

Gregorio II. quid debeant Germani.

* gerontoco mium

* for. Nicea

Tiberis exundatio incredibilis.

reuersus est alueum per quintamdecimam indictionem. Tempore etiàm ipso castrum vnum à Longobardis fuerat sub pacis dolo peruasum. Quo audito, omnes sunt redditi tristes. Adhortans etiàm sanctissimus pontifex, & commonens Longobardos, vt rederent: quòd si non acquiescerent, in iram se diuinam incidere pro dolo quem fecerunt, suis scriptis protestabatur. nam & munera eis dare, vt restituerent, voluit multa: sed illi turgida mente, neque monita audire, nec reddere sunt passi. Vndè nimìs idem sanctus indoluit pōtifex, sesequè spei contulit diuinæ, atq; in munitionem ducis Neapolitani & populi vacās, ducatum eis, qualiter agerent, quotidiè scribendo præstabat. Cuius mandato obedientes, inito consilio, mœnia ipsius castri virtute sub nocturno sunt ingressi silentio, Ioannes scilicet dux, cum Theodimo subdiacono & rectore, atq; exercitu, & Longobardos penè trecentos cum eorum castaldio interfecerunt. Viuos etiàm ampliùs quingentos comprehendentes, captos Neapolim duxerunt, & sic castrum recipere potuerunt. Pro cuius redemptione septuaginta auri libras ipse sanctissimus papa (sicut promiserat) dedit. Hic Hierusalem ecclesiam sanctam, quę multo fuerat distecta tempore, & circunquaquè porticus vetustate quassatas, trabibus deductis cooperuit ac reparauit. Ambonem etiàm marmoreum in eadem ecclesia fecit, & ditauit illam diuersis linteis atq; ministerijs. Eodem tempore nefanda Agarenorum gens, cùm iam Hispaniarum prouinciam per decem tenerent annos peruasam, vndecimo anno Rhodanum conabantur fluuium transire, & Franciam occupare, vbi Eudo præerat. Qui facta Francorū monitione contra Sarracenos, eos circundantes interemerunt. Trecenta enim septuagintaquinque millia vno sunt die interfecti, vt eiusdem Eudonis Francorum ducis missa pontifici epistola continebat. Mille tantùm quingentos ex Francis fuisse mortuos in eodē bello dicebat, adijciens, quòd anno præmisso benedictionem à prædicto viro eis directam, in tribus spōgijs, quibus ad vsum mensæ pontificis apponuntur, in hora qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniæ princeps populo suo per modicas partes tribuens ad sumendū, vt ex eis nec vnus vulneratus aut mortuꝰ esset ex his, qui participati sunt. Eoque tēpore in Campaniæ partibus cōbustum triticum & hordeum, seu legumina, quasi pluuia in loco quodam è cælo missa sunt. Hic quadragesimali tempore vt in quinta feria ieiuniū atq; Missarum celebritas fierēt in ecclesijs, quod non agebatur, instituit. Oratorium sanè in patriarchio, in nomine beati Petri apostoli diuersis ornatum metallis, à nouo fecit, & circunquaquè altaris parietes deargētauit, ac depinxit duodecim apostolos, qui pensant libras centum octoginta. Illis interea diebus Constantinopolis biennio est à nō nominandis Agarenis obsessa. sed Deo eis contrario, maxima illic eorum parte fame ac bello interempta, confusi recesserūt Leone principe. Nam & eiusdem ciuitatis populum ad 300. dictum est millia diuersi sexūs & ætatis, fuisse necessitate vastatum ac pestilentia. Eo nanque tempore, moribus certè Honesta & nomine, mater pontificis ab hac vita subtracta est. Post cuius obitum domum propriā in honorem sanctæ Christi martyris Agathæ, additis à fundamento cœnaculis, vel quæ monasterio erant necessaria, à nouo cōstruxit, prædia illi suburbana, vel rustica, p monachorum obtulit necessitate. Fecit autem in eadem ecclesia ciborium argēteum, pensans lib. 22. arcus argenteos sex, pensantes singulos libras quindecim, canistra decem pēsantia singula lib. duodecim, & alia dona multa largitus est. Eodem tempore castrum Narnien à Longobardis peruasum est. Rex verò Longobardorum Luithprandus, generali motiōe Rauennam progressus est, atq; illam obsedit per dies: & castrū peruadens, classes cāptas abstulit plures, & opes tulit innumeras. Post aliquod tēpus Basiliꝰ dux, Iordanꝰ Carthilarius, & Ioānes subdiaconꝰ cognomento Lurion, iniērunt, vt pontificem interficerent, quibus assensum Marinus sparārius Imperialis, qui Romanum ducatum tenebat, regiam missus vrbem, Imperatore mandante hoc, prębuit: sed tempus inuenire non potuerunt. Qui DEI iudicio dissolutus, contractus est, & sic à Roma recessit. Postmodùm Paulus patricius & exarchus, missus in Italiam est, qui denuò, vt scelus pficerent, meditabantur: quorum consilium Romanis patefactum est. Qui moti, cuncti Iordanum interfecerunt, & Ioannem Lurionem. Basilius verò monachus factus, in loco quodam retrusus, vitam finiuit. Paulus verò exarchus, Imperatoris iussione eūdem pontificem conabatur interficere, eō quòd censum in prouincia ponere præpediebat, & suis opibus ecclesias denudari, sicut in cęteris actum est locis, atque alium in eius ordinare locum. Post hunc spatarius cum iussiōibus missus est alter, vt pontifex à sua sede amoueretur. Denuò & Paulus patricius ad perficiendum tale scelus, quos seducere potuit, ex Rauenna cū suo comite, atq; ex castris aliquos misit. Sed motis Romanis, atque vndiquè Longobardis pro defensione pōtificis in Salario ponte, Spoletini, atq; hinc indè duces Longobardorum, circundantes Romanorum fines, hoc præpediebant. Iussionibus itaque postmodùm missis, decreuerat Imperator, vt in nulla ecclesia imago cuiuslibet sancti, aut martyris, aut angeli haberetur: (maledicta enim omnia asserebat) & si acquiescet pontifex, gratiā Imperatoris haberet: & si hoc fieri præpediret, à suo gradu discederet. Despiciens ergò pius vir prophanā principis iussionem, iam contra Imperatorem quasi contra hostē se armauit, renuens hæresim eius, & scribens vbiquè cauere Christiāos, quæ orta fuisset, impietatem. Igitur permoti Pentapolensiū & Venetiarum exercitus, iussioni Imperatoris restiterūt, & nunquàm se eiusdem pontificis condescendere neci dicebant, sed p̄ pro eius magìs defensione viriliter decertarent, ità vt anathemati Paulum exarchum, qui eum direxerat, eiusq; cōsentaneos submitterent, spernentes eius ordinationem, sibique omnes in Italia mori eligerent: atq; sic de pontificis, deque sua emunitate cunctis tuduerunt. Cognita ergò Imperatoris nequitia, omnis Italia consilium inijt, vt sibi eligerent Imperatorem, & ducerent Cōstantinopolim, sed compescuit tale consilium pontifex, sperans conuersionem principis. Ipsis interea diebus Exhilaratꝰ dux, deceptus diabolica instigatione, cum filio suo Adriano Campanię partes tenuit, seducens populum, vt obedirent Imperatori, & occiderent pontificem. Tunc Romani ōmnes eum secuti, comprehēderunt*, & cum filio suo interfecerunt. Post hęc & Petrum ducē, dicentes contra pontificem Imperarori scripsisse, turbauerunt. Igitur dissensione facta in partibus Rauennæ, alij cōsentientes prauitati Imperatoris, alij cum pōtifice & eius fidelibus tenētes, intra eos cōtentione mota, Paulum patricium occiderunt. Longobardis verò Aemiliæ castra, Frentana, Montella, Venafrū, cū suis oppidis Buxo, *Præcutio, Pentapoli quoquè & *Auximana ciuitate se tradiderunt. Post aliquod verò Eutychium patricium Eunuchum, qui dudùm exarchus fuerat, Neapolim Imperator misit, vt illud, quod exarchus Paulus, spatarij quoquè & cęteri malorum cōsiliatores facere nequiuerāt, ille perficeret. Sed nec sic, iubēte Deo, latuit miserabilis dolus, sed claruit cūctis pessimum consiliū, quòd Christi violare conabantur ecclesias, & perdere cunctos, atq; diripere omniū bona. Cumq; mitteret hominem * proprium Romam cū scriptis suis, in quibus continebatur, vt pōtifex occideretur cum optimatibus Romanis: agnita crudelisſ. insania, ptinùs ipsum patricij missum occidere voluerūt, nisi defensio pontificis nimia præpedisset. Verùm eundem anathematizauerunt Eutychium exarchum, sese magni cum paruis constringentes sacramento, nunquàm pontificem Christianæ fidei zelotem, & ecclesiarū defensorem, permittere noceri aut amoueri, sed mori essent pro salute illius omnes parati. Munera tunc hincindè ducibus Longobardorum & regi pollicentes plurima, vt à iuuamine desisterēt pontificis, per suos legatos patricius ille suadebat. Qui rescriptis detestandam viri dolositatem despiciētes, vna se quasi fratres catena fidei constrinxerunt Romani atque Longobardi, desiderātes cuncti mortem pro defensione pontificis sustinere gloriosam, nunquàm illum passuri perferre molestiam, pro fide vera & Christianorum certantes salute. His ità se habentibus, elegit maius præsidium pater ille, pauperibus distribuere largissima manu, quæ reperiebat, incumbens orationibꝰ & ieiunijs, litanijs Deum quotidiè deprecabatur, speq; ista manebat semp fultus plùs quàm ab hominibus: gratias tamen voluntati populi referens pro mentis proposito, blando omnes sermone, vt bonis in Deum proficerent actibus, & in fide persisterent, rogabat, & nè desisterent ab amore vel fide Romani Imperij, admonebat. Sic cunctorū corda molliebat, & dolores continuos mitigabat. Eo tempore per vndecimam indictiōem, dolo à Longobardis peruasum est Sutriense castellum, quod per quadraginta dies ab eisdem Longobardis possessum est: sed pontificis continuis scriptis atque commonitionibus ad regem missis, quāuis multis datis muneribus, * saltem omnibus suis datum oppidis, donationē beatissimis apostolis Petro & Paulo antefatus emittēs Lōgobardorum rex, restituit atq; donauit. Eo autem tēpore, indictione duodecima, mense Ianuario, per decē & eo ampliùs dies stella, quæ * aurifer vocitatur, cum radijs in cælo apparuit in Occiduo, cuius radij partem Aquilonis respiciebant, & vsque ad mediū cælum se extendebāt. Eo etiàm tempore sępiùs dicti Eutychius patricius & Luithprādus rex iniērunt cōsilium nefandum, vt cōgregato exercitu, rex subijceret duces Spoletinum & Beneuētanum, exarchus Romā, & quæ pridèm de pontificis persona iussus fuerat, impleret. Qui rex Spoletum veniēs, susceptis ab vtrisque ducibus sacramentis atque obsidibus, cū tota sua cohorte in Neronis campo cōuenit, ad quē egressus pontifex, eique præsentatus, studuit, vt potuit, regis mollire animum commonitione pia, ità vt se, psterneret eius pedibus, & promitteret nulli inferre læsionem: atque sic ad tantam compunctionem ipse pijs monitis flexus est, vt quæ fuerat indutus exueret, & ante corpus apostoli poneret * mantum, armilasiam, balteum, spatam, atque ensem deauratum, necnon coronam auream, & crucem argenteam. Post orationem factam obsecrauit pōtificem, vt memoratum exarchū ad pacis concordiam susciperet dignaretur. quod & factum est, & sic recessit, rege declinante à malis, quibus iniērat cōsilium cum exarcho. Igitur exarcho Romæ morāte, venit in partibus Tusciæ in castro * Maturanen quidam seductor Tiberius nomine, cui cognomen erat Petasius, qui sibi regnum Ro-

Cōstātinopolis obsessa.

Franci cædunt Agarenos.

Iconomachia.

*ducem,

*Anaxana

* patricium

*tamen

*Lucifer

*Maranen

mani imperij vſurpare conabatur, leuiores quoſque decipiens, ità vt * Maturaneñ, Luneñ, atque Blerani ei ſacramenta præſtitiſſent. Exarchus verò hæc audiens, turbatus eſt. Quem ſanctiſſimus papa confortans, & cum eo proceres mittens atque exercitum, profectus eſt. Qui venientes in * Mantuarienſe caſtellum, idem Petaſius interemptus eſt. Cuius abſciſſum caput, Cõſtãtinopolim ad principem miſſum eſt, & nec ſic plenam Romanis gratiam largitus eſt Imperator. Nam poſt hæc claruit Imperatoris malitia, pro qua perſequebatur pontificem, ità vt compelleret omnes Conſtantinopoli habitantes, tam virtute quam q́ue blãdimentis, vt deponerẽt, vbicunq; haberentur imagines tam Saluatoris, quam q́ue eius ſanctæ genitricis vel omniũ ſanctorum, eaſq́ue in medio ciuitatis (quod dicere crudele eſt) igne cremarent, & omnes dealbarent depictas eccleſias. Et quia plerique ex eiuſdem ciuitatis populo tale ſcelus fieri præpediebant, aliquanti capite truncati, alij partem corporis abciſi, pœnam pertulerunt. Pro qua cauſa etiàm Germanum Conſtantinopolitanę eccleſię antiſtitem, eõ quòd ei cõſenſum præbere noluiſſet, pontificatu priuauit idem Imperator, ſibiq́ue complicem Anaſtaſiũ presbyterum in eius loco conſtituit. Qui miſſa ſynodica, dum tali errori eũ conſentientem reperiret vir ſanctus, nõ cẽſuit fratrem & cõſacerdotem ſolitò, ſed reſcriptis commonitorijs, nisi ad catholicam ſe conuerteret fidem, etiàm extorrem à ſacerdotali officio eſſe mandauit. Imperatori quoquè mãdauit ſalutaria ſuadens, vt à tali execrabili miſeria declinaret, ſcriptis cõmonuit. Hic fecit calicẽ aureum præcipuũ, diuerſis ornatum lapidibus precioſis, penſantem lib. 30. Similiter & patenam aureã, penſantem lib. 28. & ſemis. Hic dimiſit omi clero, monaſterijs, diaconiæ, & manſionarijs ſolidos duo millia centum ſexaginta, et ad luminaria B. Petri apoſtoli ſolidos mille. Hic fecit ordinationes nouem per menſem Septembrem, & vnam per menſem Iunij, presbyteros trigintaquinque, diacones quatuor, epiſcopos per diuerſa loca numero centum quinquaginta. Qui etiàm ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolũ ſub die tertio Id⁹ Febꝛuarij, indictiõe decimaquarta, Leone & Conſtantino imperantibus. Et ceſſauit epiſcopatus menſe vno, dies 5.

* Maraneñ

IN nomine Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperante domino Leone à Deo coronato magno Imperatore, anno ſexto poſt conſulatum eius, ſed & Conſtantino magno Imperatore eius filio, anno quarto indictionis ſextæ, Promitto ego Bonifacius gratia Dei epiſcopus, vobis beato Petro apoſtolorum principi, vicarioq́; tuo beato papæ Gregorio, ſucceſſoribusq́; eius per patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctæ fidei catholicæ exhibere, & in vnitate eiuſdem fidei Deo operante perſiſtere, in qua Chriſtianorum ſalus eſſe ſinè dubio comprobatur, nullo modo me contra vnitatem communis & vniuerſalis eccleſiæ ſuadente quopiam cõſentire, ſed (vt dixi) fidem & puritatem meam atque concurſum tibi & vtilitatibus tuæ eccleſiæ, cui à Domino Deo poteſtas ligandi ſoluendiq́; data eſt, & prædicto vicario tuo, atque ſucceſſoribus eius per omnia exhibere: ſed & ſi agnouero antiſtites cõtra inſtituta antiqua ſanctorum patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem aut coniunctionem, ſed magìs, ſi valuero prohibere, prohibebo: ſi minùs, fideliter dño meo apoſtolico renunciabo. Quòd ſi (quod abſit) contra huius promiſſionis ſeriem aliquid facere quolibet modo vel occaſione tẽtauero, reus inueniar in æterno iudicio, vltionem Ananiæ & Saphiræ incurram, qui vobis etiàm de rebus proprijs fraudem facere, vel falſum dicere præſumpſerint. Hunc autem indiculum ſacramenti ego Bonifacius exiguus epiſcopus manu propria ſubſcripſi, atq; poſitum ſupra ſacratiſſimum corpus tuum, vt ſuperiùs legitur, Deo teſte & iudice, præſtiti ſacramentũ, quod & cõſeruare, p̃mitto.

Matth. 16, i

Act. 5, a

EPISTOLA GREGORII papæ ſecundi.

GRegorius ſeruus ſeruorum Dei, Bonifacio religioſo presbytero: Exigit manifeſtata nobis religioſi, ꝓpoſiti tui piè in Chriſto flagrantis intẽtio, & approbata ſynceriſſima fidei tuæ perlata relatio, vt ad diſpenſationem verbi diuini, cuius per gratiam Dei curam gerimus, te comminiſtro vtamur, experientes prouidè te ab infantia ſacras literas didiciſſe, prouectusq́ue indolem ad augmentum crediti cælitùs talenti proſpectu diuini amoris extendere, videlicet gratiam * cognationis cæleſtis oraculi in laborem ſalutiferæ prædicationis ad innoteſcendum gentibus incredulis, miniſterium fidei inſtanti conatu expẽdere, conlætamur fidei tuæ, & adiutores eſſe cupimus gratiæ prærogatę. Idcircò, qui præmiſſi conatûs pium affectum vſque ad Apoſtolicæ ſedis modeſta prævniſione perduxiſti conſultum, vt membrum ex membro proprij corporis caput requirens, motum mentis probares, capitisq́ue arbitrio humiliter ſe ſubmittens eius directioni, iuſto tramite properans, ſoliditati compaginis plenitudo exiſtas. Ideò in nomine indiuiſibilis Trinitatis, per incõcuſſam authoritatem beati Petri apoſtolorum principis, cuius doctrina magiſterijs diſpenſatione fungimur, & locum ſacræ ſedis adminiſtramus, modeſtiam tunc religionis inſtituimus atq; præcipimus, vt in verbo

for. * cognationis

Luc. 12, f

bo gratiæ Dei, quo igne ſalutifero, quem mittere Dominus vénit in terram, enitere indiès ad gentes quaſcunque infidelitatis error e detentas properare Deo * annitente potueris myſterium regni DEI, per inſinuationem nominis Chriſti Domini noſtri, veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum veritatis & dilectionis & ſobrietatis, prædictionem vtriuſque teſtamenti mẽtibus indoctis conſona ratione transfundas. Diſciplinam deniquè ſacramenti, quam admittendos (deo præuio) creditуros tenere ſtudeas, ex formula officiorum ſanctæ noſtræ Apoſtolicæ ſedis, inſtructionis tuæ gratia prælibata volumus vt intendas. Quod verò actiõis ſuſceptæ tibi deeſſe perſpexeris, nobis, vt valueris, intimare curabis. Benè vale. Data idibus Maij, imperante domino pijſſimo Auguſto Leone à Deo coronato magno Imperatore, anno tertio imperij eius, indictione ſecunda.

annuente

EPISTOLA EIVSDEM AD Epiſcopos, presbyteros, ſeu diaconos, & ad cunctos Chriſtianos.

GRegorius ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis reuerentiſſimis & ſanctiſſimis fratribus coëpiſcopis, religioſis presbyteris, ſeu diaconibus, glorioſis ducibus, magnificis caſtaldis, comitibus etiàm, vel cunctis Chriſtianis Deũ timentibus. Solicitudinem nimiam gerentes pro ſpeculatione credita, quia in vmbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga Orientali Rheni fluminis, antiquo hoſte ſuadente, errare, & quaſi ſub religione Chriſtiana idolorum culturę eos ſeruire cognouimus: aliquos verò, qui necdùm cognitiõem Dei habẽtes, nec baptiſmatis ſacri vnda ſunt loti, ſed comparatione brutorum animalium pagani, factorem non recognoſcunt: neceſſariò pro vtrorunque illuminatiõe ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum portitorem Bonifacium reuerentiſſimum fratrem epiſcopum, ad eaſdem partes dirigere ſtuduimus, vt & illis prædicando verbũ ſalutis, vitã prouideat ſempiternã: & ſi quos fortè, vel vbicũquè à rectæ fidei tramite deſtitiſſe cognouerit, aut aſtutia diabolica pſuaſos erroneos repererit, corrigat, atq; ſuæ educatiõe ad portũ reportet ſalutis, eosq́ue ex Apoſtolicæ ſedis huius doctrina informet, & in eadem catholica fide permanere inſtituat. Cui hortamur ob amorem nomini noſtri Ieſu Chriſti, & apoſtolorum eius reuerentiam, vt in omnibus ſolatiari niſi b⁹ totis debeatis, eumq́; in nomine Ieſu Chriſti recipiatis, vt ſcriptum eſt de ſuis diſcipulis: Qui vos recipit, me recipit. Prouidentes inſuper neceſſaria itineris eius, comites tribuentes, cibum etiàm ac potum, vel ſi quo eguerit, largientes, vt vno labore & ſocia voluntate opus ſibi creditũ pietatis, & negocium ſalutis (annuente Deo) perficiatur, atq; præmia laboris percipere mereamini, deq; conuerſione errãtium merces vobis aſſcribatur in cælis. Si quis itaq; huic Dei famulo, ad illuminationem gentium ab hac Apoſtolica atque catholica Eccleſia deſtinato, aſſenſum vel concurſum prębuerit, exorantibus apoſtolorum principibus conſortia mereatur ſanctorum & martyrũ Ieſu Chriſti. Si quis verò (quod non optamus) aduerſando, eius præpedire conatus fuerit laborem, aut contrarius extiterit miniſterio ſibi credito, ſucceſſorumq́ue eius eundem laborem intrantium, ex ſententia diuina anathematis vinculo percellatur, & perpetuæ damnationi ſubiaceat. Benè valete. Data Calendis Decembris, imperante domino pijſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imperatore, anno ſeptimo, ſed & Conſtantino magno Imperatore eius filio, anno quarto, indictione ſexta.

Matth. 10, d

EPISTOLA EIVSDEM ad vniuerſum clerũ & plebẽ Thuringiæ.

GRegorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, clero, ordini & plebi conſiſtenti Thuringiæ, dilectiſſimis filijs in Domino ſalutem. Probabilibus deſiderijs nihil attulimus tarditatis, fratrem iam & coepiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinatiſſimus ſacerdotem, cui dedimus in mandatis, nè vnquàm ordinatiões præſumat illicitas, nè bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem, neq; illiteratum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut * ex pœnitente, vel curiæ aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumq́ue ad ſacros ordines p̃mittat accedere: ſed ſi quos huiuſmodi fortè repererit, non audeat promouere. Afros paſsim ad eccleſiaſticos ordines prætendẽtes, nulla ratione ſuſcipiat: quia aliqui eorũ Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpiùs ſunt probati. Miniſteria atque ornatum eccleſię, vel quicquid illud eſt in patrimonio eiuſdem, non minuere ſtudeat, ſed augere. De redditu verò eccleſiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones: quarum vnã ſibi ipſe retineat, alteram clericis pro officiorum ſuorum ſedulitate diſtribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam, de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem. Ordinationes verò presbyterorum, ſeu diaconorum, non nisì quarti, ſeptimi, & decimi menſiũ ieiunijs, ſed & in ingreſſu q̃drageſimali, atque mediante veſpere ſabbati, nouerit celebrandas. Sacroſancti autẽ baptiſmi ſacramentum non nisì in paſchali feſtiuitate & pentecoſte nouerit eſſe præbendum, exceptis his, quibus, mortis vrgẽte periculo (nè in æternum pereant) talibus oporteat remedijs ſubuenire. Huic ergò ſe-

* impœnité-tem

Diſtributio prouẽtuum eccleſię.

Is Bonifaci⁹ fuit archiepiſcopus Mogũtinus, poſteà martyrio coronatus.

dis noſtræ præcepta ſeruãti, deuotis animis obſequi vos oportet, vt irreprehenſibile placidumque fiat corpus Eccleſiæ per Dominum noſtrum, qui viuit & regnat cum Deo patre omnipotente & ſpiritu ſancto, per omnia ſecula ſeculorum, Amen. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi filij. Data Calendis Decembris, imperante domino pijſſimo Auguſto Leone à DEO coronato magno Imperatore, anno ſeptimo, ſed & Conſtantino magno imperatore eius filio, anno quarto, indictione ſexta.

EPISTOLA EIVSDEM *ad clerum & plebem Thuringiæ.*

VIris magnificis filijs, Aſuleo, Guodelano, Mulereo, Gunthareo, Alualdo, & omnibus Deo dilectis Thuringis fidelibus Chriſtianis, Gregorius papa. Inſinuatam nobis magnificę in Chriſto fidei veſtrę conſtantiam agnoſcentes, quòd paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plena reſpõderitis, magis velle feliciter mori, quàm fidem ſemèl in Chriſto acceptam aliquatenùs violare, nimia exultatione repleti, grates debitas perſoluimus Deo noſtro & redemptori, bonorum omnium largitori. Cuius gratia comitante, vos ad meliora & potiora optamus, pficere, & ad confirmandum fidei veſtræ propoſitum ſanctę ſedi Apoſtõlice religioſis mentibus adhærere, & prout opus popoſcerit ſacræ religionis, à memorata ſancta ſede Apoſtolica, ſpiritali omnium fidelium matre ſolatium quærere, ſicut decet filios cohæredes regni à regali parẽte. Miniſterio quoquè præſentis fratris chariſſimi Bonifacij, quem ad vos conſecratum epiſcopum in ſorte prędicationis deſtinauimus, apoſtolicis iuſtitutionibus informatum ad inſtruendam fidem veſtram, in omnibus volumus & hortamur obedientes ei conſentire, ad complementũ in Domino veſtræ ſaluationis.

EPISTOLA EIVSDEM AD *Thuringos.*

GRegorius ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſo populo Thuringorũ. Dominus Ieſus Chriſtus filius Dei, Deus verus, de cælo deſcendit, homo factus eſt pro nobis, pati & crucifigi dignat⁹ eſt, & ſepultus, tertia die reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælos, diſcipulis etiàm ſuis ſanctis apoſtolis ait: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Ipſe enim credentibus in ſe, vitam æternam promiſit. Cupientes ergò vos in perpetuum nobiſcũ gaudere, vbi finis nullus eſt, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, ſed gloria ſempiterna, ideò fratrem noſtrum ſanctiſſimum Bonifacium epiſcopum apud vos direximus, vt vos debeat baptizare, & fidem CHRISTI docere, & ab errore ad viam ſalutis reducere, vt ſalutem habeatis ad vitam æternam. Sed vos ei in omnibus obedite, & ſicut patrem veſtrum illum honorate, & ad eius doctrinam corda veſtra inclinate: quia illum non pro lucro aliquo temporali conquirendo direximus, ſed pro lucro animarum veſtrarum *apud vos eum miſimus. Diligite ergò Dominum, & in nomine eius baptiſmum ſuſcipite: quia Dominus DEVS noſter, quod oculus hominis nunquàm vidit, nec in cor hominis aſcendit, præparauit diligentibus te. Iam recedite à malis operibus, & agite benè. Non adoretis idola, nec immoletis carnes: quia Dominus non recipit iſta, ſed in omnibus, ſecundùm quod vos frater noſter Bonifacius docuerit, obſeruate & agite, & ſalui eritis & vos & filij veſtri in ſempiternum. Facite ergò & domum, vbi & ipſe pater veſter debeat habitare: & eccleſias, vbi debeatis orare, vt Deus vobis indulgeat peccata veſtra, & donet vobis vitam perpetuam.

*ad = apud

Mat.28.d

EPISTOLA EIVSDEM *ad Saxones.*

GRegorius papa vniuerſo populo prouinciæ Saxonum. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum, fateor chariſſimi, volens vos ſcire, qualem ſolicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui verbum exhortationis fidei Ieſu CHRISTI ſuſceperũt, & qui adhuc ſuſcepturi ſunt, vt conſolentur corda veſtra inſtructa in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectũs, in agnitionem myſterij Dei patris Ieſu CHRISTI, vt ait egregius Apoſtolus, in quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Hoc autem dico, quoniam propè eſt regnũ Dei, vt nemo vos decipiat ampliùs in ſubtilitate ſermonum, aut in quocunque metallo veſtram ſalutem quæratis, adorãtes idola manu facta, aurea, argẽtea, ærea, lapidea, vel de quacũq; materia facta, q falſidico nomine à paganis antiqtùs, quaſi dij vocati ſunt, in qbus dæmões habitare noſcunt. Quoniã omnes dij gentium dæmonia ſunt, vt ait propheta, Dominus autem cælos fecit. Quicunque autem in vobis ſuſceperunt CHRISTVM Dominum noſtrum, in ipſo ambulent radicati, & ſuperædificati, & confirmati fide, abundantes in gratiarum actione. Videte, nè quis vos decipiat ampliùs per philoſophiam & inanem fallaciam. Aſtutiores ſunt enim filij tenebrarum, quàm filij lucis. Diſcedite filij ab idolorum cultura, & accedite & adorate Dominum Deum noſtrum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & vultus veſtri non erubeſcent. Vnus enim Dominus hominum, volucrũ, quadrupedum, & piſcium, quí eſt benedictus

Esa. 64.c
1. Cor. 2.c
Coloſſ. 2.a
Matth. 3.a
Pſal. 95.
Coloſſ. 2. b
Luc. 16. b
Pſalm. 134.

eius in ſecula ſeculorum: expoliate ergò veterem hominem, & induite Chriſtum nouum, deponentes omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem nolite de ore veſtro producere. Ab idolorum cultu recedite: iam enim adueſperaſcit dies. Nolite eſſe ocioſi, ſed potiùs operamini opus bonum, vt CHRISTVS habitet in vobis. Et quodcunque facitis in verbo, aut in opere, in nomine domini noſtri Ieſu CHRISTI facite, gratias agentes Deo & patri per ipſum, reſpuentes gentilitatis ſectã, ſcientes vos Deum habere in cęlis. Orationi inſtantes, ad CHRISTVM cor erigite: quoniam magnus eſt Dominus noſter & laudabilis nimis, & terribilis ſuper omnes deos, qui vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitiõem veritatis peruenire. Hoc autem commoneo, fratres, vt quicunque voluẽrit ex vobis ad CHRISTVM conuerti, nullo modo eum prohibeatis, neque vim ei faciatis ſculptilia adorare: quia Chriſtus ipſe Dominus viuit cum DEO patre omnipotente in vnitate ſpiritus ſancti per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Coloſſ. 3.c
Pſalm. 95.
1. Timot. 2. b

Chariſſimi, fidelem miniſtrum & conſeruum miſi ad vos Bonifacium fratrem & coepiſcopum meum, ad hoc ipſum, vt cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra certæ exhortationis verbo in Chriſto Ieſu domino noſtro, vt à diabolica fraude liberati, mereamini adoptionis filijs aggregari, & vt ab æterna damnatione liberati, vitam habeatis æternam.

EPISTOLA EIVSDEM AD *Bonifacium Epiſcopum.*

REuerẽtiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio coẽpiſcopo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Creditæ ſpeculationis ſolitudine permoti, euangelica quoquè inſtitutione, qua ait, Obſecrate Dominum meſſis, vt eijciat operarios in meſſem ſuam, tuam proindè reuerendam fraternitatem ad imitationem apoſtolorum, (vt Domino iubente præcepti ſunt, Euntes prædicate euãgelium regni. Gratis accepiſtis, gratis date) in partibus Heſperiarũ ad illuminationem Germaniæ gentis, in vmbra mortis ſedentis, dirigere ſuidimus, lucrũ indè vt apportare deberes: quia ſeruus ille de negocio talenti (ſicut ſcriptum eſt) fidus, in futuro authori *aſſentis *Deo feciſſe. Quod quia ex obedientiæ munere miniſterium verbi cernimus adolere, & prædicationis præconio populum infidelem (vt innotuiſti) audiuimus conuerti, Domini potentiæ gratias referentes, vt ipſe à quo bonum omne procedit, & qui ad agnitionem vult omnes venire veritatis, tibi (vt optamus) cooperatur, & à tenebris ad lucem populum illum ſuę potentiæ inſpiratione reducat. Hinc enim vobis merces copioſa, credim⁹, quòd ab omnipotenti Domino aſſcribatur in cælis. Bonum enim certamen, ſi perſeueraueris, poſſis cũ Apoſtolo dicere, certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: ſed vt coronam pcipias laboris, inſiſte. Pollicetur enim Deus perſeuerantib⁹ in fine ſalutem. Nec te minæ terreant, nec deijciant terrores: ſed fixam in Deo tenens fiduciam, veritatis verbum denuncia. Erit enim ex adiutorio diuino perfectio. tantùm ſit bonum in voluntate op⁹. Igitur quantos ab errore conuerteris, ſyllabarum tuarum recenſito textu cognoui⁹, læti vberes DEO gratias agentes, de lucro animarum *exultamus. Porrò pro epiſcopo illo, qui nunc vſque deſidia quadam in eadem gente prædicationis verbum diſſeminare neglexerat, & nunc ſibi partem quaſi in parochiam defendit, Carolo excellentiſſimo filio noſtro, vt eum compeſcat ſuadẽtes, paternis literis ſcripſimus, & credimus quòd hoc vetari præcipiat. Ipſe verò opportunè, importunè prędicare, quæ ſunt ſalutis, non deſinas. Igitur Thuringis & Germaniæ populo ea, quæ ad animæ reſpiciunt vtilitatem & ſalutem, ſcribere non omiſimus, inter alia, vt conſtruant epiſcopia & eccleſias condant, iniungentes. Ipſe enim, qui non vult mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat, erit in omnibus daturus incrementum. Deus te incolumem cuſtodiat. Data pridiè Nonas Decemb. Imperante domino pijſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imperatore, anno octauo, ſed & Conſtantino magno Imperatore eius filio, anno quinto, indictione octaua.

Lucæ 10.a
Matth. 28.d Marci vlt. d Matth. in. a
Matt. 25. b c Locus obſcurus aut mutilus.
1. Tim. 2. a
2. Tim. 4. c
*exultauſmus.
1. Tim. 4. a
Ezech. 18. g
Matt. 25. b c

EPISTOLA EIVSDEM *ad Bonifacium epiſcopum.*

REuerẽtiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio coẽpiſcopo, ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circunquaquè in vmbra mortis morantibus gentibus, in errore conſtitutis, ab hac Apoſtolica Dei Eccleſia directo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Magna nos habuit gratulatio, lectis ſanctiſſimę fraternitatis tuę literis, cùm in eis relecta ſerie fuiſſet repertum, Domini noſtri IESV CHRISTI gratia, plurimos teà gentilitate & errore, ad veræ fidei agnitionem conuertiſſe. Quod quia diuina inſtitutione docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque fuiſſe lucratum, in talis commercij lucro cum tota plaudimus Eccleſia: hinc iure tibi ſacri pallij direximus munus, quod beati Petri Apoſtoli authoritate ſuſcipiens induaris, atq; inter archiepiſcopos vnus, Deo authore, præcipimus vt cenſearis. Qualiter enim eo vtaris, ex mandato Apoſtolico informatus cognoſces, ità vt dum Miſſarum ſolennia geris, vel Epiſcopum te contigerit conſecrare, illo tãtummodò tempore eo vtaris. Quia verò turbas Domini gratia in eiſdem

partibus ad rectam fidem asseruísti conuersas, nequire te occurrere omnibus, & ea quæ salutis sunt, impendere aut intimare, cùm longè lateque gratia Christi eius fides in illis partibus propagetur: præcipimus, vt iuxta sacrorum canonum statuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex vigore Apostolicæ sedis debeatis ordinare episcopos, pia tamen contemplatione, vt non vilescat dignitas episcopatûs. Presbyterum nanque, quem præterito asseruísti anno ad nos aduenisse, nostro quę iudicio fuisse à suis nefarijs absolutum actionibus, credas, neq; nobis confessiones aliquas fecit, necà nobis, vt suos expleat libitus, absolutus est: sed si eum errori deditum repereris, hûc Apostolicæ sedis vigore, vt iuxta sanctorum canonum censurá corrigas, præcipimus, & emendes vel si quos fortasse tales inueneris. Ille enim veniens, presbyter sum, ait. Commẽdaticias apud filium nostrum Carolum literas expetijt. Nullam illi aliam concessimus licẽtiam: quem vitari, si prauè conuersetur, cum reliquis volumus. Eosdemq;, quos à paganis baptizatos esse asseruísti, si ità habetur, vt denuò baptizes in nomine Trinitatis, mãdamus. Intereà agrestem caballum alquantos adiunxísti comedere, plerosque & domesticum. HOC nequaquàm fieri deincèps sanctissime sinas frater, sed quibus poteris (DEO adiuuante) modis, per omnia compesce, & dignam eis indicito pœnitẽtiam. Immundum est enim atque execrabile. Pro obeũtib⁹ qppe cõsuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre. Sancta sic tenet Ecclesia, vt quisque pro suis mortuis verè Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat. Et quanùis omnes peccatis subiaceamus, congruit vt sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat. nõ tamen pro impijs, quùs Christiani fuerint, tale quid agere licebit. Nam & eos qui se dubitant fuisse baptizatos, an nõ, vel qui presbytero Iouiniacanti, & immolatitias carnes vescenti iunguntur, vt baptizentur, præcipimus. Progeniem verò suam, quenq; vsq; ad septimam obseruare decernimus generationem. Et si valueris, deuita, nè ampliùs, cui mulieres obiẽrint, duabus debeat copulari. De his verò dicimus, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororẽ occíderint, vt toto vitæ suæ tempore corpus non suscipiant Dominicũ, nisì tempore exitûs pro viatico. Abstineat *eũ se & à carnis comestióe & potu vini, donèc aduixerit. Ieiunet secundam, quartam, & sextam ferias, vt sic possit deflẽs diluere commissum scelus. Nam & hoc inter alia discrimen agi in partibus illis dixisti, quòd quidam ex fidelibus, ad immolandum paganis sua venundant mancipia. HOC vt magnopere corrigere debeas, frater admonemus, nec sinas fieri vltrà. Scelus enim est & impietas. Eis ergò, qui hoc perpetrauerunt, similem homicidæ indíces pœnitentiam. Et quotiès episcopum consecraueris, duo vel tres conueniant tecum episcopi, vt Deo sit gratum quod geritur, vt eis conuenientibus ipsis q; præsentibus consecres. Hæc te frater charissime, diligenter seruare volumus, & studio pietatis cœptum negociũ salutis exequere, vt de lucro apportato valeas à domino deo nostro mercedem percipere in æterna beatitudine. Priuilegium verò, iuxta quod petísti, facientes, his iunctum direximus, optans te (domini Dei nostri ꝑsidio) de cõuersione errantiũ Christo Deo nostro plenissimũ atq; integrũ apportare lucrũ. De⁹ te incolumem custodiat reuerentiss. frater.

Idololatriæ & cæcitas Germanorum.

Finis decretorum Gregorij papæ secundi.

CONCILIVM ROMANVM, SVB GREGORIO II. HABITVM, NON III.

vt hactenùs quidam non rectè senserunt.

TITVLI CAPITVLORVM.

Vt nullus audeat presbyteram in coniugium ducere. 1
Item de diacona. 2
Item de monacha quam Dei ancillã appellant. 3
Item de commatre spirituali. 4
Item de fratris vxore. 5
Item de nepte. 6
Item de nouerca aut nuru. 7
Item de consobrina. 8
Item de propria cognatione, vel quam cognatus habuit. 9
Vt viduam nemo furetur in vxorem. 10
Item vt virginẽ nemo furetur in vxorem. 11
De aruspicibus vel incãtatoribus, seu phylacterijs. 12
De præceptis Ecclesiæ obseruandis. 13
De Adriano filio Exhilarati. 14
De Epiphania diacona. 15
Vt nullus audeat assensum eis tribuere, 16
De coma clerici non relaxanda. 17

IN nomine domini saluatoris DEI nostri IESV CHRISTI, imperante domino pijssimo Augusto Leone, à Deo coronato magno & pacifico Imperatore anno sexto, post cõsulatũ verò eius anno decimosexto: sed & Cõstantino nouo Imperatore eius filio, anno secundo, mense Aprili, indictione quarta, ꝑsidente sanctissimo ac beatiss. Gregorio Apostolico papa in basilica B. Petri Apo-

Apostolorum principis ante cõfessionem, considentibus etiàm sanctissimis episcopis Agnello Ferentinati, Agnello Sutrino, Ioãne Veliternẽsi, Tribunitio Phalaritano, Vitale Aletrino, Anastasio Tiburtino, Oppor-
*Metaurẽsi tuno *Maturanensi, Ioanne Blerano, Martiano Gabinati, Vuilari Narniensi, Georgio Portuensi, Sergio Prænestino, Tiberio Syluæ cãdidæ, Petro Amerino, Gregorio Ana-
*Hispaniæ gniæ, Sinderedo archiepiscopo *Spaniæ, Georgio Nepesino, Sedulio episcopo Britanniæ, Ioanne Signino, Fergusto episcopo Scotiæ, Andrea Albanensi, & Maiorino Polimartij, seu venerabilibus presbyteris, Sisinnio, Ioanne, item Ioãne, *Eustratio, Georgio, *Thalasio, Marino, Constantino, Gregorio, Ioanne, Epiphanio, Marino, Ioanne, & Ioanne: adstantibus quoquè diaconibus,
*Mascosio Petro archidiacono, Gregorio, *Musco, seu Benedicto, vel cuncto clero, Gregorius sanctissimus ac beatissimus papa ante corpus beatissimi Petri in synodo residens, dixit:

CVM simus Dominicæ plebis superna miseratione rectores, studiosiùs nos conuenit pro eorum sæpè cogitare salute, nè de creditis frustratisq; (quod absit) animabus insidijs antiqui hostis, ante pastorẽ omnium (nisi succedat præueniendo de offensis correctio) districtam cogamus soluere rationem. dúmque perpendo, vel ad animum reduco, quanta circunspectione nos oporteat, inuigilando contra sui cuiusque sceleris nequitiam, obuiare, & (si quãdò insiliẽrit ad perturbandas fidelium mẽtes) adiutorio superno ictui eius resistere, valdè concutior atque nimìs tabesco, nè serpentina calliditate (quod absit) leuiores quosq; decipiat: Deo verò fauente, solicitudine nimia, animæquiore mente, diuino iuuamine freti, pro salute omnium studere debemus, vt inconfuso vultu, non de fraude cuiusquã perculsi, assistere æterno iudici mereamur, & vocem audire in quiẽtem: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiũ Domini tui. Hinc nanque est, quod ingemiscens dico, quia populi Christiani aliquos per prouinciam Italiam commorantes, audio temerè contra catholicam fidem & patrum statuta patrare, ità vt Deo sacratas fœminas ducere præsumant mulieres, & propinquas in coniugio socient. Quod opportunum est spiritali amputari mucrone, atq; si vestræ placet sanctitati, radicitùs euelli, nè seges boni agricolæ, zizaniorum mixta horrentibus frutetis sordescat. Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri responderunt: Verè cognoscimus gratia sancti spiritûs cor apostolatûs vestri succensum, & vt radicitùs tantæ miseriæ squalores à fideliũ mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum, aditu talis miseriæ obserato, salutari antidoto curetur, sicut benè prequi-

sum est, interdictione anathematis, nè denuò hoc quispiam Romanus, Longobard⁹, vel cuiuscunq; sit gentis, sacriq; baptismatis vnda lotus, attentet, vt non tanti piaculi mole oppressus, præcipitationem incidat, aut voragine mergatur iniqtatis, vitari debeat, atq; radicitùs euellatur. Post hãc omnium consonam responsionem, Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum venerabilis Christi apostolorum principis, inferendo sententiam, dixit:

CAPITVLVM PRIMVM.

Si quis presbyterã duxerit in cõiugium, anathema sit. Et responderunt omes tertiò, Anathema sit.

2 Si quis diaconam in cõiugium duxerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

3 Si quis monachã quam Dei ancillã appellam⁹, in coniugiũ duxerit, anathema sit. Et responderũt omes tertiò, Anathema sit.

4 Si quis commatrem spiritalem duxerit in coniugium, anathema sit. Et respõderunt omnes tertiò, Anathema sit.

5 Si quis fratris vxorem duxerit in cõiugium, anathema sit. Et responderunt omes tertiò, Anathema sit.

6 Si quis neptem duxerit in coniugium, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

7 Si quis nouercam aut nurum suam duxerit in coniugium, anathema sit. Et respõderunt omnes tertiò, Anathema sit.

8 Si quis cõsobrinam duxerit in coniugium, anathema sit. Et responderunt omes tertiò, Anathema sit.

9 Si quis de propria cognatiõe, vel quã cognatus habuit, duxerit vxorẽ, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

10 Si quis viduã rapuerit vel furatus fuerit in vxorem, cum sibi cõsentientibus anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

Matth. 25.b

11 Si quis virginem, quam sibi non despõsauerit, rapuerit vel furat⁹ fuerit in vxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

12 Si quis *ariolos, aruspices, incantatores obseruauerit, aut phylacterijs vsus fuerit, anathema sit. Et responderunt omnes tertiò, Anathema sit.

*hariolos 26.q.5. Si qs ariolos.

13 Si quis in quamlibet partem preceptã antè emissa Apostolicæ Ecclesiæ de oliuetis & locis diuersis temerauerit, & non in omnibus obseruauerit, anathema sit. Et respõderunt omnes tertiò, Anathema sit.

14 Adrianus filius Exhilarati, qui post prestitũ sacramentũ in apostolica cõfessione, Epiphaniam diaconam illicito ausu in vxorem habet, anathema sit. Et responderũt omnes tertiò, Anathema sit.

15 Epiphania diacona, quæ post prestitum

tum ſacramẽtum, cum Adriano Exhilarati filio fuga lapſa eſt, anathema ſit. Et reſponderunt omnes tertiò, Anathema ſit.

16 Si quis ei in tam crudeli actu conſenſum præbuit, anathema ſit. Et reſpõderunt omnes tertiò, Anathema ſit.

17 Si quis ex clericis relaxauerit comam, anathema ſit. Et reſponderunt om̃es tertiò, Anathema ſit.

¶ET SVBSCRIPTIO, primò Epiſcoporum.

Gregorius epiſcopus ſanctæ catholicæ atq; Apoſtolicę Eccleſię Romanæ, huic cõſtituto à nobis ꝓmulgato ſubſcripſi. Agnellus epiſcopus ſanctę eccleſię Ferentinenſis, huic cõſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Ioannes humilis epiſcopus ſanctę eccleſiæ Veliternenſis, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Ego Vitalis epiſcopus eccleſiæ Aletrinæ, ſubſcripſi. Opportunus epiſcopus eccleſiæ Maturanenſis, ſubſcripſi. Martianus epiſcopus eccleſię Sabinatis, ſubſcripſi. Georgius epiſcopus eccleſiæ Portuenſis, ſubſcripſi. Tiberius epiſcopus Eccleſiæ Syluæ candidæ, ſubſcripſi. Gregorius epiſcopus Eccleſiæ Anagninæ, ſubſcripſi. Gregorius epiſcopus eccleſiæ Nepeſinæ, ſubſcripſi. Ioãnes indignus epiſcopus eccleſiæ Signinę, ſubſcripſi. Andreas epiſcopus eccleſiæ Albanẽſis, ſubſcripſi. Agnellus peccator epiſcopꝰ eccleſiæ Sutrinæ, ſubſcripſi. Tribunitius indignꝰ epiſcopus eccleſiæ Phalaritanę, ſubſcripſi. Anaſtaſius epiſcopꝰ eccleſiæ Tiburtinæ, ſubſcripſi. Ioannes epiſcopus eccleſiæ Bleranę, ſubſcripſi. Vuilaris epiſcopus eccleſię Narniẽſis, ſubſcripſi. Sergius epiſcopus eccleſiæ Præneſtinæ, ſubſcripſi. Petrus epiſcopꝰ eccleſiæ Amerinæ, ſubſcripſi. Maiorinus epiſcopus eccleſiæ Polimartij, ſubſcripſi. Sinderedus epiſcopus ex Hiſpania, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Sedulius epiſcopus Britanniæ de genere Scotorum, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Ferguſtus epiſcopus Scotiæ Pictus, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi.

SVBSCRIPTIO PRESBYterorum.

Siſinnius humilis presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, huic conſtituto à nobis promulgato, ſubſcripſi. Ioannes presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſancti Sixti, ſubſcripſi. Siſinnius presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctæ Cæciliæ, ſubſcripſi. Ioannes presbyter tituli ſancti Marcelli, huic conſtituto à nobis promulgato, ſubſcripſi. Ioãnes humilis presbyter ſanctę Romanæ Eccleſiæ, ſubſcripſi. Euſtraſius presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, ſubſcripſi. Georgius immeritus presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctorum Ioannis & Pauli, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. Thalaſſius presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Calixti trans Tiberim, ſubſcripſi. Marinus presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctæ Sabinæ, ſubſcripſi. Conſtãtinus presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſancti Cyriaci, ſubſcripſi. Gregorius humilis presbyter ſanctæ Romanę Eccleſię tituli S. Clementis, ſubſcripſi. Epiphanius presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſancti Laurentij, ſubſcripſi. Marinus indignus presbyter ſanctæ Romanę Eccleſiæ tituli ſanctorum Apoſtolorum, ſubſcripſi. Ioannes presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli ſanctæ Priſcæ, ſubſcripſi.

SVBSCRIPTIO DIACOnorum.

Petrus indignus archidiaconus ſanctę ſedis Apoſtolicæ, ſubſcripſi. Muſchus humilis diaconus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, ſubſcripſi. Gregorius indignus & humilis diaconus ſanctæ ſedis Apoſtolicę, ſubſcripſi. Benedictus indignus diaconus ſanctę ſedis Apoſtolicæ, huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi, die Nonarũ Aprilium, imperante domino pijſſimo Auguſto Leone, à Deo coronato magno Imperatore anno ſexto: poſt conſulatum verò eius anno decimoſexto: ſed & Conſtantino nouo Imperatore eius filio, anno ſecundo, indictione quarta.

DECRETA

GREGORII PAPAE III.

Ex libro pontificali.

GREGORIVS natione Syrus, ex Ioãne, ſedit annos decem, menſes octo, dies vigintiquinque, vir mitiſſimus, & valdè ſapiens, in diuinis ſcripturis ſufficiẽter inſtructꝰ, Gręca Latinaq; lingua eruditus, pſalmos om̃es per ordinem memoriter retinens, & in eorũ ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus, lingua quoquè in lectione polita, exhortator bonorum operum, plebiq; florẽtiſſimæ ſalutaria prædicans fidei catholicæ & apoſtolicæ immutilatè conſeruari, corda fidelium corroborãs, orthodoxæ fidei æmulator ac defenſor fortiſſimꝰ, paupertatis amator, & erga inopum prouiſionẽ non ſolùm mẽtis prouiſiõe, ſed ſtudij ſui labore ſolicitus: captiuorum etiàm redẽptor, orphanis quoquè & viduis largiter neceſſaria tribuens, amator religioſitatis, Chriſtianæ normæ, & religioſè volentibus viuere & DEI timorem habere in ſuis præcordijs dilector exiſtens,

Anno Domini 729.

ſtens, Deo fauente peruenit ad ordinem ſacrum presbyterij: quẽ viri Romani, ſeu om̃is populus à magno vſq; ad paruũ, diuina inſpiratione permoti, ſubitò eum, dum eius deceſſor de hoc ſeculo migrâſſet, cùm ante feretrũ in obſeqo ſui anteceſſoris eſſet inuentus, vi *abſtollentes in pontificatûs ordinem elegerunt. Fuit autem temporibus Leonis & Conſtãtini Imperatorum, ea perſecutione graſſante, quæ per ipſos mota eſt ad depoſitionem & deſtructionem ſacrarũ imaginũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctæ Dei genitricis, ſanctorũ Apoſtolorum, omniumq; ſanctorum & confeſſorum, pro quibus idem ſanctiſſimus vir, vt ab hoc reſipiſcerẽt ac ſe remouerent errore, comminatoria ſcripta vigore Apoſtolicæ ſedis & inſtitutionis, quemadmodùm & ſanctę memoriæ deceſſor ipſius direxerat, miſit per Georgium presbyterum, qui humano ductus timore, eadem ſcripta Imperatori non porrexit: quæ reuertens, & ſecum hîc in ciuitate Romana reducens, ipſi ſanctiſſimo pontifici patefecit, cõfeſſum ſe & reum culpæ faciens. Quem magna comminatione pontifex ipſe voluit ordine ſacerdotali priuare, cui reſidente concilio, & obſecrantibꝰ tam concilio quàm optimatibus, vt nõ deponeretur, ſed magìs idem presbyter pœnitentiæ ſubmitteretur, impoſita digna pœnitentia, ſecundò cum eiſdem actis & ſcriptis apud regiam direxit vrbem. Sed *nequiter argumentata eſt diſpoſitio eorundem Imperatorum, eademq; venerabilia ſcripta in Sicilienſi inſula retineri fecit, *nec ad regiã vrbem tranſire permiſit: ſed eundem portitorem penè perannum integrum exilio relegauit. Vndè maiore fidei ardore permotꝰ, ſynodale decretum cum ſacerdotali cõuentu coram ſacroſancta confeſſione ſacratiſſimi corporis beati Petri, reſidẽtibus cum eodem ſummo & venerabili papa archiepiſcopis, id eſt, Antonio Gradenſi archiepiſcopo, Ioanne archiepiſcopo Rauẽnæ cum cęteris epiſcopis ipſius Heſperiæ partis, numero xciij. ſeu presbyteris ſanctæ huiꝰ Apoſtolicæ ſedis, adſtãtibus diaconibus vel cuncto clero, nobilibus etiàm conſulibus, & reliquis etiàm Chriſtianis plebibus ſtantibus, decreuit, vt ſi quis deincèps antiquę cõſuetudinis & Apoſtolicæ Eccleſiæ fidelẽ vſum contemnens, aduersùs eãdem venerationẽ ſacrarum imaginũ, videlicet Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, & genitricis eius ſemper virginis immaculatę atque glorioſæ Marię, beatorum Apoſtolorum & om̃ium ſanctorum, depoſitor atq; deſtructor, & ꝓphanator vel blaſphemus extiterit, ſit extorris à corpore & ſanguine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vel totius Eccleſiæ vnitate atque compage. Quod & ſuperſcriptione ſua ſolenniter firmauerunt, & inter cętera inſtituta probabilium pręceſſorũ orthodoxorũ pontificum annectenda ſanxerũt. Poſt peractũ igitũ hoc memoratũ ſuperius ſynodale conſtitutum, iterùm miſit alia ſimiliter ſcripta cõminatoria pro erigendis imaginibus per Conſtãtinum defenſorẽ: quę ſimiliter vt anteriora, detenta ſunt, & portitorẽ earũ fortiſſima cuſtodia *conſtrinxerunt, ferè per integrũ annum. Poſtmodùm aũt auferẽtes ei ipſa ſcripta cõminantes ei, poſt tanti tẽporis cuſtodiam, cum iniurijs remiſerũt. Nam & cũcta generalitas ipſius prouincię Italiæ, ſimiliter pro erigẽdis imaginibus ſupplicatiõis ſcripta vnanimiter ad eoſdẽ principes direxerũt: quæ & ipſa ſimiliter, vt anteriora, ablata ſunt à Sergio patricio & ſtratego ipſius inſulæ Sicilię, & ferè octo mẽſibus detenti, remiſſi ſunt ſimiliter cũ exprobratiõis iniuria portitores. Et iterùm faciens adhortatorias literas pro erigẽdis imaginibus, & orthodoxæ fidei firmitate, direxit ꝑ Petrũ defenſorem apud regiã vrbẽ tam Anaſtaſio inuaſori ſedis Conſtãtinopolitanę, q̃q; principibus Leoni & Conſtãtino. Hic conceſſas ſibi colũnas ſex onychinas volubiles ab Eutychio exarcho, duxit eas in eccleſiam beati Petri Apoſtoli, quas ſtatuit circa presbyteriũ ante cõfeſſionẽ, tres à dextris, & tres à ſiniſtris, iuxta alias antiquas ſex Philopareas. Super quas poſuit trabes, & veſtiuit eas argento mũdiſſimo, in quo ſunt expreſſę ab vno latere effigies Saluatoris & Apoſtolorũ, & ab alio latere Dei genitricis & ſanctarũ virginum: poſuitq; ſuper eas lilia & phara argentea, penſantia in vnũ libras ſeptingẽtas. Hic fecit oratoriũ intra eandẽ baſilicã iuxta arcum principalẽ in parte virorũ, in quo recõdidit in honorẽ Saluatoris, ſanctęq; eius genitricis reliquias ſanctorũ Apoſtolorũ, vel omniũ ſanctorũ martyrũ ac confeſſorum, iuſtorumq; perfectorũ in toto orbe terrarũ quieſcentiũ, quorũ feſta vigiliarũ à monachis trium monaſteriorũ illic ſeruientium quotidiè per ordinẽ exiſtentia, atq; natalitiorum Miſſas in eodẽ loco celebrare iuſſit, inſtituẽs in canone ità à ſacerdote dicendũ: Quorũ ſolẽnitas hodiè in cõſpectu tuę maieſtatis celebratur, Dñe Deus noſter, toto in orbe terrarũ. Quam inſtitutionem in eodem oratorio tabulis lapideis cõſcribere fecit, in quo faciens pergulam, contulit dona diuerſarum ſpecierum, id eſt, gabatas aureas numero duas, & alias ſaxiſcas numero qnq;, Cruces pẽdentes numero quatuor. Itẽ cruces ſimiles, numero decẽ. Amulas ſuperauratas, paria duo, pendentes. Fibulatoria numero quinq;. Coronam auream cum cruce pendentem in gemmis ſuper altare. Patenã & calicem aureos, par vnũ. Aquamaniles argẽteos duos. Et in imagine ſanctę Dei genitricis diadema aureum in gemmis. Et collare aureũ in gemmis. Et cum gẽmis pendentibus in aures habentes hyacinthinas ſex. Et faciem altaris, & confeſſionem cum *regiolis

*auferentes

*nequam

*nè ad regiam vrbem pertranſiſſent

*conſtringi fecerunt

lis vestiuit argento, Et in tribus lateribus altaris posuit cruces argenteas quatuor, pensantes in vnum libras triginta. Canistra argentea duo. Calicem argēteum vnum quotidianum. Coronulas argēteas quinque. Et calicem argēteum vnum, qui pendet in absida ipsius oratorij. Et super eandem absidā cruces argenteas tres, & cętera quæ in ornamētum pergulę, & ad vestes altaris ordinata sunt. Hic fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis Ad Præsepe, per circuitū super columnas regulare candelabrum ad instar ecclesiæ beati Petri Apostoli. Fecit & ibidēm in oratorio sancto, quod Ad Præsepe dicit, imaginem aureā Dei genitricis, amplectentem Saluatorem nominum deum nostrum, in gemmis diuersis pēsantem libras quinq;. Hic renouauit tectum sancti Chrysogoni martyris, & cameram siue picturas parietū. Ciborium etiàm de argēto, seu arcus quinque pensantes in vnum libras CC. XX. vbi obtulit coronas aureas quatuor. Phara cantharas duo. Patenam argenteam vnam. Calicem argenteum vnum, seu etiàm vestes altaris, necnon & vela serica alba, ornata blatto, circunquaquè pendentia. Construxitq; monasterium circa eundem titulum sanctorū martyrum, Stephani, Laurentij, atq; Chrysogoni, cōstituens ibidēm abbatem & monachorum congregationem, ad persoluendas Deo laudes in codē titulo diurnis atq; nocturnis temporibus, ordinatas secūdùm instar officiorum beati Petri Apostoli, segregatum videlicet monasterium à iure potestatis presbyteri dicti tituli. In quo monasterio pro sustentatione idem sanctissimus vir prædia & dona atq; familiam ibidēm largitus est, & diuersi alij fideles & amatores Domini nostri Iesu Christi in eodē monasterio sanctorum Stephani, Laurentij, atq; Chrysogoni, prædia & dona deuotissimè contulerunt. Simili etiàm modo renouauit monasterium sanctorum Ioannis euangelistæ, Ioānis baptistæ, & sancti Pancratij secus ecclesiam Saluatoris antiquitùs cōstructū, quod ab omni ordine monachico extitit nimia incuria destitutum. In quo prædia & dona cōtulit, & quæ inuenerat de ipso monasterio alienata, reddito precio, eidem loco restituit. Vbi & congregationem monachorum, & abbatem constituit ad persoluēda quotidiè sacra officia laudis diuinæ in basilica Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, quæ Constantiniana nuncupatur iuxta Lateranas, diurnis nocturnisque temporibus, ad instar officiorum ecclesiæ beati Petri Apostoli. Item imaginem sanctæ Dei genitricis antiquam deargentauit, ac vestiuit de argento mundissimo pensante libras L. Item fecit patenam auream magnā cum diuersis lapidibus, pensantē libras vigintisex. Et calicem similiter in gemmis, pensantem libras vigintinouem. Similiter & euangelia aurea in gēmis, pensantia libras quindecim. Fecit autem & tectum nouiter simul & cameram sancti Andreæ Apostoli ad sanctum Petrum Apostolum, quā depinxit. Et fecit in eadem basilica imaginem auream in gemmis beati Andreæ Apostoli, pensantem libras septem, & intra confessionē vestiuit argento, quod deauravit auro mundissimo. Hic etiàm basilicā sancti Calixti pōtificis & martyris penè à fundamētis dirutam, nouis fabricis cum tecto cōstruxit, ac totā depinxit. Vbi contulit patenam argenteam & calicem, seu & vestes altaris. Item tectum basilicæ sanctorum Processi & Martiniani à nouo constructum, supposita pila fabricis fortissimis post eorundem sanctorum veneranda corpora, ad firmamentum murorum sanctę basilicę. Item in Ecclesia beati Genesij martyris tectū à nouo restaurauit, vbi & altare erexit in nomine saluatoris Dñi Dei nostri. In quo contulit patenam argenteam & calicem, seu coronam argēteam cum delphinis sex. Necnó & coronulā auream cum cruce, pendentem super altare. Item in basilica sanctæ Dei genitricis, quę Ad Martyres dicit, tectum vetusta incuria demolitum, purgari fecit ad purum, & cum calce abūdantissimo seu chartis plumbeis nouiter restaurauit: & quęcunque per circuitum eiusdem tecti fuerant dissipata, nouo nitore cōstruxit. Item basilicam sanctæ Dei genitricis in *Aquiro, in qua antè diaconia & paruum oratorium fuit: eam à fundamentis longiorem & latiorem construxit, atque depinxit. Item diaconiam sanctorum Sergij & Bacchi sitā apud beatum Petrum Apostolum, in qua pridèm paruum Oratorium erat, à fundamētis ampliore fabrica dilatauit. Et concedēs omnia quæ in vsu diaconiæ existunt, statuit perpetuo tempore pro sustentatione pauperum, in diaconiæ ministerium deseruire. Item in cœmeterio beatę Petronillę, stationē annuè dari instituit. Vbi obtulit coronam, calicē & patenam argēteam, seu alia diuersa ad ornatum ecclesiæ pertinentia. Item accubitus, qui sunt ad beatum Petrum Apostolum in ruinis positi, à fundamentis nouiter restauravit, atq; depinxit. Itē basilicę sancti Marci sitę foras muros huius ciuitatis Romanę via Appia, tectum dirutum à nouo refecit. Item in ecclesia beati Pauli Apostoli mutauit trabes, atq; totū eiusdē basilicę tectum ab arcu altaris vsq; ad * regias resarciuit ac restaurauit. Mutauit aūt trabes in ecclesia sanctę Dei genitricis Ad pręsepe, numero sex. Fecit verò ecclesiā sanctorū Marcellini & Petri iuxta Lateranas. Etiàm & cœmeteria beatorū martyrū Ianuarij, Vrbani Tiburtij, Valeriani, & Maximi, ac tectū in ruinis positū, à nouo perfecit. Huius tēporibus cōcussa est puincia Romanę ditioni subiecta, à nefandis Lōgobardis, seu & rege eorū Luithprādo. veniensq; Romā, in cāpo Nerōis tētoria tetendit: *regiolos *regulas

tetēdit: depredataq; Campania, multos nobiles de Romanis, more Longobardorum totódit atq; vestiuit. Pro quo vir Dei vndiquè dolore constrictus, sacras claues ex confessione beati Petri Apostoli accipiens, direxit nauali itinere ad partes Franciæ Carolo sagacissimo viro, qui tunc regnum regebat Francorum, per missos suos, id est, Anastasium sanctissimum virum episcopū, necnon & Sergium presbyterum, ad postulandum à præfato excellentissimo Carolo, vt eos à tanta oppressione Longobardorum liberaret.

Eodem tempore necessitate compulsus, plurimam partem murorum huius ciuitatis Romanæ restaurauit, alimoniā quoquè artificum, & precium ad emendum calcem de proprio tribuit. Huius deniquè tēporibus Gallienſium castrum, pro quo quotidiè expugnabaſ ducatus Romanus à ducatu Spoletano, pecunias non paruas Transamundo duci eorum, vt cessarēt bella & quęstiones, potuit causam finire, & in compage sanctæ reipublicæ atque corpore Christo dilecti exercitūs Romani annecti pręcepit. Hicq; fecit vestes ad altare in ecclesijs Saluatoris Dei genitricis, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, atq; Andreę, & cæteris diuersis ecclesijs. Nam & Centumcellensis ciuitatis muros dirutos penè à fundamentis fortissimè construi fecit. Et hoc constituit, vt ferè sinè interuallo, & à presbyteris hebdomadarijs Missarum solennia, & à monachis diuina officia, secūdùm constitutum, quod à collegio sacerdotum coram sacro corpore beati Petri Apostoli factum est, in solennijs Christi Domini Dei nostri, sanctæque eius genitricis, sanctorum Apostolorū, vel omnium sanctorum martyrum, cōfessorum atq; virginum in Oratorio nomini eorum dedicato, intra ecclesiā beati Petri sub arcu principali, similiter & vigiliæ celebrarentur. Eisdemq; institutis disposuit, vt in cœmeterijs circunquaquè positis Romæ, in diebus natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblatiōes de patriarchio per oblationarium deportentur ad celebrandas Missas, per eum quem præuiderit pontifex pro tempore, sacerdotem. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros vigintiquatuor, diacōes tres, episcopos per diuersa loca numero octoginta. Qui etiàm venerabilē Vuilcharium in partibus Franciæ, in ciuitate Vienna, dato pallio, archiepiscopum eum esse cōstituit. Qui sepultus est in ecclesia beati Petri Apostoli, quarto Kalendas Decembris, indictione decima. Et cessauit Episcopatus dies octo.

Hic vel desunt multa, vel abundant.

EPISTOLA
GREGORII PAPAE III.

REGORIVS episcopus seruus seruorum Dei, dilectissimis nobis omnibus episcopis, venerabilibus presbyteris, religiosis abbatibus omnium prouinciarū. Domino cooperante, & sermonem cōfirmante, præ- Marc. 16. a
sens sanctissimꝰ vir Bonifacius frater ac coēpiscopus noster, sicut à prędecessore nostro sanctæ recordationis Gregorio præsule, in illis partibus missus fuerat prędicare verbū DEI, ità post multum temporis, Domino cooperante, anhelanti desiderio, orationis causa liminibus sacris beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli præsentandus aduenit. Qui perfecta oratione, ad acceptū laborem (angelo Domini præuiante) à nobis est absolutus. Cui pro vestra omnium dilectione seu reuerentia & religiositate, propter Christi amorem iuuamina impendere dignemini, dum & agnoscitis, quę dominus noster Iesus Christus inquit, dicens: Qui susceperit prophetam in nomine pro- Matth. 10. d
phetæ, mercedem prophetę accipiet: & qui susceperit iustum in nomine iusti, mercedē iusti accipiet. Et si forsitan quis ex vestris ministris sese ipsi sanctissimo viro in ministerio exhortationis sanctæ catholicæ fidei adiungere voluerit, nullo modo prohibeatis charissimi. Magìs autem concursum prębete, & ex vestro ouili adiutores ei tribuite, qui possint per Dei gratiam sufficiēter gentibus ministrare verbum prædicationis, vt omnipotenti Deo nostro animas lucrifaciant, vt & vestra cōmunitas boni operis portionem fortiatur, atque illi mereantur Dominicam vocem audire: Vos qui dereliqui- Matt. 19. d
stis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Benè valete.

¶ Epistola eiusdem Gregorij papæ III.

GRegorius papa vniuersis optimatibus & populo prouinciarum Germaniæ, Thuringis, & Thesis, & Bortharis, & Nistresis, Vnedredis & Lognais, Sudnodis & Grafeltis, vel omnibus in Orientali plaga constitutis. Quoniam prædecessor noster sanctæ recordatiōis Gregorius pręsul nutu diuino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, prędicationis portitorē literarum Bonifacium reuerētissimum fratrem nostrum ac coēpiscopum ordinans, ad vos vsque destinauit, eumque regulam & normam Apostolicæ & catholicę fidei Romanæ (cui Deo author deseruimus), Ecclesiæ edocens, direxit, & post temporum spatia oratiōis causa ad limina beatorum principum Apostolorum sese præsentauit, & quę ad salutē animarum pertineant, à nobis exposcit imbuit: nos Deo fauēte (vt sacra docet scriptura) eū edocentes, ad vos charissimi remeaturū absoluimus, hortātes vos in Domino, vt dignè susci-

suſcipiatis ab eo verbum exhortationis, & epiſcopos vel presbyteros, quos ipſe ordinauerit per Apoſtolicam ſibi datam authoritatem, in Eccleſiæ miniſterio recipiatis: & quos forſan deuiantes inuenerit à rectę fidei tramite, ſeu canonica doctrina eosq; prohibuerit, à vobis nullo modo impediat: & quod eis impoſitum fuerit, obediẽdo propter Deum ſuſcipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, ſibi ipſi damnationem acquirit. Vos autem chariſſimi, qui in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis: abſtinete & prohibete voſmetipſos ab omni cultu paganorũ, non tantùm voſmetipſos corrigentes, chariſſimi, ſed & ſubditos veſtros. Diuinos vel ſortilegos, ſacrificia mortuorum, vel lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, vel incantatores & veneficos, id eſt, maleficos & obſeruationes ſacrilegas, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omninò reſpuẽtes, tota mentis intentione ad Dominum conuertimini. Ipſum timete, adorate, & honorificate, ſanctorum memorijs communicãtes, vt ait Apoſtolus.

Galat.3.d

Luc. 17.d

Si enim fides veſtra (Domino dicente) fuerit vt granum ſinapis, dicetis monti huic, & transferetur. Ipſe enim Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus in ſuo ſacro eloquio inquit, dicẽs: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et iterùm: Qui me cõfeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui eſt in cælis. Vndè & in alio loco promiſit, dicens: Quodcunque petiêritis patrem in nomine meo, ſiet vobis. Et iterùm: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Et vos chariſſimi, facite fructus dignos, vt in die aduentûs Domini noſtri Ieſu Chriſti ſidereas mereamini adipiſci manſiones. Benè valete.

Matth.22.d

Luc, 12,a

Ioan.14.b

Matth.7.a

EPISTOLA EIVSDEM B. Gregorij papæ tertij.

Dilectiſſimis nobis in prouincia Baiariorum Alemanniæ conſtitutis, Iuggo, Luidoni, Ridolto, Phiphilo, & Seuadæ, Gregorius papa. Catholica ſanctorum patrum iubet authoritas, vt bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani ſeu exhortatiõe adoptionis filiorum, ſynodalia debeant celebrari, & cauſarum canonicarũ examinatio prouenire, vt vnicuiq; (prout neceſſitas poposcerit) pia educatiõe ſubueniatur. Vndè ſecundùm Apoſtoli doctrinam admoneo & hortor vos chariſſimi per miſericordiam Dei, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, vt miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Deo. Opportunum nanque eſt, vos nôſſe fratrem ac coẽpiſcopum præſentem Bonifacium, noſtram & agẽtem vicem, cum digno & debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & miniſterium eccleſiaſticum cum fide catholica ſecundùm normam & morem ſanctum catholicæ & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, cui (miſericordia Dei præueniẽte) præeſſe videmur, ſicut Apoſtolica authoritate à nobis deſtinatus eſt, ab eo ſuſcipientes dignanter, teneatis, & gentilitatis ritum & doctrinam, vel venientiũ Britonum, vel falſorum ſacerdotum hæreticorum, ſiue adulteros, aut vndecũquè ſint, renuentes ac prohibentes abijciatis, & vt populum vobis à Deo commiſſum pijs admonitionib⁹ edoceatis, & à ſacrificijs mortuorum omninò deuitetis, & iuxta quod fueritis à prædicto noſtro conſacerdote edocti, ità catholicã & Apoſtolicam doctrinam tenẽtes, Domino Deo & ſaluatori noſtro placere feſtinetis. Et in quo vobis loco ad celebranda Concilia conuenire mandauerit, ſiue iuxta Danubiũ, ſiue in ciuitate Auguſta, vel vbicũquè indicauerit, pro nomine Chriſti parati eſſe inueniamini, quatenùs cognoſcamus per eius mandatum de veſtro conuentu, vt in diem aduẽtûs Chriſti Ieſu cum fructu boni operis ante eius tribunal aſſiſtere mereamur, dicentes: Eccè nos & pueri quos dediſti nobis, Domine, non perdidimus ex eis quẽquam: vt & vos Dominicam vocem audire mereamini, dicentem: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Benè valete.

Efa.8.

Ioan. 18.

Matt.25.c

EPISTOLA EIVSDEM ad Bonifacium.

Reuerẽdiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio coẽpiſcopo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei. Deſiderabilem mihi à te miſſus Denual religioſus presbyter attulit nuncium, cùm te ſoſpitẽ narrauit, & in miniſterio pro quo miſſus es, (fauente Deo) proficere nunciauit. Detulit etiàm à te miſſas literas, vbi indicâſti, quòd ager Dominicus, qui incultus iacebat, & ſpinarum aculeis ex infidelitate riguerat, vomere tuæ doctrinæ exarante, ſemen verbi ſuſcepit, & fertilem meſſem protulit fidelitatis. In eiſdẽ literis quibuſdã ſubnexuiſtis capitulis, ſciſcitando qualiter teneat vel doceat hęc ſancta Apoſtolica Romana Eccleſia. Benè nôſti ſatis, quia B. Apoſtolus Petrus & epiſcopatûs principium extitit, & conſulenti tibi de ſtatu eccleſiæ, nõ ex nobis, quaſi ex nobis, ſed eius gratia qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas, qualiter tenere debeas apoſtolici vigoris doctrinam, dicimus. Igitur in primis legebatur, vt quota progenies propinquorum matrimonio copuletur. Dicimus, quòd oportuerat quidem, quãdiù ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad huius copulæ non accedere ſocietatem. Sed quia temperantia

Ephes. 4.a

Sap.10.d

perantia magis, & præſertim in tam barbarã gentem, plùs placet, quàm dictrictio cenſuræ, cõcedendum eſt, vt poſt quartam generationem iungantur. Nam quod poſuiſti, quòd ſi mulier infirmitate correpta, nõ valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis, bonum eſſet, ſi ſic permaneret, vt abſtinẽtię vacaret. Sed quia hoc magnorum eſt, ille qui ſe non poterit continere, nubat magis: non tamen ſubſidij opem ſubtrahat ab illa, quam infirmitas prępedit, & non deteſtabilis culpa excludit. De presbytero verò, vel quilibet ſacerdos à populo accuſat⁹, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt oſa, ſicq; maneat in proprio gradu. Nam de homine qui à pontifice confirmatus fuerit, denuò illi talis reiteratio prohibenda eſt. In Miſſarum ſolennijs obſeruandum eſt, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanctis ſuis tribuit diſcipulis. Accepit nanq; calicem, & dedit eis, dicens: Hic eſt calix noui teſtamẽti in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunquè ſumitis. Vndè congruum non eſt, duos vel tres calices in altario ponere, cùm Miſſarum ſolennia celebrantur. De immolatitijs autem eſcis cõſuluiſti, ſi à fidelibus cùm ſuperductum fuerit viuificæ crucis ſignũ, edi liceret, an nõ: illud ſufficit reſpõdere, quod beatus Apoſtolus dicit: Si quis dixerit, quia hoc immolatitium eſt, nolite edere propter eum, qui indicauit, & propter cõſcientiam. Addidiſti adhuc, quòd ſi pater vel mater filiũ filiamq; intra ſepta monaſterij in infantię annis ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrùm liceat eis poſtquã pubertatis impleuerint annos, egredi & matrimonio copulari. Hoc omninò deuitamus: quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus DEO filijs, voluptatis frena laxentur. Enimuerò quoſdam abſque interrogatione ſymboli ab adulteris & indignis presbyteris faſſus es baptizatos. In his tua dilectio teneat antiquum morem Eccleſiæ: quia quiſquis in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptizatus eſt, rebaptizari eum minimè licet. Non enim in nomine baptizantis, ſed in nomine Trinitatis, huius gratiæ donũ percepit. Et teneatur quod Apoſtolus ait: Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Doctrinam verò ſpiritalẽ talibus ſtudioſiùs vt impertias, demandamus. Pro paruulis verò, qui à parẽtibus ſubtracti ſunt, & an baptizati ſunt, an nõ, ignorant: hos vt baptizare debeas ſecundùm patrum traditionem, ſi non fuerit qui teſtificetur, ratio poſcit. Leproſis autem, ſi fideles Chriſtiani fuerint, Dñici corporis & ſanguinis participatio tribuatur, cum ſanis autem conuiuia celebrare negentur. Adieciſti etiàm, quòd ſi peſtifer morbus aut mortalitas in Eccleſia vel monaſterijs irrepſerit, quos

Matth.26.

Luc. 22.

1.Cor.8.a
Rom.14.c

Ephes.4.a

necdùm tetigit, à loco fugiunt, euitãtes periculum, *vndè fatuũ hoc videtur. Non enim valet quiſquam Dei effugere manus. In fine epiſtola continebat, quòd ſunt quidã presbyteri, ſeu epiſcopi multis vitijs irretiti, quorum vita in ſeipſis ſacerdotiũ maculat: &, ſi tibi liceret cum eis edere aut loqui, nisi coẽrciti fuerint. Dicimus, vt hos ex Apoſtolica authoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam eccleſiaſticæ diſciplinæ reducas. Et ſi quidem obediẽrint, ſaluabunt animas ſuas, & ipſe mercedem lucratus es: veruntamen collocutionem & menſam communem cum eis agere non recuſes. Plerunquè contingit, vt quos correctio diſciplinæ tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conuiuiorum ſedulitas & admonitio blanda ad viam perducat iuſtitiæ. Id ipſum autem & in illis proceribus, qui tibi adiutorium preſtant, obſeruare debebis. Hæc frater chariſſime ex Apoſtolicæ ſedis vigore ſcripſiſſe ſufficiant, de reliquo implorantes miſericordiam Dei, vt qui te illis in regionibus vice noſtra ex Apoſtolica authoritate peragere fecit, & opacam ſyluã lumine veritatis per os tuũ micare prædeſtinauit, opitulationis ſuæ miſericordiſſimum tribuat incrementum, quatenùs de fructu operis & ipſe valeas premia percipere, & veniam peccatorum inuenire. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerentiſſime frater. Data decimo Kalendas Decembres, imperante domino pijſſimo Auguſto Leõe à Deo coronato magno Imperatore, anno decimo imperij eius, ſed & Conſtantino magno Imperatore, regni eius anno ſeptimo, indictione decima.

for. *valdè Tob.11.a.

¶ Epiſtola eiuſdem, ad Bonifacium.

Reuerẽtiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio, Gregorius ſeruus ſeruorũ Dei. Doctoris omnium gentium egregij apoſtoli Pauli vox eſt, dicentis: Diligentibus *Deum omnia cooperãtur in bonum. Agnoſcentes itaque in ſyllabis fraternitatis tuę, quæ innotuiſti iam de Germanię gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate paganorum liberauit, & ad cẽtum millia animas in ſinu matris Eccleſiæ tuo conamine & Caroli principis Francorum aggregare dignatus eſt, ſed & in Boioariorum prouincia, quæ à te acta ſunt, agnoſcẽtes, datori omnium bonorũ Domino Deo noſtro, extenſis ad cælum palmis, gratias retulimus, qui anuam miſericordiæ & pietatis in illis partibus Heſperijs ad cognoſcendam viam ſalutis, oſtium miſericordiæ aperuit, & miſit angelum ſuum, qui præparauit viam tuam ante te. Ipſi eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Igitur quia indicâſti, perrexiſſe te ad gentem Baioariorum, & inueniſſe eos extra ordinem eccleſiaſticum viuentes, dum epiſcopos non habebant in prouincia nisi vnũ nomine Viuilo, quem nos ante tempus or-

Rom.8.c

for.*Otilonis pricipis. dinauimus, & quia cum assensu * Otilo eorundem Baioariorum, seu optimatum prouinciȩ illius, tres alios ordinâsse episcopos, & in quatuor partes prouinciam illam diuisisse, i. in quatuor parochias, vt vnusquisq; suam habeat parochiam, benè & satìs prudéter peregisti frater. Et quoniam Apostolicam prȩceptionẽ ex nostra vice implêsti, & sicut tibi præcepimus, ità peregisti: itaq; non desinas frater reuerentissime, docendo eos sanctam catholicam & Apostolicā Romanæ sedis traditionem, vt illuminẽtur rudes, & viam salutis teneāt, per quam possint ad æterna præmia peruenire. Presbyteros verò, quos ibidèm reperisti, si incogniti fuerint illi, à quibus fuerint ordinati, & dubiū est eos episcopos fuisse, an non, qui eos ordinauerint, si bonæ actionis & catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omniquelege sancta edocti, apti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratûs suscipiant, & consecrentur, & sic ministerio sacro fungātur. Illi verò, qui baptizati sunt per diuersitatem & declinationem linguarū gentilitatis, tamen quia in nomine Trinitatis baptizati sunt, oportet eos per manûs impositionem & sacri chrismatis vnctionem confirmari. Nam Viuilo episcopus à nobis est ordinatus. Et si aliquid excedit extra canonicam regulā, doce & corrige eum iuxta Romanæ Ecclesiȩ traditionem, quā à nobis accepisti. De Concilio verò, vt iuxta ripam Danubij debeas celebrare nostra vice, præcipimus fraternitati tuȩ apostolica authoritate ibidèm prȩsentari, & inquantùm Dominus tibi vires dederit, prȩdicare verbum salutis nè cesses, vt religio Christiana in nomine Domini crescat & multiplicetur. Nec enim habebis licētiam frater, pro iure cœpti laboris in vno morari loco: sed confirmatis cordibus fratrum & omnium fidelium, qui rudes sunt in illis Hesperijs partibus, vbì tibi Dominus aperuerit viam, salutis verbum prædicare nō desistas: & vbì locum inueneris necessarium, secundùm canonicam regulam episcopos ex nostra vice, & Apostolicā atque catholicam traditionem eos tenere edocebis. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo nostro facies plebē perfectam. Nō pigeat, dilectissime frater, itinera capere aspera & diuersa, vt Christiana fides longè lateque tuo conamine extendatur. Scriptum nanq; est: Arcta & angusta via est, quȩ ducit ad vitam. (Matth.7.b) Operare itaq; frater bonum opus, quod cœpisti, vt in die Christi Dei nostri merearis dicere, inter cœtum sanctorum probabilium patrum assistens: Eccè ego & pueri quos dedisti mihi, (Esa. 8. Joan. 18.) non perdidi ex eis quenquam. Et iterùm: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, (Matth. 25.b) eccè alia quinque superlucratus sum: vt subsequenter merearis vocem Domini audire, dicentis: (Ibidèm.) Eugè serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Deus te incolumem custodiat reuerentissime frater. Data quarto Kalendas Nouembris, imperante domino pijssimo Augusto Leone, imperij eius anno vicesimotertio: sed & Constantino magno Imperatore eius filio, anno vicesimo, indictione octaua.

DECRETA
ZACHARIAE PAPAE.
Ex libro pontificali.

Anno Domini 740.

ZACHARIAS natione Grecᵒ, ex patre Polychronio, sedit annos decem, menses tres, dies quatuordecim, vir mitissimus atq; suauis, omnique bonitate ornatus, amator cleri & totius populi Romani, tardus ad irascendum, & velox ad miserendum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictȩ sibi meritum tribuens, sed pius & misericors. A tempore ordinationis suæ omnia omnibus factᵒ, etiàm & his qui antè sui fuerāt persequutores, bona pro malis reddidit, eosq; honoribus promouens ac prouehēs, simul & facultate ditauit. Hic inuênit totam Italiam valdè turbatam, simul & ducatū Romanum, persequente Luithprando Longobardorum rege, ex occasione * Transamūdi ducis Spoletani, (*Trasimūdi) qui in hac Romana vrbe, eodem rege persequente, refugium fecerat. Et dum à prædecessore eius beatæ memoriæ Gregorio papa, atque ab Stephano patricio & duce, vel ab omni exercitu Romano prædictus Transamundus redditus non fuisset, obsessione facta, pro eo ab eodem rege ablatæ sunt à ducatu Romano ciuitates quatuor, id est, Ameria, Ortas, Polimartium, & Blera, & sic idem rex ad suum palatium est reuersus mense Augusto, indictione septima. Transamundus verò dux, habito consilio cum Romanis, collectoque generali exercitu Romani ducatûs, ingressi sunt per duas partes in fines ducatûs Spoletani. Qui cōtinuò timore ducti præ multitudine exercitûs Romani, eidem Transamundo se subdiderunt Marsicani, Furconenses, atque Valuenses seu Pennenses. Deindè ingressi per Rauennense territorium, venerunt in Reatinam ciuitatem, qui Reatini continuò & ipsi subdiderunt se. Exindè pergens, ingressus est Spoletum mense Decembrio, indictione prædicta. Eratque magna turbatio inter Romanos & Longobardos, quoniam Beneuentani & Spoletani cum Romanis tenebant. Sed dum idem Transamūdus Spoletanus dux noluit implere, quæ prædicto pontifici & patricio simul & Romanis

manis promiserat, pro recolligendis quatuor ciuitatibus, quæ pro eo periêrant, & alia quæ spopōderat capitula, & prænominatus rex ad motionem contra ducatum Romanum se prȩpararet, in his prædictus papa diuina vocatione ex hac luce subtractus est, & diuino nutu prænominatus sanctissimus Zacharias ad pontificatum est eleuatus. Cui omnipotens Dominus tantam cōtulit gratiam, vt etiàm ꝑ salute populi Romani suā ponere animam non dubitaret. Missa igitur legatione apud iam dictum regem Longobardorum, salutaria illi prædicauit. Cuius sancti viri admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor, quas à ducatu Romano abstulerat ciuitates, reddere promisit. Dumq; motione facta ad compræhendendum Transamundum ducem Spoletanum exhortatione sancti viri exercitus Romanᵒ coniungeret se in adiutorium prædicti regis, egressi sunt, & ipse Transamundus suam deceptionem conspiceret, egressus à Spoletana ciuitate, sese prædicto tradidit regi. Dumque idem rex protraheret dilationem ad reddendum, iuxta suam promissionem, iam fatas quatuor ciuitates, prænominatus pontifex, vt verus pastor populi sibi à Deo crediti, spem ponens in Deo, egressus ex Romana ciuitate cum sacerdotibus & clero, perrexit fidutialiter & audacter ad ambulādum in locum Interāñensium, vbì in finibus Spoletanis ipse rex residebat. Qui dum in Ortanam conuenisset ciuitatem, ipseque rex eius cognouisset aduentum, misit Grimoaldum missum suū, qui ei obuius factus, vsque ad Narniensem perduxit ciuitatem. Ad cuiᵒ sancti viri occursum iam nominatᵒ rex misit duces ac satrapas suos, magnumq; exercitum, & à Narniensium ciuitate octauo ferè milliario ab eodem rege eum suscipientes, die quæ est sexta feria, perrexerunt ad basilicam B. Valentini episcopi ad mare sitam, in prȩdicta Interamnēsium vrbe ducatûs Spoletani, ante cuius fores basilicȩ idē rex cum reliquis optimatibᵒ & exercitu suo sanctum virum suscepit. Factaq; oratione, atque salutationem sibimet persoluentes, dum diuinis eius fuisset commonitus colloquijs, impensaq; charitate, ab eadem ecclesia egressus, in eius obsequium dimidiū ferè milliarium perrexit, & sic in suis tentorijs vterq; eadē sexta feria sunt morati. Sabbato verò iterùm conuenientes, diuina perfusus gratia, Deo platitis admonitionibᵒ eum est allocutus, prȩdicans eum ab hostili motione & sanguinis effusione quiescere, & ea quæ pacis sunt, semp sectari. Cuius pijs eloquijs flexus, & de constantia S. viri & admonitione admiratus, omnia quæcunq; ab eo petijt, gratia spiritussancti obtinuit, & prædictas quatuor ciuitates, quas ipse ante biēnium per obsessionem factam pro prȩdicto Transamundo duce Spoletano abstulerat, eidem sancto viro cum habitatoribus eorū redonauit, quas & per donationē firmauit in Oratorio Saluatoris sito intra Ecclesiam B. Petri nomine ædificatā. Nam & Sabineñ patrimoniū, quod per annos prope 30. fuerat ablatum, atq; Narnieñ etiàm & Ausinianum, atq; Anchonitanū, necnon & Numanateñ, & vallem quæ vocatur magna, sitam in territorio Sutrino, per donationis titulū ipsi B. Petro apostolorum principi recōcessit, & pacem cum ducatu Romano ipse rex per viginti confirmauit annos. Sed & captiuos omnes, quos tenebat, ex diuersis ꝓuincijs Romanorum missis literis suis tam in Tusciam suam, quàm trās Padum vnà cum Rauinianis captiuis Leonem, Sergium, Victorem, & Agellum consules prædicto beatissimo papæ redonauit. In prædicta basilica beati Valentini, per eiusdem regis petitionem, in locum Consentini antistitis, qui transiêrat, alium ordinauit episcopum. In cuius consecratione, dum adesset ipse cum suis iudicibus, compunctione inspirationis diuinæ, tāta orationis dulcedine ab eo sunt prolata, vt cùm sanctum virum conspicerēt fundere preces, plures ex eisdem Longobardis ad lachrymas sint permoti. Eodem verò die Dominico post peracta Missarum solennia, ad prandium eundem regem ad Apostolicam benedictionem suscipiēdam, ipse beatissimus pōtifex inuitauit. Vbì cùm tanta suauitate esum sumpsit & hilaritate cordis, vt diceret ipse rex, tantum * se nunquàm meminisse comedisse. (*à se nunq̃ meminisse comesum.) Alio verò die, quȩ fuit secunda feria, valefaciens ei rex ipse, misit in eius obsequium Aldeprādum ducem Clusinum nepotem suum, seu Tacipertum castaldum, & Raningum castaldum Tuscanensem, atque Grimoaldum, qui eidem sancto viro vsque ad prȩdictas ciuitates obsequium facerent, easdemque ciuitates cum suis habitatoribus traderent. Quod & factum est: Inprimìs Amerinam ciuitatem, deindè Ortanam. Dumque in Polimartio castro conuenissent, eumq; recepisset, & fuisset itineris longitudo per circuitum finiū Reipublicæ eundi vsque ad Bleranam ciuitatem, per partes Sutrinæ ciuitatis, per fines Lōgobardorū Tusciæ, quia de propinquo erat, id est, castrum * Laternium, (*Liternum) ipse missus à rege Grimoaldus, eundē beatissimum pōtificem perduxit vsq; ad Bleranam ciuitatē, quā & ipsi sancto viro prȩnominati * Ranningᵒ castaldus, & Grimoaldus tradiderūt. (*Raningus) Et sic regressus est Deo propicio cum victoriȩ palma in vrbem Romā. Qui etiàm oēm populum aggregans, ab Ecclesia sanctȩ Dei genitricis, quȩ vocatur Ad martyres, egressi sunt omnes generaliter properātes ad beatum principem Apostolorū Petrum, quos alloquutus est, admonens ad persoluendas omnipotenti Deo gratiarum actiōes. Quibus expletis decima indictione, indictione vnde-

vndecima, dum nimiùm opprimeret prædictus rex prouinciam Rauẽnatium, fuiſſetq; præparatus ad motionem faciendam, & ad obſidendum Rauennatium vrbem, cognoſcens motionem eiuſdem regis Eutychius excellentiſſimus patricius & exarchus vnà cum Ioanne archiepiſcopo Eccleſiæ Rauennatis, atq; vniuerſo populo prædictæ ciuitatis ac ciuitatum Pentapolis & Aemilię, facta in ſcriptis obſecratione, miſerũt ſanctiſſimo domino Papę, petentes vt pro eorum occurreret liberatione. Qui miſſis legatiõe & muneribus ad obſecrandum regem, per Benedictum epiſcopum & vicedominum, atq; Ambroſium primicerium notariorũ, petijt, vt à motione ceſſaret, & Cęſenateñ Rauennatibus redderet caſtrum. Qui non conſenſit. Cuius dum duram perſeuerantiã cõſpiceret iam dictus ſanctiſſimus vir, trophæo fidei monitus, relicta Romana vrbe iam dicto Stephano patricio & duci ad gubernandum, non ſicut mercenarius, ſed ſicut verè paſtor, ad oues quæ periẽrant, redimendas concurrit. Cui obuiàm occurrit prænominatus excellentiſſimus exarchus, vſque ad baſilicam beati Chriſtophori poſitam in loco, qui vocatur Ad aquilam, qnquageſimo ferè milliario à Rauennatiũ vrbe. Egreſſi autem de ciuitate Rauennateñ viri & mulieres diuerſi ſexũs & ætatis, agentes gratias omnipotẽti deo, profuſis lachrymis eundem ſanctiſſimum põtificem ſuſceperũt, clamantes & dicẽtes: Venit, Venit paſtor noſter, qui ſuas reliquit oues, & ad nos perditos liberãdos occurrit. Ex eadẽ quoquè Rauennatium vrbe miſit ad prænominatum regem, Stephanum presbyterum & Ambroſium primicerium, annuncians ei ſuum aduentum. Qui viri in finibus Longobardorum ingreſſi ciuitatem, quæ vocatur Imola, & cognoſcentes quòd ꝓpeditio meditabatur prædicto ſancto viro nè illuc ambularet, per epiſtolam ſcriptam per noctis ſilentium eidem nunciauerunt. Quo cognito, iam nominatus pontifex luceſcente die ſabbato, non mortis timore perterritus, ſed Chriſti fretus auxilio, audacter egreſſus Rauennatium vrbem, & fines Longobardorũ ingreſſus, ſeqpes factus eſt ſuis miſſis. Quos quidem præcedentes ante eum, iam ductus rex dolore perculſus ſuſcipere noluit. Ipſe verò ſummus pontifex viceſimooctauo die menſis Iulij ad Padum conuenit, vbì & ad ſuſcipiendum eum ipſe rex ſuos miſit optimates, cum quibus Ticinum conueniens, vbì ipſe reſidebat rex, foras muros ciuitatis pertrãſiens, ad orationes nonæ pro vigiliarum B. Apoſtolorum principis Petri celebrandis Miſſarum ſolẽnijs, in baſilicam eiꝰ quæ vocatur, Ad cælum aureum, perrexit. Et poſt expleta libatione, eandem vrbem ingreſſus, moratus eſt. Alio quoquè die pro ipſius principis Apoſtolorũ natali celebrãdo, à prænominato rege inuitatus, Miſſarum ſolennia celebrauit. Ibĩque mutuò inuicèm ſalutantes, pariter ſuſceperũt cibum, & ſic in prænominatam ciuitatem regreſſi ſunt. Quem ſanctum virum ſequẽti die rex per optimates ſuos ad ſuum palatium properare inuitauit. Et ab eodem rege honorificè nimìs ſuſceptus, ſalutaribus monitis eũ allocutus eſt, obſecrans, nè ampliùs Rauennatium prouinciam per factam motionem opprimeret, ſed magìs ablatas Rauennatiũ ciuitates redonaret finibus & caſtrum Cæſenateñ. Qui prædictus rex poſt multã duritiam inclinatus eſt fines Rauennatium vrbis dilatare, ſicut anteà detinebat, & duas partes territorij Cæſenateñ, ad partem Reipublicæ reſtituit, tertiam verò eius caſtri partem ſub obtẽtu retinuit. Per initum cõſtitutum vtriuſque ad calendas Iunias eius miſſi à regia vrbe reuerſi ſunt * eundem caſtrum & tertiam partem quam pro pigneris cauſa detinebat. Poſt hæc autem idẽ rex egreſſus de loco in locum, vſque ad Padum conuiatus eidem ſancto viro, deduxit illũ, in quo loco valefaciens, condigna ordinatione ad repedandum abſoluit, dans in obſequium eius duces & primates ſuos, ſed & alios viros, qui ſæpè dicta Rauennatiũ territoria & Cæſenam redderent: quod ità factum eſt. Deus enim mirabiliter & Rauennatium atque Pentapolenſium populos ab oppreſſione & calamitate qua detinebãtur, liberauit, & ſaturati ſunt frumento & vino. Regreſſus autem in Vrbem Romanã cum omnibus qui ſecũ erãt, gratias agentes deo, denuò natale beatorum principũ Apoſtolorum Petri & Pauli celebrauit, cum omni populo Rauennatium & Romano, Deum orantes, vt ab inſidiatore & perſequutore illo Luithprando rege eos liberaret. Cuius preces non deſpiciens diuina clementia, eũdem regem ante conſtitutum de hac luce ſubtraxit, & omnis perſecutio ceſſauit. Factumque eſt gaudium non ſolùm Romanis & Rauennatibus, ſed etiàm & genti Lõgobardorum: quoniam & Aldeprãdum nepotem ſuum, quem ipſe reliquerat regẽ maleuolum, proiectum de regno, *Rachiſim, qui fuerat dux, Longobardi ſibi elegerunt in regem, ad quẽ miſſa relatione ipſe beatiſſimus põtifex, cõtinuò ob reuerentiã principis Apoſtolorũ & eius precibus rex inclinatus, viginti annorũ ſpatio inita pace, vniuerſus Italiæ ꝙuit populus. Hic in Lateraneñ patriarchio ante baſilicã beatę memoriæ Theodori papæ renouauit Triclinium, quod diuerſis marmore, vitro, metallis, atq; muſiuo, & pictura ornauit. Sed & ſacris imaginibus tam Oratoriũ B. Sylueſtri, quamq; porticũ decorauit, vbi etiàm ſuam ſubſtantiam omnem per manus Ambroſij primicerij notariorũ introduci mandauit. Fecit aũt à fundamentis ante ſcriniũ Lateraneñ porticum

*Locus obſcurus.

*Rachiſim

ticum atque turrim, vbì & portas æreas atq; cancellos inſtituit, & pergulam Saluatoris ante fores ornauit. Et per aſſcendentes ſcalas in ſuperioribus ſuper eandem turrim triclinium & cancellos æreos conſtruxit, vbì & orbis terrarum deſcriptionem depinxit, atque diuerſis verſiculis ornauit, & omne patriarchium penè à nouo reſtaurauit: in magna enim penuria eundem locum inuenerat. Hic in Eccleſia ſanctorum principum Petri & Pauli pẽdentia vela inter columnas ex pallijs *ſericeis fecit, & in Eccleſia eadem omnes codices domui ſuæ proprios, qui p circulum anni leguntur ad matutinas, in armarij opere ordinauit. Hic domum occultam Laurentum nouiter ornauit, adijciens ei maſſam Fonteianam, quę cognominatur Paunaria. Hic 20. lib. auri pro emendo oleo annuè, vt de lucro eorum in luminaribus Apoſtolicis proficiat, inſtituit, & conſtitutũ ſub anathematis vinculo obligauit. Hic fecit veſtem ſuper altare beati Petri apoſtoli ex auro textam, habentem natiuitatem Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ornauitque eam ex gemmis preciofis, ſimulque & vela *ſericea alithina, q̃ & ornauit in Rhodicis & ornamẽtis varijs auro textis. Item fecit coronam de argento puriſſimo cum delphinis ex proprio precio, penſantẽ libras centum viginti. Hic beatiſſimus vir iuxta ritum eccleſiaſticum fidei ſuæ ſpõſionis orthodoxæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ miſit ſynodicam, ſimulq; & aliam ſuggeſtionem dirigens Conſtantino principi. Et pergentibus Apoſtolicæ ſedis reſponſalibus ad regiam vrbem, inuenerũt intra palatium regiæ poteſtatis inuaſorem quendã & rebellem, Artauaſtum nomine. Dum eñ idem Imperator ad debellandum Agarenorum gẽtem properâſſet, illic prælatus Artauaſtus, datis populo, qui in regia remãſerat vrbe, præmijs, imperiale arripuit ſolium. & poſtmodùm aggregans Orientalium exercituum multitudinem antè fatus Conſtãtinus princeps, pergensq; Cõſtantinopolim, eandem viriliter expugnans, atque extrinſecùs vallãs, comprehendit ciuitatẽ, & priſtinum regni ſui adeptus eſt faſtigium. ſtatimque iam fati Artauaſti filiorumq; eius eruit oculos, & plures ex ſuis rebellibꝰ, exules à ꝓprijs fecit habitaculis. Poſt hęc verò requirens miſſum Apoſtolicæ ſedis, quem ibidẽm temporibus perturbationis contigerat aduenìſſe, eumq; repertum ad ſedem Apoſtolicam abſoluit, & iuxta quod beatiſſimus pontifex poſtulauerat, donationẽ in ſcriptis de duobus manſis, quę Nymphas & Normias appellantur, iuris exiſtentibꝰ Reipublicæ, eidem ſanctiſſimo Papæ ſanctęq; Romanæ Eccleſiæ iure ꝑpetuo direxit poſſidendas. Huius temporibus Carlomannus filius Caroli Francorum regis, pręſentis vitæ relinquens gloriam atq; poteſtatẽ ter-

*Syricis

*Syrica

*Rachiſis

Carlomannus rex fit clericus.

Idem fit monachus.

Rachis rex fit monachus.

regis

taxanthi,ob veniam ſuorum delictorũ,prędium,quo ex hęreditate fruebatur paterna, ſitum ab hac Romana vrbe milliario qnto via Tiburtina,in quo & Oratorium ſanctæ Eccleſiæ eſſe dinoſcitur,beato Petro dereliquit.Quod & ipſe beatiſſimus papa magnæ conſtructionis fabricis atq; picturis decorauit,ampliauitq; in eo fines ex omni parte. Data enim digna recompenſatione his, qui in vicino eiuſdem loci poſſeſſiones tenere videbantur,nemini vim inferens, ſed magìs vt condecet patrem,cuncta ſecus eundẽ locum amica pactiõe emit prędia, & domum cultam,beato Petro eundem locum iure ppetuo ſtatuit permanendum. Quæ domus culta,ſanctæ Cæcilię vſq; in hodiernum diẽ vocatur.Conſtruxit quippe in ea & Oratorium ſancti abbatis Cyri,vbi & multas ſanctorum condidit reliquias, quam videlicet domum cultam,vſui proprio Dominicæ videlicet rationis deſcripſit. Hic conſtituit & aliam domum cultã in quartodecimo milliario ab hac Romana vrbe de patrimonio Tuſciæ, & conſtitutionibus obligauit vſui Eccleſiæ permanendam, etiàm loca quæ ab Anna relicta quõdam Agathonis primicerij,beato Petro videntur eſſe conceſſa.

Hic maſſas,quę vocãtur Antius & Formias,ſuo ſtudio iuri beati Petri acq;ſuit, quas & domos cultas ſtatuit, & de omnibus ſuperiùs adnexis domibus cultis Apoſtolicę rationis cõſtituta faciens,atq; ſacerdotale collegium aggregãs, ſub interdictionibus ſtatuit,nulli quoquè ſucceſſorum eius pontifi cum vel aliæ cuilibet pſonæ licere, ipſas domos cultas ab vſu Eccleſiæ quoquo modo alienare. Hic fecit veſtes ſuper altare B. Andreæ apoſtoli ad beatum Petrum apoſtolũ nimìs optimas. Hic beatiſſimus papa ſtatuit,vt crebris diebus alimentorum ſumptus, qui & eleemoſyna vſq; nunc appellatur, de venerabili patriarchio *à parte cellarij pauperibus & peregrinis,qui apud beatũ Petrũ demoranẽ,deportari,eiſdemq; erogari,necnon & omnibus inopibus & infirmis per vniuerſas regiones iſtius Romanæ vrbis cõſtitutis eiſdem ſimiliter diſtribui ipſam alimentorum conſtituit eleemoſynam. Huius temporibus contigit ſubitò,tegumen tituli B. Chriſti martyris Euſebij cadere. Qui ſanctiſſimus vir cum tota ſua decertãs virtute, prudenterq; elaborãs,ſicut antiquitùs fuit, rursùs,quod ceciderat,reparauit,atq; optimè reſtaurauit.Hic præcipuus põtifex multa loca ſanctorum in meliorem ſtatum perduxit,& veſtes optimas ſuper altaria earundem Dei Eccleſiarum fecit. Hic dilexit clerum ſuum valdè,ac presbyteria eis annuè in duplo & ampliùs tribuit omnia, vtpotè pater & bonus paſtor,amplectẽs & vtiliter fouens,& penitùs quępiam minimè tribulari permittens. Huius deniquè temporibus in magna ſecuritate & lætitia populus à Deo illi commiſſus degens,vitam duxit. Hic beatiſſimus ſuo prudentiſſimo ſtudio, quos beatæ recordationis Gregorius papa fecit quatuor dialogorum libros, de Latino in Greçum trãſtulit eloquio,& plures,qui Latinam ignorant lectionem, per eorum illuminauit lectionem atq; hiſtoriam. Hic fecit ordinationes tres per menſem Martiũ, presbyteros triginta,diacones quinq;, epiſcopos per diuerſa loca octoginta quinq;. Qui ſepultus eſt ad B. Petrum apoſtolum,idibus Martij,indictiõe quinta. Et ceſſauit epiſcopatus dies duodecim.

Dialogi Gregorij tralati Græce.

¶ *Epiſtola Bonifacij ad Zachariam papam.*

DOmino chariſſimo ſummi pontificatûs infula pdito, viro apoſtolico Zachariæ,Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei.

Confitemur domine pater,qa poſtquàm per nuncios referẽtes audiuimus, quòd venerãdæ memoriæ apoſtolatûs veſtri prędeceſſor Gregorius põtifex Apoſtolicæ ſedis, ergaſtulo corporis abſolutus,ad dominum migrauit, quòd maiorem lætitiam & maius gaudium nobis non audiuimus, & ſuſpẽſis ad æthera palmis,deo gratias egimus,quàm quòd clementem paternitatem veſtram altiſſimꝰ arbiter canonica iura regere,& Apoſtolicæ ſedis gubernacula gubernare cõceſſit. Ergò nõ aliter,quàm vt ante veſtigia veſtra geniculãtes intimis ſubnixè flagitamus precibus, vt ſicut prædeceſſorum veſtrorũ pro authoritate S. Petri pietatis ſerui deuoti & ſubditi diſcipuli fuimus, ſic & veſtræ pietatis ſerui obedientes ſubditi, ſub iure canonico fieri mereamur,optantes catholicam fidem, & vnitatem Romanæ Eccleſiæ ſeruando dilatare,& quantoſcunque audientes vel diſcipulos in iſta legatione mihi Deus donauerit,ad obedientiam Apoſtolicæ ſedis inuitare & inclinare non ceſſo. Neceſsè quoquè habemus,indicare paternitati veſtræ,quia per Dei grutiã Germanię populis aliquantulùm percuſſis, vel correctis, tres ordinauimus epiſcopos,& prouinciam in tres parochias diſcreuimus, & illa tria oppida ſiue vrbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis authoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus:vnam eſſe ſedem epiſcopatûs decreuimus in caſtello,quod dicitur Wirtzburg/ & alteram in oppido, quod nominatur Buraburg/ tertiam in loco, qui dicitur Erphesfurt/ qui fuit iam olim vrbs paganorũ ruſticorum. Hæc tria loca propria charta authoritate apoſtolatûs veſtri roborari, & confirmari diligenter poſtulamus, vt (ſi Dominus voluerit) per authoritatem & præceptum ſancti Petri iuſſionibus Apoſtolicis fundatæ & ſtabilitæ ſint tres in Germania epiſcopales ſedes, & vt pręſentes vel futuræ generationes non præſumant

Herbipolis. Bamberga. Erphurdia.

maant vel parochias corrumpere, vel violare præceptum Apoſtolicæ ſedis. Notum ſimiliter ſit paternitati veſtræ,quòd Carlomannus dux Francorum me accerſitum ad ſe, rogauit in parte regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, ſynodum incipere congregare, & promiſit ſe de eccleſiaſtica religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minùs quàm per ſexaginta vel ſeptuaginta annos calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter ſi hoc (Deo inſpirãte) veraciter implere voluẽrit, conſilium & præceptum ſanctæ veſtræ authoritatis,id eſt,Apoſtolicæ ſedis habere & ſapere debeo. Franci enim(vt ſeniores dicunt) pluſquàm per tempus octoginta annorum ſynodum non fecerunt, nec archiepiſcopum habuerunt,nec Eccleſiæ canonica iura alicubì fundabant, vel renouabant. Modò autem maxima ex parte p ciuitates epiſcopales ſedes traditæ ſunt laicis cupidis ad poſſidendũ,vel adulteratis clericis,ſcortatoribus, & publicanis ſeculariter ad perfruendum. Nam ſi per verbum veſtrum hoc negocium(Duce rogante ſupradicto) monere & præcipere debeo, præceptum & iudicium Apoſtolicæ ſedis cum canonibꝰ eccleſiaſticis præſtò habere cupio. Si inuenero inter illos (diacones quos nominãt) qui à pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulterijs, & in omnibus ſemper ſpurcitijs vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad diaconatum,& modò in diaconatu concubinas quatuor vel quinq; vel plures noctù in lecto habentes, euãgelium tamen legere,& diaconos ſe nominare non erubeſcunt, nec metuunt, & ſic in talibus inceſtis ad ordinem presbyteratûs *officio fungentes,dicunt ſe pro populo intercedere, & ſacras oblationes offerre:ac nouiſſimè, quod peius eſt,ſub talibus teſtimonijs per gradus ſingulos aſſcendentes,ordinantur & nominantur epiſcopi, vt habeant præceptum & cõſcriptum authoritatis veſtræ, quid de talibus diffiniatis, & per reſponſum Apoſtolicum conuincantur,& arguantur peccatores. Et inueniũtur quidam inter eos epiſcopi,qui licèt dicant ſe fornicarios vel adulteros nõ eſſe, ſed ſunt ebrioſi & incurioſi, vel venatores, & qui pugnãt in exercitu armati, & effundunt propria manu ſanguinem hominum, ſiue paganorum, ſiue Chriſtianorum. Et quia ſeruus & legatus Apoſtolicæ ſedis eſſe dinoſcor, & vnum ſit verbum, meum hîc,& veſtrum ibì,ſi contingat ad iudicium authoritatis veſtrę, vt pariter miſſos dirigamus. Prætereà de vna re & conſilium quærere & licentiam petere, neceſsè habeo, eô quòd venerandę memoriæ pręceſſor veſter (ſicut audîſtis) in præſentia veſtra mihi pcepit, vt presbyterũ poſt obitũ meũ (Deo volente) in Eccleſiaſtico miniſterio hæredem & ſucceſſorem conſtituere deberem. Et hoc mihi,ſi DEI voluntas eſt,placet:ſed modò dubito, & neſcio ſi fieri poſſit, quia poſteà frater illius, auunculum ducis Francorum occîdit:& adhuc ignoramus, qualiter iſta diſcordia pacificari & finiri valeat. Et obſecro,vt authoritatis veſtrę licẽtia ſit, vt cum conſilio ſeruorum DEI de iſta electione faciam, quod nobis in cõmune pro Deo & pro Eccleſiæ vtilitate, vel fructu ſpiritali & defenſiõe religionis optimum eſſe videatur,vt conſenſum veſtrum habeam de hoc facere, quod optimum videatur,& mihi inſpirare dignetur Deus: quia hoc non videtur poſſe fieri, ſi cõtrarius princeps fuerit. Intereà quęrere & interrogare paternitatis veſtrę conſilium debeo de quadã confuſione & ſcandalo prædicationis,quæ nupèr ad nos veniens, mentem noſtram conturbauit, & ſacerdotibus eccleſiarum verecundiam incutiebat: quia laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens, dicebat ſibi ab Apoſtolicę ſedis pontifice ſanctę memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiam, vt in matrimonium acciperet viduã auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini,& illa illo viuente diſceſſit ab eo, & iſti viro (qui nunc eam accipere deſiderans,affirmat ſibi licentiam datam) in tertio *genuculo propinqua illius eſſe dinoſcitur,& votum vouit Deo caſtitatis,& velata fuit,& iterùm abiecto velamine maritata. Tale enim matrimonium ſupradictus homo ab Apoſtolica ſede ſibi affirmat eſſe conceſſum, quod non æſtimamus verũ: quia ſynodus & Eccleſia, in qua natus & nutritus fui, id eſt,in tranſmarina Saxonia, Lũdunenſis ſynodus quæ inprimìs à diſcipulis S. Gregorij,id eſt, Auguſtino, Laurentio, Iuſto, Melito archiepiſcopis conſtituta & ordinata fuit,talem copulam & matrimonium, maximũ ſcelus & inceſtum,& horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri, ex authoritate ſanctæ ſcripturę iudicabant. Quapropter paternitas veſtra huius rei veritatem nobis indicare nõ dedignetur, vt Eccleſiæ ſacerdotibus vel populo Chriſtião indè ſcãdala vel ſchiſmata, vel noui errores nõ oriantur, & concreſcant. Et quia carnales homines idiotæ Alemanni, vel Bauari, vel Frãci, ſi iuxta Romanam vrbem aliquid fieri viderint ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & conceſſum à ſacerdotibus eſſe putant: & dum nobis improperium deputant, ſibi ſcandalum vitæ accipiunt. Sicut affirmant ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana vrbe, & iuxta Eccleſiam ſancti Petri in die vel nocte, quandò Calendæ Ianuarij intrant, paganorum conſuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes ritu gentilium, & cantationes ſacrilegas celebrare, & menſas illa die vel nocte dapibus onerare, & nullum de domo ſua ignem,vel ſerramentum, vel aliquid cõmodi vicino ſuo pſtare velle.

In Frãcia tepuit religio

de ſcandalo orto ex diſpenſatione.

*gradu

for. *peruenientes,eiq; officio

Angliam dicit.

Dicunt quoquè, se vidiſſe ibì mulieres pa-
gano ritu phylaćteria & ligaturas,& in bra-
chijs & in cruribus ligatas habere, & publi-
cè ad vendendum venales ad comparan-
dum alijs offerre. Quæ omnia, eô quòd ibì
à carnalibus & inſipientibus videntur, no-
bis hîc improperium & impedimentũ præ-
dicationis & doćtrinæ perficiunt. De tali-
Galta. 4. b bus ait Apoſtolus, increpans: Dies obſer-
uatis & tempora, timeo nè ſinè cauſa labo-
Serm.de tẽ- rauerim in vobis.Et S.Auguſtinꝰ dixit:Nam
pore 241. qui prædićtis malis,id eſt, caragis & dtuinis
& aruſpicibus vel phylaćterijs, & alijs qui-
buſlibet augurijs crediderit, etſi ieiunet,et-
ſi oret, etſi iugiter ad Eccleſias currat, etſi
largas eleemoſynas faciat,etſi corpuſculum
ſuum in omni afflićtione cruciauerit, nihil
illi proderit,quandiù ſacrilegia illa non re-
liquerit.Nam ſi iſtas paganias paternitas ve-
ſtra ibì in Romana vrbe prohibuerit,& ſibì
mercedem, & nobis maximum profećtum
in doćtrina eccleſiaſtica perficiet. Epiſcopi
quoquè & presbyteri generis Francorum,
qui fuerunt adulteri & fornicatores acerri-
mi, quos in gradu epiſcopatûs vel presby-
terij fornicationum filij nati arguunt,reue-
nientes ab Apoſtolica ſede,dicunt ſibi Ro-
manum pontificem licentiam dediſſe, mi-
niſterium epiſcopale in Eccleſia miniſtrare.
Quos contra contendimus,quia Apoſtoli-
cam ſedem nequaquàm contra decreta ca-
nonum audiuimus iudicâſſe. Hæc omnia,
domine chariſſime, propterea vobis nota
facimus, vt veſtræ authoritatis reſponſum
talibus dare poſſimus, vt per cautelam ve-
ſtræ doćtrinæ oues Eccleſiæ non ſeducan-
tur, ſed lupi rapaces commoti & ſuperati
pereant. Intereà munuſcula parua vobis
direximus, non quia digna ſunt paterni-
tati veſtræ, ſed pro indicio charitatis,obe-
dientiæ & deuotionis, id eſt, * vuilloſam
vnam, & argenti & auri tantillum. Dexte-
ra Domini protegente, incolumem valere,
& in Chriſto proficere beatitudinem ve-
ſtram in longitudinem dierum optamus.
Te Deus *altitonꝰ ſanćta conſeruet in æde
Sedis Apoſtolicæ rećtorẽ in tempora lõga.
Melliflua gratũ populis doćtrina per orbẽ,
Perficiatq́ue Deo dignũ pia gratia Chriſti.
Splẽdida perficiat florẽs ſua gaudia mater,
Atque domus Domini lætetͤ plebe ſecunda.

¶EPISTOLA ZACHA-
riæ ad Vuittam.

for. *epiſco po ſanćtæ D Ilećtiſſimo nobis Vuittæ*ſanćtæ Ec-
cleſiæ*Barbarenæ, Zacharias papa.
Marc,16.c Domino cooperante,& ſermonem confir-
mãte,ad dilatandam Chriſtianitatis legem,
& orthodoxæ fidei tramitem ad docendũ,
iuxta quod prædicat ſanćta hæc Romana
(cui Deo authore præſidemus)Eccleſia, in-
notuit nobis ſanćtiſſimus ac reuerentiſſimꝰ

frater & coëpiſcopus noſter Bonifacius, nu
pèr decreuiſſe & ordinâſſe ĩ Germaniæ par-
tibus epiſcopales ſedes,vbì præeſt veſtra di-
lećtio, & prouinciam in tres diuiſiſſe paro-
chias:quo cognito, cum magna exultatiõe
extẽſis ad ſidera palmis, illuminatori & da-
tori omnium bonorum Domino DEO, &
ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto gratias egimꝰ,
qui facit vtraque vnum. Flagitauit autem à Ephe.2.c
nobis pro ſuis ſyllabis iam dićtus ſanćtiſſi-
mus vir per Apoſtolicam authoritatem ve-
ſtras confirmari ſedes. Pro quo & nos ar-
denti animo & diuino iuuamine, ac autho-
ritate B.Petri apoſtolorũ principis, cui da-
ta eſt,à Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto
ligandi ſoluendiq́; poteſtas peccata homi-
num in cælo & in terra, confirmamus, atq; Matth. 16.
ſolidas permanere veſtras epiſcopales ſedes
ſancimus, intercedentes ipſius principis
Apoſtolorum authoritate à pręſente omni-
bus & in futuras generationes, vt nullus au
deat contra eandẽ veſtram venire ordinati-
onem.quæ(dignante DEO)ex noſtra præ-
ceptione in vobis fakta eſt:& hoc interdi-
cẽtes, vt nullus audeat iuxta ſanćtorum ca-
nonum traditiõem, ex alio epiſcopatu ibi-
dèm tranſlatari aut ordinare epiſcopum,
poſt veſtram de hoc ſeculo euocationem,
niſì is, qui Apoſtolicæ noſtræ ſedis in illis
partibus præſentauerit vicem.Sed nec vnus
alterius parochias inuadere, aut eccleſias
ſubtrahere præſumatis. Nam (quod non
credimus)ſi quis ille fuerit,qui contra hanc
noſtram pręceptionem temerario auſu ve-
nire tentauerit,ſciat ſe æterno DEI iudicio
anathematis vinculo eſſe innodatum. Si q̃s
verò Apoſtolica ſeruauerit ꝑcepta, & nor-
mã rećtę & orthodoxę fidei fuerit aſſequu-
tus,benedićtiõis gratiam conſequatur.De-
cæterò petimus diuinã clementiam,vt con-
firmet & corroboret hoc, quod operatus
eſt Dominus in vobis. Et charitas Dei,gra-
tia, & pax vera ſit cum ſpiritu veſtro. San-
ćtiſſimi & dilećtiſſimi nobis, toto conami-
ne elaborate pro fide Chriſti,& ad miniſte-
rium eius perficiẽdum decertate, vt & cum
egregio Apoſtolo mereamini dicere: Bo- 2.Timo.6
num certamen certaui,curſum conſumma-
ui, fidem ſeruaui. De reliquo repoſita eſt
mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi Do-
minus in illum diem iuſtus iudex. Salutan-
tes,vos in Dño valere optamꝰ. Benè valete.
Data Calendis Aprilis, imperante domi-
no Conſtantino magno Imperatore, anno
vigeſimoquarto, imperij eius anno ſecun-
do,indićtione ſexta.

EPISTOLA ZACHA-
*riæ ad Bonifacium epiſco-
pum.*

R Euerẽtiſſimo & ſanćtiſſimo fratri Bo
nifacio coëpiſcopo, Zacharias ſeruus
ſeruorum DEI. Virgilius & Sodomus
viri

viri religioſi, apud Baioariorum prouinci-
am degentes, ſuis apud nos literis vſi ſunt,
per quas intimauerunt, quòd tua reueren-
da fraternitas eis iniungeret Chriſtianos
denuò baptizare. Quod audientes, nimìs
fuimus cõturbati,& in admirationem quã-
dam incidimus,ſi habetur, vt dićtũ eſt. Re-
tulerunt quippe,quòd fuerit in eadem pro-
☞ uincia ſacerdos, qui Latinam linguam pe-
nitùs ignorabat, & dum baptizaret, neſciẽs
Latini eloquij, infringens linguam diceret,
Baptizo te in nomine patria & filia & ſpiri-
tuſanćta,ac ꝓ hoc tua fraternitas conſidera-
uit rebaptizare. Sed ſanćtiſſime frater,ſi ille
qui baptizauit, non errorem introducens
aut hæreſim, ſed ꝓ ſola ignorãtia Romanæ
loquutionis infringẽdo linguam, vt ſuprà
fati ſumus, baptizans dixiſſet, non poſſumꝰ
cõſentire,vt denuò baptizẽtur: quia(quod
tua benè compertum habet ſanćta frater-
nitas)quicunque baptizatus fuerit ab hære-
ticis in nomine patris & filij & Spirituſſan-
ćti,nullo modo rebaptizari debeat, ſed per
ſolam manûs impoſitionem purgari debe-
at.Nam ſanćtiſſime frater,ſi ità eſt, vt nobis
relatum eſt,non ampliùs à te illis prædicen-
tur huiuſmodi, ſed vt patres ſanćti docent
& prædicant, tua ſanćtitas ſtudeat conſer-
uare.Deus te incolumem cuſtodiat reueren
tiſſime frater.Data Calendis Iulij,imperan-
te domino piiſſimo Auguſto Conſtantino
à Deo coronato magno Imperatore, anno
viceſimoſexto,imperij eiꝰ anno quarto,in-
dićtione decimaquarta.

¶EPISTOLA EIVSDEM
ad Epiſcopos diuerſos.

D Ilećtiſſimis nobis, Raginfredo Rho-
thomagẽſi epiſcopo, Rimberto Am-
bianenſi epiſcopo, Deodato Bellouacenſi
epiſcopo,Heliſio Nouiomẽſi epiſcopo,Ful
*Leodienſi gario*Tungrenſi epiſcopo,Dauid Coriſo-
pitẽſi epiſcopo, Aethereo Cenomanẽſi epi-
*Traguardo ſcopo,*Trenurardo Cameracẽſi epiſcopo,
Burchardo Vuirtzburgẽſi epiſcopo, Gene
for.*Argẽti- bando Laudunẽſi epiſcopo,Romano Mel-
nenſi denſi epiſcopo, Agilolfo Colonienſi epi-
ſcopo,Heldo * Strasburgenſi epiſcopo, &
cæteris epiſcopis, presbyteris, & etiàm di-
aconibus, cunćtiſq́ue orthodoxis eccleſi-
arum Dei clericis Apoſtolicam doćtrinam
for. *fretus tenentibus,Zacharias diuina gratia*pręđi-
tus,Apoſtolicæ ſedis põtifex, ſeruus autem
ſeruorũ Dei,in Domino ſalutẽ dicit. Gra-
tias ago Deo patri omnipotenti, & Domi-
no Ieſu Chriſto vnico filio eiꝰ, & Spiritui-
ſanćto, qui veſtra omium corda inflamma-
re dignatus eſt per diffuſam à ſe gratiam, vt
in vnitate fidei & in vinculo pacis ambule-
tis,& ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper
vos, dilećtiſſimi mihi, & abundans gratia
pacis & charitatis, vt ſitis vnum corpus ſpi-
ritalis matris veſtrę ſanćtę catholicę & Apo

ſtolicæ Dei Eccleſiæ, (in qua, Deo authore
& diſpoſitore, quanuìs tanto faſtigio viri-
bus longè impares,præſumus)implentes il-
lud propheticum dićtum:Eccè quàm bonũ Pſal.132.
& quàm iucundum habitare fratres in vnũ.
Etenim etſi pro itineris longitudine quan-
quàm corpore ſumus abſentes, in ſpiritu
tamen dilećtionis ſemper ſumus vobis pręr-
ſentes,habentes vos in viſceribus noſtris,&
aſſiduè orantes,vt Deus & Dominus noſter
IESVS Chriſtus multo ampliùs confirmet
corda veſtra, & corroboret in exhortatio-
nem euangelij in miniſterio quo fungimi-
ni, vt credita vobis pleps, vr̃is pijs admoni-
tionibꝰ adiutore Deo à diabolica fraude li-
berata, ſalua perſiſtat, voſq́ue mereamini
de eorum animabus in diem Chriſti appor-
tare lucrum. Scriptum quippe eſt: Filij ſa- Eccĩ. 3.c
pientiæ,eccleſia iuſtorum: & natio eorum,
obedientia & charitas. Obſecro ergò vos,
chariſſimi mei, vt dignè ambuletis vocati- Ephe.4.a
one qua vocati eſtis, vt decet ſanćtos, cum
multa ſapientia, ſupportantes inuicèm in
charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritûs 1. Timo,1.b
in vinculo pacis & charitatis:quia finis pręe-
cepti charitas eſt de corde puro, & conſci-
entia bona,& fide non fićta.Gaudeo in vo- Roma,1,a
bis chariſſimi, quoniam fides veſtra & vni-
tas erga nos, precioſa eſt, & manifeſta non
ſolùm coram Deo, ſed etiàm coram omni-
bus hominibus, dum ad fautorem & ma-
giſtrum veſtrum à Deo conſtitutum, bea-
tum Apoſtolorum principem Petrum be-
nigniſſima voluntate conuerſi eſtis. Lau-
dabilis fides veſtra, & bona fama, quoniam
id ipſum ſapitis, quod oportet ſapere. Et
nunc (Deo cooperante) eſt aggegrata ſan-
ćtitas veſtra noſtræ ſocietati in vno paſto-
rali ouili. Et eſt nobis vnus paſtor,qui à pa-
ſtore paſtorum Domino Deo & ſaluatore
noſtro Ieſu CHRISTO princeps Apo-
ſtolorum, & noſter doćtor eſt inſtitutus.
Habetis itaque noſtra vice ad confirman-
dum dilećtionem veſtram, & collaboran-
dum vobis in Euangelio CHRISTI,
ſanćtiſſimum ac reuerentiſſimum Bonifa-
cium fratrem noſtrum archiepiſcopum,
Apoſtolicę ſedis legatum,& vicem noſtram
præſentantem. Sit ergò conſtantia veſtra
aduersùs contentiones eorum, qui aduerſa
ſapiunt, & non quæ Dei ſunt: & erit fortior
petra conſtantia veſtra, ſicut ſcriptum eſt: Matth. 10.c
Nè timueritis ab eis, neque terreamini à fa-
cie eorum, qui corpus occidunt, animam
autem non poſſunt occidere. Quod autem
in aure auditis, prædicate in lumine, illum
timentes, qui poteſt corpus & animam oc-
cidere,& mittere in gehennam.Fratres mei, 2. Cor. 10.a
in carne ambulantes, nõ ſecundùm carnem
militemus. Arma eñ militiæ noſtræ nõ car-
nalia,ſed potentia Deo ad deſtrućtionẽ mu
nitionum,conſilia deſtruentes,& omnẽ ex-
altationem extollẽtem ſe aduersùs ſcienti-
am

am Dei,& in captiuitatem redigentes oẽm intellectum, & omnem cogitatiõem in obsequium Christi perducentes. Decæterò, fratres, confortamini in Domino, & in potentia fortitudinis eius. Pax vobis multa & gratia à Deo, & Domino nostro Iesu Christo ministretur.Amplectimur & osculamur, àc si præsentes, charitatem vestram in vnitatẽ spiritũs, in vinculo pacis & charitatis Christi. Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi nobis.

Ephe.6.b

¶Eiusdem ad Bonifacium.

REuerẽtissimo & sanctissimo fratri Bonifacio coẽpiscopo,Zacharias seruus seruorum Dei. Cùm nobis sanctissimæ fraternitatis tuæ syllabæ delatæ fuissent,atq; per singula relegi fecissemus, & reperissemus in earundem literarum tuarum serie, quòd peccatis nostris facientibus, dum Dominici tritici semina quæreres elaborare ad augendam segetem spiritalem, subitò inimici superseminãt zizania,vt sanctitatem tuam in bono opere impediant.Sed tua sancta fraternitas incessanter orationi instet pariter cum fratribus,qui secum laborant, & spiritales sarculos construens,zizania eradicans,deportet ad comburendum, vt beatus Gregorius papa: Bonum enim (inquit) opus nobis sit in voluntate. nam ex diuino adiutorio erit in perfectione. His ità se habẽtibus, charissime frater, confortare in Domino, & ipse erit adiutor tuus. De incursione autem gẽtium, quæ in tuis plebibus facta est, mœrẽdum nobis est. Sed hæc aduersitas nullatenùs tuam fraternitatem conturbet, quia & Romana ciuitas ex accidentibus facinoribus sæpiùs est depopulata, & tamen omnipotẽtia sua Dominus ex supernis eam dignatus est consolari.Sed populis tibi commissis,reuerentissime frater, prædica ieiuniũ & supplicationes apud Dominum litaniarum, & supereminens eius clementia adiuuabit te. Te aũt (vt prædiximus) nullatenùs aduersa perturbent, sed in bono opere quod cœpisti,nullo modo deficias. Nos verò,licèt immeriti & peccatores existamus, nostris precibus vel consacerdotũ nostrorum, inquantùm possumus, adiuuamus. De synodo autem congregata apud Francorum prouinciam, mediantibus Pipino & Carlomanno excellentissimis filijs nostris, iuxta syllabarum nostrarum commonitiõem, peragente nostras vices tua sanctitate,qualiter egisses cognouimus, & omnipotenti Deo nostro gratias egimus, qui eorum corda confirmauit, vt in hoc pio opere adiutores existerent. & omnia optimè & canonicè peregisti, tam de falsis episcopis & fornicarijs & schismaticis, quamque etiàm & in reliquis nomine sacerdotibus, contra canonum instituta agentibus,vel contra catholicam Dei & Apostolicam Ecclesiam, de quibus secũdùm tuam relationem per singula respondemus. De eo nanque, quod suggessisti, q̃ elegerunt ciuitatem vnam omnes Francorum principes contingentem vsque ad paganorum fines,& partes Germanicarũ gentium,vbi antè prædicâsti, quetenùs ibi fedẽ metropolitanã perpetuo tempore habere debeas, vt indè cæteros episcopos ad viam instrueres rectitudinis, & pòst tui successores perpetuo iure possideant,hoc quod decreuerunt, læto nos susципimus animo, eò quòd ex Dei nutu factum est, vel si quidem falsi sacerdotes & schismatici hoc impedire conati sunt, quorum vanum agonẽ Dominus dissipabit, & illa faciet stabilita, q̃ sanctorum patrum statutis cõueniunt concordare. Et quia tibi ipsi principes Francorum in hoc etiàm adiutores extiterunt,retribuat illis omnipotẽs Deus vicissitudinis præmium,& innumera largiatur bona. Nam similiter de illo falso episcopo,quẽ dixisti adulterati clerici & homicidæ filium ac in adulterio natum, & absque disciplina nutritũ, & cætera mala & horribilia,quæ per singula enarrâsti, ac per hoc,& suî similes sacerdotes consecrauit,de hoc meminit tua reuerẽda fraternitas,quod tribus iam vicibus scripsimus,vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum ministerium debeat attrectare,sed neque pœnitens, aut talis,qualem sacri canones prohibent esse sacerdotem.De baptizatis ab illo,seu ecclesijs consecratis requirit tua fraternitas:si aut ecclesias in nomine Trinitatis cõsecrauit, aut paruulos similiter baptizauit, dum sacerdotio fungebatur: & sic & consecratio ecclesiarum, & paruulorum baptisma sit cõfirmatum.Et hoc pariter suggessisti,quòd illi qui à te proiecti sunt, sacerdotes, à nobis absolutos se apud Frãcorum prouinciam diuulgent,quòd tua sancta fraternitas nullo modo credat: q̃a (quod impossibile est) si hoc feciſſemus,tuę charitati p nostras indicâssemus literas. Sed hoc quod impossibile est, nullo modo credas, quia non aliud prædicamus,& aliud agimus aut dirigimus, vt illi garriunt:sed auxiliante Deo, illud quod p̃dicamus,finetenùs obseruãdum censemus. Hoc autem sanctitatem tuam firmissimè vt teneas, hortamur, vt sanctorum patrum institutis & consultis sacrorum canonũ oñimodò obsequi debeas,quia nos nullatenùs aliud prædicamus, & aliud agimus. Nam & de eo, quod obsecrâsti, vt Francorum principibus scriberemus, vel cæteris Francis: vt petîsti, eis per singula scripsimus, vt tibi & amici sint,& adiutores in Dominico opere existant.De censu verò expetẽdo, cõ quòd impetrare à Frãcis ad reddẽdũ ecclesijs vel monasterijs nõ potuisti aliud, q̃ vt vertẽte anno ab vnoquoq; cõiugio seruorum xij. denarij reddant: & hoc,gratias Deo, q̃a potuisti impetrare, & dum Dñs donauerit q̃tem,

Ea est Moguntia.

tem, augebuntur & luminaria sanctorum, pro eo quòd nunc tribulatio accidit Sarracenorum,Saxonũ vel Frisonũ, sicut tu ipse nobis innotuisti. De eo nanq; quod interrogâsti, quòd illi qui depositi sunt pro capitalibꝰ peccatis de gradu sacerdotali, dum eos reperisses adulteros aut homicidas, vt nec sacerdotes, nec clerici esse possint, nec sub pœnitentia monachi esse volunt:sed pgentes apud palatium regis Francorum, rogant vt eis loca tribuat ecclesiarum vel monasteriorum, vt laicam vitam viuant, & dispergẽtes sanctorum loca. Sed & de hoc pariter,qualiter fieri debeat,Francorum principibus commonentes direximus. In alia quippe tua Epistola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerant falsi & schismatici Episcopi Aldebertus & Clemẽs,per quæ omnia acta ipsorum & impijssimũ errorem figillatìm indicâsti. Nos verò congregatis fratribꝰ & cõsacerdotibus nostris, eorundem prauorum sceleratissima acta in eorum prẽsentia relegi fecimus:& dum nobis coram concilio relecta fuissent, pio studio oẽs eadem schismatica dogmata ipsorum,atque iniquissimas traditiones,seu sceleratissimam vitam, quam sibi Aldebertus conscribere fecit,damnauerunt,& vna voce exclamauerũt,vt igne cremarẽtur. Sed nos hoc non rectum iudicauimus, pro eo quod ad referendũ, siue ad in æternum eos condemnandum,in scrinio sanctæ Ecclesiæ reseruanda mandauimus, consecrantes ipsi dignam sententiam, cuius instrumẽta actionis ad tuam direximus frater sanctitatem, vt relecta in prouincia Francorum omnis schismaticus audiẽs,taliter à sancta Dei catholica & Apostolica Ecclesia iudicatum, à sensûs sui prauitate resipiscat. In tertia nanque tua epistola intimâsti nobis de alio seductore, nomine Geolebo, qui anteà episcopali honore fungebatur. Sed quia sinè cuiuscunque consultu *apud nos properat, dum aduenerit, vt Domino placuerit, fiet. Tua autem reuerentia (vt auxiliante Domino cœpit)vice nostra volumus vt omni anno apto tempore in Francorum prouincia concilium debeat celebrare, vt frequentia sacerdotum,siue institutis sacrorum canonum mediantibus,illic quid aduersum nullo modo audeat pullulare:sed magìs Ecclesiæ DEI vnitate, & disciplina ecclesiastica atq; apostolica vbiquè in illis partibus dilatata, cunctæ populorum turbæ etiàm in occiduis partibꝰ veri catholici esse possint, & non ampliùs per falsos sacerdotes erroribus inuoluti demergãtur in interitũ. Dum verò concilium aggregaueris,sic tua fraternitas conflictum habeat cum metropolitanis,quos confirmauimus. De eo quod dixisti,vt nullus sinè commendatitijs epistolis susципiatur, etiàm & pro hoc ipso & pro omnibus,Francorum principibus commonitionis direximus literas, vt iam superiùs fati sumus.De ciuitate nanque illa,quæ nupèr Agrippina vocabatur,nunc verò Colonia,iuxta petitionem Francorum nostræq̃; authoritatis præceptũ, nomini tuo metropolim confirmauimus, & tuæ sanctitati direximus, pro futuris temporibus ad eiusdẽ metropolitanæ ecclesiæ stabilitatem. Deus te incolumẽ custodiat,reuerẽtissime & sanctissime frater. Data pridiè calendas Nouẽbris, Imperante domino pijssimo augusto Constantino à Deo coronato magno imperatore,anno vigesimoseptimo,imperij eius quinto anno,indictione decima quarta.

Aemuli S. Bonifacij.

Agripp'na quondàm, nunc Colonia, metropolis confirmatur.

*ad

¶EPISTOLA EIVSDEM *Zachariæ ad Bonifacium.*

SAnctissimo & reuerẽtissimo fratri Bonifacio coẽpiscopo,Zacharias episcopꝰ seruus seruorũ Dei. Benedictus Deus pater Domini nostri Iesu Christi,qui dispersa congregat,& congregata cõseruat, augetq̃; fidem & fiduciam seruis suis ad prædicandũ verbum euangelij Iesu Christi Domini nostri,cum eodẽ patre & spiritussancto in vnitate viuente in secula seculorum: ipsi gloria & laus, qui adiutor & protector est in se credentibus.Ipse enim dixit: Qui credit in me, vita viuet, & non morietur: quoniam ego sum via,veritas & vita. Laudamus & superexaltamus sanctum nomẽ eius, læti & gaudentes per harum gerulos, & sanctæ fraternitatis tuæ literis allatis, superstitem in hac vita & in Domino te valere cognoscentes, petentes immẽsam Dei nostri diuinitatem, vt ad prædicandum multò ampliùs euangelij atque sanctæ fidei eius sacramẽtum, longæuum te seruet, suaque protectione te muniat,& ab aduersantium insidijs piè miserãdo custodiat. Suggessit itaq; sancta fraternitas tua in suis apicibꝰ, quòd præcessor noster beatæ memoriæ Gregorius, huius sanctæ sedis Apostolicæ præsul,dum ad prædicandum verbum Euangelij tuâ misisset fraternitatem in Germaniæ partibus,& gentibus illis paganis verbo pollicitationis te essemunitum,ità vt orthodoxos Episcopos, presbyteros, vel quoscũque reperire potuisses,in verbo exhortationis perfectos ampliùs cõfirmares, & eis cõmunicares, quod & factum est. Si quos verò seductores episcopos, aut pseudopresbyteros, vel quoscunque à recto fidei tramite deuiãtes reperisses, nulla tibi cum eis esset communio. Quod te (Deo solatiante) vsque ad prẽsens spiritaliter seruâsse confessus es,vel si omninò * propter principalem & humanum fauorem gentis Frãcorum, dum eos accessisses corporaliter,abstinere nõ valuisti,cogẽte necessitate ecclesiarũ Dei,tũ in eorũ concilio & cõsensu communiõis, anima tua nõ est coinquinata. Itaq;,ppter hoc, quòd cũ eis

Ioan.17.c
Ioan.14.a

11.q.3. quòd prædecessor

*illâ voluit à te esse munitam,

*per

conuer-

conuersatus es, non consentiens iniquitati
eorum, nullum tibi est detrimẽtum coram
Deo. Te enim prædicante, si obedirẽt, sal-
ui essent. Sin autẽ in iniquitate sua perma-
nent, ipsi peribunt. Tu autem, iuxta pro-
Ezech.33. phetæ dictum, saluâsti animam tuam. De
Episcopis autem & pallijs Francorum scri-
psisti, quòd iuxta promissiõem suam non-
dùm impleuerunt. Qui si impleuerint iuxta
verbum suum, habebunt ex eo laudem. Sin
verò aliter egerint, ipsi videbunt. Nos enim
Matth.10.d (diuina gratia largiẽte) quod gratìs accepi-
mus, gratìs damus. Tua quidẽ propter hoc
benigna volũtas à nobis suscepta est. Igitur
Fuldã dicit, ni fallor. & hoc petîsti, monasterium in vastissima so-
litudine & in medio gentium, quibus præ-
dicas, constitutum, & à te fundatum, atque
in honore Saluatoris Dei nostri dedicatũ,
vbì etiàm & monachos sub regula beati Be
nedicti degere ordinâsti: hoc, inquã, vene-
rabile monasterium petîsti nomini tuo pri-
uilegio sedis Apostolicæ muniri. Quod vo-
tis tuis acquiescẽtes, ordinauimus iuxta pe-
titionem & desiderium tuum. Cõgruit enĩ,
diuini ministerij prædicatorẽ optimumq́;
ministrum ad desiderata pertingere, & cœ-
ptum bonum opus vsque in finem perfice-
Matth.10.c re, sicut scriptum in Dominico præcepto:
& 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic sal-
Lucę 12.c uus erit. Et beatus seruus ille, quem, cùm ve-
nerit Dominus, inuenerit sic faciẽtem: ete-
nim super omnia bona sua constituet eum.
Intereà prędictus tuus gerulus Lul, cum cę-
teris suis concomitibus, quæ iniuncta fue-
runt à tua fraterna sanctitate, tam in verbo,
*scripto quamq́ue *præscripto, om̃ia liquidiùs sug-
gerẽtes, innotuerũt, de quibus tam in ver-
bo responsum dantes & præscripto, tuæ re-
misimus fraternitati. Continebant enim ca
pitula in pitacio ab eis porrecto, quæ infe-
riùs annexa sunt, de quibus flagitâsti à no-
bis, quæ recipiẽda, quæ respuenda sunt. In-
primìs de volatilib⁹, i. graculis & corniculis
atq; ciconijs, q̃ omninò cauẽdæ sunt ab esu
Christianorum, etiàm & fibri atq; lepores,
& equi syluatici multo ampliùs cauendi. at-
tamen sanctissime frater, de omnibus scri-
pturis sacris benè compertus es. De igne au
tem paschali, quod inquisisti, à sanctis pri-
scis patribus, ex quo per Dei & Domini no
stri Iesu Christi gratiam, & precioso sangui-
*ante pa-scha ne ei⁹ ecclesia dedicata est, quinta feria *pa-
schæ, dum sacrum chrisma consecratur, tres
lampades magnæ capacitatis, ex diuersis cã-
delis ecclesiæ oleo collecto, in secretiori ec-
clesiæ loco ad figurã interioris tabernaculi
insistente, indeficienter cum multa diligen-
tia inspectæ ardebunt, ità vt oleum ipsum
sufficere possit vsque ad tertium diem. De
quibus candelis sabbato sancto pro fontis
sacri baptismate sumptus ignis per sacerdo
tem renouabitur. De crystallis autem (vt as-
seruisti) nullam habemus traditionem. De
his q̃ regio morbo vexanĩ, inq̃sisti, siue ho-
mines siue equi sint, quid faciendum sit de
illis. Si homines ex natiuitate, aut ex genere
huius morbi sunt, hi extra ciuitatẽ * comi- for. *commorari
tari debebunt, ad eleemosynam verò acci-
piendam à populo non deuitari. Si autem
contigerit magnum vel paruum, non nati-
uitate, sed superueniente ægritudine, vexa-
ri: non est proijciendus, sed, si possibile est,
curãdus. Attamen in ecclesia, dum ad com-
munionem venerit, post omnium suppleti-
onem erit ingressurus ad participandũ mu-
nus. Equi verò, quĩ præfato morbo fuerint
coinquinati, si curari non valuerint, in pu-
teis & foueis proijciendi sunt, nè eiusdem
morbi contagione cæteri coinquinentur.
De animalibus autem, quæ à furentibus, id
est, rabidis lupis & canibus fuerint lacerata,
oportet ea à cæteris separari, nè per furẽtes
& mordentes, cętera coinquinentur. Quòd
si pauca sunt, vt suprà dixim⁹, in fouea pro-
ijcienda sunt. Nam & inquisiuit fraternitas
tua, si liceat sanctimõialibus fœminis, quẽ-
admodùm viris, sibi inuicèm pedes ablue-
re, tam in cœna Domini, quamq́ue in alijs
diebus. Hoc Dominicum præceptum est, Ioan.13.b
quod qui per fidem impleuerit, habebit ex
eo laudem. Etenim viri & mulieres vnũ De-
um habemus, qui in cęlis est. Pro benedicti-
onibus autem, quas faciunt Galli, vt nôsti
frater, multis vitijs variantur. Nam non ex
Apostolica traditione hoc faciunt, sed p va-
nam gloriam hoc operantur, sibi ipsis da-
mnationem adhibentes, dum scriptum est: Galat.1.d
Si quis vobis euangelizauerit p̃ter id quod
euangelizatum est, anathema sit. Regulam
catholicæ traditionis suscepisti frater aman
tissime. Sic omnibus prædica, om̃esq́ue do-
ce, sicut à sancta Romana (cui Deo authore
deseruím⁹) accepisti Ecclesia. Inquisisti eti-
àm & hoc, si ante trigesimum annum liceat
sacerdotem ordinari. Bonum & cõgruum,
charissime frater, si fieri & inueniri potest,
vt p̃uectæ ætatis & boni viri testimonij iu-
xta sacrorum canonum instituta, ordinen-
tur sacerdotes. Si autem minimè reperiunĩ,
& necessitas exposcit, à vigintiquinque an-
nis & suprà, Leuitæ & sacerdotes ordinenĩ,
quemadmodùm in lege Domini contine- Di.78. Si 30. annorum.
tur. De Milone autem & eiusmodi similib⁹, Num.8.d
qui ecclesijs Dei plurimùm nocent, vt à tali
nefario opere recedant, iuxta Apostoli vo- 2.Tim.4.a
cem, oportunè, importunè prædica. Si ac-
qeuerint admonitionibus tuis, saluabunt
animas suas. Sin verò, ipsi peribunt obuo-
luti in peccatis suis. Tu autẽ qui rectè præ-
dicas, non perdes mercedem tuam. Nam &
hoc inquisisti, post quantũ temporis debet
lardum comedi. Nobis à patribus constitu-
tum pro hoc non est. Tibi aũt petenti con-
silium præbemus, quòd non oporteat illud
mandi, priusquàm super fumo siccetur, aut
igne coquatur. Si verò libet, vt incoctũ mã-
duce-

ducetur, post paschalem festiuitatem erit
manducandum. Episcopus autem conde-
mnatus, de quo inquisisti, qui impugnator
& fornicator existit, atque res ecclesiæ post
degradationem sibi vendicare nititur, hic
omninò ac detestabiliter respuendus est.
2.Cor.6.c (Quæ enim portio infidelis cum fideli? Aut
quæ communio Christi ad Belial?) hunc &
sanctorum patrum traditiones & sanctorũ
canonum instituta condemnauerunt. De
ordinatione etiàm presbyterorum & dia-
conorum, cogente necessitate & pauperta-
te, rogantium non legitimis temporibus &
diebus à te promoueri, si aliquam haberes
ex hoc offensionem, insinuâsti. dicimus au-
tem tibi frater, benè nôsti, quòd sacri cano-
nes docent aptis temporibus sacerdotes or
dinandos. Attamen in eo quod à te propter
zelum fidei actum est, à Domino Deo no-
stro indulgẽtiam postulemus. De censu au-
tem ecclesiarum, id est, solidum de *cassata
suscipe, & nullam habeas hæsitationẽ, dum
ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in
Christi pauperes partiri, & opus perficere
sacrarum ecclesiarum iuxta canonum insti-
tuta. Si quos verò presbyteros, qui de laicis
promoti fuerint, & anteà criminalibus cau-
sis obuoluti, celantes peccatum suum, ordi-
nati sunt, postmodùm verò & manifestata
est eorum iniqua actio, hos sacerdotali ha-
bitu priuatos pœnitentiæ submitte. Non
enim odit Deus peccantem & confitensem,
sed peccantem & negantem. Nam & hoc fla
gitâsti à nobis, si licet persecutionem paga-
norum fugere, an non. Et pro hoc frater sa-
lutare consilium damus. Si fieri potest, & lo
cum inueneris, insta ad prædicandum illis.
Si autem supportare non valueris eorum
persecutionem, habes præceptum Domini-
Matth.10.c cum, vt in aliam ingrediaris ciuitatem. Nam
& hoc inquisisti, quid fiendum sit de excõ-
municato episcopo, & Apostolicam autho
ritatem negligente. Hic detestabilis est co-
ram Deo & hominibus, cui cõdemnato in-
condemnatus non communicabit. Ipsi enĩ
condemnabuntur & in die iræ & reuelatio-
nis Domini & saluatoris nostri Iesu Christi,
Matth.25. cùm sederit ad iudicandum gen⁹ humanũ,
Iacob.4.b sicut scriptum est: Superbis ego resistam, di
cit Dominus. Etenim de Sclauis Christia-
norum terram inhabitantibus, si oporteat
censum accipere, interrogâsti frater. Hoc q̃-
dem consilio non indiget, dum rei causa est
manifesta. Si enĩ sinè tributo sederint, ipsam
quandoquè propriam sibi vindicabũt ter-
ram. Si verò tributum dederint, nôrunt do-
minatorem ipsam terrã habere. Nam & hoc
flagitâsti à nobis sanctissime frater, in sacri
canonis prædicatione quot in locis cruces
fieri debeant, tuæ vt significemus sanctitati.
Votis aũt tuis clementer inclinati, in rotulo
dato Lul religioso presbytero tuo, p loca,
*quot signa sanctę crucis, * quãti fieri debeãt, infi-
ximus. His aũt ità se habẽtibus, Dñi depre-
camur clementiã, licèt peccatores, vt suo te
muniat & cõfortet auxilio, nósque annuat
prosperitatis tuę semp læta suscipere nũcia.
Deus te incolumẽ custodiat reuerẽtiss. fra-
ter. Data 2. Nonas Nouẽbris, imperãte dño
pijssimo Augusto Cõstantino, à Deo coro-
nato magno Impatore, anno trigesimo, im-
perij ei⁹ anno vndecimo, indictiõe quarta.

¶EPISTOLA ZACHARIAE *Papæ ad Bonifacium Episcopum.*

REuerẽtissimo & sanctissimo fratri Bo
nifacio episcopo, Zacharias seruus ser
uorum Dei. Susceptis sanctissimæ fraterni-
tatis tuæ literis per Deneardum religiosum
presbyterum tuum, quia sospitẽ te (vt semp
cupimus) esse cognouimus, omnipotenti ac
misericordissimo Deo nostro magnas retu-
limus gratias, qui tibi in omnibus bonis p̃-
sperari dignatur. Magnam enim in cordib⁹
nostris infundis lætitiam, quotiès nobis san
ctitatis tuę scripta mittuntur, quandò repe-
rimus quæ ad salutem respiciũt animarum,
dum quotidiè in gremio sanctæ matris Ec-
clesiæ per tuam prędicationem noui popu-
li adduntur, vbì & tres episcopos per loca
singula secundùm seriem syllabarum tuarũ
te ordinâsse cognouimus, qui eidem popu-
lo, quem sibi Dominus Deus noster per tu-
am sanctitatem aggregare dignatus est, prę-
esse debeant: & petîsti, vt per authoritatem
nostræ sedis, episcopales ibidèm sedes fir-
mẽtur. Sed tua sancta fraternitas pertractet
maturè, & subtili consideratione discernat,
si expedit, aut si loca vel populorum turbæ
talia esse probanĩ, vt episcopos habere me-
reantur. Memineris enim, quid in sacris ca- Dist.80. per totum.
nonibus præcipimur obseruare, vt minimè
in villulas vel in modicas ciuitates episco-
pos ordinemus, nè vilescat nomen episco-
pi. Sed nos tuis syncerissimis atque nobis
dilectis syllabis prouocati, quæ p̃posuisti,
absque mora concedi patimur, & statuimus
per Apostolicam authoritatem episcopales
illic esse sedes, quæ per successionem episco
pos mereantur, & populis præsint, atque in
quibus verbum prædicationis subiectis in-
sinuenĩ, id est, in castello quod dicĩ Wirtz-
burg/ & alterum in oppido quod nomina-
tur * Buraburg/ tertium in loco qui dicitur *Bamburg
Erphesfurt/ ità vt nulli post hæc liceat cui-
quã hæc quæ à nobis sancita sunt, quoquo
modo violare, quæ authoritate beati Petri
apostoli firma esse decreuimus. De eo autẽ,
quod intimâsti nobis, quòd te Carloman-
nus filius noster ad se rogauit accedere, vt
in vrbe regni Francorum, in sua ditione si-
ue potestate constituta, synodum celebrare
debeas, eô quòd omnis ecclesiastica regula
siue disciplina ab eadem prouincia fundi-
tùs abolita est, quod nimìs * mœrẽdum est, *mirandum
quòd

quòd per ſpatia temporum ibidèm ſynodus ſacerdotum minimè celebraretur. Vndè neque quid ſit ſacerdotium, neque quid fiat ab eis, qui ſe ſacerdotes exiſtimant, cognoſcitur. Sed dum iuuante DEO, quæ à præfato filio noſtro promiſſa ſunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas memorato concilio conſederit, cum eodem excellentiſſimo viro, ſi quos repererit epiſcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones vel ſtatuta patrum exceſſiſſe, id eſt, in adulterio, vel ſi plures vxores habuerunt, aut ſi ſanguinem Chriſtianorum ſiue paganorum effuderunt, vel etiàm alijs capitulis, quibus canonibus obuiâſſe eos repererit tua ſanctitas, nulla ratione Apoſtolica authoritate permittat ſacerdotio fungi: quia tales à ſuo proprio ore falſi nominantur ſacerdotes, & peiores ac deteriores ſecularibus eſſe noſcũtur, qui ſe neq; à fornicatiõibus, neque à nefarijs matrimonijs abſtinẽt, neq; ab hominũ ſanguinis effuſione manꝰ ſeruãt innoxias. Quales ſe eſſe ſacerdotes exiſtimant, aut quid indè ſentiũt, dicente DEO: Sacerdotes mei ſemèl nubant?

1. Tim. 3. a Et Apoſtolꝰ, vnius vxoris virum, &c. & hoc ante ſuſceptum ſacerdotiũ vti licitum eſt. Nam à die ſuſcepti ſacerdotij etiàm ab ipſo ꝓprio cõiugio prohibẽdi ſunt. Quomodò

*deſiderãt, ſacerdotio fungi *conſiderant, qui talibus ſceleribus inuoluti eſſe mõſtrantur, vt neq; ſeculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? Quomodò non pertimeſcunt diuina myſteria cõtingere? aut quomodò ad orãdum pro peccatis populi accedere præſumunt, dum ſacri canones neque purum clericum, cui ſacerdotium non eſt, ſecundis copulari nuptijs præcipiunt? Iſti enim econtrariò non ſolùm poſt ſuſceptum ſacerdotium ſe abſtinere ab vna vxore nolunt, immò luxuria obuoluti, peiora ſecularium ſcelera committunt, vt plures vxores habere ꝓſumant, quibus neque vnam conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare. Sed iſta paruipendentes, atque Deum ad iracũdiam prouocantes, maiora committunt facinora, dum proprijs manibus Chriſtianos atque paganos homines necant. Et fit, vt q̃bus in remiſſionem peccatorum debuerũt lauacrum regenerationis impendere, atque Chriſti ſacramentum donare, nè in æternũ perirent, eorundem ſacrilegis manibus ipſi extinguãtur. Quis enim ſapiens habẽs cor, eos æſtimet ſacerdotes, qui neq; à fornicationibus abſtinent, neque ab effuſione ſanguinum manus ſeruant innoxias? Quíſve eorum ſacrificijs Deum credit eſſe placatũ,

Pſal. 5. dicente propheta: Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus? Iſti nanq; (vt præmiſi) nè ſacerdotio fungi patiantur, neque diuina cõtingere myſteria, commonemus. Quicquid verò aliud (vt dictum eſt) eos cõtra eccleſiaſticam regulam exceſſiſſe repereris, canones ſiue inſtituta patrum prę manibus habeto: iuxta quod in eis edoctus

7. q. 1. De eo autem. Vt Petiſti vt cõ noſtro. fueris, diſcerne. De eo autem, quòd tibi ſucceſſorem conſtituere dixiſti, & te iubente, in tuo loco eligatur epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia cõtra omnem eccleſiaſticam regulam, vel inſtituta patrũ eſſe monſtratur. Sed volumus, vt tibi miniſtret, & ſit in Euangelium Chriſti adiutor, dicente Apoſtolo: Si quis benè miniſtraue-

1. Tim. 3. c rit, gradum ſibi bonum acquiret. Nimìs em̃ reprehenſibile manifeſtum eſt, vt te viuente, tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc cõmonemus, vt quandiù te diuina iuſſerit clemẽtia ſupereſſe, ſinè intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illũ ſucceſſorẽ concedat, q̃ ei poſſit eſſe placabilis: & populũ, quẽ ad ſuam gratiã ꝓ veſtræ ſanctitatis induſtriam vocare voluit, irreꝓhenſibiliter regere valeat, atq; ad viã vitæ elaboret ꝓducere. Nam quomodò hæc, q̃ poꝓoſciſti, ſi & voluẽrimꝰ, cõcedere poſſumus, dũ nos fragiles homines exiſtentes, & ſub conditione mortis cõſtituti, ignorãtes quid ſuperuentura dies pariat, nõ valẽtes inueſtigare q̃ de nobis prior de ꝑſenti ſeculo migret? Sin autem & eũdem diuina voluẽrit clementia poſt tui diem trãſitũs ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora qua te de præſenti ſeculo migraturum cognoueris, ꝑſentibus cunctis tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordinãdus: hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi (charitate cogẽte) largiri cenſuimꝰ. De illo nanq;, q̃ viduã auũculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ſacrũ velamẽ habere mõſtrata eſt, & à beatæ memoriæ ꝑdeceſſore noſtro ſibi licentiam cõceſſam eſſe diuulgauit, vt eam in pernicioſo matrimonio aſſumere debuiſſet, (abſit hoc, vt prædeceſſor noſter ità præciperet: nec enim ab Apoſtolica ſede illa diriguntur, quæ contraria eſſe patrum ſiue canonum inſtitutis perhibentur) admonere, adhortari, increpare eos frater nè ceſſes, quatenùs à tali ſceleſto recedãt matrimonio, vt non in æternum pereant. Reminiſcãtur enim ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos, & non ſponte ſe contradãt (nisì ab ipſo receſſerint inceſto matrimonio) diaboli poteſtati, ſed magìs *illi Deo & Chriſto filio eius, ſpirituiſancto quoquè, in cuiꝰ nomine ab illius antiq; hoſtis erepti ſunt poteſtate. Elabora nanq; ſanctiſſ. frater in eis, quia ſcriptũ cognoſcis: Qui cõuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animã eiꝰ à morte, & ſuorũ operit multitudinẽ peccatorũ. Nam & nos ei pro hoc cõmonitoria ſcripta direximus. De Calẽdis verò Ianuarijs, vel cæteris augurijs, phylacterijs & incantatiõibus, vel alijs diuerſis obſeruationibꝰ, q̃ gẽtili more obſeruari dixiſti apud beatum Petrũ apoſtolũ, vel in vrbe Roma, hoc à nobis & oĩbus Chriſtianis deteſtabile

*ipſi

Iacob. 5. d

Leuit. 19. f Num. 23. d le & pernicioſum eſſe iudicamus, dicente Deo: Non augurabimini, nec obſeruabitis ſomnia. Et iterùm: Non eſt auguriũ in Iſrael, nec obſeruatio in domo Iacob. Ità & à nobis cauendum eſſe cenſemus, vt nullis augurijs vel obſeruationibus attendamus, q̃ omnia hæc abſciſſa eſſe à patribus ſumus edocti. Et quia per inſtigationem diaboli iterùm pullulabant, à die qua nos iuſſit diuina clemẽtia (quanquàm immeriti exiſtamus) Apoſtoli vicem gerere, ilicò oĩa hæc amputauimus. Pari etenim modo volumus tuam ſanctitatem populis ſibi ſubditis prædicare, atque ad viam æternæ perducere vitæ. Nam & ſanctæ recordationis prædeceſſoris atque nutritoris noſtri Domini Gregorij papę conſtitutione oĩa hęc piè ac fideliter amputata ſunt, & alia diuerſa quàm plura, quæ diabolo ſuggerente pullulabant in Chriſti ouili, cuius inſtrumenta pro illius populi ſalute dirigere maturauimꝰ. Nam & de ſacerdotibus illis, qui falſa opinantur, qui etiàm adulteri & fornicatores probantur, & ſibi ab Apoſtolica ſede indultum eſſe, & econtrariò ſibi licentiam prædicationis largitam eſſe, hoc nulla ratione credat tua ſancta fraternitas, ſed ſimiliter in eis canonicam exercere vindictam, quemadmodùm de his, de quibus ſuperiùs à nobis edoctus monſtraris. nõ enim aliud te agere volumꝰ, præterquàm quæ ſacri precipiunt canones, vel etiàm ab hac Apoſtolica ſede inſtructus eſſe dinoſceris. Secundùm tuæ nanque ſanctitatis petitiõem, & tribus ep̃is tuis ſingulas confirmationis epiſtolas miſimus, quas ꝓ tuæ ſanctitatis manus eis largiri volumus. Et Carlomanno filio noſtro alia ſcripta direximus, vt quę tibi promiſit, adimplere feſtinet, atque adminicula præſtet. Sed hæc frater chariſſime, de omnibus ſuperiùs com prænenſis capitulis, vt Dominus donauit, reſpondemus, ad omnia amputanda diabolicæ fraudis ſcãdala. Tua verò ſancta fraternitas, ſi quid decęterò euenerit, vt ſacri docent canones, ſtudeat emẽdare in plebibus ſibi à Deo commiſſis. Nõ enim aliud nobis conuenit prædicare, præter quod à ſanctis patribus ſumus edocti. Si verò & noui aliquid (inimici aſtutia agẽte) acciderit, quod tua ſancta fraternitas minimè per canonum inſtituta diſcernere poſſit, hoc nobis non pigeat inſinuare: quatenùs (Deo iuuante) quæcunque ad emendationem nouæ plebis eſſe poſſunt, tibi abſque tarditate reſpõdere maturemus. Cognoſcat enim frater chariſſime tua ſancta fraternitas, ità dilectionem tuam nos habere in noſtris præcordijs, vt te præſentialiter quotidiè videre deſideremus, & ità te in noſtro conſortio habeamus, vt certè miniſtrum Dei & diſpenſatorem eccleſiarum CHRISTI. Decæterò

Ioſuæ 1. b nanque confortare in Domino frater chariſſime, & eſto robuſtus, & elabora in opus, ad quod te diuina voluit euocare clemẽtia. Magna enim te ſpes remunerationis expectat, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Et nos licèt peccatores exiſtamus, tamẽ Dei noſtri non ceſſamus abſque intermiſſione immenſam exorare clementiam, vt qui cœ-

Philip. 1. a pit, in vobis perficiat opus bonũ vſque adhuc. Et beatus Apoſtolorum princeps Petrꝰ cooperetur tibi in omnibus bonis, quæ ei parere deſideras. Deus te incolumem cuſtodiat reuerẽtiſſime & ſanctiſſime frater. Data Calẽdis Aprilis, imperãte domino piiſſimo Auguſto Cõſtãtino à Deo coronato magno Impatore, anno vigeſimo quarto, imperij eiꝰ anno ſecũdo, indictiõe vndecima.

SYNODVS FRANCICA SVB ZACHARIA PAPA, IVSSIONE APOſtolica à ſancto Bonifacio & Francorum Epiſcopis ſub Carlomanno duce habita, anno incarnationis Domini DCCXLII.

IN nomine Domini noſtri IESV Chriſti, Egò Carlomannus dux & princeps Frãcorum, anno ab incarnatione Chriſti 742. vndecimo videlicet Calendas Maij, cum conſilio ſeruorum DEI & optimatum meorum, epiſcopos qui in regno meo ſunt, cum presbyteris ad concilium & ſynodum pro timore Chriſti congregaui: id eſt, Bonifacium archiepiſcopum, & Burchardum, & Ragafredum, & Vuincanum, & Vuilibaldum, & Dedanum & Edanum, ac reliquos epiſcopos cum presbyteris eorum, vt mihi conſilium darent, quomodò lex Dei & eccleſiaſtica religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum principum diſſipata corruit: & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ peruenire poſſit, nè per falſos ſacerdotes deceptus pereat. Et per conſilium ſacerdotum & optimatum meorum, ordinauimus per ciuitates epiſcopos, & cõſtituimus ſuper eos archiepiſcopum Bonifacium, qui eſt miſſus ſancti Petri. Statuimusque per annos ſingulos ſynodum congregari, vt nobis præſentibus canonum decreta & Eccleſiæ iura reſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur: & fraudatas pecunias eccleſiarum, eccleſijs reſtituimus & reddidimus. Falſos verò presbyteros & adulteros vel fornicatores diaconos & clericos, de peculijs eccleſi-

arum abſtulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coëgimus. Seruis DEI per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hoſtem pergere, omninò prohibemus. Nisì illa tantummodò, qui propter diuinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt, id eſt, vnum vel duos epiſcopos cũ capellanis presbyteris princeps ſecum habeat. Et vnuſquiſque præfectus vnum presbyterum, qui hominibus peccata confitẽtibus iudicare & indicere pœnitẽtiam poſſit. Necnon & illas venationes & ſyluaticas vagationes cum canibus, omnibus ſeruis Dei interdicimus. Similiter vt accipitres & falcones nõ habeant. Decreuimus quoquè iuxta ſanctorum canones, vt vnuſquiſque presbyter in parochia habitans, epiſcopo illi ſubiectus ſit, in cuius parochia habitat, & ſemper in quadrageſima rationem & ordinem miniſterij ſui, ſiue de baptiſmo, ſeu de fide catholica, ſiue de precibus & ordine Miſſarum, epiſcopo reddat & oſtendat. Et quandocunquè iure canonico epiſcopus circumit parochiam ad populos confirmãdos, presbyter ſemper paratus ſit ad ſuſcipiendum epiſcopum cum collectiõe & adiutorio populi, qui ibì confirmari debet. Et in cœna Domini ſemper nouum chriſma ab epiſcopo quærat, *& epiſcopo teſtis aſſiſtat caſtitatis & vitæ & fidei & doctrinæ illius. Statuimus etiàm, vt ſecundùm canonicam cautelam omnes vndecunquè ſuperuenientes ignotos epiſcopos vel presbyteros, ante probationem ſynodalem in eccleſiaſticum miniſterium non admittamus. Decreuimus quoquè, vt ſecundùm canones vnuſquiſque epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem adhibeat, adiuuãte Graphione, qui defenſor eccleſiæ eſt, vt populus Dei paganias non faciat, ſed vt omnes ſpurcitias gentilitatis abijciat & reſpuat, ſiue, pphana ſacrificia mortuorum, ſiue ſortilegos vel diuinos, ſiue phylacteria & auguria, ſiue incantationes, ſiue hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines iuxta eccleſias ritu pagano faciũt, ſub nomine ſanctorum martyrum vel confeſſorum, Deum & ſuos ſanctos ad iracundiam & vindictæ grauitatem ꝓuocantes. Siue illos ſacrilegos ignes, quos Nedfri vocant, ſiue omnes quęcunque ſunt paganorum obſeruationes, diligenter prohibeant. Statuimus ſimiliter, vt (poſt hanc ſynodum, quæ fuit vndecimo Calẽdas Maias) quiſquis ſeruorum Dei vel ancillarum Chriſti, in crimen fornicationis lapſus fuerit, vt in carcere pœnitentiam faciat in pane & aqua. Et ſi ordinatus presbyter ſit, duos annos in carcere pœnitentiam faciat, & in carcere permaneat. Si autẽ clericus vel monachus in hoc peccatum ceciderit, poſt tertiam verberationem, in carcerẽ miſſus, vertentem annum ibì pœnitentiam agat. Similiter & velatę vel ſanctimoniales eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis earum. Decreuimus quoquè, vt presbyteri vel diaconi non ſagis, laicorũ more, ſed caſulis vtantur ritu ſeruorum dei. Et nullus in domo ſua mulierem habitare permittat. Et vt monachi & ancillæ Dei monaſteriales, iuxta regulam ſancti Benedicti, cœnobia vel xenodochia ſua ordinare, gubernare, & viuere ſtudeant, & vitam propriam degere ſecundùm prædicti patris ordinationem non negligant.

*vt epiſcopus

SYNODVS SVESSIONENSIS, SVB CHILDERICO REGE, ET *Duce Pipino.*

IN Dei nomine & Trinitatis, anno ſeptingẽteſimo quadrageſimoquarto ab incarnatione Chriſti, ſub die ſexto Non. Martij, & luna xiiij. in anno ſecundo Childerici regis Francorum: Ego Pipinus dux & princeps Francorũ, dum pluribus nõ habetur incognitũ, qualiter nos in Dei nomine, vnà cum conſenſu Epiſcoporum ſiue ſacerdotum, vel ſeruorum Dei conſilio, ſeu comitũ & optimatum Francorum colloquio apud Sueſſionis ciuitatem ſynodum vel concilium facere decreuimus, quod ità in Dei nomine & fecimus. Inprimitùs conſtituimus fidem catholicam, quam cõſtituerunt ccc. xviij. Epiſcopi in Niceno concilio, vt denunciaretur per vniuerſam regionem noſtram, & iudicia canonica aliorum ſanctorum, quæ conſtituerũt in Synodis ſuis, quomodò lex Dei & Eccleſiaſtica regula recuperetur, quæ in diebus priorum Principum diſſipata corruit. Propterea nos vnà cum conſenſu Epiſcoporum ſiue ſacerdotum, ſeu ſeruorum Dei & optimatum eorum conſilio decreuimus, vt annis ſingulis Synodum renouare debeam⁹, vt qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animarum peruenire poſſit, & vt hęreſis ampliùs in populo non reſurgat, ſicut inuenimus in Adlaberto hæreſim, quem publicè ter vna voce cõdemnauerunt xxiij. Epiſcopi, & alij multi ſacerdotes cum conſenſu principis & populi condemnauerunt ipſum Adlabertum, vt ampliùs populus per falſos ſacerdotes deceptus non pereat. Idcircò conſtituimus per conſilium ſacerdotum & optimatum eorum, & ordinauimus per ciuitates legitimos Epiſcopos. Et idcirco conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopos Abel

Abel & Ardobertum, vt ad iudicia eorum de omni neceſſitate Eccleſiaſtica recurrerent tam Epiſcopi, quàm alius populus: vt ordo monachorum vel ancillarum Dei ſecundùm regulã ſanctam ſtabilis permaneat, & de rebus Eccleſiaſticis ſubtractis monachis vel ancillis DEI conſolentur, vſque dum illorũ neceſſitati ſatisfaciant, & quod ſuperauerit cenſus leuetur, & abbates legitimi hoſtem non faciant, nisì tantum homines eorum tranſmittant. Et omnes clerici fornicationem non faciant, nec habitum laicorum portent, nec apud canes venationes faciant, nec accipitres portent. Similiter decreuimus, vt laici homines legitimè viuant, & diuerſas fornicationes non faciant, & periurijs in Eccleſia non conſentiãt, & falſa teſtimonia non dicant, & Eccleſiam Dei in omni neceſſitate conſeruẽt. Et vnuſquiſque presbyter qui in parochia eſt, Epiſcopo obediens & ſubiectus ſit, & ſemper in cœna Domini rationem & ordinẽ miniſterij ſui Epiſcopo reddat, & chriſma & oleum petat: & quandò iure canonico Epiſcopus circumit parochiam ad confirmandum populũ, Abbates, vel presbyteri parati ſint ad ſuſcipiendum Epiſcopum in adiutoriũ neceſſitatis. Et ſtatuimus, vt ſuperuenientes Epiſcopi vel presbyteri de alijs regionibus non ſuſcipiantur in miniſterium Eccleſiæ, nisì priùs fuerint probati ab Epiſcopo, cuius parochia eſt: & omninò decreuimus, vt vnuſquiſque epiſcopus in ſua parochia ſolicitudinem habeat, vt populus Chriſtianꝰ paganiſmum non faciat, & per omnes ciuitates legitimus forus & menſura fiat ſecundùm abundantiam temporis. Similiter cõſtituimus, vt illas crucilias quas Adlabertus per parochiam plantauerat, omnes igne cõſumantur. Similiter diximus, vt neque clericus mulierem habeat in domo ſua, quę cũ illo habitet, nisì matrem, aut ſororẽ, aut neptem ſuam. Similiter conſtituimus, vt nullꝰ laicus homo Deo ſacratam fœminã ad mulierem habeat, nec ſuam parentem, nec marito viuente ſuam mulierem alius accipiat, nec mulier viuente ſuo viro alium accipiat, quia maritus mulierem ſuam non debet dimittere, excepta cauſa fornicationis deprehenſę. Si quis contra hoc decretum, quod xxiij. Epiſcopi cum alijs ſacerdotibꝰ vel ſeruis Dei vnà cum conſenſu principis Pipini vel optimatum Francorum conſilio conſtituerũt, tranſgredi, vel legem irrumpere voluerit vel deſpexerit, iudicandus ſit ab ipſo principe, vel epiſcopis, vel comitibus componat, ſecũdùm quod in lege ſcriptum eſt, vnuſquiſque iuxta ordinem ſuum. Et ſi hęc omnia obſeruauerimus, quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, Chriſti miſericordiam inuenire poterimus in ſecula ſeculorum, Amen.

CONCILIVM APVD PALATIVM VERNIS, SVB PIPINO REGE *Francorum habitum Anno Domini 755.*

VFfecerãt quidem priſcorum patrũ regulæ ſanctæ Eccleſiæ catholicę, rectiſſimęque normæ ad mortalium correctionem ꝓlatæ, ſi earum iura perſeuerâſſẽt illęſa: Sed qa emergentibus cauſis quibuſdam non congruis, temporéque inquieto ſuperueniente, contigit nonnulla ex hac re negligentia facientę fuiſſe intermiſſa: ideoque glorioſiſſimus atque Deo religioſus illuſtris vir Pipinus rex Francorum, vniuerſos penè Galliarum epiſcopos aggregari fecit ad cõcilium Vernis palatium publicum, recuperare aliquãtiſpèr cupiens inſtituta canonica. Et quia facultas modò non ſuppetit ad integrum, tamen aliqua ex parte vult eſſe correctum, quod Eccleſiæ Dei valdè cognoſcitur eſſe contrarium. Et ſi tempora ſerena ſpatiaque tranquilla diuinitùs fuerint ei collata, cupit ad plenum ſecundùm ſanctos canones, pleniùs opitulante diuina gratia, meliùs, perfectiùs, integreque in anteà cõſeruare. Et cùm ità factum fuerit, ceſſent hæc, quæ neceſſitate cogente ex ſacris canonibus remiſſiùs ſunt excerpta, maneantque præfata iura canonica firma, integra & intemerata. Tñ interìm quòd meliꝰ poſſumus, hęc incõuulſa atque inuiolata eſſe cupimus. Ipſarum enim rerum, quæ pro emendatione noſtra communiter ſunt prolata, per diſtincta capitula ſubtèr tenentur inſerta. Datum v. Idus Iulij, anno iiij. regni ſupra ſcripti glorioſiſſimi Pipini regis.

CAP. I.

Vt epiſcopi debeant per ſingulas ciuitates eſſe.

CAP. 2.

Epiſcopos quos modò in vicem metropolitanorum conſtituimus, vt cæteri Epiſcopi ipſis in omnibus ſecundùm canonicã inſtitutionem obediant, interìm quòd ſecundùm canonicam inſtitutionem hoc pleniùs emendamus.

CAP. 3.

Vt vnuſquiſque Epiſcoporum poteſtatem habeat in ſua Parochia, tam de clero quàm de regularibus vel ſecularibus ad corrigendum & emendandum ſecundùm ordinem canonicum ſpiritalem, vt ſic viuant, qualiter Deo placere poſſint.

CAP. 4.

Vt bis in anno synodus fiat. Prima synodus mense primo, quod est Mart. Kalend. vbicunquè dominus Rex iusserit, in eius p̃sentia. Secũda Synodus Kalend. Octobris, aut ad Suessiones, vel alibi vt̃ in Martijs Kalend. Inter ipsos Episcopos & illi Episcopi ibidèm conueniant, quos modò vice metropolitanorũ constituimus, & alij Epi vel Abbates seu presbyteri, quos ipsi metropolitani apud se venire iusserint, ibidèm in ipsa secunda synodo conuenire faciant.

CAP. 5.

Vt monasteria tam virorum, quàm puellarum, secundùm ordinem regulariter viuant. Et si hoc facere contempserint, Episcopus in cuius parochia esse videntur, hoc emẽdare debeat: quòd si non potuerit hoc emendare, illi quem metropolitanum constituimus, hęc innotescat, & ipse hoc emendari faciat. Quòd si hoc nec ipse emendare potuerit, ad synodum publicam exindè veniant, & ibidèm canonicam sententiã accipiant, Et si publicam synodum contempserint, aut honorem suum perdant, aut excommunicentur ab omnibus Episcopis, & talis in eius loco in ipsa synodo constituatur per verbum & volũtatem domini regis vel consensu seruorum Dei, qui secundùm ordinem sanctum ipsum gregem regat.

CAP. 6.

Constituim⁹ vt nulla Abbatissa duo monasteria præsumat habere, nec extra monasterium licentiam habeat exire, nisi hostilitate cogente: sed dominus Rex quandò aliquam de ipsis Abbatissis ad se venire iusserit, semèl in anno per consensum Episcopi, in cuius parochia est, vt tum ad eum aliqua veniat ex sua iussione, si necessitas fuerit, & alibi omninò non debeat nec per villas, nec per alia loca demorari, nisi tantùm quàm celeriùs potuerit ambulare & reuerti. Et antè non moueat de suo monasterio, antequàm suum missum ad dominum regem transmittat: & si iusserit rex venire, veniat: sin autem, in monasterio permaneat, interìm quòd hoc pleniùs secundùm canones emendauerit. Similiter nec illæ monachæ extra monasterium exire debeant. Quòd si aliqua in aliquem lapsum ceciderit, infra monasterium per conſilium Episcopi pœnitentiam agat. Et si necessè est, de earum necessitate ad dominum regem vel ad synodum aliquid suggerere, earum propositi vel missi hoc debeant facere, & qualia munera ad palatium dare voluerint, per missos suos hoc dirigãt. Et si aliqua monasteria sunt, quæ earum ordinem propter paupertatem adimplere non possunt, hoc ille Episcopus de veritate præuideat, & hoc domino regi innotescat, vt in sua eleemosyna hoc emendari faciat. Et si tales fœminæ velatæ ad præsens ibidèm congregatæ inueniuntur, quæ regulariter viuere non velint, nec ad hoc dignæ sunt vt cum illis alijs habitent, Episcopus vel Abbatissa præuideant locum aptum, vbi separatìm cum custodia in pulsatorio habitare debeant, vel operari manibus quod ipsa Abbatissa eis iusserit, interìm quòd probatæ dignæ sint, vt in congregatione recipiantur.

CAP. 7.

Vt publicum baptisterium in nulla parochia esse debeat, nisi vbi Episcopus cõstituerit cuius parochia est: nisi tantùm si necessitas euenerit, p̃ infirmitate aut pro aliqua necessitate, illi presbyteri quos Eps in sua parochia constituerit, in qualicunque loco euenerit, licentiam habeant baptizandi, vt omninò sinè baptismo non moriantur.

CAP. 8.

Vt omnes presbyteri, qui in parochia sunt, sub potestate Epi esse debeãt, & de eorũ ordine null⁹ presbyter præsumat in illa parochia baptizare, nec Missas celebrare sinè iussiõe epi, in cui⁹ parochia est. Et oẽs presbyteri ad conciliũ Epi sui cõueniãt. Et si hoc, quod superiùs cõprehensum est, facere cõtempserint, secũdùm canonicã institutionẽ iudicentur, tam ipsi, quàm defensor eorũ.

CAP. 9.

De modis excommunicationis tam de clericis, quàm de laicis.

Si q̃s presbyter ab Epo suo degradatus fuerit, & ipse p cõtemptũ postèa aliq̃d de suo officio sinè cõmeatu facere p̃sumpserit, & posteà ab epo suo correptus & excõmunicatus fuerit, qui cum ipso communicauerit scienter, sciat se esse excommunicatum. Similiter q̃cunque clericus, aut laicus, vel fœmina incestum commiserit, & ab Episcopo suo correptus, si se emendare noluerit, & ab Episcopo suo excommunicatus fuerit, si q̃s cum ipso communicauerit scienter, sciat se esse excommunicatum. Et vt sciatis qualis sit modus istius excommunicationis: In Ecclesiam non debet intrare, nec cũ vllo Christiano cibum vel potum sumere, nec ei⁹ munera accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se iungere, nec salutare, antequàm ab Episcopo suo fuerit reconciliatus. Quòd si aliquis reclamauerit, quòd iniustè sit excõmunicatus, licentiam habet ad metropolitanũ ep̃m venire, & ibidèm secũdũ canonicã institutionẽ dijudicet, interìm suam excommunicationem custodiat. Excommunicationis pœna quę sit.

De his qui excommunicationem parui pendunt.

Quòd si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus emendare minimè potuerit, regis iudicio exilio condemnetur.

CAP. 10.

Vt monachi, qui veraciter regulariter viuunt, ad Romanam sedem vel alicubì vagari non permittantur, nisi obedientiam

am Abbatis sui exerceant. Et si talis causa euenerit, quod absit, quòd ille abbas sic remissus vel negligẽs inueniatur, vt in manus laicorum ipsum monasterium veniat, & hoc Episcopus emẽdare non potuerit, & aliqui tales monachi ibidèm fuerint, qui propter Deum de ipso monasterio migrare velint, propter eorum animas saluandas, hi per cõsensum episcopi licẽtiam habeant, qualiter eorum animæ possint saluari.

Cap. 11.

De illis hominibus, q̃ dicunt quòd se p̃pter Deum tonsurâssent, & modò res eorũ vel pecunias habent, & nec sub manu episcopi sunt, nec in monasterio regulariter viuunt: placuit vt in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu episcopi sub ordine canonico: & si aliter fecerint, & correpti ab episcopo suo, se emendare noluerint, excommunicentur: & de ancillis Dei eadem forma seruetur.

Cap. 12.

Ex synodo Chalcedonensi, capite decimonono: De non suscipiendis alterius Ecclesiæ clericis, & de susceptoribus eorum absque literis commendatitijs. Clericos in Ecclesia militantes, sicut iam constitutum est, non licere in alterius ciuitatis Ecclesia, vel in potestate laicorum militare, sed ibidèm permanere, in qua principiò ministrare meruerunt, extra eos, qui amissa patria, ad aliam ecclesiam pro necessitate venerunt. Qui verò episcoporum aut laicorum post hoc constitutum, alterius ecclesiæ clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit à communione suspendi, & eum qui susceperit, & qui susceptus est, quousquè clericum qui translatus est, fecerit ad suam reuerti Ecclesiam.

Cap. 13.

De episcopis vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione eorum qualiter fuit, placuit iuxta instituta sanctorum patrum, vt in alterius parochia ministrare, nec vllam ordinationem facere debeant, sinè iussione episcopi, cuius parochia est: & si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur interìm quòd ad synodum exindè venerint, & ibidèm secundùm canonicam institutionem accipiant sententiam, nisi tantùm pro itineris causa. Et si vllus clericus aut laicus talem episcopum aut presbyterum defensauerit, sinè cõmeatu episcopi, cuius parochia est, excommunicetur vsque ad emendationem.

Cap. 14.

De die Dominico, quia persuasum est populis, de die Dominico agi cum caballis, sicut bobus & vehiculis, per itinera non debere, neque villam rem ad victum prẽparari, vel ad nitorem domûs vel hominis pertinentem vllatenùs exerceri, quæ res ad Iudaicam magìs quàm ad Christianam obseruationem pertinere probatur, id statuimus, vt die Dominico, quod antè fieri licuit, liceat: de opere tamen rurali, aratione, aut vineæ sectione, excussione, vel *sepe cẽsuimus abstinendum, quo faciliùs ad ecclesiam venientes orationis gratia vacent. Quòd si inuentus fuerit quis in operib⁹ suprascriptis; quæ interdicta sunt exercere, qualiter emẽdari debeat, non in laicorum districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat. *seqe facienda

Cap. 15.

Vt omnes homines laici publicas nuptias faciant, tam nobiles quàm ignobiles.

Cap. 16.

Ex synodo Chalcedonensi capitulum tertium. Vt clerici conductores non sint, hoc est, vt non habeãt actiones seculares, nisi pro causa Ecclesiarum, orphanorum vel viduarum, ordinante episcopo suo.

Cap. 17.

Ex synodo Chalcedonensi capite vigesimoquarto: Vt post mortem episcopi, non liceat episcopatum esse sinè pastore supra mẽses tres, nisi talis necessitas grandis euenerit; vt hoc nullo modo aliter fieri possit: præcipuè ad proximam synodum cùm euenerit, episcopus ordinetur.

Cap. 18.

Vt nullus clericus ad iudicia laicorum publica conueniat sinè iussione episcopi sui vel Abbatis, iuxta canonis Charthaginẽn cap. 8. vbì scriptum est: Qui relicto Ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs se purgare voluerit, etiamsi pro illo prolata fuerit sententia, locum suum amittat. Hoc in criminali iudicio: in ciuili verò perdat quod euicit, si locum suum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos iudices vndiquè Ecclesiæ patet authoritas, quia se indignum fraterno consortio iudicat, quod de vniuersa Ecclesia malè sentiendo, de iudicio seculari poscit auxilium, cùm priuatorum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesiam deferri, atque ibidèm determinari præcipiat, & maximè in talibus causis inquietudinem domino regi faciat. 1. Cor. 6.

Cap. 19.

De immunitatibus. Vt omnes immunitates in vniuersis Ecclesijs conseruatæ sint.

Cap. 20.

In alia synodo nobis perdonâstis, vt illa monasteria, vbì regulariter monachi vel monachę vixerunt, hoc quod eis de illis rebus dimittebatis, vndè viuere potuissent, vt exindè si regalis erat, ad dominum regem faciãt rationes abbas vel abbatissa: Et si episcopalis, ad illum episcopum. Similiter & de illis vicis.

Cap. 21.

Vt illos presbyteratus, qui ad illum epi-

ſcopatum legibus obtingũt, ille epiſcopus ipſos debeat habere, ſicut in alia ſynodo p-donauit dominus rex.

Cap. 22.

De peregrinis, qui propter Deum vadũt, vt de eis telonium non tollãt: & de illis alijs telonijs, quod domin⁹ rex anteà perdonauit, ſic fiat, vt vbi legitimè non debent eſſe, donati non ſint.

Cap. 23.

Vt comites vel iudices ad eorum placita, primò viduarum, orphanorum vel eccleſiarum cauſas audiant & definiant, in eleemoſyna domini regis, & poſteà alias cauſas cũ iuſtitia rationabiliter iudicent.

Cap. 24.

Vt nullus per pecunias ad honorem vel gradum Eccleſiaſticum accedere debeat, qa hæreſis ſimoniaca eſſe videtur.

Cap. 25.

Vt nullus epiſcopus nec Abbas, nec laicus propter iuſtitiam faciendam ſportulas *cõtradictas accipiat, quia vbi dona intercurrunt, iuſtitia euacuatur. *id eſt, vel tas

Cap. 26.

De iuſtitia facienda. Vt omnes faciant iuſtitiam, tam *publici, quàm Eccleſiaſtici. *for. laici

ADRIANI PONTIFICIS PRIMI VITA, EX PLATINA BREuiter collecta.

Anno Domini 771.

ADrianus prim⁹ patria Romanus, patre Theodoro ſummæ nobilitatis viro, Pontificatum iniens, nequaquàm à maioribus ſuis degeneravit. Nam magnitudine animi, cõſilio, doctrina, & ſanctitate vitæ, cũ quouis optimo pontifice comparari poteſt. Cuius amplitudinem Deſiderius Longobardorũ rex veritus, ſtatim de pace ineunda & de amicitia mentionẽ per legatos fecit. Verùm Adrianus cognita hominis perfidia pluſquàm Punica, in aliud tempus pacem diſtulit.

Per idem tẽpus mortuo Imperatore Leone, Irene eius vxor & filius Conſtantinus ſextus imperium accipientes, concilio trecẽtorum & quinquaginta epiſcoporum in Nicena vrbe ſecundò habito inſtituêre, vt q; ſacras imagines delendas dicerẽt, perpetuo anathemate notarentur. Quam quidẽ conſtitutionem Conſtãtinus adoleſcens patris flagitia ſecutus, quorundam improborum ſuaſu, non ità multò pòſt & abrogauit, & matri omninò adminiſtrationem imperij abſtulit. Subornauit & duces ſuos, quos in Italia habebat, contra finitimos: hos quidẽ vnico nũcio ſua authoritate Carolus in officio continuit, qui tum in Sclauos & Hunnos, quos Hungaros meritò dicimus, copias mouerat, quòd horũ incurſionibus circa Danubium vexarentur omnia: quibus certè perdomitis, in Franconiam duxit, Maiorum ſuorum natale ſolum: Vndè Franci nomen ſumpſêre. Qua quidẽ prouincia haud magno negocio in poteſtatẽ ſuã redacta, biennio pòſt Theophylacius & Stephan⁹ epiſcopi inſignes, Adriani nomine, *ſynodum Francorũ Germanorũq; eporum habuêre: in qua &*ſynodus quam *hanc Francofordi habitam aſſerũt hiſtorici.

*ſeptimam Græci appellabant, & hæreſis Feliciana de tollẽdis imaginibus abrogata eſt. Adrianus verò opera & authoritate Caroli à terrore bellico ſecurus, ad exornandam vrbem ſacras q; baſilicas animũ adijcit. Nam & corpus beati Pauli laminis argenteis incluſit: & altare ſancti Petri, pallio exornauit auro intertexto, ĩ quo depicta hiſtoria inerat, quẽ admodùm angelus beatum Petrum è vinculis liberauerat. Reſtituit item & ſtrauit marmoribus Pauli apoſtoli atriũ, iam anteà vetuſtate collapſum. Inſtituit item, vt ſingulis diebus centum pauperes in atrio Lateranẽſi paſcerentur, in quo etiàm diſcumbentes pauperes picti cernebantur. Reſtituit præterea magna impenſa aquæductus quoſdã, & vetuſtate & hoſtiũm maleficio collapſos; &c. Dum verò his operibus detineret Adrianus, adeò in immenſum excreuit Tiberis, vt & portam Flamineam à fundamẽtis euerterit, & pontem Antonini Pij, quem olim Sublicium vocârũt, inter Ianiculũ & Auentinum, & multa vrbis ędificia demolitus ſit, ſecũ & arbores & ſegetes & vrbis ornamenta trahens. In tanta autem calamitate hac diligentia Adrianus vſus eſt, vt per vicos nauiculas mitteret, vndè cibaria ob excreſcentiam aquæ egredi domo nequeuntibus ſubminiſtrarentur. Eos præterea, qui tãta calamitate magìs ac magìs vexati fuerant, & verbis & muneribus conſolatus eſt. Turres & vrbis muros collapſos reſtituit, cẽtum auri libris in eo ſumptu expenſis. Quid plura? nil prætermiſit in vita Adrianus, quod ad bonum principem, & ad optimum pontificem pertineret. Nam & religionem Chriſtianam, & libertatem ciuium ſuorum, & vitam pauperum, pupillorũ, viduarum acerrimè tutatus eſt. Moritur aũt pontificatũs ſui anno 3. & 20, menſe 10, die 17. ſepeliturq; magna cum laude in baſilica Petri, 6. Calend. Ianuarij.

Felix iſt, non de imginibus, ſ de ipſo d ſto malè ſenſit.

Act. 12.

Iſta ſynodus ſeptima, non putetur hęc Nicena ſecunda, verè ſeptima Græcis habita, ſed Conſtantinopolitana illa, in qua iconomachi imagines damnârunt, ſeptima ab hęreticis falsò dicta, & conciliabu-

AD

AD LECTOREM HVIVS SECVNDAE SYNODI NICENAE SEQVENTIS, MONITIVNCVLA.

Synodus hæc Nicena quam Græci rectè ſeptimam vocant, in qua ſanctarum imaginum vſus vti pius, & ſanctorum ſuffragia vti neceſſaria aſſeruntur, celebrata eſt ſub Adriano Papa eius nominis primo, imperantibus Conſtantino & matre eius Irene, contra iconoclaſtas ſeu iconomachos, qui imagines ſacras inſtàr abominationum è templis exterminabant. Memineris autem denuò lector ſtudioſe, ante ſynodum hanc habitum fuiſſe conciliabulum Conſtantinopoli per iconoclaſtas, in eoq; picturas & imagines quaſlibet, velut idola, damnatas. Hoc ſchiſmaticos vocâſſe quidem ſeptimum concilium, ſed falsò: cùm neque legitimè, Papa incõſulto, congregatum eſſet, neque ſententiæ omnes ibi latæ, ſcripturis & patribus conſonarent. Et ob id nec ſynodi quidem, multò minùs ſeptimæ, nomenclatura dicendum fuiſſe. Si porrò te malè habuerit, quòd ſubindè in hac ſynodi huius editione offendes adorandi verbum imaginibus datum, ſcito proprietatem Græci verbi proskynein, non potuiſſe aliter verti. Quãquàm ex ſanctorum patrum in actione ſynodi huius tertia & quarta expoſitione ſubindè admonebitur, adorare, non propriè latrian ſignificare, ſed pro ſimplici honoris exhibitione ſumi, quomodò viros ſenio & authoritate graues, nutu capitis & reuerentia excipimus. Item reges & principes flexo genu nonnunq; ſalutamus. quod & Græci & Latini adorare ſubindè dicũt, & ſacra ſcriptura ab hac vſurpatione vocabuli non abhorret. Hoc inprimis admonitũ te voluim⁹, nè qs imprudẽs grãmatice, in hunc ſcopũ impingat.

προσκυνεῖν

PSELLVS DE SEPTEM SACRIS SYNODIS GRAECORVM.

for. ⁊ anno 337. aut 315.

Prima poſt aſſenſionẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti annis trecẽtis cõgregata eſt.*

COgnoſce numerum ſacrarum ſynodorum,
Quotcunque cõtra impios valuerunt, ô rex,

Prima Nicena.

Septem omnes extitêre: Prima in Nicea,
Diuino regnante Domino Conſtantino,
Et in ſacerdotij dignitate præcellẽte Conſtãtinopoli
Ter pio & animo & ſermone Metrophane.
Hæc furioſ. Arrij linguam diſſecuit,
Cùm Trinitatis ille conſubſtantialitatem ſecaret,
Et opificem creaturarum turpiter infamaret,
Dicẽdo minorẽ patre ſuũ, cùm ſit natura æqualis.

A prima vſque ad ſecundam, anni ſunt 56.

Secũda Cõſtãtinopolitana.

Secunda autem ſacrarum ſynodorum facta eſt,
Vt tradunt omnes, in Conſtantinopoli,
Cùm quidẽ Theodoſio imperio benè præfuit Magn⁹,
Nectarius verò ſummus pontifex eius loci fuit.
Iſta radicitùs euulſit Macedonium,
Qui Spiritum ter ſanctum fruſtrà alienabat
A ſumma Deitate, & creaturã eſſe blaſphemabat.

A ſecunda vſque ad tertiam, anni 40.

Tertia apheſina

At tertia ſynodus facta eſt in Epheſo,
Theodoſio iuniore dignè tunc dominante,
Contra vaniloquum & improbum Neſtorium,
Qui Dei incarnationem nullo modo recipiebat,
Et nudum hominem Chriſtum delirabat,
Et contra firmam traditionem Dei blaſphemabat,
Chriſtiparam dicendo, non Deiparam,
Quæ Deum peperit, Dominam Mariam virginem.

A tertia vſque ad quartam, anni ſunt 30.

quarta Chalcedonenſis

Quarta verò ſynodus in Chalcedone fuit,
Romæ ſceptra tenente Martiano principe.
Numero autem ſacri & reuerendi patres
Triginta ſimul fuêre ſupra ſexcentos,
Contra Eutychen infelicem & contra Dioſcorum,
Qui corpus Dominicum, phantaſticum eſſe impiè dicebant.

A quarta vſque ad quintã, anni C. & duo.

quinta Cõſtãtinopolitana ſecũda

Quinta autem iterùm fuit in Conſtantinopoli.
Quinque verò & ſexaginta ſupra centum patres
In hac coacti ſunt, & Chalcedonenſem
Synodum approbauerunt vt ter piſſimam.
Eiecerunt autem piè extra diuina ſepta
Euagrium & Didymum cum Origene,
Viros qui non eodem tempore deceſſerunt, ſed tamen eadem conſcripſerunt,
Falſa nempe & peregrina dogmata à diuina Eccleſia.
Et nunc quidem corporum reſurrectionem omninò auferebant,
Nunc verò alienigenarum reſuſcitationem præter opinionem aſſerebant.
Paradiſum verò & Adam dicebãt incorporeum,
Et pœnam ad tempus putabãt terminandam.
Quinetiam dæmonum reſtitutiones ſcripſerunt.
Suſtulerunt quoquè Mopſueſtię epiſcopum,
Improbi Neſtorij exiſtentem myſtagogum,
Et priorem epiſtolam Ibę ad Marin Perſam,
Eaq; quæ conſcripſit contra Cyrillum, olim
Fortaſsis ſimulatè, Cyri epiſcopus Theodoritus.

A quinta vſq; ad ſextam, anni C. & 29.

Sexta Cõſtãtinopolitana tertia.

Sexta rurſùs ſynodus in Conſtantinopoli
Conſtitit, & diſſipauit dogma impiorum,
Quorum anteſignani, diſerti multi & varij fuêre.
Theodorus epiſcopus Pharan, Honorius Romæ,
Cyrus Alexandriæ, Sergiuſq; & Pyrrhus,
Item Paulus Samoſatenus, præter hos & Petrus,
Et miſer Macarius, cumq; illo Stephanus.
Hi incarnati verbi negabant duas naturas,
Vnam quandã dicentes eſſe compoſitam, & actionem vnam.
Cum his Polychronium abſtulerunt perfectè,
Et duas dogmatizauerũt incarnati verbi naturas,
Et duas voluntates planè piè aſſeruerunt.

A ſexta vſque ad ſeptimam, anni 60.

Septima Nicena poſterior

Poſtremò ſeptima rurſùs facta eſt in Nicea.
Quinquagieta conuenerunt ſupra trecentos.
In iſta piorum patrum diuinorumq; ſermones.
Irene Imperatrice tunc rem adminiſtrante,
Cum Conſtantino filio recẽs coronato.
Decreuerunt autem picturas honore afficiendas,
Et probè anathematizârunt impios quoſdam,
Baſilium epiſcopum exiſtentem Piſidiæ,
Theodoſium Epheſi, Siſinnium Perges,
Alioſq; plures, venerandas picturas nõ honorãtes.

De ſequenti epiſtola.

HAEC SYNODICA EPISTOLA IN *HOMOCANONIO QVOQVE EXIſtit, ſed quia & in Græco exemplari concilij huius inueniebatur, viſa eſt in exordio huius ſynodi non obmittenda.

*ſo. Nomocanono

PIISSI-

PIISSIMO DOMINO IN SACRIS NOBIS COLLEgæ Ioanni presbytero præsidi & anachoretæ, contemptoriq́ curarum mundanarum, Tharasius indignus episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ.

DE fonte & vino diuini spiritûs inebriatus, & afflatu Dei illustratus Dauid, in regibus propheta, & in prophetis rex, in hymnis suis dixit: Ab initio cognoui ex testimonijs tuis, quia in ęternum fundâsti ea. [Psalm.118.] Vera est hęc & firma hymnodia apud eos, qui prudentia prędititi, hanc cantant. Dixit enim de omni diuinitùs data scriptura Moses, qui oculis suis Deum vidit, [Deut.34 d, Deu.4.a 12.d] Ab ipsa non licet quicquam auferre, neq; etiàm aliquid adiungere. Qui igitur sedulò & non defunctoriè, scripturarum & patrum doctrinis insistunt, & harũ diligenti lectioni intenti sunt, & mentem suam ad pietatem & veritatem adiungunt, nõ ad propriam voluntatem cuncta referentes, à montibus æternis mirabiliter illuminantur, perfusi scilicet lumine euangelicorum & apostolicorum præceptorum. Montes enim nominat hîc psalmista, [Psalm.75.e] quia in illis meditantes & ambulãtes, ad cælestia scandimus. Aeternos autem vocat, quòd non sint momentanea, neque ad tempus durãtia, sed simul ante mundi cõstitutionem dicta sunt, etiamsi in extremis temporibus à præconibus euangelici præconij effata sint. Nos igitur, ô vir desideriorùm spiritûs, quem ab ipsa iuuentute cognouimus DEO deuotum, breues quasdam cordis nostri motiones, & cõsilia ad animæ quietem conducentia tibi conferimus. Plura enim silentio tribuenda sunt. Arbitramur autem & ad aures quoquè vestrûm omnium peruenisse, [Nicena synodus 2.] quomodò in Nicensium ciuitate secundùm beneplacitum Dei synodus congregata sit, in quam & nos & sacerdotes veri, vicarij scilicet Papæ veteris Romæ & Orientis summorum sacerdotum, prætereà Dei amantes episcopi plurimi, secundùm mandatum piorum nostrorũ Imperatorũ conuénimus, nè dicam interìm religiosos archimandritas, pręsides, & multitudinem monachorum. Cùm autem illic inter nos de varijs esset agitatum, veritas & Deo placens volũtas *iudicata est, [*indicata] quòd scilicet iuxta antiquam constitutionẽ sanctorum patrum nostrorum, imaginum picturã ad instructionem & memoriam mentis nostræ, & participationem sanctificationis, Ecclesia recepit. Quicquid enim sanctum euãgelium per lectionẽ nobis demonstrat, hoc idem imagines per inspectionẽ: Quicquid item libri de passionibus martyrum narrãt, hoc ipsum etiàm imagines signant. Has enĩ recipimus tanquàm effigurationem prototyporum. Nihilo minùs credentes in vnum Deum in Trinitate laudatum, eidemq́; soli latrian exhibentes, poscimus intercessionẽ intemeratę Dominæ nostræ sanctę Deiparę, sanctorum item angelorum, omniumq́; diuorum & patrum nostrorum. His ità se habentibus, bona pars monachorũ apud synodum accusationem, quã nos præsciuimus, instituerunt, quòd scilicet multi essent episcopi, qui sacerdotalem dignitatem pecunijs sibi comparâssent. Sanè quanquàm in peccatis nostris voluamur, & catenis horũ illigemur, in quibus nobis propicius sit Dominus: attamen secundùm euangelica præcepta & canonicas ordinationes incedẽtes, in pura conscientia, simplici corde, & moribus non auaris, iuxta timorẽ Domini ambulare cupimus: quin etiàm submittimus nos, vt per omnia euangelicis & apostolicis & patrũ doctrinis inseruiamus. Ad hæc omnibus modis operam damus, vt quicunque in sacerdotalem sortem adoptati sunt, ità cõuersentur & viuant, quemadmodùm decet omnes eos qui in nomine Domini vocati sunt. Si verò aliqui recusant præceptis horum stare, ego sanè cum illis nullam communionem habere velim, alienusq́ue sum ab illorum animis. Quàm autem id de me facilè testificari possim, nulli est ignotum. verùm isti qui insimulati sunt, videant quomodò se defendant. Scimus enim diuinos canones, omnes accipientes aut dãtes quippiam in ordinatione sacerdotali excommunicare, & à sacerdotij sanctitate repellere. Moses qui Deum vidit, vt priùs dixi, clamat: [Deu.4.] Ad ipsa nihil addere licet, & ab ipsis nihil auferre. Similī modo psalmographus Dauid canit, & nos cum eo: Ab initio cognoui ex testimonijs tuis, [Psalm.] quòd in æternum fundâsti ea. Quis autem poterit istis resistere, nisì mentem corruptam habeat, & ludere in diuinis velit? iam enim fundata sunt testimonia Dei, iam in Ecclesia illius radices iecerunt, etiàm si ad tempus à quibusdam non seruentur. Verùm illa tamen in seculũ permanent, & beati sunt qui ista inuestigantes, simul etiàm ijs obediunt. Væ autem qui repugnant. Omnis igitur episcopus aut diaconus conuictus, quòd pecunijs aut largitione ordinationem obtinuit, ab episcopatu excidit. Fortasis autem quidam dicunt: Pœnitentiam egimus pro peccatis nostris, & Deus dat veniam. sanè & ego dico, quòd omnem pœnitentem Deus suscipit, & *permissa peccata, [* perpet.] per pœnitentiam condonat. Nouimus enim & Dauid in adulterio & cæde simul depræhensum, [2.Reg.] sed post pœnitentiam receptum, de quo testimonium datum est: Inuéni Dauid filium Isai, virum secundùm cor meum, [Psalm. & Act.] qui facit omnem voluntatem meam. Sanè manifestum est, quòd per pœnitentiã fuerit correctus: sed iterùm noui eundem Dauid à Domino audiuisse, [1.Par.22 & 28.d] Tu mihi non extrues domum, [2.Par.33.] quia vir sanguinum es. Noui & Manassen per confessionem ab impietate absolutum, [Marc.2.b & Luc.5.f] noui & meretrices & telones per pœnitentiam receptos: verùm nullum ex his in sacerdotij dignitatem numeratum, nisì fortè id ante baptisma commiserit. Noui & monachos aliquot, cùm in mundo essent, omni libidine conspurcatos: cùm autem solitariè viuerent, tanquàm faces in orbe resplenduisse, nullum tamen ex his in sacerdotem ordinatum. Quòd si autem id semèl atque iterùm factum est, non tamen confestìm legem in Ecclesia præscribit. Scimus sanctam Mariam priùs meretricem fuisse, [Luc.7. f.g] posteà factam continentem, non tamen inter diaconas relata est. Quorsùm verò hæc dico, cùm veritatis sermonem cognoscam, & eum qui à diuinis apostolis initiatus est, [Canone 30. apostolorũ.] audacter clamantẽ videam, Quòd quicunque per pecuniam ordinatus est episcopus, aut presbyter, aut diaconus, alienus est à sacerdotali dignitate? Non enim diuini spiritûs gratia venditur. Caiaphaicum, hoc studium est. Simoniaca hæc machinatio, & aliena à sacerdotali sanctificatione. In scortatione aut adulterio si quispiam post baptisma fuerit deprahensus, diuini canones illum ad sacerdotium non admittunt: quin etiàm si quispiam promotus ad sacerdotium, tale aliquid fecerit, confestìm eijcitur. Omis igitur vir, [Cano.25.] qui in pœnitẽtia perdurat, per bonitatem & mansuetudinem Dei, veniam peccatorum suorum obtinet, quemadmodùm etiàm in superioribus demonstrauimus. Nouatum autem, & eius impiæ hæresis asseclas anathematizo, [Nouat⁹ hęreticus cum suis.] vtpotè qui iniurius sit aduersùs pœnitentiam, & mansuetudinem Dei eleuat. Quarè eius opinionis sum, vt confitear recipiendum episcopum per pecunias ordinatum, modò pœniteat. Bonus enim Deus est in omnibus, & viscera aperta sunt super omnem hominem pœnitentem, quem etiàm in regnum suum inducit. Sed quoniam iuxta diuinum Apostolum, [1.Tim.3.a] Episcopus inculpabilis esse debet: qui propter pecunias aliquem ordinat, aut ab alijs ordinatur, alienus est à sacerdotali dignitate, vt omnes nouimus quicunq; Ecclesiæ alumni sumus. Ergò bona & laudabilis pœnitentia, quæ ad Deum ducit, & à peccatis liberat. Et ego quoquè misericordia indigeo. Noui enim Dei mansuetudinem, qui omnem ad se venientem recipit. Dixit enim per prophetam: [Esa.43. d, Psalm.31.] Tu primus dic peccata tua, vt iustificeris. Et dixi, eloquar iniquitatem meam coram Domino, & tu remisisti impietatẽ cordis mei, & pro ea orabit omnis sanctus in tempore oportuno. Nam si pater filio peregrè existente, & rem impiè & iniquè agente, [Luc.15.] redeuntem iterùm ad se naturali amore prosequitur: quanto magìs Deus omnium nostrûm pater, omnẽ pœnitentem suscipiet in vlnis suis, cùm sit singulariter misericors? Non enim mortem petit peccatoris, [Eze. 18.g & 33.c] sed magìs vt conuertatur & viuat. Quemadmodùm etiàm in Euangelio ab ipsa Domini voce per parabolam de prodigo, [Luc.15.] & posteà pœnitente, instructi sumus à patre cælesti, recepto in cælis. Gaudet enim supra hominem omnem, agentem pœnitentiam. Pœnitentia, insignis est armatura, magna salutis via, hospitij regni cęlorum dispẽsatrix, incorruptibilis viæ dux, martyricorum certaminum æquiparatio: ad DEVM viam indicans, & cum ipso nos esse faciens, humani generis baculus, cadentium & lapsorum surrectio. Beati qui hanc amplectuntur, & huic adhærent: qui hanc exercent, cum angelis vitam æqualem ducunt. Ab omni malo declinant, & bonum faciunt. Pœnitentia est coalumna & familiaris dilectionis, eleemosynæ, ieiunij, abstinentiæ, temperantiæ, probitatis, honestatis, mansuetudinis, & vt verum vno verbo dicam, hæc omnia pollet pœnitentia. Si quis autem hanc contaminat & contemnit, non inter seruatos, sed inter perditos numerandus est, quorum vermis nõ moritur, & ignis non extinguitur. [Esa. 66.d, Marc.9.d] Hæc à nobis prædicantur vir sanctissime, si fortè fuerint, qui nos quoquè infamare voluerint. Nouimus enim te singularem admonitorem & cultorem euãgelicarum & apostolicarum, canonicarumq́ue iussionum: quamobrem audaciùs quoquè ad te ista scribimus, cupimusq́; vt ea monachis & ascetis, virisq́ue omnibus religiosis, cum quibus tibi cõmercium est, significes: & vt in orationibus tuis cęlipetis nostrî memor sis, obnixè rogamus, quo ex circundantibus nos vndiquè malis tandèm aliquandò liberemur. Vrgent enim & intùs & extrà insultationes, è quibus misericordia DEI sumus liberati, & posthàc quoquè nos euasuros confidimus. Quamobrem iterùm atque iterùm dicimus, Ora pro nobis, Ora, precare ô amice vir DEI & noster, immò potiùs pater. Scimus enim quòd affectu eo erga nos affectus es, quo pater erga liberos suos. DEVS pacis, qui & remota & propinqua ad se conuocat, vitam nostram in pace conseruet, & omnes illos qui eum colunt & admirantur, nomenq́ue illius inuocãt, saluos faciat intercessione & precibus Dominæ nostræ sanctæ Deiparæ, & omnium Sanctorum, Amen.

SYN-

SYNODVS NICEAE

SECVNDÒ HABITA, QVAE EST ORDINE SEPTIMA,

sub Constantino & Irene matre, congregatis ab Imperatore trecentis quinquaginta episcopis.

ACTIO PRIMA.

IN nomine domini & dominatoris Iesu CHRISTI, veri DEI nostri, imperãtibus pijssimis & Christo deditissimis dominis nostris, Constantino cum matre sua Irene, anno consulatûs illius octauo, sub octauum Calendas Octobris, indictione vndecima, conueniente sancta & œcumenica, hoc est, vniuersali synodo, quæ per gratiam diuinã, piumq; illorum Imperatorum sanctè orbẽ terrarum gubernantium decretum congregata est in clarissima Nicensium metropoli, quę est in Bithynia prouincia: nimirùm, Petro viro religiosissimo archipresbytero, quę Romę est, sanctissimę beati Petri apostoli Ecclesiæ: præterea Petro pijssimo monacho & gubernatore monasterij sancti * Sabæ apud Romanos, vicarijs existentibus Apostolicæ sedis, cui præerat sanctissimus beatissimusque archiepiscopus veteris Romæ Adrianus: præsentibus Tharasio sanctissimo & beatissimo archiepiscopo inclytę Cõstantinopoleos nouæ Romæ: Ioãne & Thoma religiosissimis presbyteris monachis, & locum retinentibus apostolicarum sedium eius, quæ in Oriente est, diœceseos: Agapio episcopo Cæsareæ, quæ est in Cappadocia: Ioanne episcopo Ephesi, Constantino episcopo Constantiæ, quæ est in Cypro: Nicolao episcopo Cyzici, Euthymio epis. Sardẽsium, Petro episcopo Nicomedię, Stauratio episcopo Chalcedonis, Elia episcopo Cretæ, Epiphanio diacono, tenẽte locum Thomæ archiepiscopi Sardiniæ: Ioanne monacho, loco Nicephori episcopi Dyrrhachij: Daniele episcopo Amasiæ, Nicolao monacho & præfecto monasterij, quod Apra appellatur, in locum metropoleos Thyanensium: Constantino episcopo Gangrorum, Niceta episcopo Claudiopoleos, Theophylacto diacono, in locum metropoleos Stauropolitarũ: Eustathio episcopo Laodiceæ: Michaële episcopo Synnadôn, Constantino episcopo Perges, Anastasio episcopo Nicopoleos veteris Epiri, Christophoro episcopo Phasidos, Theodoro episcop. Seleuciæ, Basilio episcopo Sylæi, Nicolao monacho, in locum metropoleos Mocesi: Manuele episcopo Adrianopoleos Thraciæ, Cõstantino episcopo Rhegij, Cyrillo monacho, in locũ Nicetæ episcopi Gotthiæ: Theodoro episcopo Catanæ, Ioanne episcopo Tauromeniæ, Gaudioso episcopo Messanæ, Theodoro episcopo Panormi, Stephano episcopo Bibonum, Constantino episcopo Leontenæ, Theodoro episcopo Taurianes, Christophoro episcopo * Adryaces, Theotimo episcopo Crotonis, Basilio episcopo Tonnesiorum, Constantino episcopo Carines, Ioãne episcopo Trecaleos, Theophane episcopo Lilybæi, Theodoro episcopo Trophæorum, Sergio episcopo Nicoterôn, Galatone archipresbytero, locum tenẽte Rhegij: Stephano episcopo Syracusano, Theodoro episcopo Byzies, Mauriano episcopo Põpeiopoleos, Gregorio presbytero, in locum episcopi Leontopoleos, quæ est in Smyrna: * Eustratio episc. Apameę Bithynię, Sisinnio episcopo Parij, Epiphanio episcopo Mileti, * Gregorio presbytero, in locum Nicopoleos vrbis: Niceta episcopo * Præconesi, * Eustratio episcopo Methymnes, Leone episcopo Chij, Ioanne episcopo Aprôn, Theophylacto epis. * Cypsiolôn, Stephano episcopo * Suidaôn, Leone episcopo Mesembriæ, Ioanne episc. Nysſæ, Georgio episcopo Thermarũ * Babæ, Georgio episcopo Camulianorum, Soterico episcopo * Ciscissôn, Constantino episcopo Mastaurôn, Georgio episc. Briulôn, Theodosio episcopo Nysſæ alterius, Theophylacto episcopo Tralliũ, Basilio episc. Magnesiæ, quæ est Anelij: Ignatio episcopo Priennes, Saba episcopo Agęorum, Basilio episc. Magnesiæ, quæ est prope Mæandrum fluuium: Gregorio epis. Palæopoleos, Theophane episcopo Caloës, Leone episcopo Algizôn, Nicodemo episcopo Eugazôn, Lycasto episcopo Barilôn, Theophylacto episc. Hypepôn, Eustathio episcopo Erythrôn, Theophane episcopo Lebedôn, Stratonico episc. Cumano, Theophylacto episcopo Cymnôn, Cosma episcopo Myrrhines, Olbiano episcopo Elæas, * Paride episc. Adramytij, Marino episcopo Antãdri, Ioãne episcopo Assi, Leone episcopo Phoceæ, Nicephoro diacono in locum Gargarorũ, Constantino diacono in locum * Agæôn, Theognide in locum * Sion, Theophylacto in locum * Teo, Ioanne episcopo * Rhædesti, Ioanne episcopo Parini, Melchisedec episcopo Calliopoleos, Leone episcopo Madytæ, Sisinnio episcopo * Tzuruli, Theophylacto episcopo Chariules, Thoma episcopo Danij, Gregorio epis. Theodoropoleos, Sisinnio episcopo Chalcidos, Ioanne episc. Bryseos, Beniamin episcopo Lizici, Constãtino episcopo Heliopoleos, Petro epis. Aspones, Synnesio episcopo Cymes, Theophylacto episcopo Anastasiopoleos, Leone episcopo Minsi, Antimo episc. * Herinupoleos, Spyridone episc. Cythrôn, Eustathio episcopo Solorum, Theodoro episcopo Citios, Georgio episcopo * Trimithuntôn, Alexãdro episcopo Amathuntôn, Michaële episcopo Melitopoleos, Theodoro episc. Germes, Basilio episcopo * Adranutherôn, Leone episcopo Pœmanini, Simeone episc. Oces, Strategio episcopo Dardani, Ioanne episc. Lampsaci, Theodoro episcopo Paleæorũ, Niceta episcopo * Ilei, Leõe episcopo Troadum, Theodoro episcopo Abydi, Anastasio episcopo Tripoleos, Leone episc. * Traculôn, Stephano episcopo Pusalôn, Ioanne episcopo Tabæ, Stephano episcopo Siladôn, Ioanne episcopo Sethôn, Theophane episcopo Minnias, Lycasto episcopo Philadelphiæ, Michaële episcopo Troales, Gregorio episcopo Gordorum, Ioanne episc. Daldes, Eustathio episcopo Hyrcanes, Theopisto episcopo Hermocapyles, Dauide episcopo Helenopoleos, Cyrione epis. Lophi, Theophylacto episc. Apolloniados, Constantino episcopo Cæsareæ Bithyniæ, Georgio epis. * Basinupoleos, Leone episcop. Aristes, Nicephoro episcopo Adranes Thracię, Basilio presbytero, in locum Dascylioꝝ rum, Niceta episc. Meles, Neophyto episc. Gordoserbôn, Leone episcopo Liboes, Leone episcopo Aspendôn, Ioanne episcopo Etennôn, Leone episcopo * Amysi, Constãtino episcopo Zelôn, Mariano in locũ Zalichi, Gregorio episcopo Sinopes, Georgio episcopo Nicopoleos, Constantino episc. Asemôn, Gregorio episcopo Amastridos, Gregorio episc. * Ionopoleos, Niceta episc. Dadybrôn, * Theophilo episcopo Plusiados, Constantino episcopo Cratiæ, Niceta episcopo Adrianopoleos, Ioanne episcopo Heracleæ Ponti, Theodoro episcopo Comanorum, Niceta episcopo * Rhyzæi, Nicephoro episcopo Claneôn, Leone episcopo Trocnadôn, Leone episcopo Corydalôn, Anastasio episcopo Patarôn, Georgio epis. Nysſæ, Stephano episcopo Arazôn, Theodoro episcopo Pinarôn, Nicodemo episc. Candibôn, Stauratio episcopo * Zenopoleos, Leone episc. Lamyrôn, Stephano episc. Camnôn, Constãtino epiſcopo * Tlôn, Ioanne episcopo Combôn, Petro diaçono & in locum Orycandôn, Ioãne diacono in locum Cariæ, Georgio episcopo * Cybirres, Basilio episcopo Taborum, Dorotheo episcopo Neapoleos, Constantino episc. Alabandôn, Gregorio episc. Heracleæ, Dauide episcopo Iasi, Gregorio episcopo * Mylasſôn, Sergio episcopo Vigiliarũ, Ioanne episcopo Myndi, Stauratio epiſcopo Stadiæ, Gregorio episcopo Stratoniceæ, Antimo episcopo Hylarymôn, Theophylacto * in locum Amazonis, Niceta episcopo Halicarnassi, Mariano * in locũ Ceramorum, Theodosio episcopo Chonôn, Michaële episcopo Cheretepôn, Pantaleone episcopo * Valentiæ, Georgio episcopo Peltarum, Christophoro episcopo * Atanaôn, Leone episcopo Eumenias, Paulo episcopo Acmonis, Gregorio episc. * Timæni Therôn, Leone episcopo Scoputranopoleos, Leone episcopo Aleûs, Nicephoro epis. Lubdôn, Georgio episcopo Appiæ, Ioanne episcopo Eucarpiæ, Michaële episcopo Hierapoleos, Niceta episcopo Nicoleias, * Nicephoro episcopo Promiæ, Nicolao episc. * Phytôn, Theophylacto episcopo Cynabôn, Niceta episcopo Augustopoleos, Ioãne episc. Cotylæ, Georgio episc. * Mediæi, Theophylacto œconomo & vicario * Ipsi, Stephano desiguato Troum, Ioanne desiguato * Ectoriôn, Constantino epiſc. Amabladôn, Epiphanio episcopo Pertôn, Sisinnio episcopo Philomelij, Michaële episcopo Papôn, Theodosio episcopo * Sagalassi, Sisinnio episcop. Apameæ, quæ est * Cibôn, Iona episcopo Coanes, Nicephoro episcopo Adadôn, Petro episcopo * Pythias, Leõe episcopo Bares, Petro epiſc. Seleuciæ, quæ est Pisidię: Leone œconomo & vicario Zozopoleos, Mariano episcopo * Magydôn, Paulo episcopo * Ataliæ, Nicephoro episcopo Phoglôn, Leone episcopo Andidôn, Leone episcopo Sibyllôn, Manzone episcopo Pracanôn, Theodoro episcopo Germanicopoleos, Eustathio episcopo Cilindereos, Sisinnio episcopo Musbadôn, Eustathio episcopo Lamôn, Theophylacto episcopo Zenopoleos, Constantino episcopo Dalisandi, Anastasio episcopo Lauzadôn:

Sabbæ

Andriæ

Trocaiôn

Eleutias

Timeni fe rarum,

Pythôn

Ispi,

Hectoriôn

Agalassi

Ciboti

Sedentibus his in editissimo templi loco, sanctissimæ ecclesiæ magnæ, quæ cognominatur Sophia, præsentibus simul & audiẽtibus illustrissimis iuxta ac magnificẽtissimis senatoribus, Petronio glorioso proconsule & patricio, Theophylacto comite imperialis obsequij, Ioãne regio ostiario & quęstore ærarij militaris: prętereà religiosis archimãdritis, gubernatoribus & monachis, depositis in medio sacris & inuiolatis euangelij Dei codicibus, religiosissimi Siciliæ insulæ episcopi dicere cœperunt: Dignum arbitramur ante omnia & conueniens huic sanctę & œcumenicę synodo, sanctissimũ summumq; pastorem & rectorem præsidem imperatricis vrbis Constantinopoleos nouæ Romæ, ad initium quę deincèps tractabuntur, capitum præfari, & velutì ianuam aperire, & quę hoc loco deceant, priùs explicare.

Sancta synodus respondit: Sanctissimorũ episcoporum voto satisfiat.

Thara-

Basilio

Aegæa Aegaes

Chiôn,

Teôn, for. Tum li aut Tru suli

Berinupoleos

Thremethuntôn

Adranithe rôn

Zibupoleos

Burrhæ

Milasi

Mylasſes

Amyzi

Innopolis

Theophylacto

Ruzęi

Tharaſius ſanctiſſimus beatiſſimusq́; patriarcha Conſtantinopoleos dicere cœpit: Admodùm ſanè tempeſtiuum eſt nūc, propheticam illam vocem, quam ſępè etiàm ab ipſo euãgelio pręedicatam audiuimus, recitare: Luc. 3.a Eſa. 40.a Recta fient quę obliqua erant, & aſperę viæ in planas cōuertentur. Cum Deo ſiquidem cuncta quæcunq; fiunt, promptè peragi poſſunt, quoniam illius voluntati cōſilijsq́; nemo obſtare poteſt. Quanquàm autem per inſultū veteratoris hoſtis, qui hoc vnum conatur vt diſcerpat & cōuellat, diſturbetq́; ſanctam & catholicam Eccleſiam, anni pręteriti tempore, ſub Kalendas menſis Auguſti, in pia & regia ciuitate pręſidentibus nobis in ſanctorum & omnibus ſeculis laudatorū apoſtolorum (quos rectè ſpiritusſancti tubas dicimus) templo, commota ſit ingēs hominum turba, furore & amaritudine plena, quę manus in nos inijcere tentauit, (à qua tamē diuina gratia & fauore ſumus liberati, idq́; paucorum epiſcoporum ſubſidio, quorum nomina libens relinquo, cùm pleriſque omnibus ſint cognita) viſa ſit obſtaculū aliquod & velutì remora iniecta, nè verus pietatis ſermo exaudiri & ſtabiliri poſſet: attamen clemētiſſimi noſtri Imperatores, qui à Deo gubernacula mūdi acceperunt, cùm rectæ fidei acerrimi propugnatores eſſent, malę verò & minùs ſyncerę impugnatores, non potuerūt ſomnum dare oculis ſuis, nec palpebris dormitationē, donèc Dei tabernaculum, hoc eſt, illius Eccleſiam, in vnitatem reduxerunt & pacificū conuentum eidem indixerint. Qua de cauſa conſilio & diuina voluntate rursùs in idē illud, quod tum agebatur, nos congregauerunt. Sed pro benefactis iſtis Chriſtus maximus omnium noſtrûm rex, qui ſolus largiter retribuere poteſt, repēdat illis. Nos verò viri ſacerdotes ipſum auxiliatorem inuocātes, & timorem illius animis noſtris infigentes, futurumq́; iudicium in eo cōſtituentes, ſuccinctis ſupercilijs in veritatē ipſam mentes noſtras defigamus. Et in omnibus apoſtolico more ſobriè ambulantes, ad æquilibrium cuncta examinemus, vt omnem orationis vanitatem, contentionem, & redundantiam, tanquā zizania, puris ſegetibus innaſcentia, ſinè aliqua procraſtinatione extirpemus: cùm aduersùs veritatem ſuppullulent, & Eccleſiæ repugnent. Nam quæ in ea 2. Cor. 1. hactenùs tradita ſunt, nō ſunt, Etiàm & Nō, ſed etiàm, tātùm ſunt in veritate: manentq́; infracta & minimè ficulnea in æternū tem- Matth. 16. c pus. Et is qui denūciat, quòd portæ inferorum non præualebunt ei, mētiri neſcius eſt. Et ſi confidimus gratum eſſe coram cōſpectu Dei, adueniāt qui anno pręterito, cōtra veritatem reſtiterunt: & ſi quiſquam eorum habet quod obijciat, aut contradicat, ſiue aliam quanuìs apologiam, intrepidè loquatur. Sic enim om̄is inquiſitio manifeſtabit.

Conſtantinus ſanctiſſimus Conſtantiæ, quæ eſt in Cypro, epiſcop⁹ inquit: Si ſanctæ & œcumenicæ ſynodo, iuxta ea quæ à ſanctiſſimo & beatiſſ. patriarcha Tharaſio dicta ſunt, placuerit, ingrediantur ſanctiſſimi epiſcopi, qui in hac parte ad ſacram & œcumenicam ſynodum conuocati ſunt.

Sancta ſynodus reſpondit: Ingrediantur. Et ingreſſi ſunt omnes pręfati epiſcopi. Deindè quoquè ingreſſi clariſſimi ſenatores, dixerunt: Domini noſtri optimi, *diploma ſacrum & venerandum, ad ſacroſanctā oēm ſynodum iuſſerunt deſtinari, id audite.

τιμία, per excellentiā appellantur imperiales epiſtolę, q̄ aliquid fieri aut nō fieri iubent.

Sancta ſynodus ait: Cōfirmet Deus regnū optimorum noſtrorum principum. & ſimul Leontius vir clariſſimus, à ſecretis, in manibus ferens ſacrum diploma, legere cœpit.

EPISTOLA IMPERATORIS ad ſacram ſynodum.

¶Conſtantinus & Irene fideles Romanorū Imperatores diuina voluntate & noſtra gratia, iuſſuq́; ſacrati noſtri Imperij congregatis ſanctiſſimis epiſcopis in Nicena ſynodo.

IEſus Chriſtus Dominus noſter, verus Deus, veraq́; iuxta Dei patris naturam ſapientia, per illius in carne diuinitatem, mirificamq́; œconomiam vindicans nos ab errore idolorum, noſtram naturam liberando renouauit, cooperante illius congenere ſpiritu ſancto. Et primus factus ſummus ſacerdos, huius appellationis reddidit nos conſortes, ô viri ſacerdotes. Hic igitur paſtor Luc. 15. a bonus ille, qui errantem ouiculam in humeris portans, hominem qui ab ouili ſuo exciderat, reſtituens in conſortium angelicę ſuę ſacriq́; muneris virtutis, per ſeipſum nos re- Col. 1. c demit, ſoluens interſepti obſtaculum, nimirùm inimicitiā, in carne ſua nobis pacificā rationem viuendi gratuitò conceſſit, ob id & cunctis euangelicè pręedicari iuſſit: Beati Matth. 5. a pacifici, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur. Hanc igitur ob beatitudinē, quę nobis donata eſt, nobilitatiſque cauſa qua Deus nos adoptauit, Impatoria noſtra & pia maieſtas, ad concordiam & pacen vniuerſum Romanum Imperiū erigere contendens, pręcipuè tamē ſanctarū Dei noſtri eccleſiarum ſtatū, qua poſſumus cura & conſilio cōſeruare intendimus. Sacerdotumq́; concordiam per om̄ia firmam & ſtabilem eſſe deſideramus, Orientis videlicet in partibus, ſeptētrionis, occidentis & meridiei. Iamq́; adeſtis Dei voluntate per præſides prouinciarū, perq́; deſcriptas ſępiùs ſynodicas literas, miſſasq́; à ſanctiſſimo patriarcha. Hæc eſt enim à multis ſeculis ſynodica lex per vniuerſam Eccleſiam, quæ à ſeculis per ſecula durabit euangelicè inſtituta, cuius hortatu & velutì iuſſu vos ſanctos viros ſacerdotes cōgregauim⁹, qui eſſe diſpēſatores teſtamēti illius per in-

cruenta

cruenta ſacrificia vocamini: quo rectè ſentientium ſynodorum determinationibus, iudicium veſtrum confirmetur, omniſque Matth. 5. b Marc. 4. c Luc. 11. d ſplendor ſpiritusſancti reluceat. Nullus ſiquidem lucernā accendens, ponit eam ſub modio, iuxta vocem Domini, ſed ſupra candelabrum, vt lumen det omnibus qui in ædibus ſunt. Sic enim & olìm à pijs patribus noſtris conſtitutū deincèps obſeruetur, vt ſanctæ Dei eccleſiæ in pacifica cōſtitutione firmentur. Non aliter enim pro veritate depugnamus, pietatemq́ue promotam cupimus: prætereà eccleſiaſticum ſtatum * eam qua à principio obtinuit, legiſlationem & authoritatem obtinere volumus, quàm militarib⁹ conſilijs nos cupimus eſſe inſtructos, ciuilibusq́ue negocijs inuigilantes. Atque hæc in poſterū meliùs animo voluentes, nunc multò ſacratiſſimam non dubitauimus ſummis laboribus cōgregare ſynodū. Damus quoquè vnicuiq; libertatem, vt ſinè omni formidine ea eloquatur, quæ ſecum animo deliberauerit, quô veritas magìs magiſq́; eluceſcat, & intrepida voce audiatur: Simul etiàm vt ex multis eccleſijs diſſidium auferat, paciſq́; copulatio & conſtantia in omnibus connectatur. Et ſimulatquè Paulus ſanctiſſimus patriarcha iuxta diuinam voluntatē carnem pręſentem commutaturus erat, pręſenſq́; habitaculum derelicturus, & ad ſuperiores ſedes commigraturus, immò verò ad Dominum noſtrum Chriſtum, epiſcopatui renūciauit, monachicam eligens vitam: nobis verò interrogantibus illum, qua de cauſa hoc feciſſet, reſpondit, quòd ſi morte occupatus & præuentus in epiſcopatu huius pię & regię ciuitatis fuiſſet, etiàm extra oēm Eccleſiam catholicam reſurgere cogeretur: Matth. 25. quod ipſum in tenebras exteriores, q̄ diabolo & angelis illius paratæ ſunt, abducit. Dolebat enim ſynodum quandam hîc indictam, quæ ſubuertere contendebat imaginum picturas, quas ſancta Eccleſia catholica ſeruat & amplectitur, & ad memoriā pręfiguratorū ſuſcipit. Idipſum, inquiebat, eſt quod animum meum cōmouet, quod meā conſcientiam vrget, quomodò iudiciū Dei effugere queā. At quę cauſa eſt, quamobrē eiuſcemodi viris cōmemorari debeam, aut ſimul cum illis verſari? Hęc verò & plura alia ducibus quoquè noſtris glorioſiſſimis loquutus eſt, vitamq́; finiuit. Hanc igitur reſponſionem noſtra regia maieſtas animaduertens, horrebam, pręſertim cùm & ab alijs anteà audiêramus hæreticam eſſe horū hominum cogitationē, animo noſtro deliberauimus, quidnam in hac re vtile eſſet & facto opùs, & conſiliū noſtrum in medio propoſuimus, vt repræſentato electo nouiter patriarcha, finis contentionibus per illū imponeretur. Aduocantes igitur viros negociorum eccleſiaſticorum haud imperitos. Chriſtum verò verum Deū noſtrum inuocantes, & cum eis cōſilium capientes, quem ex omnibus digniſſimum haberem, cui primas partes in hanc ſacratiſſimam diuinorū obſeruātiſſimæ & regiæ ciuitatis noſtræ cathedram deferrem⁹, vno animo concordiq́; ſententia, Tharaſium qui nunc in ſacroſancta dignitate nobis præſidet, dignus declaratus eſt. Hunc igitur ad nos vocantes, teſtimoniū de illo & ſuffragia data expoſuimus. Verùm is nulla ratione acquieſcere illis volens, reliquorum electioni aſſentiri reſpuit. Nobis verò perquirētibus, qua tandèm cauſa obedire nollet, principiò quidem occaſionem hāc attulit: maius eſſe ſummi ſacerdotij cathedræ iugum, quàm illus humeris ſuſtineri. Nos autē conſiderantes quòd occaſionē quæreret, nec auſcultare nobis vellet, non deſtitimus virum ſolicitare, omnibusq́; viribus in eo perſeuerauimus, donèc aſſenſum nobis p̄beret, vt ſummi ſacerdotij dignitatem aſſumeret. Contemplatus itaq; noſtram inſtantem, & vrgētem ſedulitatem, cauſam recuſatiōis nobis denūciauit: Quādoquidem, inquit, video & cōſidero, ſupra petram Chriſtum Deum noſtrum fundatā, Eccleſiam nunc eſſe diſciſſam, diſſipatam & ruptā: nos quoquè modò hoc, modò illud diuerſis animis loquentes, *Orientis autem vnanimi fide pręditos Chriſtianos, noſtros verò aliter animatos: cumq́; illis conſentiētes Chriſtianos Occidentis, nos ediuersò in ſingulos dies ab omnibus illis anathematizari, vniuerſalem ſynodū poſtulo fieri, eorū omnium qui tum ex om̄ibus loci gubernatoribus à papa veteris Romæ, tum ab Oriētis ſummis ſacerdotibus mitti poſſunt. Hęc vbì auribus noſtris fuiſſent percepta, in faciem pręſentium ſacerdotum, & clariſſimorum noſtrorum ducū, totiusq́; Chriſticolæ noſtræ plebis virum eduximus: & omnibus libertatem dedimus, vt ſi quid aduersùs virum haberent, dicerent, vt purgare ſeſe poſſet. Illi verò hęc audientes, libenter hominē acceperunt, poſtulantes ſimul noſtram pacificam & piam dominationem, vt ſynodū vniuerſalem indiceremus. Huic igitur petitioni annuere tum viſum eſt, meoq́ue nutu iuſſi cōuenire, immò vt veriùs loquar, Deo ſic volente, nobis verò præeuntibus, cōgregaui vos. Quandoquidē autem ex vniuerſo terrarum orbe Deus vos coniunxit, propriā voluntatem confirmare volens, depoſitis in medio ſanctis euangelijs, veraciter & prudenter clamantibus, Iuſtè iudicate, ſtate firmi pietatis propugnatores, Ioan. 7. c & omnē vaniloquentiam, nuperamq́; inductionem excindere animo prompto cōtendite. Quemadmodùm & Petrus Apoſtolicæ Sedis primus dux, ſeruilem & temerariam inſaniam verberans, Iudaicę auditus inſtrumentū gladio loc⁹ obſcurus. amputauit. Extendentes igitur ſecurim ſpiritûs, omnem arborem ferentem fructum iurgij & ambiguitatis, & non ferendę noui-

Paulus hîc ante Tharaſium patriarcha Conſtātinop. fuit

for. *tam eam quàm

Per ἀνατολὴν intelligit Hieroſolym. Antioch. & Alexandrinam eccleſiam.

tatis,aut erudito sermone trãsplantate, aut canonicis edictis conscindite,& in venturę gehennæ ignem transmittite, vt corpus Ecclesiæ omnibus suis partibus integrum, rationi conueniens & consentiens, authoritatem traditionis patrum obtinés,itẽm pax & tranquillitas spiritûs conseruet, & totius nostræ Romanæ reipublicæ status, in fidei quiete tranquilletur. Accepimus autem ab Adriano sanctissimo papa veteris Romæ literas per locum tenentes illius,Petrum religiosissimum primatem presbyterum,& Petrum Deum colentissimum presbyterum præsidem monasterij, qui & nobiscum in concilio sedent, quas iubemus iuxta synodicam consuetudinem publicè legi: vosque omnes cum decenti silẽtio animaduertere. Post id etiàm duos quaterniones vmbilicis conclusos legetis, qui à summis sacerdotibus & viris sacris orientalis diœcesis,per Ioannem religiosissimum monachum & assessorẽ patriarchicæ sedis Antiochenę,& Thomam presbyterum & rectorẽ, qui nobiscũ in concilio sunt præsentes,vt per eas cognoscatis,quænam sit catholicæ Ecclesiæ sentẽtia & iudicium.

Sancta synodus respondit: Seruet Deus imperium eorum,producat illorum tempora Deus:augeat Dominus eos gratia.

Tres episcopi ex conciliabulo Cõstantinopolitano,in quo dãnatæ sunt imagines,resipiscentes, adferunt libellos confessionis.

Et adductus est Basilius religiosissimus Ancyræ episcop⁹,prætereà Theodorus episcopus Myrõn, & Theodosius episcopus *Amorij. Stantibus autem his in medio sacræ synodi,Basilius Ancyræ episcopus inquit: Quantum erat mihi in viribus,argumẽtum & certam persuasionem fidei in me suscipiens patres,ego minimus vestrûm seruus,in catholicę Ecclesię defensionẽ,p̃cessi.

1.Tim.2.a Tharasius beatissimus patriarcha ait: Gloria sit Deo,qui cunctos seruatos vult, & in cognitionem veritatis peruenire.

Basilius Ancyrę episcopus,è libello sic cœpit legere:Ecclesiastica legislatio iam olim à principio canonicè,& à sanctis apostolis,illorumq; successoribus sanctis patribus & p̃ceptoribus nostris,prętereà sacris & vniuersalibus synodis,reliquisq; certis in locis celebratis conuentionib⁹ tradita est: qua omnis hæreseos pasim suppullulãtis suppressa est seges,& ad meliorẽ orthodoxum q; sensum cõuersa,vt etiàm per scripta testimonia stabilis Ecclesię catholicę authoritas aduersùs omnem hæresim quę abnegata est,assumpta in locũ orthodoxa fide deprehendat. Hinc & ego Basilius episcopus Ancyranę ciuitatis,catholicam Ecclesiam coniunctã & consentientẽ esse cupiens, Adriano sanctissimo papæ veteris Romæ, Tharasio beatissimo patriarchæ,sanctisque apostolicis thronis, Antiochiæ,inquam, Alexandriæ, & sanctæ vrbis,nec minùs summis sacerdotib⁹ & presbyteris cunctis orthodoxis hanc, quã descripsi,meam confessionem exhibere volo, insinuãs me vobis,qui ex apostolica authoritate potestatem habetis errata corrigendi & ignoscendi,id vnum à congregatione vestra beata stipulando, nè quid ægrè feratis, quòd seriùs accesserim.tarditatis enim est, & ineruditæ meæ pigritiæ,qui opus cõmissum non adimpleuerim, cùm omnibus viribus laborandum in orthodoxæ Ecclesiæ profectum mihi cognoscam.sed hęc,inquã, tardissimi intellectûs mei culpa est, vt ob id à Deo & beatitudine vestra iustè postulem veniam.

CONFESSIO CATHOLICA.

Basilij hæresi fessio lica,

CRedo igitur & confiteor,in Deũ patrem omnipotẽtem, & in vnicum dominum Christum filium eius vnigenitum,& in sanctũ spiritum Dominum viuificantem,Trinitatem consubstantialem,in throno eodem consedentem,in vna Deitate,potestate & authoritate adoratam & glorificatã, in vnius sanctæ Trinitatis, & Domini Dei nostri IESV Christi œconomia,quemadmodùm sex sacræ œcumenicę synodi tradiderunt,hęc ita sic confiteor. Vniuersam autem hęreticorũ linguæ incontinentiam abijciens execror: quemadmodùm ipsos sese reddiderunt execrabiles. Interpellãs etiàm intemeratę virginis nostræ Deiparæ,sanctarum cælestium potestatum,omniumque sanctorum intercessionẽ, horũ etiàm sanctas reliquias cum omni honore suscipiens & amplectens,honorificè veneror, firmiter credens me illorum sanctitatis fieri posse participem.Eodẽ modo venerandas imagines, quæ œconomiam Iesu Christi Domini & DEI nostri, qui propter salutem nostram homo factus est, & inuiolatæ virginis Dominæ nostræ Deiparę,sanctorumque apostolorum,prophetarum, martyrum & omnium sanctorũ suscipio & amplector,eisque honorem debitum exhibeo. Abijciens & execrans ex toto animo & corde, congregatam ex deprauata mente & insania, & appellatam septimam synodum,apud eos qui rectè sapiunt, nimiùm quàm iustè & canonicè ψευδοσύνοδον,hoc est,falsum conciliabulum appellatũ, vtpotè ab omni pietate & religione alienã: & à Deo traditæ ecclesiasticę legislationi audenter & præfractè,nè dicã impiè, oblatrantem,venerandasq; imagines contumelia afficientem, iubentemq; has è medio sacrarũ ecclesiarũ tolli,cui præfuit Theodosius falsò nominatus Ephesi episcopus, Sisinnius item Pergæ,cognomine Pastillas: Basilius Pisidię improbus ille,cognomine Tricacabus: quorum vanus assecla,sed tamen miseratione dignus, Constãtinus, qui aliquãdò fuit patriarcha. Hæc ità cõfiteor,& in his acquiesco. Ob id simplici corde & recto animi arbitrio,Deum testẽ citãs,subiectas execratiões (hoc est,anathematismos) cõstitui.

ANATHEMATISMI.

1 Chri-

1 Christianorum accusatores & calumniatores, siue ἐικονοκλάσται, hoc est, imaginũ demolitores,execror.

2 Qui sacræ scripturæ verba de idolis & gentilium statuis, ad venerandas Christianorum imagines exponentes trahunt, execratio.

3 Qui venerandas & sanctas imagines nõ amplectitur, execratio.

4 Qui asserunt Christianos, vt deos imagines adorare,execratio.

5 Qui fauent ex animo violatoribus, & ignominia afficientibus sanctas imagines, execratio.

6 Qui præter Christum Deum nostrum dicunt alios esse,qui nos liberârunt à cultu idolorum,execratio.

7 Qui doctrinas sanctorum patrum,& traditionem catholicæ Ecclesiæ contemnunt: quiq; cauſantur & voces Arrij,Nestorij,Eutychis & Dioscori iactant, dicentes quòd nisi satis ex veteri & nouo testamẽto instructi essemus, sanctorum patrum, sacrarũ sex synodorum doctrinas,& catholicę Ecclesię traditiones sequeremur,execratio.

8 Qui audent dicere catholicam Ecclesiã aliquandò idola suscepisse,anathema.

9 Qui inquirunt diabolicarum insidiarũ inuentum,sacrarum imaginum culturam & ædificationem,nequaquàm autem sanctorum patrũ nostrorum traditionẽ,execratio.

Hęc quidem sic confiteor & approbo, & ex tota anima, corde & mente demonstro. Quòd si autem siue ex calumnia, siue ex instinctu volens nolens vllo tempore ab his à me priùs confessis descciuero, aut peruerso animo discessero,alienus sim & à Deo patre & filio & sancto spiritu,à catholica Ecclesia & omnibus sacratis actionibus. Custodiam autem hæc omnia,& secundùm diuinos canones sanctorum apostolorũ,& beatorum patrum nostrorum ab omni corruptione & turpi lucro.

Tharasius beatissimus & sanctissimus patriarcha,dixit: Omnis sacratus cœtus Deo det gloriam,& gratiarum actionem rependat, propter hanc cõfessionem tuam quam præstitisti catholicæ Ecclesiæ.

Sancta synodus respondit: Gloria illi Deo qui concordat dissidẽtes. Et in medium accedens Theodorus pietissimus Myrõn episcopus, dixit:

Theodori secundi resipiscẽtis cõfessio.

Et ego peccator & indignus,multa inuestigaui & inquisiui,id quod optimũ est eligere cupiens: Deum precor & vestram beatitudinem,vt cum reliquis omnibus sanctæ Ecclesiæ catholicæ adiungar & cõglutiner.

Tharasius sanctissimus & beatissimus patriarcha,dixit: Gratũ proculdubiò & perq̃ liberale apud Deum, resipiscẽtes suscipere.

Theodorus episcopus religiosissim⁹ Myrõn,priori libello correspondentem suum quoquè legit.

Theodosij qui tertius fuit,resipiscentia.

Confessio Theodosij.

Et adductus est Theodosius pietissimus episcopus Amorij, & inquit: Sacratissimi, Deumq; colẽtissimi domini huius sanctissimæ synodi,etiàm ego peccator & seductus, multa mala aduersùm venerandas imagines præter veritatẽ blateraui:quarè nunc agnoscens culpam,& condemnans meipsum execror,idipsum porrò facturus quod maledixerim & in mundo hoc docuerim.precor autem & obtestor sacram synodum vestrã, vt in reliquum Christianorum numerum & me,licèt indignum,vestrum famulum recipiatis.

Tharasius sanctissim⁹ patriarcha inquit: Plurimam cordis cõtritionem explicuit religiosissimus Theodosius:quamobrem receptu dignus est.

Sancta synodus ait: Secundùm sacros canones dignus est.

Tharasius beatissimus patriarcha ait: Si nulla res alia canonicè prohibet,dignus est.

Theodosius religiosissimus Amorij episcopus, proprium libellum sic ipse legere cœpit:

Sacræ huic & vniuersali synodo, Theodosius ego Christianorum minimus,sic cõfiteor:In primis approbo,suscipio, saluto & veneror,ante omnia intemeratam Domini Iesu Christi veri DEI nostri imaginem, & eius,quæ ipsum sinè semine peperit, sanctæ matris virginis, cuius etiàm auxilium, protectionem & intercessionem nocte diuq;, vt peccatori mihi subueniat inuoco,vt quę eam potestatem habet ab illo,quem in mundum edidit,Christo Deo nostro: Qui etiàm sanctorum & multis rationibus prædicatorum apostolorum,prophetarum, martyrũ, patrum & eremum colentiũ imagines suscipio & veneror,nõ vt deos:absit,verùm mẽtis meæ affectum & desiderium,quo in illos affectus sum, hoc modo indicans, ex toto animo omnes obtestor,vt ad Deum pro me intercedãt,quo in oculis eius misericordiã in die iudicij consequar. Eadem ratione & reliquias sanctorum veneror,& honore,psequor,& saluto, velutì athletarum & certatorum pro Christo,quiq; gratiam à DEO consecuti sunt, & remedia præstare,morbos curare, dæmones eijcere, quemadmodùm Christiana Ecclesia,velutì per manus accepit à sanctis apostolis & patribus vsque in præsens seculum. Probo similiter quæ à primordio receptæ traduntur imagines, principiò Iesu Christi Domini nostri, & sanctæ Deiparæ virginis, siue ex auro, siue ex argẽto, siue colorum ductibus, siue quacunque materia exprimantur. Vt omnibus manife-

sta fiat eius in carne œconomia. Neque dissimili ratione probantur à me sanctorum & omnibus seculis laudatorum apostolorum, prophetarum, martyrum gesta, politiæque: vt in omnium oculis prælia & certamina quæ pro Christo subiêrunt, hæreant, atque id in cópendiosam velutì scripturam, narrationem & eruditionẽ populi, maximè simplicioris. Nam si imperatorum vexillis sanctioribus & imaginibus in ciuitates & prouincias missis, omnis populus cum cereis & suffimentis odoratis occurrunt: quanto iustius est, in Christi Dei nostri ecclesijs imaginem seruatoris nostri Dei, & intemeratæ matris eius, sanctorum etiàm omnium patrum & piorum erigere? Quemadmodùm In Concione in 40. martyres. diuus Basilius inquit: Verùm etiàm in bello fortia virorum facinora, & historici scriptores & pictores sæpè denotant: hi quidẽ oratione exornantes, hi verò in tabulis depingentes, vtriq; etiàm multos ad virtutem excitârunt. Idem alibì: Quàtùm tibi laborandum sit, vt vnum aliquem è sanctis inueniAs, quẽ puduit Christi? Et Chrysostomus Ioan. Chry. ait: Sanctorum enim gratia morte non amputatur, interitu nó obtunditur, sed & post mortem viuentibus sunt potétiores. Aliaq; multa quæ dici vix queunt. Et ob id obtestor vos sancti Dei & exclamo, Peccaui in cę lum & coram vobis, susCipite me, vt DEVS Luc. 15. 7. 23. recepit prodigum, meretricem & latronem. Quæritote me, quemadmodùm ouem perditam quæsiuit Christus, quam & humeris suis sustulit. Contingat mihi gratia in oculis Dei, sanctorumq; eius angelorum, vt per pœnitentiam salutem consequar, dum vos domini sancti pro me interceditis.

Anathematismi Theodosij.

1 Qui venerandas imagines nó veneratur, anathema.

2 Qui in sanctas & venerabiles imagines blasphemias congerunt, anathema.

3 Qui traducere & maledicis verbis incessere audent venerandas imagines, aut easdẽ reijcere, anathema.

4 Qui ex animo Christianum populũ nõ docent venerationẽ sanctarum & honorabilium imaginum omnium sanctorum, qui ab initio Deo placuerunt, anathema.

5 Christianorum accusatoribus, aut iconoclastis, hoc est, imaginum demolitoribꝰ, anathema.

Sabas religiosissimus præses studij, dixit: Iuxta apostolicas ordinatiões & sacras vniuersales synodos, dignus est vt recipiatur.

Tharasius beatissimus patriarcha inquit: Qui olìm erant orthodoxæ fidei calumniatores, nunc veritatis præcones existunt.

Constantinus beatissimus Constantiæ, quæ in Cypro est, episcopus inquit: Multas mihi lachrymas libellꝰ pijssimi Amorij episcopi excussit.

Tharasius sanctissimus patriarcha inquit: Si videbit synodo, in sedes suas recipiantur.

Religiosissimi monachi dixerũt: Quemadmodùm sacræ œcumenicæ synodi eos q ex hęresi ad meliorem mentem redeunt, ità quoquè nos illos recipiamus.

Sacra synodus respondit: Placet nobis oñibus. Confestim Basilius Ancyræ, Theodorus Myron, & Theodosius Amorij, religiosiss. episcopi in sedibus suis & cathedris iussi sunt residere. Episcopi hęresi redeuntes, primum locum recipiunt.

Euthymius religiosissimus Sardensium episcopꝰ ait: Benè Deus orthodoxũ induxit.

Sacra synodus respondit: Orthodoxus adsit synodo, pater patribus.

Post eos autem inducti sunt Hypatius religiosissimus Niceæ episcopus, Leo Rhodi, *Gregorius Pissidię, Gregorius alter Pessinuntõn, Leo alter Iconij, Nicolaꝰ Hierapoleos, Leo alter Carpathi religiosiss. episcopi. Adducũtur plures ex priori hęresi. *Georgius

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Nõ possum satìs nôsse, vndè existatis instructi, vt tam profundum consilium conflaueritis, non propter Dominum: item cõfœderationes inieritis, non ex spiritu eius, nuperè concurrentes clàm & latenter, quò veritatẽ subuerteretis. siquidem verò ex imprudentia id feciStis, date rationem ignorantiæ vestræ: si verò falsa ratione inducti, adducatur ea, vt ab oñibus exaudiatur. Certum enim mihi est, sanctum hunc cœtum complexiones & cõtrouersias vestras, auxiliãte & propugnante, quę nunquàm vinci potest, veritate, dissoluendo dissoluturum, & confringendo confracturum, vt falsos nexus iniustosq;, & qui nullum veritatis argumentum in se continent. Esa. 30. 3. Esdr. 3.

Leo religiosissimus episcopus Rhodi, inquit: Peccauimus & coram Deo & corã Ecclesia, coramq; hac sacra synodo. Imperitia autẽ nos excidere à veritate compulit, neq; quicquam quod in defensionem adducere possumus, habemus.

Gregorius episcopꝰ Pessinuntôn inquit: Secundùm fidem à sanctis apostolis nobis traditam, sic confitemur & seruamus.

Tharasius sanctissimus patriarcha inquit: Si quæ ratio est apud vos, quemadmodùm vobis dictum est, adducatur.

Hypatius eiusque complices dixerunt: Nihil est tersanCti patres quod loquamur. Secundùm ignorantiam & insipientiam fueramus loquuti,

Tharasius sanctissimus patriarcha ait: quę vos ratio ad veritatem redire coëgit?

Hypatius eiusq; complices dixerunt: Sanctorum apostolorum patrumq; nostrorum doctrina.

Gregorius religiosissimus Pessinuntûm episcopus, ait: In Antiochena synodo sanctorum apostolorũ dictum est, seruatos nó debere ampliùs ad idola aberrare, sed certãdum esse ante columnã Dei hominisq; Iesu Christi dñi nostri. Sed & diuus Isidorꝰ Pelusiotes dicit: ναοῦ λόγος οὐδεὶς ὃν οὐ στέφει ἄγαλ- Isidorus Pelusiota μα,

μα, Hoc est, Templi nulla ratio, quod non ornatur imagine.

Leo religiosissimus Rhodi episcopus inquit: Cuncta piè & verè loquimur, etiamsi indigni & peccatores simus. Ex legali, prophetica, apostolica, patrumq; traditióe instructi sumus, hãc esse veritatẽ, pietatemq;, vt in sanctis ecclesijs venerandæ imagines colantur, docente idem multorum annorũ cõsuetudine, ab apostolorum temporibus hucusquè, pbata, atq; ex his persuasi sumus.

Tharasius sanctissimus patriarcha inquit: Quo pacto cùm fueris decem aut octo annos episcopus, non potuisti hucusquè in eã persuasionem venire?

Leo religiosissimus episcopus ait: Quandoquidem multis temporibus malitia durauit, durauit & improba doctrina: cumq; hæc perseueraret ob nostra peccata, declinare nos à via veritatis coëgit: sed spes est apud Deum salutis nostræ.

hæresis quo durãtior, hoc extirpatu difficilior.

Tharasius sanctissimus patriarcha inquit: Morborum qui longissimi sunt, difficilimi curatu esse solent: sic animus hęreseos tenebris obrutus, lumẽ veritatis difficilimè admittit.

Constantinus sanctissimus Constantiæ, quæ in Cypro est, episcopus inquit: Oportebat vos episcopos existentes, ab alijs non debere doceri, sed aliorum esse doctores.

Leo religiosissimus Rhodi episcopus ait: Si in lege peccati non fieret expressio, non opùs esset gratia.

Stauratius sanctissimus Chalcedõis episcopus, inquit: Sed nos fratres sub lege non sumus, sed sub gratia.

Hypatius, eiusque complices episcopi aiunt: Ex malis magistris malas doctrinas assumpsimus.

Tharasius sanctissimus patriarcha inquit: Quandoquidem dixistis, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, Mali doctoris improba eruditio. Ex malis doctoribus sacerdotes Ecclesia non recipere debet.

Hypatius religiosissimus Niceę episcopꝰ, inquit: Sic vsus obtinuit.

Gregorius religiosissimus Pessinuntûm episcopus, inquit: Diuus Ioannes Chrysostomus inquit: ἐγὼ καὶ κηρόχυτον ἠγάπησα Ioan. Chry. γραφὴν εὐσεβείας πεπληρωμένην, Hoc est, ego & ex cera fusilẽ picturã pietate plenã amaui.

Sabas religiosissimus monachus & præses studij, ait: Benedictus Deus, qui nos in viam veritatis perduxit.

Tharasius sanctissimꝰ patriarcha ait: Audiamus modò rationem & defensionem horum.

Sacra synodus inquit: Rectè domine.

Ioannes religiosissimus monachus presbyter, & locum tenẽs apostolicæ sedis Antiochiæ, inquit: Multorum ore celebratum est, persancte pater, quo pacto oporteat eos recipere, qui ex hæresi reuertuntur: ob id suademus, vt sacra synodus libros sanctorũ patrum inpręsentiarùm adferri iubeat, quò cognoscamus & consideremus, quænam in recipiendis certa ratio conseruari debeat. Dubitamus siquidem & nos.

Constantinus religiosissimus Constantiæ, quæ est in Cypro, episcopus inquit: Rogamus tuam beatitudinem, domine, adferantur libri de quibus dictum est, vt plena fiducia hanc optimam ordinationem exequamur.

Tharasius sanctissimus patriarcha inquit: Iuxta petitionem Dei amantissimorum virorum locum tenentium, & beatissimorum episcoporum, adferantur libri.

Constãtinus vir diuinorum studiosissimus, sacri patriarchatûs notarius, dixit: Secundùm iussionem vestræ sanctitatis adsumus, sacros codices adferentes, quos ex bibliotheca sacri patriarchatûs, & ex canonibus sanctorum apostolorum, sacrarumque synodorum, sacriq; nostri patris Basilij, & aliorum sanctorum patrum traditionibus sumpsimus.

Tharasius sanctissimus patriarcha inqt: Principiò legatur Canonicarum ordinationum liber.

Sancta synodus dixit: Legatur.

Idem ille Cõstantinus Dei studiosissimꝰ diaconꝰ, & notariꝰ sacri patriarchatûs, legit. In nostris exẽplaribus Græcis canon iste, 51. est.

¶Canon sanctorum Apostolorum quinquagesimus tertius.

Si quis presbyter eum qui à peccato cõuertitur, non receperit, sed reijcit, deponitor. Siquidem Christum offendit, qui gaudium in cælo super peccatorem resipiscentem oboriri dixit. Luc. 15.

Sabas religiosiss. vir, & qui cum eo erant, inqt: Hoc certè manifestũ & clarũ est, & ab omnibꝰ receptũ, debere videlicet peccatorẽ vnũquenq; resipiscentẽ, ab Ecclesia recipi.

Tharasius sanctissimus patriarcha inqt: Est & alter canon eadem de re.

Idem diuinorũ amãtissimus notarius, legit:

¶Sacræ synodi Nicenæ canon octauus.

De his qui se catharos, id est, puros nominârunt, si ad communem catholicam & apostolicam Ecclesiam rediérint, visum est sanctæ & magnæ synodo, vt accepta manûs impositione in clero sic maneant. Præ omnibus autem his curandum, vt confessionem per scripturam exhibeant: videlicet vt Ecclesię catholicę dogmata susCipiant & sectentur, nimirùm communionem ineuntes cũ his qui secundas nuptias affectârunt, quique in persequutione lapsi sunt, quibus tamen spatium temporis præscriptum est, vt in omnibus Ecclesiæ catholicæ & apostolicæ dogmata sequantur. Vbicunquè autẽ illijpsi, siue in vicis, siue in ciuitatibus inuẽti fuerint, modò per manuum impositionẽ ordinati fuerint, in clero repe.ti, in eodem ordine sunto. Et quæ deincèps.

Theodorus religiosissimus episcopus Catanes, dixit: Ad hæresim istam lectus canon nihil facit.

Tharasius sanctiss. patriarcha dixit: Immò ad quamcunque hæresim pertinet.

Epiphanius religiosiss. diaconus sanctissimæ ecclesiæ Catanes, quæ est Siciliæ prouinciæ, vicarius Thomæ episcopi Sardiniæ, ait: Hic canō de hæreticis Catharis datꝰ est.

Tharasius beatissimus patriarcha inquit: Modò igitur & nos renascentem hæresim quomodò debemus recipere?

Iohannes Dei colentissimus, loci seruator apostolici throni Orientis, ait: Hæresis quemuis etiàm hominē ab Ecclesia separat.

¶Sancta synodus ait: Hoc notissimum est.

Religiosissimi monachi dixerunt: Canō iubet, χειροθετουμένουσ, id est, ordinatos recipi.

Tharasius sanctissimus patriarcha respōdit: Quonam modo intelligitis hoc ipsum verbum χειροθετουμένουσ?

Religiosissimi monachi aiunt: Domine, doctrina etiamnùm opùs habemus.

Tharasius beatissimus patriarcha infit: Fieri potest, vt χειροθέσια, id est, manûs impositio, pro benedictione accipiatur, non pro ordinatione.

Clarissimi duces dixerunt: Si nihil aliud vetat, ob eorum istam resipiscentiam, iuxta canones recipiantur.

Tharasius beatissimus patriarcha inquit: Inuestigemus & alios canones de reliquis hæresibus.

Sancta synodus dixit: Id omnes rogamꝰ, veniant canones.

Idem ille studiosissimus notarius legit.

¶*Sacræ & œcumenicæ Ephesinæ synodi canon tertius.*

Si qui in qualibet ciuitate clericorum à Nestorio, quique illius dogma sequuntur, ꝓhibiti sunt, vt minùs rectè senserint, hos vt gradum propriū recuperent, iustum censuimus. Quicunque autem clerici vniuersali & orthodoxæ synodo cōsentiunt, & nūc & in futurum etiàm quouis tempore iubemus, nè omninò episcopis à sacris canonibus & orthodoxa fide deficientibus & absistentibus, eaque transgredientibus, subijciantur.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Manifestior canō hic de eo articulo quem quærebamus. Legantur & reliqui canones.

Stephanus venerabilis monachus, & librorum custos sacri patriarchatûs, dixit: In manibus sunt epistolæ beati patris nostri Basilij de prędicto argumento, num recipiendi sint in sacrum ordinē qui ex hæresi reuertuntur. Has, si vultis, lecturus sum.

Sacra synodus respondit: Legantur.

Ex epistola Basilij ad Amphilochium.

Stephanus monachus legere cœpit.

Ex prima ad Amphilochium canonica epistola beati patris nostri Basilij.

Eorum qui Encratitæ nominantur, versutiam operæprecium est considerare. Siquidem, vt seipsos reddant nè ab Ecclesia recipiantur, ausi sunt proprium baptisma occupare. Vndè & suam quoquè consuetudinem falsam reddiderunt. Quandoquidem autem nihil expressum de his neque constitutum est, arbitror, non esse nobis inconueniens eorum baptisma irritum & vanum asserere. Et si quispiā ab illis fuerit assumptus, si ad Ecclesiam rediêrit, baptizandus est. Quòd si autem illud ipsum vniuersali ordini videbitur impedimento futurum, ad cōsuetudinem prouocandum est. Et patres qui apud nos rerum ecclesiasticarum dispēsationem habent, sequendi sunt. Suspicor autem, nè austeritate sententiæ tardiores ad baptizandum redditi, impediantur, nè minùs (alioquì seruandi) baptisma consequantur. Si verò illi baptismum nostrum seruant, nihil nos angat: non enim illis in gratiæ retributione obnoxij sumus, sed canonibus exactè seruiendum est. Omni autem ratione conforme sit, eos qui ad eorū baptisma accedūnt, inungi fidelium modo, & ità ad mysteria accedere. Noui verò ꝙ fratres qui cū Izoë & Saturnino, quique ex eo ordine sunt, conueniūt, in episcoporum sedem receperimus. Vt etiàm nunc qui eius sunt ordinis, disseparare ab ecclesia nequeamus, qui canonem quendam, qui de communicatione cum ijs agit, ex episcoporum traditione ediderimus.

Basili nitem cepital dinesi

Venerabiles monachi dixerunt: Petimꝰ, vt & adferatur diui Athanasij ad Rufinianum epistola.

Sancta synodus respondit: Fiat iuxta venerabilium monachorum petitionem.

Intereà Leontius vir clarissimus à secretis, dixit: Legantur ordine & reliquæ diui Basilij epistolæ.

Stephanus venerabilis monachꝰ & librorum custos, recitauit:

Ex epistola beati patris nostri Basilij ad Euaisenos:

Ex Epi la 72. B

Quos verò nup ex Galatia trāsmiserunt, vt libertatem recuperandi episcopatū consequantur, tales sunt, quales eos esse nouerunt, qui cum illis vel exiguo tempore conuixerunt. Iterùm: Quòd si autem dicunt se resipuisse, doceant per scripturam suam resipiscentiam, & execrationem fidei quam Constantinopoli susceperunt. Prætereà ab hæreticis separēt se, & simpliciores minimè decipiant.

Ex eiusdem ad Occidentis episcopos epistola:

Ex eius Epistol

Eorū etiàm qui me non parùm adflixerunt, Eustathius vnus est: is, inquam, qui ex ✱Sebastea Armeniæ minoris oppido natus est, quiq; olìm Arrij discipulus comesq; indiuiduus extitit, cùm is Alexandriæ inclaruisset, & impias in vnigenitū blasphemias me-

taretur, quo tēpore etiàm inter verissimos & maximè germanos viri illius discipulos numeratus est. Posteaquàm autē ad sua reuersus est, beatissimo episcopo Hermogeni illum accusanti, & de peruerso dogmate repræhendenti, sanioris fidei confessionem tradidit, atque ità manûs impositionem ab eo nactus, postquàm ille dormiuit, confestìm ad Eusebium episcopum Cōstantinopoleos (quo per ea tēpora nemo magìs Arrij dogma tutabatur) fugit. Illinc etiàm ijsdem ferè de causis expulsꝰ, iterùm in patriam redijt, defensionem adferens, impiā suam mentem callidè celans, verbaque non iniqua, sed quæ recta sapere videbantur, ꝓtexens. Episcopatum autem facilè consecutus, confestìm induxit animum ad execrationem consubstantialitatis conscribendā, in eo conuenticulo quod Ancyræ ab ipsis habitum est. Illinc autem in Seleuciam profectus, ea quæ cū illis qui eiusdem sunt dogmatis, conscripsit, omnibus notum est. In Constantinopolitana autem vrbe, consensit iterùm cum ijs quæ ab hæreticis erant proposita, ità ab episcopatu deiectus, quòd scilicet in Melitena iam anteà fuerat depositus, ipse sibi viam qua in pristinum statū reuocari posset, (nimirùm reditum ad nos) excogitauit. At quę fuerint illi à beatissimo episcopo Liberio proposita, quæque ipse composuerit, ignoramus. Hoc vnum scimꝰ, epistolam qua restitueretur, ab illa Thyanensi synodo exhibitam, qua etiàm in locū est restitutus.

Lecta etiàm est ad Terentiūm comitem eiusdem beati patris nostri epistola, in qua significauit pater idem communicationem & receptionem Eustathij, qui ab hęresi fuerat reuersus.

Stephanus venerabilis diaconus & loci seruator sancti patriarchici secreti, legere cœpit.

Ex Synodo Ephesina.

Ex definitione œcumenicæ synodi tertiæ, quæ contra impios Messalianos, hoc est, Euchitas habita est.

Placuit omnibus nobis, & Dei amantissimis episcopis Valeriano & Amphilochio, omnibusque Pamphyliæ & Lycaoniæ prouinciarum venerabilibus episcopis, ea quæ in synodica charta descripta sunt, oīa conseruare, neque vlla ratione transgredi, firmatis similiter quę in Alexandria acta sunt, vt quicunq; per quanuis prouinciam Messaliani, hoc est, furiosæ hæreseos cultores extiterint, siue etiàm in suspicionem venerint eiuscemodi morbi, siue clericorum de numero fuerint, siue ex laicis, inquiri & excommunicari: quòd si autem aliquis illud ipsum dogma fuerit execratus, si quidē clericus extiterit, in ea ordinatione permaneat: si verò laicus, in Ecclesiæ communiōem recipiatur.

Petrus venerabilis lector & notarius sacri patriarchici secreti, legit:

Beati patris nostri Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ epistola commendatoria ad Maximum Alexandrinæ ecclesiæ diaconum:

Ex Epistola Cyrilli ad Maximum

Didici à dilecto anachoreta Paulo, tuam pietatē religiosissimi episcopi Ioannis consuetudinem, & in hunc diem vsque recusauisse, quòd in Antiochensium fortassè ecclesia sint etiamnùm aliqui, quibus aut Nestorij dogma placeat, aut aliquandò placuerit, sed nunc abstinere cœpisse. Probet igitur tua beneuolentia, num illi ipsi nudè & irreuerenter congregentur, Nestorianaq; & sapiāt, & apud alios loqui ausint, númve aliquandò conscientiam cauterio vstam habuerint. Arbitror enim eos nunc congregari, vt simul resipiscant qui in eodem erāt errore depræhēsi, quia fortè apud alios delictum fateri non ausint. Solent enim pleraque talia apud deceptos fieri. Quòd si autē iam videas eos congregari in recta fide, malorum oportet te obliuionem præteritorū inducere. Malumus enim eos videre negantes, quàm inuerecundo animo collaudātes Nestorij improbitatem. Igitur nè contentiones dicamur amare, religiosissimi episcopi Iohannis familiaritatē amplectamur, hoc illi indulgentes, & ecclesiasticæ œconomiæ causa nec simus tam exacti exploratores in eos qui ad mētem rediêrunt. Res enim cōmoda administratione, multaq; (vt dixi) diligentia indiget.

Eiusdem ad Gennadium presbyterum & archimandritam epistola:

Cyrilli epistola ad Gēnadium.

Intensam tuam erga pietatem affectionem non iam nūc, sed multis ab hinc annis cognoui, plurimùm autem ea de causa studia tuæ vitæ diligentiamq; commendo. Est tamen cùm administrationem rerum aliqui transgrediantur, extraq; limites paulò plùs quàm oporteat ferātur, quô maius lucrum consequantur. Quemadmodùm illi qui mare nauigant, exoriente tempestate & fluctibus concitatis, ità vt nauis periculum timeant, onera quædam in mare deijciant, vt reliqua conseruent: sic & nos in nostris rebus facere oportet, cùm non liceat exactè oēs ad salutem perducere, subindè aliquem cōniuenter relinquimus, nè vniuersorum iacturam & damnum patiamur. Hæc aūt scribo ꝙ inaudiêrim te ægrè affectum esse aduersùs beatissimū & pijssimū nostrū cōministrum Proclum episcopū, quòd in cōmunionem Aeliensium epm receperit, quem Palæstinæ ecclesię statuta præsidē nō agnoscunt. Ad effrenem autem huius negocij cupidinem, vana quædā ambitio excitat, quæ proculdubiò finem amarū est adsecutura. Itaq; nequaquàm velim tuam pietatem fugere familiaritatē cum beatissimo & pijssimo

mo Proclo episcopo. Siquidem eadem illius sanctitati mihiq́ue sententia est, neque huius dispensationis modus cuiquam prudentium displicuit.

Lectis his, monachi dixerunt: Si iusserit sancta synodus, adferat ad Rufinianũ beati patris nostri Athanasij epistola, & legatur.

Sancta synodus dixit: Satisfiat petitioni religiosorum monachorum.

Ex epistola D. Athanasij ad Rufinianum.

Stephanus prefatus monachus ferens in manibus librum, legere cœpit:

Diui Athanasij ad Rufinianum.

Domino dilecto & desideratissimo comministro Rufiniano, Athanasius in Domino salutẽ. & post alia: Quandoquidẽ studiosè & ecclesiasticè (hoc em̃ tuæ pietati iterùm conuenit) de ijs q̃ necessariò redacti sunt, nec per improbã fidẽ sunt corrupti, inquisiuisti: eaq́ue de re ad synodos & alios scribere voluisti, vt animi sententiam de ijs explicarent, velim mi domine desideratissime sic habeas. Inprimis cùm à vi cessatum esset, synodusq́; præsentium & eorum qui longinquas regiones incolebãt, episcoporum haberetur, nec modò comministris q̃ per Græciam pasim habitant, verùm etiàm in Gallijs & Hispania: communi decreto placuit, vt & hîc & vbiquè gentiũ, quicunq; lapsi fuissent, ꝓprio arbitrio, & antesignani fuissent impietatis, si resipiscerent, ignoscendum quidem illis, verùm non restituendos in cleri numerum: qui verò non authores, sed necessitate & violentia compulsi fuissent, visum est illis quidem ignoscendum, & in cleri locum restituendos, maximè cùm probabilem defensionẽ & excusationem dederint. Atque hoc quoquè œconomicè & rationabiliter factum videtur. Nam ipsi quidem animo statuerant, non velle ad impietatem delabi: verùm quoniam impijssimi quidam eorum causa statum Ecclesiæ ad seditionem trahebant, duxerũt longè satiùs esse, vi compulsos se concurrere & onus gestare, quàm populum perdere. Hęc cùm adferrent, visũ sunt nobis non absurda respõdisse, quandò & in occasionem facti, exemplo Aaron fratris Moseos se defenderent, qui in eremo populi transgressionibus acquieuit, defensionem habens, nè populus in Aegyptum reuersus, idolorum cultui iterùm se manciparet. Videbat enim si in eremi vastitate substitisset, futurum vt
Exodi. 32. c paulatìm ab impietate regrederet, in Aegypto autem nullam esse ad pietatem regressũs viam. Hac de causa clero per ea tempora ignotum est. Qui verò in errorem seducti erant, & violentia huc compulsi, data quoquè ijs communio est: quẽadmodùm hęc & Romam scripta sunt, Romanorumq́; Ecclesiam omnia comprobâsse cõstat. Hæc quoquè tuæ pietati confidenter scribo & significo, quõ pietas tua, ea q̃ decreta sunt, hoc modo amplectatur.

Sabas & qui cum eo aderant, monachi dixerunt: Non hęc solummodò D. Athanasij vox est, verùm etiàm synodorũ, propterea quòd inquit idem pater ipsos quoquè Romanos totamq́ue Græciam idem comprobauisse. Definit autem eos qui ex hæresi ad pristinam mentem redeunt, suscipiendos ad pœnitentiam, verùm sacerdotij dignitatem minimè illis restituendam.

Tharasius beatiss. patriarcha dixit: Non de quouis hæretico redeunte ad mentem, recipiendo beatus pater statuit, sed de eorũ principibus & antesignanis, quiq́ue in sua hæresi velutì deliciantur & se oblectãt, verbisq́ue artificiosis veritatem ipsam fucare studeant, haud aliter àc orthodoxi cum libertate solent, ipsi autem sententiam scripturæ peruersè explicãt. Verùm iterùm recitetur eadem epistola ad Rufinianum.

Epistola eiusdem Patris.

Ex epistola Athanasij Alexãdrini ad Rufinũ.

Lecto autem loco, in quo beatus pater lapsis veniam dat impietatis, sed qui præcipui hæreticorum fuerunt, negat restituendos in ordinem sacerdotalẽ: qui verò antesignani non fuissent, sed vi & necessitate ad impietatem coacti, ignoscendum quidem illis, & in cleri locum restituendos, quòd iustam accusationem adferrent.

Venerabiles monachi dixerunt: En quẽadmodùm in principio diximus, sic est: siq. dẽ beatus pater, eos qui ex hæresi reuertũtur, in sacerdotij dignitatem non recipit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Videmini mihi mentem patris non intelligere, quandoquidem eos qui non fuêre authores hęreseos, vi autem compulsi sunt, recipit ad pristinam dignitatem: solummodò verò præcipuos atque adeò parentes, siue authores hæresium, à dignitate sacerdotij recipienda excludit, rectè profectò iusteq́; id pronuncians.

Et rursùm:

Athanasij laus.

Insignem pugilem D. Athanasium Ecclesia nouit, vtpotè qui Romam vsque varia persequutione ab Arrianicę hæreseos principibus coactus, deindè inhonestè isthinc fugatus, cùm redijsset in Græciam, passimq́; per ecclesias oberraret, aduersarij illius pro tempore velutì ad meliorem mẽtem reuersi, cum illo coniuncti sunt: verùm illo recedente, confestim solita audentia ad pristinã hæresin reuerterunt: piosq́ue omni ratione persecuti sunt. Hac igitur ratione arbitror beatum patrem dixisse, ad sacerdotij dignitatem eiusmodi non recipiendos: vtpotè à quibus cùm ipse, tum reliqui orthodoxi nihil præter grauia expectarent.

Sabas religiosus monachus inquit: Profectò vir erat, qui facilè malorũ obliuiscebatur.

Tharasius sanctissimus patriarcha respõdit: Clarum hoc est, non enim alicui mortaliũ malum ꝓ malo retribuit. Verùm ꝓpter ze-

zelum Dei & confirmationem Ecclesię, humanitate sua & benignitate insita non potuit vti, nisì ad iustitiam Dei tuendam vindicandamq́ue.

Ioannes venerabilis presbyter monach⁹, & locum retinens orientalis diœceseos, dixit: Rectè hoc statutum in confirmationem audientium explicatum est. Monachi respondentes dixerunt: Verùm vi adactos & compulsos, beatus pater admittit. dicant igitur hi, an vim passi sint, an adacti sint, vt à veritate desciuerint.

Hypatius eiusq́ue complices episcopi, dixerunt: Nos violentiam nullam sustinuim⁹, neq; adacti sumus, sed in hac hæresi nostra nati sumus & conuersati, & vitam diù egimus.

Theodor⁹ pijssim⁹ epis. Catanæ, quiq́; aderãt illi Siculi epis. ꝑtereà Epiphanius ciuitatis Catanæ diaconus, & vicarius Thomæ episcopi Sardiniæ, dixerunt: Qui hactenùs lecti sunt beatorũ patrum canones, de Nouatianis, Encratistis & Arrianis dati sunt: hui⁹ autem hæresis magistros quo loco habebimus?

Imaginum vsum Manichæi primùm dánauerunt, deindè & alij plurimi.

Tharasius beatiss. patriarcha dixit: Inuenimus & Manicheos respuisse imagines, sed & ꝓter hos Marcionistas, & illi qui cõfundunt naturas Christi, quorum princeps Petrus Fullo: præterea Xeneum Hierapolitanum, sed & Seuerum, aliosq́ue hæreticos.

Epiphanius venerabilis diaconus sanctissimæ Catanes ecclesiæ, & vicarius beatissimi Thomę Archiepiscopi Sardiniæ, inquit: Minór ne est, quæ nunc nouata est hæresis, an maior illis quæ hactenùs fuêre?

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Malum perpetuò ijdem est & æquale: maximè autem in rebus ecclesiasticis, in quarum decretis, cùm paruis tum magnis, errare idem est: siquidem in vtrisque lex diuina violatur.

Ioãnes venerabilis monachus, locum tenens thronorum Orientalium, dixit: Hæresis ista omnibus hæresibus peior est, malorum omnium pessima: vtpotè quæ œconomiam seruatoris nostri subuertat.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Ducit nos in rectam viam id, quod à beato patre nostro dictum est, si nulla alia subsit causa, recipiantur venerabiles episcopi.

Sancta synodus dixit: Legantur & reliqua canonicarum institutionum.

Fragmentũ breue ex synodo Chalcedonẽsi.

Constantinus venerabilis diaconus, & notarius facti patriarchatûs, legit: Ex actis sanctæ & vniuersalis quartæ synodi Chalcedonensis.

Orientales & qui cum illis erant, pijssimi episcopi exclamârunt: Peccauimus oẽs, omnes veniam precamur. Et rursùs Thalassius, Eusebius, & Eustathi⁹ venerabiles episcopi dixerunt: Omnes errauimus, omnes veniam petimus.

Et exurgens pijssimus episcopus Iuuenalius, trãsgressus est in alteram partem, & adiũxit se pœnitẽtibus. Et exaltata voce Oriẽtales, quiq́; cum his erant religiosissimi episcopi clamauerunt: Bono omine Deus huc te adduxit: Orthodoxe, rectè venisti.

Et post alia plurima pijssimi Illyrici episcopi dixerunt: Omnes lapsi sumus, omnes veniam precamur.

Sabas venerabilis monachus & præfect⁹ studiorum, inquit: Si visum est sanctę synodo, videamus ordinationem eorum, quos recepimus, nũ sint ab hæreticis, an minùs?

Sancta synod⁹ dixit: Quæratur deincèps de electione.

Antonius venerabilis monachus, ex lib. ecclesiasticæ historiæ Rufini Romani presbyteri, legit: lib. 10. ca. 28.

Græca apposuimus, vt verũ esse cognoscat, quod Suidas Ruffini historiarũ libros duos trãslatos in Græcũ idioma testat.

Εὐσέβιος ἐν ἀλεξανδρίᾳ γενόμενος, ἐυρίσκει σύνοδον κροτουμένην περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ὀλίγων μὲν ὄντων τῶν συνελθόντων, χάριτι δὲ τῆς ὑπὲρ χρεοῦ ὁμολογίας τὰ μέγιστα πράττειν καὶ λέγειν δυναμένων, ἵνιοι γοῦν ζῆλῳ τῆς εὐσεβείας ἔλεγον, μὴ θέμισ τοῖσ δεξαμένοισ ἄρειον κοινωνεῖν, ἔνιοι δὲ ἐβουλεύοντο πάντασ δέχεσθαι μετανοοῦντασ καὶ ἀναθῦματι ἐξῶνταση, ἵνα μὴ πολλὰ πλήθη ἀνθρώπων ἀπόλωνται, λέγοντεσ ὅτι οὐκ ὀφείλομεν τὰ ἑαυτὸν ἐπιζητεῖν, ἀλλὰ τὸ πολλοῖσ σύμφερον καθὼσ καὶ ὁ χρέοσ ποιεῖ ϛαυρωθεὶσ ὑπὲρ ἡμῶι, ἵνα σώζῃ τῶν ἀνθρώπων τό γένοσ. οὕτε γὰρ μόνοισ ἡμῖν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ϖρεσθεύειν ὀφείλομεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέροισ πολλοῖσ. ὅπωσ καὶ τὸν ϕὸν τὸν ἐν ἀσωτίᾳ βιώσαντα ὁ πατὴρ προσεδέξατο καὶ συλλήβδην ἐπεῖν τῆσ ἱερωσυνῆσ ἀυσῷ μετεῖναι βουλόμενοσ τὴν σφραγῖδα ἐν τῷ δακτυλίῳ δίδωσι, καὶ τὴν στολὴν περίθεσθαι ποιεῖ. ἐκράτησε γοῦν δυτοσ ὁ κανὼν ἐκ τῆσ εὐαγγελικῆσ αὐθεντίασ συνεσφιγμένοσ καὶ τυποῦσιν. Ἀσέριον μὲν ἐν τοῖσ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησίαισ περὶ τούτου ϖρεσθεύειν, Εὐσέβιον δὲ τοῖσ ἐπὶ τῆσ δύσεωσ ϖροσατέθη δὲ κατὰ τὴν σύνοδον, καὶ τὰ περὶ τοῦ ϖνεύματοσ ἁγίου διὰ τὸ ἀναρυῆναι πάλιν, τοὺσ χωρόζονταση ἀυτὸ τῆσ δοξολογίασ.

Hoc est,

Pergit interea Eusebius Alexandriam, ibiq́; confessorum concilio cõgregato, pauci numero, sed fide integri, & meritis multi, quo pacto post hæreticorum procellas & perfidiæ turbines tranquillitas reuocaretur Ecclesiæ, omni cura & *deliberatione discutiunt. Alijs videbatur fidei calore feruentib⁹, nullum debere vltrà in sacerdotium recipi, qui se vtcunquè hęreticæ cõmunionis contagione maculâsset. Sed qui imitantes Apostolum, quærebant, non quod sibi vtile esset, sed quod pluribus, vel qui imitarentur Christum, qui cùm esset omnium vita, pro salute cunctorum humilians se, descendit in mortem, quõ scilicet inueniretur & in mortuis vita: dicebant melius esse, * humiliare paululùm propter delectos, & inclinari propter elisos, vt eos rursùs erigerent, nec sibimet solis puritatis merito cælorum regna defenderẽt, sed esse gloriosũ⁹, si cũ pluribus

*liberatiõe

*humiliari

bus illuc mererentur intrare. Et ideò sibi re-ctum videri, vt tantùm perfidiæ authorib⁹ amputatis, reliquis sacerdotibus daretur optio, si fortè velint, abiurato pfidiæ errore, ad fidem patrum statutaque côuerti, nec negare aditum redeuntibus, quin potiùs de eorum conuersione gaudere, quia & ille euangelicus iunior filius, paternæ depopulator substâtię, sed in semetipsum reuersus,
Luc. 15. non solùm suscipi meruit, sed & dignus paternis complexibus deputatur, & anulum fidei recipit, & stola circundatur: per quam quid aliud, quàm sacerdotij declarantur insignia? nec probabilis extitit apud patrem senior filius, quòd inuidit recepto: nec tantum meriti habuit non delinquendo, quan tum notæ contraxit non indulgendo germano.

Cùm igitur huiuscemodi sententiam ex euangelica authoritate prolatam, ordo ille sacerdotalis & apostolicus approbâsset ex concilij decreto, Asterio cæterisque qui cum ipso erant, Orientis iniungitur procuratio, Occidentis verò Eusebio decernitur. Additur sanè in illo concilij decreto etiàm de spiritusancto plenior disputatio, vt eiusdem substantiæ ac Deitatis, cuius pater & filius, etiàm spiritussanctus crederetur, nec
Hucusquè Ruffinus. quicquam prorsùs in Trinitate aut creatû, aut inferius, posteriúsve diceretur.

Constantinus venerabilis diaconus & notarius, legit:

Ex historia Ecclesiastica Socratis:

Photinus Syrmij existês episcopus, Marcelli Ancyrani fuit discipulus, & ipse purû hominem Christum, quemadmodùm præceptor eius Marcellus, dixit.

Et iterùm idem ex eadem historia legere cœpit:

Qui verò in Sardicensi synodo fuerant, indicta causa damnârunt, definitionem autem fidei Niceę datam confirmârunt, omnê impietatem eijcientes & execrantes: reddiderunt verò sedes Paulo & Athanasio, necnon Marcello Ancyrano, apologiam adferenti & dicenti, non intellectum suum librum, cùm ipse etiàm auersetur omnes, qui purum hominem Christum dicunt.

Tharasius sanctiss. patriarcha dixit: Plurimi iam canonici, sanctarumque synodorum & patrum libri lecti sunt, qui docent nos reuersos ab hęresi recipere debere, modò non subsit improba aliqua causa. Sancta synodus dixit: Rectè fecit dominus, qui nos ex epistolicis & synodicis commentarijs de hæreticis recipiendis instruxit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Id quod ex beato patre Athanasio lectum est, denuò legatur.

Stephanus librarius & venerabilis monachus legit: Epistola B. Athanasij ad Rufinianum, vt priùs scriptum est.

Tharasius sanctiss. patriatcha dixit: Quêadmodùm in superioribus docuimus, ità mens est beati patris Athanasij.

Venerabiles monachi dixerunt: Nos indigni sanctitatis tuę serui, & anteà testati sumus, quodcunque sacræ synòdi admittunt, modò nihil sit quod impediat, & nos recipere.

Petrus Dei studiosiss. presbyter, & Apostolicæ sedis Adriani papæ Romani vicarius, dixit: Et Romæ quoquè extorris erat Macarius, hæreticus à sancta synodo sexta designatus. verùm piæ memorationis pater noster Benedictus, deliberandi spatium per 30. dies illi concessit, & quodam tempore Bonifacium consiliariû ad eum misit, quô verbis admonitione plenis ex sacra scriptura illum instrueret, verùm ad meliorê mentem haud quaquàm perduci potuit. Id autem pater beatus ob id egit, quô rursùs illû in pristinum statum reciperet. Macar. reticu manit ponti tractat.

Sacra synodus respondit: Si ex toto corde episcopi isti delictum agnouerint, gratia Deo ipsisque. Si verò ficto animo simulât, iudicet in eos Dominus, quemadmodùm in Arrium & Nestorium iudicauit. Episcopi autem in quos inquisitum erat, se ipsi execrantes, aptè testati sunt non subesse confessioni fictum animum: dixerunt autem, nisì secundùm catholicam Ecclesiam senserimus, execrabiles simus à Deo patre, & filio, & sancto spiritu.

Tharasius sanctissimus patriarcha ait: Inhærendum est superioribus dictis.

Petrus Dei studiosissimus episcopus, vicarius sanctissimi papæ Romani Adriani, dixit: Vt scriptû est ab historicis, diuus Meletius creatus fuit ab Arrianis episcopus, & cùm ascendisset ambonem, prædicauit côsubstantialitatem, & tamen illius electio reprobata est. Mele prof. pisco

Theodorus sanctiss. episcopus Catanes, reliquique episcopi Siciliæ, dixerunt: Certum est quod inquit protopresbyter Apostolicæ cathedræ.

Tharasi⁹ sanctiss. patriarcha ait: Nusquàm equidem discrepanti animo patres inuenimus, verùm omnes velutì eiusdem spiritûs, eadem prædicant, eademque docêt: ve ùm Ecclesiæ œconomiam gubernationem côtemplatus beatus pater Athanasius, ità nobis tradidit, vt iudicet recipiendos in cleri consortium, qui hæreseos magistri non fuissent.

Religiosi monachi dixerunt: Si quid in medio synodi iudicatum est, censemus recipiendum.

Sancta synodus dixit: Speramus post sanctam synodum non futuros aliquos qui peruertentur. Ea ratione & episcopi sese anathematismo obligauerunt, vt si ad priorem hæresin reuersi fuerint, iudicet de eis sancta synodus.

Côstantinus vir religiosus episcop⁹ Côstan-

stantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Multa sanctitate côspicui domini, si quidem hi libellos confessionis exhibuerint, recipiantur: sin minùs, iudicet de eis sancta synodus.

Clarissimi duces dixerût: Gestant in manibus libellos, eosq; parati sunt offerre.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Côsilio meo, de præsenti quæstione quicquid est reliquû sanctorû canonum, euoluatur.

Cosmas venerabilis diaconus, & sacri patriarchatûs cubicularius, ex vita sancti patris nostri Sabæ, legit: Itaque cùm sancta vniuersalis quinta synodus Constantinopoli esset congregata, communi & generali anathemate reiecti sunt Origenes & Theodorus epus Mopsuestias, & q̃cunq; ab Euagrio & Didymo dicta sunt de p̃existêtia siue περὶ προυπάρξεωσ. Probârût autê id quatuor patriarchæ præsentes. Prætereà Imperator noster Dei obseruâtissimus, acta synodi Hierosolymâ misit: in qua ciuitate coacto episcoporû côuentu, quotquot erant Palęstinorû epi, manibus & pedibus & ore sententiam & statutû synodi confirmarût, nisì quòd Alexander episcopus Abyles, côtrariû sensit, quamobrem episcopatu exutus, Byzantium se recepit, & terræmotu absorptus est & defossus. Neolauritas autem, cùm se à catholica cômunione separâssent, Eutychius patriarcha diuersis rationibus aggressus est, & in octo menses vsque varia admonitione & adhortatiôe vsus, cùm non posset fieri voti compos, neq; ad vnitatem Ecclesiæ eos perducere, imperatorijs iussionibus obtemperans, illos per Anastasium ducem à Neolaura expulit, regionem ab illorum peste liberans. Ex via S. Sabæ.

Tharasius beatiss. patriarcha ait: Videtis quòd octimestre tempus archiepiscopus exegit, longaminitate & adhortationibus apud illos vsus: atquì iam nouerat antè eos anathemate in synodo execratos. Quid est igitur quod hæsitamus & p̃bemus nosmetipsos difficiles, quô minùs ex ordnatione canonica, & sanctorum patrum diligentia, & synodicis iussionibus, quæ redeuntes ab hæresi qualibet recipiunt, & hos admittamus?

Sancta synodus dixit: Sic est reuerà, nisì tamen canonica subsit causa, quæ impedimento sit.

Tharasius sanctiss. patriarcha inquit: Sic placeat omnibus, quô eos recipiamus.

Sancta synodus dixit: Placet omnibus.

Venerabiles monachi exclamârunt: Et nobis sanè placet.

Tharasius beatiss. patriarcha dixit: Denuò dicimus, si alia nô subsit canonica causa quę p̃hibeat, redeûtes recipiâtur. Oportet enim vbiquè canonicas ordinationes seruare.

Venerabiles monachi dixerût: Iuxta sex sanctas & œcumenicas synodos, ex hæresi redeuntes recipimus, nisì causa quæpiam non toleranda subsit.

Tharasius beatissimus patriarcha dixit: Et nos quoquè omnes instructi à sanctis patribus nostris, sic definimus.

Venerabiles monachi dixerût: Si qui monachi à sacra synodo absunt, q̃d de illis fiet?

Tharasius sanctiss. patriarcha dixit: Illis ex canonibus priùs lectis hæc persuadebim⁹. qua aût de causa ab hac synodo absunt?

Sabas religiosiss. monachus dixit: Nô noui, sed sibi ipsi aduersantur.

Euthymius religiosiss. episc. Sardensium, dixit: Quemadmodùm iam admonuimus, adferanẽ libri, vt pleniùs erudiamur de his, qui ab hæreticis sunt ordinati.

Côstantinus venerandus diaconus & notarius, ait: Quandoquidem iubetis, vt de consuetudine ea qua ab hæreticis quidam ordinantur, legamus: eccè vobis libros, vt si iusseritis, legantur.

Sancta synodus respondit: Legantur.

Stephanus venerabilis monachus librorum custos, legit:

Ex historia ecclesiast. Rufini. Ex Rufini 10. Ecclesiasticę historiæ.

Τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἐμφύλων διωγμὸν βραχὺν ὄντα πρότερον εἰσ τὴν ἐπισκοπὴν παρελθὸν Μακεδόνιοσ ηὔξυσεν, ἀκάκιοσ δὲ καὶ πατρόφιλοσ Μάξιμον τὸν τῆσ ἱεροσολύμων ἐξωθήσαντεσ Κύριλλον ἀντικατέστισεν.

Hoc est:

Hanc igitur intestinam persecutionem Macedonius, ad episcopatum accedens, auxit. Acacius verò & Patrophilus, Maximo Hierosolymorû episcopo expulso, Cyrillum suffecerunt.

Et post hæc Cosmas venerabilis diaconus, notarius & cubiculati⁹ sacri patriarchatûs, legit.

Ex historiæ ecclesiasticæ Theodori Lectoris libro quinto:

Dioscorus autem secundùm canones sibi visus creatus, episcopatui Constantinopolitano inhæsit: designauit etiàm primatê ecclesiæ eiusdem Anatolium quendam, qui Alexandrinæ ecclesię quisquilias Constantinopoli effundebat, habens sibi confestìm comministrum Eutychen, ad quem vrbanè Anatolius inquit: Futurum ignorat, qui in quo statu fuit, non considerat. Acta autem hęc sunt sub côsulatu Protogenis & Asterij. ne hoc Theodoro vide Suidam.

Tharasius beatiss. patriarcha dixit: Quid de Anatolio dicitis? nónne princeps fuit quartæ synodi? & tamen à Dioscoro impio illo fuerat creatus, atque id etiàm præsente Eutyche. Ergò & nos ab hæreticis ordinatos recipiamus, quemadmodùm quoquè Anatolius receptus est. Et iterùm: Vera Dei vox est, filios non morituros pro patribus, sed vnusquisque pro suo peccato morte morietur. Addatur quòd ordina- Ezech. 18. c. f

tio à Deo est. Quandoquidem autem quidam de Anatolio dubitant, legatur, quid de eo scriptum sit.

Cosmas diaconus & cubicularius sacri patriarchatûs, legit.

Præfatio Chalcedonensis sanctæ & vniuersalis synodi.

Ex præfatione cõcilij Chalcedonen. Conueniente sancta & vniuersali synodo secundùm sacram præceptionẽ in Chalcedonẽsi vrbe cõgregata, nimirùm Paschasino & Lucentio reuerẽdissimis episcopis, & Bonifacio religiosissimo presbytero, tenentibus locum sanctissimi & reuerendissimi archiepiscopi almæ vrbis Romę Leonis, & Anatolio reuerẽdissimo episcopo inclytæ vrbis Constantinopoleos nouæ Romæ.

Reuerendissimi monachi dixerunt: Et istud quoquè recipimus.

Iterùm Constantinus diaconus & notarius sacri patriarchatûs legit.

Ex vita S. Sabæ confess. fortassis legendum* κελευτικοῖς

Ex vita sancti patris nostri Sabæ:

Flauiano igitur & Helia patriarchis, vt dictũ est, Sidoni existentibus, literisq; *adulatorijs & œconomicis ad Imperatorẽ vtentibus, præterea Sidonensem synodum, quæ secundùm rectã fidem congregata fuit, dissoluẽtibus, cùm domum ad proprias sedes redirent, qui à Soterico & Philoxeno stabant, rem indignè ferentes, in iram vehemẽtissimam Imperatorem excitârunt, vtpotè, qui deceptus per vafriciem & simulatiõem patriarcharum fuisset. Accepta autem potestate, quantam ipsi volebant, auroq; sufficienti, Antiochensiũ populo id diuiserunt, atque ità varijs modis Flauianũ afflixerunt & vexârunt, cogentes interìm & obtorto collo huc trahentes, vt acta Chalcedonẽsis cõcilij anathemate prosequerẽtur: quo nolente, episcopatu suo priuatus, in exilium quoquè damnatus est. Cùm autẽ eam rem cognouisset Imperator, & ex animo id sibi placeret, Seuerum quendam, principẽ hæresis Acephalorum, Antiochiam in episcopatum dirigit. Hic episcopatu accepto, qui illius conuersationem & cõsuetudinem detestabantur, in eos pessima quæuis exempla edidit. Dirigit etiàm synodicas suas literas Heliæ Patriarchæ, quo non recipiente, in archiepiscopum Imperatorem excerbauit. Rursùs easdem Hierosolymam versùs mẽse Maio indictione sexta mittit, addita clericorum quorundam & regia quoquè manu: quod cùm percepisset beatus noster pater Sabas, assẽdens cum reliquis eremi pĩdibus in sacram vrbem, eos qui cum synodicis Seueri venicbãt, ex sancta ciuitate exegit. Multitudine autem monachorum vndiquè confluente, omnes ante sacrum Cranium, siue Caluariæ locum, simul cum Hierosolymitis congregati sunt, vnaq; voce exclamârũt, anathema Seuero, omnibusq; qui cum eo communicant, præsentibus & audientibus adhuc Magistrianis principib⁹ & militibus, quos Imperator isthuc miserat. Hic autem Seuerus miris adulationibus authoritatem sibi apud Imperatorem obtinens, & confisus regia potestate, Chalcedonensem synodum infinitis execrationibus deuouit, omnibus ingenij viribus Eutychis opinionem catholicis aduersam, defendere, & porrò spargere conatus. Eutyches autem vnam Christi filij Dei post incarnatiõem ex virgine naturam asserebat, homo peruertens omnia & tumultuarius, qui plurima noua dogmata Ecclesiæ catholicæ fidei & legibus contraria confinxit. probabat enim impijssimam illam & latrocinijs maximè infamem secundam Ephesinã synodum, testatus apertè, illam nõ inferiorem, quàm priorem Ephesi habitam, cẽsendam. Præter hæc eruditione & doctrina æquales affirmabat Cyrillum diuinum Alexandrinorum archiepiscopum, & Dioscorum, qui in communionem recepit Eutychen hæreticum, velutì conuenientem animo & opinionibus suis, & sanctissimum & vnicè orthodoxum Flauianum sanctæ vrbis archiepiscopum, interfecit & sustulit. Atque ità ad omnem impietatem promouens Seuerus his, nihil aliud quàm linguam suam in Dei blasphemiam exacuit. diuisit autem in suis libris in diuisam & vnam in Trinitate deitatem & hypostasin, nullam in his nominib⁹ differentiam agnoscens. Vnam sanctã adorandam & cõsubstantialem diuinarum hypostasẽon trinitatem, naturarum & deitatũ & deorum Trinitatem ausus est dicere. huiuscemodi autem animarũ corruptorem & pestem Anastasius Imperator compulit Heliam archiepiscopum in communionẽ recipere: cumq; nulla ratiõe id ageret, ira exardescens Imperator, Olympium quẽdam Cæsareensem, qui ducatum Palæstinæ curabat, addita generali à Sidone scripta epistola, in qua continebatur, non recipiendam Chalcedonensem synodum, ad Heliam episcopatu deturbandum misit. Olympius autem cum regia potestate accedens, vsus varijs artibus, Heliam abegit, Ioannem verò Martiani filium, consentientem cum Seuero & communicantem, Chalcedonensemq; synodum execrantem, episcopum Hierosolymorum die tertio mensis Septembris, in principio decimæ indictionis instituit. Postquàm autem honorabilis Sabas & reliqui eremi patres audiuissent Ioannẽ consecratum esse à Seuero, congregati apud eum, ex aperto testati sunt, se neutiquàm in communiõem Seuerum recepturos, sed pro Chalcedonensi synodo extrema passuros, præsertim cùm totam populi cateruam habeant commilitantem. Ea ratione Ioannes, quia patres suspiciebat, negligit ea conficere quæ à duce erant ei cõmissa. Anastasius aũt Imperator postquàm percepisset Ioãnẽ fœdera rupisse, in furoré versus, cùm Olympi-

Seuer⁹ princeps Acephalorum.

Eutyches dogmata

Anastasij odiũ in orthodoxos

Olympius ad manus non esset, statìm Anastasium Pamphili ducatui Palæstinæ præfectum mittit, quõ Ioannem compellat, vtì Seuerum ad communiõem recipiat, & synodum Chalcedonẽsem anathemate deuoueat, aut episcopatu deturbet⁹. Hic igitur cùm ingressus esset Hierosolyma, euestigiò Ioannem ad se vocatum, in carcerem publicum dimittit. Totus autem populus ea causa gaudio dissolutus est, quòd is insidiator & ꝓditor archiepiscopi Heliæ fuisset. Quidam autem Cęsareensium ciuitatem gubernans, clàm in carcerem ingressus, consilium dat Ioanni, modò velit rebus suis consultũ, & episcopatu suo minimè priuari, videat nè à quopiam illi persuadeatur, quõ in cõmunionem Seuerũ recipiat. persuadeat autem duci, dicatq́ se omnia quæ iussa sint vt faciat, sinè mora effecturum: verùm nè p vim & necessitatem videatur compulsus, se, vbì liberatus fit è carcere, post duos dies, quo instat dominica, quæuis imperata alacriter facturum. His verò verbis persuasus dux, eum ecclesię sistit: itaque archiepiscopus à carcere liberatus, totum monachorũ cœtum, per noctem ad sanctã ciuitatem cõuocat. Fuit autem numerata eorum multitudo circiter decem millia monachorum. Quandoquidem autem tantam hominum multitudinem ecclesia capere non poterat, visum est, vt ad sancti ꝓtomartyris Stephani templum sese cõferrent, quod tãtæ multitudini videbatur sufficiẽs: quõ minùs autem mali quippiam daretur suspicandũ duci, simulauit omnis turba, se Hypatio consobrino Imperatoris gratulandi causa occurrere, qui à Vitelliana captiuitate liberatus, voti reus, Hierosolymam se cõtulerat. Postquàm igitur omnes tum monachi, tum ciues in ꝓmemorata basilica conuenissent, adfuit & Anastasius dux, & Zacharias vir consularis, adducentes secum cum magna multitudine Hypatiũ in ꝓtomartyris Stephani basilicam, existimante quoquè duce oñia pro regis voluntate & arbitrio euentura. His autem congregatis, in cãcellos ascendit archiepiscopus, comites habens secum Theodosion & Sabam monachorum coryphęos & præsides. Populus autem vniuersus nihil aliud quàm longo tempore exclamabat, Hæreticos anathematiza, synodon confirma. Cõfestìm autem tres illi vna voce Nestorium, Eutychen, Seuerum & Sotericum, Cæsareæ eius quę est Cappadocię, episcopum, & oñes qui synodum Chalcedonensem non recipiunt, condemnant.

Tharasius beatissimus patriarcha dixit: Rectè hactenùs nostras aures patrum præcepta instruxerunt. quid autem, ab hæreticis creatos recipiemusne, an minùs?

Sancta synodus dixit: Sanè domine, satìs sumus instructi, & sunt recipiendi.

Tharasius beatissim⁹ patriarcha dixit: Sanè & plurimi qui in sexta synodo præsides fuerũt, à Sergio, Pyrrho, Paulo & Petro, doctoribus (inquam) hæreseos monothelitarum, fuêre creati. Sed & hi vicsìm Constantinopolitanas sedes inter clerum distribuerunt, & ab extremo eorum doctore Petro, vsque ad sextam synodum, anni non pauciores quàm quindecim interceserunt. Qui verò intermedijs temporibus fuerunt, Thomas scilicet, Ioannes & Cõstantinus, ab hæreticis fuerunt ordinati, verùm ea de causa nõ sunt reprobati. Circiter enim quinquaginta annos hæresis illa viguit: & tamen in sexta synodo patres quatuor illos ꝓnominatos tãtùm damnârunt, quumq́ eorum ordinationem reliquerint, Loc⁹ mutil⁹

Sancta synodus dixit: Clarum est.

Constantinus reuerendissimus episcop⁹ Constantiæ eius, quæ est in Cypro, dixit: Satìs iam videtur mihi confirmatum, eos qui ab hęreticis ordinati sunt, recipiendos: si qs verò destinato animo ad hæreticos se cõtulerit, ab eisq; ordinatus fuerit, eum nequaquàm recipiendum.

Venerabiles monachi dixerunt: De his quoquè diui Basilij ad Nicopolitas epistolam habemus, rogamusq́ue vt audiatur.

Tharasi⁹ beatissim⁹ patriarcha dixit: Legat.

Constantinus diaconus & notarius legit:

Ex Epistola B. Basilij ad Nicopolitas

Ex epistola beati patris nostri Basilij ad Nicopolitas:

Non noui episcopum, neque inter sacerdotes Christi numerauerim, qui à cõtaminatis manibus in fidei vastationem, ad dignitatem aliquã fuerit prouectus. Hoc meum est iudicium: vos verò si quam habetis vobiscum electionem, ipsi iudicate consultateq́ue, quandoquidem vnusquisque suæ sententię dominus est, nos verò innocentes à sanguine isto. Hęc autem vobis scripsi, nõ quòd quicquam diffidam, sed vt quorundam ambiguitatem confirmem, & explicẽ, prolata in diuersum mea sententia, nè scilicet quoslibet ad communiõem suscipiatis, nève manuum impositionem ab eis recipiatis, vt postea pace facta, violẽter seipsos sacerdotali complemento adnumerent.

Venerãdi monachi dixerunt: Eccè pater hæreticorum creationem, in eo quod inqt, Neque inter Christi sacerdotes numerauerim, qui ab impuris manibus in fidei vastationem, ad dignitatem aliquam fuerit prouectus, omninò auersatur.

Tharasius sanctissimus patriarcha inqt: Et ego profectò, qui ob huiuscemodi causam & in fidei dissolutiõem creati sunt, abominor. Tum aũt maximè, quotiès orthodoxi episcopi fuerint prẽsentes, à quib⁹ potuêre creari. Hæc autem est sententia beati patris, si synodica cõuocatio fuerit facta, & ecclesiarũ in recta fide concordia, qui ausus fuerit impuris hæreticis creandum sese dare, deponi dignus est.

Sancta ſynodus ait: Hæc vera ſententia eſt.

Venerandi monachi dixerunt: Id verò, quod in fine epiſtolę ſcriptum eſt, vt poſteà pace facta violenter ſeipſos ſacerdotali cõplemento adnumerent, & poſt pacem creatos quoquè non recipit, quid ſibi vult?

Tharaſius beatiſſ. patriarcha dixit: Nequaquàm inquit pater eos non recipiẽdos, ſed nè vim ſuſtineant, volentes viiri rectè ſentienti clero. Sanè enim, nõ ex neceſſitate & difficultate, hoc fiet. Attamen diuinus pater cùm per ea tẽpora plurimi eſſent epiſcopi orthodoxi, alumnis eccleſię Arrianorum creatiõem interdixit. Nulla enim aderat defenſio. Quòd autem illud ità ſe habeat, quodq́ue non ignorârint ſententiam patris noſtri, qui fuerunt in eccleſiæ functionibus illi ſucceſſores, q̃ ab hæreticis electos, deindè verò emendatos receperũt, clarum eſt ex ſuperioribus. In oñibus enim patres ſibi conſona ſcribunt, contrarietasq́ue inter ipſos nulla reperitur: ſed illi videntur ſibi cõtraria apud illos notare, qui diſpoſitionẽ dictorũ & ſcopos eorũ non intelligũt.

Venerabiles monachi dixerunt: Aptè ſoluta eſt dubitatio.

Sancta ſynodus dixit: Epiſcopi qui confeſſi ſunt, proprios libellos, quòd ad Eccleſiam rediêrint, legant.

Tharaſius beatiſſimus patriarcha dixit: Legant. diſcuſſa enim exactè quæſtionum duarum capitalium hypotheſis eſt, de ijs videlicet qui ad Eccleſiam catholicam ex hæreſi redeunt, & q̃ ab hęreticis ſunt ordinati.

Hypatius epiſcopus Niceæ, ſuum libellũ legit: eſt autem idem libellus, quem etiàm Baſilius reuerendus Ancyræ epiſcopus fecit. Leõ epiſcopus Rhodi, Nicolaus Hierapoleos, Gregorius Peſſinuntûm, Georgius Antiochię Piſſidiæ, & Leo Carpathi, æquales libellos exhibuerunt.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Confeſſiones cognoſcentes, vbi libellos legerimus, in ſecunda congreſſione receptio illorum fiet, modò nihil apud eos ſit quod impediat.

Sancta ſynodus dixit: Fiat vt iubes. Intereà ſancta ſynodus exurgens, in hũc modum fauſta precata eſt: Multi ſint anni Cõſtantini & Irenes, maximorum regum & Imperatorum multi ſint anni, Multi ſint anni orthodoxis imperatoribus. Compeſce Domine hæreticorum vanas voces, da nomine illis piam vitam.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Pax Domini ſit cum omnibus nobis. Amẽ.

ACTIO SECVNDA.

IN nomine Dñi & dñatoris Ieſu Chriſti veri Dei noſtri, imperantibus piiſſimis & Chriſti amantiſſimis dominis Conſtantino & Irene, pia eiº matre, anno octauo cõſulatûs eius, ſub ſexto Kaleñ Octob. indictione vndecima, cõueniente ſancta ac vniuerſali ſynodo, quæ per diuinam gratiam & à Deo decretorum Imperatorũ piam ſanctionem in Nicea ſplendida metropoli, puincię Bithynię congregata eſt, videlicet Petro religioſo protopresbytero Eccleſię ſanctiſſimæ diui Petri apoſtoli apud Romanos, & Petro venerabili presbytero, monacho & præſide mãſionis piæ ſancti Sabæ apud Romanos, retinentibus locum Apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi archiepiſcopi veteris Romę Adriani, Tharaſio beatiſſ. archiepõ almę vrbis Cõſtantinopoleos nouæ Romæ, Ioanne item & Thoma religioſiſſimis presbyteris monachis, retinẽtibus locum apoſtolicorum thronorũ Orientalis diœceſeos, cõſiſtentibus his ante ſacros cancellos templi ſanctiſſimæ eccleſiæ cognominatæ Sophię, præſentibus ſimul & audientibus illuſtriſſimis iuxtà ac magnificentiſſimis ſenatoribus, nimirùm Petronio glorioſo exconſule patricio, & Theophylacto comite imperialis obſequij, Ioanne regio oſtiario, & quæſtore ærarij militaris, & tota deniquè ſynodo iuxta ordinem in priori actione præſcriptum: præſentibus etiàm religioſiſſimis Archimandritis præſidibus, & toto monachorum cœtu, propoſitis in medium ſanctis & inuiolatis DEI euangelijs, Nicephorus reuerẽdus diaconus & chartophylax ſacri patriarchatûs, dixit: Ante fores huius venerãdi templi regius quiſpiam homo adſtat, Epiphanium Neocęſareę epiſcopum ſecum adducens.

Tharaſius beatiſſimus patriarcha dixit: Ingrediantur.

Mox ſplendidiſſimus regius Mãdator ingreſſus, ait: Miſſus fuerã ab optimis noſtris dominis, vt venerãdum epiſcopum Neocęſareæ ad piam & ſacram veſtram ſynodum adducerem, quem iam vobis iſto.

Sacra ſynodus reſpondit: Deus pios noſtros Imperatores cuſtodiat & conſeruet.

Tharaſius beatiſſimus patriarcha ad epiſcopum Neocæſareæ ait: Num ignota tibi hactenùs fuit veritas, aut cognitam contẽpſiſti? & ſi ignota tibi fuit, non pudet te rectum ſermonem minimè didiciſſe, quemadmodùm nõ puduit te didiciſſe peruerſum?

Gregorius venerandus epiſcopus Neocæſareæ, dixit: Quandoquidem vniuerſus iſte cœtus idem loquitur & idem ſentit, didici & inſtructus ſum, quòd hæc ſit veritas, quæ nunc exiſtimatur & prædicatur. Et ea de cauſa veniam poſtulo meorũ anteà delictorum. Cupio autem & cum omnibus his illuminari & doceri. Siquidem errata mea & delicta infinita eſſe agnoſco, & pro pœnitentia apud ſanctam ſynodum beatumq́; dominum ſolicito. Gregor epiſcop epiſcus

Tharaſius beatiſſimus patriarcha dixit: nisi fortè verſuto velamine & prętextu mẽtem tuã inumbres, verbis quidẽ veritatẽ exprimens, ſed animo interim doloſo aliud ſentiſentias. Gregorius venerandus epiſcopus Neocęſareæ, ait: Abſit, veritatem confiteor, neque eſt curmentiri velim, aut verba mea diſtorquere.

Tharaſius beatiſſ. patriarcha ait: Debueras ab hinc multo tempore aures aperuiſſe, & Paulum diuinũ apoſtolum audiuiſſe, di-
2.Theſ.2.d centem: Traditiones quas accepiſtis, ſiue p ſermonem, ſiue per epiſtolas noſtras, ſeruate. Et iterùm Tito & Timotheo ſcribẽtem:
1.Tim.6.d& 2.Tim.2.c d Tit.3.c Impuras verborum vanitates reſpuite. quid autem impurius & vaniloquentius, quàm Chriſtianos idololatriæ ſtudioſos dicere?

Gregorius venerandus epiſcopus Neocæſareæ, dixit: Malum eſt, & malum eſſe cõfitemur: ſed ſic factum eſt & fecimus: ea verò de cauſa veniam delictorum noſtrorum poſtulamus. Confiteor domine coram honorificentia ſanctitatis tuæ, omniumq́; fratrum ſanctæ ſynodi, quòd errauimº, & iniquitatem improbitatemq́; deſignauimus, & veniam ob id poſcimus.

Tharaſius beatiſſimus patriarcha inqt: Placeat vt ſequenti auditione cum libellis quæ ad eum pertinent, cognoſcamus.

Sancta ſynodus ait: Vtiubet ſanctitas tua, cum libello in ſequẽti actione adſtans epiſcopus veniat, & iuxta conſtitutum agetur.

Leontius glorioſiſſimus Imperatori à ſecretis, dixit: Sacra & à Deo collecta ſynodº meminerit, in priori conuentione Dei obſeruantium magnorum Imperatorum noſtrorum fuiſſe lectas literas, in quibus mentio fiebat ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi veteris Romæ, & religioſiſſimorum pontificum orientis ſynodicarum literarũ, quas in duobus quaternionibus adducimº, de quibus vos, quid fieri vultis, admonemº.

Sancta ſynodus dixit: Legantur libelli beatiſſimi & ſanctiſſimi archiepiſcopi veteris Romæ. Et legit eas Nicephorus glorioſiſſimus ab imperialibus ſecretis.

Interpretatio literarum Romanarum Adriani Romani archiepiſcopi.

Epiſtola Adriani papæ ad Cõſtantinũ Imperatorem & Irenen eius matrem. *DOMINIS PIISSIMIS ET Sereniſſimis victoribus, triumphatoribus filijs in Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto dilectis, Conſtantino & Irenæ Auguſtis, Adrianus ſeruus ſeruorum Dei.*

2.Cor.4. DEus qui iuſſit è tenebris lucem ſplendere, quiq́; nos à poteſtate tenebrarum, per filij ſui, veræ ſcilicet lucis incarnationem, liberauit, in quo cuncta diuinitatis ſuæ ſpecimina iuſſit conuerſari, per quem etiàm vniuerſa renouauit, ſimul in illo perſanguinem crucis illius, cùm ea quæ in cælis, tum in terra exiſtentia pacificans, per diuitiarum bonitatis ſuæ plenitudinẽ, in Eccleſiæ ſuæ faciem reſpiciẽs, pietatem veſtrã & prædeſtinatam ſerenitatem imperatoriæ manſuetudinis, ad perfectionem fidei vocare non dedignatus eſt, quõ omnem mendacij improbitatem per vos contegat, veritatemq́ue in lucem producat. Poſteaquàm enim q̃ à veſtra ſerenitate & pietate nobis miſſa ſunt, cognouimº: dici nõ poteſt, quãtoperè cor noſtrum gauiſum ſit. tanto enim gaudio & lætitia repleti ſumus, vt ne humana quidem lingua explicare ea ſufficiat. Quemadmodùm enim à ſuperioribus hæreſeos ſchiſmatibus eramus conterrefacti, ità nunc rursùm per veſtram iuſſionem exultatione ſumus perfuſi. nam in regia veſtra ciuitate venerãdarum imaginum cauſa iuſſiſtis retractari, quæ à retrò Imperatoribus turpiter in eas commiſſa ſunt. Hi enim non ſolùm eas ſubuerterunt, ſed & contumelia affecerunt, ridiculas eas exiſtimantes, atque vtinàm nõ computet illis peccatum hoc altiſſimus. Satiùs enim fuiſſet, ne iniecisſe q̃dem manus in Eccleſiam. vndè factum, vt totus Orientalium partium populus in errorem ſit inductus, & in propria exiſtimatione & voluntate rebus eccleſiæ abuſi ſint, donèc in regni ſolium vos erexit, quos ſciebat in veritate illius gloriam inquiſituros, & quæ à ſanctis Apoſtolis cunctisque doctoribus tradita erant, conſeruaturos: honoremq́ue debitum venerandis imaginibº, quæ per amentiam hæreticorum ſubuerſæ fuerant, redditurum. Nupèr verò per piam veſtram iuſſionem de voluntate veſtra inſtructi, omnipotentẽ Deum pro veſtro imperio precibus ſolicitantes, gratiarum actione gloriam illius prædicauimus. Illud aũt in ſtabilimentum & confirmationem regni veſtri maximè ſit, quòd magnum opus hoc aggreſſi eſtis, quod ſinè mediatione veſtra in hoc mundo vix fieri poteſt: reddetur eñ iam ſibi vetus & antiqua orthodoxa fides, reſtituentur venerandæ imagines in eam faciem, qua in prima Eccleſia conſpectę ſunt. Vos autem partẽ habebitis cum eo, qui nũc in diuina requie quieſcit, Conſtantino Imperatore & Helena eius matre, qui orthodoxam fidem illuſtrârunt & confirmârunt, adeoque ſanctam matrem veſtram catholicam & ſpiritualem, Romanam Eccleſiã exaltârunt, vt planè ſpes ſit, eorum piam appellationem in veſtra cognomenta pijſſima & à Deo data tranſituram, vt per omnem terrarũ orbẽ nouus Cõſtantinus & noua Helena p̃dicet, p quos ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia renouabit. Vos aũt maximè in traditiõe orthodoxæ fidei Eccleſię B. Petri & Pauli principum apoſtolorum acquieſcetis, eamq́ue amplectemini, quemadmodùm à ſuperioribº Imperatoribus factũ eſt, qui vicarium eius ex toto corde dilexerũt. Quapropter veſtra quoquè à Deo data maieſtas, ſanctiſſimã Romanã Eccleſiã principum Apoſtolorum, quibus à deo ipſo data eſt poteſtas ſoluendi & ligandi peccata cùm Matth.16.b in cælo, tum in terra, honorabit. Ipſi ſcilicet Coloſſ.1.e

regni vestri propugnatores erũt, cunctasq́;
barbaras nationes pedibus vestris subijci-
ent, vt quocunquè ire perrexeritis, victo-
res vos declarent. Hi siquidem principes
apostolorũ sunt, qui catholicam orthodo-
xam fidem auspicati, per scripta quidem ve-
lutì legibus latis fidem suam seruãdam prę-
ceperũt: omnibus scilicet, qui in sedes illo-
rum successuri erãt, & in fide eorum vsque
ad consummationẽ seculi permansuri, atq;
ità nostra seruat ecclesia, & sanctas eorũ fi-
guras veneratur, vndè in hunc vsque diem
Sylnestri & Constãtini historia, cõfirmata etiàm authoritate & literis Adriani papæ. venerandis horum imaginibus ecclesię no-
stræ ornatæ ac conspicuæ sũnt. Quemad-
modùm sanctissimus & beatissimus papa
Syluester in principio Chrianorum nostro-
rum orthodoxa fide testatur. Cùm aliquã-
dò felicis recordationis Constantinus Im-
perator per noctem somnum caperet, eccè
beati apostoli Petrus & Paulus dormienti
adstiterunt, dicentes: Quandoquidem san-
guinis infantium effusionem morbi tui gra
tia fieri iussisti, en à Christo missi sum9, quô
sanitatem tibi afferamus. Audi igitur no-
strum consilium, & ea quæ tibi præcipi-
mus, fac impleas. Principiò Syluestrum epi-
scopum, qui persecutionis tuæ gratia Ro-
for. *Soractieno ma exulat, & in * Sorapeno monte clàm in
speluncis cum clero latitat, cura ad te voca-
ri. Is tibi lauacrum pietatis, in quo lauabe-
ris, præparabit, dabiturque tibi non modò
lepræ, verùm omnium morborum sanitas.
Cumque præclaris istis bonis fueris recrea-
tus, confestìm iubeto, per omnia loca Ro-
manorũ ecclesias restaurari, te verò ipsum
purum, abiecto idolorum cultu, declara-
bis, cultumq́ae debitum soli Deo vero ado-
rando exhibeas, iuxta illius voluntatem oĩa
tua consilia disponens. Imperator itaque è
somno excitatus, omnes suos aulicos, qui-
cunq; in palatio erant, cõuocauit: quodq́;
per insomnium illi ostensum fuerat, expo-
suit: nec mora aliqua, sed confestìm mini-
stros suos ad*Sorapenum montem, in quo
beatus pater Syluester cum clero, vacans le-
ctiõibus sacrorum librorum, latitabat, mi-
sit. Iam cùm vndiquè videret milites circũ-
cingentes montem inquirendi causa, existi-
mãs quòd ad martyrium raperetur, clerum
ità affatus est: Eccè nũc tẽpus expectatum,
eccè nũc dies salutis. Egresso autem de spe-
lunca narrârunt milites, qua de causa quæ-
reretur: cùm quibus ad Imperatorem, tra-
hens secum comites tres presbyteros cum
duobus diaconis, profectus, cùm Impera-
torem vidisset: Pax tibi, inquit, ô imperator
sursùm de cælo & victoria. Imperator itaq;
hilari oculo & tranquillo animo illius ver-
ba exaudiens, quæcũque sibi per insomnia
fuerant reuelata, beato Syluestro exposuit.
Postquàm aũt finẽ narrationis fecisset, q̃si-
uit Imperator, qualésnam arbitraretur esse
deos Petrũ & Paulũ quos viderat? Respon-

dit pater, nequaquàm esse deos, sed seruos
& discipulos Dñi nostri Iesu Christi, quos
in hoc elegisset, vt oẽs gẽtes cõuerterent, vt
crederẽt in eũ. Hæc cùm audiuisset Impera-
tor, pcontatus est, nũ alicubì essent historię
illorũ: mox beatus Syluester per diaconos
adferri, quas habebat, apostolorum imagi-
nes iussit: quas cùm Imperator adspexisset,
clara voce proclamauit: Hi sunt quos p vi-
sum conspexerã, neque ampliùs incredulus
sum: paret lauacrũ in meã salutẽ. Cõstructo Baptizatur Romæ Cõstãtinus.
aũt lauacro, cùm sacro rore tinct9 esset, con-
festìm est sanitati pristinæ restitut9. Deindè
non immemor accepti beneficij, ecclesias
Dei exędificare cœpit, colũnas eorũ passìm
sacris imaginibus in memoriã incarnatiõis
Dñi nostri Iesu Christi, oñiumque sancto-
rum reuerentiã exornauit: nec alia de causa,
quàm vt Christianismũ in lucẽ & veritatẽ,
Deique cultũ pueheret, & oẽs gentes à cul-
tu idolorũ & diabolica deceptiõe cõuerte-
ret. Quẽadmodùm etiàm diuus pater Gre-
gorius apostolorum successor pdicauit, ob
id depingi in templis euãgelicas historias,
vt homines illiterati, & q sacros libros lege-
re nequeunt, (quorũ sanè maxima pars est)
conspectis illis redderent Deo gloriã, & re-
ducerent in mentẽ, q̃ in carne conuersatio
Domini nostri Iesu Christi fuisset. Vt taceã
interìm orthodoxos alios & Christianissi-
mos Imperatores, cum sacerdotibus omni-
bus & honestis viris Deum colẽtibus, simul
etiàm cũ vniuerso Chriano populo, q oẽs
iuxta antiquã sanctorũ patrũ traditionem,
venerandas imagines & receperũt & tenẽt,
& in memoriã & cõpunctionem cordis cõ-
seruant, & in hunc vsq; diẽ venerant. Neque
aliter fiebat in partibus & regionibus istis,
donèc proauus vester ex impiorum quorũ-
dam instructione venerandas imagines ab-
stulit. Ex quo tempore magnus error Græ-
ciam istã inuasit, vndè non contemnẽdum
scandalum in mũdo factum est. Sed væ illis,
per quos scandala in mundum irrepserunt,
vt ipsa veritas mentiri nescia testatur. Qua
de causa in magnam tribulationem vterq;
Gregorius, Romani pontifices per ea tem-
pora sanctissimi, coniecti sunt. Sæpiùs eti-
àm proauũ vestræ serenitatis admonuerũt,
nè sineret venerandas imagines de statu suo
deijci. verùm illorum salutiferæ preces ne-
quicquàm fusæ sunt, animumq́; illius haud Matth.18
quicquàm commouerunt. Post id & Zacha
rias, Stephanus, Paulus, & alter Stephanus,
qui nobis in episcopatu huius almę vrbis p-
cesserunt, auum patremque vestræ serenita-
tis, pro restitutione sanctarum imaginum,
sæpè interpellârunt. Eadem ratione & no-
stra exiguitas imperatoriam vestram maie-
statem cum omni humilitate obsecrat, si-
nat aliquandò recordationis causa erigi in
Ecclesias sacram Iesu Christi iuxta incarna-
tionem humanitatis imaginem. ponatur in

aula Dei similitudo, eius sanctæ matris, san-
ctorum quoq; & beatorum apostolorũ, p-
phetarum, martyrum & confessorum, & ex
animi desiderio eas veneremur, quẽadmo-
dùm à sanctissimis patribus maioribus no-
stris, probatissimisq́; pontificibus, nobis à
multis seculis traditum est. Reliquum est, vt
mansuetudo Imperatoria in partibus illis
Græciæ hoc idem imperet, & orthodoxam
Ioan.10. fidem confirmet, quô iuxta scripturam vnũ
sit ouile & pastor vnus: cùm videat in vni-
uerso terrarũ orbe, vbì Christianismus pol-
let, ab omnibus fidelibus venerandas ima-
gines honorari: nimirùm vt per visibilẽ fi-
guram, ad inuisibilẽ magnitudinis eius di-
uinitatem spirituali dispositione mẽtes no-
stræ rapiantur, secũdùm carnem quam Dei
filius propter salutem nostram suscipere di-
gnatus est, redemptorẽ nostrum in cęlis ex-
istentem adoremus, & in patre glorificãtes,
Ioan.4. laudemus, quẽadmodùm scriptum est, Deus
spiritus est: & illud comprobãdo, secũdùm
spiritum Deitatem illius adoramus. Nequa-
quàm autem sic statuamus, quẽadmodùm
quidã nugãtur, vt imagines tanquàm deos
cõficiamus. Labor enim & fatigatio nostra,
quem exhibemus, in desideriũ Dei sancto-
rumq́; eius perficitur. Et quẽadmodùm sa-
cra scriptura imagines in memoriam vene-
rationis habet, sic & nos eas habeamus, ser-
Deus primus imaginem finxit. uantes tamen perpetuò fidei nostræ purita-
tem. Quin etiàm factor noster & artifex Do-
minus Deus, iuxta propriam imaginem &
Adam similitudinem, hominẽ de luto terrę finxit,
illuminauitq́;, in libera potestate sui ipsum
Gen.2.d constituens. Prætereà primus ille homo li-
beri arbitrij existens, cuncta animantia ter-
ræ & volatilia cæli, annuẽte Deo, nominib9
proprijs vocauit. Abel autem ex primitijs
Abel ouilis sui, propria voluntate dona Domino
Deo obtulit, de quo legimus: Respexit Do-
Gen.4.a minus ad Abel & ad munera illius. Deindè
Noe Noe post cataclysmum, hòc est, diluuiũ alta-
Gen.8.d re propria voluntate Domino cõstruxit, &
ex omnibus animalibus & volatilibus pura
dona in altare hoc attulit. Similiter etiàm
Abraham Abraham, quemadmodùm testatur scriptu
ra, propria volũtate aram extruxit in hono-
rem & gloriam Dei, quemadmodùm appa-
Iacob ruerat. Iacob etiàm, cùm fugisset à facie fra-
Gen.28.cd tris sui, vidit per visum angelos Dei per sca-
lam ascendentes & descendentes, & Domi-
num innixum scalæ, ad se loquentem. Post-
quàm autem surrexisset, ex sua volũtate la-
pidem, in quo caput declinârat, sustulit: &
vbì erexisset eum, infudissetq́; oleum super
eum, vocauit locum Bethel, dicens: Non est
hîc aliud quàm domus Dei. Ob quam sanè
causam non legimus illi iratum Deum. non
enim illi exprobrauit, quòd sua voluntate
lapidem erexisset. Etenim ô serenissimi filij
principes & rectè sentientes Imperatores,
quæcunq; in admonitionem hominum ad

gloriam Dei spectantia fiunt, Deo displice-
re nequeũt. Rursùs idem Iacob ille in sum- Gen.49.f
mitate virgæ suæ adorauit, fide dilectionis Heb.11.d
id agẽs. De qua beatus Paulus apostolus in
epistola ad Hebræos dicit. Non quòd virgã
illam, sed tenẽtem eam, in signum dilectio-
nis adorauit. Quid hoc sibi vult? nimirùm
quòd & nos iuxta desiderium & amorem,
quo erga Deum sanctosq́; illius affecti su-
mus, figuras in imaginibus repręsentemus.
Non inquam in coloribus & tabulis hono-
rem constituentes, sed eorum prædicantes
gloriam, quorum appellationem imagines
referunt. accedamus iterùm ad scripturam, Moses
videamusq́; quid Mosi à Domino manda- Exo.37.
tum fuerit, cùm illum iuberet propiciatori-
um de auro mundissimo conficere, quod
duos cubitos & dimidium in lõgitudine, &
cubitum & semissem in latitudine conficie- Exo.25.37.
bat. Duos quoquè cherubin aureos & pro-
ductiles ex vtraque parte oraculi. Et paulo- Exo.40.38. & 39.
pòst: Impones testimoniũ quod dabo tibi,
quo operienda est arca. Et loquar ad te su-
pra propiciatoriũ, ac de medio duorũ che-
rubin qui erunt super arcã testimonij. Quin
etiàm in velis & cortinis tentorij, duorum
cherubim opus textile & diuersicolorium
fieri iussit. Ex his animaduertendum est, se-
renissimi domini & filij principes, Deũ oñi-
potentem Dominũ nostrum, de medio che-
rubim manu hominum factorum, pro salu-
te populi non dedignatum loqui. Quam-
obrem non est dubitandum, omnia quæ in
ecclesijs Dei ad laudem & decorem domûs
illius constituuntur, sancta & colenda esse.
Sed & hoc, ô serenissimi Imperatores, ad in-
credulorum certiorem fidem & errantium
castigationem adijciendum est, non frustrà
Mosi famulo suo, quemadmodùm in libro
Numerorum legitur, propter pestem in po-
pulum grassantem, pręcepisse: Fac serpentẽ, Num.21.b
& pone illum in signũ, & qui tactus fuerit,
illumq́; inspexerit, viuet. Fecit igitur Moses
serpentem æneum, & posuit illum, & seruati
sunt. O insaniam infrementium aduersùs
fidem & cultum sacrum Christianorum, ô
stultitiam vetantium venerandas imagines
honorari, in quibus seruatoris nostri, cuius
potentia genus humanum & constat ad-
huc, & seruatur: & prætereà genitricis eius,
omniumque sanctorum historiæ continen-
tur. Nam si Israeliticum populum, per in-
spectionem ænei serpentis, seruatum à sua
peste credimus: CHRISTI verò DEI
& Seruatoris nostri, omniumque sancto-
rum figuras contemplantes & venerantes,
dubitamus nos seruari? Absit vt ampliùs
dubitemus. Absit vt à patrum sanctorum
traditione, diuersa sentiamus. hæreamus in
doctrina illorum, nec ab illa declinemus.
Et Solomon in eo templo quod Domi- 3.Reg.6.d
no ædificauit, Cherubim in gloriam DEI
fecit, & diuersis coloribus illud adorna-

uit. Quarè ergò non & nos quoquè sentientes rectè, confessionē fidei nostræ & speciositatem domûs dei ex diuersis coloribus & picturis exornabimus? Cùm & Esaias ꝓpheta dicat: In diebus illis erit altare dominī in medio terræ Aegypti, & columna cōtinens fines eius: & erit in signum & testimonium Domino in terra Aegypti. Clamabūt enim ad Dominum à facie tribulantium, & mittet eis saluatorem, & propugnatorē qui líberet eos. Quin etiàm psalmorum cantor Dauid hymnum canens, dicit: Confessio & pulchritudo coram eo. Iterùm: Domine, dilexi decorem domûs tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Rursùs idem aduentum & incarnationem filij Dei seruatoris nostri prædicans, magnificè faciem illius, iuxta dispensationē incarnationis illius adorandam censet, dicēs: Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Iterùm: Faciem tuā supplicabunt diuites populi. Rursùs: Signatum est super nos lumē vultûs tui Domine. Qua de causa diuus Augustinus, magnus ille doctor, in sermonibus adhortatorijs suis inquit: Quid est imago Dei aliud, nisì vultus Dei, in quo signatus est populus Dei? In cuius cōsensum & diuus Gregorius Nyssæ episcop⁹, de patriarcha Abraham sermonem faciens, dixit: Vidi non infrequenter passionis figuram, neq; sinè lachrymis eiuscemodi picturam transij, cùm scilicet opus artificij in personam significatam demonstratum esse viderem. & reliqua, quę ex interpretatione in cantica canticorū adfert. Nec aliter deinceps subsequēs ex eadem doctrina sonat. Nunquìd materia diuersorum colorum, animæ imitationē non repræsentat? Nam qui imaginē adspicit, quę ex arte per diuersos colores in tabula est expressa, non ex pictura & colorum tinctura similitudinem accipit, sed ad contemplationem primi exemplaris, animum reducit. Quin etiàm in epistola diui Basilij, qua in Iulianum desertorem inuehitur: Quemadmodùm à Deo Christianam & inculpabilē nostrā fidem, velutì hęreditario iure accepimus, sic confiteor, & in eo maneo. Credo autem in vnum Deum patrem omnipotentem, Deum patrem, Deum filium, Deū spiritum sanctum, Vnum Deum hęc tria adoro & glorifico. Confiteor etiàm filij incarnatam οἰκονομίαν: deindè sanctam Mariam, quæ secundùm carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans. Suscipio etiàm sanctos Apostolos, prophetas & martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quō per illorum mediationem propicius mihi sit Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratìs largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorū honoro, & palàm adoro. hoc enim nobis traditum à sanctis Apostolis, non est prohibēdum, sed in omnibus ecclesijs nostris eorum historias erigimus. Idem in sermone in quadraginta martyres: Quin etiàm bellorum trophæa & victorias, & historici scriptores & pictores demonstrant, hi quidem oratione rem exornantes, hi verò in tabulis depingēntes, multos ad virtutem & virilitatem excitārunt. Siquidem quæ historia oratione exprimit, hæc tacens pictura per imitationem ostendit. Ioannes quoquè Chrysostomus episcopus Constantinopolitanus, in sermone in parabolam de semente: Nónne iniuria afficit regem, qui regiam vestem violat? Nō nouisti, quòd is qui iniuria afficit imperatoriam imaginem, in Imperatorem ipsum velutì exemplar imaginis, eiusq; dignitatē iniurius est? Nescis quòd quicunq; ex ligno & coloribus imagini conuicia dicit, illū nō damnari, velutì in rem inanimatam, sed cōtra regem ipsum dixerit? Iudicatur enim occultè regi iniuriā intulisse. Et rursùs ex eodem in sermone in sanctam quintam diem paschę: Omnia facta sunt in gloriam Dei, & ad nostram doctrinam: quarè ad pluuię ministerium dictū est: Impleatur terra fructuū copia, mare natantibus: omia Deo seruiūt, immò potiùs imagini Dei. Nam cùm regiæ figuræ & imagines, in ciuitates inferuntur, populus non ipsam tabulam, aut ex cera factam imaginē honore prosequitur, cumq; magistratu illuc obuiàm procedit, sed potiùs regiam historiā & velutì præsentiā suscipiunt: eodem sanè modo & ipsa creatio nō terrenam istam speciem, sed cælestem historiam admiratē. Similiter beati Cyrilli verba ex interpretatione eius in sanctum Matthæi euangeliū, adferimus. Sic enim inquit: Fides enim depingit verbum quod in forma Dei existit, quod liberata nostra vita adiunxit se DEO, similitudineque nostra adsumpta factū est homo. Idem paulopòst: Imaginum vsum nobis supplent parabolæ, quæ signorum virtutem nobis subijciunt, nimirùm per oculorum appositionem, manuum tactū, & quæ in nudo intellectu contemplationem obscurè habēt. Adducamus etiàm & diui Athanasij Alexādrini episcopi verba, de eo quòd dominus carnem humanam adsumpsit. Ex multis commodè pauca sumentes, scripsimus: Quandoquidem ea quę in tabulis picta sunt, cùm figura per sordes & situm deleta fuerit, necessarium est, vt denuò pingatur & reficiatur, modòtalis sit, vt adhuc renouari in eadē materia & tabulis possit. Nam per eādem formam & materiam, in qua depingit, nō destruitur: verùm potiùs in eo quod antè fuit, cōsensit. Dicamus & aliud ex diui Ambrosij ad Gratianū Imperatorē libro tertio, capite nono: Quid ergò? nunquìd, cùm diuinitatem & carnem adoramus, Christū diuidimus? num, quandò in eo & diuinā imaginem & crucem adoram⁹, ipsum partimur? Absit. Itidèm audiamus, quid nobis beat⁹ Stephan⁹ episcopus Bostrorum prædicet: Quicunque imagines diuorum cōfitentur, non errant. siquidem omne opus factum in nomine Dei, bonum & sanctum est. Aliud enim imago, aliud ἄγαλμα, hoc est, animalis abiecti statua. Quandò nanq; Deus Adam plasmauit, hoc est, creauit, dixit: Faciamus hominem secūdùm imaginem & similitudinem nostram, & fecit hominem in imagine DEI. Ergò quòd imago Dei sit homo, ob id statua, deorum est idololatria & impietas? haudquaquàm. Etenim si Adam imago dæmonum fuisset, vtiquè reprobandus fuisset & receptu indignus: quandò verò Dei imago est, honore prosequendus est & admitti dign⁹. Omnis enim imago, siue angelorum, siue prophetarum, aut Apostolorum, aut martyrum, aut alio quì iustorum virorum, in nomine Dei facta, sancta est. Non enim ipsum lignum honoratur, sed ipsum illud quod in ligno datur contemplandum: atque ità per recordationē veneratio exhibetur. Omnes enim principes, etiamsi pessimi sint peccatores, adoramus & reuerenter salutamus. quid vetat igitur, quō minùs non liceat & sanctos Dei ministros venerari, & in memoriam eorum imagines statuere & erigere, nè in obliuionem perpetuam veniant? Verùm, inquis, Deus ipse manufacta prohibuit adoranda. Dic mihi, ô Iudæe, quid est quod super terram extet, quod non sit manu hominum factum, postquàm à deo fuerat creatum? Quid? arca Dei, quæ ex lignis Sethim constructa est & ædificata, nónne opus est hominum? Quid altare? Quid propiciatorium? quid vrceus, in quo manna recondebatur? quid mensa & candelabra? quid interiores & exteriores cortinæ? súntne opera manuum haminū, quę Solomon fieri mandauit? Quamobrem ea quæ sancta sanctorū dicūtur, cùm sint manufacta, præterea Cherubim & sex alata illa, quæ circa altare Domini fuerunt, cùm sint animalia., & imagines angelorum, opera manuum hominum, non fuerunt eiecta, & à Iudæis proculcata? Non aliam sanè ob causam, quàm quòd dei mandato, imagines fuerunt angelorum sacratæ. Gentium autem idola, quia imagines fuerunt dæmonum, Deus eiecit & condemnauit. Nos verò in memoriam sanctorum imagines facimus: quorum, ais? Abrahæ, Mosis, Eliæ, Esaiæ, Zachariæ, reliquorum q; prophetarum, Apostolorum, & sanctorum martyrum, qui propter Christum tribulati sunt, quō omnis qui in imagine cōtemplatur, illorum & meminerit, & glorificet Deū, qui illos quoquè magni fecit. Decet siquidem eos honor & veneratio, propter iustitiam eorum, vt omnis qui viderit eos, in imitationem illorum operū ducatur. Qualis verò iste est adoratiōis honor? profectò nō alius, quàm is, quo nos peccatores quoquè inuicèm prosequimur, salutantes nos inter nos per honorationem & dilectionē. Quid aliud apud Dominum Deum uostrū tentamus, quàm adorantes, glorificantes & trementes eum? Imago enim nihil aliud est, quàm figura illius, *In qua pictura expressus est. Impij verò qui ipsi nihil boni faciūt, neque sanctorum recordantur, caueant bona operantes impedire: neque scandalo sint his, qui sanctos Dei seruos honore afficiūt. Boni enim operis bonam mercedem adipiscentur. Impij verò quemadmodùm animo suo volucrunt, ità in fidelitatis suæ mansionem inuenient: quandò iustitiam negligentes, à Deo desciuerunt. Ex his liquidò constat, ob recordationem sanctorum imagines tātùm pingi, venerari & coli, quos clarè constat seruos esse dei, & pro nobis apud Deitatem obsecrantes & intercedentes. Dignum nanque est, vt ducum nostrorū memores simus. & Deo gratias agamus. Accedāt his, quæ beatus Hieronymus presbyter Hierosolymitanus in quodā sermone scripta reliquit. Etenim vt concessit omnibus gentibus adorare quæ manu facta sunt, Iudæis quidē crustas illas quas fabricauit Moses, prętercà duo Cherubim aurea: ità nobis Christianis crucem largitus est, & bonorum operum imagines pingere & venerari, atq; ità nostrum opus apud eum probare. Hæc sunt serenissimi & pijssimi Imperatores & dilectissimi filij, quæ ex sacra scriptura noui & veteris testamenti, item pijs sanctorum patrum sententijs de sacris imaginibus Dei, sanctorumq; virorum, item de diuina pictura in ecclesijs ad laudem Dei, & memoriam sanctorū susciplenda breuiter descripsimus. Quæ per Apostolicam relationem serenitati vestræ potentiæ cum omni humilitate & syncero corde studiosè discutienda offerimus. Nos enim ꝓfunctoriè ex diuersis probatissimis patribus testimonia de venerandis imaginibus desumpsimus: quæ profectò quòd in libris eorum non adulterinis, sed germanis inuenta sunt, seruanda existimamus, & ob id mitissimis vestris imperijs legenda tradidimus, obsecrantes interim ex animi feruore vestram mansuetudinem obtestando, & velutì præsentes genibus aduoluti, & coram vestigia pedum volutando, ego cum fratribus meis coram Deo supplico, obtestor, adiuro, quō sacras imagines in ipsa DEVM colente & regia vrbe, & in vtrisque Græciæ partibus in pristinum statum restitui & firmari iubeatis, custodientes traditionem huius sanctissimæ vestræ Ecclesiæ, abijciendo etiàm & execrādo impiorum hæreticorum improbam vehementiam, quō sacram hac vestram catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiā indissolutam complecti possitis, Amen.

Esa. 19. d

Psal. 95. Psal. 25.

Psal. 26.

Psal. 44.

Psal. 4.

Augustinus

Gregorius Nyssenus

Basilius aduersùs Iulianum.

Idem.

Chrysost.

Idem.

Cyrillus

Athanas.

Ambrosius

Genes. 1. c

*qui in pictura

Hieron.

TOM. 3.

EX ANASTASIO BIBLIOthecario viro ſummæ fidei & diligentiæ, qui totam hanc VII. Synodum Latinè interpretatus eſt, quæ eius verſio hodiè in Vaticana Bibliotheca ſeruatur, deſcripta ſunt ea quæ ſequuntur, omiſſa à Græcis in Epiſtola Adriani Pontificis ad Conſtantinum Imperatorem.

SIverò impoſſibile eſt hæreticorum veſanię, pro incredulitate ipſorum, ipſas ſacras ac venerandas imagines ſinè ſynodi actione in priſtino erigere ac confirmare ſtatu, & noſtros ſacerdotes pro eiuſcemodi pia operatione veſtra cupit ſereniſſima imperialis potentia accerſire, ſicut in veſtris fertur imperialibus iuſſionibus, inprimis pſeudoſyllogus ille, qui ſinè Apoſtolica ſede enormiter, nequiter, irrationabiliter cõtra ſanctorum patrũ traditionem de ſacris imaginibus actus eſt, anathematizetur, præſentib⁹ miſſis noſtris: & tunc ſicut antiquitùs mos extitit, iureiurando veſtra pijſſima ac tranquilliſſima poteſtas vnà cum domina Auguſta Imperij veſtri genitrice, ſeu eiuſdem regiæ vrbis patriarcha, necnon & cuncto ſenatu corporale tribuentes ſacramentum, verbum commonitorium ſicut antiquitùs, pia ſacra nobis dirigere veſtra dignet imperialis poteſtas, quòd non eſt apud vos partis cuiuſlibet fauor aut defenſio, ſed æqualitatem vtriſque partibus conſeruabitis, nullatenùs neceſſitatem facientes in quocunq; capitulo eis, q à nobis diriguntur, quoquo modo, ſed omi honore, cum competenti munificentia & ſuſceptione dignos eos habebitis. Et ſi quidem vtriq; conuenerint, eccè benè: ſi autem minimè conuenerint, iterùm cum omi humanitate ad nos dirigere ſatagetis. Quia dudùm ibidèm pro piæ zelo fidei ac ſanctarũ imaginũ, religioſi viri ac Dei famuli in exilium miſſi ſunt, & bonæ confeſſionis huiuſmodi finiérunt vitam. Porrò & hoc veſtrũ à Deo coronatum imperium ac pijſſimum poſcimus, vt ſi veram & orthodoxam ſanctæ catholicę & apoſtolicę Eccleſiæ Romanæ nitimini amplecti fidem, ſicutì antiquitùs ab orthodoxis Imperatoribus ſeu à cæteris fidelibus Chriſtianis oblata atq; conceſſa ſunt, patrimonia beati Petri apoſtolorum principis ſautoris noſtri, in integrũ nobis reſtituere dignemini pro luminariorũ concinnationibus eidem Dei eccleſiæ, atq; alimonijs pauperum, immò & conſecrationes archiepiſcoporum ſeu epiſcoporũ, ſicut olìm cõſtat traditio, noſtræ diœceſis exiſtentes, penitùs canonicè ſanctæ Romanæ Eccleſiæ reſtituátur, vt nequaquàm ſchiſma inter concordiam perſeuerare valeat ſacerdotũ, ſed ſicut in veſtra ſereniſſima iuſſione exaratum eſt, confundatur omne zizanium malè plantatum, & Domini atq; ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti verbum impleatur, quoniam portæ inferi non pręualebunt aduerſùs eam. & rursùs: Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ędificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: & quod ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cælis. Cuius ſedes in toto orbe terrarũ primatu fungens, caput omnium eccleſiarũ conſtituta eſt: & quanùs beatus Petrus apoſtolus per Domini præceptum rexit Eccleſiam, nihilominùs ſubſequẽs & tenuit ſemper & retinet principatum, quod vniuerſalis Eccleſiæ nomen nullam magìs oportet exequi ſedem, quàm primam, quæ & vnamquanque ſynodum & ſua authoritate confirmat, & cõtinuata moderatione cuſtodit. Et valdè mirati ſumus, quòd in veſtris imperialibus iuſſis, pro patriarcha regiæ vrbis, ſcilicet Tharaſio directis, vniuerſalẽ ibidèm eum reperimus exaratum: ſed vtrùm per Imperium, vel ſchiſma, vel hæreſim iniquorũ ſcriptum eſt, ignoramus. Sed deincèps ſuademus veſtræ clemẽtiſſimæ & Imperiali potentiæ, vt minimè in ſuarum exarationũ ſerie vniuerſalis deſcribatur: quia contra ſanctorum canonum inſtituta, ſeu ſanctorũ patrum traditionum decreta eſſe videtur. In ſecundo enim ordine ſinè ſanctæ noſtrę catholicæ Eccleſiæ authoritate, ſicut in omnibus patuit, nunquàm valuit nomen habere: quod nimirùm ſi ſuper prælatam ſibi ſanctã Romanam Eccleſiam, quæ eſt caput omniũ eccleſiarum, deſcribatur, tanquàm ſanctarũ Synodorum rebellem atque hęreticum ſe manifeſtare certũ eſt: quia ſi vniuerſalis eſt, etiàm noſtræ ſedis primatum habere dinoſcitur. Quod ridiculum omnibus fidelibus Chriſtianis appáret, quia in toto orbe terrarum ab ipſo redemptore mundi beato Petro apoſtolo principat⁹ ac poteſtas data eſt, & per eundem apoſtolum, cuius vel immeriti vicem gerimus, ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia Romana vſque hactenùs tenet principatum & poteſtatis authoritatẽ, quatenùs (quod non credimus) ſi quiſpiam eum vniuerſalẽ nuncupauerit, vel aſſenſum tribuerit, ſciat ſe orthodoxæ fidei alienum eſſe, & noſtræ ſanctæ catholicæ eccleſiæ rebellem. Ipſe enim Tharaſius, regiæ vrbis patriarcha, miſit nobis ſynodicam, priſcã adimplens cõſuetudinem, quam ſuſcipientes & liquidiùs indagantes, & de confeſſione tam rectæ fidei eius, quàm dogmatum ſanctarum ſex ſynodorum & venerandarum imaginum ouantes, nimìs iterùm cõturbati ſumus, quia ex laicorum ordine & imperialibus obſequijs deputatus, repętè ad patriarchatûs culmen electus eſt, id eſt, à caliga militari cõtra ſanctorum canonum cenſurã factus

factus eſt patriarcha, & quod dicere pudet, & graue facere eſt, qui regendi adhuc & docendi ſunt, doctores neque erubeſcunt videri, neque metuunt: ducatumque animarũ impudenter aſſumunt, quibus via omnis ignota decoris eſt, & quò ipſi gradiantur, ignari ſunt: quod quàm prauũ, quámve ſit temerariũ, ſeculari ordine & diſciplina mõſtratur. Nam dum dux exercitûs non niſi labore & ſolicitudine expertus eligitur, quales animarum duces eſſe poſſunt, qui in epiſcopatûs culmen immatura cupiunt feſtinatione conſcendere: huius ſaltem rei comparatione conſíderent, & aggredi repentè inexpertos labores abſtineant, quippe qui nõ didicerint quod docent. Vndè canonica inſtituit cenſura, nequaquàm ex laico ad ſacerdotium repentè tranſire. & niſi per eius fidelem concurſum pro ſanctarum imaginum erectione, eius conſecrationi aſſenſum omìmodò tribuere nequimus. Et ideò domini rerũ, à Deo coronati magni principes & ſereniſſimi Imperatores, petimus & obnixè iterùm obſecramus à Deo illuſtratam clementiam veſtram, & per omnipotentem Deum, qui vos regnare pręcepit, & imperialis culminis apicem vobis cõſcendere iuſſit, pietatem veſtram (vt dictum eſt) coniuramus, vt pio intuitu veſtras clementiſſimas aures noſtræ humilimæ deprecationi inclinare iubeatis, ipſaſq; ſacratiſſimas imagines in priſtino gradu cõſtituere, vt omnes Chriſtiani in vniuerſo mundo exultẽt, & magno lætentur gaudio. Nam cùm tale, inquam, erroris ſcandalum, quod in ipſis Græciæ partibus irrepſit, abolitum fuerit, & deo annuente ipſæ venerandæ imagines in priſtino ſtatu fuerint reſtitutæ, erit magna lætitia dilatata per vniuerſum orbẽ terrarum, & núc ſuper omes barbaras nationes, beato Petro principe apoſtolorum vos comitante, eritis in triumphis imperantes victores, ſicutì filius & ſpiritualis noſter compater dominus Carolus dux Francorũ & Lógobardorum, ac patricius Romanorum noſtris obtemperans monitis, itaque adimplens in omnibus voluntates, omnis Heſperiæ occiduæque partis barbaras nationes ſuis profternens conculcauit pedibus, omnipotẽtatum illarum domans, & ſuo ſubijciens regno adunauit. Vndè per ſua laborioſa certamina eidem Dei Apoſtolicæ Eccleſiæ ob nimium amorẽ plura bona in perpetuo obtulit poſſidenda, tam prouincias, quàm ciuitates ſeu caſtra, & cætera territotia, immò & patrimonia, quæ à perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei Eccleſiæ reſtituit, cuius eſſe dinoſcebãtur. Sed & aurum atque argentum quotidiè pro luminariorum concinnatione ſeu alimonijs pauperum non deſinit offerendo, quatenùs eius regalis memoria non derelinquatur in

Caroli Magni munificentia in Romanam Eccleſiam.

ſeculum ſeculi. Idcircò nimiùm diligentes ac venerantes magnoperè quæſumus, vt pſentes tranſuerſores, videlicet Petrum dilectiſſimum noſtrum archipresbyterum, & Petrum Abbatem ac presbyterum venerabilis monaſterij ſancti Sabę hilari mente ac vultu placidiſſimo ſuſcipiens, vt ſoſpites ad nos iterùm remeent, diſponere iubeat veſtra ſereniſſima imperialis clemẽtia: vt quia de veſtra orthodoxa fide, quã cœpiſtis, nos reddiderunt certiores, nos ex hoc veſtro ꝓpoſito læti, altiſono Domino noſtro referre ſtudeamus laudes, diuinam pro immenſa pijſſimæ ſerenitatis veſtræ lętitia exorantes clementiam, ac conſona cum Propheta inquientes: Domine, ſaluos fac inuictiſſimos noſtros principes & magnos Imperatores, & exaudi nos in quacunque die te deprecantes pro eis inuocauerimus. Ipſe enim rerum opifex & arbiter Dominus Deus noſter, in cuius manu omnia regna mundi cõſiſtunt, per quem & reges regnant, & principes imperant, & potentes quæ pietatis ſunt clementer cuncta modigerando diſponũt, veſtræ piæ ſerenitatis mellifluis cordib⁹ inſpirare dignetur ad exaudiẽdas noſtras humilimas preces, & reſtituendum in priſtinũ ſacras imagines: tribuatq; vobis, interceden tibus beatiſſimis apoſtolorum principibus Petro ac Paulo, longæua ac proſpera & felicia tempora, & cum maxima corporis ſoſpitate & animę ſalute imperialis potẽtiæ ſceptris vos perfrui faciat, & ſicut terrę ſummę potentiæ gloriam vobis conceſſit, & cælorum regna vobis per infinita ſecula largiri poſſidenda dignetur. Data Calendis Nouembris, Indictione 9.

Pſalm. 19.

Prou. 8.

DE HIS LITERIS ANASTASIus idem ſcribit in hæc verba:

GRæci, quia eodem tempore ex laicis fuerat Conſtãtinopolitanus patriarcha factus, nè publicè ab Apoſtolica ſede arguí videretur, & aduersus eum tanquàm reprehenſione dignũ, hæreticis repugnandi occaſio præberetur, ac pindè ſynodi, cui intererat, vtilitas excluderetur, ea quæ de non facienda laicorũ promotione, cæterarumque præſumptionum redargutionibus ſubſequũtur, in Synodo hæc neque recitari, neque actis inſeri paſſi ſunt. Hæc ille.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Ipſi vos qui literas has à Papa ſuſcepiſtis, ad pios noſtros Imperatores deferte.

Petrus & Petrus DEI amantiſſimi presbyteri, & locum tenentes Adriani ſanctiſſimi papæ Romani, dixerũt: Nos poſtquàm ab Apoſtolico noſtro patre Adriano literas accepiſſemus, eas ad pios noſtros Imperatores pertulimus.

Ioannes

Ioannes magnificentissimus quęstor inquit: Nôrũt & hoc venerabiles Siculi. Nam Theodorus Catanẽsium episcopus, & cum illo religiosissimus diaconus Epiphanius, locum retinens archiepiscopi Sardiniæ, ambo inquam, ex mandato Imperatorum nostrorũ simul cum pijssimo apocrisario beatissimi domini nostri patriarchæ Romã ꝓfecti sunt.

Theodorus * Deum amãtissimus episcopus Catanes, inquit: Cùm ab imperio pijssimorum principum literæ sacrę ad me missæ fuissent, simul cum Leone presbytero vestræ sanctitatis seruo, datũ quoquè est mandatum mihi à prouinciæ Siculæ præside, vt Romam proficiscẽs, orthodoxorũ nostrorum Imperatorũ fidem & rectam animi sententiam archiepiscopo exponerem. Beatus autem Papa cùm audiuisset, inquit: Quòd si hęc in diebus horum Imperatorum cõtigerint, non esse dubitandum, quin Deus imperium illorum supra antecessorum suorũ regna extolleret. Hinc & superiùs lectã epistolam responsoriam ad pios Imperatores misit. Addidit & epistolas cùm ad sanctitatem vestram, tum ad eos qui in cõcilio præsident, scriptas.

Cosmas notarius & cubicularius inquit: Missæ sunt & aliæ literæ à sanctissimo Papa veteris Romæ ad Tharasium sanctissimum & * vniuersalem patriarchã nostrum. Quòd si autem placuerit sanctæ synodo & cœtui, dicant quid de ijs fieri debet.

Sacra synodus dixit: Legantur.

Cosmas præfatus legit.

EPISTOLA ADRIANI SANctissimi papæ veteris Romæ, translata ex Romana lingua in Græcum sermonem.

[*hoc videtur Greculus quispiã apposuisse.]

Dilecto fratri Tharasio * generali patriarchæ, Adrianus seruus seruorum Dei, salutem.

PAstoralibus curis & subtilissima consideratione animaduertentes, quomodò pręconij vox sana om̃i tempore à pręcone oporteat prædicari, quomodò item pastor in compassione, qualisq́ue in reductione existere debeat, & in eadem ex integro insignis, vtq́ue in pia commiseratione omnium infirmitatem in seipsum suscipere debeat, & in diuinam voluntatem cuncta sua sagaci inspectione transferre: De his, inquam, omnibus statutum est nobis, vestram dilectam beatitudinem & conuentum sacratum appellare, succinctè & paucis in his synodicis literis confessionem vestræ fidei prædicando. Nam quas mihi per Leonem venerabilẽ presbyterum vestrum literas misistis, mox in principio paginę primę cognoui, pietatem tuã cùm laicorum ordinatione, tum imperatorio suffragio in sacrum patriarchatûs solium exaltatũ. Quam ob causam effuso gaudio exultauit cor meum. Quòd si autem nõ perspecta mihi esset & probè cognita, erga sacras synodicas sex constitutiones & venerandas imagines vestra synceritas & orthodoxa fides, nequaquàm ad synodum conuocandam assentiremus. Verùm quemadmodùm non leuiter cor nostrum ex superioribus vestris dissensionibus dolore tactũ est, ità plurimo gaudio anima nostra perfusa est, postquàm cognouissem piam vestram confessionem & rectam fidem esse firmam & stabilem. Inuenimus aũt in prędicta synodica vestra epistola, quanta sit cõfessio & recta fides vestra circa cœtus sacros & sex sacras synodos, & erga venerandas & sacras imagines, quæ profectò mira est & compũctione digna. In qua etiàm clarè est expressum, quòd in sextæ synodi diuinè & legaliter prædicatis canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua agnus digito pręcursoris demonstratus, graphicè est insculptus: [Imag foris; stran gitos synoc xta p] qui in typum gratiæ assumptus, verum nobis per legem agnum, nempe Christum Deum, indicat. Veteres igitur typos, figuras & vmbras, tãquàm veritatis signa & notas Ecclesiæ traditas suscipientes, gratiam & veritatem agnoscimus, tanquàm legis plenitudinem hanc arbitrãtes. Vt igitur & in colorum effectibus, omnium oculis subijciatur [Ioan.] figura illa, quæ agnũ illum qui abstulit peccata mundi, nimirùm Deum nostrum, iuxta humanam effigiẽ delineat: cẽsemus ab hoc tempore, pro veteri illo agno & nouum in ecclesijs Dei erigendum, quô per eum exaltationem humilitatis verbi Dei consideremus, quô in memoriam politiæ illius qua in carne vixit, item passionis eius & salutiferæ mortis, vndè mundo liberatio contigit, velutì manu ducamur. Hac orthodoxæ fidei testificatione, improborum hæreticorũ curiositatem & importunam garrulitatem vestra fraterna sanctitas repellat: quemadmodùm eorũ improba machinatio apud nos Dei gratia non recepta, sed impia iudicata est. Succingentes igitur lumbos nostrę mẽtis, nobiscum cum catholica & Apostolica Romana Ecclesia consentiendo, contra hęreticorum insaniam armemur, quanuìs ab his sæpè fuerit Ecclesia impugnata. Deincèps etiàm venerãdas imagines primùm iuxta humanam figurationem Christi Dei nostri, secũdùm nos & pro nobis & per nos incarnati: deindè inuiolatæ & veræ Deiparæ, postremò omniũ Sanctorum suorum beatitas vestra dilecta colere & adorare pergat. Rogamus etiàm interìm, vt in eo proposito quod ab initio constituisti, manere velis. Consulimus etiàm pastorali cura, vt orthodoxam fidem quam semèl confessus es, inuiolatam & stabilem prędicando & docendo conserues. Fundamentum enim aliud [1. Cor.]

nemo ponere potest, præter id, quod iacet, qui est Iesus Christus. Quisnã igitur firmamẽtum dilectionis Dei & ꝓximi conseruãs, ipsum illum Iesum Christum, Deum & hominis filium, ante oculos fundamentũ non proposuerit? In confesso enim est, vbì Christus fundamentum est, ibì bonorum operũ structuram sequi. Ipsa verò veritas per se dicit: [Ioan. 10.] Qui non ingreditur per ianuam in ouile, is fur est & latro: qui verò per fores ingreditur, hic pastor est ouium. Quẽadmodùm [Ibidèm.] ipse saluator inquit: Ego sum ianua. Is igitur ad ouile ingreditur, qui per ianuã incedit: qui verò per ianuam intrat, per Christũ ingreditur. Quicunque igitur ab ipso creati & liberati generis humani veritatẽ intelligens conseruat, & gradum pastoralis dignitatis portans, pondus sustinet, non ad gloriam & honorem prætereuntem respiciẽs, sed gregem suscipiens diligenter vigilat, nè oues, vel à peruersis hominib⁹ & peruersa loquẽtibus, vel malo spiritu afflatis corrumpãtur. Rectè sanè beatus Iacob, qui propter vxo- [Gen. 31. a] res multos annos seruiuit Labã socero suo, visus est dixisse: Viginti annis fui tecũ. oues tuæ & capræ steriles non fuerũt, arietes ouium tuarum non comẽdi. captum à bestia, non ostendi tibi. ego damnum om̃e reddebam, quicquid furto perierat. diù noctuq́; æstu vrgebar & gelu, fugiebatq́; somnus ab oculis meis. Si tantos labores & vigilias pastor Laban sustinuit: quot quantasq́; vigilias sustinere debet, qui pascit oues Dei? Sed in omnibus his confirmabit & docebit, qui propter nos homo factus est. Dignatus est fieri quod fecit. Ipse dilectionem & sancti spiritûs amorẽ in nos transfundat, & à cunctis solicitudinibus nos eximat, oculosq́ue mentis vestra aperiat, vt per laborem & certamen dilectionis & cursûs vestri, quo sanctam nostram & Apostolicam Ecclesiã imitamini, efficiatis aliquandò apud pios Imperatores nostros, quô sanctorum venerãdæ imagines in pristinum locũ restituãtur, vt in hoc sacerdotium nostrum firmũ permaneat. Nam ex confessione fidei vestrę cognouimus beatitudinem vestram id vnum egisse apud pijssimos, orthodoxos, & Christi amantes Imperatores nostros, fideles & rectæ fidei propugnatores, quô synodus generalis celebretur, idq́ue illi in pręsentia totius fidelis populi supplicationibus vestris annuerunt, synodumq́ue in regia ciuitate fieri mandârunt. Nos itaq; sapientes & probatos sacerdotes, & de rebus quæ ad constitutionem imaginum pertinent doctos, cum magno animi desiderio, quemadmodùm regia mandata iubebant, misimus, quô in pristinum locum in illis partibus restituerẽtur. Inprimìs autẽ vestra sanctitas pijssimis & triumphatoribus nostris Imperatoribus sinè trepidatione inducat in animum, vt falsam congregationem illam sinè consensu ac præsentia Apostolicæ sedis, contra omnẽ patrum venerabilium traditionem, contra venerandas imagines sinè ordine & debita conuocatione factam execretur, & anathematizatam præsentibus apocrisarijs nostris cognoscat: quô omne zizanium ab Ecclesia eradicetur, & Iesu Christi Domini nostri verbum impleatur, cùm ait: Et portæ inferorum non præualebunt aduersùs eam. Et * alibì: Tu es Petrus, & super hanc petrã ędificabo Ecclesiam meam, & dabo tibi claues regni cælorum: & quæcunque in terra ligaueris, ligata erunt in cælis: & quæcunq; solueris in terra, soluta erunt in cælis: [De authoritate pontificis Romani, & q Romana ecclesia caput sit omnium. Matth. 16.] cuius etiàm sedes per totum terrarũ orbem primatum obtinẽs lucet, omniumq́ue Ecclesiarũ Dei caput existit. Vndè & ipse beat⁹ Petrus Apostolus, Dei iussu Ecclesiam pascens, nihil omninò prætermisit, sed vbiquè principatum obtinuit & obtinet: cui etiàm & nostræ beatæ & Apostolicæ sedi, quæ est om̃ium Ecclesiarum Dei caput, velim beata vestra sanctitas ex syncera mente & toto corde agglutinetur, vtpotè quæ reuerà sit rectè sentiens, & pietatis incorruptæ conseruatrix. Hoc sacrificium primùm omnipotenti Deo exhibeatur. Vestraq́ue beatitudo magnos & pijssimos nostros Imperatores supplicibus verbis admonebit, vt Ecclesiæ nostræ vestigia sequentes coram Deo & horribili eius iudicio, venerãdas imagines in regia ciuitate & omni loco in antiquum statũ restituendas curent, iubeantq́ue: nimirùm seruantes traditionem huius sanctissimę nostræ Romanæ Ecclesiæ, persequantur imꝓborum & hæreticorum imposturam, & per vestrum certamen & fidissimos labores, eorum deceptionem execrẽt. Nisì enim sacras & venerandas imagines in pristinum locũ restituerint, nostram cõfirmationem nullo modo audem⁹ tradere. Huius rei causa summo labore fidei & conatu, ante omnia conuenit vestræ sanctitati, aduigilare, vt quamprimùm sacræ & venerandæ imagines Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, & sanctæ eius genitricis semper virginis, & sanctorum apostolorum, omniumq́; beatorũ prophetarum, martyrum & confessorum in partibus illis, in pristinum ordinem collocẽtur, vt vnanimiter propheticam illã oden cantemus: Domine, salua pijssimos Imperatores. [Psal. 19.] Et: Exaudi nos Domine, in qua die inuocauerimus te, quoniam dilexi decorẽ [Psal. 25.] domûs tuæ, & locũ tabernaculi glorię tuę. Quos autem ad vos misi, Petrum scilicet dilectum nostrum protopresbyterum sanctæ Romanæ Ecclesiæ: necnon Petrum Abbam & præsidem, vt ad pedes serenissimorum & pijssimorum nostrorum Imperatorum adducantur, per principem Apostolorum Petrum supplicamus, vt cum humanitate & singulari beneuolentia ab eis recipiantur, precenturq́ue cum gratiarum actione illis

& corporis mentisq; firmum robur. Omnipotens Deus vestram dilectionẽ, modò cõstans maneat, conseruet. custodiat & protegat, & fructum fidei tibi innatum, infinitis modis augeat, & in æternum gaudium deducat. Deus sanum te conseruet frater dilecte.

Petrus & Petrus pijssimi presbyteri, & locum tenentes sanctissimi papæ veteris Romæ Adriani, dixerunt: Dicat nobis beatissimus patriarcha regiæ vrbis Tharasius, consentitne literis sanctissimi papæ veteris Romæ, an minùs?

Tharasius sanctissimus patriarcha respõdit: Cui Christi lumen circunfulsit, quique nos per Euangelium generauit Paulus, verè diuinus Apostolus Romanis scribens, & studium synceræ fidei eorum erga verum Deum nostrũ exosculatus, sic inquit: Fides vestra prædicatur in vniuerso orbe. Hoc testimoniũ & nos insequi par est, temerariumq; repugnare arbitramur. Quamobrem Adrianus veteris Romę primâs, & testatorũ principum successor, clarè & verè, cùm ad Imperatores nostros, tum ad nostram mediocritatem, mihi scripsisse videtur, constabilituitque, & rectam esse declarauit catholicæ Ecclesiæ antiquam traditionem. Ob id & nos per scripturam inquirendo, argumentando, & demonstrando exquirentes, & patrum quoquè præceptis imbuti, sic confessi sumus, confitemur & confitebimur, concordamus & vim literarum lectarum cõfirmamus, & imaginum picturas secũdùm priscã patrum nostrorum traditionem recipimus, & has desiderio nostro adoramus, vt in nomine Christi Dei nostri, & intemeratæ Dominæ nostræ deiparę virginis, sanctorumq; angelorum & omnium sanctorum factas. Sed apertis verbis testamur nos duntaxàt in vnum Deum verum, latrian (hoc est, cultũ) & fidem nostram referre & reponere.

Rom. 1.a

Sancta synodus dixit: Vniuersa sancta synodus sic credit, & sic docet.

Petrus & Petrus Deum amantissimi presbyteri, legati Apostolicæ cathedræ, dixerunt: Dicat nobis sacra synodus, num recipiat sanctissimi papæ veteris Romæ literas, an minùs?

Sancta synodus respondit: Sequimur, recipimus, & probamus.

Ioannes Deum colentissimus presbyter, & legatus Oriẽtalis diœceseos, inquit: Tempestiuum est inpræsentiarùm ex psalmio canere: Misericordia & veritas obuiârũt sibi, iustitia & pax sese exosculatæ sunt. Scimus autẽ q; Deus noster Iesus Christus ipse misericordia est & veritas, in successione quoquè sanctissimi patriarchę & orbis terrarũ pastores, idem existunt & dicuntur. Etenim misericordia & veritas occurrũt sibi. Adrianus sanctissimus papa veteris Romę, & Tharasius patriarcha imperatricis vrbis Constãtinopoleos idem sapiũt, idem sentiunt & fatentur. Et verè nominata pax, Dei suffragio imperans & diuinitate potens, desiderãs videre Ecclesię decorẽ, & literis quoquè vsa, rectè nominatam iustitiam, Romanam scilicet Ecclesiã, exosculata est, iussitq; in medium procedere, & præsentem sanctum cœtum lętitia perfudit, rectã fidem propalauit. Nũc etiàm ob sacras Adriani sanctissimi papę literas, quę & ad sereniſſimos nostros Imperatores, & ad sanctissimum & ter amplissimum patriarchã Tharasiũ scriptæ sunt, plurimùm gaudij inter nos erupit. Ea quoquè de causa Deo maximas gratias agim⁹, quòd in nobis lætitiam tam immẽsam effecit. Benedictus Deus, qui nobis eiusce modi imperium excitauit, quod omni cura & solicitudine satagit, Christianum populũ vndiquè in consensionẽ & vnanimitatẽ, & sacrorum canonum, patrumq; traditionis obseruantiam deducere. Sed Christus Deus noster p sanctissimam illius genitricẽ & omnes eius sanctos, vosq; ipsius sacros sacerdotes, qui idem sentitis, & dolum in cordibus vestris non habetis, sed perpetuò incũbitis in hęc studia, vt omnia quæ scripta sunt, impleatis, promissiones suas veras demonstret. Imperatores aũt nostros dominos, longæuos faciat, induat eos gloria, & cornu eorũ exaltet: subijciat sub pedib⁹ inimicos eorũ, donet illis prẽmium vitę ęternę, & cum sanctis regibus cõnumerari. Custodiat etiàm sacrã hanc & eadem sentientem synodum.

Psalm. 84.

Agapius sanctissimus episcopus Cęsareæ Cappadocię, dixit: In diuinis nostris scripturis exaratum est: Distinxit deus inter lucem & tenebras. Eccè ẽm post q̃ hęreticorũ caligines discussę sunt, lux orthodoxę fidei oẽs illuminauit. Quã & ego secutus, suscipio & amplector sanctas & venerãdas imagines, q verò sec⁹ sentiũt, eos anathemate deuoueo.

Gen. 1.

Ioannes sanctiss. Ephesi episcopus, dixit: Quemadmodùm sanctissimi papę Romani literis continetur, sic credo, & per gratiam Christi Dei nostri veri confiteor.

Constantinus sanctiss. Constantiæ, quæ est in Cypro, episcopus, dixit: Iuxta tenorẽ literarũ, quæ ab Adriano sanctissimo papa Romano, ad sereniſſimos dominos nostros & ad beatissimum patriarcham Tharasium missæ sunt, omnibus consentio, & sic confiteor, & cum hac fide ad tribunal Christi veri Dei nostri proficiscar.

Basilius sanctissimus Ancyræ episcopus, dixit: Quemadmodùm cõtinent literę sanctiss. papæ veteris Romæ Adriani, & secundùm sententiã beatissimi & vniuersalis patriarchę Tharasij, sic sentio, sic teneo, sic docebo. Et cum hac mea sentẽtia ad futurum seculum digredior.

Nicolaus sanctiss. episcopus Cyzici dixit: Secundùm literas beatissimi papę Romani Adriani, & expositionẽ cõfessionis tersanctissimi patriarchæ Tharasij, sic sentio, sentiamq; & de præsenti seculo cum illa ipsa confessione discedam.

Euthymius sanctissimus episcopus Sardensium, dixit: Et ego antè lectis beatissimi papæ veteris Romæ literis, syncerè & irrepugnabiliter inhæreo, consentio & confiteor de orthodoxa fide, deq; sanctis videlicet & venerandis imaginibus, nó velutì hoc sit nouum aliquod dogma, aut nuperũ inuentum recipiens, sed clarè cognoscens ex Apostolica traditiune, sanctorumq; doctorum in Ecclesia iussu per manus nobis traditum: ob eam causam venerãdas imagines ex toto corde cũ debito honore, & salutatoria adoratione suscipio. Eos verò, qui secùs sentiunt, aut reclamant, contrariáve docent, alienos à catholica Ecclesia arbitror, renuncio, & hæreticos proclamo.

Veneratio imaginũ est Apostolicæ traditionis.

Petrus sanctissimus episcopus Nicomediæ, dixit: Iuxta priùs lectas Adriani beatissimi papæ Romani literas, & secundùm fidem sanctissimi patriarchæ Tharasij, venerandas imagines recipio, adoro, & id perpetuò docebo, vt possim etiàm aliquandò in futuro seculo rationem apud iudicem nostrum Deum reddere.

Elias sanctissimus episcopus Cretę dixit: Iuxta venerandas sanctissimi papæ veteris Romæ Adriani literas cõfiteor & teneo, venerandas & sacras imagines nũquàm seponens, sed perfectè eas adorãs: qui verò secùs confitentur, eos anathematizo.

Stauratius sanctissimus episcopus Chalcedonis, dixit: Secũdùm epistolã ab Adriano sanctiss. papa veteris Romæ, ad sanctissimum & generalem patriarcham Tharasium missam confiteor, & sanctas & venerabiles imagines recipio, amplector, & honoro, velutì arrabonem existentes meæ salutis: secùs autem sentientes, anathematizo.

Nicephorus sanctiss. episc. Dyrrhachij, dixit: Iuxta relationem ab Adriano sanctissimo papa veteris Romæ, ad sereniſſimos nostros Imperatores, & ad sanctissimum & vniuersalem patriarchã missam: item iuxta sanctissimi archiepiscopi Tharasij doctrinam, fidem & confessionem, sentio, teneo, doceo & docebo, & cum hac mea confessione vitæ meæ breue spatium finiã, & timẽdo tribunali Christi me sistam.

Epiphanius diaconus ecclesiæ Catanes, & locum tenens Thomę archiepiscopi Sardiniæ, dixit: Clarissimam orthodoxiæ definitionem & sanctorum Apostolorum traditionem, relatio ad pios & Christũ amãtes nostros Imperatores, à beatissimo papa veteris Romæ Adriano missa, in præcedenti lectione clarè explicauit. Quinetiã idẽ docuit epistola ad beatissimum vniuersalẽ patriarcham Tharasium missa. ob id & ego his omnibus assentior, & recto corde adhæreo, venerorque & adoro, quæ à multis seculis traditæ sunt in Ecclesia, venerandas & sanctas imagines. Qui verò his cõtradicit, eum tanquàm hæreticum consentientem auersor, & diris deuoueo.

Leo presbyter sanctissimę ecclesię Constãtinopoleos, locũ tenẽs Sidæ metropolis, dixit: Iuxta lectas synodicas epistolas Adriani sanctissimi papę veteris Romę, sanctas & venerandas imagines recipio, quoniam hæc vetustissima traditio est: qui verò aliter sentiunt, anathematizo.

Nicolaus præses mansionis Apræ, & locũ tenẽs Thyanẽsium metropoleos, dixit: Venerandas imagines, & iuxta veterũ traditionem, & iuxta synodicas literas Adriani sanctissimi papæ veteris Romę, recipio: eos verò qui aliter credunt, anathematizo.

Constantinus sanctissimus Gangrorum episcopus, dixit: Iuxta lectam relationẽ sanctissimi papæ veteris Romę Adriani, & priscam patrum traditionẽ, venerandas imagines recipio, & qui idem sibi faciendum nõ existimant, anathemate deuoueo.

Nicetas siue Victor sanctiss. episcop⁹ Claudiopoleos, dixit: Iuxta synodicas literas Adriani sanctissimi papæ veteris Romæ, venerandas imagines ex traditione prisca recipio: qui secùs faxint, anathemati sunt obnoxij.

Theodorus sanctissimus episcop⁹ Myrõn Lycię, dixit: Iuxta synodicas epistolas lectas ab Adriano sanctissimo papa veteris Romę missas, credo, sicq; confiteor, adoro & amplector venerandas imagines: & qui diuersum statuunt, anathematizo & auersor.

Theophylactus diaconus & exarchus, locum tenens metropoleos Carię, dixit: Iuxta synodicas literas Adriani sanctissimi papæ Romę veteris, confiteor: eos verò qui secùs sentiunt, anathemate percello.

Michaël sanctiss. episc. Synnadõn, dixit: Iuxta tenorem literarum, ab Adriano sanctissimo papa veteris Romę missarum, cõfiteor, & iuxta priscã traditionem sanctas & venerandas imagines recipio: qui verò non itidèm sentiunt, anathemate percutio.

Eustathius sanctissimus episcopus Laodiceę, dixit: Quemadmodùm literę synodicæ iam lectæ, ab Adriano sanctissimo papa veteris Romę, sic confiteor, & eodẽ modo recipio venerandas imagines iuxta veterum traditionem, repugnantes verò execror.

Anastasius episcopus Nicopoleos veteris Epiri, dixit: Iuxta synodicas Adriani sanctissimi papæ veteris Romæ, cõfiteor, recipio, & adoro venerandas imagines, idque iuxta priscam doctrinam: qui verò secùs faxint, auersor vt hęreticos.

Christophorus sanctissim⁹ Phasidos episcopus, dixit: Quemadmodùm literæ synodicæ Adriani sanctissimæ papæ veteris Romæ iam lectæ tradunt, sic cõfiteor, & venerandas imagines iuxta priscam doctrinam

recipio, anathematizo autem qui ità nō faciunt.

Gregorius presbyter eius, quæ eſt prope Conſtantinopolim ſanctorum Apoſtolorū Eccleſiæ, & locum tenens metropoleos Mōceſi, dixit: Iuxta literas ſynodicas ſanctiſſimi papæ veteris Romæ Adriani, & iuxta priſcam traditionem venerandas imagines recipio: q̄ eas auerſant̄, condēno anathemate.

*Silei, Baſilius epiſcopus *Silæi, dixit: Iuxta traditionem veterem Eccleſię & literarū ſynodicarum ſanctiſſimi papę veteris Romæ Adriani, cōfiteor, & recipio & adoro venerādas & ſanctas imagines: qui verò reſpuūt hoc, anathematizo.

Theodorus ſanctiſſim⁹ epiſcopus Catanes, pronunciauit in eandem ſententiam.
Manuēl ſanctiſſim⁹ epiſcopus Adrianopoleos Thraciæ, in eādem ſententiam pronunciauit.
Maurianus ſanctiſſ. epiſcopus Pompeiopoleos, in eandem ſententiam pronūciauit.
Cyrillus in locum ſanctiſſimi epiſcopi Gothię, in eandem ſententiam pronunciauit.
Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Byzies, in eandem ſententiam pronunciauit.
Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Tauromeniæ, in eandem ſententiam pronunciauit.
Gregorius presbyter, locū retinens epiſcopatûs Smyrnes, in eandem ſententiam, &c.
Gaudioſus epiſcopus Meſſanæ Siculus, &c.
Euſtratius ſanctiſſimus epiſcopus Apameæ Bithyniæ, in eandē ſententiā ꝓnunciauit.
Petrus ſanctiſſim⁹ epiſcopus Germiôn, &c.
Ioannes diaconus & locū retinens Apoſtolopoleos, in eandē ſententiā pronūciauit.
Theodorus ſanctiſſ. epiſc. Panormi, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſ. Archadiopoleos, &c.
Stephanus ſanctiſſ. epiſc. Bibonum, &c.
* locum tenens Leontopoleos, &c.
Siſinnius ſanctiſſimus epiſcopus Parij, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſc. Leontenæ, &c.
Epiphanius ſanctiſſ. epiſc. Mileti, &c.
Nicetas ſanctiſſ. epiſ. Proconneſi, &c.
Theodorus ſanctiſſ. epiſc. Taurianes, &c.
Chriſtophorus ſanctiſ. epiſ. *Adryaces, &c. *Andriacæ vel Adriæ
Euſtratius ſanctiſſ. epiſ. Methymnes, &c.
Theotimus ſanctiſſ. epiſc. Crotonum, &c.
Leon ſanctiſſimus epiſcopus Chij, &c.
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Neſiôn, &c.
Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Aprôn, &c.
Ignatius ſanctiſſim⁹ epiſcopus Prienes, &c.
*Cypſalôn Theophylactus ſanctiſſ. epiſc. *Cypſelôn, in eandem ſententiam pronunciauit.
Theodorus ſanctiſſ. epiſcopus Tropheorū, in eandem ſententiam pronunciauit.
*Suidaôn Stephanus ſanctiſſ. epiſcopus *Sugdaôn, in eandem ſententiam pronunciauit.
Sergius ſanctiſſ. epiſc. Nicoterôn, &c.
Gregorius presbyter, locum tenens Nicopoleos, in eandem ſententiam pronūciauit.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Meſembrię, &c.

Theodoſius ſanctiſſ. epiſc. Amorij, &c.
Cyriacus ſanctiſſ. epiſ. Driziparôn, &c.
Galatas presbyter in locum Regij, &c.
Theodoſius ſanctiſſ. epiſcopus Nyſſæ, &c.
Georgius ſanctiſ. epiſ. Camulianorum, &c.
Sotericus ſanctiſſ. epiſc. *Ciceſſôn, &c. *Ciſciſſ.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſ. Maſtaurôn, &c.
Georgius ſanctiſſ. epiſc. Briulôn, &c.
Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Nyſſæ, &c. *Sabbas
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Magneſiæ, &c.
*Sabas ſanctiſſ. epiſcopus Agæorum, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſ. Palæopoleos, &c.
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Magneſiæ, quæ eſt prope Mæandrum, in eandem &c.
Theophanes ſanctiſſ. epiſc. *Coloes, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Algizon, &c.
Nicodemus ſanctiſſ. epiſc. Eugazôn, &c.
Lycaſtus ſanctiſſ. epiſc. Barilôn, &c.
Theophylactus ſanctiſſ. epiſc. Hypepôn, in eandem ſententiam pronunciauit.
Theophanes ſanctiſſ. epiſc. Lebedôn, &c.
Stratonicus ſanctiſſ. epiſcopus Cymes, &c.
Coſmas ſanctiſſ. epiſc. Myrrhines, &c.
Olbianus ſanctiſſimus epiſcopus Elęæ, &c.
Pardus ſanctiſſim⁹ epiſcopus Pittanes, &c.
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Pergami, &c.
Marianus ſanctiſſ. epiſc. *Antandri, &c.
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Adramittij, &c.
Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Aſi, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Phoceæ, &c.
Nicephorus ſanctiſſ. epiſc. Gargarôn, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſc. *Agaës, &c. *Aegeæ *Agęę
Theognis ſanctiſſimus epiſcopus Siôn, &c.
Ioānes ſanctiſſ. epiſcopus Rhœdeſti, &c.
Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Panij, &c.
Melchiſedec ſanctiſ. epiſ. Calliopoleos, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Madyti, &c.
Theophylactus ſanctiſſim⁹ epiſcopus Chariupoleos, in eandem ſententiam pronūciauit.
Thomas ſanctiſſimus epiſcopus Danij, &c.
Gregorius ſanctiſſimus epiſcopus Theodoropoleos, in eandē ſententiā pronūciauit.
Siſinnius ſanctiſſ. epiſcopus Chalcidos, &c.
Ioannes ſanctiſſim⁹ epiſcopus Bryſeos, &c.
Beniamin ſanctiſſ. epiſcopus Lizicôn, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſc. Amaſtridos, &c.
Stephanus ſanctiſſ. epiſcopus Sorôn, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſcopus Dercôn, &c.
Heracleus ſanctiſſ. epiſc. Ionopoleos, &c.
Conſtātinus ſanctiſſ. epiſ. Heliopoleos, &c.
Antonius ſanctiſſ. epiſc. Tryzenes, &c.
Nicetas ſanctiſſ. epiſcopus Nacaleæ, &c.
Petrus ſanctiſſ. epiſcopus Aſpones, &c.
Synneſius ſanctiſſ. epiſcopus Cynes, &c.
Synneſi⁹ ſanctiſſ. epiſ. Anaſtaſiopoleos, &c.
Euſtathius ſanctiſſ. epiſc. Solorum, &c.
Theodorus ſanctiſſ. epiſc. *Citutij. &c. *Cicutij
Baſilius ſanctiſ. epiſ. *Trimithuntôn, &c. *Tremetôn
Alexander ſanctiſſ. epiſ. Amathuntôn, &c.
Michael ſanctiſſ. epiſc. Melitupoleos, &c.
Siſinnius ſanctiſſ. epiſ. Adranias, &c.
Theodorus ſanctiſſ. epiſcopus Germes, &c.

Gregorius ſanctiſſ. epiſ. Adrianitherôn, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Pœmanij, &c.
Simeon ſanctiſſimus epiſcopus Oces, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus Lampſaci, &c.
Nicetas ſanctiſſimus epiſcopus Ilij, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Troados, &c.
Theodorus ſanctiſſ. epiſcopus Abydi, &c.
Anaſtaſius ſanctiſ. epiſcop⁹ Tripoleos, &c.
Leo ſanctiſſ. epiſcopus *Traculôn, &c.
Stephanus ſanctiſſ. epiſtopus Salôn, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus Abalôn, &c.
Stephanus ſanctiſſ. epiſcopus Silandi, &c.
Nicolaus ſanctiſſ. epiſc. Pericommatos, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus Sethôn, &c.
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Liparôn, &c.
Theophanes ſanctiſſ. epiſc. Meoniæ, &c.
Michaël ſanctiſſ. epiſcopus Stratonices, &c.
Lycaſtus ſanctiſſ. epiſc. Philadelphiæ, &c.
Michaël ſanctiſſ. epiſcopus Troalôn, &c.
Gregorius ſanctiſſ epiſcopus Gordôn, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus Daldes, &c.
Euſtathius ſanctiſſimus epiſ. Hyrcanes, &c.
Ioſephus ſanctiſſimus epiſcop. Attalıæ, &c.
Zacharias ſanctiſ. epiſc. Hierocæſareæ, &c.
Dauidus ſanctiſ. epiſc. Helenupoleos, &c.
Cyrion ſanctiſſimus epiſcopus Lophi, &c.
Theophylact⁹ ſanc. epiſ. Apolloniados, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſ. Cæſareæ Bithyniæ, in eandem ſententiā pronunciauit.
Georgius ſanctiſſ. epiſ. Baſilinupoleos, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Ariſtes, &c.
*Adranes Thraciæ Nicephorus ſanctiſſ. epiſ. *Adranes, &c.
Baſilius in locum Daſcylij, in eandem &c.
Chriſtophorus ſanctiſſ. epiſ. Ceraſenes, &c.
Nicetas ſanctiſſimus epiſcopus Meles, &c.
Neophytus ſanctiſſ. epiſ. Gordoſerbôn, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Linoes, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus Etennôn, &c.
Conſtantinus ſanctiſ. epiſcopus Zelôn, &c.

Gregorius ſanctiſſ. epiſcopus Sinopes, dixit: Quemadmodùm tradiderunt nobis, qui ab initio oculati teſtes Verbi fuerunt, quiq; ab ipſis imbuti ſunt ſancti noſtri patres, ità quoquè certior factus, in literis ab Adriano ſanctiſſimo papa veteris Romæ, & ad ſereniſſimos & pijſſimos dn̄os noſtros, & ad ſanctiſſimum & vniuerſalem patriarchā Tharaſium miſſis, contineri: ſic credo & ſic confiteor, ſicq; teneo & tenebo ad extremū vſq; animę ſpiritum, veneraborq; & adorabo honorabiles, venerandas & ſacras imagines: qui verò ità non ſentiunt, aut confitentur, eos anathemate execror.

Conſtantinus ſanctiſſimus epiſcopus Saſimôn, dixit: Iuxta prælectas ſanctiſ. Adriani papæ veteris Romæ ſynodicas literas, ſic cōfiteor, credo, adoro, & recipio ſanctas & venerandas imagines, ex veteri Eccleſię traditione: qui verò diſſentiunt, eos diris deuoueo.

Nicetas ſanctiſſ. epiſcopus Dadybrôn, in eandem ſententiam pronunciauit.
Theophilus ſanctiſſ. epiſc. Pluſiados, &c.

Nicetas ſanctiſſ. epiſc. Adrianupoleos, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſc. Heracleæ Ponti, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſc. Cratiæ, &c.
Nicetas ſanctiſſ. epiſcopus *Ruzæi, &c. *Rhyzęi *Rhozęi
Nicephorus ſanctiſſ. epiſc. Claneôn, &c.
Leo ſanctiſſ. epiſcopus Trocnadôn, &c.
Anaſtaſius ſanctiſſ. epiſc. Patarachôn, &c.
Georgius ſanctiſſ. epiſcopus Niſſoi, &c.
Theodorus ſanctiſſ. epiſc. Pimiarôn, &c.
Nicodemus ſanctiſſ. epiſc. Didymôn, &c.
Georgius ſanctiſſ. epiſc. *Vniandi, &c. *Vinandi
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſ. Candibôn, &c.
Stauratius ſanctiſſ. epiſc. Zenopoleos, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Lamirôn, &c. *Lamyron
Stephanus ſanctiſſ. epiſcopus Caunôn, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſc. Combôn, &c.
Pesrus ſanctiſſ. epiſcopus Orycandi, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus *Phaſilidos, &c. *Phaſelidis
*Abbas locum retinēs metropolis Tij, &c. *Abas
Gregorius ſanctiſſ. epiſc. Cybirres, &c.
Baſilius ſanctiſſ. epiſcopus Thabôn, &c.
Dorotheus ſanctiſſ. epiſc. Neapoleos, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſc. Heracleæ, &c.
Dauid ſanctiſſimus epiſcopus Iaſſi, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſc. Mylaſſes, &c.
Sergius ſanctiſſ. epiſc. Vigiliarum, &c.
Ioannes ſanctiſſ. epiſcopus *Mibdi, &c. *Mybd
Stauratius ſanctiſſ. epiſc. Stadiæ, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſc. Stratoniceæ, &c.
Theodoſius ſanctiſſ. epiſc. Chonôn, &c.
Michael ſanctiſſ. epiſc. Chæretopôn, &c.
Pantaleon ſanctiſſ. epiſc. Valentiæ, &c.
Georgius ſanctiſſ. epiſcopus Peltarum, &c.
Chriſtophorus ſanctiſſ. epiſcopus *Atanaſſi, in eandem ſententiam pronunciauit.
Leontius ſanctiſſ. epiſcopus Eumeniæ, &c.
Gregorius ſanctiſſ. epiſcopus Timæni ferarum, in eandem ſententiā pronunciauit.
Leo ſanctiſſ. epiſcopus Tranupoleos, &c.
Nicephorus ſanctiſſ. epiſc. Lundôn, &c.
Georgius ſanctiſſ. epiſcopus Appiæ, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſcopus Eucarpiæ, in eandem ſententiam pronunciauit.
Leo ſanctiſſ. epiſcopus Aleûs, in eand, &c.
Michael ſanctiſſ. epiſc. Hierapoleos, &c.
Chriſtophorus ſanctiſſ. epiſc. Promiſi, &c.
Nicolaus ſanctiſſ. epiſcopus *Phytiæ, &c. *Pythię
Theophylactus ſanctiſ. epiſ. Cinnabari, &c.
Nicetas ſanctiſſ. epiſc. Auguſtopoleos, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſcopus Cotyęi, in eandem ſententiam pronunciauit.
Georgius ſanctiſſ. epiſcopus *Medięi, &c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus *Docimi, &c. *Docimij
Damianus ſanctiſſim. epiſcopus Meri, &c.
Theophylactus œconomus & locum tenēs *Ipſi, in eandem ſententiam pronunciauit.
Stephanus deſignatus Itri, &c.
Ioannes deſignatus Hectorij, &c.
Conſtantinus ſanctiſſ. epiſ. Ampladôn, &c.
Epiphanius ſanctiſſ. epiſc. Pertôn, &c.
Siſinnius ſanctiſſ. epiſcopus Philomelij, &c.
Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Sibliæ, &c.
Michael ſanctiſſ. epiſcopus Papporum, &c.

*Agalaſſi Theodorus ſanctiſſ.epiſc.*Sagalaſſi,&c.
Siſinnius ſanctiſſ.epiſc.Apameę quę eſt Ciboti,in eandem ſententiã pronunciauit.
Conſtantinus ſanctiſſ.epiſc.Conanes,&c.
Leo œconomus & locum tenens Sozopoleos,&c.
Marianus ſanctiſſ.epiſc.Magydõn,&c.
Nicephorus ſanctiſſ.epiſc.Phlogõn,&c.
Leo ſanctiſſ.epiſcopus Andidõn,&c.
Manzo ſanctiſſ.epiſcopus Pracanõn,&c.
Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Germanicopoleos,&c.
Euſtathius ſanctiſſ.epiſc.Cilindereos,&c.
Zacharias ſanctiſ.epiſc.Trapezupoleos,&c.
Siſinnius ſanctiſſ.epiſc.Musbadõn,&c.
Euſtathius ſanctiſſ.epiſc.Lamõn,&c.
Stephanus ſanctiſſ.epiſc.Philadelphiæ,&c.
Leo ſanctiſſimus epiſcopus Sibyllõn,&c.
Theodorꝰ ſanctiſ.epiſ. Tiberiupoleos,&c.
Ioannes ſanctiſſ.epiſc.Azanõn,&c.
Baſilius ſanctiſſ.epiſc. Dionyſupoleos,&c.
Manuel ſanctiſſ.epiſc.Nicopoleos,&c.
Ioãnes presbyter ex cõmiſſo *Coloneç,&c.
Euſtratius ſanctiſſ.epiſcopus Debelti,&c.
Theodorus ſanctiſ.epiſ.Bulgarophygi,&c.
Georgius ſanctiſſ.epiſ.Plutinopoleos,&c.
Baſilius ſanctiſſ.epiſc. Perbereos,&c.
*Paphylię Michael ſanctiſſ.epiſc.*Pamphyli,&c.
Ruben ſanctiſſ.epiſc.Scopeli,&c.
Siſinnius ſanctiſſ.epiſc.Garelles,&c.
Petrus ſanctiſſ.epiſc.Monembaſiæ,&c.
Gabriel ſanctiſſ.epiſcopus Aeginæ,&c.
Leo ſanctiſſ.epiſcopus Porthmi,&c.
Dardanius ſanctiſſ.epiſ.Dobrõn,&c.
Andronicꝰ ſanctiſſ.epiſ.Leontopoleos,&c.
Leo ſanctiſſimus epiſc.Sebaſtæ,&c.
Nicetas ſanctiſſ.epiſc.Halicarnaſi,&c.
Leo ſanctiſſ.epiſc.Corydalõn,&c.
Theodorus ſanctiſſ.epiſc.Cremõn,&c.
Conſtantinus ſanctiſſ.epiſ.Adrianes,&c.

Sancta ſynodus dixit: Aequum eſt, vt & venerabiles monachi pronuncient.

Venerabiles monachi dixerunt: Si ordo ità exigit, pronunciabitur à nobis vt mandatis. Sabas venerabilis monachus præfectus ſtudiorum,dixit: Iuxta priſcam traditionem iam à multis ſeculis approbatam,& ſecundùm irreprehẽſibilem à ſanctis Apoſtolis, prophetis & eccleſiaſticis doctoribꝰ traditã fidem: prętereà ſecũdùm epiſtolam à beatiſſimo & Apoſtolico papa Adriano, ad pios Chriſti amãtes noſtros reges,& Tharaſium * vniuerſalem patriarcham miſſam, quæ oculos noſtros & aures fulgore fidei perſtrinxit,confiteor & credo.

Gregorius venerabilis monachus & prę-
ſes S.Sergij,dixit:Iuxta priſcam traditionẽ, & ante multa ſecula legiſlationẽ,quę in magna Dei Eccleſia per manus beatorum & p̃clarorum Apoſtolorum tradita eſt, hactenusq; à pijs omnibus & ſanctis patribus noſtris & doctoribus eſt obſeruata:item iuxta ſacrarum ſex ſynodorum traditionem,& literas ab Apoſtolico & ſanctiſſimo veteris Romæ papa Adriano,ad pijſſimos & DEO deuotiſſimos noſtros Imperatores,necnon ad Tharaſium vniuerſalẽ patriarchã miſſas, quibus intellectus cordiũ noſtrorum illuminatus eſt,credo,prædico, confiteor, certamq; fidutiam accipio,me remiſſionẽ peccatorum,ſi rectè egero,conſequuturum.

Ioannes præfectus Pegurij, in eandem ſententiam pronunciauit.
Simeon præfectus Chores,in eandem &c.
Euſtathius preſes monachorum S.Maximini,in eandem ſententiam pronunciauit.
Georgius præfectus *Perges,in eãdem &c.
Simeon preſes Abrahamitarũ,in eandẽ &c.
Ioſeph præſes Heraclei,in eandem &c.
Plato prefectus Saculõn,in eandem &c.
Gregorius preſes monachorum S.Hyacinthi,in eandem ſententiam pronunciauit.

ACTIO TERTIA.

IN nomine Domini & dominatoris Ieſu Chriſti,veri Dei noſtri,imperantibꝰ pijſſimis & Chriſti amantiſſimis dominis Conſtãtino & Irene pia eius matre, anno octauo conſulatũs eius,ſub ſextũ Kaleñ Octobris, indictione vndecima:cõueniẽte ſancta ac vniuerſali ſynodo, quę p diuinam gratiam,& à Deo decretorum Imperatorum piam ſanctionem in Nicea ſplẽdida metropoli prouinciæ Bithynię cõgregata eſt,videlicet Petro religioſo protopresbytero Eccleſiæ ſanctiſſimę diui Petri apoſtoli apud almam Romam:& Petro venerabili monacho,& preſide monaſterij S.Sabę apud Romanos,vicem agentibus Apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi ac beatiſſimi papæ veteris Romæ Adriani: Tharaſio beatiſſimo archiepiſcopo almæ vrbis Conſtantinopoleos nouæ Romæ,Ioãne item & Thoma religioſis presbyteris monachis,retinentibus locum Apoſtolicorum thronorum Orientalis diœceſeos,ſtãtibus his ante ſacros cancellos templi ſanctiſſimę eccleſię cognominatæ Sophiæ:pſęſentibus ſimul & audientibus illuſtriſſimis iuxtà ac magnificentiſſimis ſenatoribus,nimirùm Petrona glorioſo exconſule patricio,& Theophylacto comite imperialis obſequij, Ioanne regio oſtiario,& quæſtore ærarij militaris, tota denique ſynodo iuxta ordinem in prima actione præſcriptum: Preſentibus etiàm religioſiſſimis archimandritis preſidibus, & toto monachorum cœtu: propoſitis in medio ſanctis & immaculatis Dei euangelijs, Demetrius Dei ſtudioſus diaconus,armamentarius ſanctæ eccleſiæ Conſtãtinopolitanę, dixit: quando quidem in priore actione viſum eſt magnę & generali ſynodo,inſequẽti doctrinam patrum & legiſlationem eccleſiaſticam,eos qui ex hęreſi reuertũtur, recipiendos: quin etiàm rursùs admittendos, q̃ ab hæreticis ordinati ſunt,modò orthodoxam fidem ſapiant, eccè adſtant ante fores epi-

epiſcopi, qui libellos confeſſionis orthodoxiæ ſuæ pauloantè legerunt, rogantes vt admittantur,& de illis iudicetur ſecundùm veſtram exiſtimationem.

Sancta ſynodus reſpondit: Adſint.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Qui dudùm aduenit Neocæſareæ pijſſimus epiſcopus,reddat de ſe rationem p libellũ.

Gregorius pijſſimus epiſcopus Neocæſareæ, dixit: Confirmet Deus imperiũ dominorum noſtrorum optimorum, lætitia perfundat Deus thronum eorum. Ter ſanctum autem dominum noſtrum cum ſacerdotali cœtu & ſancta ſynodo Dominꝰ orãtem pro mea paupertate exaudiat. Attulit autem libellum ſuum,eumq; legit,nihil aliud continentem, quàm quod in ſuperioribus libellis in prima actione lectis, ſcriptũ eſt:poſtquàm autem legiſſet, Tharaſius beatiſſimus patriarcha dixit:Confiteris etiàm hæc ſimplici corde?

Gregorius pijſſimus epiſcopus Neocæſareæ,dixit: In nomine Dei, & p ſacras tuas preces ſanctorumque patrum,pura conſcientia & omni ſimplicitate confiteor, obſecroque veſtram beatitudinem pro me orare.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Quid ad hæc definiemus?

Sanctiſſimꝰ epiſcopꝰ Siciliæ dixit: Quod cum alijs factum eſt,fiat etiàm cum iſto.

Sancta ſynodus dixit:Fiat.

Sanctiſſimus patriarcha dixit:Sed verbũ quoddam vulgatum eſt, quo tempore perſequutio fuit, quoſdam epiſcoporum verbera intuliſſe viris pijs,cui tamen rumori ſinè aperta demonſtratione non putãrim fidem adhibendam. Sed de hac re cognoſcat ſancta ſynodus, canonem quẽdam ſanctorum Apoſtolorum extare: Si quis presbyter aut diaconus fideles peccantes, aut infideles iniuriantes verberauerit,deponitor.

Sancta ſynodus inquit:Sic prædicant.

Beatiſſimꝰ patriarcha dixit:Id ſi hoc modo ſe habuerit,quid fieri par eſt?

Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Catanes,dixit: Iuxta ſanctos Eccleſiæ catholicæ canones,cognoſcit hæc ſynodus.

Sanctiſſimus patriarcha Tharaſius ait: Si intulerit qualiſcũque etiàm epiſcopus verbera aut plagas viris deum timẽtibus,quiq; perſecutionem patiuntur, indignus eſt epiſcopatu.

Sancta ſynodus ait:Indignus eſt.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Nam flagellationibus tanquàm perſecutor graſſatus eſt.

Theodorus ſanctiſſ. epiſcopus Catanes, & qui cum illo erant religioſiſſimi Siciliæ epiſcopi, prætereà Epiphanius diaconus, & vicem agens Thomę epiſcopi Sardiniæ, dixerunt: Quarta ſynodus confeſtim vbi ſediſſet,inprimis exclamauit,Dioſcorum fo-

ràs pelle,interfectorem eijce,quandoquidẽ in ſynodo latronum manus in viros innocentes iniecit.

Ioannes religioſiſſimus presbyter, locum retinens Orientalis diœceſeos,ait: Sacra ſynodus ex inſpiratione ſancti ſpiritũs hoc rectè definiat.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Verbis fictis non adhibemus fidem.

Sancta ſynodus dixit:Si quiſpiam habet quo eum accuſet: ſuo tempore apud ſanctã ſynodũ inſimulet: vt tandèm cognita veritate,ſynodus hæc ſacra de eo p ſuffragia determinet.

Gregorius epiſcopus Neocæſareæ,dixit: Nemo mortalium me accuſare poterit de verberibus aut plagis alicui illatis.

Sancta ſynodus ait: Hac de cauſa & nos gaudemus.

Gregorius epiſcopus Neocæſareæ,dixit: Neque etiàm in regia piaque ciuitate, neq; etiàm in meo territorio, hominum quiſpiã à me læſus eſt.

Sancta ſynodus reſpondit: Si hoc modo ſe habet, in priſtinum locum recipiatur.

Sabas venerabilis monachꝰ & præſes ſtudij,dixit: Videte quid agatis. Archiepiſcopi hunc hereticorum anteſignanum cõfeſſi ſunt. Scitis autem beatum noſtrum patrem Athanaſium ad Rufinianum ſcripſiſſe, hæreticorum anteſignanis ſatìs ſit, vt ad pœnitentiam recipiantur.

Athanaſij Alexãdrini ad Rufinianum teſtimonium.

Tharaſius ſanctiſſimus parriarcha dixit: Sed neminem verberauit.

Conſtantinus epiſcopus Conſtãtiæ,quæ eſt in Cypro, dixit: Iuuenalius, quique ſtabant à partibus illius, principes erant ſynodi Iatronum, attamen in quarta ſynodo recepti ſunt.

Ioannes clariſſimus quęſtor dixit:Placeat ſacræ ſynodo diuinitùs congregatę,Gregorium Neocæſareæ epiſcopum, qui ſynodo impiæ præteritæ anteſignanꝰ fuit,in craſtinum conſeruari,quò ipſe ſuam hęreſin & propriam doctrinam condemnet.

Ioannes venerabilis presbyter, & vicem agens Orientalis diœceſeos, dixit: Gratia Deo,quòd viros hos à tam peruerſa ſynodo ſuſtulit, qui ipſi reprehendunt & auerſantur ſuas doctrinas & improbas factiones, quique ipſos ſe pudoris & verecundiæ notauerunt.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Nouimus omnes Iuuenalium, patriarcham exiſtentem Hieroſolymitanũ, ratione dignitatis principem ſynodi fuiſſe:poſtquàm autem iniquitatis ſciuiſſet ſe argui,pœnituiſſetque,ſuſceptus eſt.

Epiphanius ſanctiſſimus diaconus eccleſiæ Catanę,retinens locum Thomę epiſcopi Sardiniæ, inquit: Verùm Iuuenalius neminem fuerat perſecutus.

Tharaſiꝰ ſanctiſſimꝰ patriarcha dixit: At-

qui hic quoquè respondit se neminem persequutum fuisse. Quin etiàm Eustathij hæresiarcha Macedoniorum fuerat, sed tamen diuus Basilius pater noster cum libello illũ recepit.

Venerabiles monachi dixerunt: Verum, sed quia conticuit Iuuenalius, ob eam causam obijcimus hoc.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Laudamus feruorem studiumq́ue vestrum, & in canonicas & euangelicas traditiones zelum.

Sabas venerabilis monachus, præses studij, dixit: Conseruet deus optimos nostros dominos, qui congregationem hanc synodicam ad vniendam Ecclesiæ catholicæ cõcordiam, conuocauerunt.

Sancta synodus dixit: Gratiæ Deo, & in secula seculorum laus.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Sancta synodus iam anteà declarauit, reuersos ab hæresi, iuxta patrum traditionem recipiendos, nisi alia quædam causa subsit, q́ ex sacerdotali dignitate eos eijciat. Hoc igitur & nunc quoquè referimus.

Sancta synodus respondit: Omnes hoc ipsum dicimus.

Ioannes venerandus presbyter, locũ retinens Orietalis diœceseos, dixit: Quę hactenùs dicta sunt diuersimodè, sancta & vtilia sunt.

Petrus religiosus presbyter Romanus, item Iohannes & Thomas Deum colentissimi presbyteri vicem agentes Orientis, dixerunt: Recipiant sedes suas.

Sancta synodus dixit: Hoc ipsum omnes iubemus, & in hoc conuenimus. Et in suas sedes assenderunt religiosissimi episcopi, videlicet Niceensis, Neocęsareanus, Rhodi, Iconij, Hierapoleos, Pessinuntôn & Carpathi.

Sancta synodus dixit: Benè Deus orthodoxos induxit.

Cõstantinus sanctissimus episcopus Cõstantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Quandoquidem in priori sanctæ synodi confessu, pijssimorum nostrorum Imperatorum sacram digni habiti sumus à secretis illius accipere, consequens est, vt videamus quid in ea scriptum fuerit. Habebatur autem in illa, literas fuisse missas ad serenissimam eorũ maiestatem, ab Adriano sanctissimo papa veteris Romæ: prętereà duos quaterniones ad sanctissimum patriarcham ab Orientalibus archiepiscopis. Atquì literas papę Romæ veteris legimus & audiuimus, quæq́ue in ijs dicebantur, cognouimus. Precamur itaque generositatem vestram illustrissimi patricij, vt & literæ ab Orientalibus allatæ huic sancto synodo, legantur, vt cognoscamus, idém ne sentiant & doceant papa veteris Romæ, & Tharasij beatiss. patriarcha, ꝑtereà q in Orientalibus plagis sunt episcopi.

Magnificentissimi duces & sacra synodus dixerunt: Fiat secundùm vestram petitionem.

Iohannes & Thomas Deũ amantiss. presbyteri, & vicem agentes Orientalium patriarcharum, dixerunt: Si huic sacræ synodo visum fuerit, legantur priùs literæ à beatissimo Tharasio patriarcha ad pontifices Orientales scriptæ: deindè, si videbitur, legemus quoquè ea quæ ab illis sunt rescripta.

Sancta synodus dixit: Legantur.

Et legere cœpit Stephanus venerabilis diaconus & notarius sacri patriarchici secreti.

¶Exemplar literarum ad summos sacerdotes & episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ vrbis, à Tharasio sanctissimo patriarcha Constantinopoleos missarum.

DOminus noster Deus, multa magnaq́ue prudentia hominum vitam dirigẽs & gubernãs, & vniuscuiusque vitę exitum & euentum summa cura respiciens, (nanque sinè ipso nihil factũ est, cùm & capilli nostri numerati sint à Deo) me hominem laicum, & in vulgari ordine in hunc diem vsque habitum, imperialibusq́ue obsequijs & ministerijs inuigilantem, nescio quo iudicio (ipse nouit) ad sacerdotalem sedem violentis iussionib⁹ Imperatorum nostrorum pijssimorum, veritatis propugnatorũ, item sanctissimorum episcoporum & clericorum assẽdere coẽgit, ità vt necessitatibus me submittere decreuerim, & fructum obediętiæ carpendum illis tradiderim. Quamobrem vos ter sanctos viros, velutì patres obsecro, vt meam pusillanimitatem baculo vestræ virtutis, & paternis doctrinis sustentetis: & velutì fratres, puris vestris precibus mihi per armaturam Dei contra insidias hostiũ succurratis: & in his tempestuosis fluctibus me gubernetis, vt recta in portũ volũtatis Christi Dei nostri nauim meã impellã. Est enim verè inter nos bellum acerbum, quod non ferro, sed verbis depugnatur. Tropheum tamen victorię erigere possumus, inuictam videlicet veritatem. Neque quicquam est, quod turbulentam adeò tempestatem vereamur, cùm defensorem & tranquillatorem omnium malorum CHRISTVM habeamus, qui etiàm fluctuanti mari minari & increpare potest. At nunc satis prooemiorum. Ad alterius sermonis narrationem accingor. Quandoquidẽ antiqua quędã obseruantia, immò verò Apostolica traditio in ecclesijs diù obtinuit, vt illi qui recèns assumpti fuissent ad summi alicuius sacerdotij grad⁹, illis qui & ante eos & multis temporibus summi sacerdotij gradum obtinuissent, fidẽ suam exponerent: visum igitur est mihi hæc sequuto, & me submittere vobis

vobis, & manifestè meæ fidei confessionem apud vos exponere, quemadmodùm à Spiritus sancti tubis, quarum sonus egressus est in omẽm terrã, & verba eorũ in fines orbis terræ, itẽ à gregibus & ouibus eorũ diuinis patribus nostris, à teneris vnguibus didici.

Pſal. 18.a

Confessio fidei Tharasij.

CRedo in vnum DEVM parrem omnipotentem, & in vnum Dominum Iesum Christũ filiũ Dei, & Deũ nostrum, genitũ ex patre extra tempora & ante secula, & in Spiritum sanctum Dominum viuificãtem: qui ex patre per filium processit, & ipsum esse definimus Trinitatem cõsubstantialem, eiusdem venerationis & honoris & sedis, sempiternam, increatam, omnium opificem, vnum principium, vnam deitatẽ & dñatum, vnum imperium, potentiam, facultatem & authoritatem, in tribus subsistentijs indiuisim discretam, & distinctim vnitam: non ex imperfectis tribus vnum existẽs, quemadmodùm magnus ille Dionysius inquit: Secundùm quidem singularitatem personarum, tria adoranda: iuxta verò communitatem naturæ, vnus Deus, omnium visibilium & inuisibilium factor & prædestinator. Confiteor & propter nostram salutem in extremis temporibus iuxta carnem vnius sanctæ Trinitatis filij DEI, Dominiq́; nostri Iesu Christi, ex vera Deipara & semper virgine Maria generationẽ, subsłantiam assumpsisse nobis similem materialiter sinè peccato,

Dionysius Magnus.

*desciscẽtẽ.

non *desciscente ab eo quod fuerat, sed in duabus naturis sinè cõfusione manẽtibus, cumq́; duabus in illis voluntatibus & effectibus: Crucifixum pro nobis carne, sepultum, & resurgentem, in cęlosq́ue reuersum, venturum iudicare viuos & mortuos. Præter hæc mortuorum resurrectionem expecto, & secundùm vnius cuiusq́ue actionem æternam retributionem, bonorum simul & malorum. Obsecrãs intercessionem sanctissimæ intemeratæ Dñæ nostræ Deiparæ & semp virginis Mariæ, sanctorũq́; angelorũ, & sanctorũ glorioſorũ apoſtolorũ, ꝓpheta rũ, martyrũ, confessorũ & doctorũ. Amplector etiàm horum venerandas imagines, & omnem hæreticã vaniloquentiam execror, eorumq́ue antesignanos & primates, Simonem dico, Marcionem, *Manenta, Paulum Samosatenum, & Sabelliũ Afrum, eorumq́; sceleſta dogmata detestor. Suscipio etiàm sex sacras generales synodos, earumq́ue diuina decreta, primæ quidem, quæ definiuit patri consubstantialem, & æquè sinè principio fuisse filium, anathematizans impium Arrium, Aëtium, Eunomium, Eudoxium, Demophilum, post hos etiàm qui rectè dicuntur Anomij, & Semiarriani, prætereà omnem eorum sceleſtam congregationem. Secũdæ autem decreta recipio, quæ definijt Deum esse spiritum sanctum Dominum viuificãtem, Auersor autem Macedonium, & omnes qui ab illius partibus stant. Cum his verò & Deo odiosum Apollinariũ, hominem planè de diuinis insipidè loquentem. Ex tertia verò, vnum Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum nostrum, ex patre genitum, ipsumq́; in extremis diebus nostra causa ex sancta Deipara semper virgine Maria incarnatum, & Nestorium hominis adoratorem, eiusq́ue asseclas, Diodorum, inquam, & Theodorum, quiq́ue illius quadruplarẽ fabulam sectantur, & in Christo dualitatem personalem cõstituunt, longè à mea confessione propello. Quartę verò synodi capita hæc accipio, duabus naturis, & in duabus naturis vnum esse sanctæ Trinitatis Christum Deum nostrum in carne peregrinantem, anathematizo autem Eutychen, Dioscorum, & omnem acephalõ eorum turbam: cum his etiàm Dei hostem Seuerum, & impium illum Iulianum Halicarnasensem, q́ incorruptibile corpus dominũ nostrũ assumpsisse fabulatur. Quintã verò, velutì spiritũs sancti macheram amplector, quæ à multis antè temporibus vigentes impias hæreses amputauit, & de eorum authoribus triumphauit, Origene nimirùm, Didymo, & Euagrio, quos omnes vt hæreticorum magistros execror. Sextã autem laudo, quòd ex duabus naturis Christum prædicauit, ob id etiàm illi duas naturales voluntates & operationes in alterutra natura, humana scilicet & diuina, adsignauit: anathemate autem execror Cyrum, Sergium, Honorium, Pyrrhum, Paulum, & omes qui eorum decretis insistunt, velutì Sodomiticam vitem, & gomorrhicum palmitem amaros botros producẽtem, exosos habeo. Eiusdem quoquè sextæ synodi omnia, tum rectè & diuinè decreta edita, traditosq́; canones recipio, præcipuè tamen, in quo adsignatur, quibusdam in picturis agnum digito præcursoris indicatum feliciter effigiari, velut in typum gratiæ, verum illũ agnũ Christum Deum nostrum, per legis præcessionem præfiguratum. Propterea antiquas illas picturas & vmbras figurarum, tãquàm symbola & notas Ecclesiæ traditas, amplectimur: ipsam tamen gratiam & veritatem priùs suo honore conuenientes. legis enim satisfactio hæc sunt. picturas autem non in alium vsum admittimus, nisì vt perfectiùs omnium conspectui, oculisq́ue exhibeantur: quẽadmodùm agnus qui peccata mundi sustulit, iuxta humanam effigiem configuratus à nobis erigitur, vt ex hac eius humiliatione altitudinem verbi Dei considerantes, ad memoriam dispensationis in carne eius omnia trahantur, & ad illius passionem salutiferam q́ue mortem, vndè mundo liberatio orta est, velutì manu ducamur. Superuacuę autem verborum nugæ & vaniloquentia, quæ temerè à quibusdam effunditur, ob hoc à nobis non recipienda est. quòd

secun-

secundùm gratiam diuinam nō proferatur.
His igitur valere iussis, & ab eorum consor
tio abstinētes, lumbos intellectûs nostri in
veritate succingimus, pariterque cum Im-
peratoribus nostris pijssimis, veritatis pro-
pugnatoribus, ad concordiam Ecclesię eri-
gimur, quam ob causam ab illis synodum
cum libertate totius populi CHRISTI-
ANI ritè indíci postulauim⁹, illi nostræ au-
tem petitioni innata sua pietate mox assen-
serunt. Vos autem supra fundamentū Apo-
stolorum & prophetarū, quorum lapis an-
Ephe.2. gularis Christus, ædificatos (quēadmodùm
ab initio dicere cœperam) commilitones,
comites, & pariter defensores accipientes,
fiduciam hanc à Deo maximo habemus, (nō
2.Cor.5. quòd nobis quicquam tribuamus, tāquàm
sufficere ad hanc rem nostra potestate pos-
semus, sed sufficiētia nostra à Deo ādimple-
tur) membra ista Ecclesiæ, quæ nunc facta
sunt & diuulsa, in vnum Ecclesiæ corp⁹ co-
aptari, cōglutinari & coniungi, nè ampliùs
dissipentur posse, quæ tunc augmentum ca
pient, cùm sciuerint Christum Deum caput
eorum esse. Cæterùm sanctitatem vestram
precamur, quô nobis simul cum epistolio
vestro duo mittantur, qui vices vestras hîc
peragant. Si quid autem ex Dei traditione
hactenùs, quod ad hoc argumentum facere
possit, habueritis, velim nobis declaretis,
quô literæ vestræ synodicæ, & vicarij quo-
què à vobis missi, hi quidem cum gratia au-
diantur, illæ verò legantur: atque id solùm,
nè ampliùs schisma aliquod in Ecclesia Dei
maneat. Idem etiàm hoc à primate veteris
Romæ postulauimus. Vos autem fraternè
nunc obtestamur, Apostolicamque ad vos
vocem eloquimur, vt cum Deo optima in-
uestigetis, & iuxta diuinam vestram specu-
lationem ea quæ inuestigata sunt, manife-
Mala.2.b stetis. Scriptum enim est: Labia sacerdotum
iudicium seruabūt, & Dei legem ab ore eo-
rum requirent. Credimus enim semina ve-
ritatis in sacerdotibus seruari. Nostri autem
pij Imperatores, & in omnibus rectè sentiē-
tes, veritatis stabilimentum erigere cupien-
tes, Deum perpetuò supplicant, iuxta diui
Gregorius theolog⁹. Gregorij, qui à Theologia cognomentum
inuenit, sentētiam, vt in vno Deo & in Tri-
nitate vni existentes, vno ore & vnanimes
per Spiritum sanctum non contrariātes, sed
inter nos veritatis sententiam cognoscam⁹
& exerceamus. Absit autē cōtentio & se di-
tio lōgissimè à nobis: & quēadmodùm vno
baptismo tincti, summam vnamque fidem
habemus, ità quoquè in omnibus ecclesia-
sticis negocijs vnum animū studeamus ha-
Phil.4.b bere. Pax autem Dei, quę omnem intellectū
superat, in vnitate & nos, & q̄ discissa sunt,
reducat. Diuturnum quoquè hulcus curet,
& in firmitudine syncerae fidei, & veritatis
confessione om̄es nos cōfirmet, sanctamq;
suam Ecclesiam custodiat, quęque huic im-

minent scandala, intercedente immaculata
Deipara virgine Maria, omnibusque san-
ctis, auertat. Fiat. Amen.

Petrus & Petrus religiosissimi presbyte-
teri, vicem agentes Adriani sanctissimi pa-
pæ veteris Romæ, dixerunt: Posteaquàm
sanctissim⁹ papa eiuscemodi literas accepis-
set, ea de causa cum rescripto iam lecto nos
huc misit.

Ioannes Deum colentissimus presbyter,
vicem retinens Orientalium pontificum, di-
xit: Dedit & nobis pijssima Imperatrix has
literas, nè in manus impiorum & hostium
Ecclesiæ inciderem⁹, sed sisteremur in præ-
senti synodo.

Sancta synodus dixit: Deus rectè vos huc
adduxit.

Constantinus Deum amantissimus dia-
conus & notarius, dixit: In manibus gesto
præfatos quaterniones, ab Oriente missos:
si videbitur synodo commodum, legentur.

¶Beatissimo & sanctissimo domino Tha-
rasio archiepiscopo Cōstantinopoleos,
vniuersali patriarchæ, Orientales
pontifices & sacerdotes in
Domino gaudere.

Orient epōru stola ad rasium

LEctis sanctissimis & diuino afflatu
editis libellis, & Apostolica & pa-
trum doctrina sanctitateque ple-
nis, nos eremum incolere studen-
tium minimi & extremi, timore & gaudio
perculsi sumus. Illo quidem propter terro-
rem, quo plerique nostrûm peccatis seruiē-
tes, in extremo iudicio vexabimur, cùm im-
pietatem non extinguamus: sed per om̄e ge
nus mali ambulantes, nouas quotidiè occa
siones excogitamus, quibus nosipsos per-
damus & interficiamus. Gaudio autē exul-
tam⁹, quòd fidei orthodoxæ synceritas, ve-
lutì solaribus radijs emicās, in lucem se ma-
gìs magisque ꝑfert: patrū quoquè & Apo-
stolica dogmata in clarissimā simplicitatem
illustrat. Tempestiuū igitur esse videtur, vt
prophetæ Zachariæ, qui parēs fuit vocis in-
dicis verbi illius, carmen alta voce exclame-
mus: Visitauit nos oriens ex alto. Itaq; cùm Luc.1.g
in tenebris & vmbra mortis, ignorātię & ꝑ-
uersæ deceptionis & imposturæ, nimirùm
Arabicæ impietatis, sedeam⁹: opùs est, vt in-
tellectualibus & prudētibus pedib⁹ in recta
pacifici statûs via incedamus. Quis potis est
eloqui magnificentiam Domini? Concinat
nobiscum Dauid diuin⁹ ille pater: Auditas Psal.105
faciet laudes eius, quoniā misertus est Deus
populi sui desperantis. Quinetiàm quæ di-
uisa erant, in vnam fidei conuenientiam re-
duxit. Erexit em̄ nobis cornu salutis nostræ Luc.1.f
in domo *, & diuino suo successore vnige- for. *D
nito filio Dn̄o & Deo, seruatore nostro Ie-
su Christo, cui estis vos beatissimi, primo lo
co secundùm Ecclesię legem & ordinem vi-
cini, deindè triumphatores & diuinitùs de-
signati Imperatores nostri & dn̄i terrarum
orbis.

orbis. Sacerdotalis enim dignitas, imperij
sanctificatio est & confirmatio: Imperium
verò, sacerdotalis dignitatis robur & potē-
tia. Qua de re sapiens quispiam rex, & inter
reges facilè beatissimus, dicere solebat: Ma-
xima dona, quæ à Deo hominib⁹ data sunt,
sacerdotij dignitatem & imperium existi-
maui: Illa enim, cælestia curat & dispensat:
hoc autem, legibus æquis & iustis omnia q̄
in terris fiunt, procurat. Nūc obstaculi me-
dium, ruptum est & dissolutum: eminet aūt
ante discordiam & schisma, vnanimitas &
cōsensio. Pax quoquè Dei q̄ excellit omnē
cogitationem, splendidè triumphat: nunc
qui genuerunt inter nos, cōuicium vicinis,
& subsanatio participantibus nobiscum, &
improperium qui circundant nos. Ex hoc
quoquè tempore in terram prostrati, in cæ-
los diuinitùs ascendamus, & cum Psalmo-
Psal.40. grapho in m̄etis lætitia clamabimus: In hoc
cognoui, quoniam voluisti me, quoni-
am nō est gauisus super me inimicus meus.
Et me quoquè ꝑpemodùm ex mentis sim-
plicitate & innocentia deceptum resumpsi,
& iterùm erexi, & in petra Apostolicæ fidei
claudicantes meos pedes defixi. Hæc aliaq;
his similia, gloriosæ literę vestrę nos scribe-
re coēgerunt, vt in omni cauonico statu, &
à patribus tradita ordinatione incedentes,
cognoscat vestra sanctitas in vnitate fidei
& recta mentis sententia, idē nos cum dile-
ctis & religiosissimis fratribus nostris viris
sanctis sape & sentire, quod sanctitudo ve-
stra libellis suis declarauit: quos multis de
causis omnes libenti & alacri animo susce-
perunt: primùm, quia vestræ sanctitatis pla-
centem omnibus sententiam continebant:
deindè, quòd tam ampliter optimorum no
strorum Imperatorum bonam mentem &
sententiam prædicabant: Postremò, totius
populi Christiani erga veram pietatem me-
liorem mentem, & bonam erga diuina vo-
luntatem & sententiam, spemque melioris
seculi. Vos verò velutì vna anima in duob⁹
corporibus Apostolico more sentientes id
quod rectum est, & à Spiritu sancto instiga-
ti, cōfirmate fratres vestros, vt diligētes sint
contra hostes crucis, atque in eam rem om̄i-
bus animi viribus incūbite, consiliaque bo
Prou.2.c na date, quoniam scriptum est: Consiliū bo
num conseruabit te, intellectus bonus cu-
stodiet te. Nos quoquè bono consilio vtē-
tes, frarres nostros veritatis studiosissimos,
Ioannem & Thomam zelo Dei orthodoxæ
fidei amore ornatissimos, nō velutì magno-
rum patriarcharum sedibus consimiles, sed
sanctissimi silentij & quietis amatores. Di-
ximus autem ad eos: Eccè nunc tempus sa-
lutis & trāquillitatis, quo nullum aliud vel
tempestiuius, vel vtilius. Ite cum viris his, &
viua voce docete, quæ dominos vestros per
literas cognouisse putatis, aut potiùs suspi-
camini, & falsam accusatióem, qua quidam

ecclesias Aegypti & *Syrij infamant, infrin- *Syriæ
gite: & quis cultus, quæque ex Apostolica
traditione in ecclesijs Dei obseruantia sit,
exponite, desideratosq; dominos nostros
salutate. Quanquàm autē vos infantes estis,
& nō admodùm docti, confidenter tamen
agite. Deus enim ora vestra aperiet, dabitq;
eloquentiam, qua sufficientes eritis ad oēm
contentionem subuertēdam. Hæc cùm mā-
dâssemus illis, ad vos misimus ô viri sanctis-
simi, quamobrem precamur vestrā sanctita-
tem, vt bono animo eos recipiatis: habebi-
tis enim trium Apostolicorum thronorum
concordem sententiam, & concinentē con-
cordiam, q sanè sex generales synodos antè Intellige pseudosynodum Constantinopolitanam, falsò ab hæreticis septimā dictam,
habitas, vna voce prædicant: aliam autem il
lam (quam septimam dicunt) nō modò nō
recipiunt, sed vno animo & voce detestan̄t,
vtpotè quæ ex hæresi contra Apostolicam
& patrum traditionem sit congregata, non
aliā ob causam, quàm vt sacrosanctas & ve-
nerādas imagines subuertat. Vos autem vi-
ri sanctissimi, zelo Dei instructi, cùm habe-
atis adiutores pijssimos nostros dn̄os sere-
nissimos Imperatores, totamq; simul à Deo
vocatam congregationem, estote fortes &
animosi, præualeat cor vestrum contra eos,
qui Apostolicas traditiones subuertere co-
nantur. In Dei autem Christi obedientiam
omnes transferatis. Gaudemus em̄, & Chri-
sto gratias agimus, quòd Imperatores pijs-
simos dominos nostros, & sanctissimū pa-
pam veteris Romæ Adrianum, consentien-
tes & consolicitātes habeatis: qui etiàm di-
citur suos apocrisarios ad vos misisse. Con-
fessos autem omnes audiuimus eam fidem,
quæ in sexta synodo prostremùm edita est,
quæ profectò sinè omni controuersia sana
est, & valdè vera, & secundùm Apostolicam
sententiam & mentem incedens. Vt autem
vestra beatitudo satìs copiosè de nostra fi-
de instruatur, putauimus consultū quoquè,
sex synodorum anteà habitarum fidem re-
censere, principiò autem Theodori beatæ
memoriæ patris nostri patriarchę Hieroso-
lymitani, deindè aliarum synodorum, quæ
ità habet.

¶EXEMPLAR SYNODICArum literarum Theodori sanctissimi patriarchæ Hierosolymorum.

CRedim⁹ sanctissimi fratres, quē- Theodori Hierosolymorum patriachæ exemplar fidei.
admodùm à primordio credidi-
mus, in vnum Deū patrem om̄i-
potentem, sinè principio existē-
tem & sempiternum, omnium visibilium &
inuisibilium factorē. Et in vnum Dominū
Iesum Christum, filium Dei vnigenitum, q
ab æterno & expers affecti ex eo genitus ex
Deo & patre, neque aliud initium quàm pa
trem cognoscentem, & qui ex ipso *substā- *subsistentiam
tiam habet, lumen de lumine, Deum verum
è Deo vero. Et in vnū sanctum spiritū, sinè
fine

ſine ex patre ꝑcedentẽ, lumẽ & Deũ, & ſuî-
ipſi⁹ decreti exiſtentẽ, & verè exiſtẽtẽ, patri
filioq; coęternũ, cõſubſtantialẽ & eiuſdem
generis, eiuſdemq; ſubſtãtię & naturę, eodẽ
modo etiàm Deitatis eiuſdẽ Trinitatẽ con-
ſubſtantialem, eodem honore affectum, &
eiuſdem throni exiſtentem, in eandem De-
itatem conſummatam, & in vnam & cômu-
nem coactam poteſtatem, ſinè perſonali &
ſubſtantiali confuſione & electione Trini-
tatẽ in vnitate credimus, & vnitatẽ in Tri-
nitate glorificamus. Trinitatem quidem in
tribus ſubſiſtentijs, vnitatem verò in vnita-
te Deitatis, neque vnitatem illam cõfuſam
habentem, neq; Trinitatem per omnia di-
uiſam, ſed in altera alteram conſeruatã. Di-
uiſa eſt enim numerarijs ſubſiſtentijs, & nu-
merata perſonalibus alteritatibus, ſed ſub-
ſtantiæ & naturæ identitate vnita, & nulla
ratione partitionem admittens. Vnus enim
Deus eſt. Indè etiàm Diuinitas vna abſo-
lutè ꝑdicatur, & in perſonarũ Trinitate co-
gnoſcitur. Et non, inquantùm vnus Deus,
& vna Deitas, Deus eſt diuiſus, & in tres de-
os partitus. Arrianorum enim iſta eſt impi-
etas: neque etiàm, inquantùm tres vnus De⁹
eſt, & demonſtratur, & tres hypoſtaſes præ-
dicatur, & pater & filius & Spirituſſanctus
dicit̃, cõtractus & cõiunctus, & in vnã ſe hy-
poſtaſim contrahens: Sabellianorum enim
iſta eſt impietas. Quamobrem rectè à viris
diuinarum rerum peritis dictum eſt, vnita-
tem nos ſentire in vna & ſingulari Deitate,
Trinitatẽm autem in tribus inconfuſis ſub-
ſiſtẽtijs: nec alium Deum vnum præter tres
perſonas cognoſcimus, neque tres Trinita-
tis conſubſtantiales perſonas, quæ ſunt pa-
ter, filius & Spirituſſanctus, aliũ præter vnũ
Deum agnoſcimus. Ob id etiàm vnum hęc
tria, in quibus diuinitas prædicamus, vel (vt
veriùs dicamus) quæ Deitas eſt & cogno-
ſcitur. Credimus etiàm in vnum eiuſdẽ ſan-
ctæ conſubſtantialis Trinitatis Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, qui in forma Dei
Phil. 2. a existens, non rapinam arbitratus (vt inquit
Apoſtolus) in eo quòd ſimilis cũ Deo exi-
ſtat, ſed ſeipſum inaniuit, aſſumpta ſerui for
ma. Nam patri exiſtens conſubſtantialis, &
coæqualis aſſeſſor, in extremis temporibus
non dedignatus eſt ex ſancta & immacula-
ta Domina noſtra Deipara aſſumpta carne,
animata anima intellectuali & rationali ab
initio à noſtra maſſa, non ſeminio, ſed opi-
ficio per Spiritumſanctum naſci. Sic ex du-
obus contrarijs progreſſus Deum verbum,
perfectus natura Deus exiſtens, idem perfe
ctus natura homo fuit, non vertens naturã,
neque phantaſmate ſimulans diſpoſitionẽ
ſuam, ſed aſſumpta ex ſancta virgine ratio-
naliter & intellectualiter carne, & quę in ſe-
ipſo id quod erat ſortita, vnitus ſecundùm
hypoſtaſin, inconfuſus, indiuiſus, non na-
turam Deitatis ſuæ, in carnis ſubſtantiã mu-
tans, neque etiàm ſubſtantiam carnis ſuę, in
naturã Deitatis ſuę. Duæ enim naturæ im-
mutabiliter in ſe inuicèm vnitæ in vna ver-
bi Dei hypoſtaſi, vnum filiũ & Dominũ no
ſtrum declarãt, viſibilẽ & inuiſibilem, mor-
talem & immortalem: eodem modo deſcri-
ptum, perfectum Deũ & perfectũ hominẽ,
perfectum in duab⁹ naturis declaratum, &
in duabus poteſtatibus & virtutibus & vo-
luntatibus adoratũ. Non enim operatus eſt
diuinè, neque rurſùs humaniter, niſì natu-
ra fuiſſet Deus & homo. Hunc verè Deum
exiſtentẽ & hominẽ cõfitemur, propter no-
ſtram ſalutẽ crucifixũ, & mortẽ in carne gu-
ſtâſſe tribus etiàm diebus in ſepulcro rece-
ptum, & reſurgentẽ à mortuis propriæ De-
itatis potentia, deprædantem infernum, &
eos qui à principio captiui tenebantur libe
rantẽ, in cælum aſſcendentẽ, & à dextra pa-
tris ſedentẽ, venturũ, iuxta incorporeorum
vocem ad Apoſtolos, in ſecũda præſentati- Acto. 1
one iudicare viuos & mortuos. Cõfitemur
etiàm & à mortuis in extremo die per vocẽ
archangelicæ tubæ reſurrectionem, & omi-
um qui vixerunt, ſiue benè, ſiue malè, ex iu-
ſto Dei noſtri Ieſu Chriſti iudicio retribu-
tionem & vitam æternam venturam, neque
finem habituram. Suſcipimus autem & ex
animo amplectimur & amam⁹ ſex ſacras &
vniuerſales ſynodos, q̃ ex ſpirituſſancti in-
ſtinctu cõtra oẽs hæreſes q̃ in diuerſis locis
& temporibus fuerũt, cõgregatæ ſunt, quas
ſanè omnes excellenter vniuerſæ, quæ ſunt Capita
ſub ſole, Eccleſiæ prædicant, earumque re- cõcilio
ctis & à Deo inſpiratis dogmatibus ſeipſos
confirmant, reijcientes quos ipſę reijciunt,
recipientes verò, quos illæ recipiunt.

I. Nicæ Et prima quidem in Nicea congregatis
trecentis decem & octo Patribus, propter
Arrij, cognomento inſani, hæreſin extirpã-
dan, eiuſq; corruptrices animarũ blaſphe-
mias: qui ſublatã cupiuit vnã illam & incon
fuſam Deitatem, patris etiàm creationę fi-
lium inani ſua garrulitate prędicabat, negãs
ꝑ filiũ etiàm cuncta ex nihilo, in illud quod
ſunt, producta. Damnauit etiàm eadẽ ſyn-
odus omnes qui cum illo erant eiuſdẽ ſen-
tentiæ. Hæc eadem perſanctè cõſtituit Do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum ante cun-
cta ſecula. ex patris ſubſtantia & hypoſtaſi,
ante tempora ſinè defluxu generatum, prę-
tereà patri conſubſtantialẽ, & ſancto quo-
què ſpiritui. Atque hęc per ſymbolum, ſiue
rectam fidem confeſſa eſt.

II. Cõſtantinopolitanum. Secunda verò in Conſtantinopoli, con-
uenientibus centum quinquaginta patri-
bus, congregata eſt contra πνευματόμαχον
Macedonium, & eos qui à partibus eius ſta-
bant, Deo odibiles Semiarrianos. Hæc ſan-
cta ſynod⁹, Spiritumſanctũ ducẽ & ducto-
rem nacta, declarauit ex patre ante tempora
& perpetuò Spiritumſanctum egreſſum ha-
buiſſe: prætereà patri & filio conſubſtantia-
lem, coadoratum & conglorificatum: Eos
verò qui blaſphemias fuderunt in paracle-
tum, veluti non ſimul proceſſiſſet, execra-
tionibus infinitis deuouerunt. Sed & cum
his inſanum Apollinarium, qui & ſeruato-
rem, hominem ſinè mente, ipſe demẽs bla-
ſphemauit.

III. Epheſ. 2 Tertia, quę in Epheſo prior ex ducentis
patribus emicuit, Neſtorij adoratoris homi
nis, veſaniam ſuſtulit & abſcidit, eiuſque aſ-
ſeclas in perpetuum damnauit. Hic enim ex
propria ſtultitia ſeductus, alium ante ſecula
Deum verbum, alium verò ex virgine pro
noſtra ſalute incarnatum nugatus eſt. Ob id
etiàm nolens coactus eſt Trinitati quartam
perſonam ſuperinducerę: non ſolùm autem
vnítas duas Chriſti naturas in duas hypo-
ſtaſes, verùm etiàm nomen hoc θεοτόκοσ, hoc
eſt, Deipara, impius iſte adiurãs, pro eo χρι-
στοτόκοσ, id eſt, Chriſtipara, ſubſtituit, cùm
omnes cognoſcant eam verè Dei matrem,
poſt partum & ante partum virginem qua-
libet intellectuali & ſenſibili natura ſuperi-
orem, gloria & ſplendore ornatam. Hunc
igitur tertia ſynodus ducentorum patrum
anathemate reddidit execrabilem, illiusq;
corruptrices animarum nugas planè dete-
ſtata eſt, vnũ ex patre filiũ ante ſecula ſplẽ-
dentem, & in extremis tẽporibus ex imma-
culata virgine Deipara Maria noſtram natu
ram induentem teſtata. Quin etiàm docuit
perfectum Deum & perfectum hominem,
ipſius filium Dei prædicans: hoc eſt, vnum
& filium & Chriſtum & Dominum. Simpli-
ciùs autem vnam naturam verbi Dei incar-
natam, quod indicat duarum naturarũ ſe-
cundùm hypoſtaſin vnitatem. Inſtituit aũt
propriè dici, & ſecundùm veritatem, ſanctã
Mariam θεοτόκον, hoc eſt, Deiparam.

IIII. Chalcedoneñ. Tempeſtiuè & ea, quæ in Chalcedone ce-
lebrata eſt ſynodus, in qua ſexcenti patres
erroneã hæreſin, quæ Chriſti duas naturas
confundit, ſuſtulerunt: quam ſanè primus
inſanus Eutyches per inſipientiam induxit,
auſus negare duas naturas in vno Chr̃o in-
cõmutabiliter vnítas, vnam autẽ naturam
ex duabus extitiſſe compoſitam prodigio-
sè pronuncians. Hic Dioſcorum ſceleſtum
illum hominem commilitonem & aduoca-
tum nactus, bonorum dogmatum accuſa-
tor, & veritatis hoſtis repertus eſt. Sed hos
duos ſancta quarta ſynodus ſubuertit, eo-
rum vaniloquas deliratiões ſeueris anathe-
matibus, ipſosque authores ſubiecit. duas
aũt Chriſti veri Dei noſtri naturas, ſinè cõ-
fuſione incommutabiliter, intranſmutatìm
in vna ipſius hypoſtaſi vniri prædicauit: ꝑ-
fectum etiàm ipſum in Deitate & humani-
tate exiſtere, ex duabus & in duabus natu-
ris cognitum. Præter hæc Neſtorij quoquè
ſceleſti iſtius diuiſionem, ipſumque adeò
& qui dogmata illius ſectant̃, abrenũciauit.

V. Cõſtãtinopolitanũ Deincèps & quinta congregata ſynodus
eſt in imꝑatoria ciuitate, ex ſexagintaqua-
tuor ſupra centum Epiſcopis conſtans. hęc,
ſpiritusancto duce, priores quatuor ſyno-
dos confirmauit, iuſſitque vt harum decre-
tis acquieſceremus, execrans Arrium, Neſto
rium, Eutychen, Theodorum Mopſueſtiẽ-
ſem, horumque omnium blaſphemias. Præ-
tereà Origenem, Euagriũ, Didymũ, oẽsque
fabuloſas & gentiles eorũ prodigioſas nar-
rationes. Ad hæc epiſtolam, quæ Ibæ cuiuſ-
dam nomine ad Marim Perſam circunfert̃.
His adde Theodoriti commentaria, q̃ con-
tra recta duodecim capita beatæ memoriæ
Cyrilli conſcripta ſunt.

VI. Cõſtãtinopolitanũ Poſt quam ſancta ſexta ſynodus, veluti
alter ſol, ex ducentis & octogintanouem
patribus, in regia ciuitate locum ſortita il-
luxit: in qua cõgregata exiſtẽs, eos qui duas
ſui iuris voluntates & operationes in Chri-
ſti Dei noſtri incarnata œconomia negant,
& vnam voluntatem vnamque operationẽ
ſeruatoris noſtri Deitatis & humanitatis
conſtituunt, anathematizauit: nimirùm Ser
gium, Pyrrhum, Petrum, Cyrum, Honori-
um, Theodorum dictum Pharan, necnon
Polychronium delirantem ſenem, prætereà
omnes qui conſtituerunt, conſtituunt, ac
conſtituere tentabunt vnam volũtatem &
operationem duarum Chriſti naturarum.
Nam ſi (vt quidam Sapiens inquit) inuolũ- Sapiẽtis cuiuſdã dictũ.
tariam & inefficacem humanam Chriſti na-
turam relinquimus, vbì perfectum illud in
humanitate ſeruabitur? Igitur duas volun-
tates & operationes inuicèm in Chriſti na-
turis, vt naturaliter loquamur, aptantes, ef-
ficiemus vt magnum ſalutaris œconomiæ
myſterium manifeſtiſſimè appareat.

His itaque ſex ſacris ſynodis, quas ſolas
vniuerſales agnoſcimus, cõcorditer ortho-
doxa fides ſtabilita eſt: neque aliam, præter
has, ſynodum accipimus. Nõ eñ quicquam
Apoſtolicarũ traditionũ, nihil etiàm patrũ
legitimarum editionũ, quod dubiũ moue-
re poterat, aut correctione indigebat, omiſ-
ſum eſt. Idcircò vniuerſos hæreticæ impro-
bitatis authores, vt ſeminis zizaniarum di-
abolicarum plantatores, animarumq; cor-
ruptores, à principe peſſimo, Simone (in-
quam) Mago, vſq; ad extremos eorũ ſucceſ-
ſores, vno (quod aiũt) faſce deincèps ex to-
ta anima anathematizamus. Maximè autem,
quos ſex priores ſynodi vniuerſales dãnâ-
runt. Quibus etiàm adijcio Seuerum, Ace-
phalorum & vnius naturæ clamantiũ prin-
cipem, illiusque commilitones omnes: neq;
iniquum eſt his adijcere Petrum Fullonem,
qui ter ſancto hymno adijcere aliquid au-
ſus fuit, impaſſibilique Deitati paſſiones
affricare tentauit: Quicunque etiàm hunc
vt ducem ſequuntur. Locales autẽ ſynodos
non auerſamur, ſed magìs amamus, ample-
ctimur & recipimus, earum etiàm diuinitùs

inſpiratas canonicas conſtitutiones, correctiones, & vtiles earum legiſlatiões ſumma obſeruãtia colimus. Apoſtolicas autem Eccleſiæ traditiones, quibus veneratio cultura{que} ſanctorum docetur, recipimus & veneramur. Eos autem vt miniſtros, amicos, & filios Dei exiſtentes, honoramus. Honor enim qui à conſeruis idem ſentientibus inuicèm exhibetur, indicium eſt beneuolentiæ erga Dominum. Sunt enim promptuaria dei & pura CHRISTI habitacula, Spiritus{que} ſancti immaculata ſpecula. Quinetiàm animæ eorum in manu Dei exiſtunt, vt ſcriptum eſt. Deus enim vita exiſtens, cùm ſancti in DEI manu ſint, in vita & lumine neceſſum eſt vt exiſtant. Et ob id preciosa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Hi viuentes in libertate Deo adſtiterũt. Seruator noſter Chriſtus fontes ſalutares, ſanctorum reliquias nobis reliquit, multis modis beneficia in debiles fundentes, vnguentum redolentis ſuauitatis ſcaturiẽtes. Et vt inquit magnus doctor, cui ab immortalitate nomen eſt, martyrum oſſa morbos fugant, infirmis medicanť, cæcis viſum impartiunt, lepras emundant, tentationes & mœrores ſoluunt. Atque id per Chriſtum, qui in ipſis habitat. Benè etiàm Pſalmographus cecinit: Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. Et iterùm: Sanctis in terra illius, mirificas fecit omnes voluntates eius in ipſis. Cùm etiàm ſanctas imagines reueremur, principiò adorãtes Dei verbi, propter nos incarnati, Domini noſtri & ſeruatoris Ieſu Chriſti, qui formam ſerui adſumpſit, imaginem. Quanquàm ſciamus ipſam imaginem & typum Deitatis, quæ cum carne illius immaculata inconuulsùm vnita eſt, minimè poſſe figuram præſtare. Inuiſibilis eñ eſt diuina natura, nec depingi, nec figurari ſe pmittit. Deum enim, vt ipſe inquit, nemo vidit vnquàm. Sed humanitatis illius imaginem coloribꝰ ducẽtes adoramꝰ. Viſus eñ eſt Deus, & cum hominibus cõuerſatus eſt, noſtro{q}; more & natura laborauit, eſurijt, ſitijt. Adoramus quidem Chriſti imaginem, quemadmodùm facies eius viſa eſt, nõ tamen à Deitate ſeparata: abſit vt ità ſentiamus, cùm ab ipſa prima conceptione, cum Deitate vnita ſit. Quanuìs enim dicat ad Iudæos, Quia vultis me occídere, hominem qui veritatẽ loquutus ſum vobis, non tamen ob id dũtaxàt homo fuit, ſed & Deꝰ. Et cùm inquit, Egò & pater vnum ſumus, hãc non abnegat noſtram naturam. Humano enim ore & lingua inſtrumentaria hæc loquitur. Veneramur etiàm & adoramus imaginem Deipar{ę}, & ꝺominę noſtræ irrepræhenſibilis, immaculatæ, & inexplicitæ caſtitatis matris, quæ illum peperit. Quin etiàm ſanctorum Apoſtolorum, prophetarum, & victorum martyrum, ſanctorum{que} & beatorũ, velutì amicorum Dei, imagines colimus, non in materia aut coloribus honorẽ conſtituentes, ſed p hoc officiũ noſtrum, quod ipſis adeò, quorũ typũ imagines geſtãt, debemꝰ impartiẽtes: cùm ſciamus, iuxta Baſilij Magni ſententiã, {q}ꝑ imagini honor exhibitꝰ, ad ipſum prototypum referatur. Ad eos verò qui contentioſiùs nobiſcum agentes, negãt fas eſſe, imagines ſanctorum adorare, cùm ſint manufactæ, ob id etiàm idola impij illi eas vocant, ſciant hi, quòd & Cherubin & propiciatorium, & arca, & menſa, quæ admirandus Moſes ex Dei mandato præparauit, manu hominũ facta ſunt & adornata. Diuina enim ſcriptura repræhendit eos qui ſculptilia adorant, & qui dæmonibus immolant. Gentium enim ſacrificia abominãda erant, iuſtorum verò probãda. Cùm igitur ſatìs craſsè ſcriptura venerandas imagines recepit, adorare eas licitum eſt, ſed prototypi cauſa. Has igitur ſynodicas literas cùm acceperitis patres ſanctiſſimi, ſi quid in illis repertum fuerit correctióe dignum, petimꝰ vt ſinè inuidia, veſtra doctrina nos reddatis participes, idq́ue literis reſcriptis admonete. Sic enim fiet, *vt concordes vos & nos in fide *inuenti, glorificetur pater & filius & ſpiritusſanctus nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et poſteaquàm literæ lectæ fuiſſent, Petrus vterque venerabiles presbyteri, vicem agẽtes ſanctiſſimi Adriani papæ veteris Romę, dixerunt: Confidimus, iuxta fidem quã rectè confeſſus eſt Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha Conſtantinopoleos, & apud nos Apoſtolicus papa Adrianus, ſanctam hanc ſynodum ambulaturam, vtpotè {q} iam conſenſit illis, quæ ipſi confeſſi ſunt. Benedictꝰ etiàm Deus, quòd Orientis ſanctiſſimi preſules in confeſſione adorationis imaginum venerandarum, conſoni cum Adriano ſanctiſſimo papa veteris Romæ & Tharaſio beatiſſimo patriarcha nouæ Romæ inuenti ſunt. Qui verò ità non confitentur, anathemati à trecentis decem & octo patribus hîc congregatis, ſubijciantur.

Sancta ſynodus dixit: Fiat, fiat, fiat.

Agapius ſanctiſſimus Epiſcopus Cæſareæ, dixit: Literis quæ ab Orientis præſulibus ſanctiſſimis miſſæ ſunt ad Tharaſium *vniuerſalem patriarcham, velutì columnã orthodoxæ fidei, omnibus modis aſſentior, eorum{que} communionem recipio: qui verò ſecùs ſaxint, anathemàti ſubijcio.

Ioannes ſanctiſſimus epiſcopus Epheſi, inquit: Epiſtolio orthodoxo à præſulibus ſanctiſſimis Orientis, ad ſanctiſſimũ & vniuerſalem patriarcham Tharaſium deſtinato, acquieſco, eorum{que} communionẽ amplector. Qui verò ità non confitentur, neque venerandas imagines colũt, alienos ab eccleſia catholica & apoſtolica cẽſeo, eos{q}; diris deuoueo.

Cos

Damaſcenꝰ lib. 4. de orthodoxa fide

Sap. 3. a

Pſal. 115.

athanaſium intelligit.

Pſal. 67.
Pſal. 15.

Phil. 2. a

Ioan. 1. b
1. Iohan. 5.

Baruch 5.

Ioan. 8. e

Ioan. 10. f

Baſilius magnus.

Pſal. 96.
Eſa. 42.

for. *
for. *
tos

Coſtantinus Epiſcopus Coſtantiæ, {q} eſt in Cypro, dixit: In nullis peccantes cùm videam literas, quæ nũc lectæ ſunt, & ab Orientalibus Epiſcopis ad Tharaſium ſanctiſſimum & beatiſſimum Archiepiſcopum & vniuerſalem patriarcham miſſæ: item cùm in his eandem fidei confeſſionem cognoſcam ego indignus etiàm aſſentior, & vno animò idem prædico. Suſcipio enim & amplector venerandas imagines, adorationem autem quæ ſit ſecundùm λατρείαν, hoc eſt, Dei culturam tantummodò ſuperſubſtantiali & viuificæ Trinitati conſeruo. qui verò aliter ſentiunt, qui{que} glorioſos ſanctos non approbant, à catholica & Apoſtolica Eccleſia ſeparo, & anathemati ſubijcio, & ad eos relego, qui incarnatam Chriſti Dei veri noſtri œconomiã pertinaciter negant.

Baſilius ſanctiſſimus epiſcopus Ancyræ, dixit: Literis, quæ ab Orientalibus ſanctiſſimis præſulibus ad beatiſſimum archiepiſcopum & vniuerſalẽ patriarcham Tharaſium miſſæ ſunt, acquieſco & adhęreo: & quę illi ſunt confeſſi, cum omni animi promptitudine recipio: qui verò ſic non ſentiunt, anathemati ſubijcio.

Nicolaus ſanctiſſimus epiſcopus Cyzici, dixit: Literis ſanctiſſimi patriarchæ Tharaſij ad Orientales præſules miſſis, & rursùs libellis Orientalium ſanctiſſimorum præſulum, ad vniuerſalem patriarcham reſcriptis de ſanctarum imaginum veneratione aſſentior, eorum{que} communionem recipio: qui verò ſecùs ſentiunt, anathemati relego.

Euthymius ſanctiſſimus Epiſcopus Sardenſium, dixit: In oñibus veritatem ſectari cupio, & traditionibus ſanctorum Apoſtolorum, patrum{que} inhærere contendo. Quamobrem literis dudùm lectis, à Tharaſio ſanctiſſimo patriarcha ſcriptis, quas{que} ille à ſanctiſſimis Orientis præſulibus recepit, quoniam illis vna eſt voluntas, acquieſco, & idem ſentio, nimirùm de ſanctis eorum decretis, & quæ veneratióem ſanctarũ imaginum reſpiciũt. Qui verò extra hoc vaniloqui ſunt, nugantur{que} contra ſanctas imagines, neque illis quicquam tribuunt, hæreticos & peruerſos exiſtimo, & eorum communionem longè valere iubeo.

Petrus ſanctiſſimus epiſcopꝰ Nicomedię, dixit: Iuxta literas à præſulibus Orientalis diœceſeos, ad ſanctiſſimum & vniuerſalem archiepiſcopum & patriarcham Tharaſium miſſas ſentio, & quæ in illis confeſſa ſunt, recipio. Veneror autem & adoro venerandas & ſacras imagines, & qui non ſunt eius ſententiæ, execror.

Hypatius Niceæ epiſcopus dixit: Epiſtolæ, quam miſerunt Oriẽtales præſules ſummi ad Tharaſium beatiſſimum & vniuerſalem patriarcham, accedo: & quæ in ea confeſſa ſunt, recipio. Veneror etiã ſacras imagines & eaſdem adoro & amplector. Oñes aũt qui ità ſibi faciendum nõ exiſtimãt, alienos à catholica & apoſtolica Eccleſia eſſe arbitror, & anathemate deuoueo.

Helias ſanctiſſ. epiſc. Cretæ dixit: Literis ab Oriente miſſis inſiſto, & eas approbo.

Stauratius Chalcedonis epiſcopus, dixit: Cùm videã literas lectas, tum quas ſanctiſſimꝰ & vniuerſalis patriarcha Tharaſius ad Orientem direxit, tum quas ab Oriẽtali diœceſi ſanctiſſimi archiepiſcopi ad Tharaſium reſcripſerunt, planè conuenire, & in nulla re diſſonare, ſed plena teſtimonia rectæ fidei dare, ego quoquè his aſſentior, eadem confiteor, & alienos ab Eccleſia, qui aliter exiſtimant, iudico.

Nicephorus reuerendus epiſcopus Dyrrhachij, dixit: Ab Oriẽte orthodoxis literis à ſacerdotibus ſummis ad Tharaſium ſanctiſſimum patriarcham miſſis, aſſentior, eorum{que} confeſſionis expoſitiõem recipio: qui verò aliter animati ſunt, eos cõdemno.

Epiphanius ſanctiſſimus diaconus eccleſiæ Catanes, locum retinẽs Thomæ ſanctiſſimi epiſc. Sardiniæ, dixit: Verum eſt quod ſcriptum eſt, Faui mellis, ſermo bonus: dulcedo eorum, medela animæ. Eccè enim quę iam lectæ ſunt ſynodicæ lileræ Tharaſij ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi imperialis vrbis Conſtantinopoleos nouæ Romę, ad Orientis ſanctiſſimos ſummos{que} ſacerdotes ſcriptæ: quin etiàm rursùm ab his ad illum deſtinatæ, dulci & redolenti fauo doctrinæ & orthodoxæ fidei patrum efflorẽſcentes, omniũ noſtrorum mentes ſenſûs redolentia perfuderunt, eos etiàm qui in fide anima claudicabant, robore & virtute orthodoxæ doctrinæ ſanauerunt. Ob eam cauſam ego paria cum his ſentiens, recipio, venerorque iuxta veterem traditionem ſanctas imagines. Et conuenticulũ *illum apoſtaticum, quam ſeptimam ſynodum delirantes quidam auſi ſunt appellare, omnes{q}; qui cum hac ſentiunt, horrendis diris deuoueo.

Pro. 16. d

for. *illud

Leo ſanctiſſimus presbyter, & locum retinens metropoleos Sides, dixit: Gratia Chriſto vero DEO noſtro, qui concordes eſſe voluit literas Orientalium præſulum cum illis, quas ad illos ſanctiſſimus patriarcha Tharaſius deſtinauerat: quamobrem ego quoquè his accedo ac inhæreo. Qui verò diuersè ſentiunt, anathemate execror.

Nicolaus venerabilis monachus, ꝓſes mãſionis quæ Apra appellatur, locum retinens metropoleos Thianenſium, pronunciauit in eandem ſententiam.

Gregorius ſanctiſſimus epiſcopus Neocæſareæ, dixit: Literis ab Orientalibus archipræſulibus ad ſanctiſſimum & vniuerſalem patriarcham Tharaſium miſſis acquieſco, adhæreo, & recipio venerandas colen-

das que sanctorum imagines: qui verò mecum non sentiunt, anathemati subijcio.

Idem adhuc secundò ponitur.

Theodorus sanctissimus episcopus Catanes, dixit: Quibus perpetuò pietatis ratio habita est, his sanè continuò orthodoxæ fidei sermo splendescit. Meritò sanè ob id literis iam lectis, quas sanctissim⁹ patriarcha Tharasius ad Orientis archiepiscopos direxit, & rursùs quas illi sanctissimi præsules ad Tharasium vniuersalem patriarcham imperatricis vrbis Constantinopoleos nouæ Romę remiserũt, mea tenuitas accedit, cùm in illis videam consensum orthodoxæ fidei & sanctorum patrũ decreta conuenire. Ob id idem etiàm sentiens cum ipsis, recipio & exosculor sanctas & venerandas imagines. Septimam aũt synodũ falsò ità appellatã, q̃ contra has promulgata est, cũ omnibus qui hũic adhærent, anathemate deuoueo.

Anastasius sanctissimus episcopus Nicopoleos veteris Epiri, dixit: Cùm videam cõsonas, & per omnia conuenientes literas sanctissimi & vniuersalis patriarchæ Tharasij, & ad illas quoquè rescriptas ab Oriẽte, assentior his, & me in finẽ vitæ in eadem sententia permansurum, sanctas que & venerãdas imagines reuerenter habiturum confiteor: eos verò qui ità non sentiunt, anathemate execror.

Pagina sequẽti idem repetitur.

Ioannes sanctissimus episcopus Tauromeniæ, dixit: Quemadmodùm conuenim⁹, vt idem sentiremus, ità & idem eruditi sumus: Conuenientibus enim & concordantibus literis synodicis lectis Tharasij sanctissimi & vniuersalis patriarchę, pridèm ad Orientis sanctissimos præsules missis, & rescriptis eorum ad eundem patriarcham secundùm traditiõem sex sacrarum synodorum, & orthodoxã fidem, ego quoquè his fidem adhibens, eadem credo, & venerandas imagines veneror & adoro. Inque hac catholica & orthodoxa fide & viuere cupio, & tribunali Christi animo intrepido sisti. Qui verò præter hoc aliter existimant, eos anathemate percello.

Gregori⁹ sanctiss. episc. Pessinuntôn, in eandem sententiam pronunciauit.
Basilius sanctissimus episc. Sylæi, &c.
Theodorus sanctissimus episc. Myrôn, &c.
Leo sanctissimus episc. Rhodi, &c.
Eustathius sanctiss. episc. Laodiceæ, &c.
Theodorus sanctiss. episc. Seleuciæ, &c.
Nicolaus sanctiss. episc. *Amorsi, &c.
Theodosi⁹ sanctiss. episc. Hierapoleos, &c.
Nicetas sanctiss. episc. Claudiupoleos, in eandem sententiam pronunciauit.
Michael sanctiss. episc. Synnadôn, &c.
Leo sanctissimus episc. Iconij, &c.
Georgius sanctiss. episc. Pissidiæ, &c.
Constantinus sanctiss. episc. Perges, &c.
Theophylactus Deum amantissimus diaconus, locum tenens metropoleos Thyanensiũ, in eandẽ sententiã pronũciauit.
Leo sanctiss. episc. Carpathi, in &c.
Christophorus sanctiss. episc. Phasidos, &c.
Theodorus sanctiss. episc. Catanes, &c.
Manuel sanctiss. episc. Adrianopoleos Thracię, in eandem sententiam pronunciauit.
Maurian⁹ sanctiss. episc. Pópeiopoleos, &c.
Cyrillus in locũ sanctiss. episc. Gotthię, &c.
Theodorus sanctiss. episc. Byzies, &c.
Ioannes sanctissim⁹ episc. Tauromenię, &c.
Georgius presbyter locum retinens epatûs Smyrnes, in eandẽ sententiã pronũciauit.
Gaudiosus sanctiss. episco. Messanę Sicul⁹, in eandem sententiam pronunciauit.
Eustratius sanctiss. episc. Apameę Bithynię, in eandem sententiam pronunciauit.
Petrus sanctiss. episc. Germiôn, &c.
Ioannes diacon⁹ & locũ retinẽs Apostolopoleos, in eandẽ sententiã pronunciauit.
Theodorus sanctissim⁹ episc. Panormi, &c.
Ioannes sanctiss. episc. Archadiopoleos, &c.
Stephanus sanctissimus episc. Bibonũ, &c.
Sisinnius sanctiss. episc. Parij, &c.
Constantinus sanctiss. episc. Leontenæ, in eandem sententiam pronunciauit.
Epiphanius sanctiss. episc. Mileti, &c.
Nicetas sanctiss. episc. Proconnesi, &c.
Theodorus sanctiss. episc. Taurianes, &c. *Andrian vel Adrię
Christophor⁹ sanctiss. episc. *Adriaces, &c.
Eustratius sanctiss. episc. Methymnes, &c.
Theotimus sanctiss. episc. Crotonum, &c.
Leon sanctissimus episc. *Cij, &c. for. *Cl
Basilius sanctiss. episc. Nesiôn, &c.
Ioannes sanctiss. episc. Aprôn, &c.
Ignatius sanctissimus episc. Prienes, &c.
Theophylact⁹ sanctiss. eps. *Cypselôn, &c. * Cypsil
Theodorus sanctiss. episc. Tropheorũ, &c.
Stephanus sanctiss. episc. Sugdaôn, &c.
Sergius sanctiss. episc. Nicoterôn, &c.
Georgius presbyter locũ retinens Nicopoleos, in eandẽ sententiã pronunciauit.
Leo sanctiss. episc. Mesembriæ, &c.
Theodosius sanctiss. episc. Amorij, &c.
Cyriacus sanctis. episc. Dryziparôn, &c.
Galatas presbyter, in locum Regij, &c.
Theodosius sanctiss. episc. Nyssæ, &c.
Georgius sanctiss. episc. Camulianorũ, &c.
Sotericus sanctiss. episcopus *Ciceslôn, &c. *Cifcili
Cõstantin⁹ sanctiss. episc. Mastaurôn, &c.
Georgius sanctiss. episc. Briulôn, &c.
Ioannes sanctiss. episcopus Nyssæ, &c.
Basilius sanctiss. episc. Magnesiæ, quę est, pe Mæandrum, in eandem &c.
Theophanes sanctiss. episc. *Coloes, &c. *Calon
Leo sanctissimus episc. Algizôn, &c.
Nicodemus sanctiss. episcop⁹ Eupazôn, &c.
Lycastus sanctiss. episc. Barilôn, &c.
Theophylact⁹ sanctiss. episc. *Hypepôn, &c.
Theophanes sanctis. episc. Lebedôn, &c.
Stratonicus sanctiss. episc. Cymes, &c.
Cosmas sanctiss. episc. Myrrhines, &c.
Olbianus sanctiss. episc. Elææ, &c.
Pardus sanctiss. episc. Pittanes, &c.
Basilius sanctiss. episc. Pergami, &c.

Mac-

for. *Adramytti
Marianus sanctiss. episc. Antandri, &c.
Basilius sanctissimus episc. *Atramiti, &c.
Ioannes sanctissimus episc. Asi, in &c.
Leo sanctissimus episc. Phoceę, in &c.
*Aegeon
*Aegeæ
Nicephorus sanctiss. episc. Gargarôn, &c.
Constantinus sanctissim⁹ episc. *Agaes, &c.
Theognius sanctissimus episc. Siôn, &c.
*Rhædesti
Ioannes sanctiss. episc. *Prædesti, &c.
Ioannes sanctissimus episc. Panij, in &c.
Melchisedech sanctiss. episc. Calliopoleos, in eandem sententiam pronunciauit.
Leo sanctissimus episc. Madytĩ, &c.
Theophylactus sanctissimus episc. *Chariupoleos, in eandẽ sententiã pronũciauit.
*Daonij
Thomas sanctissimus episc. *Danij, &c.
Gregorius sanctiss. episc. Theodoropoleos, in eandem sententiam pronunciauit.
*Cholcidos
Sisinnius sanctiss. episc. *Chalcidos, &c.
Ioannes sanctissimus episc. Bryseos, &c.
Beniamin sanctiss. episc. *Lizicôn, &c.
Gregorius sanctiss. episc. Amastridos, &c.
Stephanus sanctissimus episc. Sorôn, &c.
Gregorius sanctissimus episc. Dercôn, &c.
Heraclius sanctiss. episc. *Ionopoleos, &c.
Cõstantin⁹ sanctiss. episc. Heliopoleos, &c.
*Trizenes
*Nacoliæ
Antonius sanctiss. episc. *Tryzenes, &c.
Nicetas sanctiss. episc. *Nacaleæ, &c.
Petrus sanctiss. episc. Aspones, &c.
Synnesius sanctissimus episc. Cynes, &c.
Synnesi⁹ sanctiss. episc. Anastasiopoleos, &c.
Eustathius sanctiss. episc. Solorum, &c.
Theodorus sanctissimus episc. Cicutij, &c.
*Thremethuntôn
Basilius sanctiss. episc. *Trimithuntôn, &c.
Alexander sanctiss. episc. Amathuntôn, &c.
Michael sanctiss. episc. Melitupoleos, &c.
Sisinnius sanctiss. episc. Adranias, &c.
Theodorus sanctiss. episc. Germes, &c.
Gregori⁹ sanctiss. episc. Adrianitherôn, &c.
Leo sanctiss. episc. *Pœmanij, &c.
Simeon sanctissimus episc. Oces, &c.
Ioannes sanctiss. episc. Lampsaci, &c.
Nicetas sanctiss. episc. Ilij, in &c.
Leo sanctiss. episc. Troados, &c.
Theodorus sanctiss. episc. Abydi, &c.
Anastasius sanctiss. episc. Tripoleos, &c.
Leo sanctissimus episc. Traculôn, &c.
Stephanus sanctiss. episc. Salôn, &c.
Ioannes sanctiss. episcopus Abalôn, &c.
Stephanus sanctiss. episc. Silandi, &c.
Nicolaus sanctiss. episc. Pericommatos, &c.
Ioannes sanctissimus episc. Sethon, &c.
Basilius sanctiss. episcopus Liparôn, &c.
Theophanes sanctiss. episc. Meonię, &c.
Michael sanctiss. episcopus Stratonices, &c.
Lycastus sanctiss. episc. Philadelphiæ, &c.
Michael sanctiss. episcopus Troalôn, &c.
Gregorius sanctiss. episc. Gordôn, &c.
Ioannes sanctiss. episcopus Daldes, &c.
Eustathius sanctiss. episc. Hyrcanes, &c.
Iosephus sanctissimus episc. Ataliæ, &c.
Zacharias sanctiss. episc. Hierocæsareæ, &c.
Dauidus sanctiss. episc. Helenupoleos, &c.
Cyrion sanctiss. episc. Lophi, &c.
Theophylactus sanctiss. episc. Apollonia-dos, in eandem sententiam pronũciauit.
Constantinus sanctiss. episc. Cæsareæ Bithyniæ, in eandem sententiam pronunciauit.
Georgius sanctiss. episc. Basinupoleos, &c.
Leo sanctissimus episc. Aristes, in &c.
Nicephorus sanctiss. episc. *Adranis, &c. *Adranæ Thraciæ
Basilius in locum Dascylij, in eandem &c.
Christophorus sanctiss. episc. Cerasenes, in eandem sententiam pronunciauit.
Niceas sanctiss. episc. Meles, &c.
Neophyt⁹ sanctiss. episc. Gordoserbôn, &c.
Leo sanctissimus episcopus Linoës, in &c.
Ioannes sanctiss. episc. Etennôn, &c.
Constantinus sanctiss. episc. Zelôn, &c.
Gregorius sanctiss. episc. Sinopes, &c.
Constantinus sanctiss. episc. Sasimôn, &c.
Nicetas sanctiss. episc. Dadribôn, &c.
Theophilus sanctiss. episc. Plusiados, &c.
Nicetas sanctiss. episc. Adrianupoleos, &c.
Ioannes sanctiss. episc. Heraclæ Ponti, in eandem sententiam pronunciauit.
Constantinus sanctiss. episc. Cratiæ, &c. *Rhyzæi *Rhozæi
Nicetas sanctissimus episc. *Ruzęi, &c.
Nicephorus sanctiss. episc. Claneôn, &c. *Trogmadôn
Leo sanctiss. episc. *Trocnadôn, &c.
Anastasius sanctiss. episc. Patarachôn, &c.
Georgius sanctiss. episco. *Nissoi, in &c.
Theodorus sanctiss. episc. Pimiarôn, &c.
Nicodemus sanctiss. episc. Didymôn, &c.
Georgius sanctiss. episc. *Vinandi, &c. *Vniandi
Constantinus sanctiss. episc. Candibôn, &c.
Stauratius sanctiss. episc. Zenopoleos, &c.
Leo sanctiss. episc. Lamirôn, &c.
Stephanus sanctiss. episc. Caunôn, in &c.
Constantinus sanctiss. episc. Combôn, &c.
Petrus sanctiss. episc. Orycandi, &c.
Ioannes sanctiss. episc. *Phasilidos, &c. *Phaselidos for. *Abas
*Abbas locũ retinens metropolis Tij, &c.
Gregorius sanctiss. episc. Cybirres, &c.
Basilius sanctiss. episc. Tabôn, &c.
Dorotheus sanctiss. episc. Neapoleos, &c.
Gregorius sanctiss. episc. Heracleæ, &c.
Dauid sanctiss. episc. Iassi, in &c. * Mylassôn
Gregorius sanctiss. episc. *Mylasses, &c. *Milasi
Sergius sanctiss. episc. Vigiliarum, &c.
Ioannes sanctiss. episc. *Mibdi, in &c.
Stauratius sanctiss. episc. Stadiæ, in &c.
Gregorius sanctiss. episc. Stratoniceæ, &c.
Theodosius sanctiss. episc. Chonôn, &c.
Michael sanctiss. episc. Chæretopôn, &c.
Pantaleon sanctiss. episc. Valentiæ, &c.
Georgius sanctiss. episc. Peltarum, &c.
Christophorus saactiss. episc. Atanassi, &c.
Leontius sanctiss. episc. Eumeniæ, in &c.
Gregorius sanctiss. episc *Timeti ferarũ, in eandem sententiam pronunciauit. *Timæni *Tymeni
Leo sanctiss. episc. *Tranupoleos. &c.
Nicephorus sanctiss. episc. Londôn, &c.
Georgius sanctiss. episc. Appiæ, in &c.
Constantinus sanctiss. episc. Eucarpiæ, &c.
Leo sanctissimus episc. Aleûs, in &c.
Michael sanctiss. episc. Hierapoleos, &c.

Christophorus sanctiss. episc. *Promisi, &c.
Nicolaus sanctiss. episc. Pythiæ, &c.
Theophylactꝰ sanctiss. episc. Cinnabari, &c.
Nicetas sanctissimꝰ epꝰ Augustopoleos, &c.
Cõstantinus sanctissimus epꝰ *Cotyæi, &c.
*Medæi Georgius sanctissimus epꝰ *Mediæi, &c.
Leo sanctissimus episcopus Docimi, &c.
Damianus sanctissimus episc. Meri, in &c.
Theophylactus œconomus & locum tenẽs *Ipsi, in eandẽ sententiã pronunciauit.
Stephanus designatus Itri, in eandem &c.
Ioannes designatus Hectorij, in eandẽ &c.
Constantinus sanctiss. episc. Ampladõn, &c.
for. *Perheũ Epiphanius sanctiss. episc. *Perteñ, &c.
Sisinnius sanctiss. episc. Philomelij, &c.
Ioannes sanctiss. episc. Sibliæ, in &c.
Michael sanctiss. episc. Papporum, in &c.
*Agalassi Theodorus sanctiss. episc. *Sagalassi, &c.
Sisinniꝰ sanct. epꝰ Apameæ q̃ est Ciboti, &c.
Constantinus sanctiss. episc. *Conanes, &c.
Leo œconomus & locum tenens Zozopoleos, in eandem sententiam pronũciauit.
Marianus sanctissimꝰ episc. Magydõn, &c.
Nicephorus sanctiss. episc. Phlogõn, &c.
Leo sanctissimus episc. Andidõn, in &c.
Manzon sanctissimus episc. Pracanõn, &c.
Theodorꝰ sanct. epꝰ germanicopoleos, &c.
*Celendereos. Eustathius sanctiss. episc. *Cilindereos, &c.
Zacharias sanctiss. episc. Trapezupoleos, &c.
Sisinnius sanctissimꝰ episc. Musdabõn, &c.
Eustathius sanctissimus episc. Lamõn, &c.
Stephanus sanctiss. episc. Philadelphiæ, &c.
Leo sanctissimus episc. *Sibyllõn, in &c.
Theodorus sanctissimus episc. Tiberiupoleos, in eandem sententiam pronũciauit.
Ioannes sanctissimus episc. Asanõn, &c.
Basilius sanctiss. episc. Dionysupoleos, &c.
Manuel sanctissimus episc. Nicopoleos, &c.
Eustratius sanctissimus episc. Debelti, &c.
Theodorꝰ sanctiss. episc. Bulgarophygi, &c.
Georgius sanctiss. episc. Plutinupoleos, &c.
*Perbireos Basilius sanctiss. episc. *Perbereos, in &c.
*Pamphyli Michael sanctissimus episc. *Pamphili, &c.
Ruben sanctissimus episc. Scopeli, in &c.
Sisinnius sanctissimus episc. Garalles, &c.
Petrus sanctissimus episc. Monẽbasiæ, &c.
Gabriel sanctissimus episc. Aeginæ, &c.
Leo sanctissimus episc. Porthmi, in &c.
Dardanius sanctissimus episc. Dobrõn, &c.
Andronicus sanctiss. epꝰ Leontopoleos, &c.
Leo sanctissimus episc. Sebastæ, in &c.
Nicetas sanctissimus episc. Halicarnasi, &c.
Leo sanctissimus episc. Corydalõn, in &c.
*Cremnôn Theodorus sanctissimus epꝰ *Cremõn, &c.
Cõstantinus sanctiss. episc. Adrianes, in eandem sententiam pronunciauit.

Reliqui autem sanctissimi episcopi & venerabiles monachi exclamauerũt: Vniuersa hæc quæ per gratiam Christi veri Dei nostri, & diuinum Imperatorũ nostrorum decretum congregata est synodus, propter relationem, quæ ab Adriano sanctissimo papa veteris Romæ, ad Imperatores Christianissimos nostros missa est: & propter chartam, quæ nunc in definitionem rectæ sententiæ lecta est, & ab vniuersali & sanctissimo patriarcha Tharasio ad Orientales ꝓsules missa fuit, item ob eas literas, quæ à sanctissimis præsulibus Orientis ad beatitudinem præsentis patriarchæ destinatæ sunt, quoniam simul omnes in nulla re dissonãt, sed conueniunt, gaudio & lętitia plurimùm perfunditur, nosq́ue simul omnes eas recipimus & amplectimur, & venerandas imagines cum summo honore adoramus. Septimam verò falsam synodum, quæ contra illas est habita, nimirùm vt omnibus in locis subuerterentur, diris deuouemus. Cęterùm Deus custodiat Imperatores nostros bonos & sanctissimum patriarcham.

Intelligũt Constantinopolitanã falsitatem.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Rixosa contentio inter nos sedata est & obstaculum inimicitiæ sublatum est. Oriens enim & Occidens, Septentrio & Meridies sub iugum vnum inclinant, & vnam concordiam acceptant.

Sententia vera & catholica: tius synodus.

Sancta synodus dixit: Gloria tibi Deus, qui nos vnos reddideris.

Exv.40.b

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Gratiarum actio pacificatori Christo vero Deo nostro, cum patre & sancto spiritu in secula. Amen.

Sancta synodus ità benè & feliciter precata est: multi anni Imperatoribus. Constãtino & Irenæ magnis regibus multi anni. Orthodoxis Imperatoribus multi anni. Cuſtodes fidei Domine protegas, propugnatores Ecclesiæ domine confirma. Noui Cõstantini & nouæ Helenæ æterna memoria. Pacificam vitã da illis Domine. Patriarchis multi sint anni: sacræ congregationi multi anni. Amen.

Psalm.18.a

¶ACTIO QVARTA.

IN nomine Domini & dominatioris Iesu Christi, veri Dei nostri, imperantibus pijssimis & Christi amantiss. dominis, Cõstantino & Irene pia eius matre, anno viij. consulatũs eius sub sextum Kalend. Octobris, indictione vndecima: conueniente sancta ac vniuersali synodo, quæ per diuinam gratiam, & à Deo decretorum Imperatorũ piam sanctionem in Nicea splendida metropoli prouinciæ Bithyniæ congregata est, videlicet Petro religioso proropresbytero Ecclesiæ sanctissimæ diui Petri Apostoli apud almam Romam: & Petro venerabili monacho & præside monasterij sancti Sabæ apud Romanos, vicem agentibus Apostolicæ sedis sanctissimi ac beatissimi Papæ veteris Romæ Adriani: Tharasio beatissimo archiepiscopo almæ vrbis Constantinopoleos nouæ Romæ: Ioãne item & Thoma religiosis presbyteris monachis, retinẽtibus locum Apostolicorũ thronorũ Orientalis diœceseos, stantibus his ante sacros cãcellos apostolicę sanctissimæ ecclesiæ cognominatæ Sophiæ: prȩsentibꝰ simul & audientibus illustrissimis iuxtà ac magnificẽtissimis senatoribus, nimirùm Petrona glorioso exconsule patricio, & Theophylacto comite Imperialis obsequij, Ioanne regio ostiario & quęstore ęrarij militaris, tota denique synodo iuxta ordinem in prima actione præscriptum: Præsentibus etiàm, religiosissimis archimãdritis, præsidibus, & toto monachorũ cœtu, propositis in medio sanctis & immaculatis Dei euãgelijs, Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Iuxta actiões præteritas spiritus Domini omnipotentis instruens, quantùm fieri potuit, ad veritatẽ labia nostra, in procemij gratiam prȩfati sumus. Et nunc quoquè testamur synodũ sacram hãc gaudere, quòd ex lectis literis clarum est & perspicuum, Orientis & Occidẽtis sacerdotes summos in vnam sententiam conuenisse. Iam verò propheticam sentẽtiam inducere oportet: In altũ montẽ asscende qui euangelizas Sion. Prædica in fortitudine vocem tuam qui euangelizas Hierusalem, prædicate, nec timete. Hanc propheticam admonitionem ô viri sacerdotes infigentes animo, annunciemus voce nostra, pacem Ecclesiæ catholicæ, quæ est vera Sion, & ciuitas cælestis Imperatoris Christi DEI nostri. Fiet autem illud hac ratione, adducãtur nobis in omnium auscultationẽ & conspectum sanctorum patrum prȩstantiorum libri: è quibus haurientes, porum det vnusquisq; nostrũm ad ouile istud. Sic enim fiet, vt per omnem terram sonus noster exeat, & in fines orbis terrarum virtus verborũ. Nec transferamꝰ benè definita à patribꝰ nostris, sed apostolicè edocti, traditiones quas accepimus, seruemus.

Constãtinus sanctissimus episcopus Cõstãtię, quę est in Cypro, dixit: Iuxta sanctissimi patriarchę vniuersalis allocutionem, consuetudines & libri sanctorum patrũ adferantur, & cursìm huic sanctæ synodo legantur.

Leontius clarissimus à secretis, dixit: Sanctissimi & beatissimi patriarchæ vniuersalis Tharasij salutiferæ & vtili iussioni, necnon huius vniuersalis sanctæ synodi approbationi acquiescentes, adducimus sanctissimos libros. Horum autem primus codex sacrorum bibliorum est à Deo scriptorum & electorum, quem & primo loco nũc legemus. Omnes igitur attentè & studiosè auscultemus, vt verborum virtutem cognoscamus, fructumq́; omnem indè decerpamus.

Exod.25.b

Idem ille sic legit:

¶E LIBRO EXODI FILIORVM ISRAEL.

Dixitq́; Dominus ad Mosen: Facies propiciatoriũ ex auro puro, duos cubitos cum dimidio in longitudine, & cubitum vnum cũ dimidio in latitudine: facies etiàm bina Cherubim aurea sculpta, impones autem ea vtrinquè super angulos propiciatorij. Fient autẽ Cherubim hoc modo: Vnus ponatur ex hac parte, & Cherubim alter ponatur ex illa parte propiciatorij. Vtrunq; latus propiciatorij tegant Cherubim expãdentes sursùm alas, obumbrantes alis suis propiciatorium. Respiciant autẽ sese aduersis vultibus ad propiciatoriũ versis. Et superpones propiciatorium sursùm super arcam, & in arcã testimonia quæ dabo tibi, immittes. Illinc autem mẽ cognosces. Loquar autẽ tibi desuper ex ꝓpiciatorio in medio Cherubim, qui erunt super arcã testimonij, oñia quæcunque volo per te mandari filijs Israel.

E NVMERIS.

Ipsa est dedicatio altaris, post lotionem manuum & vnctionẽ illius, vt ingrediatur Moses ad tabernaculum testimonij, & loquar illi: & audiuit vocem Domini loquentis ad se de altari, quod est super arcã testimonij, in medio duorũ Cherubim, & loquebatur ad illum. Num.7.g

¶EX EZECHIELE PROPHETA.

Et introduxit me in templum, vt metiretur * Ailam sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis * Ailam illinc. Et paulopòst: Domus autem & quæ vicina erant, in gyrum fabrefacta ligno, fundamentũ autẽ & à fundamento vsque ad feneſtras eodem modo. Feneſtræ autẽ triplicibus valuis claudebantur, vt darent prospectum. Et vsq; ad domum interiorem & forinsecùs, & oñem parietem in circuitu intrinsecùs & forinsecùs ad mensurã sculpti Cherubim & palmæ, & palma per medium Cherubim, duasq; facies habebant Cherubim, facié hominis iuxta palmam ex hac & illa parte, cęlata autẽ erat domus in circuitu à fundamento vsque ad laquearia Cherubim. Ezech. 41.a

EX EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Igitur habebat & quidem etiàm prius tabernaculum iustificationes cultûs, ac sanctũ mundanum. Siquidem tabernaculũ factum fuit primum, in quo erant lucernę, & mẽsa, & propositio panum, quam vocãt sanctam. Post secũdum autem velum erat tabernaculum, quod vocatur sanctum sanctorũ, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti, vndiquè circuntectam auro, in qua vrna aurea habens manna: & virga Aaron quæ germinauerat, & tabulæ testamenti. Supra hanc autem Cherubim gloriæ obumbrantia propiciatorium. Hebr. 9.a

Sanctissimus patriarcha dixit: Animaduertamus viri sacerdotes, quia vetus scriptura diuina habuit symbola, & ex hac assumpsit noua Cherubim gloriæ obumbrantia propiciatorium.

Sancta synodus dixit: Rectè Domine, ità est veritas.

Sanctissimus patriarcha dixit: Si vetus scriptura habuit Cherubim obũbrantia propiciatoriũ, & nos quoquè imagines Iesu Chri-

ſti & ſanctæ Deiparæ ſanctorumq; habebimus obumbrantes altaria.

Magnifici duces dixerunt: Verè Dei mãdatum eſt.

Conſtantinus ſanctiſſ. epiſcopus Conſtãtiæ Cypri, dixit: Quemadmodùm lectũ eſt, Cherubim faciem habuit hominis: quanam ergò ratione quidam dicunt, Quis vidit faciem Cherubim? Atquì habẽt etiàm, quòd faciem cælatam habuerit.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Omẽs ſancti, quos Deus dignos iudicauit videre angelos, conſpexerunt eos in forma hominis, quemadmodùm multis locis in ſcriptura legitur. Quamobrem & de Cherubim Moſi
Exod.25.d dans oraculum Deus, iuſſit vt omĩa faceret ſecundùm formam & typum quem oſtẽdit illi in monte. Hinc eſt quamobrem famulus Dei Moſes, quales figuras vidiſſet, eiuſcemo
Exod.20. di etiàm faceret, inter quę & Cherubim.

Conſtantinus ſanctiſſ. epiſcopus Conſtãtiæ, quæ eſt in Cypro, dixit: Cùm autem populus ad idololatriam conuertebatur, tunc ad Moſen Dominus dicebat: Non facies tibi ſimilitudinem aliquã, nè populus culturam illi exhibeat.

Ioannes ſanctiſſimus presbyter vicẽ agẽs Apoſtolicarum ſedium Orientis, dixit: Clarius eſt his, quòd & Iacob columnam erexit
Gene.28.c Deo, vndè & benedixit illũ, promittens illi non dicenda dona: ſed & alibì & forma hominis cum eo luctatus eſt, vocauitq; illum Iſrael, quod interpretatur, mens vidẽs Deum. Ipſe enim inquit: Vidi Dominum facie
Gene.32.f ad faciem, & ſaluata eſt anima mea. Eccè autem nõ ſolùm intellectuales virtutes illi viſæ ſunt, ſed ipſe inuiſibilis natura Deus & incorporeus, vt hoc in noſtra ſpeculatione oſtenſum eſt.

Demetrius religioſus diaconus, & armamentarius ſanctæ Eccleſiæ magnæ Conſtãtinopoleos, legit:

Chryſoſt. SANCTI PATRIS NOSTRI IOANNIS CHRYSOSTOMI, EX ENCOMIO IN MELETIVM.

Cùm vndiq; per ſacrũ hunc gregem oculos circũferens, totam vrbem hìc pręſentem videã, nõ habeo quod de beato hoc dicam. Et paulopòſt: Religionis aũt doctrina erat quod fiebat. Continuè enim cogẽtes, vt appellationis ſuę memor eſſet, irrationalis affectionis & cogitationis expulſionẽ nomen ſuum habebat: atq; in hoc adeò incũbebat, vt paſsìm in triuijs, in foro, in agris, in compitis nominis proprietati ſatisfaceret: neq; enim ad nomen hoc duntaxàt affectus erat, ſed & ad corporis typum. Quod autem in nomine faciebat, hoc & in imagine illius effectum eſt. Siquidem in annulis, in poculis, in phialis, in thalami parietibus, & vbiquè ſanctam illam imaginem multi pinxerunt, vt non tantùm ſanctam illam appellationẽ audirent, ſed & vbiquè corporis formam

Meletios em̃ Gręcis ab exercitio dicitur.

inſpicientes, duplicem haberent peregrinationis conſolationem.

Petrus ſanctiſſimus epiſcopus Nicomediæ, dixit: Si quidem diuus Ioãnes Chryſoſtomus de imaginibus eiuſcemodi pręd icat, quis eſt qui contra illas ampliùs mutire audeat?

Baſilius ſanctiſſimus epiſcopus Ancyræ, dixit: Recepit eas verè, & tãto deſiderio erga illum affecti fuêre viri pietatis ſtudioſi, vt omnibus in locis ſancti Meletij imaginẽ figurarent: vndè & beatus pater magnificè eos laudat.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Et nos ex ſanctis patribus noſtris accepta inſtructione, confitemur imagines ſanctas & venerandas.

Theodoſius venerabilis pręſes ſancti Andreæ apud Neſium, libellum eiuſdem beati patris Ioãnis Chryſoſtomi attulit, quem in manibus acceptum Antonius monachus legit. BEATAE RECORDATIONIS patris noſtri Ioãnis Chryſoſtomi oratio: Quòd veteris & noui teſtamẽti vnus ſit legiſlator, & in veſtimẽtum pontificis, cuius initium, Euangelium regni Chriſti prophetæ quidem annunciant. Et paulopòſt: Ego & ex cera fuſilem picturam pietate plenam amaui. Vidi enim angelum in imagine Barbarorum nubes propulſantẽ, vidi barbarorum cohortes cõculcatas, & Dauidem verè dicẽtem: Domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum redige.

Ex la Chry ud te nium

Pſal.

Sanctiſſ. patriarcha dixit: Qui auro habuit os & ſermonẽ magìs lucidũ, auſus fuit dicere, Ego & fuſilẽ ex cera picturã amaui. quid ergò dicemus de illis, qui eam execrantur?

Baſilius ſanctiſſ. epiſ. Ancyræ, dixit: Cùm is dicat, Ego amaui, quis audebit reclamare?

Ioãnes venerabilis monachus presbyter, & locum tenens Orientaliũ diœceſium, dixit: Quis autem eſt iſte angelus, niſì de quo ſcriptum eſt, Quia angelus Domini centum octogintaquinq; millia Aſſyriorum in vna 4.Reg. Eſa. nocte percuſſit, qui pro Hieruſalem caſtrametati fuerant?

Nicephorus ſanctiſſimus epiſcopus Dyrrhachij, dixit: Sed Deus nobis ſit propicius in ijs, quæ perpetrauimus contra ſanctas imagines.

Gregorius diaconus & notarius legit: EX ORATIONE BEATI Gregorij Nyſſes, Greg. Nyſſ. dicta in Conſtantinopoli de Deitate filij & ſpiritûs, & in Abraham, cuius initium: Quẽadmodùm afficiũtur erga florida prata. Et paulopòſt: Vidi ſæpiùs inſcriptionis imaginem, & ſinè lachrymis tranſire nõ potui, cùm tam efficaciter pictura ob oculos poneret hiſtoriam. Procumbit enim ante Gen. aram Iſaac genibus innixus, circũductas ferens in tergo manus. Ille verò à tergo pueri, innixus pedum curuamini, ſiniſtra comam pueri appræhendit ad ſe trahens: declinat

autem

autem faciem ad puerũ, miſerabiliter intuens, dextram autem gladio obarmatam geſtat, quam etiàm ad ſedem dirigit, iamque gladij acies ipſum corpus propemodùm attingit, cùm illũ diuina vox à facto deterret.

Clariſſimi duces dixerunt: Mirum eſt, patrem ità miratum fuiſſe picturam, vt fieret.

Baſilius ſanctiſſimus epiſcopus Ancyræ, dixit: Frequenter beatus pater hiſtoriam legit, ſed obitèr: poſtquàm autem eam picturã expreſſam vidit, fleuit.

Ioannes venerabilis monachus, locum tenens diœceſis Orientalis, dixit: Si tanto doctori hiſtoria inſpecta peperit vtilitatem & lachrymas, quanto magìs rudibus & idiotis vtilitatem & commoditatem adferet?

Sacra ſynodus dixit: Varijs in locis hiſtoriam Abrahæ vidimus, vt pater inquit.

Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Catanes, dixit: Si beatus Gregorius vigilantiſſimus ad diuina oracula, inſpecta Abrahæ hiſtoria fleuit: quanto magìs œconomia Domini noſtri Ieſu Chriſti veri Dei noſtri, à nobis inſpecta, ad lachrymas & vtilitatem cõtemplantes nos adhortabitur?

Sanctiſſim⁹ patriarcha dixit: Nónne & nos lachrymas fuderimus, ſi Dominum & nos videremus cruci affixum?

Sancta ſynodus dixit: Mirificè in ea altitudo humilitatis, qua pro nobis homo factus eſt, inſpicitur.

Cyrillus Alexãdrin⁹.

Stephanus venerabilis notarius & diaconus & referendarius, legit: S. CYRILLI epiſcopi Alexandrini epiſtola ad Acacium epiſcopum Scythopoleos, de malorum depulſore, cuius initium: Literis, quæ à tua ſanctitate miſſæ fuerant dudùm, lectis valdè gauiſus ſum. ET POST MVLTA: Dicimus igitur quòd vmbra & figura lex erat, immò velutì quædam pictura, ad contemplationem videntiũ ipſa opera poſita. Vmbræ autem artificij in tabulis pingentium primæ characteres exiſtunt: quibus ſi ſuper inducti fuerint colores, tunc ſanè pulchritudo picturę apparebit. ET POST ALIA: Scriptum autem eſt in libro de mundi creatione: Et factum eſt poſt verba iſta, tentauit
Gen.22.a Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham. At ille reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & vade in terram excelſam, atq; ibì offeres eum in holocauſtum ſuper vnũ mõtium, quẽ mõſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos miniſtros, & Iſaac filiũ ſuũ: cumq; concidiſſet ligna in holocauſtũ, abijt ad locum quem præceperat ei Deus. Die autem tertio eleuatis oculis, vidit locũ procùl, dixitque ad pueros ſuos: Sedete hìc cum aſino, ego autem & puer illuc vſque ꝓperantes, poſtquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoquè ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: Ipſe

verò portabat in manibus ignẽm & gladiũ, & profecti ſunt ambo ſimul. ET PAVLOPOST: Et ędificauit Abraham altare, & deſupèr poſuit ligna: cumque colligâſſet pedes Iſaac filij ſui, poſuit eum in altare ſupſtruem lignorum, extenditq; manum & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum: Num igitur quiſpiam noſtrûm cupit cognoſcere, quomodò totam hanc de Abrahã hiſtoriam in tabula depinxerit? num in vna omĩa iam dicta, an per partes, & in diuerſis multimodè conſtituta? dicò autem nunc in- Gen.22.b
ſidentem aſino aſſumpto ſimul & puero, miniſtris autem ſubſequẽtibus. nunc verò vbì aſinũ cum famulis iubet manere, oneratq; lignis ipſum Iſaac, aſſumẽdo gladiũ & ignẽ. Rurſùs in alio loco, ſed tamẽ in ſpecie altera. Adoleſcentem enim in lignis ligando, armabat ipſe dextram gladio, vt puerum immolaret. Nõ autẽ erat alius atq; alius Abraham. Diuerſis enim in locis pictura ſępè viſa, vbiquè pictoris artificio eandem repræſentabat facti rationem. Non enim conueniebat, cùm tam multis daretur conſpiciendum artificium, in aliquo dictorũ vacillare.

Conſtãtinus ſanctiſſimus epiſcopus Cõſtantię, quę eſt in Cypro, dixit: En & beatus Cyrillus conſona cum diuo Gregorio Nyſſenſi dixit.

Coſmas notarius & cubicularius legit: Greg. Nazianzenus.
EX CARMINE SANCTI Gregorij Theologi, & ex ſermone de virtute, cui⁹ initium:

θεὸν τὸ πάντων αἴτιον πρῶτον καλῶ, Hoc eſt, Deum cunctorum authorẽ primũ inuoco.

ET PAVLOPOST:

Οὐδ' ὁ πολέμων ἔμοιγε σιγήσεται,
Καὶ γὰρ τὸ θαῦμα τῶν ἄγαν λαλουμένων.
Ην μὲν τὸ πρόσθεν ὄυτοσ οὐκ ἐν σώφροσι.
Καὶ σφόδρα γ' αἰσχρὸσ ἡδονῶν ὑπερέτησ,
Επεὶδ' ἔρωτι τοῦ καλοῦ κατεχέθη,
Σύμβουλον εὑρὼν οὐκ ἔχω δ' εἰπεῖν τινά,
Εἴτ' οὖν σοφόν τινα. εἴτε ἀυτὸν, ἀθρόωσ
τοσοῦτον ὤφθη τῶν πάθων ἀνώτεροσ,
ὥστ' ἐν τιθήσω τῶν ἐκείνου θαυμάτων.
Εταιρίδ' εἰσκαλεῖται τὶσ ἀκρατὴσ νέοσ,
Ἡδ' ὡσ πυλῶνοσ ἦλθε φασὶ φλησίον.
Τῆσ δ' ὑπερκύπτων πολέμων ἐν εἰκονι,
Ταύτην ἰδοῦσα, καὶ γὰρ ἦν σέβασμα,
Απῆλθεν εὐθὺσ καὶ θέαν ἡττομένη.
Ωσ ζῶντ' ἐπαιαχυνθεῖσα τὸν γεγραμμένον.

Hoc eſt:

Nec Polemon mihi tacebitur,
Res mira hæc multorum verbis claruit:
Hic priùs erat vtiquè non ſobrius,
Turpiſq; valdè voluptatum ſeruus.
Sed poſtq̃ amore honeſto ſe occupauit,
Conſiliariũ nactus non noui ſatìs quemnã,
An prudentem aliquẽ, an ſeipſum, cõfeſtìm
Vſq; adeò affectionibus viſus eſt ſuperior,
Vt quoddã ponere cogar illi⁹ factorũ mirũ.
Scortum intemperans aliquis ad ſe vocârat
iuuenis,

Polemõ hîc philoſoph⁹ fuit, de quo Laertius copioſè.

Illa

Illa verò vbi propè limen peruenisset,
De quo in imagine Polemon prospiciebat,
Inspecta illa, (erat autem veneranda)
☞ Spectaculo victa, mox recessit,
Vt viuum reuerita pictum.

Basilius sanctissimus episcopus Ancyrę, dixit: Beatus Gregorius pater diuinus, mirandam existimauit Polemonis effigiem.

Sanctissimus patriarcha dixit: Etem continentia ex ea orta est, nisi enim Polemonis imaginem scortum vidisset, ab improbitate non destitisset.

Nicephorus sanctissimus episcopus Dyrrhachij, dixit: Mirifica illa imago, & digna contemplatione, quia mulierculā à delicto turpitudinis vindicauit.

Antipatri Bostrorum episcopi.

Georgius diaconus & notarius sacri patriarchatūs, legit: EX ORATIONE DE muliere sanguinis fluore laborāte, Antipatri episcopi Bostrorum, cuius initium: Quòd Iudæorum vocationem primam docuit scriptura. Et paulopòst: Hæc salutares fimbrias attingens, regem naturæ velutì retinens Dominum allocuta est, vehementiamq; passionis illi exponens, postquàm gratiā nacta fuisset, statuā Christo erexit. Cùm autē substantiam in medicos omnem erogâsset, quicquid habebat reliqui, Christo applicuit.

☞ Sanctissimus patriarcha dixit: Quemadmodùm columnarum depictor imaginem Christo adsignat, eodem modo & hæmorrhoissa statuam.

Basilius sanctissimus episcopus Ancyræ, dixit: Dominus non prohibet imagines, immò recepit quoquè eas.

Thomas venerabilis monachus monasterij, Lacus anseris, dixit: Librū beati Asterij episcopi adfero, & sacrę huic synodo, si iubet, legendum trado.

Sancta synodus dixit: Legatur.

Constātinus venerabilis diaconus & notarius legit.

Asterius. *BEATI ASTERII EPISCOPI*
Amasęæ, ecphrasis in Euphemiā martyrē.

Euphemię historia.

NVpèr ô viri, Demosthenem habebā in manu vehementem illum oratorē. Erat autē locus ille, in quo Aeschynem crebris enthymematibus acerbè vexat. inhæsi autem orationi, & sententiarum densitate fessus, animi remittendi causa obambulabam, quò animus aliquātulùm refocillatus, redderetur quietior. Egressus autē ędibus, postquàm in foro cum familiaribus aliquot aliquandiù ambulâssem, illinc me in Dei tēplum orandi pro tēpore causa recipio. Huc autem cùm venissem, ambulabam in vna ex porticibus, in qua picturam quandam contemplatus sum, quæ me suspensum tenuit.
☞ Dixisses Euphanoris fuisse artificiū, aut alicuius eorum qui picturæ plurimum dignitatis cōciliârunt, non aliter pingentes tabulas, àc si viuas formas traderent. Adesdū autem, si voles, modoque ocium sit: picturam tibi exponere cupio. Non enim nos musarū filij, pictoribus colores peiores habemus. Mulier quædam sancta, virgo syncera, Deo castitatem suā dedicauit. Euphemiā ipsam vocant. Cùm autem tyrānus aliquādò pios homines ad mortē cogeret, ipsa mortis periculum alacriter subire cupijt. Ciues autē & sacrificij sodales, propter quod mortua est, velutì virilem & sacram admirantes virginem, capsam exponentes, laudibus illam efferūt, festumq; annuum cum summa & totius populi solennitate celebrant. Aeditui autem diuina mysteria pōpulo ostendunt, & oratione memoriam illius celebrant, & quo modo certamen fortitudinis subierit, aduenientes docent. Pictor autē & ipse pietatis studiosus, vniuersam historiā, quo potuit artificio, prope capsam in sindone effigians, sacrum hoc spectaculū ibi dedicauit. Habet autem artificium picturę hoc modo: Iudex in alta sella, acerbè & toruè virginem adspiciens, (irascitur enim & inanimata materia, si quandò pictura voluerit) collocatus est. Adstant autem latrones regni & cohors militum. Adsunt & commentarienses, tabulas & stylos gestantes manibus, quorum alter abducta à cera manu, seriò admodùm virginem adspicit, faciem ad illam inclinās, quasi iuberet vt altiùs loquatur, nè auscultatiōe impeditus vitiosè scribat, falsáve aut dubia. Adstat autem virgo pulla veste & pallio, vt pictor putauit, philosophiā professa: vt autem ego arbitror, anima virtutibus ornata prædita, facies illius vrbana. Ducunt autem eam ad iudicem duo milites, hic quidem à fronte illam trahens, ille autem à tergo eam protrudēs. Virginis autem habitus, pudore & cōstantia mixtus est. Oculos em in terram, velutì virorum conspectu pudefacta, defigit. Stat autem intrepida, certaminis amaritudinē nihil exhorrescens. Vt ego tandèm pictores etiàm laudare cogar, quos Colchicæ illius mulierculæ facinus pinxisse video. Hæc enim adactura in viscera filiorū ferrum, commiseratione & ira vultū habet temperatum. siquidem altero oculorum irā exprimit, altero autem matris naturam, horrentem ad tale facinus, & parcere cupiētem liberis, indicat. Nunc autem in hanc picturā miraculum istius operis transtuli. Multùm verò pictorem istum admiror, quòd longè magis coloribus mores expresserit, affectiones pudoris & virilitatis, quæ tamē inuicèm pugnant, affabrè commiscens. Progrediente verò hac imitatione, populares *quidem in tunicuis nudi ipsam rem iam aggrediuntur. Hic enim arrepto capite virginis, & in tergum reflectens, alteri ad pœnam virginis ora exhibet. Adstans ergò ille, dentes virginis excutit. Malleus autem & terebra, tormenti sunt instrumenta. Sed lachrymas fundo. Nam & mihi hæc passio vocem aufert,

vt amplius loqui nequeam. Nam tam exactè sanguinis guttas pictor defluētes depinxerat, vt iuraueris à labijs profluere. Virgo aūt iterùm carcerem petens, in pulla veste sola sedet, manusque ad cælum extendens, Deum malorum depulsorem alloquitur. Funcis symbolū à Christianis adorari dicit. dente autem hac orationem, appāret supra caput illius signum, quod scilicet Christianorum consuetudine adoratur, & passim inscribitur: erat autem (vt arbitror) symbolum pœnæ, quam illa erat subitura. Deindè quoquè pictor aliàs ignem vehementem, rutilante colore, hincindè accēderat, etiàm flammam faciēs corpoream. Constituit autem eam mediam, manibus quidem ad cælum elatis, nullos dolores horrentem: sed potiùs vultu lætо gaudentem, quòd ad incorpoream & beatam vitam sit transmigratura. Hucusquè pictor manum tabulæ, ego verò verba adhibui. Tempus verò est, vt & tu, modò velis, picturam absoluas.

Clarissimi duces dixerūt: Pia ergò est pictoris ars, neque (vt aliqui) eam cōuicijs, prosequamur. Quinetiam & ipse pater pictorē, velutì piè agentem, statuit.

Constātinus sanctissimus episcopus Cōstantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Immò & sacram tabulam illam vocat, Theologus autē imaginem venerandam, Chrysostomus sanctam: qui verò nūc lectus est, sacrā appellat: quis poterit autē amplius his contradicere?

Theodorus sanctissimꝰ episcopꝰ Myrōn, dixit: Sanctorum patrum doctrinas omnes audientes, animo compuncti sumus, & ob delicta ploramus. Deo tamen gratias agimꝰ, quòd sancta patrum instructione, in cognitionem veritatis rediērimus.

Theodosius sanctiss. episcopus * Amorij, dixit: Ter sacri & Deum colētes domini, nos cū tota hac synodo sancta, vbì sanctorum patrum de venerandis imaginibus audissemus sententiam, credimus, cōfitemur, & imagines venerādas, etiàm sanctas appellamus: qui verò aliter sentiunt, anathema.

Sancta synodus dixit: Anathema.

Nicephorus sanctissimus episcopus Dyrrhachij, dixit: Semper artificiosus pictor p artem res ipsas exhibet, quēadmodùm etiàm qui martyris Euphemiæ imaginem delineauit, quamobrem & in his doctor pingēdi artem laudat.

Constātinus sanctissimus episcopus Cōstantię, quę est in Cypro, dixit: Rectè dictū fuit, Laudabā priùs, quæ de Colchide muliere picta fuerunt, donèc ad imaginē martyris transij.

Sancta synodus dixit: Et hęc vidēs, compunctus est.

Basilius sanctissimus episcopus Ancyrę, dixit: Lectus pater, eisdem affectiōibus fuit obnoxius, quibus etiàm sanctissimus Gregorius. Ambo enim per imagines ad lachrymas acti sunt.

Asterius cruce symbolū à Christianis adorari dicit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Adhortatur pater & facultatem dat in fine, vt qui velint martyrum certamina depingere, faciant. Dicit enim: Tempus est, vt & tu, modò velis, picturam absoluas.

Ioannes religiosiss. presbyter, locū tenēs apostolicorum thronorū, dixit: Ergò maior est imago, quàm oratio. Atq; hoc prouidētia Dei contigit, propter idiotas homines.

Constātinus sanctissimus episcopus Constātię, quæ est in Cypro, dixit: In sanctis istis viris talem compunctionem sacrę imagines excitârunt, quanto magìs igitur in nobis?

Theodorus sanctissimus episcopus Myrōn, dixit: Cùm eiusce modi patres nostri dicant, non habemus, quod dicendum nobis amplius videtur.

Reuerendus presbyter locum tenēs orientaliū dicœsiū, dixit: Pictores haudquaquàm aduersantur scripturis. Nam quod scriptura dicit, hoc illi repręsentant, vt adeò confirmatores videantur scriptorum.

Theodosius * Amorij episcopus dixit: Diuinus apostolus sic docet: Quæcunq; præ- Rom. 15. a
scripta sunt, in nostrā doctrinam sunt præscripta. Ipsę igitur sacrę imagines & picturę, tum musaicis operibus, tum colorum materia delineatę, in nostram doctrinam, zelū & typum eriguntur, & pictæ sunt, vt & nos illis conformes, idem certamē apud Deum exhibeamꝰ, quō & nos eo statu & parte constituat, quo illi fuerunt, & cohæredes regni sui cælestis faciat.

Theodorus sanctiss. episcopus Catanes, dixit: Beatus doctor & Dei studiosus Asterius, velut astrum lucidum, omniū nostrūm mentes illuminauit, vt iam nō prēter equū & rectum catholica & sancta Ecclesia venerandas imagines susceepisse videatur, sed cōmodè & tempestiuè sanctorū patrum consilijs acquieuisse.

Gregorius venerabilis diaconus sanctæ magnæ ecclesiæ, legit.

EX ANASTASII PERSAE
sancti martyris vita, martyrioque, cuius initium, Congeneres filius et verbum Dei, per quod cuncta creata sunt, cum existant.

Ex vita S. martyris Anastasij Persę, & martyrio eius.

CVm verò redūdaret in eo desiderium quo illuminaretur, sępè virum prænominatū precatus est, vt sacri fontis lauacro tingeretur. Is verò Persarū metuens vim, nè per hoc in periculum incideret, rem diutiùs protraxit: adijt autē simul cum eo ecclesias precum fundendarū gratia. cùm verò isthic sanctorū martyrum historias depictas conspicaretur, interrogauit, ecquid ista sibi vellent? audiens autem ab eo, quænam essent à sanctis miracula designata, qcq; intolerabiles cruciatus à tyrannis pertulissent, quantaque cōstantia firmati, obdurauissent, miratus

ratus est plurimùm, etiàm ad stuporẽ vsq;. Postquàm aũt aliquandiù apud religiosum illum virum hæsisset, subijt illi in mentem, quô Hierosolyma peteret, atque illic sacri baptismatis rore lauaretur.

Theodorus religiosissimus episcopus Myrorum, dixit: Venerabilium imaginum traditio, vt videtur, necessaria est & legitima.

Euthymi⁹ venerabilis diaconus monach⁹ & notarius Dei colentiss. episc. Gotthię, ✱ loc⁹ mutil⁹.

EX MIRACVLIS S. MARtyris Anastasij, cuius libri initiũ: Miraculorum narrationem contexere institui. Et paulopòst legit.

Ex martyris S. Anastasij libello de miraculis eiusdem.

AGedùm igitur & in Cęsarea Palęstinę regionis, mirifica à sancto viro designata recẽseamus. Cùm sanctæ ciuitati reliquię sacræ appropinquâssent, omnibus res ea fuit declarata & significata. itaque lętitia magna perfusi omnes, surgentes subitò, lignaq; sacra pulsantes inuicèm, obuiàm facti sunt in venerãda virginis Deiparæ æde, quæ appellatur Noua. Illinc cum cruce & supplicatione egressi, læti & gaudentes, cum gratiarum actione sacris reliquijs occurrerũt. Et reflorescentes, immò veluti nouo igniculo iterùm excitati, magnam ex infidelitate sua & mortificatione pietatis refocillationem acceperunt. Accedentibus autem illis, & salutantibus sepulcrum martyris, illicq; sacris reliquijs munus in memoriã sancti offerentibus, mulier quæpiã ex primarijs ciuitatis fœminis, cuĩ nomen Arete, verùm à virtute, quàm Græci ἀρετὴν vocãt, longè alienissima, ad infidelitatem cõuersa, dixit: Ego reliquias è Perside venientes nunquàm venerabor. O miseram & desperatã fœminam. Non audiuit hæc misera sacri Dauidis vocẽ, increpantis eos qui impudenti & inuerecundo ore quiduis effutiunt. Cessare, inquit, facias linguam tuam à malo, & labia tua nè loquãtur dolum. Quid igitur glorificãs eos, quos glorificat, Deus in hãc designauit, deincèps me referente audietis. Cùm sacræ reliquiæ in vrbem adlatæ fuissent, communi sententia ciues, martyri Oratorium prope Tetrapylum (locus est is in medio ciuitatis) construere decreuerunt. Quin etiàm illius imaginem illic constituerunt. Iam cùm esset extructum oratoriũ, sanctus martyr in habitu monachi per somnum coram misera adstitit, illiq; ait: E lumbis ægrotas, ipsa autẽ respondens, Non, inquit, domine, neq; enim quicquam mali sentio. Postquàm hoc dixisset, expergefacta, subitò dolores in se ruere sensit, cœpitq; clamare & gemere. Atq; adeò grauiter affecta fuit, vt ne quidem ocij satis habuerit, quo exputare quiuisset, quænam illius tam subiti & vehemẽtis doloris causa, quísve author esse posset. Sic autẽ quatuor integris diebus in cruciatib⁹ substitit. quinto autem die sub crepusculum vidit sibi sanctum illum adstantem, atq; ad eam dicentẽ: Descẽde ad Tetrapylum, sanctiq; Anastasij intercessionem apud Deum posce, quô sana fias. Ipsa igitur cùm surrexisset ex grabbato, in memoriamq; blasphema illa & impia verba quę contra caput suum dixerat, redirent, cõuocatis liberis suis, ad eos dixit: Tollite me, tollite me, inq; templũ D. Anastasij cõcedamus: siquidẽ iam docta sum meo cum periculo, reliquias ex Perside venientes, adorandas venerandasq;: & quæ Deus sacrauit, ea non esse communia appellãda. impositam itaq; eam ferculo baiulârunt: cùm autem appropinquarẽt ipsi loco, ipsa eminùs cõspicata sancti imaginem, cum lachrymis cœpit exclamare: Hic est qui in somnis verè à me visus, instruxit me de malis quæ me habent. Deindè se ipsa in solum prosternens, sanctumq; orationibus flebilibus martyrẽ placans, sana firmaq; surrexit. Et quę paulo antè alienis pedibus incedebat, extremaq; patiebatur: nũc suis ititans, domũ vnà cum reliquis, Deum glorificans, martyremque magnificans, perrexit.

Nondùm, vt videtur, eo tempore cãpanarum & nolarũ vsus fuit.

Psalm. 33.

Petrus & Petrus religiosissimi presbyteri, vicarij Adriani papę veteris Romę, dixerũt: Ipsa illa imago in pręsentem diem Romę est in monasterio, cum precioso capite.

Ioãnes episcopus Tauromeniæ, dixit: Rectè dixerũt venerabiles vicarij. Nam & in Sicilia muliercula cùm dęmonio vexaretur, Romam profecta, ad imaginem sanctissimã suprà dictam sanata est.

Ioannes colentissimus monachus, vicarius Orientalium sedium, dixit: Ex prædictis satìs clarum existit, sanctorum imagines etiàm miraculis clarescere, & medelas facere.

Petrus sanctissimus episcopus Nicomedię, dixit: Adfero diui Athanasij in hãc sacrã synodum librum, quẽ (si iubetis) legemus.

Sacra synodus ait: Legatur.

Stephan⁹ itaq; notarius & diacon⁹ legit:

SERMO B. PATRIS NOSTRI Athanasij, de imagine Domini veri Dei nostri Iesu Christi, de miraculo in Beryto ciuitate prodito.

Athanasij Alexandrini episcopi sermo de imagine Christi in Beryto.

LEuate oculos intellectûs vestri, nouum hoc spectaculũ contemplamini, inspicite in Dei immensum hoc miraculum, date illi gloriã, illius inexplicabilem erga homines amorẽ, illiusq; dispensationis magnitudinẽ considerate, lachrymas cum lętitia fundite. Apud Deum nihil nouũ, Deus enĩ existens cuncta potest. Quod aũt in diebus nostris & nostrĩ causa factum est, corda omnia quæcunq; audient, in stuporem ducet. Supuit cælũ propter talia ausa. Abyssus cõturbata nimìs est. Sol, luna & reliqua sidera obtenebrata sunt ob tale facinus. Rursùs autẽ lętata sunt ob id, quod circa se Deus dispẽsauit. Cunctæ cęlorũ virtutes audite, & stupescite in eo quod factum est in diebus nostris.

stris. Intelligentes intelligite, inclinate aures vestras, vt ex corde audiatis.

Berytus ciuitas est in finibus Tyri & Sidonis sita, vectigalis autem Antiochiensibus. In hac ciuitate cùm Iudæorum natio frequens esset, contigit, vt prope synagogam, quam illic amplam habent, quidam è Christianorũ numero domicilium à quodam cõductum habitaret. Hic ex aduerso lectuli, imaginem Iesu Christi Domini nostri fixerat, erat hæc sanè veneranda, quòd integram Christi Domini proportionem exprimeret. Contigit autem non ità diù post id temporis, Christiano mansionẽ aliquanto ampliorem quærere: neq; id omninò fortuitò factum est, sed ex diuina dispensatione, quæ omnes cupit in agnitionem veritatis venire, & saluos fieri, exhibens miracula his qui illum colunt, & piè in illum credunt: verùm in redargutionem diffidentium, cõfirmationem autem & stabilimentum credentibus. Quærebat itaq;, vt dicere cœperã, Christianus ædes maiores, quas cùm in alio ciuitatis loco inuenisset, è domo quam prope synagogã habuit, in alterã migrauit. Cumq; res suas omnes in eam transtulisset, imaginem tamen illam Domini illic fortè reliquit, obliuione quidem illud, sed tamẽ diuina dispensatione. Iudæus autem commoditate loci captus, ædiculam illã conduxit, nondùm animaduertens eiuscemodi imaginem illic affixã: suaque isthuc transferens, aliquandiù illic habitauit. Quodam autem die cùm hic gentilium suorum quosdam in prandium inuitâsset, contigit, vt quidam conuiuarum sublatis oculis, imaginem CHRISTI Domini nostri inspiceret: moxque conuersus ad conuiuatorem, Tu (inquit) Iudæus cùm sis, qua frõte tandèm audes huiuscemodi imaginem domi tuæ habere? Nõ dicam hîc, quot plaustra conuiciorum & maledicta in Dominum Saluatorem effuderit. Conuiuator autem seipsum purgare studẽs, affirmabat etiàm sanctè, se huiuscemodi imaginem hactenùs non vidisse: atq; ità qui inuitatus erat, tacuit. Postquàm autem fuisset egressus, ad principes sacerdotum hominem detulit, quòd imaginem Saluatoris in ædibus conseruaret, Nazaræumque non eiecisset. Illi verò audita re, interrogauerunt, num id posset approbare: clamante illo, se posse confirmare quæ diceret, omnes congregati & furore perciti, illo quidem die nihil egérunt, sed manè facto, congregati summi sacerdotes & seniores, cum ingenti hominum eiusdẽ nationis turba, assumpto simul delatore Iudæo, ad ædes illas, in quib⁹ imago Domini nostri habebatur, ire pergunt. Cùm autem ad eum locum venissent seniores & principes sacerdotum cum ipso simul delatore, irruunt in domum, & confestìm imaginem Saluatoris Domini nostri contemplati, furore pleni, Iudæum quidem extra synagogam eijciunt, imaginem verò detrahunt, dicentes: Quemadmodùm patres nostri illuserunt illi, ità & nos faciamus. Tunc oẽs cœperunt expuere in faciem sanctę imaginis Christi, colaphisque hinc illinc faciem cædentes, dicebant: Quæcunq; designârũt patres nostri in illum, ea & nos quoquè faciamus in illius imaginẽ. Deindè inquiunt: Audiuimus quòd illuserunt ei patres nostri, faciamus idẽ hoc & nos quoquè. Mox talia conuicia euomuerunt in Iesu Christi imaginem, quæ nemo sanæ mentis excogitare posset. Addunt deindè: Audiuimus, patres nostros pedes manusq; illius clauis fixisse: quid obest, quô minùs & nos idem tentemus? confestìm autẽ imaginis Domini pedes manusq; clauis ferreis forauerũt. Deindè insano ore clamant, Audiuimus ꝙ & aceto & felle imbuta spongia illum potauerunt: faciamus & nos similiter. acceptaq; spongia aceto plena, ad os imaginis applicuerunt. Rursùs aiunt: Notum nobis est, ꝙ & calamo caput illius patres nostri percusserint. Fiat idipsum etiàm à nobis pariter. sumpto igitur calamo, caput Domini cædere cœperunt. Tandèm, aiunt, clarum nobis est, quòd lancea latus illius pupugerunt. nihil à nobis omittatur. addamus & hoc ipsum. itaq; lanceam cuidam porrigẽtes, iusserunt, vt latus imaginis Dominicæ transfigeret. Ex eo autem confestìm sanguinis & aquæ riuuli emanâre cœperunt. Christe, gloria tibi. Incõpręhensibilis Dñe, gloria tibi. Quis tibi similis Domine? Quis alius prẹter te, Deus faciens horrẽda signa & terribilia, & obstupescenda in cælo & in terra? O admirabilis mediator Dei & hominum, & homousion, mundi redemptor ac saluator, totius bonitatis & pietatis fons & origo. O quantus es Domine Iesu in humilitate, qui cùm esses Deus, morticinum nostræ carnis suscipiendo, homo fieri dignatus es pro salute generis humani, quem impij & crudeles paulò minùs ab angelis minoratũ cernentes, horribili morte plectere nõ erubuerunt. O quàm magnus es noster saluator in patientia, qui in tẽpore tuę traditionis, tuo proditori ad te venienti osculum præbere non renuisti, & seruo Malcho apostoli gladio abscissam auriculam redintegrâsti, quandò ad passionis victimam velut ouis mansuetus deducebaris. O quãtus es in misericordia Christe, spes vnica mundi, qui cùm in cruce teipsum hostiam Deo patri exhibuisses sanctam & immaculatam, pro tuis crucifixoribus veniam postulâsti, dicẽdo ad patrem: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidem pro nostra salute incuruatus, in eadẽ carne quã ex virgine sancta & immaculata assumpseras, mortem pertulisti crudelem. Et qui

1. Tim. 2. a

Mat. 26. g

Luc. 23. g

Ioan. 19. e 20. f

Mar. 15. d

Mat. 27. d

Ioan. 19. f

Doxologia.

Luc. 22. f

Luc. 23. e

eras in ſubſtantia cum patre ſanctoque ſpiritu, vnus & impaſſibilis exiſtens & inuiſibilis, condoluiſti humanam perire naturã. Et ideò in hanc lachrymarum vallem deſcendens, pro noſtris erratibus & piaculis formam ſeruilem ſuſcepiſti, in qua te permiſiſti ab iniquis teneri, flagellari, ad vltimum verò crucifigi. Nunc autem in ſancta imagine tua crucifigeris Domine iterùm, ad confuſionem impiorum omnium infidelium, & ad corroborationem omnium in te credentium. Et ideò tibi omnipotenti DEO vnà cum patre ſpirituque ſancto gloria ſit per cuncta ſeculorum ſecula, decus & fortitudo, virtus atq; victoria. Amẽ.

Redit ad hiſtoriam.

Audite omnes Eccleſiæ filij cætera quæ poſtmodùm facta ſunt. ipſius enim myſterij diſpenſatio. Poſtquàm enim (vt ſuperiùs dictum eſt) latus ſanctæ imaginis illius aptum eſt, continuò exiuit ſanguis & aqua. Dixerunt autem principes ſacerdotum: Afferatur vas ad locum vulneris, & videamus exitum rei. Qui ilicò detulerunt hydriam, & ad locum vulneris, vndè ſanguis & aqua decurrebant, ſtatuerũt. Quæ abſq; vlla mora ſubitò repleta eſt. Dixerunt autem ad inuicèm: Quoniam ſuſurrant Chriſtum colentes, quòd ſigna & inaudita multa fecerit in mundo, quæ nemo alius agere potuit, accipiamus hunc ſanguinem & aquam hanc, & deferamus ad noſtram ſynagogam, & cõgregemus vniuerſos qui ſe malè habent, & ex hoc ſpargamus eos: & ſi vera ſunt, quæ de Chriſto dicuntur, cõtinuò ſanabuntur: ſin aliâs, oſtentui habeantur à nobis cuncta, quæ à ſuis ſequacibus aſſeruntur de eo. Hæc dicentes, hydriam deferunt ad ſynagogam, æſtimantes ſe CHRISTO IESV Domino noſtro æterni regis filio maximam inferre poſſe iniuriam. Congregauerunt igitur quoſcunque repererunt languidos, & in conſpectu Hebræorum introducti in ſynagogam, inter quos quidam prouectæ ætatis erat homo, quem à natiuitate ſua grauiſſima poſſéderat corporis moleſtia, quæ Græca locutione παράλυσισ, Latinè verò diſſolutio membrorum dicitur. Hic dum primùm ab eis fuiſſet perunctus, repentè de ſuo grabato, quaſi ceruus exiliens, ad laudem filij DEI incolumis redditus, ad propria remeauit. Deindè adducentes cæcos nonnullos, loca eorum luminum perungere ſtuduerunt. Qui ipſi ſtatìm in IESV CHRISTI nomine diſcuſſa cæcitate, poſt multos annos lumen amiſſum recipere meruerunt. Aegrotantes autem plurimi, ad hoc ſpectaculum ſunt adducti, manibus poſt terga reuinctis. Cumque & illi fuiſſent peruncti, mirabili virtute Dei vndiquè perfuſi, ſenſu reintegrato priſtino, ad propria dum reuertuntur ſaniſſimi, laudes Dei omnipotentis filio IESV Chriſto Domino Saluatori noſtro perſoluuntur ab omni populo. Tumultus autem exortus eſt magnus per totam tandèm vrbem, concurrentibus omnibus propter innumerabilia quæ fiebant miracula. Et quicunq; varijs languoribus infirmos poſſeſſos habebant apud ſe, illuc eos deducentes, perungebant, & ſtatìm ſanitatem quam deſiderabant, conſequebantur. Omnes aũt ad quoſcũq; peruenire potuit opinio, afferentes infirmos, quos habere poterant in domib⁹, paralyticos, cęcos, claudos, ſurdos, mutos, & leproſos, ſiue aridos, deducebãt eos ad ſynagogam Iudæorũ, vbì hæc ſigna fiebant diuinitùs. Sed quanuìs maxima eſſet hæc eadẽ ſynagoga, nequaquàm tamen recipere poterat ſuperuenientium multitudinem. infinitæ enim erãt populorum cateruæ, quæ illuc vndiquè confluebant propter innumerabilia miracula & prodigia, quæ pro ſua nimia prolixitate, nè faſtidium generent, tranſgrediendo prætermittuntur. Omnes autem principes ſacerdotum & ſeniores, & omnis turba Iudæorum, paruulorum, ac maiorum, & mulierum, videntes quę facta fuerãt, crediderunt in Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, & dicebant: Gloria tibi ſit æterne Deus & omnipotẽs pater, qui nobis indignis, quãuìs ſerò, reuelâſti vnicum filium tuum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, quem, vt Eſaię vaticinium cecinit, virgo concepit, & virgo peperit, ac poſt partum virgo permãſit. Gloria tibi ſit Chriſte fili Dei, qui tanta mirabilia nobis miſeris demonſtrâſti. *Te credimus, tu nobis eſto propicius, & nos ſuſcipere dignare, quia ex toto corde, & tota anima atq; virtute ad te confugimus. Hæc & his ſimilia clamantes, dicebant, lachrymas autem amaras emittebant & ſingultus. Poſtquàm autẽ curati ſunt cuncti, qui ægritudine detinebantur, occurrit oĩs multitudo Iudæorum ad domũ ſanctæ Eccleſiæ, quæ in eadem vrbe erat, vbì metropolitanus. Cuius ꝓuoluti veſtigijs, ſe peccâſſe, ſe grauiter deliquiſſe, magnis vocib⁹ fatebantur. Qui cùm ab ijs perquireret omnem rei geſtæ veritatem, ſanctã iconam Domini ſaluatoris eidem demonſtrantes, annunciauerunt cuncta quæ in eo exercuerant. Et qualiter ab ictu lanceæ, ſanguis & aqua emanauit ex latere ipſius, necnon & de mirabilibus ab ea oſtenſis, illi retulerũt per ordinem. Ille verò interrogabat, qualiter icona ipſa ab ijs fuiſſet reperta, & ſi ab aliquo eam excepiſſent. At illi retulerũt ei, quòd quidam Chriſticola per obliuionem in cellula ſynagogæ ꝓxima dimiſiſſet eandem iconam, dum ſe ad alium locum trãſferret hoſpitandi gratia. Qui ſtatìm iubetur inquiri, & repertus, in præſentia domini metropolitani ſtatui. Cumq; ab ea ſtudioſiſſimè fuiſſet interrogatus, quomodò icona

Ioan. 15. d — Miracula ſanguinis ex imagine Chriſti hauſti. — Eſa. 7. — Iudæi credunt — * for. ab

icona apud ſe deueniſſet, vel à quo tam mirabiliter poſita eſſet, reſpondit dicẽs, quòd Nicodemus qui ad IESVM nocte venerat, proprijs manibus eam compoſuiſſet, & moriens Gamalieli tradidiſſet. Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδάσκαλοσ, cùm diem ſibi cerneret adeſſe extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Simeoni & Zachæo, & ſic per * ſucceſſores temporum in Hieroſolyma perdurauit, vſquequò ſubuerſio illius vrbis patrata eſt quadrageſimo & tertio anno poſt aſſcenſionẽ Domini & ſaluatoris ad cælos. Sed biennium antequàm Titus & Veſpaſianus eandem ſubuerterent vrbem, admoniti ſunt à Spirituſancto fideles atq; diſcipuli Chriſti, vt relicta vrbe, ad regnum ſe trãsferrent Agrippę regis, quia ipſe tũc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egreſſi ab vrbe, oĩa quæ ad cultum noſtræ religionis vel fidei pertinere videbantur, ſecum auferentes, in regiones trãſtulerunt ſe. Quo tempore etiàm icona cum cæteris rebus Eccleſiaſticis deportata, vſque in hodiè in Syria permanſit, quam ego ipſe à parẽtibus ex hac luce migrantibus mihi traditam, iure hæreditario vſq; nunc poſſedi. Hæc certa & manifeſta ratio eſt de icona ſancta Domini Saluatoris, qualiter de Iudæa in Syriæ partes deuenit. Auditis his ſermonibus, reuerendiſſimus metropolitanus valdè hilaris redditus, cõuerſus ad populum Iſraeliticum, dicebat: Conuertere Iſrael ad Dominum patrem vniuerſorum viuentium, & adora nobiſcum eius filium, per quem ſunt omnia creata, & ſpiritumſanctum, qui eſt viuificator cunctorum viuentium, & illuminator noſtrarum animarum: feſtina debitum abſoluere votum. Omnis autem turba ſtirpis Iudaicæ, clara voce cœpit cantare & dicere: Vnus DEVS pater, & ipſe ingenitus. Vnus filius, & ipſe vnigenitus CHRIRTVS, quem patres noſtri crucifixerunt, & nos ipſum agnouimus verum Dominum. Vnus Spirituſſanctus, & ab vtroque procedens, per quem veraciter nos credimus eſſe ſaluandos. Hæc dicentes, proſtrati genibus ipſius, veniam poſtulabant de ſuis cõſequi ſceleribus per baptiſmi remedium. Quos ſuſcipiens beatus antiſtes cum ſuis clericis, per dies plurimos de diſciplina erudiuit Chriſtiana. Ad vltimum verò catechumenos factos, & triduano peracto ieiunio, ex aqua & Spirituſancto regenerauit eos. Poſtquàm verò baptiſmũ cõſequuti ſunt, rogabant enixiùs ſanctum virum, vt ſynagogam ſuam Eccleſiam conſecraret in honore ſancti Saluatoris mundi. Quorum petitionem minimè aſpernatus, ſynãgogã illorum quę maior eſſe videbatur, in nomine vnigeniti filij DEI redemptoris mundi conſecrauit. Ex tunc itaque per diuerſas orbis terræ natiões & prouincias mos inoleuit, vt baſilicas plurimas vel oratoria pontifices Chriſtianæ legis, in honore ſancti Saluatoris mundi condere & dedicare non deſinant. Nam anteà antiquiores noſtri vel maiores hoc peragere minimè prę́ſumpſerunt. Sed ad narrationis noſtræ ordinẽ reflectamus articulum. Rogauerũt autem metropolitani præfatum virum, vt cæteras ſynagogas eorum, in honore quorundam beatorum martyrum conſecrando reconciliaret. Itaque & huic petitioni libenter animum accommodauit, & quæ ſuggeſſerunt, iuuamine cuncta expleuit deuotus. Factum eſt gaudium magnum in ciuitate illa non ſolùm de ſanitate corporum, quæ emanauerat maxima: ſed & de tantis animabus, quæ ab interitu ſatanæ ad vitam æternam fuerunt reuocatæ. Venerabilis verò & ſummus antiſtes die noctuque varijs fluctuabat cogitationibus de hydria, quæ Dominicum intra ſe retinebat cruorem, valdè hęſitans, quid de ea oportunum fuiſſet peragere. Tandèm autem ſalubri reperto conſilio, omnium Eccleſiarum quæ per orbem terræ, longè lateque conſiſtebant, inæſtimabile atquè profuturum prouidit conſolationis remedium. Deniquè ampullas præcepit fieri vitreas, in quibus portiones, miſit ſingulas de ſanguine & aqua, quæ de imagine Domini Saluatoris noſtri decurrerunt, quas etiàm per Aſiam, Africam, Europam, per ſuos nuncios dirigens, cuncta quæ apud vrbem iam dictam ſuo tempore cõtigerant deueniſſe, ſuis ſcriptis vel eloquijs manifeſtiſſimè vniuerſis ſanctæ Eccleſiæ filijs viriliter declarauit. Hoc inſupèr ab his efflagitans, vt per annos ſingulos in mẽſe Nouembti, qui apud Hebræos eſt nonus, apud nos verò menſis vndecimus, nono die ipſius menſis, id eſt, quinto Idus Nouembris, nõ minori reuerentia, quàm natalis Domini vel paſchalis, iſta dies præcipua obſeruatione colatur. Hæc eſt vera & vehementer credula ratio de cruore lateris Domini noſtri Saluatoris, qui profluxit de ſancta imagine ipſius, quæ crucifixa eſt in Syria, in Beryto ciuitate. Hic eſt etiàm ſanguis ille Dominicus, qui apud pleroſque repertus eſſe dicitur. Nec eſſe aliter æſtimandum à verè catholicis, præter id quod ſcribitur à nobis, quaſi ex carne & ſanguine Chriſti aliquid poſſit in mundo inueniri, niſì illud quod in ara altaris per manus ſacerdotum quotidiè ſpiritualiter efficitur. Hæc ergò ſciens, amantiſſimi patres & fratres, acceleraui declarare, vobis ad ædificationem animarum veſtrarum, ad incrementum noſtrę fidei, vt & in hoc ſcire valeatis, quãta ſit virtus & pietas * Domini Saluatoris, Domini noſtri Ieſu Chriſti. Idcircò in fide fortes eſtote, & cõgaudete ſuper magna & obſtupenda eius miracula, quę in noſtra generatione à Deo ſunt

Ioh. 3. — Act. 22. — for. * ſucceſſiones — Sanguis imaginis Chriſti p omnem orbem diſtributus.

sunt patrata. Et date illi gloriam cum lætitia gaudentes, & cum nimia cordis cõpunctione eius maiestati immensas gratias agite, eô quòd fidei suæ & scientiæ dignos fecit esse. Ipsi Christo Iesu Saluatori nostro, cum patre sanctoque spiritu gloria sit, honorque, laus etiàm perennis, qui in sempiternum atque indiuisum absque initio & fine obtinet imperium.

Athanasiũ intelligit. Cóstantinus sanctissimus episcopus Cóstantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Eccè is qui ab immortalitate appellationem sortitus est, totam hanc sacram congregationem, ad compunctionem & lachrymas compulit. Non enim venerandas esse tantummodò imagines sanctorum docuit, sed & maximas quasdam medicandi rationes ab his proficisci.

Cur hodiè imagines non edãt miracula. *1. Cor. 14.* *Matt. 12. d* Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Sed quispiam dixerit, quamobrẽ miracula à nostris imaginibus nõ eduntur? Cui sanè ità sit cum Apostolo responsum: Miracula non credentibus data sunt, sed illis, qui in incredulitate versantur. Hi igitur qui imaginem ità tractabant, infideles erãt: qua de causa signum illis datum est à Deo per imaginem, vt ea ratione ad fidem nostrã Christianam traherentur. Generatio enim improba & adultera signum quęrit, & signum non dabitur illis.

Ex epistola Nili. *Plato martyr* Theodorus deuotissimus diaconus & notarius, epistolam beati Nili ad Heliodorum silentiarium, legit: Inter miracula quæ diuersis in locis & temporibus ad infideliũ fidem roborandam stabiliendamque, credentiũ verò spem augendã Dominus edidit, vnum ex mille tibi, Platonis scilicet nostri triumphatoris martyris, recensebo: per quem non solùm in nostra patria, sed per omnem ciuitatem regionemq; postulantibus eius præsentiam, Dominus mirificam donat gratiam, & incredibilem potentiam ostendit. Nam in mõte Sina, in quo Moses à Deo legẽ suscepit, cùm ingens monachorum, tum indigenarũ, tum alienigenarum turba versaretur, quidam ex eis vir Galata cum filio suo vitam solitariam eligens, longam isthic ætatem duxerat: quæque ad exercitium eremiticæ vitæ pertinebant, diligenter obiêrat. Fortè autem fortuna cùm barbaricæ quædam nationes, in præfatum montem irruptionem facerent, eos qui in procinctu erant, simulque Galatæ senis filium captiuos traxerunt, manibusque post tergum reuinctis, nudos absque calceis, ieiunosque per immitia illa & asperrima silentiaque loca vi & necessitate, immensoq; terrore compulsos, abegerunt. Abscõdens autem sese in abdita quadam montis spelunca bonus senex, luctu mœroreq;, quòd optimo filio orbatus esset, macerabatur: Dominumq; nostrum Christum per intercessionem Platonis, patrij martyris, ad cõ-

miserationem solicitabat. Idem quoquè filius in vinculis per eiusdẽ martyris patrocinium tentabat, vt sui misertus Dñs, miraculum aliquod exhiberet. Vtrorunq; autẽ preces cùm essent exauditę, patris videlicet in spem mortis latentis, filijq; in captiuitate detenti: eccè confestìm martyr noster Plato ipse eques, equumq; alium trahens, filio vigilanti, cognoscẽtiq; ex pictura sępè visa effigiem martyris, apparuit, iussitq; vt ex media turba exurgens, equũ ascẽderet. Vix dixerat hæc, cùm vincula aranearũ telis fragiliora visa sunt, ipseq; solus per diuinum nutum admonitus, liberatusq; equũ ascendens, gaudens, cõfidensq;, diuinum martyrẽ ducem suũ secutus est. Cõpendio aũt & admodùm velociter vterq;, tum sanctus ipse, tum adolescens monachus, velutì alati, senis mansionẽ perueniunt, assequunturq;, iacentis adhuc in terra, & filij cladem deflentis. Sanum aũt patri ex animo dolẽti præclarus victor martyrq; filium dilectum postq̃ obtulisset, nusquàm ampliùs visus est. Vt nõ dubitandũ sit, quin omnibus in locis Deum per ipsos martyres inuocantibus, mirifica & admirãda pręclari illi athletæ per Dominũ Christum dare possint. Hoc tibi scripsi, velutì gratum de martyre testimonium, quem nunquàm satietas recordationis beatorũ martyrum capere solet.

Sancta synodus dixit: Demonstratũ est, quomodò per præcognitã imaginem martyris, ipsum adeò martyrem pręsentem cognouit quum liberaretur.

Mirac. & visio S. Nic. episcop. Theodorus Myrorum episcopus, dixit: Ego quoquè non multùm dissimilia passus sum. Nam cùm aliquãdò ab aulicis quibusdã iniuria essem affectus, venit ad me diaconus meus, vir pius & timens Deum, retulitq; in somnis sibi visum metropolitanum nostrũ, pollicentẽ negocijs meis expectatũ finẽ & successum. ibì mihi inquirenti, qua effigie visus sibi esset patriarcha, respondit: Facie rubicunda & capite cano. inquã ego, non esse eam patriarchæ similitudinẽ, sed D. Nicolai imaginem, quemadmodùm fertur. respondit tum is mihi me rectè dixisse, sic enim circunfertur illius imago passìm expressa, quemadmodùm mihi in somnis adstitit. Mox itaq; confisus sermonibus, in sacram & regiam vrbem profectus, res quæ ad episcopatum meũ pertinebant, ex animi sententia composui.

Thomas DEI amantissimus presbyter, monachus & vicarius Orientis, dixit: Sunt quidam qui asserunt beatum Nilum cõtra imagines scripsisse. videamus igitur, cùm in manibus sint libri, q̃d de ijs sentiat, modò synodo placeat.

Sancta synodus dixit: Legatur.

Nili epistola ad Olympiodorũ proconsulem Cosmas sanctissim⁹ diaconus & cubicularius, accepto libro, legit: Eiusdẽ beati patris nostri Nili ad Olympiodorum procõsulem:

Templa nõ ornanda nugacibus & vanis picturis. sulem: Scribis mihi num decorum putem, cùm in animo habeas fani ædificationem in honorem sanctorum martyrum, eiusq; qui per eorum testata certamina, labores & sudores prædicatus est Christus, vt imagines in sacro loco omnigenarum animantium, per parietes vndiquè fieri cures, has quidem à dextra parte, illas verò à sinistris: quo spectatores per terram casses, apud cosque lepores & capreas circuncursantes, venatoresque fugientia animalia velociter cum canibus insequentes videant: In mari verò emissa retia, omneque genus piscium captum, in terramq; piscatorum manibus eductũ: Præterea, ex gypso omne id quod oculos pascere potest, effectum, idq; in domo Domini contemplentur. Nequaquàm. Sed in vulgari domo mille cruces figi, q̃ historias auium, iumentorum, & serpentum, germinumque, mâlim. Ego verò ad scripta sic respondeo, puerile planè esse & stultum, eiuscemodi rebus fidelium oculos fascinare velle. Debet enim esse firmæ & virili sententiæ genuinum, in sacro loco ab Oriente sanctissimi templi, vnicam & solam effigiari crucem. Per solam enim salutiferam crucem, genus humanum liberatum est. Perque hanc desperabundis vndiquè spes annunciatur. Verùm noui & veteris Testamenti historijs hinc indè parietes templi repleri doctissimi pictoris opera velim, quô scilicet hi qui literas non nôrunt, neque sacram scripturam legere queunt, cõtemplatione picturæ in memoriam reducant, quinam germanè vero illi Deo per fortia facta seruiêrunt, atque in certamen excitentur gloriosorum & laudatorum facinorum, per quę cum cęlo terram commutârunt, venerantes scilicet per contemplationem ea quæ non viderunt. *Quæ sint ornamenta domus.* In communi verò domo, in qua multa fuerint habitacula, sufficiat singulis venerãda crucis imago. Reliqua omnia, vt superuacua, relinquẽda necessarium puto. Orationibus autem continuis, firma fide, eleemosynis notabilibus, humilitate, spe ad Deum perpetua, diuinorum sermonum meditationibus, erga fratres compatiẽtia, erga familiares humanitate, omnibus deniquè Domini nostri Iesu Christi, præceptis velutì muro cingere sese, suamq; coniugem, liberos, & omnem substantiam curare, ornare & tueri laudo, & ad hoc adhortor.

Epistola Nili corrupta. Theodorus episcopus Myrõn, dixit: Hęc epistola lecta, iamdudùm ab alijs corrupta & vitiata existens, perdidit & errare nos fecit. arbitrabamur enim eam esse synceram & rectè consultricem, vt nunc lecta est.

Sanctissimi episcopi dixerũt: Nos si tum audiuissemus, quòd pater iste hinc & illinc depingi iubet ædem veteris & noui Testamenti narrationibus, nõ sanè frustrati cre-

didissemus. Illi enim pro eo, quod pater inquit, hinc & illinc historias colloca, dealba, posuerunt. id scilicet est, quod nos potenter in errorem induxit.

Templum saluatoris pictum Romæ. Petrus & Petrus DEI amantissimi presbyteri, vicarij Adriani papę veteris Romę, dixerunt: Tale etiàm qui nũc in Deo quiescit, Ioannes olìm fecit. nam cùm templum Romæ Saluatoris extrueret, in vtroq; pariete templi historiam veteris & noui Testamenti inscripsit: hinc quidem Adam exeuntem paradisum, illinc verò latronem paradisum ingredientem, & reliqua.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Si veri fuerint olìm ꝓpugnatores dogmatum Christi, quam ob causam beati Nili patris librum in confirmatione nõ exhibuerunt, nimirùm in cõfirmationem omnium dogmatum suorum? dicãt itaq, religiosissimi episcopi, Gregorius Neocæsareæ & Theodosius * Amorrij, num adducti fuerint libri ad synodum, an minùs. ** Amorrij * Amurij*

Gregorius & Theodosius religiosissimi episcopi, dixerunt: Nequaquàm domine, sed pro ipsis libris excerpta quædam nobis ostenderunt, & ex ijs deceperunt nos.

Euthymius sanctissimus episcopus Sardensium, dixit: Vos autẽ cùm summi sacerdotes eratis, quamobrem non quæsiuistis integram sententiam à libris?

Rom. 1. c Gregorus Neocæsareæ dixit: Crede domine, neq; negligentia, neque detrectatio laboris in causa nobis fuit: sed quemadmodùm scriptum est, obtenebratum erat cor nostrũ imprudens, dicentesq; nosipsos sapientes, stulti facti sumus.

Theodorus sanctissimus episcopus Myrôn, dixit: Scilicet & nosipsos illa ipsa excerpta, quæ vos adduxistis, ꝑdere possent. Nouit em̃ Deus, quòd hæc ipsa sancti Nili quæ nũc lecta est sententia, excęcauit nos, maximè autem me: verùm nũc syncerè lecta, confirmauit & seruauit me.

Constantinus episcopus Cypri, dixit: Quandoquidem adest eiusdem epistolæ alterum exemplar, legatur. Et accepto codice, Ioannes diaconus & notarius sancti patriarchatûs codicem alterum, continentem præscriptã epistolam eiusdẽ Nili, legit:

Cõstantinus sanctissimus episcopus Cypri, dixit: En manifestum est, sanctũ hunc & diuinum patrẽ Nilum sanctas imagines recepisse. Verùm à falsa synodo illa accusatus est, quòd contra imagines locutus sit: vndè non solùm improbi illi Christianorũ calumniatores sunt, verùm etiàm sanctorũ accusatores & parricidæ, sycophãticè diuinos patres mendacijs circunuenientes.

Maximi abbatis & cõfessoris liber. Euthymius sanctissimus episcopus Sardensium, dixit: Librum sancti confessoris Maximi in manibus habeo, adducoq;, quô legatur. Sumptum illum Ioannes notarius sacri patriarchatûs legit. Ex dogmatibus

quæ agitata ſunt inter piè memoriæ Maximum & Theodoſium epiſcopum Cęſareę, quæ eſt in Bithynia, eiusq́; aſſeclas, quorũ principium: Quæ agitata ſunt de fide inculpata noſtrorum Chriſtianorum. Et paulò poſt: Maximus dixit: Domine, ſi ſic decretum eſt vt fiat, egrediantur qui ità ſenſerunt, & quæcunq; iuſſeris, ſequar. poſt hæc ſurgẽtes omnes, cum gaudio & lachrymis ſurrexerunt, pœnitentiamq́ue egerunt, factaq́; precatione vnuſquiſque ſancta Euangelia venerandamq́; crucem & imaginem Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, necnon Dominæ noſtræ Deiparæ ſalutârunt, ponentes manus ſuas ſuper ea in cõfirmationem eorũ quæ loquuti erant. Et paulopòſt: Conuerſus autem ad epiſcopum abbas Maximus, cum lachrymis eum ſic affatus eſt: Magnus Dominus, diem iudicij omnes expectamus: nouiſti quæ ſancita ſunt per ſancta Euangelia, viuificamq́; crucem, necnon imaginem Dei Saluatoris noſtri, ipſiusq́ue ſanctam ſemper virginem matrem.

Coſtantinus ſanctiſſimus epiſcopus Cypri, dixit: Verbum hoc, ſalutârunt, hoc loco ſanctus pater ſumpſit pro, adorârunt: ſiquidem ſanctum Euangelium & viuificam crucẽ ipſe adorauit, deindè imagines venerandas Seruatoris & inculpatæ eius matris.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha, dixit: Annumeratæ ſunt ſacris vaſis venerabiles imagines.

Sancta ſynodus dixit: Clarum eſt.

Sanctiſſimi epiſcopi Siciliæ inſulæ dixerunt: Quemadmodùm ſacra cũ ſacris numerantur.

Petrus ſanctiſſimus epiſcopus Nicomediæ, dixit: Habemus & nos eundem ſancti Maximi librum, & ſi operæprecium putaueritis, iterùm prælibata legantur.

Coſmas diaconus & cubicularius, accepto libro, eandem beati Maximi ſententiã legit.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha, dixit: Animaduertamus fratres, quo pacto dixerunt hoc verbum ἠσπάσαντο, id eſt, ſalutârunt: quod & nos reuerẽda acceptione facere debemus. Nam λατρεία ad vnũ Deum refertur.

Ioannes venerabilis monachus, presbyter, vicarius Orientis, dixit: Niſì fuiſſent neceſſariæ imagines, eas propter ſtabilitionem factorũ non fuiſſent oſculati, vt etiàm meo iudicio cum ſanctis Euangelijs & veneranda cruce æquiualeant.

Petrus ſanctiſſimus epiſcopus Nicomediæ, dixit: Neq; etiàm vulgaris vir qui hoc fecit, ſed Maximus Dei philoſophus, & cùm patribus certans, quin etiàm confeſſor & veritatis propugnator: ſufficiat igitur nobis, vt in ſalutando venerandas imagines, illum ſequamur.

Helias venerabilis protopresbyter ſanctæ Eccleſiæ Dominæ noſtræ Deiparæ in Blachernis, legit ex charta, quæ definitiones ſanctæ & vniuerſalis ſextæ ſynodi cõtinet. Canon ſanctę & vniuerſalis ſextæ ſynodi: In qbus ſanctarũ imaginũ picturis, agnus digito pręcurſoris indicatus, expreſſus eſt, qui in formam acceptæ gratiæ, verũ nobis per legem agnum Chriſtum Deum noſtrum oſtendit. Veteres igitur typos & obumbrata veritatis ſymbola, præfigurationesq́ue Eccleſiæ traditas amplectentes, gratiã inprimìs curantes, & veritatem tanq̃ legis plenitudinẽ acceptamus. quô igitur perfectiùs & in colorum varietate omniũ oculis ſubijciatur character ille, quo ſecũdùm hominẽ agnus Chriſtus Deus noſter, qui abſtulit peccata mundi, effigiatus eſt, poſthàc in imaginibus pro veteri agno erigi debere declaramus. Per hoc enim humilitatis altitudinem verbi Dei cõſiderantes, & ad memoriã in carne paſſionis illius & ſalutaris mortis diſpẽſationis, veluti manuducti, quę mundo illinc contigit liberatio, cognoſcimus. Poſtq̃ autem hæc legiſſet, ad ſanctam ſynodum conuerſus, dixit: Venerandi ſancti patres Eccleſiæ, perſecutionẽ me magis nullꝰ excitâſſet, niſi diuinus hamus me cepiſſet hac charta; cui ſancti patres ſextę ſynodi ſubſcripſerũt: neq; ſolum in rectè ſentientem fidem iſta me traxerũt, verùm etiàm ſanctiſſimus patriarcha, cui mercedem cæleſtem Deus retribuat, plurimùm docendo me iuuit.

Vniuerſalis ſextæ ſynodi teſtimonium.

Sabas venerabilis monachus dixit: Qua de cauſa hæc non ex libro, ſed ex charta lecta ſunt?

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Quoniam charta ipſum eſt autographum, in qua patres ſubſcripſerunt.

Petrus metropolites Nicomediæ, dixit: Quinetiã habeo & alterum codicem, ſextę ſacræ ſynodi canones continentem. quem in manibus ſumptum, Victor venerabilis diaconus & notarius legit, repetens eundẽ canonem.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Quæ eſt hæc ignorantia, qua pleriq; laborant circa hos canones? ſcandalum enim eſt, dubitare num ſint ſextæ ſynodi. Cognoſcant igitur tales ſextam ſynodum temporibus Cõſtantini fuiſſe congregatã, nimirùm cõtra eos, qui tantummodò vnam actionem & volũtatem in Chriſto collocant. illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamq́; fidem confirmantes, ſub annum decimum quartum imperij Cõſtantini domũ rediêrunt. poſt annos igitur quatuor aut quinq; ijdem illi patres ſub Iuſtiniano Cõſtantini filio congregati, prædictos canones ediderunt, neq; hac de re quiſquã dubitet. Nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, ijdẽ illi ſub Iuſtiniano quoquè præſentem hanc chartam ſubſignârũt,

Sexta ſynodus.

quæ res ſatìs clara eſt ex eorundem propriarum manuum immutabili ſimilitudine. Neceſſum autem erat, * poſt ſynodum vniuerſalem definitã, canones quoquè eccleſiaſticos ederent: igitur ad recordationem ſalutaris illius mortis in carne, politiæ ex venerandis imaginibus nos manuduci declarârunt: quòd ſi autem in diſpenſationẽ Chriſti veri Dei hoc modo manuducimur, quales eos eſſe arbitrandũ eſt, qui has ſubuertere conantur?

**vt poſt*

Sancta ſynodus dixit: Verè impios, Hebræos, & veritatis hoſtes.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Sed Deus noſter Dominus bonus eſt ad ſuſcipiendũ omnes nos: non enim virgam peccatorum in ſortem iuſtorum miſit.

Pſal. 124.

Leo ſanctiſſimus epiſcopus Rhodi, dixit: Eccè ex ſacris ſcripturis demonſtratum eſt, Eccleſiam noſtram tot annis fuiſſe oppugnatam, & velutì diſcerptam: ſed gratias Deo noſtro agimus, qui ter ſanctum noſtrũ Dominum, in correctionẽ illius ſuſcitauit.

Petrus & Petrus Dei amantiſſimi presbyteri, & locum ſeruantes Adriani papæ veteris Romæ, dixerunt: Librum habemus in manibus B. Leontij epiſcopi Neapoleos, quæ eſt in Cypro, rogamus autẽ vt legatur.

Stephanus autem diaconus & notarius acceptum codicem legit: LEONTII EPISCOPI Neapoleos Cypri, ex quinto libro apologiæ pro Chriſtianis & contra Iudæos, & de imaginibus ſanctorum: Agedùm igitur & deincèps de venerabiliter pictis imaginibus apologiam texamus, quô eorum ora, qui impietatem garriunt, obturentur. Hæc enim eſt ipſa legalis traditio. Audi verò Deum dicentem ad Moſen: Imagines duas Cherubim aureas ſculptas facies obumbrantes propiciatorium. Rurſùs templum quod oſtendit Ezechieli Deus, facies habebat palmarum, leonum, & hominum, & cherubim, à fundamento ipſo, vſque ad laquearia tecti. Verè horrendum verbum Iſraeli præcipitur, nè vllum ſculptile faciant, neque imagines, neque ſimilitudinem quæcunque ſunt in cęlo, aut ſuper terram: rurſùs verò iubetur Moſes facere ſculptilia, & Cherubim animantia: Ezechieliq́ue præcipitur, vt impleat omnia imaginibus & ſimilitudinibus ſculptilium, leonum, palmarum & hominum, atque ità templum illud oſtendit. Vndè & Salomon ex lege formam hanc accipiens, templum ſculptilibus ęreis, fuſilibus imaginibus boum, leonum, palmarum, & hominum impleuit, neque tamen ob id repræhenſus eſt à Deo. Igitur ſi de imaginibus me arguis, redargue ipſum Deum, qui hæc in memoriam eorum quæ apud nos ſunt, fieri iuſſit. IVDAEVS dixit: Sed eiuſcemodi ſimilitudines non adorabantur vt dij, tantummodò in recordationem fiebant. CHRISTIANVS dixit: Rectè dixiſti: Neque enim apud nos, vt dij, adorantur ſanctorum imagines, typi, characteres. nam ſi deos in ligno imaginis adorarent, futurũ eſſet vt omnes & reliqua quoquè ligna adorarent: ſi verò vt Deum adorarent lignum, non ſanè vbiquè, extincto charactere, imaginem exurerent. Ego verò, quatenꝰ duo ligna crucis colligata ſunt, typum quidem adoro propter Chriſtum, qui in eo crucifixus eſt: cùm verò fuerint diſſoluta à ſe, abijcio ea & exuro quoquè. Et quemadmodùm qui mandatum Imperatoris ſuſcepit, illius ſigillum oſculando, non ipſam ceram, aut characterem, aut plũbũ veneratur, verùm Imperatori ipſi adorationem & cultum exhibuit: ità quoquè Chriſtianorum filij, typum crucis adorantes, non naturam ligni adôramus, ſed ſigillum, & annulum, & characterem, Chriſtum ipſum adſpiciẽtes, per hoc eum qui in illo crucifixus eſt, ſalutamus & adoramus. Et quemadmodùm genuini filij, peregrinante longo tempore patre, ingenti amore ex animo erga eum affecti, quicquid illius in domo viderint, ſiue baculum, ſiue ſedem, ſiue chlamydem, hæc inquam omnia cum lachrymis attrectantes, amplexantur, non illa honorantes, ſed patrem deſiderantes & venerantes: ſic & nos fideles omnes crucem CHRISTI tãquàm virgam adoramus: vt ſedem verò & cubile illius, terſanctum ſepulcrum: præſepe autem & Bethleem, reliquaq́ue illius habitacula, vt domũ: ſic apoſtolos illius, beatosq́ue martyres & reliquos ſanctos, velutì amicos illius colimus. Ità Sion tanquàm illius ciuitatem, Nazareth verò tanquàm illius patriam amplectimur. non aliter etiàm Iordanem, quàm diuinum illius lauacrum, reueremur. Magno enim & inexplicabili erga eum amore, quò aſſcendit, vbì reſedit, vbì apparuit, aut quod tetigit, aut omninò obumbrauit, tãquàm DEI locum colimus & adoramus, non ipſam regionem aut lapides venerantes, ſed eum qui in illis conuerſatus eſt, apparuit, & in carne cognitus eſt, quiq́ue nos ab errore liberauit, CHRISTVM Dominum Deum noſtrum. Hinc etiàm propter CHRISTVM, Chriſtiq́ue paſſiones, paſsìm in eccleſijs, in domibus & foro, in picturis, in ſindonibus, in promptuarijs, veſtibus, omnibus deniquè in locis hanc figuram ponimus, quô continuò contemplantibus nobis hęc in mentem veniant, & non obliuiſcamur, quemadmodùm tu oblítus es Domini DEI tui. Sicut autem tu adoras librum legis, non naturam membranarum, aut atramenti adorans, ſed verba DEI quæ in illo continentur: ſic & ego imaginem CHRISTI adorans, non lignorum aut colorum naturam adoro, abſit, ſed inanimatum characterem Chriſti. Hunc enim cùm habeam, per ipſum Chri-

Leõtij docta contra Iudæos diſceptatio.

Exo. 25.

Exo. 20, a 25. b

Ezec. 40, c d 41. c d

3. Reg. 6. & 7.

Quomodo adorãda ſint ac venerãda, loca ſancta, inſtructio vera & apta.

stum me tenere & adorare mihi videor.
Gene.37.d Quemadmodùm etiàm Iacòb accipiens à filijs suis vestem sanguine conspersam Ioseph,cũ lachrymis eam osculatus est,suisq; oculis circumposuit,non ipsam vestem diligendo,aut honorando hoc fecit,sed per eam arbitratus est se Ioseph osculari, & in manibus habere. Sic & Christiani omnes imaginem Christi,aut Apostoli,aut martyris tenentes, nostraque carne osculantes, animo videmur nobis ipsum Christum aut martyrem amplecti. Agedùm tu qui arbitraris nullum manu factum,aut planè effigiatum,adorãdum esse:nunquìd sępè vxoris,aut filiorum mortuorũ vestem, aut ornamentum in vestiario videns, illud osculatus es,& lachrymis rigâsti, neque tamen in hoc damnatus es? nõ enim vt Deum vestes adorâsti,sed ipsum amorem erga eum, qui his amiciebatur,tuũ per oscula declarâsti. Quandoquidem ipsos nostros liberos & patres,qui creati sunt, & peccatores existunt, subindè osculamur: neque ob id damnabiles sumus, neque illos tanquàm deos complectimur,sed amorem nostrum erga eos naturalem per eiusce modi osculũ declaramus.Ergò vt sæpè dixi, in omni salutatione & adoratione intẽtio ipsa requiritur & exputatur.Tu verò cùm me criminaris,quòd vt Deum lignum crucis adoro: quid est,quamobrem non vertis in crimen Iacob,adorantem in summitate baculi Ioseph?Sanè manifestum est,quòd lignũ non
Heb.11. adorauit,sed per lignum Ioseph, quemadmodùm nos per crucem Christum. Quinetiam (impios illos viros qui sepulcrũ vendebant,Abraham adorauit, & genu illis in
Gen. 23.c terram flexit,veruntamen illos nõ vt deos
Gen. 47.c adorauit.Rursùs Iacob Pharaonem impiũ & idololatram existentem benedixit, sed
for.*tamẽ *tãtùm illum nõ vt Deum benedixit. Rur-
Gene.33.a sùs procidens corã Esau adorauit, sed non vt Deum benedixit. Quòd si autem plures salutationes & adorationes ex scriptura tibi demonstrari postules,quæ non sunt reprehẽsæ, facilè efficiam.Atquì & tu quoq; coniugem tuam fortassìs impiam, affectionibus turbulentam,quotidiè salutans,non reprehenderis,etsi nequaquàm tibi diuino ore vxoris salutatio præcepta sit: me verò cùm víderis Christi,aut eius inculpatæ matris,aut alterius iusti imaginem salutãtem, confestìm indignaris,blasphemias fundis, resilis,& idololatras nos vocas.mirũ te extra verecundiam,neque horrere, neq; tremere,neq; erubescere,cùm videas me per omnem terrarum orbem idolorum phana destruentem,martyrum verò templa ędificantem. Iam si constat me idola adorare, quid causæ est, quamobrem martyres qui idola destruxerunt,veneror vt deos & glorifico?quo pacto ipsos martyres, qui statuas ligneas cõfregerunt,honore prosequor?

Si ligna,vt deos glorifico,quomodò veneror & adoro martyres & apostolos, qui lapideas effigies perdiderũt?Quomodò honore afficio,laudo,templa erigo, festa celebro tribus illis pueris, qui in Babylone Dan.
imaginem aureã non adorârunt? Verè magna est Iudęorum cæcitas,magna impietas, in veritatem iniurij sunt: ingratæ Iudæorũ linguæ,in Deum cõuicia dicunt.A sanctorum martyrum reliquijs & imaginibus sæpè dæmones fugantur, hæc tamen sceleśti illi contumelijs afficiunt,peruertunt, illudunt & subsannant.Dic mihi, quot inumbrationes,quot scaturigines,sæpè etiàm & sanguinis fluores ex imaginib⁹ & reliquijs martyrum extiterunt? ij tamẽ corde insensati,videntes non credunt, verùm fabulas ista & nugas esse arbitrantur. Quinetiam quotidiè per orbem terrarum omnem, homines planè impios, exleges, idololatras, homicidas,scortatores & latrones confestim per Christum & crucem illius cõpunctos,in agnitiõem meliorem venire, mundoque renunciantes,omnem virtutem colere videtis. Velim autem mihi dicas,qua ratione tibi idololatræ sumus, qui ossa, cineres, pannos,sanguinem,sepulcra deniq; martyrum adorantes,illis tamen non sacrificamus. IVDAEVS DIXIT: Qua ratione per vniuersam scripturã præcepit Deus nullam creaturam adorandam? CHRISTIANVS dixit: Dic mihi,terra & montes,nónne sunt Dei creaturæ? IVDAEVS dixit: Rectè. CHRISTIANVS dixit: Quomodò igitur ait scriptura: Exaltate Dominum Deum nostrũ,& adorate scabellum pedum eius, quoniam sanPsal.
ctum est,& adorate in monte sanctum suum? Et rursùs Deus ait: Cælum mihi sedes, Esa.
terra autem scabellum pedum meorum. IVDAEVS: Sed tamẽ non vt deos, verùm per illa eum qui hæc fecit, adoras. CHRISTIANVS: Fidelis sermo,quemobrem scias & tu, quòd & ego per cælum,terram,mare,ligna, lapides,reliquias,templa,crucem, angelos, homines, per omnem deniquè creaturam visibilem, & nõ visibilem,omnium authori Domino & factori soli, adorationem & cultum exhibeam.Non enim per se creatura authorem adorat,sed pèr me Cęli enarPsal.
rãt gloriam Dei,per me Deum adorat Luna,per me Deum glorificant astra, per me aquæ,pluuię,rores, omnis deniquè creatura Deum adorat & glorificat. Sicutì rege aliquo bonam coronam,pulchrã, & speciosam suis manibus contexentem, omnes qui benè erga regem affecti sunt,eam amplectuntur,& coronam venerantur, nõ sanè aurum,aut margaritam venerantes, sed verticem regis, & doctas illas manus quæ coronam fecerunt: ità ô homo, Christianorum populus quascunq; crucis & imaginum eius figuras amplectuntur, non ipsis lignis,aut lapidibus,vel auro, aut corruptibili

bili imagini,aut capsulæ, aut reliquijs cultũ præstant,verùm per hæc Deo omnium factori gloriam,venerationem & cultum exhibent. Siquidem qui in sanctos impenditur honor,in ipsum recurrit. Imago enim Dei est,qui secundùm Dei imaginem, homo factus est, maximè autem qui spiritum sanctum in habitaculum suum recipit. Iustè itaque imaginem Dei seruorum venerans & adorans,donum sancti spiritũs glo-
Leuit. 26. rificat.Inhabitabo enim in eis,inquit,& cir-
2.Cor.6.d cumãbulabo.Pudore suffundantur Iudæi, qui proprios reges & alienos adorãtes, nos Christianos tanquàm idololatras deridẽt. Nos autem Christiani,omnibus in ciuitatibus & regionibus in dies & in horas singulas cõtra idola stamus armati, cõtra idola psallimus,contra idola & preces fundimus:& qua tandèm fronte Iudæi nos vocant idololatras?vbì nũc sunt,quæ olìm ab ab ipsis oblatæ sunt idolis, boum, ouium, & filiorum quoquè victimę?Vbì sacrificiorum fumi? vbì aræ & profusiones sanguinum?Nos verò Christiani propemodùm, quid sit ara, quid sit victima, ignoramus. Nam Græci adulteris quibusdam hominibus,homicidis,impuris & sceleśtis templa dicârunt:eorumq; idola cum illisipsis deos fecerunt, nequaquàm sanè vel prophetarum,vel sanctorum martyrum nomine, templum aut aram appellantes. Quemadmodùm enim in Babylone Israelitæ organa & citharam & alia quędam,quemadmodùm ipsi Babylonij,habebant, & illi quidẽ ad laudem Dei,hi verò in ministerium dęmonum:sic & de imaginibus gentilium & Christianorum censendum est: siquidem
☞ gentes ad cultum diaboli,nos verò ad gloriam & recordationem Dei illa seruamus.
Gene,3. Alioquin & multa Deus per crucem auditu mira fecit: siquidem lignum vitæ, & lignum scientiæ appellauit:aliam autẽ plantam vocando Sabech, concessionis signũ ponit,deindè virga Pharaonẽ obtexit, mare diuisit, aquam dulcem fecit, serpentem exaltauit,petram rupit,& aquam eduxit:lignum etiàm germinãs in tabernaculo, Aaronis sacerdotium cõfirmauit. Sic & Salo-
Sap.14.a mon inquit: Benedicite lignum per quod
4. Re. 6. a fit iustitia.Sic & Helisæus lignum in Iordanem proijciens, ferrum in typum Adam,
4.Reg.4.c velut ex inferis reduxit:sic mandat suo puero per virgam resuscitare filium Sunamitidos mulieris.Is igitur qui tanta miracula per ligna fecit Deus,dic rogo,nunquìd per sanctæ crucis preciosum lignum miranda efficere potest? Quòd si autem est impium ossa venerari,quamobrem ossa Ioseph cum
Genes.50. omi honore ex Aegypto vecta sunt? Quo-
4.Re. 13. d modò homo mortuus, ossa Helisæi attingens,resurrexit?Iam si per ossa mirifica neus facit,clarum est quòd & per imagines, lapides, pluraque alia idem possit. Adde

quòd & Abraham noluerit Saræ vxoris
Genes. 23 corpus alieno sepulcro mandare, sed magis proprio, honoris gratia. Adde Iacob,
Gen. 28.d qui per lapidem DEVM veneratus,constituens,eum vnxit in typum summi angularis lapidis. Rursùs & in Laban, lapidem
Gene.31.f *Bunon appellauit. Testatur etiàm Iesus
Ios.4.a filius Naue, duodecim lapides constituens in memoriam Dei.Erant autem, ô Iudææ, duo etiàm Cherubim obumbrantia
Heb.9.b propiciatorium sculpta. Iam ingrediatur aliquis templum tuum Græcus idololatra, ijsque visis carpat te, tanquàm & tu quoquè idola adores:fare, quid habes quo de duobus Cherubim fusilibus, bobus, palmis,& leonib⁹,quæ in templo sculpta sunt, te defendas? Verè nihil habes quod ad-uersùs illum dicas,nisì hoc vnum, quòd ea non tanquàm deos habeas, sed in memoriam DEI,eiusque gloriam Cherubin hæc in templo visantur. Quòd si ista sic se habent, qua ratione nos de imaginibus reprehendis? At dices mihi: Mosi à DEO iussum est,vt eiusmodi sculptilia in templo collocanda curaret: ego sanè hoc ipsum etiàm dico. sed Salomon illinc digressus, plura in templo apparauit, quæ tamen Deus non mandauerat, quæ neque tabernaculi testimonium habuit, neque templum quod vidit Ezechiel, non tamen in hoc à DEO in crimen vocatus est Salomon.
Ezec. 40. 41. Nam in gloriam DEI, quemadmodùm etiàm & nos, eiusce modi effigies excogitârunt.Habuisti quoquè & tu Iudæe & alia quædam in memoriam & laudem Dei, nimirùm virgam Mosis,tabulas à DEO fabricatas,rubum incombustum, humidam ex siccitate petram, vrceum continentem manna, arcam,propiciatorium, velum, & à DEO declaratum Ephod, deniquè à DEO præparatum tentorium. Vtinàm & tu hæc adoranda, super omnia DEVM inuocando, primùm vocâsses, recordatusque fuisses per hæc pusilla imaginum & figurarum veri DEI, & non vitulum supra tabulas diuinitùs datas habuisses.Vtinàm sanctum aureum thuribulum seruâsses,& non vitulas Samariæ coluisses.vtinàm florẽtem virgam, & nõ Astarthem vrbis desolatricem: vtinàm à DEO stillantem petram pro Baal amplexus fuisses. Verùm propter hæc omnia non adoras, ô quondàm Israelita, quia Deum ex toto corde non amas.Nam qui amicum suum aut regem, maximè autem benefactorem suum amat, etiàm filium illius, modò viderit aut baculum, aut sedem, aut coronam, aut domum, aut seruum amplectitur, & per hæc ipsum benefactorem honore prosequi sibi videtur, maximè verò Deum. Cùm igitur Christianos crucem adorare conspexeris, scito quia crucifixo CHRISTO honos impenditur, tantum abest vt lignum colant.

Nam

Nam si ligni naturam adorarent, profectò omnes syluas & arbores adorando venerarentur. Quemadmodùm tu Israel aliquandò hæc adorâsti, ligno & arbori dicens, Tu mihi esto Deus, tu me produxisti. Hier. 2. f Rursùs nos crucem ità non affamur, neque etiàm sanctorum imagines, Dij nostri estis. Non enim dij nostri sunt, sed tantummodò similitudines & imagines Christi & sanctorum illius, ad commemorationem, honorem, & decorem ecclesiarum venerandę. Nam qui Martyrem colit, Deum ipsum colit: qui Matrem illius adorat, ipsi honorem assignat: qui apostolum honore prosequitur, ipsum qui apostolum misit, honorat. Vtinàm & tu quoquè Mosaicas & Propheticas imagines fecisses, illasque quotidiè adorares. sic enim eorum Domino & Deo veram latriam exhiberes, non autem aureas statuas Nabuchodonosoris. Qua verò fronte contra me imaginum & crucis causa insurgis, cùm nôris Abrahamum idololatras adorâsse, Mosen verò Iethro idololatræ idem fecisse, Iacob autem Pharaoné, Daniel Nabuchodonosorem? (Genes. 23. Exod 18. a Gene. 47. Dan. 2.) Hi prophetę & iusti cùm sint, ob beneficia quædam illis præstita, in terra existétes illos idololatras adorârunt, me scilicet crucem, sanctorúq; ☞ effigies, à quibus infinita beneficia, DEO procurante, nobis obtigerunt, adorantem despicies? Quandoquidem qui regem metuit, filium illius iniuria non afficit. Qui Deum autem timet, hic omninò etiàm filium Dei, crucisque illius typum & sanctorũ illius effigies colit & adorat. Ipsi enim gloria cum patre & sancto spiritu, & nunc & in secula seculorum, Amen.

Leontius quis fuerit, & quæ scripserit.

Constantinus sanctissimus Episcopus Constantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Pater hic, qui lectus est, in vna ex ciuitatibus Cypri decenter & sanctè côuersatus est, multaque encomia & panegyricas illius orationes etiàm habemus, inter quas & extat oratio in transfigurationem Domini. Scripsit & sancti Ioannis, Misericordis appellati, episcopi Alexandrini vitam: prætereà beati Simeonis, turbationesq; propter Christum circa ea tempora in ecclesia factas. Scripsit & alia quędam, in quibus omnibus orthodoxus cognoscitur. floruit circa tẽpora Mauricij Imperatoris.

Ioãnes Dei colentissimus presbyter, vicarius apostolicæ sedis Orientis, dixit: Clarum est, quæ in laudẽ prædicti patris dicta sunt, sic se habere. Quinetiã legati sanctissimi papæ librum istum synodo exhibuerunt, maximè verò ob eam causam, quòd copiosè sanctarũ imaginum receptionem & adorationem prædicârit.

Idem ille vicarius librum sanctæ synodo ostendens, dixit: Libellum istum reuerendissimi patres in hac regia ciuitate apud Cyrium Procopium Silentiarium reperi,

eamque ob rem gauisus sum, quandoquidem exemplar aliud planè idem & immutatum in Oriente habemus. Docet autem in illo beatus Anastasius de differentia adorationis, & si sacræ synodo visum fuerit, legatur. (Anast. epis. T. opol.)

Sancta synodus dixit: Legatur: Assumptumq; librum Stephanus venerabilis monachus legit:

Sancti Anastasij episcopi Theopoleos epistola, per quam respõdet cuidam ad dubitationem quandam, à qua expediri cupiebat. eius autem principium tale, Si doctrina existimaretur ex varijs opinionibus. Et paulopòst: Nemo autem offendatur in adorationis vocabulo. Siquidem & homines & sanctos angelos adoramus, non autẽ quòd λατρείαν, hoc est, cultum diuinum exhibeamus. (Ador. & lat. qd dif.) Inquit enim Moses: Deum tuũ adorabis, & illi soli λατρείαν præstabis: (Deut.) quo loco diligenter obseruabis, qua ratione posteriori dicto, nimirũ latriæ, adiecerit, soli adorabis verò, hoc ipsum non est appositum. Quamobrẽ adorare licet. Quid enim aliud est, quàm honoris alicui exhibiti, velutì emphasis adoratio? (Ador. quid) Latria verò nequaquàm: neque etiàm licebit προσεύξασθαι, quod est propriè Deum adorare. Hæc quispiam ad primum dicere posset. Secũdùm verò multorum opinionibus subuertetur, qui experientiam lectionis sacræ non satis perceperint.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Videamus quid de adoratione dicat pater iste. (Deut. 10. d)

Sancta synodus dixit: Differentiam adorationis exhibuit. dixit enim, Deum tuum adorabis, & illi soli latriam præstabis: (Matt. 4) ad latriæ præstationem adiecit, soli: adorationi verò haud quaquàm ipsum id apposuit, falsa autem synodus, hunc ipsum locum in maximum stabilimentum suî adsumpsit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Videndum tamen diligentiùs, quomodò ter sapiens pater ipsum hoc interpretatur quod in medio scripsit. id enim est, quod nos omnes & eos qui contentiosè aduersantur, in imaginum receptionem & adorationem addunt. Honorationis, ait, emphasis, adoratio est.

Omnes igitur qui sacras imagines se venerari confitentur, adorationem autem recusant, à sancto patre tanquàm hypocritę redarguuntur. Nam cùm verè adorationem, quod est honoris symbolum, recusant, cõtrarium facere cognoscũtur, nimirùm sanctis conuicia dicere.

Leo sanctissimus episcopus Phoceæ, dixit: Tempestiuũ est cum propheta dicere: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, rupisti saccum meum, & induisti me lætitia. (Psal. 29) Scripturæ enim animos nostros ab omni

omni impietate conuerterunt, & diuina scientia & eruditione nos impleuerunt.

Constãtinus sanctissimus episcopus Cõstantiæ, quæ est Cypri, librum B. Anastasij episcopi Theopoleos, Stephano diacono & notario legendum tradidit.

Anastasij epis. Theopoleos sermo.

BEATI PATRIS NOSTI Athanasij ad Simeonem episcopum Bostrorum sermo de sabbato, cuius initium: Si patres oportet secundùm oracula, vt tu ais, interrogare. Et paulopòst: Quẽadmodùm enim absente rege, pro eo illius imago adoratur: præsente verò eo, velutì superuacuum hoc mittitur, cùm satiùs sit ipsum, quàm imaginem, coli: neque tamen ob id ipse qui non adest, per id quod pro illo adoratur, ignominia affici creditur. Et post pauca: Quemadmodùm cùm quispiam temulentus in imaginem Imperatoris impetum faciẽs iustè corrigitur, velutì ipsum regem ignominia affecisset, cùm tamen ipsa imago nihil sit præterquàm lignũ, aut colores cum cera mixti: eodem modo qui in alicuius typum aut effigiem ignominiosus est, in illũ, cuius est typus, iniuriam factam arbitramur.

Ioannes venerabilis monachus, presbyter & vicarius summorum sacerdotũ Orientis, dixit: Indicat dictus pater, quomodò absentis Imperatoris imago honore, non ignominia, affici debeat: eodẽ modo, cùm nobis verè omnium Dominus Iesus Christus sensibiliter nõ adsit, (carnalibus enim nostris oculis diuina illius essentia videri non potest, quanquàm vt Deus vbiquè sit) tantùm illius imago honoranda est, quemadmodùm de Imperatore statuit pater prędictus.

Gregorius venerabilis monachus, præses mãsionis Hermicdôn, librum beati Sophronij attulit, quem acceptum Stephanus religiosissimus monachus legit:

Sophronij epis. Hierosolymorũ sermo de S. Cyro & Ioãne.

BEATI PATRIS NOSTRI Sophronij archiepiscopi Hierosolymorũ encomium in sanctum Cyrum & Ioannem: Venerentur alij aliter sanctos hos, diuersimodè eorum dona magnificantes, benefactaque multifariàm prædicãtes, hi quidem excelsorum templorum erectionibus, illi verò variorum vnionum ornatibus, alij gemmarum & auri contextibus, alij pręclaro pictorum artificio, alij aureis argẽteisq; donarijs, alij sericis bombycinisque texturis, & (vt vno dicam verbo) omnes in martyrum honorem pro cuiuslibet opibus & voluntate inuicẽ vincere contendant, quô affectionem erga sanctos hos clarè ostendant, referantque pro corruptibilibus immarcescẽtia, pro temporarijs ea quæ finem non habẽt, præmia. talibus enim donis admirandi isti suos amatores rursùm afficere solẽt. EX EODEM commentario de ijsdem sanctis miraculum tricentesimum sextum, cuius initium, Alexandriam Aegy-

pti & Libyæ metropolim. ET PAVLÒ PÒST: Igitur cùm venissemus in templum quoddam absoluti operis, forma quidem tremendum & supra modum splendidum, altitudine verò in cælum vsque ascẽdens, ingressi singula perlustrantes, eccè imaginem maximam & mirificam vidimus, repræsentantem in medio quidem picturam Domini nostri Iesu Christi. Christi autem matrem & Dominam nostram Deiparam semper virginẽ Mariam à sinistris, à dextris verò Baptistam saluatoris nostri præcursorem, qui in vtero saltu illum indicauerat, (Luc. 1) prætereà apostolorum & prophetarũ choros aliquot & martyrũ cœtus, qui ante imaginem collocati, genibus flexis & capitibus in solum inclinatis, ante Dominum procidebant. ET PAVLÒ PÒST: Et tertiò ad imaginem venientes, prædictis verbis modisque vsi sunt, horamque longam obsecrârunt, & declinati, hoc solùm, quod iubes Domine, clamabant. Christus verò cõmiseratus annuit, & ante imaginem inquit, illi date. (locus obscurus) de terra itaq; surgentes martyres, primò quidam gratias agebãt Deo nostro, qui eorũ preces exaudiuisset, deindè gaudentes & exultantes, eccè (aiũt ad me) gratiam Deus tibi dedit: ingredere itaq; Alexãdriam, & in magno templo ieiunus dormi, parumque olei ex lampade, quæ supra Saluatoris imaginem accensa dependet, in ampulla sumpto, rursùs ieiunus ea quæ hîc sunt, auferes, & hoc pedes vngens, donum sanitatis cõsequéris. ET PAVLÒ PÒST: Ipse verò surgens post somnum, lampadis oleum sumpsit, & ad sanctorum phanũ veniẽs, manus & pedes inunxit, & confestìm à morbo liberatus, valetudinem bonam recuperauit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Omnia vera dicit, quæ de decore sanctarum domorum, picturarum, reliquarum artium, item donariorum celebritate locutus est.

Thomas religiosissimus monachus, presbyter & vicarius summorum sacerdotum Orientis, dixit: Hæc ipsa imago, patres reuerendi, Alexandriæ in templo dicto Tetrapylo, etiàm hodiè existit, omnesq; morbos curat.

Sancta synodus dixit: Gloria Deo, qui etiàm per imagines sanctorũ miracula perficit.

Eustathius venerabilis monachus, presbyter, & præses mansionis Maximi, dixit: Et ego, patres sancti, eiusdem patris librum adfero, cõtinentem multorum sanctorum virorum vitas, & si placet, adducatur. (Sophronij epis. Hierosolymorũ liber de vitis multorum sanctorum.)

Sancta synodus dixit: Legatur.

Stephanus itaque monachus acceptum librum legit: EIVSDEM PATRIS nostri Sophronij è limonario: Dixit abbas Theodorus Aeliotes, quòd erat quidam inclu-

inclusus in mõte oliuarum,pugil egregius, oppugnabat autem eum dęmon scortationis. Quodam itaque die cùm vehementer insultaret illi dęmon,senex lamentari cœpit,dixitq́ue dęmoni, Quousquè nó relinques me? Absiste posthàc à me, iam enim mecum consenuisti. Dęmon oculari adspectu videndum illi se tradens,dixit: Iura mihi quòd ea quę tibi dicam,nemini significabis,& non ampliùs tecum pugnabo. & iurauit illi senex per eum qui in altissimis habitat, se nemini dicturum. Tum illi dęmon dixit:Imaginem istam, si nolis me tecũ luctari,caue ampliùs adores. habuit autem imago figuram Dominę nostrę Deiparę virginis Marię, gestantem Iesum Christum. Dicit illi inclusus:Apagè,res erit mihi curę. In sequenti autem die rem Abbę Theodoro Aeliotę, qui tunc habitabat in vico Pharan, rem significauit, omniaq́; patri retulit.senex autem pater incluso dixit: Verè pater delusus es quòd dęmoni iurâsti.tantùm hoc vnum benefecisti,quòd cõfessus es.profuerit autẽ tibi, nè finas in hac ciuitate ampliùs lupanar, neque egrediaris quin adores Christum Iesum Dominũ nostrum cum matre sua in imagine. Confirmatoq́ue eo ac animato pluribus verbis,ad proprium locum concessit: dęmon autem illi iterùm apparuit, dixitq́ue: Quid agis maledice?nunquìd iurâsti mihi, nemini te dicturum?quo pacto autem hęc effutijsti? dico tibi maledice, in die iudicij tanquàm periurus condemnaberis.Inclusus respondit:Quod iuraui,iuratus sum:quodq́; peieraui,noui:verùm Dominum meum & creatorem non abiuraui, te verò non audio.

Constantinus sanctissimus Episcopus Constantię, quę est Cypri,dixit: Quemadmodùm monilia aurea,ità diuini nostri patres in sanctorum adorationem consentiunt.

Ioannes religiosissimus monachus, presbyter,& vicarius summorum sacerdotum Orientis,dixit:Sed & aliud indicant etiàm verba patris nostri Sophronij, quòd scilicet pręstat iurantẽ peierare,quàm planè iuramentum in destructionem venerandarũ imaginum seruare. Hoc autem dico,quia hodiè quidam iuramento idem statuerũt.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Quandoquidem nouerat bonitatem DEI, qui pœnitentes facilè recipit, huius gratia statuit impium iuramentum transgrediendum:& nunc qui in heresim hanc coniurârunt,si aliud peccatum non fecerint,facilis erit excusatio,habebunt quod dicẽt:quòd si verò alijs peccatis grauentur,vtinàm Deũ plácent,petantq́ue remissionem illegitimi iuramenti.

Theodorus sanctissimus episcopus Subritón,dixit:Coryphæus apostolorum Petrus negauit quidẽ,sed pœnitẽs recept⁹ est. Matt.26.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Herodes benè iurauit,sed perijt.Petrus autem negans Dominum cum iureiurando, deindè regressus,postquàm fleuisset,seruatus est.Omnem enim iniquitatem bonus Dominus remittit, si quispiam ex toto corde pœnituerit.

Sancta Synodus dixit: Rectè domine, nam sic & nos sancta scriptura docet.

Thrasius sanctissimus patriarcha dixit: Princeps primus Theologiæ diuus Ioãnes, dixit: Filioli, si dixerimus quòd peccatum non habemus, mendaces sumus: igitur si Deum inuocauerimus pro peccatis nostris, propicius nobis erit, & conniuebit ad peccata nostra.

Nicephorus sanctissimus episcopus Dyrrhachij,dixit:Multis precibus opùs habemus,ô pater:multa em mala fecimus: quin etiàm continua pœnitentia & confessione indigemus.

Leo sanctissimus episcopus Phoceæ, dixit:Scriptum est,quod falsum iusiurãdum non amabitis:huius gratia,falsum nostrum iuramentum,veluti nullum habens robur, remittetur.

Ioannes religiosissimus monachus, presbyter & vicarius Orientis, dixit: Si iusseritis,fiat excussio de iurando.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: De eo iam dictum est.Verùm quia plura restant excutienda, ad propositum redeamus.

Theodosius diaconus,monachus,notarius,& oratorij custos,legit: EX LIBRO miraculorum sanctorum Cosmæ & Damiani: Vir quispiã admodùm mansuetus, fistula in iunctura coxæ laborabat: cumq́ue multorum curationes frustrà tẽtâsset, medicorumq́ue nouaculis annis quindecim esset scissus, exhaustus, & superatus malo, vidẽs vlcus indiès augeri,iamq́ue pro vno foramine quatuor oscula aperta, perq́ue vnum eorum potum etiàm & cibum quandoquè reddi, medicosq́ue dicentes malum præualere,neque hominum manu superari posse:desperabundus,statuit deincèps abstinere.Multis autem consulentibus, vt diuorum Cosmæ & Damiani famulorũ Dei templum sacratum adiret,statuit secũ consilijs amicorum (res enim multi cõsilij, necessitas) acquiescendum. Videt igitur per somnium viros Dei sibi adstantes, dicẽtes: Adesdum ad nos,& sanaberis. Hac itaque adhortatione confisus, insigne templum diuorum accedit, quotidiè ad eos supplicans,quô posset à morbo liberari. Cùm autẽ iam multos dies frustrà preces fudisset, neque quicquam quod solatio esse posset, perciperet:egressus ædem sacram, videt in porticûs limine à dextro latere imaginem Seruatoris nostri positam: appicta autem erat & sancta Deipara Domina nostra,beatique

tiq́ue viri Cosmas & Damianus,& quidam ex magnatibus, qui tabulam suspenderat, Leontius nomine. Obsecrationibus igitur rursùm factis, amareq́; illachrymans multis horis,rogat sanctos,vt voti fiat compos. Digressus autem ad cubiculũ domûs suæ, vidit noctù sanctos viros Dei ad se veniẽtes,in medio autem virginem matrem, dicentem ad illos : En hîc est, suppetias illi quàm primùm ferte.

Ex eodem lib. aliud miraculũ.

Idem iterùm ex miraculis Cosmæ & Damiani legitur de vxore Constantini Laodicensis:Contigit virum quendàm, in militari scientia approbatum, nomine Constantinum,singulariter erga sanctos DEI Cosmam & Damianum affectum, perpetuoq́ue eorum intercessionem implorantem, extra regiam hâc ciuitatem exercitûs sibi commissi causa proficisci, qui & imaginem sanctorum secum etiàm peregrè ferre solebat.Cùm autem venisset in Laodicensium ciuitatem quandam, quæ Trimistaria dicitur, hæreretq́ue ibì paulo longiùs ob mandata quæ procuranda susceperat, vxorem ibidèm duxit.Quæ cùm paulopòst ex maxilla sinistra dolere cœpisset, iamq́ue in abscessum malum vergeret, viro sæpè questa de doloribus,tandèm eum adijt, fassaq́; est,se eos dolores ampliùs ferre non posse. Is verò illi respondens,consolansq́ue,quatenùs fieri posset,ait:quid vis faciam vxor? nescis nos peregrè esse, neque domi nostræ? si quidẽ in nostra ciuitate viueremus, possem ego cerea sanctorũ meorum Cosmæ & Damiani imagine omnes dolores tuos sedare & auferre. Hæc autem fidelis existens,mirataq́; subitæ sanitatis per sanctos Dei promissionem,rogauit, vt in sancta beatorum æde,postquàm reuersi fuissent,preces fundere sibi liceret. Compuncta enim animum ex auditione tãtummodò de viris sanctis, quieuit. Postera autem nocte se somno vbi cõposuisset, videt tremendos hos & magnos medicos & famulos Christi, Cosmam & Damianum,ea qua pinguntur figura, lecto suo adsistentes, & dicentes illi: Quid habes? quid torqueris? quid virũ tribulas? en adsumus vobis,nihil est quod sitis soliciti. Hæc cùm dixissent, abiêrunt. Hæc verò cùm de somno surrexisset,maritum studiosè de viso interrogauit,de forma sanctorum Cosmæ & Damiani,de historia,& ratione qua consolationẽ ferunt ægris:ad quæ cùm vir respondisset, ipsa quoquè cætera quæ per visum cognouisset, exposuit. Posteà autem maritus cogitans & recordatus,quòd in manicis sub axilla figuram sanctorum ferret, manicam excussit,vxoriq́ue imaginem ostendit. Hęc autem cùm vidisset,adorauit, & cognouit verè omia quæ cum sanctis & secum essent acta.

Ioannes venerabilis monachus,locũ tenens summorum sacerdotum Orientis,dixit:Satis apertè declaratum est nobis, per imagines quoq; suas sanctos miracula designâsse. Siquidem per imaginem muliérculæ apparentem,hanc curârunt.

Manzon sanctissimus episcopus Pracanôn,dixit:Postquàm ego è regia vrbe profectus,in ciuitatem meã peruenissem,subito morbo adeò correptus fui, vt amicorũ iussu testamentum condere cogerer. sed iussi,vt inferrent ad me sanctam Seruatoris nostri Christi imaginem: quam cùm vidissem,dixissemq́ue,Domine, qui das sanctis gratiam,respice me:imposuissemq́; loco dolenti,morbus ab ea repulsus est,& sanitatem recuperaui.

Theodorus sanctissimus episcopus Seleuciæ,dixit:Et nobis hoc perceptum est. factum enim est non longè à nobis.

Miraculũ tertiũ ex lib. de miraculis eorundẽ sanctorum.

Theodosius diaconus,monachus, & armarij custos sacrarij patriarchici,ex eodem passionis libro,de muliere quę torminibus agitabatur,legit.Paulus sapientissimus doctor & columna Ecclesiæ,clamat: Spes non pudefacit,quia charitas DEI effusa est in cordibus nostris: eiuscemodi spem habẽs fidelis quædam mulier,cùm continuis torminibus vexaretur, ob singularẽ erga sanctos Dei Cosmam & Damianum affectionem,perpetuò precibus apud eos solicitabat,eorumq́ue templum frequẽtabat, quô posset aliquandò à tam sæuo malo liberari. nec satis fuit quòd in singulos dies eorum templa frequentabat, quin etiàm omnibus ædium suarum parietibus imagines eorum appinxit:insatiabile siquidem desiderium eius erga sanctos Dei apparebat. Neq; hoc repræhensione dignum censebitur, quandoquidem in animi simplicitate id quod esse incredulum potest, iudicatur. Contigit autem quodam tempore, vt hæc internis affectionibus supra modum cruciaretur:cumq́ue prę torminibus in grabato sese volueret,erigens sese præ pœnarum magnitudine,ad locum repere cœpit,in cuius parietibus sanctorum effigies depinxerat, fide vsa pro scipione. Chrisma autem accipiens,in aquam effudit, illamq́ue bibit, & confestìm sanitati,sanctorum intercessione,restituta est. Hæc ergò postquàm conualuisset, in magnam ecclesiam asscendit, omnibusq́ue indicauit, quanta beneficia curationis erga eam sancti præstitissent. Rom.5.a

Simeon venerabilis monachus, presbyter,& præses mansionis Choræ,librũ obtulit,quem acceptum, Victor Dei amantissimus diaconus & notarius sancti patriarchici secreti, legit: BEATI PATRIS NOSTRI Ioannis Chrysostomi oratio in peluim,cuius initium,Omnia facta sunt ad gloriam Dei, vtilitatem verò nostram. Nubes in pluuiarum administrationem, terra in fructuum productionem,mare in merciun. copiam,

Ioannis Chrysost. oratio.

omnia tibi seruiunt DEO, immò imagini Domini. Non enim cùm regiæ imagines & figuræ in ciuitatem adferuntur, magistratus & populus gratulabundus tabulas veneratur, neque ex cera fusilem imaginem, sed regiam figuram: sic & * creatio nõ terrestrem formam, sed cæleste characterem veneratur.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Libri isti qui lecti sunt, ex templo sunt sanctorum Anargyrôn in hac regia ciuitate: clerici autem loci istius eos attulerunt, vt in sacra synodo legerentur.

Sancta synodus dixit: Oportebat eos libros adferri. nam ad vtilitatem omniũ lecti sunt.

Ex lib. 4. Athanasij contra Arrianos.

Petrus venerabilis lector & notarius sacri patriarchatûs, legit: EX QVARTO LIBRO cõtra Arrianos verba diui Athanasij, cuius initium, Cùm iudicatũ semèl sit, Arrianorum insanias ab Ecclesia desciuisse, & post alia: Hoc aliquis ex imagine Imperatorum clariùs & attentiùs cognoscere possit. Nam in imagine regis forma & species est, in rege verò ea quæ est in imagine, forma existit: impermutabilis autem est in imagine regis similitudo, ità vt qui imaginẽ inspexerit, ipsum quoquè regem simul inspiciat. Rursùs qui regem conspicit, nouit eũ esse quem in imagine conspexerat. Quandoquidem autem ex eo quòd similitudo non differt, volenti post imaginis inspectionem regem videre, rectè dixerit imago, Ego in illo sum, & ille in me: & quod in me vides, vides & in illo: qui igitur imaginem adorat, adorat etiàm ipsum regem. Illius enim forma & figura est imago.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Hęc sanè rerum natura docet, quòd honor imagini exhibitus, ad ipsum fontẽ primùm referatur, quomodò etiã contumelia. Quæ autem pater dixit illo loco, ad exemplum quoddam pertinent similitudinis.

Epiphanius venerabilis diaconus ecclesiæ Catanes, locumque tenens Thomæ venerabilis episcopi Sardiniæ, dixit: Paradigmata de rebus coincidentibus & conuenientibus dicuntur, quemadmodùm diuinus pater accipit regis imaginem.

Basilius Magnus de Spiritusancto.

Victor venerabilis diaconus & notarius, legit ex S. Basilij magni ad Amphilochium de sancto spiritu triginta capitibus. Ex cap. 17. Quia rex dicitur etiàm regis imago, neque tamen ob id duo reges: nõ enim scinditur potentia, neque honor distribuitur. Nam quemadmodùm principium nos conseruans, potestasque vna, ità & nostra glorificatio, siue laudatio vna, & non plures: quã ob causam etiàm imaginis honor, ad primum velutì fontem dirigitur.

Ioannes venerabilis monachus, presbyter, & locum tenens orientalium sedium, dixit: Librum quem in manibus ferimus, ab Oriente adduximus, petimusque vt legatur.

Idem contra Sabellianos.

Constantinus venerabilis diaconus & notarius, legit: Ex libro D. Basilij contra Sabellianos, Arrium, & impios alios, cuius initiũ, Iudaismus cum gentilitate pugnat, vtraque autem cum Christianismo, & post alia: Sed veritatis sermo vtrinquè contrarietates effugit. Vbi enim vnum quidem principium, vnũ verò quod ex eo, & vnum quidẽ Originale, vna verò imago, illic vnitatis ratio non corrumpitur. Quapropter ex patre genitus filius existens, & naturaliter exprimens in seipso patrem, vt imago quidem, incommutabilitatem habet: vt verò genitum, consubstantiale conseruat. Nõ enim qui in foro regiam imaginem diligẽtiùs intuens, regemque illam dicens, eum qui in tabula pictus est, duos reges fatetur, nimirùm ipsam imaginem, & eum cuius est imago. Neque si quis in tabula pictum indicauerit, dixeritque, eccè regẽ, ob id primum & verum exemplar, ipsum scilicet regem, appellatione priuauit, profectò videtur magìs honorem regis per eiuscemodi confessionem stabiliuisse.

Falsa synodus ... Qui imag. Christi ... in duo diuidit.

Ioannes sanctissimus presbyter, locum tenens episcoporum orientaliũ, dixit: Falsa synodus sparserat hoc axioma: Quicunque imaginem Christi adorat, in duo Christũ diuidit: & quicunque imaginem adspiciẽs, dixerit, aut inscripserit ei, hic est Christus, Christum diuidit. Stultum id sanè est. Nam diuinus pater Basilius, velutì lampas & doctor Ecclesiæ Christi, quique per spiritum sanctum ad diuina initiatus est, honorem imaginum ad ipsum exemplar primum redire testatus est. Et qui imaginem regis cõtemplatus, inspexerit in ea regem, siue adorauerit, non sanè duos reges aut adorat, aut videt, sed vnum regem tantùm. Clarè enim dixit beatus pater, quòd & rex dicatur regis imago, neque tamen duo reges. Adeò vt tam clarum sit, quòd is qui adorauerit imaginem, & dixerit, Hic est Christus, non peccauerit. Indicat enim quòd Christus verus est Dei filius, & patri coassidẽs in cęlis, idq; in proprio suo corpore: verùm per imaginem quę per colores exprimitur, potentia eius adoratur & glorificatur, & per sensum in cognitiõem eius potestatis peruenimus. Vndè & beatus pater indicauit, non esse duas adorationes, sed vnam ipsius imaginis & primi exemplaris, cuius est imago.

Ex epist. Basilij ad Iulian.

Petrus & Petrus Dei amantissimi vicarij Adriani papæ veteris Romæ, librum obtulerunt, quem Demetrius venerabilis diaconus, notarius & armarij sanctæ magnæ ecclesiæ custos, legit: Ex epistola beati patris nostri Basilij ad Iulianum Imperatorẽ apostatam. Quemadmodùm à Deo Christianam & inculpabilem nostram fidem, velutì hæreditario iure accepimus, sic confiteor, & in eo maneo. credo autem in vnũ Deum patrem omnipotentem, Deum patrem, Deum filium, Deum spiritum sanctũ. Vnum Deum hæc tria adoro & glorifico. Confiteor etiàm filij incarnatam οἰκονομίαν. Deindè sanctam Mariam, quæ secundùm carnem illum peperit, hanc Deiparam vocãs. Suspicio * enim sanctos apostolos, prophetas & martyres, qui pro me apud Deum supplicant, quô per illorum mediationem propicius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratìs largiatur. Quam ob causam & historias imaginum illorum honoro & palàm adoro. Hoc enim nobis à sanctis apostolis non est prohibitũ, sed in omnibus ecclesijs nostris eorum historias erigimus.

* etiàm

Theodoriti testimonium.

Gregorius venerabilis diaconus sanctorum & laudatorũ apostolorum, legit: Theodoriti episcopi Cyri, ex vita Simeonis, cuius initium, Simeon inter præcipuos. Et post alia: Aiunt autem eum in Roma, maxima scilicet illa, tam fuisse fama nobilem, vt in omnibus etiàm officinarum vestibulis exiguas eius imagines collocârint, custodiam quandam & securitatem rebus suis illinc promittentes.

Ioseph venerabilis monachus mansionis Herculij, dixit: Et ego peccator librum adfero, qui vitam Simeonis in admirando monte continet: & si iusseritis, legetur.

Sancta synodus dixit: Capita tãtummodò historiæ referantur, vt domi ab omnibus posteà legatur.

Ex vita S. Simeonis in mirando monte cap. 118.

Cosmas autem venerabilis diaconus & cubicularius, legit: EX VITA BEATI patris nostri Simeonis in mirando monte, caput cẽtesimum decimumoctauum, de muliere quæ in Rhosopoli mirum in modum à dæmonio exagitata, & sanitati restituta est, & multis annis sterilis existens, concepit, & ob id imaginem in domo sua sancti viri collocauit, ad quam plurima miracula contigisse clarum est, quale de hæmorrhoissa quadam, quæ annis decem & quinque malo laborans, tantummodò inspecta imagine sanata est, adhuc beato patre viuente. Item alter quidam Antiochenus ciuis mercator, qui cùm dæmonio vexaretur, ad Simeonem concessit, à quo sanatus, imaginẽ illi in vestibulo ædium suarũ posuit, quam improbi quidam & infideles de loco deturbantes, validè puniti sunt.

Cõstantini Cyprij narratio.

Constantinus sanctissimus episcopus Constantiæ Cypri, dixit: Hæc quidem venerabiles patres ex ijs quæ lecta sunt, & audiuimus & credimus. Et ego pro mea mediocritate, quæ contigêre signa his nõ absimilia, narrabo. Vir quispiam Cyprius in Constantia vrbe armentarius, in sacellum Virginis Deiparæ orandi causa concessit, & inter orãdum suspiciens, imaginem virginem ex coloribus in pariete expressam animaduertit, aitque: Quorsùm hæc? & stimulo quo boues agebat, sublato, imagini dextrum oculum exculpsit. egressus antẽ templum, cùm pecus pungeret, stimulus fractus est, parsque ea cui ferrum infixum est, in hominem delapsa, in oculum illius dextrum infixa est. Hunc ego virum vidi, & vnoculum esse etiamnùm cognosco.

Cõstantini altera narratio.

Alius quidam in ciuitate quæ dicitur Citium, die decimaquinta mensis Augusti, cùm festum virginis celebratur, ingressus templum vt velis ornaret illud, clauum in parietem malleo adigendo, frõtem imaginis diui Petri in pariete depictæ, transfodit. funiculo itaque velo alligato, cõfestìm illius caput, frontemque intolerabilis doloris cruciatus inuasit, qui constanter per duos festiuitatis illius dies permansit. Episcopus autem Citij, re cognita, hominẽ increpauit, iussitque vt abiens clauum iterùm eximeret ex imagine: quo facto, continuò dolor mitigatus est. Interrogetur, si libet, episcopus. adest enim in hac congregatione. Interrogatus autem episcopus Citij, iureiurando affirmauit ità se habere in medio synodi.

Constantini tertia narratio.

Ante biennium duæ naues in Syriæ ciuitatem Gabala cum aliquot viris Cyprijs nauigauerunt. Cùm autem in Gabala peruenissent, sagittarij aliquot Agareni circa mare deambulabant. & quidam eorũ cum Cyprijs ingressus templum in ciuitatem, cùm vidissent in pariete pictam imaginem, quæsiuit è Christianis, quidnam prodesset isthic imago, ad quem Christianus inquit, Venerantes eam iuuat, ignominia verò afficiẽtes nocet. ad quem Sarracenus ait: En ego effodiam illius oculum, vt cognoscam quid possit. arrepto igitur conto quem manibus ferebat, in dextrũ imaginis oculum intrusit. quo facto, statìm quoq; illius oculus dexter in terram cecidit. Ipse quoquè ardenti febre correptus, à comitibus suis ad propria reductus est. Hæc nobis narrârunt redeũtes Cyprij, qui trigintaduo numero fuére.

Theodorus sanctissimus episcopus Catanes librum attulit, quem acceptum Gregorius Dei amantissimus diaconus sanctorum apostolorum, legit. Ex oratione diui Basilij in beatum martyrem Barlaam. cuius initium, Priùs quidẽ sanctorum mortem. Inter reliqua: O clari athleticorum rectè factorum pictores, exurgite, vestris artibus militis mutilatam imaginem magnificate. Obscuriùs à me corona dignum virum descriptum, coloribus artis vestræ lucidũ & splendẽtem facite. In ostẽdendis præclaris facinoribus martyris, victrix abeat pictura. Gaudeo in hoc certaminis generis me vobis esse inferiorem. Videam manûs exactissimum opus, quo certamen pingitur: videam

Basilij Magni oratio.

videam clariorem pictum in veſtra imagine pugilem. Lugeant dæmones, claris martyris facinoribus per nos oſtenſis attoniti: inſcribatur etiàm tabulæ, qui certaminibas præſidet, Chriſtus, cui gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Deut.17.b 19.d

Leo ſanctiſſimus epiſcopus Phoceæ, dixit: Scriptum eſt, in duobus aut tribus teſtibus ſtabit omne verbum. Hodiè autem nobis plurimi ſacrati libelli oblati ſunt, q̃ mentes noſtras irrigauerunt, & ſatìs de ſanctarum imaginum firmitudine docuerunt. Et Petrus lector librum ex vita ſanctæ Mariæ Aegyptiacæ legit, cuius initium, Myſterium regis celare decorum. Inter cætera.

Tob.12.

Ex vita S. Mariæ Aegyptiacæ.

Alios quidem, nemine impediẽte, templum recepit, me ſolùm autem miſeram nõ admiſit, velutì ſi copiæ militares in hoc ſubornatæ eſſent, quõ mihi ingreſſum præcluderent. ità me turbæ vehementia coarctabat, quamobrem in proaulium ſiue veſtibulũ templi me recipere coacta ſum. Deficiebam enim ex populi impetu & impreſſione, ab ea quam intuli, & ſuſtinebã. Adeò violenter mecum agebatur. Stabam autem in angulo quodam aulæ ipſius templi, atq; ità adhuc vix à populi tumultu me defendere potui. Cumq́ ſurſùm adſpicerem, intuita ſum viuificum illud lignũ, ſtatimq́; ratio ſalutaris oculos mentis meæ tetigit, cùm indicaretur mihi, cœnoſitatem & impuritatem operum meorum in cauſa eſſe, quamobrem à templo ſecluderer. Cœpi ob id flere & lamentari, pectusq́ue tundere, gemitusq́ue ex fundo cordis depromere. Cùm autem lachrymarer, eccè in ſuperiore loci, in quo ſtabam, parte imaginem ſanctiſſimæ Deiparæ ſtantem cõſpexi. Loquor autem ad eam, non conniuentibus oculis eandem inſpiciens: O virgo Domina, quæ Deum verbum iuxta carnem peperiſti, noui profectò, noui nõ eſſe decorum neque rationabile, me ſordidam adeò & inquinatiſſimam fœminam, imaginẽ, corpus & animam caſtitatis tuæ & ſemper virginitatis continentem, inſpicere. Iuſtum enim eſt, impuram adeò me à tua caſtitate & mũditia odio haberi & execrari. Verùm quando quidem (vt audiui) propter hoc

Matt. 9.

Deus, quem tu genuiſti, homo factus eſt, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret: auxiliare mihi ſoli, & non habenti qui mihi ſuppetias ferat: iube, vt mihi quoquè contingat in templum ingreſſus: fac nè priuer adſpectu ligni, in quo iuxta carnẽ adfixus fuit, quem tu genuiſti, proprium ſuum ſanguinem in redemptionem meî effundens. Iube vt & mihi quoquè fores pateant, vt & diuinam illam crucem adorem. Do enim fideiuſſorem tibi Deũ, qui ex te ortus eſt, me non ampliùs corpus hoc meum turpi commixtione conſpurcaturam. Verùm vt tantummodò crucem filij tui inſpiciã, confeſtim mundo omnibusq́ue rebus mundi valedico & renuncio. Quin etiàm extemplò, quò me ſponſor ille ſalutaris iuſſerit & duxerit, abeo. Hæc cùm dicerem, flagrans quædam redundãtia fidei in me ſuccreuit: confiſaq́ue Deiparæ commiſeratione, è loco illo, in quo ſtabam, me mouens, preceſq́ue continuas fundens, me turbæ ingredientium injicio, neque quiſquam erat qui me impelleret, aut à quo ego truderer aut premerer: neq; quiſquam qui me prohiberet, quò minùs ad valuas, per quas in templum itur, appropinquarem. Me igitur & horror animiq́ue ecſtaſis inuaſit, totaq́ue contremiſcere & conturbari cœpi: quantùm autem viribus poteram, iunxi me ad ianuam, & quæ anteà mihi aditũ negabat, nunc viſa eſt recipere, idq́ue adeò libens. Dein procedens, ingreſſaq́ue ſancta ſanctorum, ſancta crux viuifica me, vt eam adſpicerem, dignata eſt, diuinaq́; illic myſteria inſpexi. Quantùm autem fieri potuit, ad pœnitentiam me conuertendo, in terrã poſtraui, ſanctumq́ue illud pauimentum oſculata ſum. Poſt id autem egreſſa, ad locum ſponſionis properando, in quo chirographum ſponſionis ſcriptum erat, genibus inclinatis coram ter ſancta virgine Deipara, verbis iſtis vſa ſum: Tibi quidem ô bonarum rerum amatrix Domina, quæ tantam mihi præter meritum humanitatem exhibuiſti, preces meas nec reieciſti, gloria: vidi enim gloriam, quam nos prodigæ pudicitię videre non debeamus: tibi, inquam, & DEO qui propter te peccatorum pœnitentiam admittit, gloria. Quid enim ego infelix peccatrix vltrà poſſum aut excogitare, aut loqui? Iam autem ô Domina tempus eſt, vt ſponſioni ſatisfaciam. tu verò me, quò placuerit, ducito. eſto mihi ſalutis magiſtra. mihi viam, quæ ad pœnitentiam ducit, indica. Hæc cùm adhuc in ore haberem, procùl audiui vocem clamãtem: Si quidem Iordanem trãſiêris, requiem inuenies bonam. Ego verò vocem eam exaudiens, cum lachrymis clamaui, & ad Dominum vocem intendi: Domina Deipara, nè me relinquas. Hæc cùm dixiſſem, aulam templi egreſſa, feſtinabunda abij.

Ioannes religioſiſſimus monachus, & vicarius ſummorum epiſcoporum Orientis, dixit: Talem imaginem nos vidimus in ſancta Chriſti Dei noſtri ciuitate, eamq́ue fæpiùs ſalutauimus.

Exlib. de martyrijs Procopij martyris

Stephanus Dei amantiſſimus diaconus, & referendarius ſacri ſecreti, legit: Ex martyrio beati martyris Procopij, cuius initiũ, Per ea tempora regnum obtinebat Diocletianus tyrannus, inter cætera: Neanias gaudio magno perfuſus, & fide audens, rem benè geſſit. Similiter illius omnes comites: ea autẽ nocte cum militibus reuerſus eſt. Venit autem in Scythopolin, & omne ſodalitium aurifabrorum & argenti fuſorum conuocans, interrogauit eos, dicens: Poteſtísne mihi facere vas aliquod, quod ego tradam vobis? illi verò hominis auſteritate deterriti, communi conſilio ſtatuerunt apud illum, vnum ex omnibus, quem optimum artificem exiſtimabant, nomen illi Marcus erat, dicẽtes: Si quis eſt qui voluntati tuæ domine ſatisfaciet, hic erit. Et paulopòſt: Marcus autẽ nequaquàm obedire volebat iuueni. Perſuaſit tamen tandèm is, dicens: Hoc myſterium regi vſque ad vitam nunquàm reuelauero. Perſuaſus itaque Marcus, in abdito ex auro & argento noctù crucem fabricauit. Cùm autem opus conſummatum erigeretur, tres in eo imagines apparuerunt. Scriptum autẽ erat Hebraica dialecto in ſuperiore parte Emmanuel, & vtrinquè in ſummitate alarum, Michael & Gabriel. Voluit autem Marcus, ſibi timens, expungere imagines, verùm nõ potuit. Confeſtim enim manus illius ſicca permanſit. Sub gallicinium autem dux qui dicebatur Neanias, ad ędes Marci, quõ crucem auferret, properat. Videns autem illam, protinùs adorauit. Ait autem ad Marcum: Quæ ſunt hæ perſonæ? quæque hæc inſcriptio? Domine, in qua hora crux à me erigebatur, imagines iſtę per ſe enatę ſunt, neque ego cognoſco, quænam aut cuius ſit inſcriptio. Neanias verò cognoſcens virtutem quandã in his eſſe, adorata cruce, Marco artifici copioſam mercedẽ ſoluit, profectusq́ue eſt in ciuitatem ſuam.

Hic videt aliqd deeſſe.

Ex vita S. Theodori archimandritæ.

Stephanus religioſiſſimus monachus & librorum cuſtos ſacri patriarchij, legit: EX VITA BEATI patris noſtri Theodori archimandritæ monaſterij Sicanôn, cuius initium, Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Inter alia: Cùm autẽ natus eſſet annos circiter duodecim, lœtales bubones homines iſtius loci inuaſerãt, quo & ipſe grauiter vſq; ad mortem laborare cœpit, itaque illum ad templum beati Ioannis Baptiſtæ, quod erat prope oppidũ, ducunt: depoſuerunt autem eum in limine ingreſſûs altaris, ſupra illum verò locum in trabe crucis imago Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſtabat. eo autem ex bubone eiulante, inſtillârunt in illum guttas roris ex imagine. confeſtim autem gratia Dei leuiùs à dolore ſe habuit, ſanitatiq́ue priſtinæ reſtitutus eſt, domumq́ue reuerſus eſt. Paulopòſt autem cùm imitari cuperet Dauidem in hymnorum melodia, pſalterium diſcere cœpit. Ipſe aũt difficultèr & cũ ſummo labore diſcebat. cùm autem vſque ad pſalmum decimumſextum proceſſiſſet, decimumſeptimum tandèm tranſire non potuit. Igitur meditabundus in oratorium S. martyris Chriſtophori, quod prope oppidum erat, concedens, in faciem ſe proijciens, Deum precabatur, vtì illum docilem & facilè appræhendentem in pſalmorum meditationem redderet. Benignus autem Deus & amator humani generis, qui dixit, Petite, & dabitur vobis: petitionem illius exaudiuit, eiq́ue annuit. Cùm autem iam à pauimento ſe leuâſſet, inq́; Dei imaginem intẽtiùs ſpectaret, dulcedinem ſenſit mellę ſuauiorem ori illius inſertã. Ipſe autem cognita gratia DEI, aſſumptaq́ue dulcedine, DEO gratias egit, & ab illa hora facili negocio & dociliter pſalterium didicit.

Matt.7.a

Coſmas Dei amantiſſimus diaconus cubicularius, legit:

EPISTOLA GREGORII SANctiſſimi papæ Romani, ad ſanctiſſimum Germanum patriarcham Conſtantinopolitanum.

Gregorij papæ epiſtola ad Germanũ patriarchã

Vanta' qualisq́ue animi delectatio, cùm venerabile tuũ & honorificum nomen exaudio, quod mihi gratiam annunciat, non poſſum ſatìs declarare. Hanc enim nunciationem, quæ & nupèr te tuis venerandis literis mihi euãgelizata eſt, plurimo gaudio & exultatione ſuſcepi, & præ gaudio nimio ſpiritus meus refocillatus eſt. Deindè in cælum oculos ſuſtollens, gratiarum actionem Deo omnium rerum principi dixi, qui ità in omnibus beneplacitam ſuum facit, & nobiſcum vſque ad finem adeſt. hic enim omnia veſtra ad lucem perducit. hoc eſt enim quod noctù diuq́ue precor, neq; vnquàm ab hac intentione ceſſo. Confido enim in Chriſtum, neque ab eo abſiſtam. Teſtatur idem ſuauis illa & honeſta in ſingulas horas tuæ probitatis recordatio, ô benedicte & Deo amate frater. hanc enim in labijs habens, nõ poſſum dimittere quin per literas ſubindètę alloquar. Non enim mihi ſolummodò hoc vtile eſt, ſed omnibus, quòd tam inſignem Eccleſiæ propugnatorem te habeant, vt rectè tua certamina omnium ore celebrentur. Maximè autem in hoc certamine, in quo quanquàm multa paſſus ſis, & pro benefactis iniuriam acceperis, tamen laudandus es, q̃ ad ſummam felicitatem res perduxeris. Cecidit enim impietatis præcurſor. Nam poſtquàm putabat iuxta ſuam voluntatem omnia peragere, ex alto in profundum ruens, & viribus comminutus, cecidit, ſpe ſua inſignitè fruſtratus. Audiuit autem ab Eccleſia, quæ & Pharao Aegpptius tyrannus priùs, Moſe illi accinẽte, audiérat: Dixit inimicus, Cõpræhendam, diuidam ſpolia, implebo animam meam. Acclamabatur autem illi, velutì diabolus ipſe foret, hæc prophetica execratio: Propter hoc auferet te vſque in

Exo.15.b

Pſal.51.

finem, euellet te, & transferet è tabernacu-

lo suo,& radicationem tuam è terra viuentium. Ità ille præter spem,frustratus proposito suo,secundùm spem perijt, idque fortitudine propugnationis quæ venit desuper,qua ad summam peruenit excidionem, vt de eo verũ esse videatur, quod per scri-
4. Reg. 2.a pturam dictum est: Telum potentium,imbecillum redditum est,& impotentes succincti sunt fortitudine. Ob id nihil est quod contra impietatem eorum qui cum Deo pugnant,Deum esse imbecillem credamus.
Sap. 5. d Et si in insanos totus mundus cum Deo pugnare dicitur,quarè tu qui sanctificatus es,cum Deo hostes non posses superare? Bellum enim erat cum impijs, in quo licèt non apertè,insignem tamen belli socium habuisti, Deum nostrum Christum, cuius quidem lábarum insigne gestâsti, ipsam dico viuificantem crucem,magnum illud post mortem illius trophæum,in quo mundi fines quadripartitò descripsit, partes etiàm eius literis tres indicauit. Deindè etiàm sanctam omnium Dominæ castæ Dei matris imaginem,cuius faciem diuites populi supplicant. Sanctum enim est, vt patribus videtur. nam quicunque eam
☞ Basilius ità venerantur,his sinè dubio magna retribuit. Quando quidem imaginis veneratio, in prototypum,iuxta magnũ Basilium, redit. Pietate enim plenum est venerãdarum
Chrysost. picturarũ argumentũ,vt author est Chrysostomus. Si quis alius,ego certè,inquit, ex cera fusilem picturam pietate plenam amaui. Vidi enim angelum turmas barbarorũ
Psal.72.c in imaginẽ persequẽtem, & Dauid verè dicentem: Domine,in ciuitate tua imaginem eorum annihilabis. Neque vnquàm Ecclesia errauit in hoc quòd dixerit Deum nobis imagines concessisse,neque etiàm hoc ethnicam traditionem sapit. Nam & in Paneadem ciuitatem hæmorrhoissæ imago trãsmissa,in memoriam miraculi, quo herbę excrescentes oibus ęgritudinibus auxiliares erant,celebrabatur: idque summa erga nos Dei bonitate. Ergò Ecclesiæ capita & columnę talia fieri permiserunt & tradiderunt, vt in omnium oculis eiuscemodi picturæ exhiberentur, sacer ille & venetãdus typus, quo iuxta humanitatem Christus qui peccata mundi abstulit, velut columna erigeretur,per quã humilitatis Dei altitudinem noscęremus, & dispositionem illius incarnationis in memoriam reduceremus, inque agnitionem sacratæ mortis illius, velutì manu duceremur, quemadmodùm ad eam quæ *illius contigit, libe-
☞ rationem: neque tamen in hoc quicquam, quod à diuinis discordat, dicitur. Si enim prophetica pconiaeuentũ nó assecuta sunt, nè scribantur res ipsæ ad demõstrationem eorum,quæ nondùm contigerunt: hoc est, nisì incarnatus est Dominus, nè figuretur illius iuxta carnem imago. Si in Bethleem non natus est ex gloriosissima virgine Deipara,neque Magi munera obtulerunt,neq; pastoribus adstitit angelus, turbaque cælestis exercitus hymnum nato puerulo cãtârunt: si nó in brachijs,is qui cuncta portat, gestatus est, neque lacte nutritus est, qui dat escam omni carni, neque etiàm illa pingantur. Si non à sene susceptus, is qui Luc. 2.
vitę & mortis,omniumque princeps & Dominꝰ est,fuit,(simul ab ipso cognitus, cùm ab eo liberationem dissolutionemq; precaretur) ipsumque prædicauit, si non in
Aegyptum à matre deportatus,& rursùs ex Matth.2.
ea redijt, Nazarethq; habitauit, coloribus non effigietur. Si non mortuos suscitauit, si non dissolutos restituit, si nõ lepras mũdauit,& cæcis oculos reddidit, & impeditam linguam soluit, item gressus claudorum firmauit, dæmoniaque exegit, aures surdorum aperuit, cuncta vltra fidem hominum diuinis signis egit, non pingatur. Si passionem volens non subijt, & infernum non despoliauit, & vbì resurrexisset, in cælum assendit, vndè venturus est iudicaturus viuos & mortuos,non per picturam indicetur. Neque etiàm earum rerum figuræ & historiæ,picturis & coloribus repræsententur. Hæc autem cuncta si facta sunt,magnumque hoc pietatis mysterium est,vtinàm fieri possit,vt & cælum, & terra, & aqua,omnia quoquè animantia & plantæ,& si quid aliud est, siue per colores, seu per picturas aut voces posset narrare. Siquidem earum rerum quæ non sunt, effiguratio,imaginatiua pictura vocatur. Quã sanè & Græcorum fabulositas, poëtim tacentem esse dixit. Neque tamen volumus, vt in ecclesia Christi idolum aliquod sit, absit. Non enim vaccas adorauimus, neq; vitulum in Choreb fudimus, neque Deus nobis factitius existimatus est, neque rursùs sculptili procidimus, & Beelphegor initiati sumus, neque filios nostros & filias nostras vnquàm dæmonijs obtulimus, vt
3. Reg. 11. nobis ea quæ in Solomonem dicuntur,obijci possint: neque à nobis terra sanguine cædium perfusa est, aut imaginem fecimus quadratam continẽtem idolum, nec in tẽplum hoc induximus, neque impuritatem serpentium aut volatilium parietibus templi inscripsimꝰ: neq; Ezechiel spectauit nos Ezec.8.f
Adonim lamentãtes, & thymiama Soli offerentes. De quibus inquit Apostolus, ser- Rom.1.
uiẽrunt in colenda creatura,creatorem relinquentes. Neq; etiàm imagines duarum Ezec.23.a
meretricũ *Olodom & *Olibas in Aegypto ereximus,aut has adorauimus,neq; sacrificia à nobis Bel in Babylone, neq; Da- Dan.14.
goni in Palæstina obtulimus,neque etiàm Iudic.16.f
alijs gentium dijs subiecti fuimus. Nõ sunt ista,verè non ità se habent. nemo hac de re nos accusęt. Non enim ijs rebus quæ nihil sunt,nomen illud quod supra omne nomẽ est,

est,inferius Christi populus vsque in hunc præsentem diem iudicat, sed viuificantem Trinitatem colimus & adoramus. Absint impura illa à nobis. Modus enim quo idola coluntur,satìs manifestus est: Christianis autẽ pietatis studiosis,omniũ Dominus est quem adorant. Quòd si autẽ quispiam Iudaico animo nobis obijciat ea, quæ in eos qui insano in idola amore ferebantur, dici solent,Ecclesiamq; nostram idololatriæ ꝓpter venerandarum imaginũ diuina & admiranda ad promotionem & adductionẽ ad pietatẽ studia accusęt, habeatur hic non alius àc canis oblatrans,& vt in funda à no-
☞ bis quàm procùl abijciatur. Vtinàm sanè & Israelem Iudæus imitetur, cui iussum erat per visum,vt Deum typica cõmemoratione adoraret, neq; vitulũ & muscas ante tabulas testamẽti extulisset. Vtinàm sacrum altare illi placuisset, & non vaccæ Samariæ: vtinàm virgam Aaron adspexisset, & non Astarthen. Profectò longè honestius & iustius fuisset illis,petram, per quam DEVS aquam dedit,salutare, quàm Baal. Vtinàm satiùs duxissent virgam Mosis inspicere, & vas aureum,& arcam, & propiciatorium,& velum, & Ephod,& mensam,& tabernaculum interius exteriusq;, quæ omnia in honorem Dei, quanuis manu hominum erãt facta,& sancta sanctorũ vocabantur: deinHeb.9.b dè etiàm sculpta Cherubim,quorum mentionem facit Apostolus,cùm ait: Cherubim glorię inumbrantia propiciatorium,quæq; gloriam Dei prouehere ex scripturis docti sumus: quàm corã idolis procidere,in eisq; adorandis sanctitatẽ collocare. Omne em opus quod in nomine Dñi factum est, venerandum & sanctũ est. Quid opùs est multis verbis? Maximè autẽ ad virum in diuinis eruditum & electũ vas Dei, quiq; gratiam spiritussancti accepit? Nõ sanè necessarium est descẽdere ad diuinorũ decretorũ profunditates,cùm tu ad altitudinem scientię, Deo duce,facilè assendas. Sed hæc hactenùs: Ad id autẽ quod principiò dicebamus, reuertamur. Propugnatricis illius sanctæ & omnium Christianorum Dominæ miranda facta, quæ in te declarata sunt, per quæ tu quoquè contra hostes seruatus es, non sunt reticẽda. Illi enim cùm insania multa tumultuarentur, tantum inuenerunt in se aduersitatis hostilis,quantum eorum causa iniustitiæ habuit. Neq; hoc tamen mirandum est. Nam si * Betula per manus Iudith
*Bethulua vel Bethulia Israelitidos mulieris seruata est,cuius opus Holophernis erat sublatio,& per ea tẽpora ob id salus Israelis vocata est: quomodò
Iudith 13. & 15. non oportebat & tuam sanctitatẽ,huiuscemodi propugnatrice vtentem,hostibus ciuitatis prævalere ipsamq; victoria coronare? Sanè ipsius sanctis intercessionibus, omniumq; sanctorum precibus potens in bello,Deus noster fortis & lõganimus dixit te super Ioseph, & tanquàm ouẽ custodiet te in lõga etiã tẽpora, vt Christianorũ rẽpub. vniuersam beneficijs adficias,& ad diuinam regulam cuncta dispenses. Simul autẽ inuicèm exhortemur,vt mandata quę à sanctis patribus accepimus,seruemus,errantesque in viam rectam ducamus: pro quo tibi gaudium & oblectatio, & bonorum fruitio, ô pater sanctissime, & omnibus Christianis expectate.

Sanctissimus patriarcha dixit: Petrum diuinum Apostolum imitatus & hic beatus pater,buccino nobis ex vrbe Roma veritatem cecinit.

Theodosius religiosissimus monachus & notarius,legit:

EPISTOLA GERMANI sanctissimi patriarchæ Constantinopoleos, ad Ioannem Episcopum Synnadõn.

Pistolam Sanctitatis tuæ rharasius gloriosus Patricius nobis tradidit,in qua de Theophilo episcopo Nacoliæ scriptum fuit. Significamus autem hac, priusquàm à Sãctitate tua accepissemus literas, nos ipsum Theophilũ conueniss̃e,pscrutatosq; quænam illius mens, qúæve sententia in causa illa, de qua audiêramus,esset. Hanc autem nobis apologiam obiecit. Oportet autem vt tuæ sanctitati omnia pro mediocritate ingenij mei scribam. Dicebat se in-
Exo. 20. a Deute. 5.a structum sacra scriptura dicente, Nullam facies similitudinem ad adorandam illam, neq; in cælo desupèr, neque super terram. Deindè dixit,non oportet manufacta adorare,hoc est,quæ manu hominum elaborata sunt. Quum verò sanctos Christi martyres, veras fidei margaritas, omni honore dignos arbitremur, & intercessiones eorũ postulemus, non potui illi non respõdere. Christianorum itaq; fidem,cultum & adorationem in vnum & solum Deum existere dixi, quemadmodùm scriptum est, cùm ab ijs quæ in cælo sunt sanctis & intelligibilibus incorporeis potestatibus, tum ab ijs qui in terra sunt, quotquot veritatis viã nouerunt. Quemadmodùm in omnibus Ecclesijs sancta laudatur & glorificatur Trinitas, in vnica dominatione & Deitate, quemadmodùm & nos vnum DEVM confitemur: neque aliquis est præter eum, qui ex potestate illius dominatur per secula, qui ex non existentibus cuncta produxit, tam quæ visibilia sunt, quàm inuisibilia. Hoc est, in patrem, filium & sanctum spiritum, sanctam consubstantialem, viuificantem Trinitatem, in quam credentes & cõfitentes baptizati sumus,quemadmo- Matth.28.
dùm tradidit Deus verbum existens incarnatum, vnus ex sancta & incõprehensibili

Trinitate Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in nomine patris & filij & Sanctiſpiritûs. Hîc ſanè creaturas non adoramus, abſit: neq; cultum diuinæ dominationi debitũ, in conſeruos deducimus, abſit. Neq; principes, aut reges ſuper terram adorantes, æqualem illis cum Deo adorationẽ præſtare videmur. 1.Reg.1.d Nam & propheta Nathan appáret, in terra cùm eſſet, Dauid adorâſſe, quáquàm hominem & regem, neq; tamẽ ob id repræhenſus eſt, quòd hominẽ iuxta Deum adorauit. Neq; imaginum ex cera & colore effigiationem, in errorẽ perfectionis diuini cultûs ſuſcipimus. Non enim inuiſibilis Deitatis imaginem, aut ſimilitudinem, aut figuram, aut formã expreſſam, quin etiàm ipſorum ſanctorum angelorum præſtantes ordines neq; intelligere, neq; inueſtigare omninò poſſumus. Sed quãdò vnigenitus filius, qui in ſinu patris exiſtens, ſuam creaturam ex mortis adiectione reuocando, patris & ſanctiſpiritûs beneplacito homo fieri dignatus eſt, nõ aliter àc nos, carnem & ſanguinem adſumens: & vt inquit magnus Apoſtolus, per omnia nobis ſimilis factus, excepto peccato. Hebr. 4.d Igitur humanitatis illius characteris, & iuxta carnem indiſcretæ hominis formæ imaginem figurantes, ipſius incompræhenſibilem Deitatem atque inuiſibilem (vndè ea quæ noſtræ fidei præcipua ſunt, naſcuntur) oſtendere nequimus. Non enim iuxta phantaſiam & vmbraticè noſtram naturam ſibi vniuit, vt quidam ex veteribus hæreticis errantes tradiderunt: verùm re ipſa, vereque homo perfectꝰ per omnia, excepto, quod ab hoſte nobis inſitum eſt, peccato, factus eſt. Hanc ob cauſam, in fide certi, ſanctæ illius carnis characterẽ in imaginibus delineantes ſalutamus, & cultu & honore omni, quo decet, dignamur, nec ob aliud, nisì in recordationem diuinitatis illius viuificæ & inexpreſſæ humanitatis. Eadem ratione & intemeratæ eius iuxta carnem matris, ſanctæ Deiparę virginis, ſimilitudinem referimus. Hoc modo oſtendentes, quòd mulier iuxta naturam exiſtens, & à noſtra maſſa haudquaquàm aliena, Deum inuiſibilem, & omnia manu ſua continentẽ, vltra omnẽ & hominum & angelorum exiſtimationẽ in ventre ſuo conceperit, & ex ſe incarnatum genuerit. Etenim ob id eam, vt verè & propriè veri Dei matrem veneramur & magni facimus, & quauis viſibili & inuiſibili creatura ſuperiorem reputamus. Ad hæc ſanctos martyres Chriſti, Apoſtolos, prophetas, tanquàm cõſeruos noſtros & veros DEI miniſtros, bonis operibus & diuina prædicatione veritatis, item perpeſſione ꝓ ipſo DEO afflictionum glorioſos amicos Dei veros, quibus ipſe etiàm magnam loquendi confidentiam dedit, admiramur & beatos prædicamus, necnon ad recordationem fortitudinis eorum, & rectam pro CHRISTO ſeruitutem, ſimilitudines eorum depingimus: non quòd de diuina natura participent, per hoc demonſtrare volentes, neq; debitum tantummodò diuinæ poteſtati & gloriæ honorem illis tribuentes, verùm deſiderium noſtrũ & amorem, quo erga eos affecti ſumus, ità declaramus. Nam quæ per auditionem tanquàm vera credidimus, hęc etiàm per pingibilem imitationem, ad ſtabiliorem noſtram inſtructionem collocamus. Quandò & ipſi ſancti DEI, in vnum & ſolum Deum cultum adorationis, & glorificationẽ, & procreationem conſeruantes, pro Chriſto ſanguinem ſuum effuderunt, & veræ confeſſionis coronam acceperunt. Hæc imaginũ apparatûs ratio eſt, nõ ꝙ nos adorationem in ſpiritu & veritate, incompræhenſibili & inueſtigabili Deitati decentem, in manufactas imagines, aut in opera hominum arte facta, aut ſanè in ea quæ ſubſunt Deo, ſiue viſibilia ſint, ſiue inuiſibilia, transferre ſtudeamus: verùm vt dilectionem noſtram, quam iuſtè in ſanctos DEI ſeruos habemus, per iſtum modum exhibeamus. Et per honorationem illorum, in eum qui per illos glorificatus eſt, quiq́ue illos glorificauit in confeſſionem potentiæ ſuæ, Chriſtũ, glorificationem & cultum referimus, ità vt & nos imitatores fortitudinis eorum & dilectionis erga Deum, per bonorum operum contra paſſiones reſiſtentiam, ſiamus. Hunc autẽ eſſe imaginum in Eccleſia Dei vſum, vnuſquiſque per hanc inſtructionem cognoſcat, neq; aliundè nos ſalutis ſpem, ſiue in hoc mundo, ſiue in futuro ſeculo expectare, nisì ab vnigenito filio Dei, qui ſimul cum patre & ſpiritu ſancto diuina dona largitur. Non enim aliud nomen, per quod ſaluari queamus, in hominibus datum eſt. Acto.4.c At ſi Domini & ſeruatoris noſtri, item intemeratæ eius matris verè Deiparæ, nec non ſanctorum imagines ſalutamus, confeſtìm etiàm fidem & diſpoſitionem mentis erga illos habemus, ſed vnum Deum ſinè principio, ſinè fine, qui omnia in manu ſua habet, factorem noſtrum & omnis creaturæ & verè ſeruatorem, habentem poteſtatem in cælo & in terra, pro genere humano hominem factum agnoſcimus. Ancillam autem & matrem illius exiſtentem, verè pro genere noſtro intercedentem prę ſentiſſimè, ità vt Dominus quidem noſter ſalutem diſpenſet, illa verò materno affectu pro nobis poſcat, agnoſcimus. Sanctos deniquè omnes, tanquàm conſeruos noſtros, & eiuſdem nobiſcum naturæ participes, gratiſſimos DEI miniſtros, vt dictum eſt, & hac gratia à DEO donatos, vt beneficia à DEO data nobis miniſtrent: curationes (inquam) morborum, & periculorum liberationes, quandò

quandò per memoriam eorum inuocatio DEI fit, quatenùs nobis in hymnodijs & glorificationibus poſſibile eſt, (Memoria Prou.10. autem eorum cum encomio celebratur, vt ait ſcriptura) agnoſcimus. Hæc igiť omnia Theophilo Nacoliæ epiſcopo ꝓpoſuimus, quæ ſanè & ſuſcepit, & vt diuina, confeſſus eſt ſe ſeruaturũ, neq; quicq̃ ampliùs dicturum, aut facturũ, quod alijs poſſet eſſe offendiculo, aut tumultum excitare. Hęc igitur cognoſcens veſtra ſancta congregatio, illum ampliùs, nisì in eundem errorem labatur, vexare non pergat: ſed tam ipſum cũ literis noſtris tranſmiſſum, & ſatisfactionẽ illius condeſcentiæ accipiens cõtenta eſto, pro potentiſſimis noſtris dominis & Imperatoribus, vt quàm diutiſſimè viuant, & victores declarentur, precetur. Oret etiàm, Philip.4. vt Chriſtianorum populo Dei pax contingat, quæ omnem mentem exuperat.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Pater hic noſter beatus Germanus, cum ſanctiſſimis patribus præceſſoribus illius conſenſit.

Sacra ſynodus dixit: Verè dñe in omnibus conueniunt.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Literas has epiſcopus Nacoliæ cùm accepiſſet, celauit, neque metropolitæ ſuo tradidit. Ob eam cauſam beatus Germanus deincèps ad eum ſcripſit. Nam principium huius hæreſeos, ex eo ortum eſt.

Theodoſiꝰ Dei amantiſſimus diaconus, notarius, monachus, & armarij ſacri oratorij cuſtos, legit:

S. Germani patriarchæ Conſtantinop. epiſtola ad Conſtantinum epiſc. Nacoliæ.

EIVSDEM BEATI PATRIS noſtri Germani ad Conſtantinum epiſcopum Nacoliæ epiſtola.

IOãnes Dei amantiſſimus Synadôn metropolites, nobis ſcripſit, quomodò tua charitas literas noſtras illi non tradiderit. Qua de cauſa nõ mediocrẽ propter te doloré concepimus, ꝙ vidéris mihi amorem Dei & charitatem & honoré, quæ membra Chriſti mutuò ſibi debent, poſtpoſuiſſe. Quã ob cauſam per literas iſtas præſentes charitati tuæ renunciamus, vt Theophilo * Conſtantino metropolitæ cõfeſtìm literas tradas, omnemq́; honorem illi debitũ tribuas, illiq́; ſecundùm ſacerdotalem ordinationem ſubijciaris: quemadmodùm quoquè ſermones noſtros tua charitas ſuſcepit, profeſſaq́; eſt eos ſequuturum, neq; proprię ſententię inhæſurum. nouiſti enim quæ locuti fuerimus, cùm me inuocâſti, nè epiſcopatu tuo priuareris: promittebasq́ue te correcturũ ea & cõfirmaturũ, de quibus fides tua vacillare dicebať: neq; etiàm ꝙquam ampliùs cõtumeliæ aduersùm dñm, aut ſanctorum eius imagines dicturũ, aut facturum: ſed tantummodò è ſcriptura ꝓbaturum, nihil diuini honoris in creaturis cõſiſtere, ſed licere tamen venerationẽ illis exhibere: quam ſanè rem & nos docuimus ſic ſe habere, quamq́; ſtabiliter tenemus & cõfitemur. Scripta aũt noſtra ad Theophilum metropolitã, eadẽ cõtinent, & nos illi exemplar idem trãſmiſimus. Nè igitur populo innocẽti offendiculum præbeatur in memoriam redigas diuinũ iudicium, quo inquit: Quicunq; vnũ ex minimis iſtis ſcãdalizauerit, ſatius, vt ſubmergatur, illi ſuerit. Hoc igitur charitas tua cognoſcat, & epiſtolam noſtrã metropolitæ reddito, atq; per ſanctam conſubſtantialem & venerandam Trinitatem hoc iubeo, vt nisì facias, nunquàm ſacrũ officium ampliùs adminiſtrare poſſis. Nam ſi admonitionibus nihil profecerimus, certè ſententiæ auſteritate, quãtùm poterimus, te deterrere cupimus, nè Dei ſubdaris iudicio. Matt. 18.a Matth. 9.f Lucæ 17.a

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Venerãdi fratres, quemadmodùm prædixi, inductio peregrinæ iſtius nouitatis, à prædicto epiſcopo Nacoliæ initium cepit.

Conſtantinus Dei amantiſſimus diaconus & notarius, legit:

Germanus epiſc. Cõſtantinopol.

EPISTOLA GERMANI EPIſcopi Conſtantinopoleos, ad Thomam Epiſcopum Claudiopoleos.

SOlomon ſapiẽtię doctor, verbis ſuis ità alibì expreſſit: Frater à fratre adiutus, tanq̃ ciuitas munita & alta, & regnũ vectibꝰ clauſum. Ego aũt meipſum non ex eis eſſe qui auxiliari poſſunt, ſed potiùs qui auxilio egent, arbitratus, ad veſtram charitatẽ, nõ ſufferens cogitationum turbam, literas has direxi, (quò emꝫ properarem aliò, q̃ quò me veritatis ſtudium pellit?) in quibus ſi falſa cõtinentur aut mendacia, vt vtar Gregorij theologi verbo, auræ eas ferãt: ſin aũt vera ſunt quæ referũt, vndiquè ſanè me mentis ſentẽtia firmet. An nõ igitur propter multorũ tarditatem & pigritiam, quibus verba tantũmodò in labijs naſcuntur, & delectatio dilectionis cor nõ intrat, ſententię ſcripturarũ non exquiruntur, & ad profunda non rimãtur? Quamobrẽ multorũ charitatem fictam potiùs q̃ veram eſſe arbitramur, vt neq; etiàm multos iã videamus animaduertere & indagare, quid ſanctæ ſcripturæ iuſſionibus nobis demandetur. Dilectio enim, vt inquit Apoſtolus diuinus, malum 1.Co.13.b nõ cogitat. Hæc cùm apud multos expleta ſit, neceſſariũ mihi eſſe putaui, ſignificare & quid nobis de præſenti tumultuatione videatur. Harũ aũt cogitationũ occaſio mihi fuit, ꝙ cùm vidiſſem tuam erga Deum affectionẽ, qua nobiſcum verſatus es, & multis quęſtionibus & orationũ meditationibus, cùm per ſcripta, tũ per diſputationes, ſe exercitanté, nunq̃ tamẽ nobis quæſtionẽ aut dubitationẽ de imaginibꝰ, cùm ſanctorum virorũ, tũ ipſiꝰ dñi noſtri Ieſu Chri ſeruatoris nr̃i, & iuxta carnẽ illlus ſanctæ & veręe & Gregorij Nazianz. Prou.18.

Deiparę matris à tua charitate propositam,
neq; quęsitum,quid ego ea de re sentirem.
Quapropter,vt fraterna approbatione mẽ-
tem nostrã aperiamus,breuibus, quæ de ea
re nobis cognita sunt,dicemus. Illud tamẽ
priùs subijciẽtes, oportere nos omnem re-
rum vanam nouitatẽ obseruare, & maximè
cùm in fide in Christi populo discordię tu-
multus, & scandali argumentũ suboritur.
Deindè in ecclesijs cõsuetudinẽ lõgi tem-
Prou.31. poris tenendã. Etenim si cum cõsilio scri-
ptura vinũ ordinat bibi debere,quãto ma-
gìs nos opportunioribus tẽporib⁹, plenio-
re cõsultatiõe, res adgredi oportet, nè tre-
mendo Dei iudicio subijciamur, quo is qui
vnũ ex pusillis scãdalizat,à Deo tollitur? &
Matt.18. alioquin oẽs quicunq; ad cõtumeliã Eccle
siæ Christi, errorẽ aliquem siue verbis,siue
factis cõsultò inducunt, quíve eius diuinũ
venerandumq́; honorẽ infringere tentant,
iudicãtur.Hoc igitur pręcognoscere opor-
tet,nõ solùm nunc,verùm sæpiùs,idq́; ma-
ximè Iudęos nobis opprobrio vertisse,cùm
tamẽ idololatrię serui & ministri verè sem-
per extiterint. Nõ sanè aliam ob causam, q̃
vt fidẽ nostram inuiolabilem, cõtaminent.
Cùm aũt in manufacta inuehũtur, eaq́; au-
ferre student, nõ hoc agũt, vt diuina natu-
ra omnibus visibilibus & sensibilib⁹ supe-
rior cognoscat,sed omne studium cultusq́;
eorũ huc vertitur,quô diuinam naturã hu-
miliẽt. sed nos satiùs fuerit relinquere: q̃d
eñ aliud q̃ canes sunt,latrantes cõtra ouile
Christi?Sarracenis aũt (quãdoquidẽ & ipsi
de ea re aliquid dicere velle videntur) suf-
ficiat, q̧ in eremo lapidi inanimato sacrifi-
cia faciant,acclamẽtq́; hanc vocẽ, Chobar,
quod à patribus acceptũ, per puerilia my-
steria & festa peragunt. Christianis verò,
quibus per vniuersum orbem terrarũ, sub
vnum Euãgelij iugũ videlicet (vt propheta
inquit)seruientibus Deo, character ꝓprijs-
simus est fides & cõfessio in vnum Deum
patrẽ,filium,& sanctũ spiritum,Trinitatem
increatam, sempiternã, incõpræhẽsibilem,
inuisibilẽ,consubstantialẽ, in eodẽ throno
sedentẽ,simul etiàm confessa vera filij Dei
humanitate,cũ reliquis sacri symboli capi-
tibus,quod populis Christi cõuenienter &
mysticè in sacrã anaphoram Deo adducit.
Anaphora Deindè spiritualis in nomine triũ Dei prin-
pars est li- cipaliũ hypostasiũ facta ꝑ diuinũ baptisma
turgiæ, si- regeneratio, & viuificorũ incruenti sacri-
ue sacri of ficij symbolorũ diuinæ operationis trans-
ficij Græ- sumptio cõmunioq́;.Per quę sanè veritatis
corum. resplendet illuminatio, impietatisq́; tene-
bræ discutiuntur. Adferẽs etiàm secum iu-
dicium euidens,quo errores in diuinis cõ-
missi,impietasq́; discerni possit.Hæc igitur
cùm inuicèm opposita sint,& vt apostolicè
dixerim,ab initio segregauit Deus per me-
dium luminis,& per medium tenebrarum.
1.Ioan.5.a Dicat nobiscum B. Euangelista Ioannes:

Hęc est victoria quę vicit mundũ,fides no-
stra:hæc ꝓponatur nobis, de hac nobis di-
catur,ipsa est petra, supra quã Christus suã Matt.16.
ædificauit Ecclesiam in portas inferni,hoc
est, impressionum & insultationũ cõtrariæ
potentiæ incõcussum & incõmutabile pre-
sidium. Illinc cõmune nomen accepimus,
quod(vt Esaias ait)benedicetur. Sic enim Esaiæ 65.
inquit:Deũ verũ benedicent,& nõ dicibi-
lis eius naturæ inuestigabile & incõprẽhẽ-
sibile annunciabunt,incircunscriptibile,&
quod nulla ratione mutari potest,& in ple-
nitudine cõstans, prædicantes eius sempi-
ternam potẽtiam & diuinitatẽ à creatione
mundi,iuxta sanctissimũ Apostolũ in crea- Rom.1.
turis intellectã cõsiderantes:ità Deo viuẽti
& vero seruire digni habiti sumus, idq́; ea
libertate agimus,qua ipse Christ⁹ nos libe- Gala.4.
rauit,honorãtes eũ & glorificãtes, omnem
idololatriæ errorẽ & impietatis abijciẽtes,
cui singularis cognitio dicere lapidi,Tu me Hier.2.
genuisti: in ligno, tu me fecisti,vt est apud
ꝓphetã:neq; inspicere vult in cælũ,vt Esai Esaię 29.
as clamat, neq; cogitare quisnã sit qui hæc
oĩa indicauerit, qui in numerato totũ mũ-
dum eduxit, oĩa nominib⁹ vocari fecit per
gloriã & roboris sui plenitudinẽ:cuius ma-
nus omnẽ cęlestẽ exercitũ,vt alius quidam
ꝓpheta inquit,fecerũt,vt cùm bonã & har-
monicã omnis creationis illius harmoniã
inspexerimus, ꝑ animæ intellectũ,& verbũ
illud productificum,& per illud patrẽ verè
existentẽ Deũ intelligamus & adoremus,
vt alibì B.Athanasius in sermone cõtra ido- Athanas.
la clarissimè explicat. Queadmodùm igit̃
nulla cõmunio lumini cum tenebris, neq;
vlla Christo cum Belial cõcordia: ità nulla
Christianis, qui Deũ vnũ inenarrabili glo- 2.Cor.6.
ria & potentia adorantes colunt,cũ his qui
Deũ,vt Deus est,effingere & formare intẽ-
dunt.Et hæc quidẽ apud ꝓphetã iustæ mi- Esaię 44.
seriæ existimãtur.Illis enim cor cinis est,vt
scriptũ est: Quorũ hi quidẽ arbitrantur se
deũ, facto sibi idolo recenter ex eo quod
nõ erat,facturos:& eo qualicunq; de causa
euanescente & obscurato, firmiter sibi,nõ
esse deũ,persuasum habent, nisì confestim
alium in locũ eius erigãt.Et hoc nos apertè
diuina scriptura docet,de vituli in deserto
Israẽlitarum formatione, quãdò seditione
concitati,cõtra Aaron dicebant:Fac nobis Exod.32.
deos qui nos præcedãt. Hoc vnũ arbitrati,
nõ esse deum neq; verum neq; falsum, nisì
cuius idolum formatum videant,cui etiàm Idola su-
posteà egressum ex Aegypto attribuerunt. deorum.
qua sanè re quid aliud, q̃ excessum impie-
tatis suæ indicãrint,non video.Hi autẽ qui
gentilis superstitionis & impietatis turpi-
tudinem sectabantur, & hanc promouere
studebant, in nomine deorum, qui ab eis
colebantur, statuas erexerũt, nimirùm Io- Statuę gen-
uis,quem patrẽ & primatem deorũ omni- tilium.
um & hominum vocabant, reliquorumq́;
pluri-

plurimorum, quorum nota sunt nomina.
Quorũ culturæ, religiones,& sacrificia, q̃d
aliud erant, quàm scortationes, scelera, &
omnis impuritatis demonstratio?nè dicam
interìm puras blasphemias & libidines, vbì
& sacrificia & cultus erat,hominem dijs iu-
Imagines gulâsse.Apud Christianos verò sanctorum
Christia- virorum imagines, qui & vsq; ad sanguinẽ
norum. peccato obstiterũt,vt cũ Apostolo loquar,
quiq́; verbo veritatis ministrauerunt, dico
Hebr.12. autem Apostolos & prophetas,qui pia vita
in bonorum operũ exercitio fuerũt,quiq́;
verè Dei serui reperti sunt,nihil aliud sunt
quàm fortitudinis eorum delineatio, san-
ctæq́; dispensationis & virtutis figuratio,&
ad glorificandũ Deum, cui in præsenti hac
vita seruiẽrunt, admonitio & instructio.
Sermo enim qui bonorum virorum actio-
nes recẽset,iuuat audientes, & ad imitatio-
nem sæpiùs adhortatur.Hoc etiàm per fre-
quentem imaginum inspectionẽ fieri,veri-
☞ simile est. Nam quæ historica narratio per
auditum docet, ea tacens pictura per imi-
tationem ostendit. Magnus enim Basilius
Basilius. inquit, ex vtroq; ad fortitudinem incitari.
Breuis, & (vt ità dicam) per summa facta
narratio, & factorum in imagine per pictu-
ram expressorum imitatrix demonstratio,
nobis contẽplantibus vtilis est. Nam & per
idola, falsorum illorum deorum gesta im-
pura demonstrantur. Nam & qui sæpè au-
diuerunt eiuscemodi de sanctis viris narra-
ri,si iterùm in imagine ista repræsentari vi-
derint,in memoriam ea quę audiuerunt &
legerunt,reducunt.Quin etiàm ignorantes
eiuscemodi, cùm obiecta fuerit eorũ ocu-
lis talis contemplatio, causam inquirendi
& peruestigandi acquirunt.Præterea ab his
vehementiùs in amorem & laudem DEI
concitamur, ità vt per hæc vtraque illi qui
egregia sanctorũ facta vident aut audiunt,
Matth.5.b patrẽ nostrũ qui est in cælis, glorificare iu-
xta Euangelij vocem cogantur. Legislatio
Num.15.d autem Mosaica, populum iubet filamenta
hyacinthina ad vestium fimbrias assuẽre,vt
memores sint iussorum, & ea custodiant.
Imaginũ Multò sanè magìs per similitudinariam vim
vtilitas. apparẽtem in pictura sanctorum virorum,
egressum gloriosæ catastrophes ritè videre
Hebr.13.b licet, horumque fidem iuxta Apostolicam
doctrinam imitari. Domini autem iuxta
carnem formæ characterem figurari in re-
dargutionẽ hæreticorum,qui eum in phan
tastico & nõ vero corpore venisse,deliran-
tes dicunt, quid obest? ità vt & his prosit,
qui ad summa diuinitatis spiritali specula-
tione peruenire nequeunt. Indigent enim
& hi corporeo quodam intellectu,ad eorũ
quæ audiuerunt, confirmationem. Myste-
rium enim quod & cælos regit,quodq́; vir-
tute à seculis & à generationibus in DEO
celatum est omnium conditore, nõ solùm
ex auditu fidem habet, fides enim (inquit

Apostolus) ex auditu, verùm etiàm ex vi- Rom.10.c
sis in animis videntium imprimitur. Deus
enim in carne in mundo apparuit,& credi-
tus est, omnibus sanctior & magìs salutaris
repertus. Quarè & per Euangelica præco-
nia de dispẽsatione eius, quæ in carne cum
hominibus fuit,scripta, ad populorum me-
moriam iuuandam,& venerationes glorię,
eius & bonitatis erga nos recordationem
faciunt,quæ etiàm eadẽ claritate per artifi-
cium prędicari possunt,& ad adorationem
eius nos perducere. Non enim colorum &
lignorum mixtura adoratur, sed inuisibilis
Deus,qui in sinu patris existit. Is enim ado-
rationem suscipit in spiritu & veritate, per Ioan.4.
ipsum ad patrem nobis aditum gratìs dans,
qui cũ eo adoratur. Nam & Iacob in sum- Gene.48.
mitate virgæ Ioseph adorâsse dicitur, non Hebr.11.
sanè ligno illum cultum exhibens, sed suũ
amorẽ in eum indicans qui habuerat ean-
dem. Ità etiàm sanctitatis Christi & super-
gloriosę matris imagines populo Christia-
no inspiciuntur, & cõsiderantur, & hono-
re afficiuntur. Quarè à longis temporibus
sanctissimis Ecclesijs eas suscipere visum
fuit, neq; quicquam adhúc accidit vt pro-
hiberentur. Quin etiàm post omnes perse-
cutionum turbulentias, & post fidei cõfir-
matæ vbiquè libertatem, omnibus synodis
vniuersalibus vsq; ad nostram generationẽ
celebratis, cùm multi quoquè canones de
imaginibus ederentur,nunq̃ tamẽ quicquã
de earum abrogatione statutum est: quod
certè,si illicitæ fuissent,fieri debebat. Mul-
ta aũt de idolis & idolorum statuis & exe-
crationibus earum, in scriptura dicta sunt,
quę etiàm & nũc ipsa cõsuetudine exclusæ
sunt: hæc eñ ad abalienationẽ à Deo fere-
bant. Nã qui dicebat,Apostolis se adfuturũ Matt.28.d
vsq; ad consummationẽ seculi, ꝑfectò hoc ☞
ipsum & illis qui Ecclesiæ suæ curã gerunt,
annunciauit. Non enim illis corporaliter
adfuturus erat vsq; ad huius præsentis se-
culi transitionẽ. Item & tribus aut quatuor Matt.18.c
in nomine illius cõgregatis, adfuturum se
illis dixit. Putásne tantas congregationes
zelo bono coëuntes,vt illius cultus propa-
getur, diuina illius inspiratio & ductio re-
liquit, nè posset cõsummationem perfectæ
cõfirmationis suę Ecclesię, in qua neq; ma-
cula,neq; ruga,neq; aliqud tale est, videre?
Neq; hãc cõsuetudinẽ nõ paucæ aut igno-
biles vrbes,verùm omniũ regionũ nobilis-
simæ & principales Ecclesię seruant. Quòd
aũt res peruetusta sit,historicas scripturarũ
narrationes in imagine effigiare,adstruit B.
Gregorij Nysseni epi sermo, in Abrahã in- Gregorij
scriptionẽ prę se ferẽs,in quo de oblatione Nysseni
Isaac in tabula expressa recenset. Quòd si sermo de
aũt illorũ res ità expressę sunt,quãtò magìs Abrahem.
miracula Dñicę dispẽsatiõis & passionis ta-
lẽ demonstrationẽ habere debẽt?Sic etiàm
athleticę sanctorũ martyrum fortitudines,
quæ

quæ ad zelum & bonam imitationem adſpicientes inducũt, exprimi debent, in quibus habetur etiàm generoſi & admirandi martyris Anaſtaſij veri pugilatûs certamẽ. At illi fortè dicent, neceſſariò eſſe ſanctæ ſcripturæ mandata ſequenda, velutì cùm
Exo. 20.a dicitur: Non facies tibijpſi idolum, neq; ſimilitudinem vllam eorum quę aut in cęlo, aut in terra ſunt infrà, aut in aquis ſubter terram, neq; adorabis ea, neq; ea coles. Iterùm: Non aſſumatur nomen Dñi Dei tui in
Ibidèm. Deute. 5.a vanum. Et in Deuter. Legẽ meam nè tráſgrediamini, nec facite vobis ſculptam imaginem. Et hæc quidẽ illi dicunt. Sed clarũ habent intellectũ. Naturã enim Dei ſcimus forma repræſentari nõ poſſe, incõpræhenſibilemq; eſſe, neq; honorem aliquem eſſe, qui illi tanq̃ viſo exhibeatur, ſed cõiecturis & opinationib⁹ ad corporeas cõceptiones
Deut. 5.a ducimur. Prædicens enim illis Moſes, Cuſtodite diligenter animas, nè quam ſimilitudinem adſpiciatis, nè die illa qua locutus eſt Dñs ad vos in Choreb, in monte ex medio ignis. Hęc pręfatus, ſtatìm ſubdidit, Nè legem tranſgrediamini, nec facite vobis, & quę ſequuntur. Hoc quidem ob id, quia recordabatur conſtructionis vituli: atque ità diligenter hoc inculcauit, nè ex Aegyptiorum conſuetudine ad tantam impietatem redirent, diuinaq; illis arbitrarentur ſimilia. Hoc & magnus Apoſtolus in oratione ad populum Athenienſem habita, ait: Ge-
Acto. 17.g nus igitur cùm ſimus Dei, argento, auro, lapidi, aut figuræ artis, aut excogitationis hominis, diuinum eſſe ſimile exiſtimari non oportebit. Eundem intellectũ habet & il-
Exo. 20.b lud: Non accipies nomen Dñi Dei tui in vanũ, hoc eſt, nõ vocabis aut autumabis Deũ, in quo nihil diuinitatis exiſtit, ſed vana opinione & falſa appellatione hoc dignaberis.
1. Cor. 8.b Nobis autem, vt magnus docet Apoſtolus, vnus Deus pater, ex quo cũcta: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia: & vnus ſpirituſſanctus, in quo vniuerſa. naturalis aũt diuerſitas, per præpoſitionũ commutationẽ, nè ſit inducta. Etenim tria hęc, vnus Deus inter ſe inuicèm intellecta ſunt, vt ſapiens docet Gregorius. Nulli igitur
Gregor. Nazianz. nomen illud ſuper omne nomen exiſtens, populus Chriſti in hunc vſq; diem, prætérquàm ad ſanctam viuificantem Trinitatẽ, retulit. Abſit vt hoc faciat. Vbiquè cùm verbũ hoc, λατρεύειν, diuina ſcriptura ponit, tantummodò dictis adſignat, quô à nobis alienum, & non communem, indicet hunc errorem. Manifeſta enim eſt quæ ſit latriæ idolorum ratio. Apud nos autẽ vnus Deus adorandus, vna & in eum fides, vnum ſalutare baptiſma: ſic quoquè vna, quæ illi debetur, latria: quemadmodùm à ſanctis Apoſtolis traditum eſt, & hactenùs ſeruatur.
Hebr. 13. Laudationiſq; ſacrificium, quod per Chriſtum Deo patri repræſentari inquit diuinus Apoſtolus, q̃d aliud eſt, quàm labiorũ nomen illius confitentium fructus, & in viuificis myſterijs diuiniſſima traditio, quam pręſignificauit Malachias propheta, velutì Malac. 1.
ex perſona loquens Dei: Ab Oriente ſole vſq; ad Occaſum in gentibus glorificatum eſt nomen meum, & omni in loco ſacrificiũ offertur nomini meo? Sacrificium, inquã, 2. Cor. 6.c
purum. Nulla itaq; confœderatio templo Dei, hoc eſt, illius Eccleſię, cum idolis. Ab- 1. Timo. 3.
ſit. Ipſa enim, columna & firmamẽtum veritatis, Apoſtolicè nominatur. Idolorum Zach. 13.a
autem nomina, vt Zacharias clamat, de terra auferentur, quandô omnis locus domui Dauid, hoc eſt, Eccleſiæ Chriſti, cuius domus ſumus nos, per traditionem fidei aperietur. Huc faciunt omninò, quę in Sapientia Salomonis, & apud magniloquũ Eſaiã reperiuntur. Illic enim dicitur: Principium Sapi. 14.b
ſcortationis, reſpectus idolorum: deſiderium eorum, corruptio vitæ. Neque enim erat à principio, neque in perpetuum erit. Vanitas enim hominum ingreſſa eſt mundum. Et propter hoc, breuis finis illis deputatus eſt, &c. In propheta autem, Con- Eſaiæ 1.d 42.c.44.b
futabuntur omnes qui ſculptilem Deum aut faciunt, aut conflant, & omnes qui indè generantur, exiccati ſunt, & fabri ab hominibus facti ſunt, & reliqua, hoc eſt, fabri lignarij artis induſtria, & lignorũ quorum vſus ad miniſterium hominum, in formam viri transformatur, & tripudium inſipientiæ adorantium ea. Quibus infertur: Eſaię 44.c
Videte, nè dicatis, mendacium in dextera mea. Quod præmiſſę impietatis velutì ſubuerſionem induxit. Nos autem cognoſcentes & credentes filium Dei, quòd ſit veritas & dextra patris, alieni à damnatione ꝓphetica demonſtramur. Et ob id valdè op- Hiere. 23.f
portunè propheticam orationem vſurpauero: Quid paleis ad triticum? quæ familiaritas ſufflatæ à ſpiritibus nequitiæ, inſtabilis leuitatis colentium creaturã, prætérito creatore, ad veræ diuinitatis cognitionis nutriens verbum, quod in omni Chriſti populo inuenitur? Illi enim ſunt, de quibus Eſaias ait: In verticibus montium ſa- Eſaię 65.b
crificauerunt, & ſuper colles incenſum fecerunt. Sub quercu & populo, ſubter arbore ſubumbrante, quia bona tegmenta erant, quemadmodùm alius propheta con- Oſee. 4.c
temporaneus Eſaiæ, clamat. Populus autem Chriſti, regi ſeculorum, incorruptibili, inuiſibili, vni ſapienti Deo, adorationis 1. Cor. 1.b
cultum exhibet, in ſpiritu & veritate adorando, omnemque laudationem & glorificationem viuificæ Trinitati inceſſanter offerens. Ea verò quæ extra ſapientiam de idolis iactantur, breuem finem habent. Nam eorum obſcuratio, & quòd ampliùs eſſe non poterant, non aliundè, q̃ ex Chriſti Ieſu magni Dei & ſeruatoris noſtri apparitione, factum eſt, quam etiàm Eccleſia illius

illius à principio vſq; ad totius mundi terminum, ſanguine illius redẽpta, per omnia confitetur & glorioſè pręd icat. Non igitur in illa ſcripta idolorum damnatione vituperationeq;, verus & germanus Trinitatis adorator popul⁹ Chriſti, ſe notari putabit, quòd ſanctorum virorum imagines in recordationem virtutis eorum habeat. Neq;
Rom. 3.d Galat. 2.d 1. Cor. 7.d etiàm B. Apoſtolo Paulo, carnalem cicuncitionem prohibẽti, & illis qui per legem iuſtificari volebant, minanti, circunciſio Timothei, legalis tonſura, ſacrificium in templum inducere, repræhenſionem aliquam aut cõdemnationem conciliauit. Nõ enim ſimpliciter deſignata inſpicere oportet, ſed vndiquè rerum intentio probãda eſt. Nam qui cauſam, offerentemq; non inſpicit, ſępè contraria iudicat. Qui verò ità nõ faciunt, fortaſsè apud hos ipſius quidem DEI mandatum irreprẹhenſum nequaquàm videbitur. Siquidem lege ſculptile & conflatile interdicẽte, ſubijçitur, Cherubim glo-
Exo. 20.a Hebr. 9.b riæ obumbrantia propiciatorium, vt Apoſtolus inquit. Hæc enim eius apparatus fuerunt, quibus diuinã gloriam vectã fuiſſe, nõ ſolùm ex ſcriptura docemur, ſed & diu⁹
Athanaſius. Athanaſius, pſalmicũ hoc verbũ exponens, Qui ſedes ſuper Cherubim, appareas, talẽ de his tradit ſententiã: Etenim Cherubim illorum exemplaria, ignota iuxta naturam omnibus hominibus exiſtentia, ſpiritus & ignis exiſtunt, & ab omni corporea figuratione & natura aliena, ea quæ de ipſis à propheta corporaliùs dicũtur, ſymbolicum & altiùs ductũ ſenſum habẽt. Aliter enim intelligere iuxta ſacram, & corporeis nõ decentem, rationẽ oportet. Illud verò neceſſarium eſt vt dicatur, nequaq̃ Chriſtianos ſuorũ iuxta carnẽ aut cognatorũ, aut amicorum, aut familiariũ figurã pingentes, illã aut colere, aut honore aliquo dignam ducere, immò ne Imperatorũ quidẽ iuſſibus obedientes, poteſtati talia tribuunt: in quibus ſanè culpabiles inueniuntur, qui dicẽtes ſe ſapientes, infatuati ſunt, & gloriã Dei incorruptibilis, cum ſimilitudine corrupti-
Rom. 1.c bilis hominis cõmutârunt, vt inquit Apoſt. Adeò ex hac re ſcire licet, nobis non licere prædictam ſcripturã in calumniam rapere. Igitur ſi de Deo pias opiniones, ad id quod corporalius eſt, tranſponimus, aut Deo decentem gloriã & ſeruitium relinquẽtes, aut aliqua ratione imminuẽtes huiuſmodi argumento deprẹhendimur: rectè vtiquè auferentur, quæ nos vacare faciunt & abducunt à cultura & aſſiduitate erga vnũ & verum Deum. Nunc verò cõtrarium fieri videmus. Nam ſi quiſpiam cum ſcientia, ſanctorum alicuius imaginẽ inſpexerit, rectè Deum laudans dicet, Gloria tibi Deus, nomenq; ſancti apponet. Vt per hunc modũ, id quod in precatione à nobis dicitur, impleatur, vt per viſibilia & inuiſibilia ter ſanctum nomen Chriſti glorificetur. Verùm neque ſanctorum virorum aliquem, Deum appellari ſuſtinuerimus. Propriè enim & verè eiuſcemodi appellatio Deo conuenit: & ijs qui faciunt quòd Deo placeant, Deus id nomen tradidit, vt in pſalmorum ſacro Pſalm. 81.
codice ſcriptum eſt. Neq; rursùs, vt ſufficientem exiſtimantes cognitionis Dei aſſertionem, eiuſcemodi imagines habẽtes, deſpicimus in Eccleſijs Dei populi congregationes & cõcurſum: immò in eis diù noctuq;, & vt cũ pſalmographo meliùs dixe- Pſal. 54.
rim, veſperì & manè, & meridie benedicere Deum oportebit, maximè autem in diuinis myſterijs & ſacris officijs, dum hæc, inquam, peraguntur. Sed certò ſciamus, non aliundè nobis ſpem ſalutis accedere, niſì ex pia fidei confeſſione, quæ fit erga Deum verum & vnum in Trinitate adoratum. fidei dico confeſſionem, quæ partìm in corde conſiſtit, partìm per os profertur. Rom. 10.b
Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Semper lau- Pſal. 149.
dem eius qui nos fecit, in ore ferentes, & exaltationes eius in gutture habentes, oĩs populus Chriſti in tranſſumptione ſangui- Lucæ 22.
nis & corporis eius, per quam, memoriam mortis & reſurrectionis illius, iuxta ſuam traditionem celebramus, inſatiabili deſiderio & à Deo incitato ſtudio ad ea incitatur, magìs quàm ad fontes aquarum ceruus.
Verùm nè quempiam offendat, quòd ante Pſal. 41.
ſanctorum imagines lumina & ſuaue olentia thymiamata accenduntur. Symbolicôs enim iſta fieri in honorem illorum, opinandum eſt, quorũ cum Chriſto requies, quorum honor ad ipſum recurrit, hoc ipſum teſtante ſapiente Baſilio, quòd erga conſer Baſilius
uos bonos honor, erga ipſum Dominum Magnus.
commune beneuolentiæ ſignum exhibet. Senſibilia enim lumina ſymbolũ ſunt immaterialis illius & à Deo dati luminis. aromatum autem incẽſio, ſynceram & totum ſancti ſpiritûs afflatũ & repletionem ſignificat. Et hæc quidẽ velutì cõtra ſubornatas contradictiones, & ex ſcripturis hinc illinc acceptas obiectiones ſcribere nobis permiſimus, adhortantes, vt ſinè ſcandalo & ſinè turbatione cũ populo cõuerſemur, quãdò etiàm ne vnũ ex puſillis deſpiciendũ Deus Matt. 18.b
prohibet. Similiter ſcãdalizare aliquẽ intolerabile & horrẽdum iudicium adfert illis qui intendũt. Nunc aũt & totæ ciuitates, & hominũ cõgregationes non parùm hac de re tumultuantur. Caueamus aũt nos omni ſtudio, nè huius rei authores ſimus. Ante omnia verò prouidendũ eſt, nè à ſententia permuteris, nè ex hoc inimici noſtri & hoſtes crucis Chriſti, ſuperciliũ eleuent cõtra fidẽ noſtrã, dicantq;: Hucuſquè Chriſtiani errârunt: niſì enim inſtitutũ ſuum idololatriam cognouiſſent, non ſanè nunc manufacta abijcerent. Quod ipſum quantum contu-

contumeliæ ſubuerſionisq́; fidei in Chriſtum cõciliat, quiuis agnoſcere poteſt. Nã qui ſemèl errârint, eos in viã reducere difficile eſt,vt qui à veritate alienantur. Quid autẽ dicere oportet, cùm videamus reges noſtros & Imperatores, ex ꝓpria erga Deũ adfectione,pro ſua ſtatua,ſalutiferam crucem gloriationem ſeculi erexiſſe? Summa autem rerum in hoc cõcludi poteſt, quòd extra omnem cõtrouerſiam eſt,ſanctorum imagines mirifica deſignare miracula, vt & debilibus valetudo bona per eos concilietur,ſæpeq́ue in ſomnis apparentes, optima quæq; nobis conſulant. Extra omnem cõtrouerſiam eſt in Zozopoli Piſſidiæ ciuitate imago virginis matris intemeratæ, quæ ex picta etiàm manu ſua vnguentorum ſcaturiginem effundit. Cuius ſanè miraculi plures teſtes ſunt. Hæc omnia ſancti per ſidem operati ſunt in mũdo,vt in actis Apoſtolicis legimus, cuius rei etiàm euidẽs teſtimonium eſt, vmbra veſtimentorum, & ſudaria ſanitates largientia. Quòd igitur non omnis corporis vmbra, neq; quælibet ſudaria id poſſint, facilè videt is, qui, quæ fides fuerit vtriuſque erga Deum,animaduerterit, vt qui eiuſcemodi gratiã per inanimata illa indicauerit. Quamobrem credendum eſt, & per imagines quoquè talia à Deo deſignari. non per quaſlibet tamen picturas aut imaginum ſpecies eiuſmodi fiunt, ſed ſanctorum effigies repræſentantium tantùm,aut Ieſu Chriſti. Neq; etiàm ob huiuſcemodi curationes, ſpõtaneas eſſe credendum eſt,ſed tantummodò ex Dei gratia. Dignum autem eſt(vt arbitor) & id recenſere, quod apud Pamphili Euſebium hiſtoricè ſcriptum eſt in hiſtoria eccleſiaſtica. In Paneade enim ciuitate, quam & Cæſaream Philippi Euangelium vocat, dicitur,fuiſſe domus hæmorrhoiſſæ, hoc eſt, laborantis profluuio ſanguinis mulieris, quæ tacta fimbria Seruatoris, ſanata eſt, quemadmodùm Euangelium teſtatur. Pro foribus autem domûs aiunt ex ære fuſam imaginem ſtare, quæ Domini noſtri effigiem repræſentat, exaduersò verò ſtatua eiuſdem materiæ, mulieris genibus prouolutæ, palmasq́ue ſuppliciter tendentis, expreſſa eſt, idq́ue in memoriam miraculi illius, quod circa ipſam factũ eſt, quamobrẽ & eiuſdẽ procuratione facta eſt. ſub pedibus autem (velutì appáret) ſtatuæ Dominicæ, herba quædam excreſcit, peregrina ſpecie, neq; ſatìs cognobilis, quæ omnium morborum remedia & curationes exhibet,quod & ipſe Euſebius oculis ſe vidiſſe tradit. Manifeſtum autem eſt, quòd ex inſigni Dei miſericordia eiuſcemodi dona contingunt, quemadmodùm nobis in ſuperioribus demonſtratum eſt. Idem in eodem libro Euſebius ſcripſit, ſe apoſtolorũ Petri & Pauli,itẽ ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti ex coloribus depictas imagines vidiſſe. Aſſerit autem ea ſpecie,qua putantur fuiſſe. Hæc autem non dicimus, quòd arbitremur nobis circa ærearum ſtatuarum operoſitatem laborãdum, ſed tantummodò vt admoneamus ſanctitatem tuam, veterem conſuetudinem nõ eſſe reijciendã. Deus enim & veritatis Dominus, in omnẽ veritatem te deducet,omnesq́; ambiguitates & diſceptãdi occaſiones ab animo tuo auferet, ſi vnanimiter nobiſcum ad veritatis rationem indagandam deſcendas,cuius regnum benedictum eſt in perpetuum.

Miraculũ de imagine beatæ virginis Mariæ.

Hebr.11.ꝑ totum.

Acto. 5.c 19.b

Euſebius lib.7.ca.14

Matt.16.b

Matt. 9. c

Ex eodem & libro & ca.alia narratio de imaginibus.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Cuſtodes Catholicæ Eccleſiæ ſancti patres nobis acclamârunt, ex ſuperna illa prudẽtia in præſidijs ſuis vigilantes,omnemq́; vaniloquorum exercitum diſſipârunt. Suam autem cuſtodiam inconuulſam ſeruantes,phalanges hoſtium perſequuti ſunt. Simul etiàm cum antiquis hęreſibus,& hãc Chriſtianorum accuſatorum nouitiam improbitatem gladio ſpiritûs abſtulerunt. Dicamus igitur omnes vna voce,cum ſacro noſtro doctore Paulo: Pax noſtra Chriſtus, qui ex duobus vnum fecit. Illum omnis gloria,& cum patre & ſancto ſpiritu nunc & in ſecula ſeculorum omnis decet adoratio.

Epheſ.2.

Sancta ſynodus dixit: Diuiniloquorum patrum doctrinæ nos correxerunt, ex ijs veritatẽ haurientes, admoniti ſumus: ipſis adhærẽtes, mendacium perſequuti ſumus: ah ijs eruditi, venerandas imagines ſalutamus, patribus annunciantibus bona filijs obedientes ſumus: gloriamur autem in facie matris, ſanctæq́ue traditionis Eccleſiæ, credentes vnum Deum in Trinitate laudatum. Venerandas imagines veneramur. Qui ſic non credunt, anathema. qui aliter ſentiunt, longè ab Eccleſia abijciantur. Nos veteri Eccleſię legiſlationi inſiſtamus. Nos ſtatuta patrum conſeruemus. Nos,qui addunt aut auferunt aliquid de Eccleſia, anathematizamus. Nos nuperam Chriſtianorum accuſatorũ inuentionem anathematizamus. Nos venerandas imagines ſalutamus. Nos, qui ſic nolunt, anathemati ſubijcimus: Chriſtianorum accuſatoribus, videlicet iconoclaſtis, anathema. Qui ex ſcriptura ſententias contra idola dictas, in ſanctas imagines torquent, anathema. Qui ſacras imagines idola vocant, anathema: Qui dicũt Chriſtianos,tanquàm deos imagines amplecti, anathema. Qui communionem habent cum ijs, qui ſanctas imagines reijciunt aut contemnunt, anathema. Qui dicunt, præter Chriſtum aliquem nos à cultu idolorum liberâſſe, anathema. Qui dicere audent,ſanctam Catholicam Eccleſiam idola vnquàm accepiſſe, anathema. Cùm autem anathematiſmi præſentes eſſent ex charta dicti,ſancta ſynodus iterùm, ſubiecta legente Euthymio epiſcopo Sardenſium

Anathemata in Iconoclaſtas.

denſium, exclamauit: Domini & Seruatoris noſtri diuinam ordinationem ſancti patres noſtri perficientes, candelã cognitionis ab eo datam, non ſub modo celârunt, ſed ſuper lucernam vtiliſſimę doctrinę poſuerunt, vt omnibus in domo, hoc eſt, Catholica Eccleſia genitis luceat, vt nemo ex ijs qui piè confitentur Dominum, ad lapidem hæreticæ prauitatis pedem impingat: ipſi omnem hæreticorum errorem expulerunt, ipſi putridum membrum, quatenùs curari non poterat,abſciderunt,& ventilabrum in manu ferentes, aream eius expurgârunt. Frumentum autem, hoc eſt,verbũ nutribile, quod mentes hominum firmat, in horreo catholicæ Eccleſiæ concluſerũt. Paleas autem hęreticę prauitatis eijcientes, combuſſerũt eas igui inextinguibili. Quapropter ſancta ſynodus Dei voluntate, & piiſſimorum noſtrorum Imperatorum Irenæ nouæ Helenæ & Conſtantini noui iuſſu, in Nicenſium ſplendida metropoli ſecundò congregata, per lectiones cognitis ſanctorum patrum decretis, ipſum Deum glorificet, à quo illis datum eſt verbum ad noſtram inſtructionem, & ad perfectionẽ ſanctæ & catholicæ Eccleſiæ. Qui verò ſic non ſunt animati,ſed veritatem ob nouitia dogmata reijciunt, eis Pſalmographi hoc occinemus: Quantas improbitates hoſtes in ſancto tuo cogitârunt,gloriati ſunt cùm dicerent, non eſt ampliùs qui docet? Sed nos non ignoramus dolos eorum, qui ſecundùm patrum traditionem incedentes, vno ore atque corde veritatem annunciamus, nihil auferentes aut addentes ad ea, ſed his conſentimus, his adhæremus, ſic probamus noſtra,ſic confitemur,quemadmodùm ſex ſacræ vniuerſales ſynodi confitentur.

Matth.5.b Marc. 4.c Lucæ 11. d

Matth.3.b

Pſal. 73.

Credimus autem vnum Deum patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium factorem,& in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium vnigenitum, verbum eius, per quod cuncta creata ſunt, in ſanctum ſpiritum viuificantem Dominum, &c. Salutamus etiàm ſanctas Dominicas, Apoſtolicas & Propheticas,item ſanctorũ, præcipuè autem Dominæ noſtræ Deiparæ imagines, quæ nobis velutì exẽplaria ſunt & inſtructiones bonorum operum imitationis & fidei erga Chriſtum, omnem idololatriam execrãtes,& latriam ſolam Chriſto tribuentes & D E O pãtri & Spiritui ſancto,tanquàm vni Deo,cui honor & laus in ſecula.

Petrus primâs presbyterorum in ſancta Romana Eccleſia, ſubſcripſit Romanè,cuius hæc eſt interpretatio: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,Petrus D E I miſeratione archipresbyter ſanctæ Dei Apoſtolicæ & catholicæ Eccleſiæ,& locum retinens Adriani ſanctiſſimi Papæ veteris Romæ, omnes qui ex priori iconoclaſtrum hæreſi reſipiſcunt, ſuſcipiens, & venerandas imagines admittens, iuxta traditionem patrũ, ſubſcripſi.

Petrus miſeratione diuina presbyter & præſes monaſterij ſancti Sabæ, locum ſecundum retinens apoſtolici Papæ, * & dictis ipſis ſubſcripſi.

Tharaſius miſeratione diuina epiſcopus Cõſtantinopolitanus nouæ Romæ,in omnibus prædictis veritatem confeſſus, libens ſubſcripſi.

Ioannes miſeratione diuina presbyter & legatus, & locum tenens trium thronorum Orientis, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymorum, omnia approbãs & laudans,ſubſcripſi.

Thomas miſeratione diuina presbyter, & preſes monaſterij ſancti patris noſtri Arſenij,quod eſt in Aegypto,locum retinens trium Orientalium dicœceſium, ſubſcripſi.

Agapius indignus epiſ. Cæſareæ Cappadocię,omnia prędicta recipiens,ſubſcripſi.

Ioannes indignus epiſco. Epheſi,omnia prædicta recipiens,ſubſcripſi.

Conſtantinus indignus epiſcopus Conſtantiæ, quæ eſt in Cypro, omnia prædicta recipiens,ſubſcripſi.

Baſilius indignus epiſc. Ancyræ, omnia prædicta recipiens, ſubſcripſit.

Nicolaus indignus epiſcopus Cyzici, in eandem ſententiam,ſubſcripſit.

Euthymius indignus eps Sardenſium, &c.

Petrus indignus epiſc. Nicomediæ,&c.

Hypatius indignus epiſcopus Niceæ, &c.

Helias indignus epiſcopus Cretæ,&c.

Stauratius indignus eps Chalcedonis, &c.

Nicephorus indignus eps Dyrrhachij, &c.

Epiphanius indignus diaconus Eccleſiæ Catanes,locũ tenens Sardinię,in ean. &c.

Leo indignus presbyter,& locum retinens metropoleos *Sides,omnia prædicta recipiens,ſubſcripſit. *Sydes

Nicolaus indignus monachus *metropolis Thyanenſiũ,in eandem ſententiã ſubſc. *locũ tenens for.

Gregorius indignus eps Neocæſareæ, &c.

*Theodorus indignus eps Catanes,&c. Is inferiùs repetitur.

Anaſtaſius indignus eps Nicopoleos veteris Epiri,in eandẽ ſentẽtiam ſubſcripſit.

*Ioannes indignus eps Tauromenię,&c. Is inferiùs etiàm repetitur.

Gregorius indignus eps *Piſſinuntõn, &c.

Baſilius indignus epiſcopus Sylæi, &c.

Theodorus indignus epiſcop⁹ Myrôn,&c.

Leo indignus epiſcopus Rhodi,&c.

Euſtathius indignus eps Laodiceæ,&c.

Theodorus indignus eps Seleuciæ,&c.

Nicolaus indignus epiſco. * Amorſi,&c.

Theodoſius indignus eps Hierapoleos, &c

Nicetas indignus eps Claudiupoleos, &c.

Michael indignus epiſc. Synnadõn,&c.

Leo indignus epiſcopus Iconij,&c.

Georgius indignus epiſcopus Piſidiæ, &c.

Conſtantinus indignus epiſc. Perges,&c.

Euſtratius indignus epſ Methymnes, &c.
Theotimus indignus epiſ. Crotonum, &c.
Leon indignus epiſc. Chij, in eandem &c.
Baſilius indignus epiſcopus Neſiôn, &c,
Ioannes indignus epiſcopus Aprôn, &c.
Ignatius indignus epiſcopus Prienes, &c.
Cypſalôn Theophylactꝰ indignus epſ *Cypſelôn, &c
Theodorus indignus epſ Trophæorũ, &c.
Stephanus indignus epſ Sugdaôn, &c.
Sergius indignus epiſc. Nocoterôn, &c.
Georgius presbyter locum retinens Nicopoleos, in eandem ſententiã ſubſcripſit.
Leo indignus epiſcopus Meſembriæ, &c.
Theodorus indignus epſ Amorij, &c.
Cyriacus indignus epſ * Driziparôn, &c.
Galatas presbyter in locum Rhegij, &c.
Theodoſius indignus epiſcopus Nyſſę, &c.
Georgius indignus epſ Camulianorũ, &c.
Sotericus indignus epiſc. Ciceſſôn, &c.
Cõſtantinus indignus epſ Maſtaurôn, &c.
Georgius indignus epiſc. Briulôn, &c.
* Nyſſæ Ioannes indignus epiſcopus * Niſſæ, &c.
Baſilius indignus epiſc. Magneſiæ, quæ eſt propè Mæandrũ, in eandem ſenten. &c.
Theophanes indignus epiſc. Coloës, &c.
Leo indignus epiſc. Algizôn, &c.
Nicodemus indignus epiſ. Eugazôn, &c.
Lycaſtus indignus epiſc. Barilôn, &c.
Theophylact. indignus epſ Hypepôn, &c.
Theophanes indignus epſ Lebedôn, &c.
Stratonicus indignus epiſc. Cymes, &c.
Coſmas indignus epiſc. Myrrhines, &c.
Olbianus indignus epiſcopus * Elææ, &c.
Pardus indignus epiſcopus Pittanes, &c.
Baſilius indignus epiſcopus Pergami, &c.
Marianus indignus epiſc. Antandri, &c.
for. *Adramyti Baſilius indignus epiſc. * Atramiti, &c.
Ioannes indignus epiſcopus Aſi, &c.
Leo indignus epiſc. Phoceæ, &c.
Nicephorus indignus epſ Gargarôn, &c.
* Aegeon vel Aegeæ Conſtantinus indignus epiſ. * Agaes, &c.
Theognis indignus epiſc. * Siôn, &c.
Ioannes indignus epiſc. * Prædeſti, &c.
Ioannes indignus epiſcopus Panij, &c.
Melchiſedec indignus epiſ. Calliopoleos, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Leo indignus epiſcopus Madyti, &c.
Theophylactus indignus epiſc. Chariupuleos, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Thomas indignus epiſc. Danij, &c.
Gregorius indignus epiſc. Theodoropoleos, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
* Cholcidos Siſinnius indignus epiſ. * Chalcidos, &c.
Ioannes indignus epiſc. Bryſeos, &c.
Beniamin indignus epiſc. Lizicôn, &c.
Gregorius indignus epiſ. Amaſtridos, &c.
Stephanus indignus epiſc. Sorôn, &c.
Gregorius indignus epiſc. Dercôn, &c.
Heraclius indignus epiſc. Iunopoleos, &c.
Cõſtãtinus indignus epſ Heliopoleos, &c.
Antonius indignus epiſc. Tryzenes, &c.
Nicetas indignus epiſc. * Nacaleæ, &c.
Petrus indignus epiſcopus Aſpones, &c.

Synneſius indignus epiſcopus Cynes, &c.
Synneſius indig. epſ Anaſtaſiopoleos, &c.
Euſtathius indignus epiſ. Solorum, &c.
Theodorus indignus epiſc. Cicutij, &c.
Baſilius indignus epiſ. * Trimithuntôn, &c. *Thremithuntôn
Alexander indignus epſ Amathuntôn, &c.
Michael indignus epſ Melitupoleos, &c.
Siſinnius indignus epiſc. Adranias, &c.
Theodorus indignus epiſc. Germes, &c.
Gregor. indignus epſ Adrianitherôn, &c.
Leo indignus epiſcopus Pœmanij, &c.
Simeon indignus epiſc. Oces, &c.
Ioannes indignus epiſcopus Lampſaci, &c.
Nicetas indignus epiſcopus Ilij, &c.
Leo indignus epiſcopus Troados, &c.
Theodorus indignus epiſc. Abydi, &c.
Anaſtaſius indignus epiſc. Tripoleos, &c.
Leo indignus epiſc. Traculôn, &c.
Stephanus indignus epiſc. Salôn, &c.
Ioannes indignus epiſcopus Abalôn, &c.
Stephanus indignus epiſc. Silandi, &c.
Nicolaus indignus epſ Pericommatos, &c.
Ioannes indignus epiſc. Setôn, &c.
Baſilius indignus epiſc. Liparôn, &c.
Theophanes indignus epſ Meoniæ, &c.
Michael indignus epiſc. Stratonices, &c.
Lycaſtus indignus epiſc. Philadelphiæ, &c.
Michael indignus epiſc. * Troalôn, &c.
Gregorius indignus epiſc. Gordôn, &c.
Ioannes indignus epiſcopus Daldes, &c.
Euſtathius indignus epiſc. Hyrcanes, &c.
Ioſephus indignus epiſc. * Ataliæ, &c.
Zacharias indignus epiſ. Hierocæſareę, &c.
Dauidus indignus epſ Helenupoleos, &c.
Criton indignus epiſc. Lophi, &c.
Theophylactus indignus epiſc. * Apollomados, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit. *Apolloniados
Conſtantinus indignus epiſc. Cæſareæ Bithynię, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Georgius iudignus epſ Baſilinupoleos, &c.
Leo indignus epiſcopus Ariſtes, &c.
Nicephorus indignus epſ * Adranis, &c. *Adranꝰ Thraciæ
Baſilius in locũ paſcylij, in eandẽ ſent. &c.
Chriſtophorus indignꝰ epſ Ceraſenes, &c.
Nicetas indignus epiſc. Meles, &c.
Neophytus indignꝰ epſ Gordoſerbôn, &c.
Leo indignus epiſc. * Linoës, &c.
Ioannes indignus epiſc. Etennôn, &c.
Conſtantinus indignus epiſc. Zelôn, &c.
Gregorius indignus epiſc. Sinopes, &c.
Conſtantinus indignus epiſc. Saſimôn, &c.
Nicetas indignus epiſc. Dadrybôn, &c.
Theophilus indignus epiſ. Pluſiados, &c.
Nicetas indignus epiſ. Adrianupoleos, &c.
Ioãnes indignus epiſ. Heracleæ Ponti, &c.
Conſtantinus indignus epiſc. Cratiæ, &c.
Nicetas indignus epiſc. * Rufei, &c. *Ruzzi * Rhuzzi
Nicephorus indignus epiſ. Claneôn, &c.
Leo indignus epiſcopus * Trocnadôn, &c.
Anaſtaſius indignus epiſ. Patarachôn, &c.
Georgius indignus epiſc. Niſſoi, &c.
Theodorus indignus epiſc. Pimiarôn, &c.
Nicodemus indignus epiſ. Didymôn, &c.

Geor-

*Vniandi Georgius indignus epiſc. * Vinandi, &c.
Cõſtantinus indignus epſ Candibôn, &c.
Stauratius indignus epiſ. Zenopoleos, &c.
Leo indignus epiſcopus Lamirôn, &c.
Stephanus indignus epiſc. Caunôn, &c.
Conſtantinus indignus epſ Combôn, &c.
Petrus indignus epiſcopus Orycandi, &c.
* Phaſelidos for. * Abas Ioannes indignus epiſco. * Phaſilidos, &c.
* Abbas locũ retinens metropolis Tij, &c.
Gregorius indignus epiſ. Cybirres, &c.
Baſilius indignus epiſcopus Tabôn, &c.
Dorotheus indignus epiſc. Neapoleos, &c.
Gregorius indignus epiſc. Heracleæ, &c.
Dauid indignus epiſcopus Iaſſi, &c.
Gregorius indignus epſ Mylaſſes, &c.
Sergius indignus epiſc. Vigiliarum, &c.
Ioannes indignus epſ Mibdi, &c.
Stauratius indignus epiſc. Stadiæ, &c.
Gregorius indignus epiſc. Stratonicæ, &c.
Theodoſius indignus epſ Chonôn, &c.
Michael indignus epiſc. Chæretopôn, &c.
Pantaleon indignus epiſc. Valentiæ, &c.
Georgius indignus epiſc. Peltarum, &c.
Chriſtophorus indignus epiſ. Atanaſſi, &c.
Leontius indignus epiſc. Eumeniæ, &c.
Gregorius indignus epſ Timæni ferarum, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Leo indignus epiſco. * Tranupoleos, &c.
Nicephorus indignus epſ Lundôn, &c.
Georgius indignus epiſc. Appiæ, &c.
Conſtantinus indignus epſ Eucarpiæ, &c.
Leo indignus epiſcopus Aleûs, &c.
Michael indignus epiſcopus Hierapoleos, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Chriſtophorus indignus epiſc. * Promiſi, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Nicolaus indignus epiſco. Pythiæ, &c.
Theophylactus indignus epiſ. Cinnabari, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Nicetas indignus epſ Auguſtopoleos, &c.
Conſtantinus indignus epſ * Cotyæi, &c.
*Medæi Georgius indignus epiſc. * Mediæi, &c.
Leo indignus epſ Docimi, &c.
Damianus indignus epiſc. Meri, &c.
Theophylactus œconomus & locũ tenens * Ipſi, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Stephanus deſignatus Itri, in eandem &c.
Theophylactꝰ Dei indignus diaconus, locum tenens metropol. Thyanenſiũ, &c.
Leo indignus epiſcopus Carpathi, &c.
Chriſtophorus indignus epſ Phaſidos, &c.
Idẽ ſuprã adhuc ſemèl ponitur. * Theodorus indignus epiſc. Catanes, &c.
Manuel indignus epiſco. Adrianupoleos Thraciæ, in eandẽ ſententiã ſubſcripſit.
Maurianus indig. epiſc. Põpeiopoleos, &c.
Cyrillus in locum indigni epi Gotthię, &c.
Theodorus indignus epiſc. Byzies, &c.
Idẽ ſuprã poſitus eſt * Ioannes indignus epiſc. Tauromeniæ, &c.
Georgius presbyter locũ retinens epiſcopatus Smyrnes, in eandẽ ſententiã ſubſ.
Gaudioſus indignus epſ Meſſenæ Siculus, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Euſtratius indignus epiſc. Apameæ, &c.

Petrus indignus epiſc. Germiôn, &c.
Ioannes diaconus & locum retinens Apoſtolopoleos, in eandem ſenten. ſubſc.
Theodorus indignus epiſc. Panormi, &c.
Ioãnes indignus epſ Archiadiopoleos, &c.
Stephanus indignus epiſc. Bibonum, &c.
Siſinnius indig. epſ Parij, &c.
Cõſtantinus indignus epiſ. Leontenæ, &c.
Epiphanius indignus epiſc. Mileti, &c.
Nicetas indignus epiſ. Proconneſi, &c.
Theodorus indignus epiſc. Taurianes, &c.
Chriſtophorus indignꝰ epſ * Adryaces, &c. *Andriacæ vel Adriæ
Ioannes deſignatus Hectorij, in eandẽ &c.
Cõſtãtinus indignus epiſ. Ampladôn, &c.
Epiphanius indignus epiſc. * Perteñ, &c.
Siſinnius indignus epiſc. Philomelij, &c.
Ioannes indignus epiſcopus Sibliæ, &c.
Michael indignus epiſc. Papporum, &c.
Theodorus indignus epſ * Agalaſi, &c. * Sagalaſſi
Siſinnius indignus epiſc. Apameæ, quæ eſt Ciboti, in eandem ſententiã ſubſcripſit.
Cõſtantinus indignus epiſc. Conanes, &c.
Leo œconomus & locum tenens Zozopoleos, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Marianus indignus epiſc. Magydôn, &c.
Nicephorus indignus epſ Phlogôn, &c.
Leo indignus epiſcopus Andidôn, &c.
Manzo indignus epiſc. Pracanôn, &c.
Theodorus indignus epiſc. Germanicopoleos, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Euſtathius indignꝰ epiſ. * Cilindereos, &c. * Celendereos
Zacharias indig. epiſc. Trapezupoleos, &c.
Siſinnius indignus epiſc. Muſdabôn, &c.
Euſtratius indignus epſ Lamôn, &c.
Stephanus indignus epſ Philadelphiæ, &c.
Leo indignus epiſc. Sibyllôn, &c.
Theodorus indig. epſ Tiberiupoleos, &c.
Ioannes indignus epiſco. Aſanôn, &c.
Baſilius indignus epſ Dionyſiupoleos, &c.
Manuel indignus epiſc. Nicopoleos, &c.
Euſtratius indignus epiſ. Debelti, &c.
Theodorꝰ indignus epſ Bulgarophygi, &c.
Georgius indignus epſ Plutinupoleos, &c. *Perbireos for. *Pamphyliæ *Rubim
Baſilius indignus epiſc. * Perbereos, &c.
Michaël indignus epſ * Pamphyli, &c.
* Ruben indignus epſ Scopeli, &c.
Siſinnius indignus epiſc. Garalles, &c.
Petrus indignus epiſc. Moriembaſiæ, &c.
Gabriel indignus epſ Aeginæ, &c.
Leo indignus epiſc. Porthmi, &c.
Dardanius indignus epſ Dobôn, &c.
Andronicꝰ indignus epſ Leõtopoleos, &c.
Leon indignus epiſc. Sebaſtæ, &c.
Nicetas indignus epiſc. * Halycarnaſſi, &c.
Leo indignus epiſc. Corydalôn, &c.
Theodorus indignus epſ * Cremôn, &c.
Cõſtantinus indignus epſ Adrianes, &c.
Sabas monachus & præſes ſtudij, ſimiliter ſubſcripſit.
Simeon præſes Choræ, in eandem ſen. &c.
Gregorius præſes Hormiſdę, in eandẽ. &c.
Ioannes præſes Pagurij, in eandem ſen. &c.
Euſtathius præſes Maximini, in eand. &c.

Ioſeph præſes Heraclij, in eandẽ ſentẽ. &c.
Thomas monachus ex pſona Ioannis præſidis Lacûs Anſerini, in eandẽ ſent. ſubſ.
Plato præſes & archimandrita Sacri, &c.
Theodorus præſes Pandiorum, in ean. &c.
Macarius præſes * Budanum, in eandẽ &c.
Gregorius præſes monachorũ ſancti Hyacinthi, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Theodorus præſes Badis, in eandẽ ſen. &c.
Michael præſes ſancti Petri, in eandem &c.
Antonius præſes monaſterij * Dij, &c.
Victor præſes Gudilorum, in eandem &c.
Victor præſes ſancti Alexandri, &c.
Theoctiſtus præſes Anlithæ, in eãdem &c.
Stephanus præſes * Caronis, in eandem &c.
Theophylactus præſes ſancti Heliæ, &c.
Paulus præſes Bathylei, in eandẽ ſentẽ. &c.
Laurentius præſes ſancti Laurentij, &c.
Gregorius præſes Calliſtrati, in eandẽ &c.
Siſinnius præſes Aretes, in eandẽ ſent. &c.
Baanes præſes Thermarum, in eandem &c.
Stephanus præſes Termizôn, in eandẽ &c.
Strategius monachus ſanctæ Sion, &c.
Ioſeph præſes * Vigilantium, in eandẽ &c.
Theophylactus monachus Catharorũ, &c.
Conſtantinus præſes Calabrorum, &c.
Hilariõ pręſes Flori, in eandẽ ſententiã &c.
Theodorus præſes Aridi horti, &c.
Victor præſes ſancti Heliæ, in eandem &c.
Conſtantinus præſes ſancti Cyriaci, &c.
Nicephorus præſes ſanctæ Deiparæ, &c.
Ioannes præſes * Chenolacci, in eandẽ &c.
Stephanus præſes ſancti * Ceryci, &c.
Ignatius præſes * Zitij, in eandẽ ſenten. &c.
Gregorius præſes Monagriæ, in eandẽ &c.
Anaſtaſius pręſes Cançorum, in eandẽ &c.
Petrus præſes Homericorum, in eandẽ &c.
Thomas præſes Gyragates, in eandem &c.
Theophylactus præſes * Thodiæ, &c.
Dauid præſes ſancti Thyrſi, in eandẽ &c.
Ioannes pręſes Faccorum, in eandem &c.
Gregorius præſes Agaurôn, &c.
*Doſitheus præſes Mnemoſynes, &c.
Theodorus præſes * Amorrhæi, &c.
Conſtantinus præſes ſanctorũ trium puerorum, in eandem ſentẽtiam ſubſcripſit.
Antonius præſes Dodecathei, in ean. &c.
Paulus p̃ſes ſancti Petri ciuitatis Pœmanînôn, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Macarius præſes Pſarodi, in eandẽ ſen. &c.
Antonius præſes ſanctorum Apoſtolorum Magneſiæ, in eandẽ ſenten. ſubſcripſit.
Calliſtus præſes diuerſorum monachorũ Cypri, in eandem ſentẽtiam ſubſcripſit.
Daniel præſes Columbarij, in eandem &c.
Ioannes præſes ſancti Vitalis, in eandẽ &c.
Theodorus præſes Lemni, in eãdẽ ſen. &c.
Georgius p̃ſes Dominicorũ, in eandẽ &c.
Euphemius præſes Oxybetôn, in eãdẽ &c.
Baſilius, p̃ſes ſancti Andreæ, in eandẽ &c.
Baſilius præſes ſanctæ Deiparæ, &c.
Ioſeph præſes Saluatoris, in eandẽ ſen. &c.
Nicephorus præſes ſancti Andreæ, &c.

Leo præſes * Celleorum, in eandẽ ſent. &c.
Leo præſes Aquæ albæ, in eandẽ ſentẽ. &c.
*Iſidorus præſes Latri, in eandem ſen. &c.
Nicephorus præſes ſancti Medicij, &c.
Theodorus præſes Atractrôn, in ean. &c.
Ioannes præſes * Coëlagiorũ, in eandẽ &c.
Paulus pręſes Cybeôn, in eandem ſen. &c.
Euſchemon præſes Creſôn, in eandẽ &c.
Epiphanius præſes Paranãdij, in eandẽ &c.
Dauid præſes ſancti Sergij * Prijecij, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Agapius pręſes ſancti Thyrſi, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Theodoſius præſes ſanctæ Deiparæ, &c.
Theophylactꝰ præſes Pepuzôn, in ean. &c.
Antonius pręſes * Oüzias, in eandẽ ſen. &c.
Philippus præſes Beſcôn, in eandẽ ſen. &c.
Acacius præſes ſancti Oreſtę, in eandẽ &c.
Petrus monachus & ex pſona Cellariorũ, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Zacharias præſes Sugdaôn, in eandem &c.
Theophilus monachus, & ex pſona præſidis ſanctæ Deiparæ Photini, in eãdẽ &c.
Cerycus præſes Dulocomiæ, in eandẽ &c.
Sergius præſes Germiorum, in eandẽ &c.
Ioannes præsbyter ſancti Ioſeph Germiorum, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Victor præſes * Octauini, in eandẽ ſen. &c.
Antonius præſes Acraborum, in eandẽ &c.
Petrus præſes Platanij, in eandem ſen. &c.
Marcus præſes ſancti Ioannis Theologi, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Leo præſes ſanctæ Deiparæ * Saldalôn, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Cõſtantinus præſes * Antypſili, in ean. &c.
Theodorus monachus ex pſona Theodoti præſidis Calocetôn, in eandem ſen. &c.
Eutychianus monachus Calliſtrati, &c.
Theodotus monachus ſanctę Deiparę Epicanzę, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Ioannes monachus, & ex perſona præſidis Locuſtarum, in eandẽ ſententiam ſubſc.
Calliſtus monachus eiuſdem monaſterij, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Victor p̃ſes ſanctæ Deiparæ monaſterij caſtri Tij, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Samuel monachꝰ archangeli Gabrielis, &c.
Theodoſius præſes ſanctæ Trinitatis, &c.
Ioannes monachus & ex perſona Strategij abbatis ſanctæ Deiparæ, in eandem &c.
Hilarion monachus ſanctę Deiparę Cellariotum, in eandẽ ſententiam ſubſcripſit.
Doſitheus monachus ſancti Theodori Secundorũ, in eandẽ ſententiã ſubſcripſit.
Paulus præſes ſanctæ Deiparæ, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Leo præſes ſancti Cyriaci, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Epiphanius præſes ſanctæ Deiparæ Lines, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Georgius p̃ſes ſanctæ Deiparæ, in ean. &c.
Coſmas pręſes Paradiſi, in eandem ſen. &c.
*Euſchemius monachus Saluatoris prope *Byraicen, in eandem ſententiam ſubſcr.
Bardas præſes & archimandrita Pluſiados, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Petrus pręſes ſanctorum Apoſtolorũ caſtri Protiles, in eandẽ ſententiã ſubſcripſit.
Baſilius monachꝰ ſanctæ Deiparæ ciuitatis Amorij, in eandẽ ſententiã ſubſcripſit.
Baſilius presbyter monaſterij Acutæ petrę, in eandem ſententiam ſubſcripſit.
Philippus præſes Eumeniæ, in eandem ſententiam &c.
Baſilius pręſes ſancti Luciani, in eandẽ &c.
Theophylactus pręſes Pegaſij, in eãdẽ &c.
Antimus monachus Pſammathij, in eãdem ſententiam ſubſcripſit.
Michael p̃ſes ſancti Georgij, in eandẽ &c.
Chriſtophorus præſes Candelarum, &c.
Nicolaus præſes Cæmirgiôn, in eandẽ &c.
Siſinnius præſes Lithini, in eandẽ ſent. &c.
Thomas monachꝰ Moſynôn, in eandẽ &c.
Michael monachus & ex perſona præſidis ſanctæ Deiparæ à Turri, in eãdẽ ſen. &c.
gregorius pręſes Symbolorũ, in eandẽ &c.
Ioãnes pręſes Rudorum, in eandẽ ſent. &c.
Conſtantinus præſes ſancti Petri Hydendrôn, in eandẽ ſententiã ſubſcripſit.
Simeon præſes Abraamitarũ, in eandẽ &c.
Gregorius præſes ſancti Clementis, in eãdem ſententiam ſubſcripſit.
Theognes præſes ſancti apoſtoli Timothei inſulæ Cretæ, in eandẽ ſententiam ſubſ.
Ioannes p̃ſes ſancti martyris, in eandẽ &c.
Theodoſius præſes ſanctæ Deiparę in Blachernis, in eandem ſententiam ſubſcrip.
Petrus præſes ſancti Ioannis Theologi, in eandem ſententiam ſubſcripſit.

* Antypſeli

TOM. 3.

ACTIO QVINTA.

IN nomine Domini & dominatoris noſtri Ieſu Chriſti veri Dei, imperantibus pijſſimis & Chriſto deditiſſimis noſtris regibus & Imperatoribus Cõſtãtino cum deuota eius matre anno octauo cõſulatûs eorum, quarto Nonas Octobris, indictione vndecima, conueniente ſancta & vniuerſali ſynodo, iuxta diuinam gratiam & piorum noſtrorum Imperatorũ à Deo declaratorum mandatum, in Nicea ſplendida metropoli prouinciæ Bithyniæ congregata, hoc eſt, Petro religioſiſſimo primate presbyterorum ſanctiſſimæ Romanæ Eccleſię beati apoſtoli Petri, & Petro religioſiſſimo presbytero, monacho & pręſide ſanctiſſimi in vrbe Roma monaſterij ſancti Sabæ, tenentibus locum Apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi veteris Romæ Adriani: & Tharaſio ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo inclytæ Conſtantinopoleos nouæ Romæ, Ioanne item & Thoma religioſiſſimis presbyteris & monachis, locum tenentibus Apoſtolicorum thronorum Orientis dicœceſeos, ſedentibus ante ſacrum ambonem ſanctiſſimæ magnæ Eccleſiæ, quæ vocatur Sophia, præſentibus & audientibus glorioſiſſimis & magnificentiſſimis ducibus, Petrona glorioſo exconſule patricio, comite Imperatorij obſequij: & Ioãne regio oſtiario. quæſtore ærarij militaris, ac tota ſynodo iuxta primam ordinationem cõſidente, ſimul cum deuotiſſimis archimandritis præſidibus monachorum turbæ: depoſitis in medium ſacris & inuiolatis Euangelij Dei codicibus, Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Deus qui ventura nobis per prophetas nunciauit, per prophetam Hieremiam de nouis iſtis in Eccleſia catholica vanitatum & dogmatũ authoribus ait: Duo enim mala fecit populus meus. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quę nõ poſſunt continere aquas. Ciſterna igitur diſſipata, hæreticorum quæuis oratio eſt, ex qua Chriſtianorum calumniatores, quiq; eam hęreſim induxêre, hauſerunt, potaueruntq; ex ea ſimplices peruerſionẽ & errorem intolerabilem, quibus per propheticã vocem, Væ væ immittetur. Imitati enim Hebræos, Saracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichæos, phantaſiaſtas & hæreticos, qui Deũ paſſum fuiſſe aſſerunt, ſanctarum imaginũ vſum prohibere volucrunt, quem tamen à primordijs in Eccleſia catholica fuiſſe, ex ſanctorum patrum lectione clarum eſt.

Hier. 2. c

Ciſterna diſſipata.

Conſtantinus ſanctiſſimus epiſcopus Conſtantiæ, quæ eſt in Cypro, dixit: Legãtur & ſi qui plures ſunt libri, in redargutionem & triumphũ falſæ iſtius & calumniatricis congregationis.

Leontius Sacratus regius ſecretarius, dixit: Iuxta ſacræ ſynodi iuſſionem adſunt diuini libri, quos legi operæprecium eſt. Quin etiàm & canones hæreticorum contra venerandas imagines editi.

Sancta ſynodus dixit: Legantur.

Coſmas diaconus & notarius & cubicularius, legit: BEATI PATRIS NOSTRI Cyrilli archiepiſcopi Hieroſolymorum in cateheſi ſecũda, cuius initium, Grauis res peccatum, & animæ difficilimus morbus legis tranſgreſſio. Inter alia: Quæ verò tibi ſententia eſt de Nabuchodonoſor? Non meminiſti ſcripturæ, vbi impijſſimus appellatur, moribus item feriſſimus, leonina volũtate? Ignoras quòd oſſa regum ad Jucem eduxerit? ignoras quòd populũ captiuum duxerit, quòd regis oculos eruẽrit, ſimul illi iugulatos filios obijciens? Non audiuiſti, quòd Cherubin rapuerit, nõ (inquam) intellectilia illa & cæleſtia, verùm ea quæ in templo erant collocata, obumbrantia propiciatorium, è quorum medio Deus loquebatur?

Ex Cyrillo archiepiſcopo Hieroſo.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Animaduertamus quomodò accuſetur Nabuchodonoſor, q̃ Cherubim ſubuerterit, quan-

nem ibi corona cinctam videt, lucernasq; adstantes, & ante eam aram. aduocato autē Lycomede, dixit: Quid sibi vult hæc imago? quem deorum tuorum sic depingi curauisti? Video te nōdùm gentilitatem exuisse. Lycomedes autem illi respondit: Deus quidē hic mihi solus est, qui me à mortuis cū coniuge mea suscitauit. Si verò post Deum eiusmodi benefactores deos licet appellare, tu es qui in imagine depictus es, quem ego corono, amo & colo, vtpotè qui mihi dux bonorum omnium fuisti. Ioannes autem cùm faciem suam nōdùm vidisset, dixit illi: Ludis tu quidem me fili mi, putásne me tali forma? quo modo mihi persuadebis, vt hæc imago mihi assimiletur? Lycomedes autem speculum illi obtulit, in quo postquàm seipsum fuisset contemplatus, dixit: Viuit Domini Iesus Christus, imago hæc mihi similis est. Malè verò hanc rem fecisti.

EX EODEM LIBRO.

Ex eodem alia narratio.

Aliquandò cùm Iesum vellem apprehēdere, in materiali & crasso corpore mihi occurrit: aliàs cùm illum tangere studerem, immateriale erat & incorporeū subiectū, ità vt planè nihil esset. Aliquandò autem à pharisæo quodam ad cœnam vocatus, istuc nobis comitantibus concessit. Vnusquisq; autem nostrùm panem dimensum vnum tātùm accepit, quinetiàm & ipsi datus vnus est: quem postquàm benedixit, nobis diuisit. Breuì autem omnes satiati sumus, neq; tamen quisquam nostrùm panem suū gustauerat, qua de re perculsi sunt admiratione, qui nos vocauerant. Sæpè autem quandò cum illo ambulare, animaduerti, num alicubì pedis vestigium, cùm pedes de terra eleuaret, imprimeret: verùm obseruanti mihi nunquàm contigit hoc videre. Illud autem vobis refero, quò fides vestra magis confirmetur. Magnalia enim eius & admiranda quæ fecit, satiùs nunc fuerit tacere. Sunt enim arcana, quę neque dici, neq; audiri possunt. Priusquàm autem ab impijs Iudæis comprehenderetur, omnes nos cōgregans dixit: Antequàm ego illis tradar, laudes dicamus patri, & sic ad institutum progrediamur. Iubens itaque nos illū circungyrare, manibus inuicèm amplexabamur. Ipse autem in medio consistens, dixit: Amen, auscultate autem me. Cœpit igitur hymnum dicere, inquiens: Gloria tibi pater. & nos illum cingentes, subaudiuimus, Amen. Gloria tibi verbum, gloria tibi gratia, amē. Gloria tibi spiritus, gloria tibi sancte, gloria tuæ gloriæ, Amen. Laudamus te pater, gratias agimus tibi lumen, in quo tenebræ non morantur, Amen. In quo gratias agimus, dico. Saluari volo, & saluare volo. Solui volo, & soluere volo, Amen. Vulnerari volo, & vulnerare volo, Amen. Nasci volo, & generare volo, Amen. Edere volo, & edi volo, Amen. Audire volo, & audiri volo, Amen. Intelligi volo, cùm sim totus intellectus, Amen. Lauare volo, & lauari volo, Amen. Gratia choreas ducit, canere tibijs volo, vos omnes saltate, Amen. Lamentari volo, tundite pectora omnes, Amen. Et inter alia: Hæc dilecti mei saltate nobiscum. Dominus autem egressus est, nos autem velutì aberrantes, aut è somno mox experrecti, alij aliò fugimus. Ego autem cùm viderem illum patientem, nequaquàm potui passionem illius ferre, sed fugi in montem Oliuarum, flens ob ea quæ acciderant. Et cùm hora diei sexta cruci esset affixus, tenebræ super totum terrarum orbem factæ sunt. Et Dominus meus stans in medio speluncę, & illuminans me, dixit: Ioannes, à peruersis Iudæorum turbis crucifigor, lanceis & calamis pungor, acetum & fel mihi in potum dant, tibi loquor, & quod loquor audi. Ego iubeo te ascendere in illum montem, vt audias quæ oportet discipulum à magistro audire, & hominem à Deo. Hæc cùm dixisset, per lumen mihi crucem ostendit, & circa crucem populum magnum non vnius figuræ. at in ipsa cruce erat vna forma, & idea similis. Ipsum verò Dominum supra crucem vidi non habentem formam, sed solam vocem. Vocem autem non illam quidem nobis consuetam, sed propriam quandam & bonam, & verè diuinam, ad me dicentem: Ioannes, vnùm oportet vt à me audias, vnum enim in futuro opùs est vt audias. Hæc crux huius lucis aliquādò à me per vos verbum vocabitur, aliquandò mens, aliquandò Christus, aliquandò ianua, aliquandò via, aliquandò panis, aliquandò semen, aliquandò resurrectiò, aliquandò filius, aliquandò pater, aliquandò spiritus, aliquandò vita, aliquādò veritas, aliquandò fides, aliqñ gratia.

Matt. 27.a Marc. 15.c Luc. 23.f Ioan. 19.a

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Videamus, quia totum hoc opus euāgelio repugnat.

Sancta synodus ait: Certè domine, dicit enim incarnationem esse opinionem.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: In his periodis scriptum est, quòd neque edebat, neque bibebat, neque pedibus super terram ambulabat, quæ ab hæreticorū phantasiastarum opinione non abludunt. Verùm in euangelio scriptum est de Christo, eum & edisse, & bibisse. Nam & Iudæi de illo dicebant: Eccè homo edax & vini potator. Qua ratione etiàm mentiti sunt, quòd terram pedibus non calcabat. Quomodò enim scriptū est, Iesus de via fessus, sedit ad puteum?

Matt. 11.c

Ioan. 4.a

Constantinus sanctissimus episcopus Constantiæ, quæ est Cypri, dixit: Hic est liber ille, quem falsa synodus adduxit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Profe-

Profectò quæ in eo habentur, risu digna sunt.

Theodorus Catanes episcopus dixit: Hícne liber euertet omnia Dei ecclesiarū ornamenta?

Euthymius Sardensium episcopus dixit: Decebat eiusmodi congregationem tales habere libros.

Constantinus sanctissimus episcopus Constantiæ, quæ est in Cypro, dixit: O insignem blasphemiam. Ioānem inquit apostolum in montem Oliuarum fugisse tunc, cùm crux leuaretur: & tamen Euangelium testificatur, quòd cum illo aulam Caiphæ ingressus sit, & quòd steterit prope crucem cum matre Domini.

Ioan. 18. c Ioan. 19. c

Sancta synodus dixit: Omnis hæresis ab hoc libro dependet.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Heu heu, ô qualibus hæreticorū libris hæresim suam constituunt.

Gregorius Neocæsareæ episcopus dixit: Liber iste omnis impietatis & sceleris est parens, & tamen contra idola de Lycomede ex eo testimonium citant.

Ioannes presbyter, monachus & locum tenēs Orientalium diœcesium patriarcharum, dixit: Inducit Lycomeden coronantem imaginem Apostoli, quemadmodùm Græci sua idola.

Basilius sanctissimus episcopus Ancyrę, dixit: Absit, quòd sanctus Ioannes coram Tito euangelium suum proloquutus sit.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Prælectæ hæ sententiæ súntne Euāgelicæ?

Sancta synodus dixit: Nequaquàm. Non enim quæ priùs lecta sunt, recipimus, neq; etiàm ea quæ de Lycomede posteà dicuntur.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Qui priora recipit, recipit & posteriora, & media, & quæ de Lycomede dicuntur, quemadmodùm falsum cōciliabulum fecit.

Sancta synodus dixit: Anathema sit illi libro à principio vsque ad calcem.

Ioannes presbyter, religiosissimus monachus, vicarius thronorum trium patriarcharū Orientis, dixit: En patres sancti, manifestè declaratum est, antesignanos istos Christianorum calumniatores, verè participes & communicātes cum Nabuchodonosor & Samaritis, immò etiàm cum gentibus & Iudæis, ad hæc cum impijs & execrādis Manichæis, quorum testimonia adduxerunt. Hæc enim sunt eorum, qui verbi Dei incarnatam dispensationem, phantasiā esse dicunt. Sed illis sit cum ipsis commentarijs anathema.

Sancta synodus dixit: Anathema.

Petronas magnificentissimus patricius dixit: Si iubes domine, quæramus episcopum *Amorrhij & Neocæsareæ, num ij libri in falsa illa synodo fuerunt lecti.

Gregorius Neocæsareæ episcopus, & Theodosius Amorij, interrogati dixerūt: Non per Deum talis liber illic visus est, sed ex falsis citationibus nos deceperunt.

Sānctissimus patriarcha dixit: Ex propria cogitatione quæ volebant, explicuerunt.

Petronas magnificentissimus patricius dixit: Sed tamē ex regia procuratione cuncta faciebant.

Gregorius Neocæsareę episcopus dixit: Sæpè dixi, & iterùm dico pater, nunquàm in medium tales libri aut patrum quoquè scripta isthuc allata sunt, sed ex falsis quibusdam citationibus nos deceperunt. Hęc autem de Lycomede, vidētur & nobis abominanda.

Ioannes sanctissimus presbyter monachus, locum tenens Orientalium præsulū, dixit: Si videbitur sanctæ huic & vniuersali synodo, pronuncietur sententia, nè quis ampliùs eum librum describat, impurū & impium.

Sāncta synodus dixit: Nemo ampliùs describat: nec id solùm, verùm dignum iudicamus qui Vulcano committatur.

Petrus religiosissimus lector legit: Sancti Amphilochij Episcopi Iconij de falsò inscriptis ab hæreticis libris, cuius initium, Iustum quidem arbitramur omnem eorum impietatem detegere, & errorem eorum in publicum proferre. Proferunt enim libellos quosdam, quibus apostolorum titulum affingunt, in hoc, vt rudiores & simpliciores decipiant. ET PAVLÒ PÒST: Ostēdemus autē quinam sint hi libri, quos proferunt nobis insani Ecclesię desertores, nō quidem Apostolorum acta, sed dæmonum commentaria. ET INTER ALIA: Hæc sanè Ioannes apostolus non dixit: Nam qui scripsit in Euangelio, Dominum de cruce dixisse, Mulier, eccè filius tuus, vt & post eū diem in suam acceperit MARIAM, quomodò hoc loco dicitur, quòd non adfuerit? Sed non est nouum illud. Quemadmodùm enim Dominus veritas ipsa est, ità diabolus mendax existit. Est enim verè mendax, & pater mendacij. Cumque mendaciū loquitur, de proprijs id agit. Et hæc quidē de mendacijs.

Amphilochius Iconij episcopus

Ioan. 19. c

Ioan. 14.

Ioan. 8. c

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Magnus est beatus pater noster Amphilochius. Audiuimus autem quid de itinerarijs istis sentiat, quamobrem nihil nos ampliùs titulus iste moueat.

Basilius Ancyræ episcopus dixit: Nullus liber est, qui Euangelio magis repugnat. Non est igitur mirandum, si & de imaginibus alienam habeat opinionem.

Sanctissimus patriarcha dixit: Rectè pater sanctus nugacitatem & impudentiam istius libri retudit.

Sancta synodus dixit: Rectè pater.

Nicephorus episcopus Dyrrhachij, dixit: Satiùs fuisset vt liber Amphilochij lectus fuisset,& nó itinerarium: contaminauit enim aures nostras.

Sancta synodus dixit: Sed ad maiorem cautionem,bonum fuit vt legeretur.

Eusebij Páphil. epist. ad Cónstántiam Licinij vxoré.

Tharasius patriarcha dixit: Eusebiú Páphili tanquàm testem adduxerunt illi, qui contra sanctas imagines nugantur. Adduxerunt autem epistolam illius ad Constantiam Licinij vxorem scriptã. Videamus autem quam habeat opinionem Eusebius.

Stephanus religiosissimus monachus legit:Eusebij Pamphili ad *Euphrationem, cuius initium,domino meo per omnia cófiteor.Inter alia: Non enim coéxistere dicimus filium patri, verùm præexistere patrem filio.Nam si simul existant,quomodò pater erit pater? quomodò filius filius?aut quomodò ille primus,hic secundus, & ille quidem ingenitus,hic verò genitus? Nam duobus simul secum existentibus, eadem vtriusq; erit æstimatio. Est aut vtraque (vt ità dixerim) ingenita,aut alterutra genita, sed neutrum horum verum est. Neq; enim ingenitum,neque genitum fuerit. Sed hoc quidem prius & ordine,& dignitate secundo erit,& in eo quod est, & quod eiusce modi existit.

Sanctissimus patriarcha interrogando dixit:Recipimus hoc?

Sacra synodus dixit: Nequaquàm Domine.hic reliquis nobis maiore odio prosequendus.

Basilius sanctissimus Ancyrę episcopus, dixit:Nó veniat Christiano homini in mẽtem,vt sic loquatur. Lectum autem est ex eadem epistola.Inter alia: Eundem autem & solum verum esse docet, per quæ dicit, vt cognoscant te solum verum Deum, non vt vno solo existente Deo, sed vt solo vno existente vero Deo,cum maximè necessaria adiectiõe,vero: quandoquidem & ipse quidem Deus filius,sed non verus DEVS: vnus enim est & solus verus Deus,quia neminem habet ante se.Si verò & filiꝰ verus, id est, tanquàm imago Dei veri, sit & Deus,quando & Deus erat verbum,non tamẽ vt solus verus Deus.

Ex eadem epistola,

Christophorus sanctissimus episcopus sanctæ Cyriacæ,dixit:Ter sancte Domine & sacra sanctaque synode,quemadmodùm nos habuimus à Deo scriptos libros Apostolorum,prophetarũ, reliquorumq; sanctorum, ità decebat eiuscemodi libros in testimonium & roborationem illam falsam synodum habere.

Sacra synodus dixit:Anathema & libris illis,& qui illos legunt.

Petrus & Petrus sanctissimi presbyteri vicarij Adriani papæ veteris Romæ, dixerunt:Ipsa lectio indicat,quòd Arrianorum sententiam sapiat. habet enim antè lectus Eusebij Pamphili liber & alias blasphemias,quas synodus audire respuit.

Sanctissimus patriarcha dixit: Libros illius reijciamus.

Sancta synodus dixit:Reijcimus & anathematizamus.

Antipatri Bostrorũ epis. refutatio apologię pro Origene ab Eusebio Pamphili cõscriptæ.

Stephanus religiosissimus monachus dixit:Antipatri episcopi Bostrorum refutatio apologiæ pro Origene ab Eusebio Páphili episcopo Cæsareæ conscriptæ, liber primus,cuius initium, Ego quidem sufficienter & satis scriptum esse religiosissime & beatissime pater Ioannes, à tua sanctitate in varijs tractatiõibus arbitror. ET PAVLÒ PÒST: Quòd autẽ vir multiscius fuit, qui omnes veterum libros &commentaria inuestigans & inquirens, & propemodùm omnium sententias & opiniones exponẽs, plurima commentaria reliquerit, quorum aliqua digna sunt vt approbentur, non eo inficiàs. Quòd autem aliqui ex eo nitũtur probare eum non errâsse, quòd veterũ patrum omnium mentem & sententiam, vtpotè tot libris lectis,tenuerit,hoc ego non omninò tibi concedo. Potuit enim omniú veterũ commentaria facilè corradere,cùm Imperatoriam voluntatem & studium pronum sibi in hoc habuerit. Nego autẽ eum in dogmatibus quicquam profecisse: multimodam etiàm cognitionem illi tribuo, dogmatum verò stabilitatem & constantiã illi nego. Fuit enim longè inferior certitudine ista dogmatum. ET POST PAVCA: Vt mihi planè non sit ingrediendum in illius sententiam. priùs enim apologiam illã excutere volumus,vt ità non illum solùm, pro quo apologia scribitur, sed & ipsum authorem,hæreticos ostendamus. Inter alia:Indicabam clarè & verè, & sinè ambiguitate quendam ex præclaris Ecclesię doctoribus,docuisse animas hominum priùs existere,neque fallacias aliquas in adstruendo assero. In hoc enim, quòd indicare conatus es egressum filij ad patrẽ, primùm quidem peregrina opinio habita est. Tua enim est hæc,& eorum qui stant à partibus tuis:quamobrem in præsenti de hac re nobis nihil est dicendum: olim enim vniuersali synodo tractatum est,& determinatũ. In hoc autem non consentire, neque hæc quæ nobis obiecta sunt,exquirere,non putârim decorum esse.

Sanctissimus patriarcha dixit: Ostensa sunt commẽtaria Eusebij,aliena esse à sancta Ecclesia catholica.

Theodori lectoris ecclesiastica historia.

Demetrius religiosissimus diaconus & armarij custos,legit: THEODORI LECTORIS ex historia ecclesiastica.Persa quidem Xenæus nomine,qui illis temporibus Calandrion inueniens ecclesiastica dogmata adulterantem,virosque peruertentem, de regione discessit. De hoc multa à diuersis audiens, particulatim omnia recensebo.

Ex Persida enim proprium dominum fugiens,Romã peruenit. ET PAVLÒ PÒST: Hũc Petrus pro Cyro Hierapolim episcopum mittit,hunc non longè posteà episcopi Persici insequentes, seruilibus parentibus ipsum seruum quoquè natum,& nondùm baptizatũ,accusabant: quod cùm Petrus cognouisset, neque satis cognosceret quid de illo ageret,dixisse fertur,Sufficere illi episcopi ordinationẽ ad satisfactionem diuinæ initiationis.

Ioan. Diacrimonij ex ecclesiastica hist.

Stephanus diaconus & notarius sacri patriarchici,legit: Ioannis Diacrimomij ex historia ecclesiastica:Non esse decens dicebat Xenæus,angelos existentes incorporeos,corporea forma effigiare,& in humana effigie incorporeos repræsentari. Quinetiàm & hæc fuit opinio eius, Christo non dandum esse honorem,aut laudem dicendam in pictura hominum arte elaborata. Esse autem illi solummodò acceptam adorationem in spiritu & veritate.Inter cætera autẽ dicebat,& hoc esse puerilis animi factum,fingere in columbæ idolo ter adorabilem Spiritum sanctum. Nusquàm enim euangelicis scriptis traditum esse,Spiritum sanctum columbam esse, sed quòd in specie columbæ aliquandò visus est.Id autem dispensatiuè,& nó substantialiter, factum esse.Ità,vt semèl dicam vno verbo, intempestiuum putabat & inconueniẽs, pios homines Spiritum sanctum, vt corpus habentem,delineare. Hæc Philoxenus docens, simul cum ipsa doctrina opere rem demõstrabat.Sæpè angelorum imagines adferẽs eiecit. Christum autẽ imagines repræsentantes omnes in vnum locum collocauit.

Ioan. 4 c

Matt.3,d Marc.1,a Luc.3,d Ioan.1,a

Sanctissimus patriarcha dixit: Audiuimus viri sacerdotes,quales fuerunt,q imagines non receperunt, non baptizati, Manichæi, qui phantasiam de dispensatione Domini agnoscunt. Ex sceleribus eorum & impuris dogmatibus,Christianorum accusatores,& hæreseos authores, occasionẽ acceperunt.

*Sabbas

*Sabas sanctissimus præses studij, dixit: Gratias agimus Deo, & bonæ Imperatorũ nostrorum dominatorum voluntati, quòd falsi illi custodes adulterinæ istius synodi, victi sunt,cùm hæreticis qui à partibus eorum stabant.

Sancta synodus dixit:Anathema illis.

Testimoniũ S. Sabę abbatis

Cõstantinus religiosissimus lector sanctæ magnæ Ecclesiæ, legit. Ex sancto patre nostro Saba:Flauiano igitur & Elia sanctis patriarchis in *Sindone existentibus,vt dictum est, literisque adulatorijs & vniuersalibus apud Imperatorem vtentibus,& in *Sindone congregatã cõtra fidem rectam synodum dissoluentibus, in propriasque sedes reuertentibus,Sotericus & Philoxenus, in iram insuperabilem Imperatorem excitârunt,vtpotè qui esset deceptus à patriarcharum vafricia & simulatione: & accipientes quam volebant potestatem, aurumque ingens Antiochiensium populo largientes, Flauianum mirificè tribulârũt, & propemodùm suffocârunt, compellentes hominẽ, vt Chalcedonæ habitam synodum anathematizaret. ità illo ab episcopatu fugato,exulem declarârunt,Seuerũq; Acephalorũ principẽ,episcopũ designârũt.

* synodo

* synodo

Antonius religiosissimus monachus legit:Ex narratione quæ data est sanctę synodo,quæ congregata est in hac regia ciuitate,contra Seuerum hæreticum & acephalum,à clericis & monachis sanctæ Dei Ecclesię inclytę ciuitatis Antiochię,cuius initium,Nunc si quãdò vnquàm ó beatissimi. Et paulò pòst:qualia verò sanctissimi & circa Daphnes fontes facere ausus est, magia vsus,& incensis impijs dæmonibus seruiẽdo,tota nouit ciuitas. Quin etiàm neque sacris altaribus pepercit, neque sacra vasa intacta reliquit.Hæc quidem vt detestanda sculpens, illa verò conflans & erogans suis complicibus. Ausus etiàm aliud fuit, sanctissimi:aureas & argenteas columbas, in figura sancti spiritũs supra diuinos fontes suspensas,cum alijs abstulit, dicẽs, non oportere in specie columbæ Spiritum sanctum nominare.

ex Constãtinopolit. synodo contra Seuerum.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Si in nomine sancti spiritũs dedicatas colũbas sancti patres receperunt, quanto magis corpus incarnati verbi, & in terris in corpore visi, recipiendum? Credite autem mihi,Anastasium ducem Constantinopolitanum, aureas argenteasque iconas sibi adscripsisse,si modò hoc fecit Seuerus.

Ioãnis epi Gabalõn in vitã & politiam Seueri hęresiarchæ.

Stephanus religiosissimus monachus, notarius & referendarius, legit: Ioannis episcopi Gabalõn,in vitam & politiam Seueri hæresiarchæ,cuius initium, Si noluisset Seuerus aut vitæ semper suæ.Et paulopòst: Neque etiàm sanctorum angelorum honorem illæsum esse siuit.Frequenter autem sermonem,in gradibus stans,hac de re habebat,populumque sæpè persuadere conabatur etiàm in ipso templo sanctissimi Michaẽlis, non decere purpureas angelos vestes,sed albas,non ignorans,sanctis non esse curę potestatibus,quo vestitu vtantur. Studebat autem & hæc discerpere & commouere,nè, quo modo res se haberet, cognosci posset.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Animaduertamus, quòd præter reliqua etiàm in hoc accusatus est,qui non purpureas vestes angelis,sed albas, attribuendas esse docebat.

Demetrius religiosissimus diaconus & armarij custos,dixit: In sancta magna Ecclesia Constantinopolitana, cùm velũ obtegerem,interiusque manum mitterem in breuiarium, inuẽni duos libros relictos,

per imagines deargentatos: quas cùm quærerem, cognoui eas in igné cóiectas & exustas. Inuéni & alium librum Constantini Chartophylacis, continentem quædam de venerandis imaginibus. Folia autem illa quæ de ea re tractabant, exciderunt, eumq; librum en sacræ synodo offero. Idem Demetrius librum omnibus indicauit, foliorumque excisionem.

Cóstantinus Chartophylax.

Leontius Cathosiomenus à secretis, dixit: Est & aliud, quod in hoc libro dignum admiratu est. Nam vt videtis, argenteas tabulas habet, & vndiquè sanctorum imaginibus decoratus existit. Ipsi verò rem linquentes, hoc est, imagines, ea quæ de imaginibus intùs scripta sunt, excíderũt: quod sanè extremæ dementiæ facinus est.

Sácta synodus dixit: Anathema, qui sciderunt & consultârunt.

Leo sanctissimus episcopus Phoceæ, dixit: Ex hoc libro folia exciderunt & perdiderunt: in ciuitate autem in qua ego habito, vltra triginta libros igne combusserunt.

Sabas præses studij dixit: Moris est, Domini, cęcis, vt lumen non videant: hinc etiàm & illi cæci existentes in anima, obtenebrati sunt.

Demetrius religiosissimus diaconus & armarij custos, legit: Constantini diaconi & Chartophylacis sanctissimæ magnę Dei Ecclesiæ Cóstantinopoleos, in omnes sanctos martyres, qui per omnem terrarũ orbem pro Christo certârunt. Deindè iudices dixerunt: Putatísne vos, quòd in ære & lapidibus salutem collocamus? Nónne ad potestatem aliquam prouisoriam aut contentricem adspicimus, à qua optima nobis contingunt? Quomodò autem (dixerunt martyres) plastæ & lapicidæ statuarũ multitudinem varijs formis præparant, templisque affigunt? Vos autem sacrificijs eas honoratis, & miseriarum liberationem ab eis poscitis, illas inuocantes. Quid est autem causæ, quòd & (vt dicitis) diuina, quæ tyranni apud vos designârunt, nó insculpitis in imaginibus? nos autem accusatis, & tamen longè superstitiosiùs in hisce rebus nobis estis affecti. * Nunquid autem & vos pugiles vestros sculpitis, & tamen non dicendis conuicijs imaginum picturam & afficitis? Agèagè, de hoc errore & ambiguitate sententię vos liberabimus, dicunt sancti martyres. Non enim diuinum, simplex existens & incomprehensibile, formis & figuris assimilamus: neque cera & lignis supersubstantialem, & ante principia existẽtem substantiam, honorare nos decreuimus. Sed primò per transgressionem superato homine, & audenti illa potestate desertoria detracta, natura opùs habuit reparatore. Non enim poterat succũbens ex se conflictum, quo fuerat inferior, restaurare, inimico casum vrgente, neque patiente respirare, neque par erat in secunda lucta tyrannum excuti, quarè ipse opifex proprię creatiõis Trinitatis Deus vnus & verbum, non substituit aliquem ex suis creaturis, sed potestate qua ipse valebat, vsus, certamina pro nobis in humana natura subiuit. Et paulopòst: Igitur in qua visus est ab hominibus figura, & in qua conuersatus est inter homines, in tabulis pingitur: qua ratione per diuinum typum, eius salutaris potentiæ recordamur.

*Nónne

Cóstantini diaconi Cóstantinopoli. de martyrib.

Baruc. 3.

Sanctissimus patriarcha dixit: Gentiles propter idola martyres accusabant, & dicebant eis, qua gratia certatis, & nostras similitudines cótemnitis, cùm & vos ipsi habeatis proprias imagines? Sancti autem sic respondent: Sed nos statuas dęmonum nó facimus, sed verbi Dei incarnati imagines pingimus, eiusque sanctorum, non tamen confestim eos deos facimus.

Liber qui dã in'de fensionẽ imaginũ.

Cosmas religiosissimus diaconus & cubicularius, dixit: Librum hunc quem fero in manibus, veteris est testamẽti cum scholijs suo loco appositis: inuéni autem eum in patriarchio. Habet autem scholion in defensionem imaginum. Insidiatores autę veritatis expunxerunt scholion. eccè vestigia, adhuc siquidem ferè appárẽt. Inspicite, obsecro, venerandi patres.

Exo. 20. Deut. 5.

Idem religiosissimus Cosmas aperiẽs librum, omnibus in sacra synodo existentibus locum deletum indicauit, quæque adhuc aliquantulum extabant, legit: Non erunt tibi dij alij præter me. Non facies tibi idolum, neque alicuius similitudinem, quæcunque in terra infrà, & quęcunque in aquis deorsùm subter terram, non adorabis ea, neque seruies illis. Scholion: Etsi facimus hominum piorũ similitudines, non tamen ea fiunt, vt adorentur vt dij, sed vt eas vidẽtes, ad imitationem facinorum illorũ * iritemur. Si verò similitudines Christi facimus, sanè non propter similitudiné adoramus, sed quô mens per ea quæ conspexit, sursùm volet. Non enim imaginem corruptibilem hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo incommutatè dignatus est fieri, facimus illius imaginem velut hominis, quanuis sciamus eum naturam DEVM existentem. Non idem igitur, Deum & imaginem dicimus: sed Deum cognoscentes, similitudinẽ in imagine dispensationis illius humanę figuramus. Gentiles autem errantes, similitudines deos esse arbitrantur.

* incitemur.

Adductus est & alter libellus, candẽ habens loci illius scripturæ explicationem, in qua & illud lectum scholion erat. Eum autem acceptum Gregorius episcopus Cæsareæ legit, hîc faciliùs apparẽte scriptura expuncta & prælecta,

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Hæc

Hæc fecerunt dicti patriarchæ, Anastasius, Constantinus & Victor, hæretici.

Theodorus Episcopus Myrorum, dixit: Si fuisset iste thesaurus omnibus obuius, non sanè quisquam mortalium fuisset læsus. Deus autem reddat illis in die illa, qui eiusmodi celant.

Theodorus Episcopus Catanes dixit: Tales profectò digni sunt anathemate: veritatis enim deprauatores extitêre, & patrum insimulatores falsi. qui autem ab illis anathemate percussi sunt, laudari meritò debent.

Sacra synodus dixit: Væ animabus eorũ qui veritatem celârunt.

Petrus sanctissim⁹ episcopus Hermiõn, dixit: Deleantur nomina eorum ex libro viuentium, & cum iustis non scribantur.

Psal. 48.

Constantinus sanctissimus episcopus Constantiæ, quæ est in Cypro, dixit: Benedictus Deus, qui post tot vstiones, sectiones & expunctiones ea reliquerit.

Theodorus episcopus Cóstantiæ, dixit: Qui talia fecerũt, lucernam suam sub modio posuerunt.

lib. de martyrij certaminib.

Cosmas religiosissimus diaconus & cubicularius, dixit: Et istum librum inuénimus in armario oratoriorum sacri patriarchatûs, varia martyrum certamina continentem, & præter ista quædam de imagine non manufacta Camulianorum. folia autem quæ de imaginibus tractabant, excísa sunt. eccè eum omnibus ostendo.

Michael sanctissimus episcopus Synnadõn, dixit: Pastillus dicebat, tersancte domine, anathema sit illis qui scripturam aliter quàm iacet, interpretãtur, & qui illi insidiantur.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Sed labor eius in caput suum reuersus est.

Ioannes religiosissimus presbyter, monachus & locum tenens thronorum Orientis, dixit: Vt verè dicam, impia iconoclastarum, hoc est, imaginum demolitorum, & libros exurẽtium impietas, veritatẽ reddidit clariorem.

Tharasius sanctissimus pattiarcha dixit: Non solùm sacras imagines eiecerunt, sed & Euangelium ipsum, & alia secreta quædam. Ità sanè potuit veritas tandèm meliùs caput exerere.

Stephanus monachus dixit: Habemus & alium librum, in quem impetum fecerunt iconoclastę, & si iubes, omnibus ostẽdam.

Sancta synodus dixit: Omnibus ostendatur. & synodo vniuersæ ostensus est, habens in duabus paginis lituras.

Gregorius religiosissimus presbyter & præses Hyacinthi, dixit: Est mihi eius libri integrum exemplar. Domine, si voles, legetur.

Euagrij hist. Eccl.

Stephanus monachus bibliothecarius, acceptum librum legit: Ex historia ecclesiastica Euagrij ex libro quarto: Cosroes postquàm impressionem in ciuitatem fecisset, mille insidias tetendit. tantos enim aggeres fecerat, vt per muros saltare posse videretur, aliasque machinas infinitas cõstruxit. Dicam autem quæ facta sunt. Imperauit Cosroes potestatibus suis, vt lignorum copiosam materiam ad extruendam machinam procurarent, quæ postquàm accepisset, ea quę voluit, extruxit, & in medio aggeris machinam posuit, nouumque aggerem circumposuit. stabat autem in ciuitatem directa. in tãtam autem altitudinem erecta est, vt facilè possent sinè periculo à dextra parte tela in murum & munimenta conijcere. Cùm autem qui expugnationibus adsueti erant, machinam instàr montis muro appropinquare, hostesque arbitrari se posse pedibus ex ea vrbem ingredi viderunt, simul omnes manè facto, machinam aliam contra hostiũ aggerem struũt, quam Romani aggestam appellant, quòd subter terram duci possit, in qua etiàm ignis indi debebat, vt sic infernè lignis exustis, agger superpositus in terram ruerct. Opus autẽ cùm factum esset, ignisque incensus, intentione sua frustrati sunt. ignis enim non habebat egressum, vt flamma ventilationem accipiens, ligna inuaderet. Re igitur ad summam desperationẽ deducta, imaginem à Deo factam, quam hominum manus non attigit, portant. * Augaro autem Christus Deus, quòd eam videre desiderabat, misit. Hanc igitur sacram imaginem ad opus à se factum adferentes, ignem quidem succenderunt, ligneæque Cosroæ machinę immiserunt. Confestim autem diuina voluntate & potentia, fideque inspicientium res successit, & qtiod anteà non poterant, nũc perfecerunt. Ligna enim flammam hauriẽtia, dicto citiùs in carbones conuersa sunt, & vsque ad ipsam summitatem opus est exustum.

De Edessa agit.

Leo religiosissimus lector magnæ & regiæ ecclesiæ Constantinopoleos, dixit: Et ego indignus vester famulus, cùm descendissem cum regijs apocrisarijs in Syriam, Edessam petiui, & venerandam imaginem, nõ factam hominum manu, adorari & honorari à populo vidi.

Tharasius sanctissimus patriarcha dixit: Hesterno die religiosissimus præses Maximini, limonarium attulit, lectumque est: & inuénimus nos in bibliotheca exemplar eiusdem limonarij, sed folijs quibusdã excisis, in quibus de imaginibus tractabatur.

Christophorus sanctissimus episcopus sanctæ Cyriacæ, dixit: Tersancte domine, indignus seruus tuus audebítne loqui ad sacram & vniuersalem synodum? Propheticum verbum est, in operibus manuum suarum

Pſal. 9.

arum compræhẽſus eſt peccator. Nam quæ contra nos in falſa illa ſynodo moliti ſunt, hoc contra illos factum eſt: & alia quidem excíderunt, alia adulterârunt, quô eorum impietas, veritate ad lucem perducta, magis clareſcat.

Miraculũ de imaginibus, & ſimiliter liber de illis tractãs.

Stephanus monachus & librarius dixit: Liber traditus à præſide Maximini, continens locum in alijs libris vitiatum de imaginibus, adeſt, idemque legit: Dixit abbas Theodorus Aeliotes, quòd erat quidam incluſus in monte Oliuarum pugil egregius, oppugnabat autem eum dæmon ſcortationis: quodam itaque die cùm vehementer inſultaret illi dæmon, ſenex lamentari cœpit, dixitque dæmoni: Quouſquè nó relinques me? abſiſte poſthàc à me, iã enim mecum conſenuiſti. Dæmon oculari adſpectu videndum illi ſe tradens, dixit: Iura mihi quòd ea quæ tibi dicam, nemini ſignificabis, & non ampliùs tecum pugnabo. Et iurauit illi ſenex per eum qui in altiſſimis habitat, ſe nemini dicturum. tum illi dæmon dixit: Imaginem iſtam, ſi noles me tecum luctari, caue ampliùs adores. Habuit autem imago figuram Dominæ noſtræ Deiparæ virginis Mariæ, geſtantem Ieſum Chriſtũ. Dicit illi incluſus: Apagè, res erit mihi curæ. In ſequenti autem die Abbæ Theodoro Aeliotæ, qui tunc habitabat in vico Pharan, rem ſignificauit, omniaque patri retulit. Senex autem pater incluſo dixit: Verè pater deluſus es, quòd dæmoni iurâſti: tamen hoc vnum benefeciſti, quòd confeſſus es. profuerit autem tibi, nè ſinas in hac ciuitate ampliùs lupanar, neque egrediaris quin adores Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum cum matre ſua in imagine. Confirmatoque eo ac animato pluribus verbis, ad proprium locum conceſſit. dæmon autem illi iterùm apparuit, dixitque: Quid

*nónne

agis maledice? *nunquid iurâſti mihi nemini te dicturum? quo pacto autem hęc effutijſti? dico tibi maledice, in die iudicij tanquàm periurus condemnaberis. Incluſus reſpondet: Quòd iurauj, iuratus ſum: quodque peieraui, noui: verùm Dominum meum & creatorem non abiuraui. te verò non audio.

Miraculũ aliud.

Narrârunt nobis ijdem illi patres, & hoc addentes, fuiſſe in partibus Apameę fœminam quandã deuotam & Chriſto deditam, quę puteum fodit. magnos autem ſumptus cùm feciſſet, fruſtraque laborem expédiſſet, inuenit haudquaquàm aquam. magna autẽ animi moleſtia cùm torqueretur, cùm propter labores, tum propter ſumptus, in ſomnis vidit quendam ad ſe venientem, & dicentem: Agè, mitte vt ſimulacrum Abbæ Theodoſij, eius qui in ſcopulo viuit, huc adferatur, & Deus tibi dabit aquam. Mulier itaque duos homines miſit, qui imaginem adferrent, quæ cùm eſſet allata, demittentes eam in puteum, confeſtim aqua ſcaturijt, vt bona pars putei impleretur. Attulit itaque nobis de iſta aqua, bibimuſque, & Deum noſtrum glorificauimus.

EIVSDEM.

Miraculũ adhuc aliud.

Narrauit nobis Dionyſius presbyter eccleſiæ Aſcalonis de Ioanne Abba anachoreta, dicẽs: Fuit hic vir noſtris temporibus magni nominis, & quòd DEO plurimùm placeret, miraculum hoc de eo legitur: Habitauit in partibus *Sicchûs, vbi poſſeſſionem habebat milliaribus ab Hieroſolymis viginti paruis. Habebat autẽ ſenex in ſpelunca imaginem intemeratæ noſtræ Deiparæ & ſemper virginis Mariæ, habẽtem in vlnis Chriſtum Deum noſtrum. Cùm autem eſſet abiturus in deſertum vaſtum, aut Hieroſolyma adorãdæ crucis gratia & ſancta loca, vel in montem Sinai orandi cauſa, vel ad martyres longè ab Hieruſalem diſtãtes, (erat enim ſtudioſus martyrum. nũc enim in Epheſum ad diuum Ioannem, nũc verò ad *Eucharta ad ſanctum Theodorum, vel ad ſanctam Teclam in Seleuciam, vel Araphas ad diuum Sergium, ibat) candelam parabat, eamq; incendebat pro ſuo more. Et cùm accinctus ad iter, preces funderet, dicebat ad Dominam, totus in imaginem eius intentus: Sancta Domina Deipara, quandoquidem reſtat mihi longum iter conficiendum, candelam tuam cura, eamque inextinctam iuxta meum propoſitum ſerua. Nam ego tuo fretus ſubſidio, longum iter ingredior. Hæc autem cùm ad imaginem dixiſſet, abijt, deſtinatumq; iter poſtquàm confecit, redijt, nũc quidẽ intra menſem, nunc intra duos aut tres. Eſt & qñ quinq; aut ſex mẽſibus abfuit, candelã tñ ſemper accenſam deprehendit & ardentẽ, quemadmodùm eam reliquit cùm abiẽrat. Neque tamen vnquàm eam à ſe extinctam potuit deprehendere, ſiue de ſomno excitatus eſſet, ſiue ex eremo ad ſpeluncam rediens.

Baſilius ſanctiſſimus epiſcopus Ancyrę, dixit: Demonſtratum eſt, ſanctarum imaginum vſum peruetuſtæ eſſe traditionis.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Iam ſanè ſatiati ſumus patrum ſentẽtijs, nouimusq; ex ijs veruſtam eſſe traditionem, venerandarum imaginum erectionem. Sumus igitur & patrum hac in re imitatores.

Sacra ſynodus dixit: Imitatores.

Stephanus religioſiſſimꝰ monachus dixit: Habemus ciuſdem argumenti quindecim libros, & ſi iuſſeritis, *

Vel eſt hîc interruptio, vel deeſt, legentur,

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Impleti ſumus, & ſufficit nobis.

Sancta ſynodus dixit: Sufficit nobis.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: Quandoquidem in præcedenti lectione indicatum eſt,

eſt, ab Hebræis, Gentilibus, Samaritis, Manichæis & Phantaſiaſtis, Eccleſiam velutì in culpam tractam ob ſanctarũ imaginum cultum, omnibusque nũc aliter perſuaſum eſt, iuſtum eſt & fratrem noſtrũ dilectum dominum Ioannem vicarium thronorum Apoſtolicorum Orientis audire. Habet enim quædam de origine ſubuerſiõis imaginum, quæ ſi vultis audire, narrabit.

Miraculũ de ſubuerſore imaginum.

Sacra ſynodus dixit: Cupimus audire, domine, ſi quid habet.

Ioannes religioſiſſimus monachus, vicarius Orientalium Epiſcoporum, è charta legit: Cupio equidem ego omnium poſtremus, præſentem hanc ſacram ſynodum demonſtratione quadam docere, idque oñi veritate, qua ratione, quoque tempore, & vndè ſceleſtiſſima iſta & à Deo odio habita Chriſtianorũ calumnia, & iconoclaſtarum rabies, originem duxerit. Quo autem expeditiùs & compendiò res agatur, de charta mihi pronunciandum eſſe ſtatui, nè qua in re veritati parcatur. Cùm diem extremũ impiorum Arabum tyrannus, quem * Suliman nominabant, clauſiſſet, ſubſecutus illum eſt Vmarus, qui poſteaquàm regnum adijſſet, Anaſcaphon Malſaman, hoſtem ſanè atrocem, per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti Seruatoris, eiusque Deiparę matris, cũ magna exercitûs ſui clade & ignominia à terra iſta expulit, in Syriamque fugauit. Neque de redeundo ſpem illi vllam reliquit. Vmaro autem fato defuncto, Ezidus quiſpiam, homo leuis & inconſtans, regnum accepit. Per ea tempora in riberiade dux quiſpiam erat Hebręorum impiorũ, cui nomen Sarantapechys, officina diabolorum, quibus vitiare animas luſus eſt & iocus, homo præſtigiator & veneficus & Eccleſiæ Dei hoſtis implacabilis. Hic animaduerſa Ezidi regis leuitate, hominem adgreditur, polliceturque Hebræorum ingenita malitia ſe regi quædam prædicturũ, & vatem acturum in maximè neceſſarijs rebus ſe offert. Ea re cùm eſſet inſinuatus tyranno: Volo, inquit, ô princeps, modò me audias, rationem quandam indicare tibi, qua poteris facilimè & vitam commodam degere, & triginta annos regnũ æquabili in poteſtate conſeruare. Stultus autem tyrannus, ſpe & deſiderio longioris vitæ, animi leuitate elatus, (erat enim homo voluptatibus deditus & præditus) reſpondit: Quæcunque me iuſſeris facere, modò poſſim, agam: teque, ſi modò conſecutus fuero quod prædixiſti, beneficijs infinitis afficiam. Veneficus autem Hebræus cõfeſtim inquit: Sinè vlla dilatione iube vniuerſum per regnum epiſtolam quæ paſsim circunferatur, ſcribi & mitti, qua omnem imaginem & picturam, ſiue ea in tabulis, ſiue in opere muſaico in parietibꝰ, ſiue in vaſis ſacris, aut indumentis, & altaribus ſit, & quęcunque in Chriſtianorum eccleſijs reperitur, deleri, expungi, auferri, & ex toto ſubuerti, mandes. Neq; illas ſolùm, verùm oẽs planè ſimilitudines, & earum etiàm quæ in foro ornatûs & honeſtatis gratia collocantur. Nulla igitur ratione alia, quàm vt odiũ & furorem aduerſùm Chriſtianos exerceret, præſtigiator id tentauit. Tyrannus autem nefandus præſtigiatori leuitate ſua auſcultans, miſſis nuncijs, omnes ſanctas imagines & ſimilitudines per vniuerſam prouinciã abſtulit. Hoc itaque modo primùm eccleſiæ ornamenta, procurante Hebræo venefico, ablata ſunt. Chriſtiani autẽ cùm id ſuis manibus facere detrectarent, miſſi ſunt Hebræi & Arabes, homines in Deum impij, qui imaginibus exuſtis, eccleſiarum quaſdam calce, quaſdã alijs coloribus dealbârunt & incruſtârunt. Hæc autem cùm peruenìſſent ad aures pſeudo epiſcopi Nacoliæ, & qui eiuſdem erant cum illo opinionis, impios Hebręos & Arabes imitati, eccleſias Dei veluti crucem Chriſti verecundantes reddiderunt. Arbitror autem relatu dignum, vt & ſanctitas veſtra audiat, quẽ finẽ ignauus iſte & veneficus Hebræus habuerit. Ezidus enim qui facinus perpetrauerat, vltra annum cum dimidiato non vixit, in ignemque æternum deſcendit. poſtquàm autẽ mortuus fuit, in priſtinum ordinem & ſtatum imagines reſtitutæ ſunt. Filius autẽ illius Vlidus nomine, indignatus Hebræo, tanquàm interfectori patris, turpiſſima morte hominẽ mori coẽgit. Ità is falſi ſui vaticinij dignũ præmiũ accepit.

Sanctiſſimus epiſcopus Meſenæ, dixit: Et ego puerulus eram in Syria, quãdò Sarracenorum princeps imagines ſubuertit.

Sabas pijſſimus monachus & præſes ſtudij, dixit: Domine, & nos indigni ſanctitatis tuæ ſerui, petimus, vt ſuis in locis imagines reſtituantur, propriumque & ſolitũ obtineant. Chriſtiani autem apud eas preces fundant.

Tharaſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Quid dicitis fratres honorandi?

Sancta ſynodus dixit: Laudamus & nos omnes hos.

Sententia de veneratione imaginum.

Petrus deuotiſſimus presbyter, locum retinens ſanctiſſimi Papæ Romani, è charta legit: Tharaſio ſanctiſſimo archiepiſcopo Cõſtantinopoleos nouæ Romæ, & vniuerſali patriarchæ & omni ſacræ & vniuerſali ſynodo, Petrus primãs presbyterorum ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſancti & omnibus ſeculis celebrati Petri Apoſtoli, & Petrus presbyter & præſes ſancti Sabæ, ambo vicarij Adriani ſanctiſſimi papæ veteris Romæ: Iuſtum cenſemus, vt iuxta omniũ veſtrûm ſententiam, immò ſecundùm veterem Catholicæ Eccleſiæ traditionem, quemadmodùm ſancti patres nos docuerunt, in medium noſtrî veneranda imago adfera-

tur,quam ſalutantes,ſancti vos ſacerdotes quid de ea fieri debeat,pronuncietis. Deindè aliud capitulũ aggrediamur,vt omia quæ ſcripta ſunt aduersùs ſanctas imagines,aut anathemate deuoueantur,aut expungantur,aut igni mancipentur. Et hac de re poſtulo ſacræ ſynodi ſententiam.

Sacra ſynodus dixit:Veniat,fiat.

Petrus & Petrus religioſiſſimi presbyteri,vicarij ſanctiſſimi papæ veteris Romæ, dixerunt:Si iubet ſancta ſynodus, ſtatuatur in craſtinum veneranda imago,&omes eam ſalutemus.

Sancta ſynodus dixit:Fiat fiat.

Ioannes deuotiſſimus monachus, vicarius Orientalium archiepiſcoporum,dixit: Benedictus Deus,qui hanc Chriſti amantem Nicenſium ciuitatem in diebus Conſtantini & Irenes pientiſſimorum noſtrorum Imperatorum glorificauit.Benedictus Deus,qui eam duplici gratia dignam cenſuit.Nam &Arrius blaſphemus hîc ſubuerſus eſt,& nunc iconoclaſtarum Deo odioſa hæreſis, per ſancta huius ſacræ ſynodi ſymbola obſcurata eſt. Benedictus Deus, qui per ſanctum Apoſtolũ dixit: Ego ſum alpha & ω.Benedictus Deus, qui ab initio vſque in hunc diem,orthodoxorum fidem conſeruauit. Apocal. 1. & 22.

Sancta ſynodus in eandem ſententiam proclamauit,ſecundùm ſingulos verſus ter exclamãs: Diuiniloquorum patrũ doctrinæ nos correxerunt. Ex illis haurientes fidem & veritatem,potati ſumus. Illos inſequentes,mendacium perſecuti ſumus. Ab illis docti,venerandas imagines amplectimur.Illis ducibus, ſanctorum imaginibus iuxta honorem adorationem tribuimus. Patres prædicant filijs,filij obedientiæ ſumus. Gloriamur in facie matris, nempe in traditione catholicæ Eccleſiæ. Credentes in vnum Deum in Trinitate glorificatum, venerandas imagines ſalutamus. Qui aliter ſentiunt,anathema. Qui nobiſcum nõ conſentiunt,procùl ab Eccleſia abigantur.Nos veterem legiſlationem catholicæ Eccleſiæ ſequimur.Nos patrũ ſtatuta conſeruamus. Nos eos qui addunt,aut auferũt ab Eccleſiæ traditionibus, anathematizamus. Nos nuperam & importunam Chriſtianorũ accuſatorum introductionem & inuentionẽ anathematizamus.Nos venerandas imagines ſuſcipimus.Nos, ità non affectos, anathemate deuouemus. Nota hæretice.

Chriſtianorum accuſatoribus & iconoclaſtis,anathema. Anathemata in Iconomachos.

Qui torquent ſententias ſcripturæ de idolis,in venerandas imagines, anathema.

Qui venerandas imagines non complectuntur,anathema.

Qui venerandas imagines idola vocant, anathema.

Qui clamant, Chriſtianos imagines vt deos adorare, anathema.

Qui ſcienter communicant cum ijs,qui ignominia adficiunt ſanctas imagines,anathema.

Qui dixerit,alium præter Chriſtum nos ab idolis liberâſſe,anathema.

Qui dicere audent catholicam Eccleſiã aliquandò idola admiſiſſe,anathema.

Multi anni Conſtantini & Irenes. Magnorum regum & Imperatorũ multi anni. Imperatorũ pacificorum multi anni. Extirpatores nuperæ opinionis Domine cõſerua. Piam illis vitam Domine tribue.

ACTIO SEXTA.

IN nomine Domini & dominatoris Ieſu Chriſti veri Dei noſtri, imperantibus pijſſimis & Chriſti amantiſſimis noſtris imperatoribus, Cõſtantino & Irene eiꝰ deuota matre,pridiè Nonas octobris,indictione vndecima,congregata ſancta & vniuerſali ſynodo iuxta diuinã gratiam & piorum noſtrorum Imperatorum à DEO declaratorum mandatum, in Nicea ſplendida metropoli prouinciæ Bithyniæ, hoc eſt, Petro religioſiſſimo primate presbyterorum ſanctiſſimæ Romanæ Eccleſię beati Apoſtoli Petri,& Petro religioſiſſimo presbytero,monacho & præſide ſanctiſſimi in vrbe Roma monaſterij ſancti Sabæ, tenẽtibꝰ locũ Apoſtolicæ ſedis ſanctiſſimi & beatiſſimi archiepiſcopi veteris Romæ Adriani,& Tharaſio ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo inclytæ Conſtantinopoleos nouæ Romæ,Ioanne item & Thoma religioſiſſimis presbyteris &monachis, locum tenentibus Apoſtolicorum thronorum Orientis diœceſeos, ſedentibus ante ſacrum ambonem ſanctiſſimis magnæ eccleſiæ,quæ vocatur Sophia, præſentibus & audientibus glorioſiſſimis & magnificentiſſimis ducibus, Petrona glorioſo conſule patricio comite Imperatorij obſequij, & Ioãne regio oſtiario quæſtore ærarij militaris,ac tota ſynodo iuxta primam ordinationem conſidente, ſimul cum deuotiſſimis archimãdritis,præſidibus monachorum turbæ, diſpoſitis in medium ſacris & inuiolatis euangelij Dei codicibus, Leo à ſecretis dixit: Nouit ſancta & ſacra ſynodus,quòd in præcedenti conuentu diuerſas hæreticorum, accuſantium ſanctam & inculpabilem Chriſtianorum Eccleſiam, ſententias in ſanctarũ imaginum deiectione percurrimus.Nũc autem in manibus eſt ſcripta eorundem blaſphemia, res inquam abſurda, & quæ nullo negocio ſubuerti poteſt,definitionem continens falſæ iſtius ſynodi,quam ipſi congregârunt: quæ tamen in omnibus odioſorum Deo hæreticorum impuræ orationi vbiquè conuenit. Neq; ſolùm illam adferimus, ſed & artificioſam

cioſam & efficacem eius confutationem, quam nobis ſpirituſſanctus dedit. Oportet enim eorum temeritatem doctis contradictionibus ſuperare,& fortibus reſolutionibus diſſipare.Hanc autem in præſenti corã ſancta ſynodo deponimus.

Sancta ſynodus dixit: Legatur.

Ioannes ſanctiſſimus diaconus magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & Cancellarius,legit.

REFVTATIONIS FALSO nominatæ definitionis,à turba Chriſtiani nominis accuſatorum confictæ,

TOMVS PRIMVS.

STudio eſt perpetuo dæmoni, humani generis oſori, hominem ad DEI imaginem factum,à Deo quàm longiſſimè ſeparare, multijugisq́ue deceptionibus diſtrahere:neque quicquam illi magìs cordi gratiusq́; quàm veram pietatem oppugnare, Eccleſiaſticæ pacis ſtatum conturbare. Quod ſanè noſtris temporibus nõ ſegniter, per auxiliares ſuas copias oſtendit, in quibus qui congregati fuerunt, ſubiectæ expoſitionis interpretes fuêre,& ſeptimã ſynodum eam vocare auſi ſunt, ſimpliciter omnibus decretum illud & cognitum odium contra idola exclamantes, & tanquàm in hamo eſcã implicãtes, abominationes ſuas & improbas machinationes contra imaginum figuras omnibus proponere ſtuduerunt, ſimplicioresq́ue rapuerunt, dum antiquatam illam & corruptam idololatrię vocem, in ſanctas imagines recudêre.Per quam ſanè, qui diabolo eiusq́; peruerſæ ſententiæ in diabolicis ſtatuis, & qua ſeruiuerunt creaturæ,relicto creatore,idololatrę vocati,rectè condemnati ſunt. Qui autem Chriſtum induerũt,& per gratiam illius ab idolis & errore liberati, & per illum ſalui facti ſunt,eiuſcemodi conculcãtur, eorumq́ue verba,velutì abortiua,quę confeſſò vitiata ſunt, velutì ſcelera quædam in Eccleſia nõ ferenda,deteſtantur. Quanquàm autem ea aliquandiù deliramentis quorundam, velutì infantes lacte, educata ſint, tamen in iuſtam ætatem peruenire non potuêre.

Spiritũs enim ſancti gladio occiſa ſunt.Sed Chriſtus verus Deus noſter, qui illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum,dirigat cogitata dictaq́ue. Solus enim intellectus eſt intelligentium & intellectorum,item verbum dicentium & dictorum, omnibus omnia exiſtẽs & ens, qui dat linguam eruditionis ad cognoſcendum, cùm opùs eſt,vt verba ſerantur. Claritas eñ verborum illius illuminat & inſtruit paruulos, Ioan. 1. b vt mendacium exigatur, veritas aũt ſubintret, omnibus clarè & lucidè ſplendeſcens: quam veritatis imitatores cognoſcũt, memores diuini Apoſtoli, dicentis: Væ mihi nisì euangelizem. Pro hac enim eſt pugnãdum, hæcq́; defendenda erit: mendacium autem funda ſpiritũs lapidandum. Hinc ſcriptura & patribus, item indagatoribus & ſyllogiſmis, ſpeculationem nugantium & ſecũdùm Phinees venientium, haſta ſpiritũs facilè vna plaga, eò quòd iuxta hanc impietatem inuicèm connexi ſunt,diſſecuerimus, & falſiloquas eorũ linguas per claram demonſtrationem omnibus probauerimus,vtpotè quę cõtra vnigenitum filium Dei, & illius Eccleſiam exertæ ſunt, & impietatem contra illius humanitatis altitudinem loquutæ ſunt.Ob id machæra ſpiritũs, quod eſt verbum Dei, vincula eorum dirumpentes, & imperitiæ eorum iugum diſſoluentes, verſutiæ eorum tegumenta aperta omnibus indicemus. Quamobrem DOMINVS illos deriſit & ſubſannauit, ad eos in ira ſua loquitur, dicens: Ite à me, non noui vos. De quibus per prophetam Hieremiam loquutus eſt: Hi prophetãrunt mendacia in nomine meo, non enim miſi eos, neq; præcepi illis. Viſiones cordis ipſi loquuti ſunt, & propter hoc erunt proiecti in biuijs Hieruſalem,hoc eſt,in Eccleſia catholica, & conculcatio illis qui rectè confitentur Dominum. Laqueus enim fortis propria labia, & capientur verbis oris proprij. Retributio enim labiorum eorum debetur illis, impietatis ſcilicet redargutio. Repræhendam enim te, inquit, & ſtatuam coram te peccata tua. Atque hæc quidem hactenùs. Nè quid autem longis proœmijs orationem extendamus, rectam inſtantes viam, ad ipſas reprobationes ſcripti illorũ recurramus. Nõ enim eorum vaniloquentiam apertam, & manifeſta cõuicia indicare poterimus,nisì redarguendo, meliorem contra eos ſententiam, iudiciumq́; ſyncerius opponamus. Magnam ſanè ſecuritatẽ in eo collocamus, quòd nulla recentia inuenta ad rem noſtram probandam inquirimus,ſed Apoſtolicis & patrum doctrinis, item eccleſiaſticis conſtitutionibus acquieſcentes,his noſtra cõfirmamus.Rogamus autem quicunq; inciderint in hunc Commentarium, vt cum ſingulari indagatione legant, neque defunctoriè inſpexiſſe contenti ſint.ſic eñ clarè & verè ſummam contradictionis intelligentes,victoriæ præmia Eccleſię perſoluent.Vſi autem ſunt eiuſcemodi proœmijs. Ephes. 6. d Matt. 7. d Hier. 14. c & 23. d. e Pſal. 49.

Quicquid Gregorius iſte Neocæſareenſis poſthàc dixiſſe aut legiſſe hîc ſcribitur,id ex ſynodo illa falsò ſeptima dicta, ſumptum, hîc confutari noueris.

GREGORIVS DEI AMANTIſſimus epiſcopus Neocæſareę, legit:

Definitio ſanctæ magnæ & vniuerſalis ſynodi.

IOANNES RELIGIOSISSIMVS DIACONVS ET CANCELlarius, legit.

IConoclaſtæ à mendacio inchoantes, per vniuerſam hanc nouitiam vaniloquentiam ſynodum in defenſioné adſumentes, in mendacio quoquè ceſſant. Quo pacto autem ſancta dicenda erit, quæ, quid ſit ſanctum, non intelligit? Execrabilis eſt, & prophana, & adulterina. Nam qui in hac con-
Hier. 22. f gregati fuêre, (vt cum propheta loquar) inter ſanctum & prophanum nó diſtinxerũt, inter purum & impurũ diſcrimen non ſtatuerunt. imaginem enim Domini Dei noſtri, cum imagine ſimul ſatanæ, idolum appellârunt. Quomodò autem magna & vniuerſalis, in quam neq; omnes cõſenſerunt,
for. * & qui * & reliquarum Eccleſiarum præfecti non admiſerunt, ſed anathemate eam deuouerunt? Non habuit cooperarium, vt hæc quę
Nó eſt vera ſynodꝰ, quæ authoritate Papę caret. nunc celebratur, Romanum papam, neque illius ſacerdotes, neq; per vicarios, neque per prouinciales literas, quemadmodùm fieri in ſynodis debet. Quinetiàm neq; cõcordãtes ſibi habuit Orientis patriarchas, Alexandrinum inquam, Antiochenum, & vrbis ſanctæ ſummos pontifices, neq; cũ illis etiàm myſtas & ſacerdotes. Verè ſumus eſt, caligine plenus, obtenebrans oculos:
Matth. 5. c inſipientium eorũ oratio, non lucerna poſita ſuper candelabrum, quô lumẽ præbeat omnibus qui ſunt in domo: quamobrem eorum verba, velutì ſub lectulo enunciata ſunt, non ſupra montem orthodoxæ fidei: neq; in omnem terram apoſtolicè egreſſus
Pſal. 18. eſt ſonus eorum, aut in fines orbis terrarũ verba eorum, quemadmodùm ſex priores ſanctæ vniuerſales ſynodi. Septima autem quomodò erit, vtpotè quæ non concordet cum ſex prioribus ſanctis & vniuerſalibus ſynodis? Omne enim ſeptimum ordinatũ, in eadem numeratione, qua res quæ præceſſerunt, rebus præcedentibus conſentaneum eſſe debet. Quãdoquidem id, quod nihil cum antè numeratis participat, ſimul connumerari nequit. Velutì ſi quiſpiam ordine ſex aureos nũmos collocet, deindè his addiderit æreum nummum, hunc ſanè ſeptimum non appellabis, idque propter materiæ diuerſitatem. aureus enim precioſus & multi vſũs, æneus autem neq; precio, neque operoſitate commendabilis. Ità & hæc nihil aureum, aut precioſum habens dogmatum, tota ſubærata eſt, adulterina, veneno lœtali prægnans, ſex ſanctis & aureis ſynodis, quæ verbis ſpirituſſancti lucent, connumerari indigna eſt. Habent aũt
Eſaiæ 14. elationem illius qui dixit, Ponam thronũ meum ſupra nubes, talia proloquitur:

GREGORIVS EPISCOpus Neocæſareæ:

Nôrit lector ea quæ hîc curſuis (vt vocãt) li
Sancta magna & vniuerſalis ſynodus, quæ iuxta gratiam Dei, & per pium deuotorũ & orthodoxorum noſtrorum Imperatorum Conſtantini & Leonis decretum, in hac diuinorũ ſtudioſa & regia ciuitate congregata eſt, in baſilica intemeratæ & ſanctæ ſemper virginis Deiparę Marię, quæ cognominatur Blachernis, hæc ſubſcripta determinauit.

IOANNES CANCELLARIVS:

Si per diuinam gratiam horum congregatio facta eſt, quibuſnam gratia DEI loquutis verbis exornata eſt? qua veritate reſplendet? Gratia enim cum veritate coniuncta eſt. Sunt enim hæc duo ſub vno iugo, & velutì coniuctrices. eius rei teſtis Ioannes theologiæ princeps: Gratia & veritas per IESVM CHRISTVM fuit. Ioan. 1.
Ipſi igitur à veritate (in qua gloriatur parœmiaſta, hoc eſt, Prouerbiorum author, dicens: Veritatẽ meditabunturfauces meæ) Prou. 8.
alieni ſunt. Qui autem ad mendacium feſtinant, excidẽrũt à veritate & gratia. Hinc Col. 4.
eſt quòd illorum ſermo diuino ſale nõ ſit condítus, quô gratiam det audientibus. Quòd autem aiunt, in ſacro virginis noſtræ Deiparæ templo ſe congregatos, ne hoc quidem mirum eſt: nulla enim verecundia ducuntur. Non aliter àc Annas & Caiphas, reliquumq; Iudæorum conciliabulum, qui contra Chriſtum cõuenientes, ſacrum locum nõ reſpexerunt, vt ex eo ab impijs conſilijs auerterentur. Quinimmò ob hoc magis accuſandi ſunt, vtpotè qui ſcelerata & impia conuenticula in loco nõ impio, ſed ſacro coẽgerunt. Vtinàm autem vt à patrum voce proœmium inſtituerunt, Dionyſij diuini voces, eiusq; traditiones & ſanctorum patrum obſeruâſſent intemeratas. Profectò nõ eſſet quòd ob impietatem ſuam nunc malè audirent, quemadmodùm per omnem expoſitionem clarum fiet. Verùm per omnia repugnanter & minùs cohærenter differentes, velutì lupus ouina pelle tecti, è theologia præfantur.

GREGORIVS:

Deitas omnium cauſa, & perfectè cuncta conficiens, quæ omnia ſua bonitate ab ijs quæ nõ erant, ad eſſe produxit, hæc vniuerſa vt ornatè & compoſitè ferrentur, definijt, vt bonum iuxta gratiam illius traditum habentia habitum, indeclinatam permanſionem, & minimè labilem ad ambigua nutum, ſtatumq; veritatis conſeruet.

EPIHANIVS DIACONVS & cubicularius legit:

Omnis creatura à DEO condita, & quæ ab eo quod non eſt, id quod iam eſt, ſubſtantialem facultatem ſumpſit, nunc ipſius mandato mota & gubernata, nouit creatoris præceptum ſeruare, velutì ab ipſo ſic prædiſpoſita, ſiue inanimata ſit, ſiue animata. Illi autem traditã nobis à Chriſto in ſancta Eccleſia eius, ad recordationẽ ſalutiferę diſpẽſationis illius, obſeruantiã anathemate deuouere nõ dubitârũt. Sed ignorant hi, nihil ſinè deo in ea fieri. Inueniuntur

tur autem ipſis inanimatis ſtupidiores, & ratione caſſis minùs rationabiles. Neq; illud duntaxàt, ſed recto curſu ſe ferri arbitrantes, & abſurdis ſermonibus dogmatibuſq; falsò prædicant ſanctam Dei Eccleſiam idolis acquieuiſſe. In falſo autẽ ſpem
Iob 21. b ſuam collocantes, eam affantur, Vias tuas nôſſe non volumus, neq; traditiones retrò traditas ſequi curauimus. Non igitur mirum, ſi à Chriſto qui fundamenta veritatis
Matth. 7. & 25. collocauit, aliquandò audituri ſunt, Non noui vos. Diabolum autem triumphãtem ſuum, cùm ità ſentiant, ſibi derelinquant.

GREGORIVS:

Poſteaquàm Lucifer ob claritudinem ſedem ſuã apud Deum firmatã habere volens, & cõtra creatorem ſuum in ſuperbiam mẽtis elatus, illinc cum defertorum exercitu ex ſuperilluſtri Dei principatu per ſe eſſet delapſus, cunctorum malorũ opifex, author, inuentor & magiſter declaratus, defecit, hominem à Deo creatũ, in locum, à quo ipſe deiectus erat, videre non ſuſtinens, omnem aduerſùs eũ improbitatem exhauſit, & per fraudem illum à gloria & ſplendore Dei alienauit, & vt creaturã, relicto creatore, adoraret compulit.

EPIPHANIVS:

Si quidem de ea idololatria & creaturarũ adoratione ſermo fuiſſet, quę ab apoſtolis, quibus poteſtas data deſupèr eſt, & à diuinis prophetis, quibus per inſtationẽ diuinã ſanctus datus eſt ſpiritus, abominata eſt & renunciata, oẽs ſani Eccleſiæ alumni cum illis cõſentirent. Quinetiam tempeſtiuum erat illis, hæc ſcriptis committere. Verùm quoniam illã relinquentes, pro mendacio pugnant, & patrẽ eius diabolũ velutì ſuperare ſimulantes, cõtra irreprehenſibilẽ Dei Eccleſiã linguas exerunt, & cauponũ more vinum aquis cõmiſcentes, & perdendum erroré proximo propinantes, iuſtè audient diuinam vocem, quã in eos diuinus vates
Pſal. 49. Dauid intendit, pſallens: Quid eſt quod narratis iuſtitias meas, & teſtamẽtum meũ aſſumitis per os veſtrum? Vos autẽ odiſtis diſciplinam, & eieciſtis ſermones meos retrorsùm, cõſtituentes partem veſtram cum illis, qui dogmata veritatis adulterant. Vndè ſimulantes veritatem loquuntur.

GREGORIVS:

Vndè opus manûs propriæ Deus plaſmator in perniciem abire conſpicatus, ferre ipſum nõ potuit. Videns enim quòd neq; per legis ſtudium, neq; per prophetarum ſanctorum ſalutiferam admonitionẽ genus humanum in priſtinam nobilitatem redire poſſet, filium ſuum proprium in extremis & deſinitis temporibus in terrã miſit, qui patris placito & ſpirituſſancti viuificantis & æquipollentis cooperatione, in vtero virginis habitãs, & ex ſancta & intemerata illius carne, in ſua propria ſubſtantia ſiue exiſtentia, carnem accipiens nobis conſubſtantialem, item hãc mediante anima rationali & intellectuali compingens & configurans, natusq; ex ea ſupra omnem rationem & intellectum, volẽs, crucem ſubiens, mortemq; eligens & tertio die à mortuis reſurgens, omnem ſalutarem ſuam diſpenſationem impleuit.

EPIPHANIVS:

Scriptura dicit, in creatione mundi neũ
Gene. 1. c dixiſſe, Faciamus hominem ſecũdùm imaginem noſtram & ſimilitudinem. Magna itaq; dignitatis magnitudo, qua terrigena imagine Dei honoratus eſt: ſed per deceptionem ex eo ſtatu lapſo, neq; prioris plaſmationis dignitatem ſeruante, genus humanum in idololatriam impegit. Hominẽ autem hunc Deus & verbum patris, perfectus homo factus, neq; naturam commutans, à caſu illo erexit, & illum ab errore eximens idolorum, ad immortalitatem formauit, tribuens illi inſuper donum certæ ſpei & confidentiæ, quæ ſanè priore multò eſt diuinior. Adeoq; ipſa formatione melior extitit reformatio, quæ eſt gratia ſempiterna. Volentes igitur donorum magnitudinem obſcurare, audenti ore aliam idololatriam ſucceſſiſſe, imaginum ſcilicet apparatum, iſti iactitãt, & à ſe nouam quandã ab ijs liberationem oſtenſam iactanter gloriantur, ſuamq; ſententiam ornatis verbis confuentes, Eccleſiam Dei errâſſe contendunt, ſermonesque ſuos pluſquàm oleum emolliunt, dum ſcripturæ locos quoſdam in hoc citant. Sed doloſiſſima ſunt verba eorum, & iaculum vulnerans lingua eorũ. Loquuntur enim pacifica, ſed in ſe inimicitiam continent: quarè ſubiungitur:

GREGORIVS DEI AMANTISSIMVS EPISCOPVS Neocæſareæ, legit:

Reduxit nos à corruptrice dæmonum doctrina, nempe ab idolorum cultu & errore, & in ſpiritu & veritate adorationem nobis dedit.

EPIPHANIVS:

Nolentes, optimi viri, ad veritatem trahimini. Omnis enim ſanctorum apoſtolorum conſentiens conuentus, & patrũ multitudo, ad homines veniſſe DEI filium & verbum prædicat, nosq; ab idolorũ errore reduxiſſe annunciat. Quin etiàm prænunciantes voces prophetarum habemus, ſic
Zach. 13. a clamantes: Eccè enim (inquit Dominus) dies veniunt, & delebo nomina idolorum de terra, & nõ erit ampliùs eorum memoria. Vt ſanè & vos confiteri cogamini, Chriſtum Deum noſtrum ab idolorum errore nos abduxiſſe. Quòd ſi aũt abduxit, quomodò rursùs in idololatriam inciderunt, qui in illum credunt? Apagè cum nugacibus iſtis deliramentis: Deus incarnatus liberauit, & iterùm captiuati ſumꝰ, & iterùm ſub potenti manu tyranni ſumus? Audite
Pſal. 144. & 145. quid ſcriptura dicat: Regnum illius, regnũ ſempiternum. Et potentia illius in generationes generationum, regnabitq; ę Dominus in æternum, Deus ille tuus Sion in genera-

generationem & generationem. Non quẽ-
admodùm terreni reges, qui nunc quidem
victoria ſuperiores, nunc verò inferiores
videntur, ità quoquè Deus: verùm eius vi-
ctoria in ſecula perdurabit. Neq; enĩ Deus
1.Reg. 15.f inſtàr hominis affect⁹ eſt, neq; vt filius ho-
minis abibit, vt ſcriptum eſt. His autem &
Rom. 11.d Apoſtolus cõſentit: Non pœnitenda enim
dona Dei, & iudiciũ illius. Ipſi aũt hæc ipſa
loquentes, ſpecioſos ſcilicet ſe & veneran-
dos exhibere volunt, verùm non animad-
uertunt quòd pugnantia loquantur.

GREGORIVS:

*Et ſic in cælos aſſumptus, ſanctos illius diſcipu-
los & apoſtolos doctores eiuſcemodi ſalutaris fidei
reliquit, qui noſtram ſanctam Eccleſiam veluti
ſponſam ſuam, varijs pietatis & lucidis dogmati-
bus exornantes, vndiquè ornatam & venuſtam,
veluti aureis tegmentis ornatam indicârunt, cuius
ſpecioſitatem inclyti noſtri patres & doctores, item
ſex ſacrę priores ſynodi adſumentes, incontamina-
tam conſeruauerunt.*

EPIPHANIVS:

Indocto ſanè & rudi faſtu ingerentes
ſeſe, nouatæ vaniloquentiæ ſuæ adulterinã
opinionem nõ intelligũt: & velamento va-
fro arrogantiam ſuam obtegere ſtudentes,
per negligentiam ſuam ridiculi deprǣhen-
duntur. Laudant enim miris modis Eccle-
ſiaſticã legiſlationẽ, & hanc ſex ſacras ſyn-
odos ſeruâſſe, etſi nolint, fateri coguntur,
verbiſque lepidis pietatem effigiant, circa
ſententiam verò deprauandam ſtudent. Et
Eſaię 29.c labijs quidem illam honorãt, corde autem
quàm longiſſimè ab ea abſunt. Neq; tradi-
tionem, tot anteactis ſeculis probatam, re-
Imaginũ ſacrarum antiquitas cipere aut ſeruare deſiderant. Vtinàm eru-
beſcãt, cùm in priſcos Chriſtianorum mo-
res inſpiciunt, qui nũc dici volunt hoc no-
mine: ſanè non damnarent picturarum ap-
paratum, qui ab eo tempore fuit, quo præ-
dicatum eſt Euangelium. Nam ab eo tem-
pore quo celebrata eſt ſacroſãncta ſyno-
dus, vſq; ad conciliabulum, quo hi conue-
nêre qui contra ſanctas imagines ſteterũt,
non plùs quàm ſeptuaginta anni lapſi ſunt.
Omnibus autem notum eſt, illis annis ſan-
ctorũ picturas non fuiſſe cõtemptas: omni-
bus, inquam, hoc notum eſt. Verùm ab illis
temporibus, immò (vt veriùs loquar) ab
Apoſtolorũ prædicatione extiterũt, quem-
admodùm omni loco ex earundem inſpe-
ctione in templis ſacris docemur, id quod
& patres ſancti teſtificantur, & hiſtoriarum
enarratores tradunt, quorum commenta-
ria etiàm in hunc vſque diem ſeruantur. In
primo enim & quinquiès milleſimo anno
Chriſtus Deus noſter ad homines veniens,
for. *xxxij & *triginta annis & mẽſibus circiter quin-
que nobiſcum viuens, & magnum illud &
ſalutare myſterium operans, in cælos mi-
grauit, aſſcendens iſtuc vndè deſcenderat.
Quo ſanè tempore Apoſtolis mandauit, vt
ea quæ à ſe erant docta, alios deincèps do-
cerent. A temporibus itaq; illis vſq; ad tẽ-
pora Conſtantini, primi ex Imperatoribus
plenè Chriſtiani, anni propemodùm tre-
centi acti ſunt, ante illum ferè gentilibus
tyrannicè regnantibus. Per illa autem tem-
pora Chriſtianorum plurimi certamẽ præ-
clarum certantes, non ſinè martyrio vitam
hanc liquerunt, idq; dum idolorum ſtatũ
ſtudioſè oppugnant. At verò Chriſtiano-
rum cœtus diuina æmulatione ducti, tem-
pla conſtruxerunt, partìm Chriſti nominis
gratia, partìm ſanctorum martyrum cauſa.
Atq; illi quidem hiſtoriam humanæ Chri-
ſti diſpenſationis in ijs pinxerunt, hi verò
martyrum geſtis effigiandis operam collo-
cârunt. Alij id tabulis expreſſêre, quô mar-
tyrum memoriam in oculis perpetuò fer-
rent, aut ipſius etiàm Chriſti facta. alij au-
tem in veſtibus ſacratis, in precioſis repoſi-
torijs, in quibus incruenta ſacrificia pera-
gunt, imagines pinxêre. Et ſanè euidenter
hæc ad noſtra vſq; tempora oſtenduntur,
durabuntque per ſecula, quantunuis ama-
ritudine & bile hæreticorum linguæ con-
tra Eccleſiã & ſex ſynodos vniuerſales fla-
grent. Ipſæ autẽ Dei nutu per diuerſa tem-
pora congregatæ, quô illos ſubuerterent,
ea quæ in catholica Eccleſia, & per ſcripta
& ſinè ſcriptis tradita ſunt, confirmârunt
& ſtabiliuerunt, inter quę & imaginũ etiàm
confirmationem. Sacra autem ſexta & vni-
uerſalis ſynodus, poſteaquàm ſententiam
ſuam de vna voluntate Chriſti ſub Con-
ſtantino, qui per ea tempora imperium ad-
miniſtrabat, cuiusq; nutu & voluntate cõ-
uentus is erat indictus, pronunciâſſet, cõ-
tigit Imperatorem de vita decedere. Iuſti-
niano autẽ eius filio imperium adſumen-
te, iterùm vnanimiter omnes diuina volun
tate poſt quatuor aut quinque annos con-
gregati, de rebus eccleſiaſticis ſtatusq; ea-
rum correctione, circiter duos & centum Canone 102. ſynodi Cõſtantinopol. ſextæ.
canones edidêre, in quorum octuageſimo
ſecundo de imaginibus ſic tradiderunt: In
quibuſdam venerandarum imaginum pi-
cturis, agnus digito præcurſoris indicatus,
figuratus eſt, qui in typum gratię eſt aſſum-
ptus, verum illum nobis per legem præſi-
gnificans agnum Ieſum Chriſtum Deum
noſtrum. Veteres igitur typos & vmbras,
veluti veritatis ſymbola & pręfigurationes
ab Eccleſia traditas amplexantes, gratiam
& veritatem veneramur, &c. Videmus igi-
tur omnes & intelligimus, quòd & ante ſa-
cras ſex ſynodos, & poſt has etiàm, ſancto-
rum picturæ in Eccleſia traditæ fuerint, nõ
aliter àc ſacra Euangelij lectio. Nam quæ
leguntur vbì ad aures venerint, ad animum
deindè legamus & tranſmittimus: & quæ
oculis videmus in picturis, ea quoquè mẽ-
te complectimur: atq; ità per duo iſta inui-
cèm conſequentia, lectionem (inquam) &
pictu-

picturam, vnam cognitionem acquirimus,
qua ad recordationẽ rerum geſtarum, per-
uenitur. Vndè è duobus iſtis ſummis ſenſi-
bus, in Canticis canticorum inuenire licet
efficacem coniunctionem. Sic enim ibì di-
Cant. 2. d citur: Oſtende mihi faciem tuam, & audire
fac*mihi vocem tuam. Vox enim tua ſua-
uis, & facies tua ſpecioſa. Quibus nos con-
uenienter & illud ex pſalmo accantamus:
Pſal. 47.a Quẽadmodùm audiuimus, ità & vidimus.
His igitur ſeſe in hunc modum habẽtibus,
Pſal. 11. tempeſtiuum cõtra eos qui in ſanctas ima-
gines blaterãt, ità dicere: Vnuſquiſq; vana
loquutus eſt ad proximũ ſuum. Labia do-
loſa in corde, & in ore loquutus eſt mala. A
quibus nos gratia Chriſti liberati ſumus.

TOMVS SECVNDVS.

EPIPHANIVS.

IGnorantes Dominĩ, mẽ-
Matt. 16.b tiri neſcientis, de Eccleſia
ſua promiſſionem, Portę
ſcilicet inferorũ nõ præ-
ualebunt illi: obſtipo ca-
pite, & ore minimè tecto
repugnantiſſimas afferen
tes opiniones, ipſi inter ſe pugnãt, & patrũ
voces ſuffurati, tanquàm proprias ſibi ad-
ſcribunt, ſic dicentes:

GREGORIVS:

*Rurſus huius decorem videre recuſans prædi-
ctus ille improbitatis architectus, nõ dubitauit per
diuerſa tempora & modos varios, praua quadam
perſuaſione humanũ genus ſibi ſubijcere. Quomodò
ſub prætextu Chriſtianiſmi, idololatriam latenter
induxit, proprijs ſuis ſophiſmatibus eos, qui illum
reſpicerent, eò adducens, vt nõ putarẽt ſibi à crea-
turis abſiſtendum, verùm has adorandas & colen-
das, Deumq; ipſum factitium aliquid eſſe, Chriſti
nomine appellatum.*

EPIPHANIVS:

Qui ſpiritualem impugnant Hieruſalẽ,
videlicet catholicam Eccleſiã, configuran-
tur quodãmodò ijs qui terreſtrem Hieru-
ſalem oppugnant. Student etiàm patrũ vti
4.Reg. 18. ſermone, quemadmodùm Rhapſaces ali-
quandò Hebraica lingua cõtra Iſraelẽ vſus
eſt. Siquidem contra patres & Catholicam
Eccleſiam, hæretici iſti patrum doctrinam
Matth. 7.c & Eccleſiaſticam vocem vſurpãt. Sed à fru-
ctibus eorũ, inquit Dominus, eos cogno-
Matt. 23.c ſcetis. Aſſimilantur enim ſepulcris dealba-
tis, quæ forìs quidem hominibus ſpecioſa
videntur: quomodò & hi Chriſtianorũ ac-
cuſatores, patrum quidẽ verbis tecti, intùs
autem oſſibus & impuritate omni, cadaue-
rum (inquam) & fœditatum dogmatibus,
ſcatent. Nos autem eorum ſepulcrum ape-
rientes, omnem eorum impuritatem ad lu-
cem manifeſtam ꝓducemus, maximè quia
iuxta libidinẽ ſuam, ea quæ à patribus ſan-
ctis in Eccleſia catholica tradita ſunt, per-
uertunt: & vocibus quidem eiuſdem vtun-
tur, ſed ſententiam deprauant. Nam quę ipſi
cõtra Arrianos determinârũt, hæc illi con-
tra venerandarum imaginum erectionem
detorquẽt. Præclarus enim Gregorius Ec- Gregori⁹ Nyſſ. oratio funebris in ſanctum Baſilium.
cleſiæ Nyſſenſium præſul, in funebri ora-
tione, quam habuit in ſanctum Baſilium &
carne & ſpiritu fratrem ſuum, quædam cõ-
tra Arrianos decernit, quę ipſi contra ima-
gines adſumpſerunt, quemadmodùm ex
ipſius prooemij argumento videre licet.
Habet hoc ad verbum ità: Nullus omninò
eſt, qui ſcopum illum, quo tempore doctor
noſter erat, inſtitutorũ ignorat. Poſtquàm
enim furor ille, quo erga idola animi ho-
minum rapiebantur, prædicatione Chriſti
extinctus eſt, omneſque culturæ vanarum
rerum ruinam feciſſent, & eſſent obſcura-
tæ, propter pietatis prędicationem, quæ per
vniuerſum propè terrarum orbem vagaba-
tur: vndiquè is, qui humanæ naturę prædo-
minari ſtudebat, ꝓhibitus, per Chriſti no-
men ex terrarum orbe eſt expulſus. Calli-
dus autem ad improbitatem omnis malitię
repertor exiſtens, in promptu habuit per-
uerſas cogitationes, quo iterùm humanũ
genus per fraudẽ ſibi ſubijceret. Enimue-
rò ſub prætextu Chriſtianiſmi, idololatriã
latenter inuexit, proprijs ſuis ſophiſmati-
bus inducens eos, qui in illum reſpiciebãt,
nè putarent ſibi à creatura deſciſcendum,
ſed hanc adorandam, hanc colendam, De-
umque ipſum opus eſſe, quod Dei appella-
tione nominaretur. Si verò ex non exi-
ſtentibus eſt creatio, & diuina ſubſtantia
ſecundùm propriam naturam alterata eſt,
nullam eſſe huius rationem habẽdam: ſed
Chriſti nomine creaturæ impoſito, hanc
adorari debere, huic ſeruiendum eſſe, in
hac ſpes omnes ſalutis ponendas, ab hac
iudicium expectandum. Et deſertor ille &
apoſtata irruens in genus humanum, im-
probitatem ſuam multis conceſſit, Aëtio
(inquam) & Arrio, Eunomio & Eudoxio,
& ante illos multis alijs, per quos idolola-
triam iam cedentem, iterùm (vt dictum eſt)
nomine Chriſtianiſmi induxit, morbusq;
hic inualuit apud homines, vt creaturam,
relicto creatore, adorare gauderent. Huc
acceſſit regum per ea tempora auxilium,
quibus eum errorem alere cordi erat. Ità
per omnia regna morbus iſte inualuit.
Cumque omnes propemodùm malo ſupe-
rati eſſent, eccè tibi ſubitò à Deo indicatus
eſt Magnus Baſilius, quemadmodùm He- 3.Reg. 17. 18. 19.
lias tempore Achab, qui religionem lapſam
quodammodò ſuſcipiens, tanquàm lucer-
nam quãdam deficientem, fidei rationem,
per gratiam quam poſſidebat, iterùm vt lu-
ceret, effecit.

Videamus quæ ſit hoc loco rei veritas.
Omnis ſanè patris ſententia in Arrianitas
expletur: Dicit enim Baſilium Magnum
illis temporibus apparuiſſe, quibus Arrius,
Euno-

Eunomius, Macedonius, Eudoxius, & reliqui sceleſti illius & ſcelerati ſodalitij fuêre, aſſerentes filium creaturam eſſe, & verbum patris, & Dominum noſtrum. Hinc Deum, vtì creatum, adorantes, iuſtè ab illo & Catholica Eccleſia idololatræ appellantur. Quamobrem quem adorant, ex non ente ad eſſe productum, quemadmodùm omnium procreationum creatio aſſerunt.

Venerandas itaque imagines Chriſtiani neq; deos appellant, neq; vt Deo cultum exhibent, neque ſalutis ſpem in illis conſtituunt, neque ab ijs iudicium aliquandò futurum expectant. Quòd ſi autem in recordationẽ & memoriam, item quòd ſingulari quadam affectione in ipſa prototypa ferebantur, ſalutauerint & honorificè adorauerint imagines, non tamen ob id illis latriam exhibuerunt, aut diuinam venerationem adſcripſerunt. Abſit hæc calumniatio. Verùm Arriani creaturæ Dei filiũ & verbum annumerãtes, ab eo ſpem ſaluationis concipiebant, & futurum iudicium per eũ fore arbitrabantur. Ob eam cauſam admirandus pater illos redarguens, dixit: Hanc adorare, nempe creaturam, huic latriam exhibere, in ea ſpem ſalutis collocare, ab illa iudicium futurum expectare, Nónne igitur huius ſcilicet vaniloquentię propugnatores, & iuxta prophetam caupones, miſcẽtes vinum aqua, veritatis corruptores inueniuntur? Neque id ſolùm, verùm etiàm patrum traditionum falſarij exiſtunt. Nam quod inquit diuinus pater, filij appellatione vocatum: ipſi in imaginum effigurationem ſententiam transferentes, pro filij appellatione, CHRISTI ſcripſerũt vocatione. Manifeſtũ ſiquidem eſt, cùm is dicat filij appellatione nominatum, quòd contra Arrianos pronunciet, vtpotè qui in generationem increatam, & de ſupernis exiſtentem filij, blaſphemabant. Quam ob cauſam huius hæreſcos anteſignanos nominatìm perſtrinxit, Arrio dicens, & Eudoxio, & Eunomio, & Aëtio. Verùm noui iſti hæretici pro filio CHRISTVM ponentes, in venerandarum imaginum effigiationem blaſphemias conuehere ſtuduerunt. Ob id & in hoc falſiloqui, & mendaciorum patroni oſtenſi ſunt, adducuntq; quæ non decet, neque fas eſt vſurpare.

Eſaiæ 1.f

GREGORIVS:

Quamobrem ſanè, quemadmodùm olim dux authorq; noſtræ ſalutis Ieſus, ſuos abſolutè doctos diſcipulos apoſtoloſq; infuſa illis ſpirituſſancti poteſtate, ad eiuſcemodi rerum extirpationem miſit: ità ſanè & nunc ſuos famulos, & qui cum apoſtolis certant, fideles noſtros reges ſuſcitauit, peritos & ſufficientes ad componẽdam, quæ inter nos eſt, cõtentionem, & ad diſciplinam diabolicæ munitionis ſubuertẽdam, quæ erecta eſt aduerſùs cogni-

tionem Dei, idq; in redargutionem diabolici erroris & inſidiarum.

EPIPHANIVS:

Quis vnquàm contumelias tales in altiſſimum dixit? Quis vnquàm grauiora hac impietate elocutus eſt, ô impudens & improba blaſphemia, ô dolus occultatus fucatę verſutię, vtpotè cùm à diabolo edocti, inſidias & fraudes loquuntur, quòd manifeſtè & verè ad gloriam Dei ducentem nos cõtemplationẽ & inſpectionem, per quam humilitatis verbi Dei altitudinem cognoſcimus, & ad memoriã incarnatæ illius diſpenſationis, paſſionisq; & ſalutiferæ mortis perducimur, diabolicam munitionem contra cognitionem Dei extructam, & dęmonum inſidias & errores audenti ore appellant. Verè arcum ſuum ad iaculandum (res infanda) id, quod eſt inculpatũ, tetenderunt. Nam ſi confeſſum habent, ex alto diſcipulos, accedẽte ſpirituſſancti miniſterio, in extirpationem idolorum virtutem accepiſſe: quid eſt quòd alios dicunt excitatos, qui de imaginibus traditionem, quæ per octingẽtos annos valuit, quamq; beati patres velutì ancora ſtabiliuerũt & confirmârunt, ſubuerterunt? Nam cùm ſemèl à Chriſto vniuerſi ab idolis liberati ſumus, quid eſt quòd de ijs nos iterùm aliquis incuſet? Niſi quiſpiam dicere auſit, poſt ſecula alias leges & ordinationes, quæ nos in abſurdas occaſiones & errores plenas ducunt, traditas. Hoc enim iactant generoſi illi, dicentes: Quemadmodùm olim ſalutis noſtræ dux & author Ieſus. Hinc em̃ ſubit illis, vt ità dicant: Omne quod inueteratũ eſt & ſeneſcit, propè eſt vt intereat: quando quidem autẽ apoſtolorũ doctrina inueterata eſt, conſequens eſt vt nouã nos erigamus. Moſes enim & Aaron ſacerdotes, inquit Apoſtolus: ſed poſtq; gratia ſubingreſſa eſt, alius nobis ſacerdos ſurrexit. Debebãt igitur & ipſi quoquè gratiam aliquã amplam inuexiſſe, quæ etiàm apoſtolicam vinceret. Sed operæprecium eſt audire qd dicant: Ad cõponendam, quę inter nos eſt, contentionẽ & doctrinam, &c. En cùm oẽs illius ſynodi fuerint epiſcopi, & perfectionem apoſtolicarũ inſtitutionũ habuerint, alios debebant diſſidentes componere, nõ ab alijs corrigi: ità em̃ plùs extuliſſent diſciplinam & doctrinam traditionũ ſanctorũ apoſtolorũ, patrumq; inclytorum. Quamobrem cum illis & eorum doctrina neque partem, neq; locum habẽt, vtpotè qui doctrinæ illorum nõ adhærent. Decantat aũt illis Dauid pſalmographus, dicens: Perdat Dñs labia doloſa, linguam iactabundam. Dicant nobis, num verus ſit Dauid, nosq; cum eo, pſallens: Defecerunt iacula inimici in finem, & ciuitates ſubuertiſti. olim em̃ hoſtis iacula defecerũt, & ciuitates, hoc eſt, munitiones eius, cùm ſcilicet filius incarnatus

Hebr. 8.

Pſal. 11.

Pſal. 9.

natus eſt: De quo etiàm ſcriptum eſt: Diuidentur ſpolia fortis. Non autem de falſa illa ſynodo & eorum collegis traditum eſt: Defecerũt hoſtis iacula in finẽ. Et ſi in finẽ, & vbiquè defecerũt iacula hoſtis, & ſi ciuitates impietatis ſubuerſæ ſunt, quomodò illas reſtaurare conantur hi & renouare, vt ſibi adſcribant earũ ſubuerſionẽ, & generis humani liberationem? Deprimentes magnum noſtræ ſalutis myſterium, œconomiã ſcilicet Chriſti ſupra omnes Dei ſubuertunt, qui verè benedictus in ſecula ſeculorum, Amen. Deindè adulationibus ad Imperatores vſi, ſic ſubijciunt:

Lucæ 11. c

GREGORIVS:

Qui excellenti & diuino zelo cõmoti, fidelium Eccleſiam, dæmonum fraude deprædatam videre non ſuſtinentes.

EPIPHANIVS:

Talia cùm dicunt, non videntur cognoſcere remiſſiones catholicę Eccleſiæ, ab eo, qui illam fundauit Chriſtus, factas: neque confitentur per liberationem eam, quæ eſt in Chriſto Ieſu, humanum genus ſeruatũ. Quos enim Deus precioſo ſanguine ſuo redemit, eos diabolo reuendũt: Quos propria morte viuificauit, eos linguis venenoſis occídunt, & in laqueum inferni adigunt. Audiant igitur cãtica, quæ lepidè ad Eccleſiam ex perſona Chriſti canuntur: Tota pulchra es cognata mea, & reprehenſio nõ eſt in te. Iam audiuerunt illam totam pulchrã eſſe, & cognatam Chriſti, & abſq; omni reprehenſione. Ad quam & per Eſaiam loquitur: In manibus meis deſcripſi te, & muri tui coram mẽ ſunt ſemper. Quo pacto autẽ Eccleſia, cùm tales promiſſiones acceperit, ab hoſtili dæmonum poteſtate in prædam rapitur? Et vbi Deus eſt ipſum caput, iuxta Apoſtolum, quis hanc captiuitate peſſundare poterit? Ipſe hanc ſibijpſi ſinè macula & ruga addixit, quis autem eam iam inquinabit? Vah cum iſta ſuſpicione. Clarũ ſanè eſt, quòd inficiatio illius humanę diſpenſationis, eiuſcemodi opiniones excitet. Sed conati ſunt Eccleſiam in nihilum redigere, ob id & nñs eos pro nihilo habebit. Erũtq; apud omnes qui in Eccleſia eius ſunt, contempti & anathematizati. Manſit enim hęc ſemper prædationi non obnoxia, infracta, inconcuſſa. Expleti autẽ adulationibus, in narratione earum quę apud eos factę ſunt, rerum, ſermonem glorioſum contexunt.

Eſai. 49.d

1. Cor. 11.d

GREGORIVS:

Vniuerſum deuotorũ epiſcoporum ſacrum conuentum cõuocauerunt, quõ ſynodicè in vnum conuenientes, ex ſacra ſcriptura diſquiſitionem de erronea ſimilitudinũ pictura faciant, quæ ab excelſa & Deo decente latria, ad humilem, terreſtrem & materialem creaturarũ latriam hominum mentes detrahit. Hæc inquam diſquirant, et quid ſibi hac de re videatur, exclament, cognoſcentes id quod à prophetis dictum eſt: Labia ſacerdotum cognitionem cuſtodient, & legem exquirent ex ore eorum. Nuncij enim Dei ſunt omnipotentis.

Mala. 2.d

EPIPHANIVS:

Immemores verbi Dei ex virgine generationem, magnũ hoc & ſalutare myſteriũ, quod ipſe nobis incarnatus gratuitò donauit, liberãdo nos ab idolorum errore & inſano cultu: hanc ipſi ſalutem cõminuentes, ſibi honorẽ adſcripſerũt, qua improbè contra Catholicam Eccleſiam triumphare nituntur. Quibus meritò per prophetam Chriſtus, alloquitur: Sacerdotes contaminauerũt leges meas, & ſancta mea profanauerunt, inter ſanctum & prophanum non poſuerunt diſcrimen. Siquidem imagines Dómini & ſanctorum eius, non diſcreuerunt à dæmonum imaginibus. Quin etiàm has ſimulacra gentium appellantes, ſycophantarũ more Eccleſiam, quam Chriſtus ſuo ſanguine ſibi comparauit, accuſant, & quòd coloribus varijs euangelicæ hiſtoriæ pingantur, reprehendunt: quam tamen fideles venerandam & ſanctam prædicant, cùm non reſpiciant ad ea quę oculis repręſentantur, ſed quæ per res ſignificantur. Nam vt illi qui audiunt auribus, gloriam Deo acclamant: ità qui oculis vident, eundem glorificant: quia in recordationẽ conuerſationis illius inter homines, hoc modo peruenimus. Nã ſi narratio ſcripta nobis res declarat, quid ni & pictura idẽ demonſtret? Qualia autem nugari pergant, videamus. Quæ, aiunt, ab excelſa & DEO decente latria, ad humilem, terreſtrem & materialem creaturarũ latriam, hominum mentes detrahit. O inſanientẽ linguã, quã inſtar machæræ acutæ & veneno imbutę poſſident, qua Chriſtianorum inculpatam fidem, in ſimulacrorum arbitrantur trãſlatam culturam. Et cõtumelioſè humilem & materialem creaturarũ latriam hanc appellant. Nemo enim Chriſtianorum, eorũ quę ſub cælo ſunt, imagini latriam exhibuit. Etenim hoc eſt gentilium fabulamentum, dæmoniumq; inuentio, Satanicæ demùm actionis aggreſſio. Verùm hoc Chriſti in hac terra peregrinatione ſubuerſum eſt. Latria noſtra eſt in ſpiritu & veritate. Inter varia aũt quæ Deo dicantur & ſanctis eius, Eccleſia quoquè ritum imaginum habet. Ipſi aũt ſeipſos redarguunt, cùm dicunt, Et quid ſibi hac de re videatur. Ignorãt igitur quod ore Dominico dictũ eſt: Qui à ſeipſo loquitur, gloriã propriã quærit. Cùm igitur hi à ſeipſis loquãtur, vt teſtificatũ eſt, & nõ à ſpiritu, qs eos audire velit, niſi qui à ſpiritu alienus exiſtit? Deindè gloriabundi nõ in Domino, ſed ſuorum linguis, ſic aiunt:

*generationis aut generati.

Eze. 22.d

Ioan. 4.d

Ioan. 7.b

GREGORIVS:

Et ideò congregata ſacra hæc noſtra ſynodus, quam numero trecenti triginta octo conſtituimus, iuxta ritum legiſlationis ſynodicæ, voluntariè amplectimur & prædicamus decreta & ſcita, traditiones

tionesq́, quas illi firmiter approbauerunt, & ſeruare inſſerunt.

EPIPHANIVS:

Ingentis multitudinis cœtum habentes, numero & hominũ copia iactabundi gloriantur, & quòd turbam contra Eccleſiam excitârũt, ob id importuno ore & clauſtrũ neſciente, garrire, quæ fas non erat, nõ ceſſârunt. Quarè iuxta populum Hebræũ auctí ſunt & multi euaſerunt, ſed in ipſis ſibi non cõplacuit Dominus. Quid verò cauſę eſt? Quia ſeipſos ab Eccleſia expellentes, in eremo errârunt, & in ſicco & inaquoſo ſpiPſal. 103. rituale vinum, corda hominum lætificans, non habuerunt. Iterùm autem eandem fabulam inculcant: verbis enim, ſynodicis ſtatutis inhærere pollicentur, factis antem ipſis negant. Quin etiàm annumerât ſynodos vniuerſales præhabitas, ſic dicentes:

GREGORIVS:

Nicena ſynodus 1. *Et primùm quidem, iuxta quod ſancta ſynodus magna vniuerſalis, quæ tẽporibus pię recordationis Conſtantini Magni Imperatoris in Nicea congregata eſt, quæ impiiſſimum Arrium ſacerdotali abdicauit dignitate, propterea quòd increatũ filiũ Dei, creaturam eſſe dixit, cùm ſit conſubſtantialis patri & ſpiritui ſancto, necnon eiuſdem gloriæ & dignitatis. Quæ quoquè à Deo electum nobis pronunciauit fidei ſymbolũ. Ità quoquè deinceps centum quinquaginta patres cõgregati in imperatoria ciuitate, temporibus magni Imperatoris Theodoſij, Macedoniũ ſpiritumſanctũ hoſtẽ cõdemnârunt: vtpotè quem conſtabat in ſanctum & increatum ſpiritum blaſphemias profudiſſe, dicebat enim illũ patri & filio nõ eſſe cõſubſtantialem: illa aũt ſynodus, ſalutaris noſtræ ſymbolon fidei latiùs extendit, ter ſanctum ſpiritum & omnipotentem Deum eſſe prædicans.*

EPIPHANIVS:

Has quoquè ambas ſacras ſynodos & vniuerſales, Neſtorius impius ille, quiq́; illi aderant hæretici, admiſerũt. Eadem etiàm ratione & hæc tumultuaria ſynodus, aliam inducens hereſin, (à qua, qui huic aſſentiũtur, Chriſtianorum accuſatores à catholica Eccleſia nominantur) recepit. Verùm hi nihil à dementibus hominibus diſcrepant. ſolem enim exortum ſuper terram videntes, & inter ſe dicentes, Splendore ſolis ſidera abſconſa ſunt, & dies eſt & non nox, aperta & manifeſta ociloquẽtia ſua colligentes, admonent.

GREGORIVS:

Epheſina Synod. 1. *Poſt has, ducentorũ ſanctorũ patrum in Epheſo prior cõgregatio Theodoſij iunioris imperio, iudaizantem & hominis adoratorem Neſtorium condemnauit, quia decernebat ipſum Chriſtũ propriè ex Deo verbum, & particulatim alium Chriſtum ex muliere, & propriè quidem creatũ Deum verbũ, & particulatim hominem. Hinc duas hypoſtaſes in vno Chriſto cõſtituebat, vnionemq́; iuxta hypoſtaſin negabat, ſecundùm quam nõ alius atq; alius adoratur, ſed vnus intelligitur Chriſtus Ieſus vnigenitus, vna adoratiõe in propria carne adoratus.*

EPIPHANIVS:

Hanc & Eutyches & Dioſcorus, & eiuſdẽ farinę hæretici cõfuſa Dei appellati, approbant, ſed tamen hæretici permanſerũt, vtpotè qui aliam hæreſin induxerũt. Rectè igitur & illis hi connumerabuntur, vaniloquentiã enim nuperam & hi in Eccleſiam adduxerũt. Quemadmodùm aũt pueri ea quæ à patribus ſpicuè dicta & facta, ridiculè inuicem enarrãt: ità & hi quoquè quæ apud oẽs notiſſima ſunt, velutì docẽdo ſe proferre putant, & ſcripto tradunt. Sed apud omnes ridiculi deprehẽſi ſunt. Rursùs aũt ſua propria vaniloquentia vtentes, dicunt:

GREGORIVS:

Chalcedonẽſis ſynodus tẽpore Martiani Imperatoris, *Cõgregata deindè eſt & in Chalcedone magna & vniuerſalis ſynodus, imperante Martiano DEI amantiſſimo Imperatore. hæc Dioſcorũ & inſelicẽ Eutychen anathematizauit, docentes in duabus naturis, poſt exactam iuxta hypoſtaſin verbi Dei vnionẽ, nõ eſſe eundem & vnum Chriſtum & Dominum cum carne, ſed ex duabus naturis vnitionẽ factã, vnã aũt mixtam & cõfuſam perfectã fuiſſe. Vltra has Conſtantinopoli cõgregata Iuſtiniani Imperatoris imperio, qui nunc in Dei pace quieſcit, ſynodus eſt, quæ Origenem, (qui & Adamantius) Euagrium, Didymum, cum gentilibus illorum commentarijs anathemate deuouit. Prætereà Theodorum Mopſueſtiæ epiſcopum, & Diodorum Neſtorij præceptorem, Seuerum, Petrum, Zoarã, cum impijs eorũ dogmatibus damnauit. Et epiſtolã Ibæ appellatã, quæ ad Marin Perſam extat. Decreta aũt & ſtatuta quartæ ſynodi vniuerſalis approbauit.*

Cõſtantinopolit. ſynodus.

EPIPHANIVS:

Vniuerſales has & ſacras ſynodos, & quę illas præceſſerũt, & Sergius Cõſtantinopolitanus, Cyrus Alexandrinus, & Honorius Romanus antiſtites, & oẽs illi q. Monotheliteę dicuntur, receperũt: veruntamẽ vt hæretici à catholica Eccleſia damnati ſunt, q. noua quædam dogmata per ſuas hæreſes in Eccleſiã effuderint. Sic & hi ſanctas has & vniuerſales ſynodos recipiẽtes, per nouam ſuã hæreſin è catholica Eccleſia eiecti ſunt. Vana aũt de his illorũ eſt oratio & ocioſa, neq; vlla reſpõſione digna: quia dũ ſanctas ſynodos appellãt, illis aduerſari oſtendunt. Quòd ſi aũt illud ex ignorãtia faciunt, res eſt & ſtoliditate & ruditate plena: ſi verò ſcientes id perpetrant, impiæ fanè & abſurdæ conſcientiæ. Aut enim ſynodũ ſynodo ſibi aduerſantem, nobis (niſi ſint aliquæ ab Eccleſia alienæ & condemnatæ, quemadmodùm illorum eſt) oſtendent, aut ſanctas has & ſynceras ſequentur, & quod tota Eccleſia, & ipſi recipient. Et ſi quidem ſacras imagines ſuſceperint, Eccleſiæ Catholicæ adhærebunt, vtpotè quas ſacræ ſex vniuerſales ſynodi admiſerunt: ſi verò non ſequentur Catholicam Eccleſiam, nemo eos audiet, vtpotè qui huius ſacram traditionem non ſequantur.

GRE-

GREGORIVS:

3. Cõſtantinopolit. ſynodus. *Deindè temporibus Conſtantini pij Imperatoris in hac deuota ciuitate centum ſeptuaginta epiſcoporum concilium coactum eſt: in quo Theodorus quem Pharan vocant, & Cyrus Alexandriæ præſul, & Honorius Romanus epiſcopus, Sergius item & Paulus, Pyrrhus et Petrus, qui illuc præſidebãt: item Macarius Antiochenus cum Stephano illius diſcipulo, anathemate percuſſus eſt, & extra Catholicam Eccleſiam eiecit, quòd vnam voluntatem & operationem in duabus vnius Dei noſtri Chriſti naturis ſtatuerent.*

EPIPHANIVS.

Hiſce verbulis nihil ædificant, hęc enim anteà deſtructa fuerunt. Adulterina autem cauillatione ſacras ſex ſynodos iterùm in medium adducunt, ſic dicentes:

GREGORIVS:

Sex igitur iſtæ ſacræ & vniuerſales, piæ, & Deo placentes ſynodi, dogmata noſtræ inculpatæ fidei ex ſanctis euangelijs initiatæ tradiderunt, vnam ſcilicet eſſe hypoſtaſin in duabus naturis et voluntatibus & operationib⁹ vnius Chriſti Domini Dei noſtri, illiusq́, vnius eſſe & miracula & paſſiones.

EPIPHANIVS:

Ah quid iſtud eſt opinionis & ſuperbæ iactationis? Eccleſiam velutì rudẽ, & quaſi nõdùm Chriſti dogmatib⁹ imbutã docere conantur, quæ tamẽ teſtimonijs omnium, ſcientia plena eſſe deprehẽditur, quemadmodùm diuinus Paulus Eccleſię myſtagogus, in ſpiritũs magniloquentia clamat. Sic Ephe. 3. b eñ de ea ait: Vt cognoſcatur principatibus & poteſtatibus per Eccleſiã multimodè varia Dei ſapientia. Nõ igitur rectè iudicârũt, ſed impoſtorũ more, ea quę nõ erãt dubia, in medium adduxerũt, quę Eccleſia catholica tanq̃ ancoram firmã & recipit & obſeruat, p̃ceptisq́; eorũ continuò inhęret. Nã & ſacræ ſynodi cũ diuinis placitis & venerandas imagines admiſerũt, & honore & cultu quodã certo eas patres noſtri dignati ſunt: quinẽtiã in templis ſanctis ab ſe ædificatis, eas collocauerunt, nec illic ſolùm, verùm etiàm in omni loco cõuenienti eas pinxerunt, ſalutârunt q́;. Verùm hoc conciliabulum, omnẽ illorũ diuinum cœtũ ſupergredi auſum eſt, & ſuam ſedẽ contra illos poſuerunt, iuxtaq́; diabolum patrẽ mendacij ceruices erigentes, quę ſancta erãt & ſacra, cõtaminauerũt, cõtempſerunt, & in ignem coniecerunt. O violentiam, ô inſanam audaciam, pereat eorum ſuperbia: nñs ex corruptrice malitia illorum, populum líberet, omnesq́; catholicæ Eccleſiæ adhærere faciat, & vt Euangelicas picturas, & certaminum martyrũ effigiationes, quẽadmodùm ab initio factum eſt, & Eccleſia Dei obſeruat, recipiãt, & vt venerenẽ efficiat. Deindè eiſdem artibus vtentes, ſic delirãdo dicũt:

GREGORIVS:

Quæ & nos cum omnẽ diligentia & diſcuſſione, conſilio terſancti ſpiritũs exquirentes & cognoſcẽtes contra ipſum illud ſalutis noſtræ dogma, hoc eſt, contra Chriſti œconomiam, nefandam pictorũ artem blaſphemantem, & ſex ſacras ſanctas ſynodos ſubuertentem inuenimus.

EPIPHANIVS:

Eſt & diligentia & diſcuſſio quæ in malo procedit, quemadmodùm diligẽtiam & inquiſitionem cõtra proprium patrem ſuũ 2. Reg. 15. cum Achitophel exercuit Abeſalon, talib⁹ 16. & 17. quoquè & iſti cõtra ſanctos patres vſi ſunt. Quemadmodùm etiàm diuino cõſilio, falſorum prophetarum vaticinia oriri Achaz arbitrabatur: verùm ſpe ſua fruſtratus fũit. Quoniam & parœmiaſta inquit: Sunt viæ Prou. 14. quæ videntur viro rectæ, ſed exitus earum in fundum inferni deducunt. Talia & illis accidunt. Nam obnoxij affectibus his, vt hominibus placeant, & de proprio ore loquentes, videntur quidem vias rectas indicare, verùm eos qui illis auſcultant, in laqueum inferni deducũt. Quomodò enim contra diſpenſationis Chriſti myſterium, imaginum pictarũ apparatus blaſphemias inferũt? aut qua ratione ſex ſacras ſynodos cõtumelia adficiunt? an præter illarum ſententiam, in Eccleſijs imagines collocatæ ſunt, quum ipſi illi diuini patres noſtri, doctorum more & volũtariè veritatem ſignificantes, noſtræ ſalutis myſterium in venerandis templis, pictorum opera vtẽtes, collocârunt? Non autem, vt ipſi aiunt: Quis contra ſalutis noſtrę dogma tempeſtiuum, nimirùm aduersùs Chriſti diſpenſationẽ, nefandam pictorum artem induxit? Nam quod quiſpiam probat, id vituperari non ſuſtinet. Itaque ſe delirare cognoſcant, nec nugas ſuas demonſtrari ſinunt. arbitrantur autem neminem exorturum, qui fraudes eorum, quibus veritatem deprimunt, ſe deprehenſurum putet. Omnes artes illiberales, quæ à ſcopo mandatorum Dei declinant, interdictæ ſunt. Quæ verò ſecùs agunt, ſed in vſum aliquem vitæ proficiunt, & non ſunt indecoræ, ità à ſanctis patribus noſtris non ſunt damnatę, nec excluſæ. Picturæ autem arte ſi in adſpectum turpitudinis quiſpiam vſus fuerit, execrabilis eſt & damnoſa: velutì ſi quis effigies meretricias & ſpectacula, item molles ſaltandi flexus, & equeſtrium certaminũ formas, aut ſi quid his ſimile fuerit, pingat: Sanè opus illud turpe & noxium cenſebitur. Si autem honeſtorum virorum vitas, & hiſtorias certaminũ martyrum, eorundemq́; paſſiones, item magni DEI & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpenſationis myſterium pictura repræſentare voluerimus, tũc quidem pictorum arte vtentes, valdè rectè feciſſe dicemur. Nam & pictor crucem depingit, neque tamen aliquis cui ſanum cerebrum eſt, ob eam cauſam pictorem auerſatur, neque à diuina gratia illum excludit, quòd coloribus eam ornauerit. Rursùs

& de libris similiter iudicandum est. Nam si quispiam turpes historias aut gesta referat, turpis quoquè & abijciendus, & Christianis auribus indignus censebitur: si verò diuinitùs inspirata verba, & narrationes ad pietatem facientes scribat, cõmendandus est, & Ecclesia Dei non indignus æstimandus. Idem de imagine Domini nostri Iesu Christi sanctorumq; eius existimandum. Nam & si quis tibiam aut citharam fecerit, turpe illius opus habebitur: si verò sacrum aliquod vas, suscipiendum quidẽ hoc erit. Neq; quispiam prudens artem vituperauerit, cùm quispiam ædificat, quod in vitæ vsum ac necessitatem fuerit destinatum. Intentio enim & modus, quorsùm scilicet artis opus tendat, inspiciendus. Et si quidẽ ad pietatẽ vergat, admittẽdum erit: si verò ad turpitudinem aliquam, execrandum & reijciendum. Appingentes autẽ dictis plures vituperationes, deincèps aiunt:

GREGORIVS:

Nestorium autem diuidentem in filiorum dualitatem vnicum filium & verbum DEI pro nobis incarnatum, fingunt.

EPIPHANIVS:

Rursùs, quẽadmodùm & antè diximus, tantummodò pronunciant, nihil demonstrantes. Quomodò enim Nestorium fingit, qui Christi imaginem pingit? Nestorius duos filios inducit, alterum quidem verbũ patris, alterum autem virginis filium. Veri autem Christiani filium vnicum Christum & dominum confitentur. Et cùm imaginẽ illius, quemadmodùm caro factus est & habitauit in nobis, perfectus videlicet homo, depingunt, valdè rectè & piè facere cognoscuntur. est enim DEVS verbum in carne apud nos diuersatus, non ipsa Deitas consideratur depicta. Deum enim (vt ait) nemo vidit vnquàm. Siquidem neq; depingi, neq; videri, neq; compræhendi potest, sed tantummodò illius humanitas. Ex duabus enim naturis, & in duabus naturis Christũ esse scimus, nempe indiuisìm diuina & humana. Altera quidem ex ijs indepingibilis, altera verò pingi valens, in vno Christo cõsideratur. Et imago nõ quidem secundùm substantiam exemplo primo similis existit, sed tantummodò nominis ratione, & dispositione expressorum lineamẽtorum per membra. Non enim cùm quisquam imaginem alicuius hominis pingit, animam in imagine quærit Et quidem animę hominis & diuinæ naturæ differentia discreta existit. hæc enim increata est, & temporis nescia, illa verò & creata, & temporaria, & ab hac condita. Nullus autem qui sapit aliquid, hominis imaginem videns, cogitauit hominem ab anima per pictorem separari. Non enim duntaxàt anima priuata est imago, sed & ipsa corporis substantia: carne, inquam, musculis, neruis, ossibus, elementis, nempe sanguine, phlegmate, humore & bile, quorum sanè commixtio in imagine videri haudquaquàm potest. Hæc emi in imagine si conspici possent, hominem vtiquè eam, & non hominis imaginem, appellaremus. Igitur & hæc cum cæteris problematũ illorũ monstris faciunt. Quæ verò sequuntur, risu digna sunt.

Ioan. 1,b

1.Ioã. 4. b

GREGORIVS:

Nec minùs Arrium, Dioscorum, Eutychen, Seuerum, qui confusionem & commixtionẽ duarum naturarum vnius Christi statuunt.

EPIPHANIVS:

O incircunspectas & aniles fabulas, magnum enim existimant ijsdem insistere nugamentis. Nã aut ignorant, quantùm inter se distant hæretici à se numerati, aut voluntarij in has nugas delabuntur. Arrij enim & Dioscori & Eutychis hæreses, cõtrariæ quodammodò sunt Nestorio, & inter se nõ parùm pugnant, quãquàm impietatis ratione satis cõueniant. Arrius enim à nõ existentibus ad esse ante secula pductũ & increatum Dei patris verbũ dicẽs, huic impietati & aliam adijcit hæresin. negat enim Christũ animam rationalẽ habere, sed pro ea Deitatẽ, cui affectus applicãtur. Dioscorus aũt & Eutyches, Nestorio dicenti duas & naturas & hypostases repugnantes, naturas cõfundentes, vnam vaniloquè adserunt esse. Et lõgè à via regia, quæ neq; ad dexteram, neq; ad sinistram declinat, incedentes, ab Apostolica & patrum disciplina exciderũt. Quæ nunc autem concordia & coniunctio catholicæ & sanctæ Dei Ecclesiæ, itẽ picturarum explicationibus, cũ Arrio, Nestorio & Eutyche? verùm dant sinèmente sonũ, & verba inania effutiunt, ab Apostolico præcepto longè alieniores. sic enim ait Apostolus: Sermo vester sit semper gratiosus, sale condítus. Sed & bonus Iob eos detestatus, inquit: Nũ edetur panis sinè sale, aut est gustus in verbis inanibus? Clarum igitur est, quòd & fruſtrà & inaniter Ecclesiam DEI accusant, nunc quidem impio Nestorio & schismatico picturam humanitatis Christi conuenire dicentes, nunc verò Eutychi & Dioscoro impijs illis hæreticis & confundentibus naturas. Clarum autem est, quòd inter se sectæ istę pugnent, & vtraq; contra Ecclesiã insurgat. Nã si duxerimus Nestorium, iuxta eorũ verba, Ecclesiæ adhærere, mendaces depræhenduntur, dicentes eam Eutychen & Dioscorum sequi. Si aũt Eutychi & Dioscoro cũ Ecclesia cõuenire, & in hoc quoquè falsi reperiuntur. Nã vt anteà dicebamus, Nestorius & Eutyches inter se pugnant: quarè inepta & superuacanea eorum est ratiocinatio.

Coloſ.4

Iob 6.a

TOMVS TERTIVS.

EPIPHANIVS:

QVandoquidẽ in spinis arantes, aliena ab Apostolicis seminibus garriunt, & hæreticorum zizaniorum germinationes colligunt, ad eos Deus per prophetam

Hier. 12. c

clamat: Pastores multi corruperũt vineam meam, contaminauerunt partem meam, hæc dicentes.

GREGORIVS:

Quamobrem iustum censemus, breuiter per præsentem hãc nostrã definitionem, eorum qui hæc faciunt & venerantur, errorem demonstrare. Igitur sanctorum patrum & vniuersalium synodorũ puram & inuiolatam & à Deo traditam fidẽ nostrã & cõfessionem sic obseruantes, dicimus, nõ debere quenquam diuisionem aut confusionem, vltra verum sensum & voluntatem inexprimibilem et incognoscibilẽ illam vnionẽ duarũ secũdùm hypostasin vnam expressæ personæ, naturarũ comminisci.

Nota, vt hæretici falsõ iactẽt Patres & synodos se sequi.

EPIPHANIVS:

Verè suum errorem ostenderunt vanitatis huius magistri. Ab omnibus enim sanctis patribus nostris, in sex vniuersalibus synodis congregatis, in sanctis templis alijsque conuenientibis locis venerandas imaginum picturas collocantibus, propter verba quædam exilia sese abdicârunt. Errorem enim esse dicũt, & idololatriam aliã præter dęmonicam istam inducentes, inter duas res contrarias inter se, non distinxerunt. Nam ea quæ in gloriam Christi DEI nostri, & recordationem illius incarnatæ politiæ, facta: item quæ in laudem dæmoniorum, eorumq; memoriam, à gentilibus & quibusdam Iudæis constructa sunt, vna appellatione per ora sua ferunt, iactantq;, neq; veriti sunt ea scriptis mandare, commiscentes ea quę miscri nequeunt: & prętexentes occasiones in peccatis, diuisionis & confusionis deliramenta in Ecclesiã catholicam & theologicam scientiam. Quin etiàm nugãtur, dicentes nullum diuisionis modum in vnitione Dei verbi secundùm hypostasin intelligendum aut excogitandum. Videntur autẽ illi patrum sententias nunq; legisse, aut si omninò legerint, id defunctoriè factum est, & minimè diligenter. Greg. theologus. Gregorius enim theologus ille vanam horum verborũ congeriem siue rhapsodiam dissecat, ità dicens: Quandò considerationibus distabãt naturæ, simul etiàm diuidebãtur nomina. Quin & omnes beati patres nostri cõfusionem non admittentes, consideratione duas naturas separabiles esse dicunt, idq; ratione differentiæ, non diuisionis. Itaq; necessum est, aut latuisse illos exquisitam horũ dogmatũ scientiam, aut iniustè patres accusauisse, cùm ipsi nullo modò diuisionẽ de duabus naturis in vnitione dispensationis Christi statuant. Et Nestorius quidẽ ipsa re distinguit naturas: aliud enim Dei verbũ, & alium ex virgine, specialiter ad hominẽ, & specialiter ad dẽũ respiciens, existimant. Sed catholica Ecclesia à confusione alienam vnitionem confitetur, & naturas sola consideratione in-

diuisìm distinguit. Nam & post vnitionem vnum Emmanuel confitetur. Iniuriam autem in naribus spirantes, inferunt:

GREGORIVS:

Quænam est hæc insana opinio pictorũ, vt lucri turpis & miseri causa, ea quæ effici nequeant, studeant cõficere, vt & ea quæ ore & corde sunt tantùmodò cõfessa, impijs manibus figurare intendãt?

EPIPHANIVS:

Stupidi est, eiusmodi verba fundere, animoq; tali esse præditum, qui nihil aliud, quàm probos & innocentes cauillari, didicit. quorsùm enim ista insana mens, res in Ecclesia sacras, nugis & deliramẽtis æquare? Nam quod dicunt, pictorum esse lucri turpis cupiditatem, vt Christi imagines in templis conspiciantur: nõ vident & eos lucri cupiditati deditos, qui sacros Euangelij codices describũt. Quin etiàm appellãt illos vmbratiles pictores, qui Christum coloribus delineant, depinguntq;? Quid ergò? Num & fabrum crucem præparantem, ædificantémve, scaiotectona, hoc est, ineptum fabrum & rudem, vocabunt? Dicatur & lapicida, qui mensam sacram in ecclesijs polit & aptat, scaiolithurgos, id est, improbus lapicida. Similiter aurifaber, & argentarius faber, σκαιοχρυσόχοος, hoc est, ineptꝰ, & minimè in ea arte doctus auri cudendi magister, & phrygio: nõ tamen ob horum insaniam quæuis ars & scientia, à DEO ad gloriam illius & nostram vtilitatem nostrę vitæ tradita, peribit. Quòd autem in crassa ignorantia versentur, & insignitè improbi sint, ex sacra scriptura & diuinis patrũ sententijs audiant: Hæc enim, naturæ nostræ à rerum opifice donatam scientiam approbant. Sic enim Iob de DEO dicit: Quis dedit mulieribus subtegminis & telæ scięntiam? Quin etiàm vt asserit, testaturq; scriptura, à DEO data est Beseleel sapientia in omni fabrili scientia. Sic enim ait Moses: Et loquutus est Dñs ad Mosen, dicens: Eccè nominatìm vocaui Beseleel, filiũ Vriæ, * filium Or, tribûs Iudę, & impleui illũ spiritu diuino sapientiæ, eruditionis & scientiæ, vt omne opus fabrè excogitet, & faber summus sit, tum in argento & auro, tum ære & ferro, hyacintho & purpura, & coccinea tela & byssо cõsuendo. Præterea docui eũ lapidicinam ad opera, & fabrilem artẽ ad ligna vsûs cuiuslibet apparanda. Et dedi illi socium Eliab, filiũ Sciſamachon de tribu Dan, & in corde oĩs eruditi collocaui prudentiã, vt faciant omnia quæ mandaui tibi. Quibus sanè magnus ille & facũdia & eruditiõe omnigena in theologia Gregorius, cõsona cõsentiętiaq; tradit, dicẽs: Et descẽdit spiritus Domini, & deduxit eos, & spiritus scientiæ repleuit Beseleel architectũ tabernaculi. Mirum est igitur, cùm ex Deo homines isti improbi scientiã esse videant, cognoscantq; nobis traditam, quid ità insolenter

Iob 38. secundùm transl. 70.

exo. 31. a. b

* filij

Greg. Nazianzenus

ſolenter ſe gerãt. Profectò ob eam cauſam recenſendi ſunt inter hæreticos à Deo damnatos. nã vt ſcriptũ eſt, Peccatis peccata
Eſaiæ 30,a accumulant. Germani igitur filij, & nõ nothi & adulterini, ſponſæ exornatæ Chriſti, quæ neq; maculas neq; rugas habet, catholicæ Eccleſiæ, ſoli Deo cum obſecratione ſacrificia & cultum præſentantes, venerandam Chriſti imaginẽ, veræq; & indubitatæ virginis noſtræ Deiparæ, ſanctorum angelorum, & omnium deniquè ſanctorũ, ſenſu viſus intuentes ſanctificat, & in memoriam eorum animo & corde perpendunt, vt in
Rom.10. vnum Deum per iuſtitiam credant, & ore confiteantur ad ſalutem. Eodem modò & Euãgelij audientes auditione ſenſitiua ſanctificationem, gratia repleti, corde quoquè intelligunt ſcriptorum narrationẽ. Deindè fruſtrà inflati, aiunt:

GREGORIVS:

Arbitratus etiàm ſic eſt, ipſam imaginem Chriſtum vocando. Eſt autẽ Chriſtus hoc nomine Deus & homo. Sequitur, vt & imago Dei ſit et hominis: & conſequens eſt, vt aut iuxta opinionem vanitatis ſuæ, Deitatem, quæ circunſcriptione creatæ carnis circunſcribi non poteſt, circunſcripſerit: aut inconfuſam illam vnitionem, impietatis confuſione confuderit, & geminas blaſphemias in Deitatẽ, & per deſcriptionem & confuſionem intulerit. Iiſdem ergò blaſphemijs earum adorator inuoluitur, & væ illud vtriſq; præmium, quòd ſcilicet & cum Arrio, Dioſcoro, Eutyche, & acephalorum hæreſi erraverint.

EPIPHANIVS:

Non eſt imaginum ſtructura, pictorum inuẽtio, ſed Eccleſiæ catholicæ probata legiſlatio & traditio. Nã quod vetuſtate excellit, venerãdum eſt, vt inquit diuinus Ba-
Baſilius Magnus. ſilius. Teſtatur hoc ipſa rerum antiquitas, & patrum noſtrorum, qui ſpiritu ſancto feruntur, doctrina. Etenim cùm has in ſacris templis conſpicerent, ipſi quoquè animo propenſo veneranda templa extruentes, in eis quidẽ gratas orationes ſuas & incruẽta ſacrificia Deo, omnium rerũ domino offerunt. Atquì conſilium & traditio iſta, non eſt pictoris: eius enim ſola ars eſt: verùm ordinatio & diſpoſitio patrum ſanctorum, qui ædificauerunt. Hoc autẽ nomen Chriſtus, ſignificatiuum eſt & deitatis & humanitatis, duarum Chriſti perfectarum naturarum. Secundùm autem illam naturã qua viſus eſt, homines Chriſtiani illius imaginẽ depingere didicerunt, non ſecundùm eam
Ioan. 1.b qua inuiſibilis erat. Hæc enim deſcribi nõ
1.Ioã. 4.b potuit. Audiuimus enim ex Euãgelio, Deũ neminem vnquàm vidiſſe. Itaq; natura humana Chriſto depicto, vt rei veritas id indicat, ſecũdùm nomen tantùm Chriſtiani cõfitentur ſe adaptare viſam imaginem archetypo, & non ſecundùm eſſentiam. Ipſi autem ſtolidè leues, imaginem & prototypum nihil differre dicũt, & in diuerſis ſubſtantijs identitatem ſubſtantiæ indicant.

Quis aũt riſu inſignem ruditatẽ & imperitiam nõ proſequatur, immò magìs impietem eorum nõ deflebit? nam in ſenſum reprobum conuerſi, ea quæ non decent, blaterant: & catholicam Dei Eccleſiam, propter imaginum apparatum, confuſionis cauſam habere iactitant, & illam Deitati ſpeciem circũſcriptionis attribuere. Deindè iniquitatem iniquitati ſuperaddentes, væ nobis minãtur, ſed labor eorum in caput eorum
Num.24. conuertetur. Nam ſi is qui execrabatur veterem Iſraëlem, execrabilis erat, & qui benedicebat, benedictus: quanto magìs, qui nouum Iſraelẽ videntẽ intelligenter Deũ, Dei ſcilicet Eccleſiã, execratur, execratione plenus erit? Quis autem illos non deteſtetur, cùm Eccleſiã cum Arrio & Dioſcoro & Eutyche, & acephalorũ hæreſi, errãſſe dicant? Hos ſanè illi magiſtros & nouę hęreſeos ſuæ anteſignanos habent.

In ſubſequentibus etiàm Euſebius Pamphili, ab illis in teſtem aduocatur: qui tamẽ ab omni Catholica Eccleſia Arrianę hæreſeos defenſor eſſe cognoſcitur, quemadmodùm in commentarijs ſuis & omnibus à ſe editis libris manifeſtum fit. Dicit enim ſecundo loco adorandum Deum verbum, & miniſtrum patris, & ſecundas dignitatis partes ferre, qua in re conſubſtantialitatis opinioni repugnat, & tranſmutationem ſacratæ carnis Domini in Deitatis naturam renuit, & ex eo confuſionem adſtruendo, imagines nõ recipit. Neq; is ſolùm, verùm omnium Arrianorũ inſana & impia turba. Opinantur enim, extra animam rationalẽ, Dominum noſtrum factum hominem, & pro anima Deitatẽ habuiſſe, vt affectiones illi quoquè adſignent, quẽadmodùm Gre- Greg. theologus.
gorius Theologus teſtificatur. Et quemadmodùm Theopaſchitæ hæretici imaginem non admittunt, ità neque Seuerus, qui confuſionem induxit, imaginem CHRISTI DEI noſtri in Eccleſia non recipit, quemadmodùm à pluribus hiſtoricis illud traditum eſt.

Euſebius Pamphili ſcribitur hîc Arianæ hæreſi defenſor.

Quomodò igitur Arrio, Dioſcoro, Eutychi & Acephalorum hæreſi catholicam Eccleſiam, quę imaginum picturas recipit, ſimilem dicunt? Mira profectò ſunt. Neq; quicquam aliud agunt, quàm inanes quaſdam blaſphemias lingua eorum effrenata eructantes aërem verberent. Audiant igitur veritatem. Quemadmodùm in ſuperioribus diximus, ſupra omnẽ circunſcriptionem eſt diuina natura: ſed humana circunſcribi & definiri poteſt. Neq; quiſquã adeò delirus eſt, qui humanã naturam circũſcribi poſſe dicens, per eam circũſcribere tentat, quæ circunſcribi haudquaquàm poteſt. DOMINVS enim, quatenùs perfectus erat homo, in Galilæa fuit: fuit & in Iudæa, eius rei fidem ipſe faciebat, dicens:

Aſſcendamus in Iudæam iterùm. Et de La-
Ioan. 11, b zaro ſuis diſcipulis loquẽs, ità ait: Gaudeo propter vos, vt credatis quòd non fuerim ibi. Quatenùs autẽ Deus eſt, in omni loco dominationis ſuæ adeſt, & vſquequaq; incircunſcriptibilis permanet. Quomodò igitur intemperanti lingua deliramenta iſta iteratìm effutiunt? Et ità dicunt: Circũſcripſit iuxta ſuam opinionem pictor, circunſcriptione creatæ carnis, diuinitatem quæ circunſcribi non poteſt. Si in præſepi iacens
for.a inuoluta faſcijs, inuolutus per naturam humanitatis illius diuinitatis natura fuit, circũſcribetur & in colorata imagine humanitatis eius, incircũſcriptibilis eius diuinitas: Si verò illud factũ nõ eſt, neq; hoc etiã. Vtinã cognoſcãt
Dionyſius in lib. de hierarchia diuini Dionyſij ex libro de Hierarchia verbũ, ſic dicentis: Non emẽ eſt exacta ſimilitudo cauſatis & cauſis. habẽt emẽ cauſata cauſarũ cõtingentes imagines. Ipſę verò cauſę, ſecundùm proprij principij rationẽ, exemptę ſunt & ſupereminẽt. Vt profectò & illis qui vel paululùm mentis habeãt, manifeſtũ ſit, collectaneã eorum vaniloquentiam nõ aduersùm pictores, ſed contra Dei Eccleſiam deſtinatam. Eadem autem impudentia vtentes contumaces, dicunt:

GREGORIVS:

Damnati autem à cordatis viris in eo, q; incomprehenſibilem & incircunſcriptibilem diuinam Chriſti naturã ipſi depingere ſtuduerunt, ad aliam aliquam praua inuentione apologiam confugiunt, quòd ſolius carnis, quam vidimus & palpauimus, & cum qua verſati ſumus, illius inquã, imaginem exhibemus: quod ſanè impium eſt, & Neſtoriana diabolica inuentio.

EPIPHANIVS:

Iiſdem ſuis artificioſis technis vtuntur iniqui iſti veritatis accuſatores, quiq; ad impudentes contradictiones toti propendent. Simul etiàm ſibijpſis conuenientia garrientes, in laqueum blaſphemiæ cadũt. Et non ſobria verba proferentes, incircunſcriptibilem & incomprehenſibilem diuinam Chriſti naturam, in Chriſtianis accuſant, dicẽtes eos illam circunſcribere. Deindè vaframẽto artis vſi, perſonamq; reſumentes, mendacium demonſtrant, quòd carnis ſolius, quam vidimus & contrectauimus, & cum qua verſati ſumus, imaginẽ referimus. Atq; id, vt ex hoc rurſùs in Neſtorij dogma Eccleſiam abducãt. vndè & ſubijciũt: Quod eſt impium, & Neſtorianæ dęmoniacæ prauitatis inuentum. Audiãt igitur iſti veritatem. Chriſtiani vnum Emmanuel Chriſtum Deũ noſcentes, ipſum pingunt ſecundùm hoc, quo verbum caro factum eſt. Varia inſuper deliramenta à ſe reijciunt, ſimplici mente omnia quę in Eccleſia tradita ſunt, recipientes: & picturas inſpicientes, nihil aliud animo cogitãt, quàm quod in his ſignificatur. Nam cùm in pictura virginẽ peperiſſe conſpiciunt, angelosq; cum paſtoribus adſtantes, deum hominem factum eſſe reputant, natum ob noſtrã ſalutem, atq; id etiàm confitentur, dicentes: Is qui extra carnem eſt, incarnatus eſt: verbum corpus induit, increatus eſt creatus, intangibilis eſt palpatus: eumq́ vnum in Deitate & humanitate perfectũ prędicant. Dictum eſt autem in præcedẽtibus de Neſtorij impia hęreſi, quòd ſcilicet imaginum effigiationes nihil cum ea conueniant. Et iam de hac quoq; ſatìs dictum eſt, ſi modò quippiam de ea dici oportet. Arbitrati autem ſecum aliquid inueniſſe, dicunt:

GREGORIVS:

Conſiderandum eſt & hoc. Quòd ſi iuxta orthodoxos patres, ſimul caro, ſimul Dei verbi caro nũquàm partitionis notitiam ſuſcepiſſet, ſed totaliter tota natura diuina adſumpta, & totaliter & perfectè Deitate arrepta fuiſſet, quomodò in duas diducetur, & ab impijs illis qui iſtud facere conantur, priuatìm ſeparabitur? Conſimiliter verò & de ſacra eius anima ſe habet. poſtquàm enim aſſumpſiſſet Deitas filij in propria hypoſtaſi carnis naturam, inter Deitatem & carnis craſsitudinem, anima mediam ſe interpoſuit: & quemadmodum ſimul caro, ſimul verbi Dei caro: ſic ſimul anima, ſimul verbi Dei anima. Et ambabus ſimul conſpectis, videlicet anima & corpore, inſeparabilis ab ipſis Deitas extitit, & in ipſa etiàm diſiunctione animæ à corpore in voluntaria paſſione. Vbi enim anima Chriſti, illic etiàm Deitas: & vbi corpus Chriſti, & illic quoquè Deitas conſiſtit.

EPIPHANIVS:

Quotiès iſti qui Catholicam Eccleſiam auerſantur, improbum & impium aliquem ſermonem contexere inſtituunt, quædam ab omnibus confeſſa & aſſerta aſſumunt, vt propter iſta probè dicta, in cæteris quoquè fidem acquirant. quædam enim rectè pronunciantes, littorales lapillos cum vnionibus commiſcent, & ad proprium vomitum reuerſi, in duas partes diductum, & priuatìm ſeparatũ vnum Chriſtũ ab illis, qui venerandas imagines recipiunt, docẽt, & perueršè loquuntur de partitione, cuius ſententia non eſt recepta. Sed vt videãtur, patrum ſententiæ illos latent. Omnes enim conſilio quodam & inſpiratione diuiſionẽ duarum naturarum apertè prædicant. Non quidẽ rebus ipſis, quemadmodùm in ſuperioribus dictũ eſt, vt blaſphemus auſus eſt dicere Neſtorius. Sermo autem, qui ob id, q́ Chriſtus, quemadmodùm fuit perfectus homo, pingatur, diuiſiones aut priuatas ſeparationes, aut alias partitiões factas dicit, à veritate nõ proficiſcitur: neq; rurſùs verus eſt, qui econtrà confuſionẽ iactat, quẽ-admodùm iſti falſarij ſæpè dixerunt. Aliud enim eſt imago, aliud prototypũ: neq; âliquis, modò quid ſapiat, proprietates prototypi in imagine exquirit. Nam vera ratio in imagine nihil aliud, q́ nominis cõmunionẽ, cuius eſt imago, neq; ſubſtantiã proto-

Nota frau. dem hęreticorum.

typi (vt sæpè aliàs diximus) cognoscit, huc scilicet ipsa significatione dictionum cogente. Desperantes enim cõtra catholicam Ecclesiam se posse aliquid iustè obijcere, vana quędam & nugacia garriunt, & futili loquacitate auditoribus se insinuare nitũtur. Quamobrem & ridiculi apud omnes deprehenduntur, nunc quidem diuisionẽ, nunc confusionem spargẽtes: & promptissimam, vt verbis peccent, linguam habent. Quarè adijciunt:

GREGORIVS:

Siquidem igitur in passione inseparabilis ab his mansit Deitas, quomodò insani isti, & quauis imprudentia irrationaliores, carnem Deitati coniunctam & deificatam, diuidũt, & hanc, vt nudi hominis imaginem, pingere conantur? Et ex hoc in aliud impietatis barathrum labuntur. Nã carnem à Deitate separãtes, & per se subsistentem eam inducentes, aliamq; personam in carne constituentes, quam in imagine repræsentari dicunt, quartã personam Trinitati adijciũt, & diuinam assertionem prædicant impiam. Itaq; fiet illis qui Christum depingere nituntur, vt aut Deitatem circunscriptibilem & cum carne confusam dicant, aut corpus Christi expers Deitatis & diuisum, præterea personam per se subsistentem in carne asserant: & ità Nestorianæ Deo repugnanti hæresi similes existũt. In talem igitur blasphemiam & impietatem cadẽtes, pudore suffundantur, auersentur seipsos, & talia facere desinũt, nec hi solùm qui faciunt, verùm etiàm qui falso nomine factam & dictam ab ipsis Christi imaginem venerantur. Absit à nobis ex æquo & Nestorij diuiso: & Arrij, Dioscori, Eutychis & Seueri confusio, malè sibipsa repugnantia, & quæ vtraq; ex æquo impietatem procurant.

EPIPHANIVS:

Nequaquàm vna via hæreseos, Christianorum accusatorum antesignani incedũt, quemadmodùm econtrariô Orthodoxis mos est regiam viam ambulare, neque huc & illuc declinare, sed in vijs Domini tantummodò versari, illi autem repugnantissimas inter se opiniones constituentes, proprijs sensibus inhærentes, sapientes sibi per omnia videntur. Sed ab Esaia qui veritatẽ liberè proloquitur, audire coguntur: Væ qui sibi sapientes videntur, & in seipsis eruditi. Nã quæ nec vnquàm etiàm à Christianis effata sunt, ipsi tanq̃ confessa accipiunt: falsisq; argumentationibus vtentes, sophisticè Ecclesiam inuadunt, conuiciaq; & cõtumelias quas possunt, cõgerunt. neq; etiã his contenti, impietatis quoquè insania laborant. Etenim quæ Diodorus & Theodorus episcopus Mopsuestiæ, item Nestorius, Eutyches, Dioscorus & Seuerus contra veritatem rabientes, adstruxerunt, hæc omnia boni scilicet isti viri, Ecclesię catholicæ adscribunt. Quin etiàm malum malo commiscentes, hæresiarcharum istorũ verba, delirijs & stoliditate plena & exundantia, cũ vero Ecclesiæ sermone confundunt. Non aliter autẽ ac caupones, hac in re mihi fecisse videntur. nam vt illi vinũ cum aqua turpis lucri gratia cõmiscent, ità quoq; isti veritatis sermonem cum peruerso cõfundunt. Nam Dioscori hæresis, Nestorio planè aduersatur: contrarias autem hæreses in vna opinione & confessione esse, non contingit. Album enim & nigrum, calidũ item ac frigidum, in vno subiecto eodẽ tempore existere, impossibile. Nemo enim in niue calorem, neq; in igne frigus deprehenderit. Stoliditatẽ autem ingenij insani ex his etiàm deprehendere licet. Idem esse aiũt, imaginem, & exemplar primum imaginis. Eam ob causam ad confusiones & diuisiones cogere conãtur eos, qui historiá euangelicam depingunt. Nam Eutychianistarũ, aut eorũ qui vnam, in vnitione secundùm hypostasin Christi naturam asserunt, & cõfusionẽ ex eo opinantur per subuersionem veritatis, qua nihil aliud agunt, q̃ vt ostendant naturam & hypostasim idem esse, quę sanè inter se differre, veri Ecclesiæ catholicæ alumni cognoscunt. ὑπόστασιν enim cum proprietatibus subsistẽtiam dicimus, ab eo quod est ὑφεστάναι, hoc est, subsistere: φύσιν verò, id est, naturam, rem per se existẽtem, non indigentem altera vt subsistat, παρὰ τὸ πεφυκέναι, hoc est, à nascendo. Hoc modo isti & ipsum Christum, & imaginem illius, nihil secundùm subsẽtiam inter se differre aiunt. Nam si differẽtiam cognouissent, monstrosam illam orationem non conteuxissent. Omnibus siquidem manifestũ est, aliud esse imaginem, aliud prototypũ. Illa enim res est inanimata, hoc autem anima præditum est. Quandoquidẽ autem nugati sunt, in imagine diuinam naturã circũscribi, excidẽtes à vero sermone, in reprobum sensum traditi sunt. Petro enim & Paulo in imagine figuratis, certum est eorum nõ adesse animã: cùm neq; etiàm quispiam, ipso Petri corpore præsente, animam illius videre possit. Et cùm ipsa non videatur, quisnam, rogo, qui veritati studet, dixerit, separatam esse carnẽ Petri ab anima illius? Quæ frità se habent, quanto magìs incircunscriptibilis verbi Dei natura, ex assumpta ab illo carne circunscriptibilis existit? Nõ enim diuina natura ex itinere defatigata fuit, neq; à muliercula Samaritide potum petebat: neq; cùm à Iudæis lapidabatur, diuinitatis natura laborabat, aut lapidibus impetebatur. Absit ista à nobis blasphemia. Hęc igitˊ vaniloquentia iconoclastarũ, mirificas strophas & versutias cõtra imaginũ picturã excogitat: quinetiã intemperanti lingua & alia quędã adferunt, iniquitatem iniquitati accumulantes. quartã enim personam ad Trinitatẽ adiectiõe nugantur. At qui in gremio Ecclesię catholicæ tanq̃ genuini filij se continent, omnia quę de Dominо nostro

Esa. 5. c

Locus mutilatus.

Ioan. 4. Ioan. 8.

stro Iesu Christo per œconomiam dispensata sunt, recipientes, Arrium, Nestorium, Apollinarem, eorumq; discipulos Dioscorum & Eutychen execramur, venerãdasq; imagines suscipimus: Imagines inquam solummodò, neq; quicquam aliud eas, quàm imagines existimantes, quæ scilicet primi exemplaris nomen tantùm habent, ipsam verò substantiam minimè. Cancri autẽ in modum obliquè gradientes, ad aliam blasphemiam iter conuertunt, dicentes:

GREGORIVS:

Exultent & lætentur, & libertate linguæ fruantur, quicunq; verã Christi imaginem sinceriſsima mente facientes, desiderant & venerantur, & ad salutẽ animi corporisq; adferũt, quam ipse Dominus noster Deus summus sacerdos, ex nobis integrè massam assumens, circa passionis tempus in typum & recordationem efficacissimã suis sacerdotibus & mystis tradidit. Nam cùm se sponte morti obiceret, gloriosè inquam illi & viuificanti, sumẽs panem, benedixit, postquã gratias egisset, & fregit, tradensq; discipulis, dixit: Accipite, manducate in remissionem peccatorum, hoc est meum corpus. Similiter & calicem tradẽs, dixit: Hic meus est sanguis, hoc facite in meî memoriã, veluti nè esset vlla alia species electa ab illo, aut quasi non posset vllo alio typo eorum quæ sub cælo sunt, incarnatio illius repræsentari. Eccè igitur viuificantis corporis illiꝰ imaginem, quæ honorificè & gloriosè exhibita est. Quid enim aliud in his egit Christus Deus? Nũ sanè aliud, quàm vt ostẽderet & exhiberet nobis hominibus apertè mysterium illud, in dispensatione secũdum illum operatum. Quia quemadmodùm id, quod è nobis assumpsit, materia sola est substantiæ humanę, iuxta omnia nõ perfectè expressa, quę per se existit persona, nè adiectio in diuinitate accidat: ità & imaginem totam electã, videlicet panis substantiam, mandauit apponi, nè scilicet humana effigie figurata, idololatriæ induceretur. Quemadmodùm igitur secundùm naturam Christi corpus (vtpotè quod à Deo esset) sanctum est, sic & positione, videlicet imago eius sancta, vt quæ per quandam sanctificationem ipsa Dei gratia manet. Hoc enim (vt diximus) Dominus Christus tractauit, vt sicuti carnem quam assumpsit, propria secundùm naturã sanctificatione ex sua vnitione deificauit. similiter etiàm panẽ Eucharistiæ, velutì verã imaginem naturalis carnis per sancti spiritûs aggressionem sanctificatã, diuinum corpus esse voluit, illiq; sic placuit. Medius autem venit sacerdos, qui ex communi sanctum id facit sacra illa anaphora. Cęterùm iuxta naturam animata & intelligibilis caro Domini, per spiritum sanctum diuinitati iuncta est. Eodem modo & à Deo tradita imago carnis eius, panis scilicet diuinus impletus est spiritu sancto, cum poculo quoq; sanguinis lateris illius viuificantis. Hæc igitur vera incarnatæ dispensationis Christi Dei nostri imago, quemadmodùm prædictũ est, quam ipse nobis verus naturæ vinidus creator, propria voce tradidit.

EPIPHANIVS:

Videtur quidem tota oratio abominanda, nam qui semèl à veritate exciderunt, in multas & periculosas absurditates, per cõsequentiam proprij erroris, deferuntur. sic & istis vaniloquis contigit. Nam à via veritatis desciscẽtes propter imaginum formationem, in aliam quoq; extremam dementiam perducti sunt. Nam tanq̃ ex Delphico oraculò obliqua ista & pernicioſa dogmata vaticinati sunt. Sed à Prouerbiorum authore audient: Laqueus validus viro propria labia, & capietur verbis oris sui. Ligna enim & fœnũ & stipulas apposuerũt, quorum finis ad vstionẽ destinatus est. Nemo enim vnq̃ sanctorum apostolorum, qui tubæ sunt spiritus sancti, aut gloriosorum patrum nostrorum, incruentum nostrũ sacrificium in memoriam passionis Christi Domini Dei nostri, & totius suæ dispensatiõis factum, imaginem corporis illius dixerit. Nam is qui accepit à Domino, sic non dicit aut confitetur, sed audiunt eum sic dicentẽ euangelicè: Nisì comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non *intrabitis in regnum cælorum: & qui mãducat carnem meam & bibit sanguinẽ meum, in me manet, & ego in eo. Et cùm accepisset panem, & gratias egisset, fregit & dedit discipulis suis, & dixit: Accipite, edite: hoc est corpus meũ. Et accepto calice, cùm gratias egisset, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Non autem dixit, Sumite, edite imaginem corporis mei. Quin etiàm Paulus diuinus apostolus, è sacris Domini verbis hauriens, dixit: Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quia in ea qua traditus est, nocte accepit panẽ: & postquàm gratias egisset, fregit & dixit: Accipite, mãducate: hoc est corpus meum quod pro vobis frãgitur, hoc facite in meam recordationem. Simili modo & poculum, postquàm cœnatus esset, dicens: Hoc poculum nouum testamentũ est in sanguine meo, hoc facite, quotiescunquè biberitis in meam cõmemorationẽ. Quotiescũq; panem hunc ederitis, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciatis. Legas quousquè voles. nunquàm inuenies, neque Dominum, neq; apostolos, neq; patres, incruentum illud sacrificium, quod à sacerdote offertur, imaginẽ dixisse, verùm ipsum corpus, & ipsum sanguinem. Attamẽ ante sanctificationis consecrationem, quibusdam patribus piè sanè visum est, ἀντίτυπον, hoc est, exemplar similis formæ nominare, quorum de numero Eustathius, constans is propugnator orthodoxæ fidei, & Arrianicę insaniæ expugnator clarus, item Basilius eiusdem superstitionis auerruncator: qui apertam & planam rectorũ & probatorum dogmatũ viam docentes, vno ore & spiritu loquuntur: hic quidem, exponens dictum*

Hæretici ab alijs in alios labũtur errores.

Proue. 6. a

Ioan. 8. f

*habebitis vitam in vobis. & Ibidem.

Matt. 26. c Marc. 14. c Luc. 22. b

1. Cor. 11. e

Cõtra Sacramentarios.

Prou.9.a dictũ illud in Prouerbijs Salomonis: Edite meum panem, & bibite vinum quod commiscui vobis, hæc inquit: Per panem & vinum, ἀντίτυπα membrorum corporalium Christi prædicat. Ille verò ex eodem fonte hauriens, vt omes sacerdotij mystæ cognoscunt, in precatione diuinæ anaphoræ (ità Græci Missæ partem vocant) sic alibi legit: Confidétes tuo sacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa sancti corporis & sanguinis Christi tui, te precamur & inuocamus. Et quæ deinceps sequuntur, sententiam patris ampliùs confirmant, q̃ ante sanctificatiõem antitypa vocauerint, post consecrationem autem, corpus domini & sanguinem Christi, atq; ità esse credũtur. Sed generosi isti, sacrarum imaginũ cupientes cõtemplationem obscurare, aliam scilicet imaginem introduxerunt, quæ sanè non imago est, sed corpus & sanguis. verùm vafritia & improbitate cõfusi, falsò sophismate seipsos subuertunt, hanc sacram oblationem positione fieri dicentes. Verùm quemadmodùm istud dicere, aperta insania est: sic & imaginem asserere corpus & cruorem Domini, eiusdem est dementiæ. Et præter id, quod est singularis ruditatis opus, impietatem quoquè admixtã habet. Deindè dimittentes mendacium, quadantenùs veritatem contingunt, confessi diuinum corpus panem fieri. At si imago corporis est, nõ potest sanè fieri diuinum corpus. Nunquid igitur huc illucq̃ue se iactantes, inconstantia & minimè firma omnia sua dogmata asserunt? Quemadmodùm enim oculus conturbatus non rectè videt, ità & ipsi prauarum & sententiarum & rationum confusione, mentem suam perturbant & peruertunt. Idemq̃ue quod insani homines patiuntur, iam hoc, iam illud imaginantes: & nunc quidem sanctum & notabile nostrum sacrificiũ, imaginẽ sacri corporis Christi, nunc autem sacrum & diuinum corpus asserunt. Hóc autem modo affecti sunt, vt anteà etiàm diximus, q̃ imaginum * figurarum contemplationem, ab Ecclesia reijcere voluẽrunt, ecclesiasticarũ traditionum peruersioni insistentes.

for.* figurarum

TOMVS QVARTVS.

EPIPHANIVS:

ITerùm insistentes ijsdem blasphemijs, linguas suas contumelia tingentes aduersùm Ecclesiam DEI, sic aiunt:

GREGORIVS:

Imaginum autem falsi nominis prauã appellatio, neq; ex Christi, neq; apostolorum, neq; patrũ traditione cœpit: neq; precationem sacram vllam, qua sanctificari posset, habet: sed manet communis & inhonorata, quemadmodùm ab artifice pictore absoluta est.

EPIPHANIVS:

Linguam magniloquam possidẽtes, improbitatem adijciunt, & longè extra timorem DEI audacia & confidentia cuncta agunt. Nam præter vana nihil cogitant & meditantur. Imagines enim in nomine Christi factas, falsi nominis & improbę appellationis vocant. Sanè si id sub Imperatoribus Christianis fecissent, procul dubiò meritas pœnas dedissent. Dabunt autem hanc, cùm verborum & operum ratio redetur. Quòd autem cum multis alijs, quæ in Ecclesia obseruantur sinè scriptura, nobis imaginum veneratio tradita sit, ab apostolorũ temporibus latè per historias traditum est, de imagine maximè hæmorrhoissæ, quam multis scriptoribus confirmare possumus. Huiusmodi autem cum ipso domino imago, in statuam conflata est. contingit autem ipsa simbriam statuæ Dominicæ, quemadmodùm in Euangelio traditum est, vndè etiàm salutem cõsequuta est, atque hęc in libris multorum ecclesiasticorum scriptorum reperire licet. Quin etiàm Basilius Magnus, cuius scripta per omnes terræ fines resonant, in diuersis opusculis suis mentionem imaginum facit. Gregorius etiàm illius & carne & spiritu frater, Nyssenium præsul, in sermone in Abrahã, idem sentit. Itẽ alter Gregorius, qui à Theologia nomen sortitus est, in versibus à se conditis, qui de virtute inscribuntur, assentit. & Ioannes qui os auro splendidius & lucidius consecutus est, in oratione funebri in Meletium episcopum Antiochiæ, & in sermone qui inscribitur, quòd veteris & noui testamenti vnus sit legislator. Cyrillus item expiator Nestorianæ hæresis, in Epistola ad Acacium Episcopum Scythopoleos, Anastasius episcopus Theopoleos, Sophronius, maximus. Sed quid hos nominatim citamus? Omnes enim sancti patres nostri imagines receperunt. Quam ob causam mendaces deprehenduntur in hoc, q̃ dicunt non esse patrum traditionem. At id valdè decenter. Nam si euangelium nõ tradiderunt legendum, tum sanè neq; imagines fecerunt: si verò illud, etiàm & has curârunt edendas. Planè enim pictura cõuenit cum euangelica narratione. Vtraq; bona, vtraque honore digna. Nam quid aliud quàm mutuam enarrationem promittunt, & indubitanter certas inter se demonstrationes & indicationes adferunt? Etenim si dixerimus, Sol est super terram, & omninò dies est: siue, Omninò dies, quia sol est super terram: eodem modo res hîc se habet. Nam si cõspexerimus in imagine angelum annũciantem virgini, planè in recordationem euãgelicæ historiæ venímus, qua narratur, quòd angelus Gabriel à Deo ad virginẽ missus fuerit, & ad illam dixerit: Salue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Cùm igitur Euangelium audi-

Basilius magnus. greg. Nyss. Greg. Theol. Ioã. Chrysostom. Cyrillus. Anastas. Theopol. epist. Sophronius. Maxim. Luc. 1.

audimus, & quod ab angelo designatũ est, percipimus: nónne omnia manifestiùs & clariùs multo intelligimus per picturã contemplantes, quàm per simplicẽ narrationẽ? Quomodò autem ad aliam ruditatis viam se conuertant, operæprecium est audire.

GREGORIVS:

Neque precationem vllam qua sanctificari possit, habet, sed manet communis & inhonorata, vt eam absoluit pictor.

EPIPHANIVS:

Veritatem audiant. Multa quę inter nos sacrata sunt, sacram precationem non accipiunt, cùm à seipso & à nomine suo plena sint sanctificatione & gratia: quapropter & veneranda & sancta honoramus & amplectimur. Ipse itaq; typus salutiferæ crucis, sinè sacrata precatiõe siue dedicatione, apud nos honorabilis existit. Satisfacit enim nobis figura, quæ tum sanctificationem accipit, cùm à nobis fuerit adorata. Nam siue in fronte eam tãquàm sigillum imprimimus, siue per vacuum aẽra crucis signũ facimus, speramus & confidimus dæmones crucem posse fugare. Eodem modo per imaginem & per nominis significãtiam, quam ad primum exemplar referimus, fieri posse credendum est: quinetiam salutantes eam, & honorificè adorãtes, speramus nos sanctificationẽ consecuturos. Nam cùm diuersa sacra vasa habemus, eaq̃; amplectimur & timemus, sanctificationem quandam ab ijs nos accepisse confidimus, qua nquàm isti & sacra vasa & crucem nugacibus verbis prosequantur, dicẽtes, ea esse & communia & inhonorata, quemadmodùm absoluit ea & faber & pictor & phrygio, quandò nullam sanctam precationem habẽt quæ ea sanctificet. Volentes autem & alia zizania seminare, tanquàm ex spiritu pythonico sic deinceps loquuntur:

GREGORIVS:

Quòd si autem quidam ex eo errore existentes dixerint, rectè & piè à nobis dictum esse, in subuersione imaginis Christi à nobis facta, propter indisseparatã & incõfusam essentiã duarum naturarum in vna hypostasi cõueniẽtium: tamẽ iterùm dubitare oportet, propter imagines ter inculpatę & supergloriosæ dominæ Deiparæ, prophetarum, apostolorum, & martyrum, cùm sint meri nudi, homines, neq; ex duabus naturis, diuina scilicet & humana, in vna hypostasi consistãt, quemadmodùm in solius Christi imaginibus fieri renunciauimus.

EPIPHANIVS:

Nemo eorũ qui in Ecclesia catholica versantur, cogitauerit hoc modo aut dixerit, quòd rectè & piè senserint isti, præsertim in hac noua vaniloquentia: sed quotquot sunt supremi pontifices & sacerdotes Orientis, Occidentis, Meridiei & Septentrionis, omnes eos qui tali sunt sententia aut opinione, anathemate deuouerunt. huius autem regionis pauci aliquot errárunt, & toto corpore ab Ecclesia execti sunt, aut quia domini vocem ignorauerint, aut quia contemptui habuerint, quæ ità tonat: Qui cunq; vni ex pusillis istis offendiculo fuerit, satiùs illi fuerit, vt mola asinaria à collo illius suspẽsa, proijciatur in mare. Itaq; isti Deum non timentes, contra imaginẽ illius blaterant: neque sanctos illius reuerẽtur, sed & contra illos linguas suas exerunt, sic dicentes: Matt. 18.b

GREGORIVS:

Dubitare autem oportet propter imagines ter inculpatæ & supergloriosæ Deiparæ dominæ, prophetarum, apostolorum, & martyrum, cùm fuerint nudi homines, & non ex duabus naturis cõstituti, quidnam cõueniens aut commodum ad has dicere potuerint, subuerso priore argumento. Profectò nihil est quod hîc habent.

EPIPHANIVS:

Neque euangelicè, neq; apostolicè, neq; ex scriptis, aut patrum sentẽtijs, neq; etiàm probabilibus vllis argumentis, vt vno dicã verbo, subuerterũt ea quæ à nobis piè sunt asserta: sed proprio ore loquẽtes, in aciem contra catholicam Ecclesiam sese constituerunt. Neque enim quicquam habent, quod contra intemeratæ virginis aut sanctorum imagines verè pieq̃ue asserere possunt, quemadmodùm nos, Deo suppeditãte orationem, demonstrauimus. Nam in præcedentibus ex sanctorum patrum riuis haurientes, imaginis honorem in primum exemplar reuerti significauimus. Et qui imaginẽ Imperatoris videt, in ea ipsum Imperatorem contemplatur: & qui imaginem eiusdem adorat, ipsum Imperatorem quoquè adorat. huius enim forma & figura, illius est imago. Et quemadmodùm qui desipiens imaginem Imperatoris violat, non aliter castigatur, quàm si ipsum Imperatorem contumelia affecisset, cùm tamen illa ipsa imago præter lignum & colores nihil sit, colores inquam cum cera mixtos & cõtemperatos: eodem modo, qui typũ alicuius siue figuram ignominia afficit, in illum ipsum quem typus rẽpsentat, iniurius est. Quin etiàm ipsa rerum natura idipsum docet. Hoc etiàm vniuersi mortales agnoscũt, patresq̃ue sanctos ità tradidisse nõrunt, & eos qui aliter docent, Ecclesiæ catholicæ, immò naturæ rerum, contradicere. Rursùs autem linguam habentes mẽdacijs imbutam, impetu verborum ità instant:

GREGORIVS:

Sed quid dicimus de subuersione? Quãdoquidẽ catholica nostra ecclesia, media existẽs inter Iudaismum & Gẽtilitatem, neutram illis cõsuetam sacrificationem accepit, verùm nouã pietatis & mysticæ cõstitutionis à Deo datæ formam & vitã ingreditur. Nam cruẽta Iudæorum sacrificia & holocau-

locaustomata nõ admittit,& Gentilitatis in sacrificãdo omnem idololatriam & statuarum copiam auersatur. Hæc enim caput & inuẽtrix abominabilis istius artis fuit. Nam cùm spem resurrectionis nõ haberet, dignum sibi ludicrum excogitauit, vt per eum lusum absentes tanquàm adhuc præsentes exhiberet. Siquidem igitur nihil noui sapit hęc res, profectò tanquàm alienum dæmoniatorum hominum inuentum, ab ecclesia Christi longissimè abijciatur.

EPIPHANIVS:

Immoderatæ garrulitatis eorum scriptũ, bellè in deliramentis omnibus est exercitatum, scelestumq́ue & ridiculum propemodùm existit. Nã qui in superioribus seipsos proprijs suis verbis in præcipitia & barathra coniecerant, nunc in laqueum inferni se protrudunt. Mediam enim inter Iudaismum & gentilitatem Christianam ecclesiã pronunciant. Deindè sibi iterùm malè cõsulentes, dicunt, neutrum illorũ sacrificiorum Christianos attigisse. Itaque aut illic mentiuntur, aut hîc veritatem nõ loquuntur. Sed vt verum dicam, sibi mentiuntur. Mendacium enim nõ modò veritati, sed & sibijpsi contrariũ est, quẽadmodùm facer psaltes Dauid canit: Mentita est iniustitia sibijpsi. Basilius itaq; Cęsareensium pręsul, cuius sonus in totum terrarum orbẽ egressus est, in ipso procemio libri contra Sabellium scripti, sic inquit: Iudaismus cũ Gentilitate pugnat, vtraq; autem cum Christianismo. Isti autem qui sapientia ipsos patres superare sibi videntur, mediam declarârũt hisce duobus pugnantibus secum, Christianorum fidem. Iudaismus enim Deitatis egestatem, gentilitas deorum copiam induxit. Gregorius verò, qui à Theologiæ professione cognomen accepit, vtrorunq; horum renunciationem edisserens, ità inquit: Cùm dico Dei, patris inquam, & filij & sanctiſpiritûs, neque vltra hæc Deitatem fundo, nè gentem deorum introducamus: neq; intra hæc quicquam minùs definio, nè diuinitatis egestatem decernamus, aut propter monarchiam iudaizantes, aut propter copiam gentiliter statuentes. Vitium enim in vtrisq;, etsi contrarijs, simile inuenitur. Atq; illa quidem sacrificia veteris fuêre testamẽti, quibus populus Israelita iussis diuinis acquiescens adhæsit, hæc autem dęmonum gentilium. Nónne igitur & hoc loco diuinis præceptis & mandatis, dęmoniaca ista annumerârunt & commiscuerũt? Imaginem enim Domini, idolum dixerũt, dæmonum imaginibus persimile. Accusant igitur & Abel & Noe & Abrahã, propterea quòd per animalia sacrificauerint: Itẽ Mosen, Samuelem, Dauid, & reliquos patriarchas, qui noua & gẽtilia sacrificia Deo obtulerunt, cùm tamen scriptura testetur, dominum lætatum fuisse in illorũ sacrificijs, in odorem suauitatis. Vtinàm veritatẽ nõ auersarentur: tunc emi facilè cognoscerent, ea quę deo cõsecrata sunt, illi esse accepta. Scriptũ est enim: Sacrificauerunt dño deo suo. Quę autẽ dęmonijs sacrificata sunt, abominanda & respuenda existunt. Sacrificauerunt enim dęmonijs, & non Deo, inquit scriptura. A nobis igitur & per nos, bonum & quod bono contrariũ est, nõ autẽ ex subiecta materia. Quid enim est idolum, inquit Apostolus, aut quid est id quod idolis fuerit oblatum? Nisi ea quę sacrificãt gentes, dęmonijs sacrificant, non deo. Maximè autem errantes, & conuicia mendaciaq́ue fingentes, inferunt istã.

Pſal.26.

Basilius Cęsareen epiſcopus.

Gregorius theologus.

Deut.

1.Cor.

GREGORIVS:

Cessent itaq; ora omnium, quæ loquuntur impia & contumeliosa cõtra hanc nostram Deo gratam sentẽtiam & decretum. Sancti enim qui Deo placuerũt, & qui ab eo dignitate sanctitatis honorati sunt, etiàm si hinc transmigrauerint, nõ tamen eos odiosa mortua ars vnquàm faciet rediuiuos. Sed quicunq; ex gẽtilium errore illis statuas aut imagines erigere fuerit conatus, blasphemus iudicabitur.

EPIPHANIVS:

Ex his iam lectis verbis, alienos docent se & peregrinos à Dei pace, quam Dñs noster syncerè & minimè dolosè in eũ credẽtibus dimisit, dicens: Pacẽ meam do vobis, pacem meã relinquo vobis. Nam quomodò pax esse potest, si contra propriã sentẽtiam & decretum catholica Ecclesia insurgat, confirmans & stabiliens eorum traditiones? Quicunq; enim diuino zelo ducuntur, vbiquè patrum traditionibus cõsentanea & traditioni ecclesiasticorum mandatorum cõuenientia dicunt: qui verò aliter sentiunt, tãquàm inimicos sese abscindũt. Veri autem adoratorẽs, qui in spiritu & veritate Deum colunt, non cessabunt imaginum picturas, quas in historiam & recordationem tantummodò habent, erigere: & has venerantes, amplectentesq; iuxta Deo gratam sententiam & decretum suũ, thoracem veritatis induent, & hastam spiritûs vibrabũt. Nam qui à seculo sancti Deo placuerunt, ad nostrã vtilitatem & salutẽ vitas depictas nobis relinquentes, & q́ ab ipsis gesta sunt, per picturę narrationẽ in catholica ecclesia tradiderũt, maximè in memoriã nostrę mẽtis, & instructionem eorũ politię. Etenim & d. Basilius in encomio quadraginta martyrum sic inquit: Agedùm in mediũ eos adducentes recordationis gratia, cõmunem ab illis vtilitatẽ pręsentibus constituamus. Ostendemus enim omnibus, tãquàm in pictura, virorum istorum fortia facta. Nam & bellorum facinora pręclara & scriptores historici & pictores sępiùs expresserunt: illi quidẽ oratione rem exornãtes, hi autem in tabulis effigurantes, atque ità multos vtriq; ad fortitudinem excitârunt. Nam quę sermo historicus per auditũ exhibet, hęc pictura tacens per imitationẽ ostẽ-

Ioan.

Basilius Encom. 40. martyrum.

ostendit. Commiscentes autem encomia suæ versutiæ, sic aiunt:

GREGORIVS:

Quomodò autem & valdè laudatam Dei matrem, quã obumbrauit plenitudo Deitatis, per quã nobis illuxit lumẽ quod adiri nequit, matrem inquam ipsis cęlis altiorẽ, sanctiorem Cherubim, vulgaris Gẽtilium ars pingere audet? Rursùs, quomodò eos qui cum Christo regnaturi sunt, & in sedibus cum eo sedebũt iudicaturi orbem terrarum, cõformes eius gloriæ, quibus nõ erat dignus mũdus, vt diuina miracula asserũt, quomodò inquam eos nõ timẽt per artem gẽtium exhibere? Profectò nõ fas est Christianis, qui spem resurrectiõis habẽt, dæmonum culturæ cõsuetudinibus vti. Et eos qui in tãta & tali gloria resplẽdebũt, nõ decebat ignominiosa & mortua materia ignominia afficere. Nos autem ab alienis, nostræ fidei demõstratiões nõ recipimus, & in dęmonibus testimonia nõ requirimus.

EPIPHANIVS:

In hoc vtuntur encomijs, quô simpliciores ad suam vaniloquentiã rapiant. Sed qui mentem habẽt serpentis, vafritiem verò nõ habent: item qui simplicitatem columbæ possident, nouerunt & verbis & encomijs ter inculpatam & inuiolatam verè & propriè Deiparam esse: nõrunt etiàm sanctos venerari, eorundemq́; virtutes per historica exempla in memoria habere. Et rursùm per specificam effigiationem, certamina & virilia eorum facta animo perspicere, & supernis honoribus magnificare, cognoscereq́; illos secundùm diuinum Apostolum, cum Christo vinctos esse, & pro nobis intercedere, synceramq́; & inuiolatam fidem, & cultum in spiritu & veritate, soli Deo offerre: minimè verò creaturis illis quæ sunt sub cælo. Quid autem opùs erat materiam vituperare, quô veritatẽ subuerterent? profectò satius fuisset, id quod peius est euitare, meliora autem eligere: & sacrificia sancta, olim à scriptura probata, erant in mentem reuocanda, vtpotè quæ Deo placuerãt. dæmoniorum autem culturæ ab illis erant seperandæ, quanquàm tamen eadem fuerit vtriusq; materia, sed altera omni impietate & scelere redundabat. Sed hi respicientes tantummodò in subiectum ipsum, hoc nomine damnat Ecclesiã, quòd symbola gentilium figmentorum admittat. Non ob id damnata est materia, quòd rerum differentes & contrarios vsus exhibeat. Nam si turpis est, profectò illius vsus reijciendus est. Porrò si sic tandèm oportet omnia intelligere & accipere, nihil obstabit, quin omnia ea quæ Deo consecrata sunt, damnentur, sacras dico vestes, vasa sacra, & similia. Nam & gentiles ex auro & argento idola fecerunt, & libamina vini ex eodem libauerunt. Item è farina panes militares militiæ cæli qui apud Hebręos idololatræ fuerũt, obtulêre. Restat igitur vt clarum fiat, illos iniustè Ecclesiam catholicam accusare. nam gentiles historicis libris deos suos & dęmones grandibus encomijs prosequuntur. nos autem, quemadmodùm illi, nõ facimus: sed omniũ Deum, sanctosq́; illius veris demonstrationibus, non ex alienis acceptis, per encomia prædicamus. Nos enim homines existentes, sensu prædito, ad nostram ignorantiam, & recordationem omnis diuinæ & piæ traditionis, rebus sensibilibus vtimur. Deindè tanquàm adulteratores veritatis, sensum & viam Domini subuertentes, dicunt:

Ioan. 4.

Ioan.1. Ioan.5. Ioan.20.

GREGORIVS:

Ad hæc exquisita & exputata nostra sentẽtia, tum ex scriptura diuinitùs afflata, tum ex patrum electorum testimõijs efficacibus, cõuenientibus nobis & asserẽtibus piam nostram intẽtionem, exhibebimus nostrã definitiõem: quibus nõ cõtradixerit is, qui conatur hac in dubium vocare: qui verò ignorat, discat is & eruditatur, quòd scilicet à Deo sint. Principiò verbum diuinæ vocis, sic dicẽtis, præmittimus: Deus est spiritus: Quicunq; Deum adorauerit, in spiritu & veritate adoret. Et iterùm: Deum nemo vidit vnquàm, neq; vocẽ eius audiuistis, neq; formam eius vidistis. Beati sunt qui non viderunt, & crediderunt.

EPIPHANIVS:

Quotiès recta dogmata homines iuxta suam opinionem subuertere conantur, non miretur aliquis, si scripturæ verba vsurpent. Nam & omnes hæresiarchæ suorum errorũ occasiones è diuina scriptura collegerunt: & quæ rectè à spiritu sancto dicta erant, peruersa animi sententia conuellunt. Atq; hoc coryphæus Apostolorum Petrus olim prædixerat, dicens: Quæ imperiti & minimè cõstantes, secũdùm proprias cupiditates, peruertunt. Proprium enim est hęreticis, secundùm animi cupiditatem cognitionem diuinorum & verorum dogmatum subuertere. Nam sanctorum Patrum vniuersalem hanc sententiam, Dominus creauit me principium viarum suarum ad opera ipsius, (quæ de dispensatione Christi secundùm carnem exponitur) Arrius & Eunomius eorumque complices, de superna Dei generatione intelligunt, atq; ex his veram sententiam peruerterũt. Rursùs Apollinarius Euangelicam vocem malè intellexit: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit filius hominis. Mirum enim est, in quam absurditatem fuerit coniectus, dum conatur ostendere, Deum verbum cum carne de cælo descendisse, illa, ait, quam in cælis consubstantialem sibi & ante secula habuit. Quin etiàm Apostolicum dictum hoc idem adducit, Secundus homo Dominus è cælo, &c. Deceptus enim est propria sua opinione. Quamobrem non est mirandum, si nouæ istius prauitatis hæretici, nobis è diuina scriptura sumptiones quasdam adferunt, Nam è doctoribus suis occasiones sumpserunt, quibus verba quæ de inuisibili & incomprehensibili Deitate dicta sunt, in

Prou.8.e

Ioan.3.b

1.Cor.15.f

dispensationem Domini nostri Iesu Christi secundùm carnem commutârunt. Quis enim, modò quicquam intelligat, non cognoscit, neminem Deum vidisse vnquàm? Nam hoc de diuina natura scriptum est, quemadmodùm & illud: Neq; vocem eius audiuistis, neq; formam eius conspexistis. Quòd si autem hæc secundùm humanitatem quispiam intellexerit, totum Euangelium subuertet. Vbi enim ista collocabimus, Dixit Dominus discipulis suis? Et, Dixit Dominus venientibus ad se Iudæis? Et, Dixit Dominus, Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ? Aut quomodò rursùs hoc intelligemus, Postq̃ aperuisset os suũ, docuit eos? Profectò certum est, ista de humanitate dici. Illud verò, Neq; vocem eius audiuistis, neq; formam illius contemplati estis, ad diuinam substantiam refertur. Nam qua ratione homo perfectus fuit DEus verbum, (vt anteà diximus) ea sanè formam illius inspeximus, & vocem eius audiuimus. Ad hæc & post resurrectionem tangendum se dedit, & discipulis visus est, differens illis de regno. Post id autem & diuinum cultũ & adorationem, quam Christiani veram & puram fidem in se seruant, honorariæ & obsequenti adorationi assimilauerunt. In his enim duabus rebus omnis eorum peruersitas consistit, quamobrem & Christianorum accusatores sunt & dicuntur. Nam cultum Deo cõuenientem & adorationem Christianos venerandis imaginibus exhibere, ad hæc in circunscriptibilem DEI naturam circunscribere adserunt. O peruersam mentem & stultitiam, aut si quid aliud in eos dici conueniat. Non enim iam ampliùs habet, quò excurrat impia eorum oratio, sed conuicijs & sycophantijs plena existit. Non enim Christiani adorationem in spiritu & veritate, imaginibus exhibuerunt, neq; etiàm diuinæ crucis effigiei, neq; etiàm vnquàm inuisibilis & incomprehensibilis naturæ imaginem apparârunt. Sed quemadmodùm verbum caro factum est, & tabernaculum fecit in nobis, ità quoq; humanam eius œconomiam describunt & depingunt. Cognouimus enim Deum esse spiritum, & qui adorant eum, in spiritu & veritate id facere debere. Et quæ secundùm fidẽ est, adorationem & cultum, illi soli, vtpotè omnium Deo in Trinitate laudato, offerendum. Nam cùm diuinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. Quam ob causam nugamenta illorum, vana & nupera, item putrida & à veritate exorbitantia, deprehenduntur, quemadmodùm etiàm in sequentibus aliena à pietate garriunt.

Ioan.1.b
Ioan.5.f
Matt.23.b
Matt.5.a
Ioan.5.f
Ioan.20.
Ioan.4.c

GREGORIVS:

Et in veteri testamẽto ait ad Mosen & populũ: Nõ facies tibi idolum, neq; omnem similitudinem, quæcunq; sunt in cælo suprà, & in terra infrà. Quã ob causam in mõte in medio ignis, vocem verborum vos audiuistis, similitudinem autem nõ vidistis, sed tãtummodò vocem.

Deut.5.a
Deut.4.b

EPIPHANIVS:

Ex hoc loco occasionem impietatis hauserunt, qua Christianos veluti pueros, laruatis suis sophismatis terrent, hoc modo: Si per imaginariam picturã Christum aut sanctos eius in memoriam reuoces, in idololatriam láberis, & omnem impietatẽ exerces. hac enim ratiõe generosi isti ex illis verbis, Non facies tibi similitudinem, argumẽtantur. Ipsam autem veritatem in iniustitia possidentes, & propriam iustitiam quærentes confirmare, ad omnem impietatem seipsos instituunt, continuisq; in mendacijs deliciantes, à veritate alienati sunt. Nam quæ in veteri lege contra eos qui inter filios Israel vitulum adorabant, & Aegypti abominationibus insistebant, dicuntur, in Christianos quoq; iactare non desinunt. Capiuntur autem labijs proprij oris. Vtinàm autem cogitâssent, quia Dominus eam gentem ductурus erat in terram promissionis, in qua habitabant gentes, quæ adorabant & colebant idola, dæmonas, solem, lunam & astra, reliquasq; creaturas, quin etiàm volucres, quadrupedes, & serpentes, Deum autem verum ignorabant: quarè tam diligenter eis præcepit, nè facerent vllam similitudinem eorum quæ aut in cælo, aut in terra sunt: postquàm autem eos ab idololatria abduxisset, iussisseтque tabernaculum testimonij fabricari, Moses seruus illius fidelis, cui omnia significauerat, sensibilia Cherubim, habentia hominum formam, respondentia figura intelligibilibus, ex auro apparauit inumbrantia propiciatorium, quod scilicet Christũ præfigurauit. Nam ipse propiciatio fuit pro peccatis nostris, quemadmodùm inquit diuinus Apostolus. Proindè per duas istas res ad Dei cognitionem illos perduxit, sic dicens: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli latriam exhibebis. Hoc autem faciens, * & fon. * ex auro fusa Cherubim obumbrantia propiciatorium, siue adorantia illum, per illa, inquam, adduxit eos, velutì per visum & auditum, vt Dominum Deum adorarent, & illi soli seruirẽt. Verùm hi, peruersione omni plenum habentes animum, Apostolicum quoq; dictum illud in medium adducunt.

1.Ioan.1

Luc.4.b
Matt.4.

GREGORIVS:

Et mutauerunt gloriam immortalis Dei, per imaginem nõ solùm ad mortalis hominis similitudinem effictã, & venerati sunt, & coluerũt ea quę cõdita sunt, supra eum qui cõdidit. Et rursùm: Si enim cognouimus Christum secũdùm carnem, iam nõ cognoscimus: per fidem enim ambulamus, nõ per speciẽ. Et hoc quod ab Apostolo apertè dictum est, Igitur fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Dei.

Rom.1.c
2.Cor.5.b d
Rom.1.c
2.Cor.5.c
Rom.10.

EPIPHANIVS:

Apertè dicere licet, eos similes factos gẽtibus, qui gloriam Dei mutauerunt, relicto creatore,

creatore, dum Apostolicas sententias, secundùm proprias cupiditates subuertunt. Clarum enim omnibus est, Apostolum gentes repræhendisse in eo quod ait, commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Infert etiàm, volucrum, quadrupedum, & serpentium. Dolosè tamen isti totam phrasim contaminauerunt, vt per eam immutatam simpliciores ineserent, quasi scilicet Apostolus de imaginum in Ecclesia pictura verba faceret. Nam quæ ab Apostolo inferuntur, apertam habent manifestationẽ: volatilium enim, quadrupedum, & serpẽtium mentionem facit. Item ea, & venerati sunt & coluerunt: creaturas scilicet, supra creatorem. Nõrunt enim qui in historicis triti sunt, Aegyptios olìm & boues & reliqua animalia coluisse, vt diuersa volatilia, mures, vespas, item vilia alia & abiecta animalium. Persæ verò ignem & solem adorabãt. Græci, præter ista, quanuis creaturam colebant. Quin etiàm Hebræi quidam, vt testatur liber Regum & propheticæ enarrationes. Decepti enim sunt omnes, & gentes vanitatem induerunt: quare obscuratum est stultum cor eorum & ante Christi aduentum, & post Christũ, maximè tamen omniũ, antequàm in Christum credidissent: clarum enim hoc est. Quòd si autem dicant, postquàm creditum est in Christum, gentes creaturis & idolis seruiuisse, œconomiæ inquam Christi Dei nostri, falsæ sunt prædictiones in se, quæ per prophetas prænunciatæ sunt de Ecclesia: Erit Hierusalem sancta, & alienigenę non ingredientur ampliùs per eam. Et misericordiam meam non auferam ab ea, neq; testamentum meum prophanabo: nec ea quæ per labia mea egressa sunt, irrita faciam. Quòd si autem à cognitione dei se exterminauerunt, & antequàm Christus in mundum veniret, traditi sunt in reprobum sensum seruientes diabolo, vana est accusatio, quæ nunc contra Christianos facta est. Proindè Esaias audacter contra eos clamat, dicens: Vę scribentes iniquitatem. scribentes enim iniquitatem, scribunt. Iniquè enim & malitiosè, Apostoli & scripturę verba exponentes, mentiuntur, post salutis nostræ mysterium œconomiæ Christi Dei nostri, per quem sumus liberati ab idolorum errore, errorem redijsse, & in idola gloriam esse relatam. Sed Christianorum nullus illis facilè credideriт. Confitemur enim omnes, nos ab idolorum errore & omni gentili cultura liberatos tunc, cùm Christus secundùm carnem ad nos venit. Si verò illi id factum esse negant, cum Ecclesia illius non consentiunt. Et ait ad eos Apostolus: Tu quid habes, quod non accepisti? si verò acceperunt eam liberationem, confiteri debebant, & venerandas imagines admittere, quæ ad oculorum adspectum ecclesiastici decoris

Iohel.3.d
Psalm.88.
1.Cor.4.b

gratia nobis sunt factæ, vt narrationes Euangelicas per eas in animum & memoriam subindè reuocaremus, vt sæpè dictum est. Adducunt autem & alias Apostolicas sententias, ità dicentes:

GREGORIVS:

Si enim cognouimus Christum secundùm carnem, iam non cognoscimus: per fidem enim ambulamus, non per speciem.

2.Cor.5.b d

EPIPHANIVS:

Nos in medium adducemus insignes huius loci interpretes. Ioannes igitur qui vltra aurum & lapidem precio sum eruditionem habet, dictũ illud Apostoli, Quarè nos hucusquè nullum nouimus secundùm carnem: si verò cognouimus secundùm carnẽ Christum, iam non ampliùs cognoscimus, interpretando sic ait: Neminem fidelium iuxta carnem nouimus. Quid enim si in carne fuerint, cùm vita illa carnalis periêrit? de supernis enim nati sumus in spiritu. Nouimus etiàm aliam vitam, politiam, conuersationem, & statum qui in cælis est. Et mox eiusdem ducem Christum existentem ostendit, quapropter etiã induxit: Si verò iuxta carnem Christum nouimus, sed ampliùs iam non cognoscimus. Agedùm igitur num carnem deposuit, & non ampliùs cum carne est? abs it. nam & nunc in carne est. Quemadmodùm enim Iesus à nobis in cælum assumptus est, ità veniet. At quomodo? in carne cum corpore. Quamobrem ergò inquit, nã si Christum secundùm carnẽ cognouimus, sed iam non ampliùs modò cognoscimus? Quia si passibilem cognouimus Christum, at iam non ampliùs. Ad nos enim pertinet secundùm carnem, qui in peccatis sumus: sed non secundùm carnẽ huc spectat, quandò in peccatis non fuerimus. At cùm ad Christum refertur, secundùm carnem, in affectionibus naturæ esse significat, velutì sitire, esurire, fatigari, dormire. Christus em peccata non commisit, neq; dolus in ore illius inuentus est, quã ob causam dixit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et rursùm: Venit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit. At, non secundùm carnem, significat, iam liberum esse ab illis passionibus, nõ quòd reliquerit carnem: nam cum hac veniet iudicaturus terrarum orbem, cum hac, inquam, passionibus non obnoxia, & syncera, in qua & nos ambulabimus, corporibus nostris conformibus illius glorioso corpori existentibus.

Act.1.b
Esa.53.
Ioan.8.f
Ioan.14.d

EXPOSITIO CYRILLI IN eundem locum Apostoli.

2.Cor.5.d

CYrillus Alexãdrinus fidei nostræ syncerę propugnator, idem illud dictum explicans, ità commentatur: Quandoquidem vnigenitum verbum Dei, factus est homo, & radix secunda generis apparuit, non

Cyrillus.

ſecundùm primã quæ ex Adam, ſed in melioribus incomparabiliter cõſiderata & exiſtens, contendamus nos ad vitam. Non emꝫ ſub morte ſumus, ſed ſub ipſum, quod cuncta viuificat, verbum. Neque vllus eſt in carne, hoc eſt, in infirmitate carnali, qui eſt interitus. Neq; enim hoc dicit Apoſtolus Paulus, quòd Chriſtus non eſt incarnatus. Nam quãuis dicat, quòd neminem cognouimus ſecundùm carnem, non id ſignificat, quaſi aliquo modo mortuus fuiſſet. Hoc emꝫ tantummodò carnis infirmitas. Quod igitur inquit, tale eſt: Verbum caro factum eſt, & pro omnibus occubuit: atque ità illum cognouimus ſecundùm carnem, ſed amodò non cognoſcimus. Nam etſi nunc ſit in carne, reſurrexit enim tertia die, aſſcendit in cęlos. Verùm hæc ſupra carnem conſiderantur. Non enim ampliùs moritur, neq; vllam aliam carnis infirmitatem ſuſtinet. enimuerò omnibus his ſuperior eſt velutì Deus. Animaduertitis igitur, qui aduerſari ſemper didiciſtis, qꝫ non modò Apoſtolicas ſentẽtias peruertitis, ſed & ſanctis Patribus cõtraria ſtatuitis. Iſti enim per prædicta Apoſtolica verba, poſt reſurrectionem paſſiones exuiſſe oſtendunt, & nos, velutì factos conformes glorioſo illius corpori, non ſecundùm carnem ambulare debere dicunt, hoc eſt, non inſiſtere carnalibus voluptatibus. Vos verò illorum veſtigijs non inhærentes, diuerſa à patribus ſapere gaudetis, & nouam quandam & minimè tritam viam incedentes, & voſipſos, & qui vos ſequuntur, in præcipitium & rupes ducitis, deindè in laqueos inferni deturbatis. Verùm vobis haud quaquàm faciliter quiſpiam aſſenſerit, cùm patrum noſtrorum ſanctorum traditionibus minimè inhæreatis. Quod verò ſequitur,

GREGORIVS:

2. Cor. 5. b *Per fidem enim ambulamus, & nõ per ſpeciem.*

EPIPHANIVS:

Ioan. Chryſoſtomus. Hunc locum idem Ioannes Chryſoſtomus enarrans, ait: Porrò nè quis audiens, peregrinamur à Domino, dicat, cur hæc dicis? Alieni enim ab illo ſumus, dum hîc agimus: priùs hæc corrigit, dicens: Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Et hîc quidem iſta ſcimus, verùm haud ità apertè: 1. Cor. 13. b quod & alibì dicit, in ſpeculo & ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Atq; hæcà diuinis iſtis Patribus dicta ſunt. Quanquàm etiàm alijs in locis ipſe Apoſtolus ſententiam ſuam apertè ſignificet, dicens: Nam quod Rom. 8. c quiſpiam videt, * id & ſperat: ſi verò quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus. Manifeſtum igitur, quòd per fidem, non per ſpeciem, ambulamus. Non emꝫ Deum hîc videmus, ſed credimus in eum. Nam & creaturas illius fide dicimus ab illo factas, quemadmodùm idem per magnilo-

for. * quid ſperet?

quentiam ſpiritûs prædicat, dicens: Fide percipimus ſecula verbo Dei abſoluta, vt ex his quæ non apparebant, ea quæ videntur, fierent. Et contemplantes benè diſpoſitum & ordinatum motum, ad conſiderationem peruenimus Dei, qui omnia iſta ſapientia ſua fecit. Ita q; id eſt, per fidem ambulamus, & non per ſpeciem. Non verò iſtorum more, (qui indocta ſua lingua Apoſtolicam ſententiam, quaſi contra venerandas imagines faceret, peruertunt) dicta verba exponenda ſunt. Nos igitur patrum doctrinas audientes, his adhęreamus, & nouam iſtam vsniloquentiam execremur, dicentes: Odi eccleſiam malignantium, & cum impijs non ſedebo. Heb. 11. a Pſal. 25.

TOMVS QVINTVS.

EPIPHANIVS:

Vòd ad omnem improbitatem delati, tãdèm ſeipſos in laqueos abduxerint, iam oſtenſum eſt. Quòd autem nemo eorũ qui in Eccleſiæ ſinu educati ſunt, gloriam Dei ex imaginibus, aut alia aliqua creatura immutatam dixerint, agè nunc deincèps aſſertione facta, veritatemꝫ; inſuperabilem cõmilitantem habentes adſtruamus. Iſti autem additamentis & auctarijs malum ditare cupientes, & ſanctos Patres in medium adducunt, eos hoc nomine inſimulantes, quaſi contra imaginum picturam ſcripſerint.

GREGORIVS:

Hæretici falsò patres citant. *Eadem etiàm & Apoſtolorum diſcipuli & ſucceſſores diuini patres noſtri tradunt. Epiphanius enim Cyprius inter anteſignanos præclarus, ſic inquit: Attẽdite vobis, vt ſeruetis traditiones quas accepiſtis. Nè declinetis neq; ad dextera neque ad ſiniſtra, quibus infert hæc: Eſtote memores dilecti filij, nè in eccleſiã imagines inferatis, neq; in ſanctorum cœmeterijs eas ſtatuatis, ſed perpetuò circunferte Deũ in cordibus veſtris. Quin etiàm neque in domo cõmuni tolerẽtur. Nõ enim fas eſt, Chriſtianũ per oculos ſuſpẽſum teneri, ſed per occupationẽ mẽtis. Idem in alijs quoq; ſermõibus ſuis de imaginum ſubuerſiõe multa dixit, quæ ſtudioſi quærentes, facilè inuenient.*

EPIPHANIVS:

Qui ſtudioſi ſunt in rebus eccleſiaſticis perueſtigandis, inueniẽt iſtos propriam iuſtitiam aſſerere cupere, & hoc vnum ſtudere, quô gratiæ Dei ſeſe maximè opponant, inq; nothis & adulterinis cõmentarijs vim & robur opinionis ſuæ collocent. Quamobrem eos, tanquàm nothos & non germanos fratres, Eccleſia catholica recipere recuſat, auerſaturq; illos & dicit: Semen Chanaan, & non Iudæ. Sciunt enim quid ab Euangeliſta dictum ſit: De nobis egreſſi ſunt, ſed Dan. 13. 1. Ioan. 2.

ſed è nobis non erant: Nam ſi è nobis fuiſſent, nobiſcum manſiſſent. Item ab Apoſtolo diuino: Quia poſt diſceſſum meum ingredientur lupi graues in vos, non parcẽtes gregi, quô contrahant poſt ſe diſcipulos. Videte autem nè quis ſit, qui ſyllogiſmis per vanam deceptionem & philoſophiam vos ſeducat. Et idem rursùs inquit: Omni ſpiritui nè credatis. Decet igitur omnem Chriſtianum, cùm libros aliquos adulterinos audit aut legit, ea reſpuere, neque omninò animũ adhibere. Nã & inter Epiſtolas diuini Apoſtoli quædam fertur ad Laodicenſes, quam patres noſtri tanquàm alienam reprobauerunt. Ad hęc Manichæi, Euangelium ſecundùm Thomam, inuexerunt: quod Eccleſia Catholica meritò, vt impium, auerſatur. Quemadmodùm etiàm id, quod nunc è beato patre noſtro Epiphanio dictum eſt, cùm illius nequaquàm exiſtat. Diuinus enim hic pater octoginta capitum librum edidit, in quo omnes hæreſes Gentiles & Iudaicas, item quotquot poſt Chriſtianiſmum ſuſceptum inuectæ ſunt, damnauit: in quo proculdubiò & eam poſuiſſet, quæ de imaginibus ab iſtis fertur, ſi alienam à Chriſti religione hanc exiſtimâſſet. Quòd ſi autem Eccleſia has contra venerandas imagines expoſitiones ſuſcepiſſet, profectò nõ fuiſſent illis * vſæ in ornatum templorum ad noſtrã memoriam iuuandam. nam ex illo vſu, quẽ in teſtimonium afferunt vaniloqui iſti, illinc inquam ſubuerſionem habet. Beatus enim pater Epiphanius temporibus Archadij & Theodoſij floruit. ab eo igitur tempore ad hanc hæreſim vſque, anni ſunt quadringenti. Et tamẽ libros illos contra imagines, nemo Chriſtianorum, præter iſtos nouitatis magiſtros, recepit. Quòd ſi tanto tempore in Eccleſia non ſunt recepti, quãobrem nunc à nobis recipi debent? Nam quam adferunt quidam iſtorum epiſtolam, velutì ſcriptam à beato Epiphanio Cypriorum pręſule ad Theodoſium Imperatorem, nos eam in manibus ſumentes, & diligenter & minimè defunctoriè legentes, inuenimus circa finem epiſtolæ eiuſcemodi emphaſim: Sæpè cum * miniſtris meis de imaginum ablatione egi: ſed ab ijs non receptus ſum, neque vel in paucis vocem meam audire ſuſtinuerunt. Attendamus autem qui floruerint per tẽpora ſupradicti patris noſtri Epiphanij in Eccleſia, quos tanquàm glorioſos doctores & tuta munimenta Eccleſiæ dicere poſſumus. Profectò Baſilius, ſermone & opere Magnus, Gregorius cognomento Theologus, Gregorius Nyſſenſium epiſcopus, quem omnes Patrum Patrem vocãt. Ioannes item, cuius à lingua fluit vox melle dulcior, quamobrem & Chryſoſtomi appellationem meruit. præter hos etiàm Ambroſius, Amphilochius, Cyrillus Hieroſolymorum epiſcopus. Quòd ſi is, qui hanc expoſitionem dictorum contra venerandas imagines edidit, ait ſe à ſanctis Patribus, qui per ea tempora floruerunt, non fuiſſe receptum: quomodò ea quæ ſancti Patres non probauerũt, nos qui circa fines temporum & ſeculorum occurrimus, quiq; verbi & cognitionis vſu * deficimur, & indigni ſumus vt diſcipuli illorum vocemur, recipiemus, præſertim cùm falsò contra Eccleſiam edita ſint? Apagè cum iſta impia & intolerabili editione. A ratione deuiârunt, qui illã contra Eccleſiam inferunt. Nos autem Chriſticolę, dictum illud Apoſtoli cogitemus: Traditiones quas accepimus, eas ſeruemus, & prophanas vaniloquentias recuſemus, eaq; omnia falſa & efficta cognoſcamus. Libri enim beati patris noſtri Epiphanij, præcipuè is qui dicitur Ancyrot⁹, & reliqui quoquè per vniuerſum terrarũ orbẽ ſunt famigerati, quòd ſonus eorum ità ſit per omnes eccleſias paucis etiàm temporibus ſparſus. at quæ cõtra ſanctas imagines verbula ſcripta ſunt, eorum vix tres aut quatuor libelli per omnem Eccleſiam reperiuntur, modò non ſint nupèr editi. Quòd ſi autem eſſent legitimi in catholica Eccleſia, quemadmodùm eſt Ancyrotus beati Epiphanij, profectò per omnes eccleſias eſſent diſperſi. Verùm vt nouitij & alieni, falſiq́ue, ab Eccleſia exiſtimati ſunt, nec vnquàm fuêre recepti. Quam ob cauſam neq; nunc etiàm recipiendi ſunt, quô pax Dei, & quæ ab initio traditio exiſtit, in eccleſijs conſeruetur. Neque hîc linguas ſuas acuant & exerceant vaniloqui iſti accuſatores rectè ſentientium, quaſi illi qui antiquam Eccleſiæ traditionem recipiunt, beato Epiphanio aduerſentur. Nequaquàm. Commentarium enim illum reijcimus, beatum autem patrem Catholicæ Eccleſiæ doctorem agnoſcimus. Nam & diuini patres, qui in quarta vniuerſali ſynodo fuerunt congregati, epiſtolam quæ nomine Ibæ epiſcopi Edeſſæ, ad Marim Perſam cunferebatur, anathemate damnârunt, quaſi Neſtorio conſentientem. eodem modo qui in ſacra quinta ſynodo conuenerant: ipſum autem Ibam, nequaquàm. Non enim demonſtrari poterat quòd eſſet Ibæ. Quamobrem in anathematiſmis non ipſum Ibam deuouerunt, ſed Ibæ epiſtolam. Dicebatur enim Ibæ, cùm tamen illius haudquaquàm eſſet. Si igitur iſta falſa ſcripta contra venerandas imagines, dicuntur quidem à quibuſdam Epiphanij, non tamen ſunt, vt demonſtratum eſt. Nam & illius diſcipuli templum in Cypro, quod eiuſdem patris nomine appellauerunt, ædificârunt: & cum multis alijs picturis, illius quoq; imaginem ibidèm collocârunt. Quòd ſi autem is tantoperè venerandarum imaginum inſpectionẽ fuiſſet execratus, quomodò in tantam audaciam illius diſcipuli erupiſſent, vt illi imaginem collocarent? Iudicate omnes qui

Epiſtolæ ad Laodicẽ reprobatio.

Euangelij Thomę improbatio.

for. * cõmiſtris

Baſilius Magnus
Greg. Theologus
Greg. Nyſſenus
Chryſoſtomus
Ambroſius
Amphiloch.
Cyrillo Hi-

Epiphanij epiſtola apocrypha.

Eroſolymorum eps.

2. Theſ. 2. d
2. Tim. 3. d
Tit. 3. c

epiſtola Ibę ad Marim Perſam.

auditis,& verum à falso discernite,quia editiones istæ non sunt beati istius patris, sed potiùs Manichæicæ, quas velutì amara bile plenas fugiamus. Manichæi enim, & quicunq; confusionis fuerunt authores, contemplationem istam nunquàm ferre potuerunt. Non enim accedunt ad hoc, quòd Deus verbum in carne sit homo factus, sed tantummodò secùdùm existimationem & phantasiam. quamobrem illi alia pro alijs imaginantes,subijciunt hæc:

GREGORIVS:

Similiter & Gregorius Theologus in versibus suis dicit: Flagitium est, fidem habere in coloribus, & nõ in corde. Ea enim quæ in coloribus existit, faciliter eluitur: quæ verò in profundo mentis, illa mihi amica.

EPIPHANIVS:

Peruersè rursùs cogitantes, & aliud dictum Gregorij scilicet Theologi subijciũt, quod à dicto patre sic editum est:

Υ̓́βρισ πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, μὴ κραδίῃσι,
ἣν ῥεῖα ἐκπλυτέον ἔστιν θεόσε ἐμοί γε φίλον.

Hoc est: Flagitium, fidem habere in coloribus, non in animis: Quæ facilè elui potest, sed profunditas mihi chara. Ab his autem sic falsò scribitur: Υ̓́βρισ, πίστιν ἔχειν ἐν χρώμασι, μοὶ ἐν καρδίᾳ, ἔμεν γὰρ ἐν χρώμασι, εὐχερῶσ ἐκπλύνεται, ἣδὲ ἐν τῷ βένθει τοῦ νοὸσ, ἐκείνη ἐμοί περοσφιλὲσ. Id est, flagitium est, fidem habere in coloribus, & non in corde: ea enim quæ in coloribus existit, faciliter eluitur: quę verò in profundo mentis, illa mihi amica. Obturârunt sanè aures, & oculos clauserunt. nam isti qui ecclesiasticas traditiones reijciunt, recta intelligere & considerare nequeunt. Auditionem enim audiêrunt, & nõ intellexerunt: videntes viderunt, & non cognouerunt. Indurati enim corde, patrum doctrinas, secundùm proprias cupiditates, peruerterunt. Beatus enim Gregorius Theologus in metricis suis opusculis dictum illud, quod hi citant, ad moralem quendã sensum attulit. Corrigit enim vitam nostrã, vt absistamus à temporalibus & mundanis rebus, voluptatibus scilicet carnalibus, & spiritualem rursùs vitã, quæ ad cælestia perducat, eligamus. Nec credamus mũdo huic, neq; temporaneis & non manentibus adhęreamus: (hæc enim colores vocauit) sed potiùs spiritualibus & veris insistamus, quæ in corde stabilimentum habent, & in æternum manent. Vita autem nostra, fluxilis & aduena quædam est. Quemadmodùm enim color & atramentum facilè abluitur, aut à pictore trãsformatur, sic etiàm in hac vita nostra contingit, sicut & ipse alibì dicit: Orbis quidam versat nostras res, fit enim aliquandò, vt in vno die aut hora multas ferat mutationes. Omnia enim vmbræ in modũ obscurantur & pereunt humana. Et bulla diffabilior est humanæ potentiæ superbia. Omnis enim homo fœnum, & omnis hominum gloria sicut flos fœni. At spiritualiũ operum demõstratio, perfecta est, & in manentibus habet retributionem. Nam si contra imagines ab illo dictum fuisset, dixisset potiùs: Flagitium est, fidem habere in coloribus, & non in Deum. Sed ipse subiecit, non in animis, quæ sunt fixa, firma & certa, vt operemur quæ sunt regni cælorum, non verò mundi huius, quæ tanquàm fluxa & celeriter se mutantia, fidem non habent. Rursùs verò allegoricè referentes, & omnia secundùm propriam mentem adducentes, magnorum sacerdotum Ioannis & Basilij verba citant.

Gregorius Theologus

Esa. 40. a

GREGORIVS:

Ioannes autem Chrysostomus sic docet: Nos per scripta, sanctorum fruimur præsentia, nõ sanè corporum ipsorum, sed animarũ imagines habẽtes. Nã quæ ab ipsis dicta sunt, animarum illorũ imagines sunt. Maximà verò ad rectì inuestigatiõem, inquit Magnus Basilius, meditatio scripturarum diuino afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumẽta inueniuntur, & vitæ beatorum virorum perscriptæ velutì imagines quædã animatæ, secũdùm Deum politica imitatiõe operum exhibẽtur.

EPIPHANIVS:

Qui quicquam rectè sapit, nequaquàm hæc, ad subuersionem sacrarum imaginum pertinere intellexerit. Omnibus enim manifestum est, cùm audimus virilia & fortia sanctorũ facta, constãtiam firmitudinemq; animorum illorum nos beatificare & laudare. Quin etiàm cùm in diuinis scripturis sanctorum vitas legimus, cumq; in picturis easdem contemplamur, in memoriam reuocamus, quantoperè in Deum feruore fuerint accensi. Nam quæ oratio per auditum exhibet, hæc scriptura tacens per imitationem ostẽdit, vt Magnus inquit Basilius. Sed & Ioãnes Chrysostomus in sermone, quòd veteris & noui testamẽti vnus sit legislator, & in vestitum sacerdotis, cuius initium, Regnum Christi Euangelium, prædicant quidem prophetæ, Inter reliqua: Ego & ex cera fusilem adamaui picturã pietatis causa. Vidi enim angelum in imagine, propulsantẽ Barbarorum gentem pedibus conculcatam. Et Dauid verè dicentem: Domine, in ciuitate tua imaginem eorum comminues. Demonstratum igitur satìs est, ea quę à sanctis patribus rectè tradita sunt, ab his qui extra diuinum chorum sunt, peruerti. Insistunt etiàm adhuc in eadem improbitate, cùm ea quæ à beato patre nostro Athanasio contra idola dicta sunt, in subuersionem imaginum picturæque allegant.

Psa. 72

Nota simi dem,

GREGORIVS:

Et Alexãdriæ lumẽ Athanasius, dixit: Quomodò nõ miserationẽ prosequẽdi sunt qui creaturas adorãt, quòd illi qui vidẽt, nõ vidẽtibus cultũ exhibẽt, & audiẽtes, nõ audiẽtes orãt precanturq;? Creatura enim à creatura nunquàm seruabitur.

EPI-

EPIPHANIVS.

Papè, quanta insania? Nunc enim nouam quandam blasphemiæ viam excogitantes, planè à veritate deuiant. Nam ea quæ diuinus vir contra idola loquutus est, hæc isti homines etiàm post cognitionem veritatis & confessionis synceræ & diuinæ regenerationis, tribuunt, & præter vnum vniuersorum Dominum, creaturis seruire Christianos, & idololatriam commisisse, asserunt. Parce Domine populo tuo, & nullum horũ blasphemia seduci sine. Omnes enim qui tuo nomine vocati sunt, confitemur nos ab idolorum deceptione & errore liberatos. Et postq̃ te cognouimus, quos diuina regeneratione dignatus es, nequaq̃ ad creaturas quę sub cælo sunt, tuam diuinam adorationem retulimus. Tibi autem soli liberatori nostro psallimus: Domine, pter te neminem nouimus, Nomen tuum vocamus. Testis ipse angelorum beatorum exercitus: testis apostolorum, prophetarum, martyrum & sanctorũ patrũ cœtus. Ad recordationem autem sensitorij nostri ad tuam gloriam, quò ad magnificentiam & figurã diuinæ crucis tuæ adducamur, euangelicam narrationem & imaginum picturam habemus. Habemus item & alia plurima consecrata vasa: hæc, quia in nomine tuo facta sunt & cõsecrata, exosculamur. Sed isti tanq̃ lingua mendaci thesauros sibi congregantes, vana prosecuti sunt. Quam ob causam & dolor linguæ eorum, & improbitas tandèm peribit. Quemadmodùm enim lumine accedente, tenebræ fugantur: sic & veritate apparente, gladio spiritũs linguæ illorũ venenum excisum est. At iterùm assumptiões quasdam adducunt, sic dicentes:

for. ✻ imaginibꝰ sacris, &

GREGORIVS:

Similiter Amphilochius Iconij episcopus, ità inquit: Non enim nobis, sanctorum corporales vultus coloribus effigiare, curæ est, quoniam his opùs nõ habemus, sed politiæ illorum virtutum memores esse debemus.

EPIPHANIVS:

Hæreticis proprium est, mutilatas exquirere sententias. Nam si quis studiosè exquirat, haud facilè hanc beati patris sententiã inuenerit contra venerandarum imaginum repræsentationem: sed affectionis animæ sanctorum virilitatem & constantiam celebrans, & prædicans virtutum efficaciam, hæc dicit beatus pater, maximè quò nos ad imitationem perducat. Non enim sanctos propter carnalem amorem laudamus, neq; pingimus. sed quò virtutum illorum simus memores. Et in libris quoquè vitas illorum describimus, in tabulisq; illos depingimus, non quòd hoc à nobis postulẽt ipsi, verùm id nostra causa, & propter vtilitatem nostrã facimus. Non enim solùm passiões martyrũ nos instituunt, sed & contextus & scriptum de illorum passionibus, picturaq; idem indicans. Simili modo & annua illorum memoria. Figura autem orationis tota beati patris, hoc innuere videtur. de subuersiõe autem venerandarum imaginum, nulla planè apud illum mentio: siquidem nihil, quod eas calumniari possit, hìc deprehenditur. Nam quid si dicat, Non em corporales vultus coloribus in tabulis effigiare nobis curæ est? Hæc enim intentione virtutis ab eo dicuntur. Infert enim: Curæ enim nobis est, virtutes bonorum virorum eligere, & operum illorum meminisse, & politiam illorum imitari: Ipsis autem tẽpla fabricari, aut imaginem illorum in tabulis circunferre, cõtemnentes interìm illorũ virtutes, haud quaq̃ laudabile est. Nemo enim laudauerit virum, quem viderit virtutes sanctorũ auersantẽ, & quotidiè illorum imagines circunferentem, aut templa illis ædificantem, aut vasa comparantem illis, suĩ ipsius autem templũ diuinis virtutibus non ornantẽ. Inquit em Deus per Esaiam prophetam ad eos qui ità affecti sunt: Si mihi obtuleris similaginem, frustrà: Incensum mihi abominatio est: & quotiès manus vestras tetenderitis ad me, auertam oculos meos à vobis: & si multiplicaueritis obsecrationem, nõ exaudiam vos. Sed quid facietis? Lauamini, mundi estote, auferte improbitates ab animis vestris corã oculis meis. Cessate à malitia vestra, discite facere bonum, exquirite iudicium, liberate eum qui iniuria afficitur, pronunciate pro orphano, ius dicite viduæ. Hæc enim si rectè fecerimus, tunc ea quæ à nobis offerunt, grata & suscepta erunt apud Deum, siue ea sancta templa fuerint, siue sacra vasa, siue etiàm venerandæ imagines. Ità enim commodum nobis est, ad memoriam horũ virtutes exquirere, & pro viribus imitari. Hoc sanè martyrum est encomium, electorũ ad virtutem conuocatio, quemadmodùm magnus inquit Basilius in moralibus suis sermonibus. Inter hæc quoq; laudanda est tẽplorum exædificatio, imaginũ effiguratio, sacrorum vasorum Deo oblatio. Hæc enim oportet etiàm facere, & illa non omittere, vt veritatis verbum nos docet. Non enim aliquis virtutem possidere poterit, nisì in aulis Domini assederit, nisì per lectionem diuina oracula auribus hauserit, & per visum ad euangelicas historias & doctrinas, ad martyrum repræsentationes & certamina fuerit perductus. In omni autem tempore, loco & hora virtutes exercere, perq̃ necessarium est. Nam & passionibus Christi incumbere, & in ijs versari perpetuò & continuò, necessarium: illiusq̃ mortificationem in corpore nostro circunferre, & studiosè hoc facere, vtile est. Regni enim cælorum hospes est & procurator. Multas autem cruces in ædicula figurare, & præcepta

Hæretici mutilas Patrum sentẽtias pferũt.

Esa. 1. d

Esa. 1. c

Basilius Magnus.

Matt. 23.

Dei contemnere, imitationisque passionis illius obliuisci, extrema dementia est. Sinè operibus enim fides mortua. Euangelicè enim ait Dominus: Nõ omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui est in cælis. Inhærentes autem præsentibus, agedùm & aliam demonstrationem his competentem reddamus. Cõsueuerunt patres nostri sancti, qui voluntatem Dei salutiferam nobis exponunt, per exaggerationem mandatorum obseruationem nos docere, & ad quod mãdatum illis scopus vergit, eò pparare auditores, hocq; extollere & magnificare, quõ velutì ancora tuta iniecta, in reliqs quoq; non simus negligentes. Nè verò in pluribus adferendis longiores simꝰ, vnũ Asteriũ Amasiæ episcopũ citemus. Hic igitur in Lazarum & diuitẽ epulonẽ sermonem conscribẽs, emphasim quandã de alendis pauperibus contra diuites exercet. Adhortatur diuites, vt eleemosynarum fructibus diuites sint, nè vestitu splendido & molli vtantur. Inducit autem inter cætera ethicam quandam disputationem, contra religiosulos quosdam ipsa vita, sed tamen diuitijs inhiantes. Sic autem inquit: Nè pingas Christum in vestibus, sed magìs sumptu illo & impensis, pauperibus subueni. Deindè adimere cupiens diuitiarum appetitum, infert: Sufficit enim illi vna incarnationis humilitas. Hoc est, Non placitum est Christo Dño Deo nostro, vt per mundanam affectionem & auaritiam, illius œconomiæ mysteria demonstrentur. Non enim pium est aut coram illo acceptum, Euangelicæ recordationis gratia materiã diuitiarum thesaurizare, & causari occasiones peccati. Pauperes autem qui pane & vestitu indigent, negligere, non pietatis, sed auaritiæ opus est. Quemadmodùm enim nulla communio est luminis & tenebrarum, neque participatio iniustitiæ cum iustitia, ità neque diuitiarũ cupiditas, & mollium vestium indumenta, cum euangelica historia & figura conueniunt. Hæc enim nobis dispensationis narrationem, verè ad salutem ducentem, explicat. Illa verò ad miseriam ducit, cùm sit subiecta pœnis. Quemadmodùm Iacobus frater Domini dicit: Diuites, lugete & lamentamini, eiulantes super miserijs vestris. Diuitiæ vestræ computruerunt, & vestes vestrę à vermibus roduntur, aurum & argentũ vestrum rubigine exesum est, & rubigo in testimonium contra vos manet. Quã ob causam, vt dictum est, quæcunq; per auaritiam fiunt, cum mundo simul pereunt. Possumus enim nos perexiguis sumptibus cibos, vestes, tectum, quæ nobis sufficiant, comparare. Omne enim quod non ad vsum, sed ad speciositatem comparatur, lasciuiæ habet accusationẽ, vt diuinus inquit Basilius. Sufficiant igitur nobis, quæ ad vsum tantùm habemꝰ, & ex ijs pauperibus largiamur, manumq; porrigamus, vt & nos aliquãdò Dei vocem audiamus, dicentis: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã cõsequentur. Et: Quodcunq; vni horum fratrũ meorum vel minimo feceritis, mihi feceriris.

Iacob 2. d
Matt. 7. c
Matt. 5.
Matt. 25.
Asterius Amasiæ episcopus.
Iacob 5. a
Basilius Magnus.

ASSERTIO IMAGINVM
ex Asterio Amasiæ episcopo, de Euphemia martyre.

QVandoquidem autem Asterij mentionem fecimus, eiusq; verbis tanq; exemplo vsi sumus, ostendamus quoq; ex eodem, perquàm veterem esse de imaginibus traditionem. Ipse enim contemplatus imaginem passionis Euphemiæ martyris, hisce encomijs vsus est: Mulier quædam sacra virgo inuiolata, Deo castitatem conseruans extitit. Euphemiam eam vocant. Tyranno autem aliquandò pios pellente, animo propenso mortis periculum adijt. Ciues autem & sacrificij cõmunicatores pro quo sacrificabat, virginis virilitatem admirãtes, prope templum thecam reueriti, deponentes cistam, honores illi exhibẽt, annuum festum communemque celebrantes conuentum. Diuinorum autem Dei mysteriorum sacerdotes, & verbis memoriam illius celebrant, & quomodò fortitudinis certamen certauerit, populum congregatum docent. Pictor autem & is quoquè secundùm vires per artem pius est, qui omnem historiam in sindone pinxit. Posuit enim illius prope thecam sacrum spectaculum. Habet autem se ad hunc modum suauitas artis. In alto throno iudex sedet, amarè & horribiliter in virginem videns, (irascitur enim etiàm in ipsis inanimatis rebus, cùm vult, ars) satellites verò imperij, & multi milites commentarienses, tabulas & stylos in manibus gestantes, adstant: quorum vnus manum à cera auferens, diligenter ad condemnatam adspicit, quasi iubeat clariùs virginem loqui, nè in scribendo à se error committatur. Stat autẽ virgo in pulla tunica & pallio, philosophiã significante, vt pictori visum fuit. vultu verò satìs vrbano, meo autem iudicio, animo virtutibus omnibus egregiè splẽdente. Ducunt autem eam ad principem milites duo, quorum alter horsùm, alter illorsùm virginem trudunt. Vultus autem virginis pudore & constantia mixtus est: annuit enim in terram, velutì virorum erubescat adspectum. Stat autem imperterrita, nihili omninò faciens miserum certamen. Quẽadmodùm autem aliquandò alios pictores contemplatus sum, in pictura mulierculæ Colchidos, quomodò sit affecta in iugulatione prolium, dum gladium illis intentat, misericordia enim & furore vultum habet diuisum, quia alter oculorum irã exhibet, alter verò maternũ affectum, horrens & parcenti similis: ità quoquè mihi hìc cõtigit.

Asterius episcopus Amasiæ de Euphemia martyre.

tigit. Nam admirationem meam ab illa cogitatione, ad hanc picturam transtuli. Valdè autem miror pictorem, qui affectus naturæ pugnantes, pudorem scilicet & virilitatem, commiscuerit. Imitatione autem artis procedente ad historiam, eccè adsunt duo vulgares homines, in tunicuIis nudi, quorum alter caput virginis arripiens, & in tergũ flectens, ad pœnam alteri commodè exhibere videtur: ille verò adstans, dentes virginis excutit. Instrumenta autem pœnæ, malleus & terebra sunt. hìc lachrymas ampliùs continere nequeo, doloq; sermonem aufert. Nã ità manifestè & euidenter sanguinis guttas pictor decoloravit, vt iuraueris à labijs effluere, & cum fletu discedere cogaris. Dehinc carcer. Et iterùm in pullis vestibus decenter virgo ad cælum manus eleuans, Deũ in malis auxiliatorem inuocat. Hac verò sic precãte, appáret à capite signum illud, quod consuetudo est Christianis adorare & depingere. symbolum autem arbitror passionis, quam illa susceperit. Statìm autem pictor alibì ignem, huc illucq; se spargentẽ, rubro colore depinxit, & hìc quoq; noua arte flãmam faciens corpoream. Stat autem ipsa in illo media, manus ad cælum cõplicans. dolorem autem nullum vultu pfert, sed magìs gaudenti similis est, quòd ad vitam incorpoream & beatã iter faciat. Hucusq; pictor manum suam extendit, & ego orationem. Tempus autẽ est, vt & tu picturã perficias, nè nimiùm extra narrationem veniamus. Hactenùs Asterius.

Speculantes autem ea q̃ in scriptura sacra dicta sunt, inueniemus illinc quoq; desumpta, q̃ ab eo narrata sunt. Deus enim famulo suo Mosi de tabernaculo quædã mandans, variaq́ue & diuersa opera fieri iubẽs, ait: Facies vela è byssо texto & hyacintho, purpura & coccinea textura. Cherubin artificio texturæ facies. Et hoc sanè mandatũ docet nos, vt in ijs quæ Deo dicantur, non parcamus sumptibus etiàm magnis: in hoĩm autẽ rebus nõ ità se habere debet. Dictum enim est populo: Vestem ex duabus contextã vobis non inijcietis. Clarissimè autem diuinus Apostolus horum sensum explicat, iubens mulieres in habitu decẽti, cum verecundia & castitate se ornare, non in reticulis auro & margaritis ornatis, aut etiàm veste preciosa, sed quam decet mulieres, quæ bona pdicant opera. Hæc igitur nos, qui Deo soli & vni latriam exhibemus in spiritu & veritate, scientes: quæcunque illi offeruntur aut consecrantur, siue diuina fuerit venerandæ crucis figura, siue sacer Euangelij codex, siue venerandæ imagines, siue sacra vasa, ea amplectimur & veneramur, vt qui spem habeamus sanctificationis ab ipsis reddendæ, & illis ob id adorationem honorificam exhibemus. Adorate enim, ait, scabellum pedum eius, quia sanctus est ipse. Quam ob causam Gregorius theologus in sermõe natalium Dñi, sic inquit: Bethleem honore afFice, & pssepe adora. nam q̃ Deo oblata sunt, eius participatione & contrectatiõe sancta fiunt. Quẽadmodùm idem & tota scriptura testatur, & ob hoc sancto honor sanctitatis illius non aliter conseruatur, q̃ per nostram deuotam adorationem. Isti verò noua mendacia spirantes, aliena quædam à catholica Ecclesia consuentes, dicunt:

Exo. 26. a f & 25, b
Deut. 22. b
1. Tim. 2. b
1. Pet. 3.
Pſal. 98,
Gregorius Theolog.

GREGORIVS.

Consentanea his etiàm Theodotus Ancyræ episcopus, sic docet: Sanctorũ formas & species ex materialibus coloribus formari, minimè decorum putamus: horum autem virtutes, quæ per scriptã traditę sunt, velutì viuas quasdam imagines reficere subindè oportet. ex his enim ad similium imitationem & zelum peruenire possumus. Dicant enim nobis, qui illas erigunt statuas, quænam vtilitas ex illis ad se redit? an quòd qualiscunq; recordatio eos habet ex tali speciali cõtemplatiõe? Sed manifestũ est, quòd vana sit eiuscemodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inuentum.

EPIPHANIVS.

Si Theodotus esset in p̃senti vita, clamaret vtiq; cum beata Susanna, ad Dominum dicens: Deus ęternus, arcanorum cognitor, nouit cuncta prius q̃ facta sunt, tu nouisti Domine, q falsò me accusant, imitati presbyteros Babylonicæ confusiõis, qui oĩs vaniloquentiæ sunt authores. Sed seipsos idoneos & claros demonstrare volentes, noua quædã garriunt, & mendax calamus scripturæ illorum reperitur, & apertè veritatis proditores deprehenduntur. Multi enim nostrũm diligenter quærentes & indagãtes in sermonibus huius Theodoti præsentem sententiã, num alicubì apud illum extaret, nusq̃ sanè inuenimus. Nihil enim tale ipse vnquàm sermocinatus est. Satìs autẽ argumenti fuerit, quia totus hic sermo amarulẽtia & exacerbatione plenus sit. & linguæ incontinentis & labiorum impurorum audacia, immò diabolicæ fraudis inuentio, ita contra effigiationem sanctarum imaginum garrire. Quamobrem Christianos accusantium figmentum est & idioma, non autem Theodoti. Nam si illius esset, debebãt vtiq; apertè locum designãsse sermonis aut libri, vndè hæc sententia esset descripta. Sed quia nouerunt falsum esse mẽdacium, locum silentio præteriérunt. Nos igitur cùm cõgregãssemus illiꝰ libros, sex ad Lausum tomos contra Nestorium scriptos, Interpretationẽ in symbolo sanctorum patrum, qui in Nicea conuenerant, Sermonem in natalẽ domini, in luminaria, in Heliam & viduam, in sanctum Petrum & Ioannem, & in claudum sedentem ad portam speciosam, in eos qui talenta acceperant, in duos cæcos, nusquàm sanè dictam sententiam inuenire potuimus. Neque etiàm fieri potuit, vt

Dan. 13. a
Theodoti Ancyrę epi scopi librorum quos edidit, tituli.

vt hanc falsò colligentem sententiam, è veris Ancyrani libris protulerint, sed fortassìs alicubì in chartula conscriptam, tãquàm pestem euitandam deprompserint, quô scilicet simpliciores caperent. Nam qui mentem habent & veritatem audiunt, talia emẽtita esse cognoscũt. Duces autem hæreseos suæ in aciem nondùm vocare desinunt, Arrij scilicet protectores, & contribules illius, Eusebium Nicomediæ, Theognium Niceæ, & Maridem Chalcedonis, sic dicentes:

GREGORIVS.

Eusebij Pãphili ad Cõstantiam Augustam epistola perniciosa.

Similiter & Eusebius Pamphili ad Constantiã Augustã, petentẽ Christi imaginẽ ad se ab illo mitti, talia dicit: Quoniã autẽ de Christi imagine ad me scripsisti vt tibi mitterẽ, velim mihi significes, quamnã putes Christi imaginẽ, vtrùm illã veram & incõmutabilem, natura illius characteres ferẽtem, aut hãc quã propter nos assumpsit, seruilẽ formam pro nobis induens. Sed sanè de diuina forma non arbitror etiã ipse ego te esse solicitã, cùm fueris ab illo edocta, neminẽ patrem cognouisse, præter filium, neq; ipsum filium cõdignè quempiam cognouisse, nisì qui illum genuit pater. Et post alia: Sed omninò serui requiris imaginem formæ, & carnẽ quam propter nos induit. sed & hanc gloria deitatis suæ cõmixtam esse didicimus, & passam mortuamq;. Et post pauca: Quis igitur gloriæ eiuscemodi & dignitatis splendores lucẽtes & fulgurãtes, effigiare mortui: & inanimatis coloribus & vmbratili pictura posset? cùm neq; diuini illius discipuli in monte illum cõtemplari quiuerint, qui eadentes in faciem suam, non posse se eiuscemodi spectaculum inspicere confessi sunt. Igitur si carnis illius figura tantam ab inhabitante in ea diuinitate accepit potentiam, quid oportet dicere tunc cùm mortalitatem exuit, & corruptiõem abluens, formam serui in Domini & Dei gloriam transtulit, post mortis scilicet victoriam, post asscensum in cælos, post cum patre regio in throno à dextris cõsessum, post requiem in ineffabilibus & innominandis finibus patris, in quam asscendentẽ & desidentem cælestes potestates illi benedictis vocibus acclamabant, dicentes: Principes, tollite portas vestras: aperiamini portæ cælestes, introibit rex gloriæ?

Matt. 11. Matt. 17. Psal. 23.

EPIPHANIVS.

Hiere. 2. c
Optimè in hos quadrat prophetica vox, quam Dominus per Hieremiam vatem, Iudaicum populum repræhendens, dixit: Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, & foderunt sibi cisternas pertusas, quæ non potuerunt aquam continere. Relinquentes enim selectorum nostrorum patrum sentẽtias, sectantur eos qui ventilabro ex area Dominica iudicio diuino excreti sunt. aream dico catholicam Ecclesiam. Hos enim in protectionem suæ hæreseos adferunt. Quis enim fidelium in Ecclesia, quique verorum dogmatum scientiam habet, ignorat Eusebium Pamphili, in reprobum sensum traditum, consensisse Arrij placitis? Nam in cunctis historicis suis libellis, filium & Verbum Dei creaturam vocat, item subministrum, & secundo adorandum loco. Si verò quidam asserunt eum in synodo subscripsisse, concedimus quidem hoc ità se habere. verùm labris illum dicimus veritatem coluisse, corde autem longè ab ea abfuisse, quemadmodùm & omnes epistolæ illius, & commentaria ostendũt. Quòd si autem aliâs aliquandò pro temporis & rei conditione mutatus apparuit, nunc hos laudans, qui stabant à partibus Arrij, nunc verò veritatẽ simulans, profectò ob id, secundùm Iacobum fratrem Domini, homo duplicis animi, inconstans in omnibus vijs suis dicetur, neq; putet ꝙ quicquã à Domino accepturus sit. Etenim si corde credidisset in iustitiam, & ore quoquè ad salutem verbum veritatis fuisset confessus, in omnibus suis commẽtarijs & veniam poposcisset. Verùm pro epistolis suis nusquàm apologiam conscripsit. mansit enim vt Aethiops, non commutans cutem suam. Nam in expositione illius loci: Dixi Domino, Dominus meus es tu, extra cognitionem veritatis rem aggressus, sic inquit: Lege naturæ, cuiusuis filij pater, dominus quoquè eius existit: ob id vnigeniti illius filij DEI, qui genuit illum pater, fuerit sanè illius & Dominus, & Deus, & pater. Simili modo & in epistola ad beatum Alexandrum magistrum & doctorem Athanasij, cuius initium: Quanto labore & diligentia in has literas inciderim: (hîc apertissimè blasphemans, sic ait) Arrium eiusq; studiosos accusant hæ literæ, quòd filium ex non ente, instar vnius omnium, factum esse dixerint. Illi verò epistoliũ attulerunt quod ad te scripserunt, in quo fidem suam exponentes, his verbis confitentur quæ sentiunt: Legis, prophetarum, & noui testamẽti Deum, ante sempiterna secula sibi filium vnigenitum generâsse, per quem & secula, & omnia fecit. generâsse autem non videtur, sed in veritate propriæ voluntati substituisse, immutabilem & inalterabilem, creaturam Dei perfectam: verũtamen non vt vnã creaturarum. Tua verò epistola accusat eos quasi dixerint, quòd filius factus, tanquàm vnus omnium, cùm tamen hoc nõ dixerint, sed apertè pronuncient, non vt vnam creaturarum. Vide nè dederis statìm illis occasionem, vt ea etiàm calumnientur & assumãt, quæcunq; voluerint. Iterùm accusas eos, ꝙ dixerint, quòd qui est, non existentem genuit. Miror sanè si quispiam aliter dicere poterit. Nam si vnus est, qui est, manifestũ est, quòd ex eo genitum est omẽ quod est, estq; id post illum. Si verò qui est, non vnus sit, sed & filius sit qui est, quomodò eũ qui est, ꝗ est, genuit? Sic enim qui est, duo fuerint. Et hæc quidem Eusebius ad gloriosum Alexandrum. Feruntur eius ad eundem gloriosum

Iacobi Rom. Eusebij phili ex sitio hæ tica in 15. Eusebij B. Alex drũ epi pernicio Eusebij e

sum virum & aliæ epistolæ, in quibus variæ sunt blasphemiæ, dum Arrium defendere conatur. Eodem modo in Epistola ad Euphrasionem blasphemus est. Initium eius epistolæ est, Domino meo cũ omni gratia confiteor, & cætera. Non enim filium patri coëxistere dicimus, sed patrem ante filium fuisse. Porrò ipse filius Dei, hæc nobis omnibus exactiùs cognoscens, alterum seipsum, & minorem à patre, subiectumque cognoscens, admodùm valdè piè nos id docet, dicens: Pater qui me misit, maior me est. Et inter alia: Quoniam filius & ipse quidem Deus, sed non verus Deus. Ex his igitur scriptis illius appáret, apertè illum Arrianicæ esse opinionis & sententiæ. Cum hac autem abominanda hæresi insani isti Arriani, & vnã naturam in vnitione hypostasis esse dicũt. Opinantur autem Christum Dominum nostrum carnem sinè anima assumpsisse, addẽtes in salutari illius dispensatione, diuinitatem impleuisse animæ consilia, motionesq;. nimirùm quô passionem (vt ait Gregorius) diuinitate circunscribant, & ob id verè Theopaschitæ sunt. Qui autem huius sententiæ sunt, imaginem non habendam censent. Quemadmodùm impius Seuerus, Petrus Fullo, Philoxenus Hierapoleos Episcopus, & omnis deniquè illa multi capitis & sinè capite hydra contendit. Huius igitur societatis existens & Eusebius, (quemadmodùm ex illius epistolis & historicis commentarijs demonstratum est) imaginẽ Christi Theopaschitarum more reijcit, qua de causa & Constantiæ Licinij vxori scribit, apud se imaginem non reperiri. Nam & in eadem Epistola dicit, quòd illius incarnata forma, in Deitatis naturam mutata sit. Nemo tamẽ sanctorum patrum nostrorum sic sensit aut docuit. Neque etiàm veritas sicse habet. Audiamus Athanasium insaniæ Arrij vindicatorem: alia enim docet in dogmatica ad Eupsychium presbyterum Cæsareę epistola. Similiter & Cyrillus in prima ad Successum Diocæsareæ episcopũ. Similiter in oratione contra libidinosos dicta. Ambo enim, sicut vnum terrestris reipublicæ administrationem habentes, ità & cælesti velutì ab vno spiritu afflati, consona inuicèm loquuntur.

Ioan. 14. Seuerus hæreticus. Petrus Fullo. Philoxenus

Athanasius in epist. ad Eupsychiũ.
Anastasius in epistola ad Eupsychium, cuius initium, in quibus existimâsti nos pijssime, inter cætera sic inquit: Communis ouium fructus est, hæc inquã tergoris messis, haud quæ omĩbus ad communem vsum prostat: verùm postquàm tinctura, quæ de mari accipitur, subdita fuerit, purpurea dicitur, & appellatione mutata & vsu, propter excellentiam regibus tãtummodò aptatur. Ità lana est, & non est. Natura quidem manet id, quod à principio fuit: vsu autem nõ ampliùs. vulgaris enim vsus fuit, propter colorationis dignitatem. Ità quoquè caro, natura cõmuni assumpta: postquàm enim facta fuerit regis tegumentum, cum ipso rege eiusdem fit dignitatis, quanquàm natura non fuerit talis. Quarè rectè Dominus gloriæ dicitur. Et secũdùm quod homo quoq; fuit, affectiones & passiones naturæ eum inuaserunt, & cõtumelijs aliorũ fuit quoquè obnoxius. quonam modo enim rex veste vtitur, sic ipse carne quoq; se circuncinxit. Quemadmodùm autem qui regis purpurã rumpens, regi pœnam dat, quasi insidiator aut maleuolus, quanquàm ipse rex nihil fuerit grauiùs passus, purpuræ autem passiõ ad ipsum refertur: ità quoquè carnis passio, verbo Dei manente *impassibile, in ipsum propter contumeliam descendere dicitur. Et ob id Paulus Dominum Christum, quatenùs homo, filium Dei tradit. Et ante hũc Gabriel archangelus paradoxum noui partûs Mariæ euangelizans: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Eccè tu in vtero habebis, & paries filium, & vocabunt eum Iesum: hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Quarè Iesus filiꝰ Dei vocatũ, non ꝙ caro in diuinã naturã fuerit mutata, sed ꝓpter vnitionẽ ad Deũ verbũ cognominẽ dignitatẽ accepit. ¶ Eodẽ modo Cyrillus in p̄dicta ad Successum epistola, cuius initium, Incidi in cõmentarium à tua sanctitate mihi missum, inter cætera inquit: Post resurrectionem idem illud corpus, quod passum fuit, mansit, nisì ꝙ debilitates humanæ naturæ in se ampliùs non recepit. Non enim aut fame, aut lassatione, aut alia aliqua tali passiõe torquebatur, sed deincèps incorruptibile mansit. Nec id solùm corpus est, verùm p̄ter hoc etiàm corpus viuificãs. Vitæ enim corpus est, hoc est, vnigeniti. nam Deo decẽtissima gloria illuminatũ est, & intelligitũ Dei corpus. Proindè si quis ipsum diuinũ corpus, vt certè hominis, humanũ dixerit, non sanè quicquã errauerit, decentiq; sermone fuerit vsus. Hinc arbitror doctissimũ Paulũ dixisse: Si verò Christũ secundùm carnẽ cognouimus, sed iam nunc ampliùs non cognoscimus. Dei enim, vt dixi, ꝓprium corpus existens, humana omnia excedit. Corpus autem quod à terra est, non potest mutationẽ secundũ diuinã naturã subire. Etenim hoc impossibile, qm̃ in Deitate, velutì generationis aliquid, & quod nullã secũdùm naturam habet secũ ꝓprietatem, existit. Aequè enim absurdum est, si quis dicat, ꝙ corpus in Deitatis naturã mutatũ sit, & ꝙ verbum in carnis naturam sit alteratum. Nam vt hoc impossibile, (immutabile enim & inalterabile verbum est) ità & aliud. Non enim possibile est, creaturã aliquã in Deitatis naturã aut substantiam transgredi posse. Creatura autẽ caro est. Quamobrẽ diuinum esse dicimus corpus Christi, quoniam Dei corpus est, & ineffabili gloria illuminatum, incorruptibile, sanctũ, viuificans. ꝙ autẽ in Deitatis

Rom. 1. a Lucæ 1. c Cyrillus ad Successum. 2. Cor. 5. b

tis naturam sit mutatum, neque patrum aliquis dixit aut cogitauit, neq; nos ità sentire possumus.

Cyrilli fragmẽtum ex oratione ad libidinosos

Similiter & in oratione contra libidinosos, cuius initium, Longam nupèr de veritatis dogmatibus contexuimus orationem, inter cætera inquit: Proindè num carne eius in Deitatis naturam mutata, desinit esse filius hominis? manifestũ fuerit omni quod ex hoc sequitur, quòd nos ex adoptionis gloria reiecti sumus, velutì non haberemus ampliùs primogenitum in multis fratribus. Et paulopòst: Num igitur de tam bona fama, quæ nobis data fuit gratis, adeò subitò excidimus? non sanè. Non enim stoliditate, insipientia, & stultissimis quibusdam inuẽtis, in reprobum sensum perducti, ea quæ non decet, sentimus. Sacram autem scripturam, velutì Canonem rectitudinis & incõmutabilis fideì habentes, dicimus, ꝙ qui natus nobis est primogenitus & vnigenitus, Dei scilicet verbum, non destitit esse post illud verus Deus & filius hominis. Neque in naturam Deitatis, incommutabiliter & inconfusè vnita sibi caro, trãsmigrâsse videt, immò gloria ꝓpria illam illustrans, intelligit rectè Deũ decentib⁹ impleta dignitatibus. Sic etiàm secundùm tempora per vniuersum terrarum orbem, rediens è cælo, videbitur. Atquì cum carne quoq;, postq̃ benè hoc dispensationis mysterium obiuisset, redijt in cælum. Nam qui rem eam viderunt, stupore perculsi sunt. Quia vt scriptũ

Act.1.b

est, Nubes illũ assumpsit, tum admirantibus illis vox angelorum sanctorum audita est: Viri Galilæi, quid statis suspicientes in cælum? Hic Iesus qui à vobis assumptus est in cælum, ità veniet, quemadmodùm eum vidistis ascendentem in cælum. Num igitur hi, quibus hoc dictum est, viderunt eum sinè carne ad patrem ascendentem? aut abijcientem nostram similitudinem, qua in corpore tactili & visibili fuit, * & intangibilem & inuisibilem naturam commutâsse? Quis hoc ausus sit dicere? Si verò veniet sicut discessit, non verè dixerimus, veniet rursùm in corpore, non nudum & sinè carne verbum? Et paulopòst: Cognosce igitur, ꝙ descẽsum illum quem facturus est in fine seculi, ipsis priùs manifestauerit, cùm scilicet se transfiguraret. Hæc autem transfigurationis figura (mirandus inquit Euangelista) facta est

for. * & in

Matt. 17.a

non secundùm depositionem speciei, videlicet humanæ figuræ abiectionem, immò circa solam gloriam. Resplenduisse, inquit, faciem illius, non aliter àc à solis radijs fulgor emittitur. Et mox: Scripsit verò & de

Philip.3.d

Christo doctissimus Paulus: Qui humilitatis nostræ corpus transformabit conforme gloriæ illius. Quid ad hoc dicẽt, qui in verbi naturam, carnem illius commutatam asserunt? Num scilicet sanctorũ corpora trãsibunt in naturam Deitatis, vt fiant corpori illius glorioso conformia? profectò hæc extremæ imperitiæ & inscitiæ nugacitas existit. Mutata enim carne in naturam Deitatis, vt aiunt, quonam vtetur corpore Deus verbum existens? Deitas enim res est incorporea, & verum est quòd Deum nemo vidit vnquàm. Deindè clarissimè idem deducens, velutì contra Eusebium, sic idem beatus pater in eodem sermone dicit: Videtur pro illis facere (quemadmodùm aiunt) de his rebus & aliud verbum. Nam diuinus Apostolus sic scripsit: Si enim cognouimus secundùm carnem Christum, sed nunc non ampliùs cognoscimus. Igitur, aiunt, si secũdùm carnem non cognoscitur, necessarium est illum carnem in verbi sui naturam mutâsse, vt tanquàm Deus cognoscatur. Dixerit autem ad hos (arbitror) confestim aliqs: Igitur quandò de nobis scribit, Cùm verò in carne sumus, Deo placere non possum⁹. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Num inquã, tum nos carne & sanguine nudatos esse cognouit? Vtrùm spiritibus incorporeis ista scribit? Quo pacto non fuerint ista monstro similia? Quamobrem de nobis dicit carnem, nimirùm carnis absurdas & quæ castigatiõe opùs habent, affectiones. De nostro autem omnium castissimo seruatore, qui errare non nouit, neque peccatum fecit, alio modo illud secundùm carnem considerare oportet. Non enim ampliùs est in carnalibus infirmitatibus. Clarè igitur ex diuinoloquis istis patribus cognoscimus, nugamentorum istorum magistros non ex fontibus Israel, quò illis suppetat in vitam æternam hausisse, sed in fontibus iniquitatis & desolationis sibi potum quæsiuisse. Alienos enim secuti, in præcipitia & anfractus seducti sunt. Debebant igitur, si Ecclesiæ alumni sunt, Basilium Magnum in testem citâsse, qui imaginis honorem ad ꝓtotypum referri asserit, & Gregorium Nyssæ episcopum, dicẽtem: Vidi imaginem passionis loquentẽ, & non sinè lachrymis rem contemplatus sum, historiam ipsa arte pulchrè repræsentante: & Ioannem, qui se imaginem è cera fusam, pietate plenam amâsse dicit. Debebant, inquam, illos fuisse sequuti, & quicunque cum illis faciunt. Isti verò in malis auctarium addentes, ità deincèps dicunt:

Ioan.15 1.Ioan.1

Ioann.4.

2.Cor.5

Rom.8

Basilius Gregor. Nyssen.

Matt.18.a Marc.9.g

Chrysost.

GREGORIVS:

Hæc igitur ex multis pauca scripturæ patrumq̃ testimonia, in hac definitiõe nostra, parcẽtes sanè copiæ, nè in longum res protraheretur, collocauimus: reliquis enim quæ infinita sunt, volentes supersedimus, vt qui velint, ipsi requirant. Ex his igitur à Deo inspiratis scripturis, & beatorum patrum sententijs stabiliti, & super petrã cultûs diuini in spiritu pedes cõfirmantes, in nomine sanctæ & supersubstantialis viuificantis Trinitatis, vnanimes, & eiusdem sentẽtiæ nos, qui sacerdotij dignitate succincti sumus, simul existentes, vna voce definimus, omnem imaginem, ex quacunque materia improba pictorum arte factam, ab Ecclesia Christi anorum reijciẽdam, velutì alienam & abominabilẽ.

Nota

EPIPHANIVS:

Ecclesiasticæ traditiõi ceruicem subdere nolentes, sed excæcati in electione cõuenientis, & apprehensione veritatis, pietatis traditionem abdicârunt, neq; torrentem voluptatis bibere sustinuerunt, quõ illis esset fons sãliens in vitam æternam, sed è lacub⁹ pertusis irrigati, malè olentem truncum, habentem fructus bilis & amaritudinis, produxerunt. Mendacium enim mendacio adglutinantes, dixerunt: Alijsq; testimonijs, q̃ infinita sunt, supersedimus volentes. At vt nos indicauimus, quæscunq; patrum sentẽtias attulerunt, quibus propriam iustitiam conantur asserere, omnes peruersè intellexerunt: quæ verò contrariæ planè fuerant, nec erant ex spiritu diuino. Quamobrem

Psal.11.

beatus vates Dauid alloquitur eos, in spiritu canens: Vana locuti sunt singuli ad ꝓximum suum: labia dolosa in corde, in corde locuti sunt mala. Et Esaias liberrimus

Esa.44.

prophetarum, contra illos dicit: Consilium impiorum impia consulit. Rectè enim sentire nequeũt, quia obscuratus est visus ocu-

Luc.10.e

lorum eorum. Sanas enim definitiones & leges relinquentes, verbis pietatem figurãt, conanturq; piè quædam concionari, quõ scilicet in hoc rectè dicentes, in ãlijs quoq; fidem inueniant. Aiunt enim: In nomine sanctæ & supersubstantialis & viuificantis Trinitatis: sed circa sensum & intellectum impiè agere nituntur. Nam ex propria sententia loquuntur, & impietatem nudam ob oculos ponunt: neque iudicium Dei reueriti, neque Dominicam declarationem & pronunciationem respicientes, quæ sic habet: Nam qui scandalizauerit vel vnum ex paruulis istis credentibus in me, satiùs illi fuerit, vtì mola asinaria alligata illius collo, submergatur in mari. Deincèps & tanquàm porci margaritas proculcantes, ecclesiasticas dico traditiones, omnem imaginem ab Ecclesia Christianorum reijciẽdam & abominandam statuunt. consilia ineuntes nõ per Dominum, & fœdera ferentes non per spiritum eius. Etenim tanquàm graues lupi, in ouile Christi insidias tendunt. Cæterùm veritatis splẽdor, & luminis fulgor, inconcussam habẽt libertatis audaciam. Quis

Basilius Magnus.

enim ignorat, imagine cõtumelia aut ignominia affecta, illum lædi cuius est imago? Hoc & ipsa veritas, hoc rerum natura docet. hoc & beati patres tradiderunt. Basili⁹ enim Magnus inquit: Honos imaginis in

Athanasius.

ipsum prototypum redit. Athanasius: Qui imaginem adorat, in ipsa Imperatorem adorat. Similiter & Chrysostomus: Non no-

Chrysosto.

uisti, ꝙ is qui imaginem Imperatoris violat, in prototypum dignitatis iniustus est?

Atq; ità patres rerum naturam secuti sunt. Hi verò & ab Ecclesia & veritate desciscentes, non solum blasphemia pleni sunt, sed & insania & imperitia. Debebant enim communem & non dissonantem vocem eloqui, veteremq; traditionem confirmare, quam fidelium multitudo ex traditione Apostolorum & patrum seruauit hactenùs & confessa est: omnem autem nuperam vaniloquentiam euitare, & consuetudinem quæ piè hactenùs apud nos valuit, nullo modo infringere & labefactare. Nam quæ in Ecclesia tradita sunt, neque additionem, neq; ademptionem sustinent. Maxima enim eos qui ità agũt, pœna manet. Maledictus enim,

Deut. 27. e

inquit, qui transponit horrea patrum suorum. Sed non ducuntur amore & studio veritatis, quamobrem audient hoc Sapiẽtię: Qui studet thesaurizare lingua mendaci, va

Pro.21.a

na psequitur, & in laqueum veniet diaboli.

TOMVS SEXTVS.

EPIPHANIVS:

Vocem, qua Dominus ad coryphæum Apostolũ Petrum vsus est, animo debebant intelligere: Tues Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã, & portæ inferi non ꝓualebunt illi: sed ab hac ædificatione & harmonia alienati, digna quæ risu excipiantur, definiunt.

Matt.16.e

GREGORIVS:

Nemo hominum, qualiscunque tandèm fuerit, tale institutum & impium & impurum posthàc sectetur. Qui verò ab hoc die imaginem ausus fuerit sibi parare, aut adorare, aut in Ecclesia, aut in priuata domo constituere, aut clàm habere, si episcopus fuerit aut diaconus, deponitor: si verò solitarius aut laicus, anathemate percellitor, imperialibusq; constitutiõibus subijcitor, vt qui diuinis decretis repugnet, & dogmata non obseruet.

EPIPHANIVS.

Non satìs illis fuit, ꝙ Ecclesiam omnem carpserint & vellicauerint, nisì nunc quoq; impiè definiant, non faciendam esse imaginem, nec illi etiàm, qui sibi sic faciendũ esse persuaserit. Vsqueadeò enim venerãdarum imaginum demonstratio in Ecclesia obtinuit, vt ab eo tempore, quo euangelium ꝑdicari cœptum est, ad hæc vsq; tempora recepta fuerint. Iam autẽ cognoscimus omne quod antiquitate excellit, venerãdum esse. Quid enim aliud *Corinthijs mandat diuinus Apostolus, dicens: Seruate traditiones quas accepistis? Et rursùs Timotheo & Tito, prophanas vaniloquentias auersemini? Omes igitur Christiani, qui in Ecclesia Catholica geniti sumus, traditiones quas acce-

2. Thes. 2.d 1. Tim. 6.d & 2. Tim 2. cd Tit.3.c

pimus,seruamus,& in ijs stabiliti sumus,nouamq; hanc vaniloquentiam,secuti diuinũ Apostolum,reijcimus. Et quæcunq; patribus pro tempore super fundamentum Apostolorum & prophetarum ædificare placuit,recipimus: quæ verò secùs se habent, vt hostilia respuimus. Dico autem quæcunq; ab inimicissimis & impijs hæreticis velutì nugæ allata sunt,in quorum numero,quoniam & hi nuperi vaniloqui Christianorũ accusatores sunt,ob id eos execramur.nam non modò linguam habẽt impietate & peccato imbutã, sed & manus docuerunt oẽm sycophantiam expedire,verberareq; dicentes,Constitutionibus imperialibus subijcitor,qui non ità fecerit. Ex hac igitur voce, per omnem terrarum orbem multa & varia designata sunt. Continuam autem crudelitatẽ & ipsi principes, duces, & falsi episcopi exercuerunt. *Iconoclastarum in Catholicos sæuitia.* Sed quænam lingua calamitatem istam poterit exprimere? Vndè & quomodò hanc narrationem aggrediar, non video. Nam quot terrores, persecutiones,per omnes ciuitates custodiæ, monachorum flagellationes,carceres, multis his annis extitêre? Taceo pedicas, catenis ligatos pedes, sacrorum vasorum ablationem, librorum exustionem, sanctorum templorum prophanationes,sanctorum monasteriorum prophanas in mundana hospitia & habitacula translatiões, quòd scilicet in ijs pietatis & religionis studiosi viri habitarent, post raptum substantiæ & bonorum, transmigrationes in barbaras nationès existimãtium se posse apostolicè meliorẽ vitam inter gentes, quàm apud suos,ducere. Et quod omnium grauissimum est, in hunc vsq; diem prophanatio ista ministeriorum apud quosdam adhuc manet. Et pro sacris hymnis & voce lætitiæ in tabernaculis iustorum, cantica meretricea & Satanicæ melodiæ audiuntur:& pro geniculationibus,saltationes theatrales celebrantur. His adijce pericula, turbationes, vexationes, verbera, pœnas,oculorum extritiones, narium amputationes, linguarum abscissiones, inhonestas fugas & exilia piorum,qui per omnẽ terram dispersi sunt,sanctarũ facierum adustiones,barbæ vellicatiões, adustionesq;: virginum,postquàm Christo dedicatæ fuerant,impias & violentas nuptias, & quod vehementissimum est,malorum cædes. Hi sunt fructus horum hominum, qui contra veritatem insurgunt. Hæc vera insania, & non iudicium verum. Inspexit hæc Deus,& ex omnibus malis liberauit Ecclesiam suã. Gloria sit illi,Amen. Ab impio autem consilio suo seducti, ex ipsa veritate arguunt, dicentes:

GREGORIVS:

Determinamus & hoc, nè quis hominum ex ijs qui præsunt Ecclesiæ,aut sacratis ædibus,sub prætextu exterminationis aut eleuationis talis imaginum erroris, manus in ea quæ sunt Deo sacrata, injiciat,quia possunt transferri in alios vsus eiuscemodi idola.

EPIPHANIVS:

Hæc eructant ora, quæ Dominum non verentur,neque venerantur. Quis enim,modò mentem diuino timore firmatam habeat,ea quæ Deo oblata sunt & dedicata,idolorum appellatione dedignetur? profectò non satìs noui,num & rudes & imperiti rerum id ausint. Nisì planè oblíti essent magni & salutaris illius mysterij, quod Deus verbum caro factum, & in nobis habitans, operatus est,cùm scilicet nos ab idolorum errore liberaret. ζῷδα enim (qua voce isti vtuntur) à pijs gentilium idola nominantur. Sed sunt nugaces verborum strepitus & battarismata,& apophthegmata oris illius, quod stercoreis alimẽtis vsum,vapores fœtidos animo mentique immittit, & deliros insanosque istos homines, risu dignos indicat,quamobrem inferunt:

GREGORIVS:

Neque etiàm in sacras vestes,aut alia vela, aut quicquid consecratum est in sacrum Dei ministerium,nè qua ratione in abusum conuertantur.

EPIPHANIVS:

Qui hactenùs calumnijs persequuti sunt, definiêruntq; venerandas imaginum picturas non recipiendas in sacris Dei ecclesijs,& qui eas idola & ζῷδα vocauerunt: nunc tanquàm oblíti impij sui decreti,has in ecclesijs manere volunt. Quòd si autem Deo consecrata sunt,quomodò turpes & diabolicæ insidiationis inuentiones habebuntur? Sed manifestum est quòd sit Caiaphica assertio. *Ioann.* Nã is animi quidẽ malitia Christum occisum cupiebat:at ignorantia veritatem dicẽs,seruatorem illum humani generis cõfessus est. Eodem modo & isti, malitia quidem errorem idola,ζῷδα,& diabolicæ insidiatiõis inuenta,*sanctorum imaginum inspectiõem **sanctæ* cauillantur,verùm cõtra animi sententiam, has sacras & Deo dedicatas confiteri cogũtur,& laqueis propriæ nugacitatis implicãtur. Quarè illos qui se sequuntur, præstigijs decipientes alloquuntur.

GREGORIVS:

Si quis autem à Deo potestatem nactus,hæc ipsa vasa,aut vestes in meliores vsus conuertere voluerit,non ausit hoc sinè sententia & voluntate sanctissimi & beatissimi vniuersalis patriarchæ, & Imperatorum nostrorum piorum iussu,nè diabolus sub eo prætextu ecclesias Dei humiliet. Neque aliquis ducum,aut magistratus, aut laicorum cohortes sub illis constitutæ,in diuinas ædes manus injiciant,easq́; velutì captiuas prophanent,quemadmodùm à quibusdam indecenter antehàc factum est.

EPIPHANIVS:

Quis propter hanc legislationem non insigniter rideat, immò magìs non lugeat? Propter hæc enim vana verba, multi ausi fuerunt Briarei gigantæasque manus sacris armarijs inijcere, ab his videlicet occasionẽ sumẽtes. Labilis enim est & lubrica improbitas. Videntes enim ipsos sanctissimos, (vt isti aiunt) reuerà autem falsos episcopos,aurum & argentum ex dedicatiõibus,& imagines quæ in museis, sibi adscribere, & in priuatos vsus vertere,& ipsi quoq; sic fecerunt. Hæc enim in gutturnia, pelues, theatra commutârunt:& quæ quandoquè sacra fuerunt,horum iudicio prophanata sunt.

GREGORIVS:

His ità se probè habentibus,& Dei gratia confirmatis,iustum esse decreuimus,hoc nostro catholico & Deo grato scripto, definitiones breues velutì in summam edere,quandoquidem & nos videmur apostolicè dicere: Quin etiàm credimus nos spiritum Christi habere, & quẽadmodùm qui antè in illum crediderunt, & synodos congregauerunt,decretaq́; & definitiones ediderunt, ità & nos quoquè idipsum credimus. Quambrem post sacras aliquot præmissas patrum definitiones,consequenter & conueniẽter nostra determinabimus. *1.Cor.7.g*

EPIPHANIVS:

Multa & diuersa in superioribus nugati, & propriam improbitatem manifestè determinantes,& in multa distrahentes,nunc seipsos doctoribus Ecclesiæ contendunt comparare, & sacris illorum declarationibus,has impias suas definitiones connumerare se iactant, nimirùm mendacium cum veritate,tanquàm venena noxia cum melle, miscere contendentes. Sed qui spiritu DEI aguntur, facilè malum à bono dijudicauerint: & quæcunq; à sanctis patribus rectè statuta sunt, recipient: quæ verò ab his peruersè & improbè statuuntur, auersabuntur. Isti enim falsidici confitentur se Deum cognoscere, verùm à regia via per calles & anfractus decedunt. Nostræ enim syncerae fidei verba, veneno improbitatis imbuũt. Habent nanque consimilem cum hæresiarchis veteribus ignorantiam. Nam & ipsi multa cum catholica Ecclesia conuenientia dixerunt. In vno autem aut altero trãsgressi,anathema acceperunt, cum quibus sanè & isti partem habent,etiàm si sic dicant.

PRIMA DEFINITIO.

GREGORIVS:

SI quis secundùm Apostolicas & patrum traditiones de patre,filio, & sancto spiritu, non confessus fuerit vnã & eandẽ Deitatẽ,naturam & substantiam,voluntatẽ & actionem, virtutẽ & dominatũ, regnũ, & potestatẽ,in tribus subsistẽtijs siue hypostasibus, nempe personis,glorificatam,anathema.

Secunda.

Si quis non confessus fuerit eiusdem sanctæ Trinitatis vnum,videlicet filium & verbum Dei & patris,Dominum nostrum Iesum Christũ, ante secula quidem ex patre secundùm Deitatem, in extremis autem temporibus ipsum, propter salutem nostram,è cælis descendisse, & incarnatum ex spiritu sancto & Maria virgine, & ex eadem natũ, supra omnem humani intellectûs compræhensionẽ, anathema.

Tertia.

Si quis non confitetur Deum esse secundùm veritatem Emmanuel, & ob id virginem sacrã Deiparam,quæ secundùm carnem, carnem factum ex Deo verbum genuit,anathema.

Quarta.

Si quis verbum ex Deo patre, carni secundùm hypostasin nõ vnitum, & vnum esse cum propria carne Christum, eũdem videlicet Deum & hominem,nõ cõfessus fuerit,anathema.

Quinta.

Si quis nõ cõfessus fuerit Dei carnem viuificãtem esse,& propriam ipsius ex Deo patre verbi,sed velutì alterius præter ipsum, vnitã secundùm dignitatem,videlicet quasi tãtummodò in ea diuinã habitatiõem habuerit,minimè verò viuificantem, vt diximus, quòd factum sit in proprietate verbi omnia viuificare potentis,anathema.

Sexta.

Si quis nõ confessus fuerit in vno Christo, vero Deo nostro,duas naturas & duas naturales voluntates,& duas naturales actiões, communicanter, indistinctim,incommutabiliter,impartibiliter,incõfusè secundùm patrum sanctorum traditionem, anathema.

Septima.

Si quis nõ cõfessus fuerit,Dominum nostrum Iesum Christum,post assumptiõem animatæ, ratiõalis & intellectualis carnis, simul sedere cum Deo & patre, atq; ità quoquè rursùs vẽturum cum paterna maiestate, iudicaturum viuos & mortuos, nõ ampliùs quidem carnẽ, neque incorporeum tamen, vt videatur ab ijs à quibus compunctus est, & maneat Deus extra crassitudinem carnis,anathema.

EPIPHANIVS:

Hucusq; rectè sentiunt, & patrum traditionibus conuenientia dicunt,immò potiùs tanquàm sua propria dogmata asserentes,sibi laudem & gloriam vẽdicant: in subsequentibus autem amara venenatæ & viperinæ linguæ dogmata, pharmacis lœtalibus plena,euomunt.

GREGORIVS:

Octaua.

Si quis diuinam Dei verbi secũdùm incarnationem figurã,materialibus coloribus studuerit effigiare, & non ex toto corde oculis intellectualibus ipsum sedẽtem à dextris patris, super solis splẽdorem lucẽtem in throno gloriæ adorare, anathema.

EPIPHANIVS:

Absurdi & præter modum admirabiles allegoristæ,in hac venefica definitiõe iudi-

cantur. Apostolo enim filium Dei patris figuram prædicante, propter incommutabilitatem substantiæ ipsius commutatione facta in carnē, à Deo verbo assumptā, obliquè cogitant, & ex animis insipientibus nouam quandam definitionem eructant. Nouimus enim omnes, quòd caro quam assumpsit, diuersæ substantiæ à natura verbi Dei existat. Hoc, inquam, in veritate præsides Ecclesiæ sancti Apostoli & admirandi nostri patres, nos docuerunt. Nam absconditorum spectator Paulus, diuinus (quemadmodùm dictum est) Apostolus volens consubstantialitatē filij & Dei verbi ad Deum & patrem prædicare, nihil aliud appropriatum & concinens inuenit, quàm vt exclamet, characterem hypostaseos patris ipsum filium. Isti verò veritatem mendacijs subuertere conantes, tumultuarijs & putridis vocibus insistentes, odio venerandarum imaginum, mendacium inducere conantur. Vndè in blasphemum & peruersum sensum collabentes, & in reprobam sententiam traditi, dicunt:

Heb. 1. a

GREGORIVS:

NONA.

Si quis incircūscriptibilem verbi Dei essentiam & hypostasin, propterea quòd incarnatus est, naturalibus coloribus in imaginibus ad formam hominis depinxerit, & qui nō theologicè sentit eam, post carnem, nō minùs incircunscriptibilē remansisse, anathema.

EPIPHANIVS:

Tanq̃ circa oportuna Apostolicarum traditionum negocia occupati, pestilentem morbum spirantes, sententiamq́; corrumpentes, omnia dicunt. Nam turpitudinem erroris & fraudis rectis verbis prætexunt: & impostore animo ad naturam incircunscriptibilem diuini Verbi, carnem assumptam ab eo & circunscriptam coaptant. Hoc eñ apertè indicat, quod ab illis dictum est, nihil minùs incircunscriptibilem existentem. Vbinàm hanc vaniloquentiam inuenêre sapientes isti in rebus vanis? Blasphemiæ eñ plenum est, ꝙ post incarnationem, incircūscriptibilem fuisse asserunt Iesum, omnium Dominum, nostrum verum Deum, maximè cùm is discipulos suos ità affatur: Lazarus amicus noster dormit, & gaudeo propter vos, quòd isthic non fuerim. Nónne igitur hoc, quòd isthic non fuerim, circunscribi potest? Profectò potest. Et vt ea quæ ante mortem de illo euangelicè dicta sunt, omittamus, cùm post resurrectionem se exhiberet mulieribus, nunquid hac ratione circunscribi nequit? Profectò potest. Cùm se duobus discipulis ostendit, nónne circunscriptione dignum est? Est profectò. Quòd clausis ianuis ingressus sit, & à Thoma contactus, quid aliud q̃ circunscriptio? Item quòd discipulis in Galilæam profectis, & eum isthic videntibus & adorantib⁹,

Ioann. 11. b

Ioann. 20. d
Lucæ 24. b
Ioan. 20. e f

Matth. 28. b

quidnā est? Nempe ipsum quod dixi. Quòd discipulis intuentibus, in cælum assumptus est, & ab angelo, ipsis adstante & dicente, audierint: Quid statis, ô viri, defixis oculis in cælum adspiciētes? hic IESVS qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodùm vidistis illum abeuntem in cælum. Nónne hæc sunt circunscriptione digna? Sunt sanè. Sic enim omnes nostri diuini patres tradiderunt. Et manifestum est rectè sentientibus, ꝙ quemadmodùm Deus & verbum Dei patris, inuisibile, incompræhensibile, & in omni loco dominatiōis suæ existit: ità secundùm naturam humanā quam assumpsit, visibilis est & circunscriptibilis est, quemadmodùm ipse discipulis suis dixit, ꝙ istic non fuerim. Item est compræhensibilis, sicut Thomas nos credere fecit. In multas igitur improbitates, propter vnam istam blasphemiam, qua Christianos decipere conantur, ruunt. Calumniantes autem deindè loquuntur:

Acto. 1.

Ioann.

Ioan.

GREGORIVS:

DECIMA.

Si quis indiuisam Dei verbi naturæ & carnis secūdùm hypostasin vnitionē, videlicet ex vtrisq; vnam inconfusam & impartibilem perfectionem factam, in imagine depingere cōatur, vocatq; eam Christum, (Christus enim nomine vno & Deum & hominem significat) & ex ea re confusionem duarum naturarum monstrosè asserit, anathema.

EPIPHANIVS:

Impudentia deceptionis verbo recto imprimitur. Et indiuisæ & inconfusæ secundùm hypostasim vnitioni imaginum structuram opponentes, tanq̃ confusionem duarum naturarum, mēdaciter & improbè accipiunt. Sed veritas Domini ligata non est. ꝙ autem Christi nomen, duarum naturarū significatiuum est, apertum: altera enim ratione visibilem, altera inuisibilem naturam demonstrat. Ipse enim Christus hominibus per velum carnis suæ visus est, quanq̃ diuina natura in eo celabatur, tamen per signa elucebat. Sancta igitur catholica Ecclesia, quemadmodùm accepit ab Apostolis & patribus, ipsam formam quæ ab hominibus visa est, pingit: neque tamen ob id Christum diuidit, quemadmodùm isti falsò dicunt. Imago enim secundùm nomen tantū, & non secundùm definitionem, cum primo exemplari communicat: quia (quemadmodùm in superioribus sæpè diximus) anima ✶priuata est, quam nemo circunscribere potest, quia inuisibilis est. At si animam, quāuìs creata sit, nemo pingere potest: quanto minùs inuestigabilem & incompræhensibilem vnigeniti filij Deitatem potuerit quisquam cogitatione compræhendere, vt sensibiliter à se depingatur? Cōuersus est itaq; ✶dolor eorum in caput ipsorum. Anathema enim quod ipsi nugantur, in illis manebit in perpetuum.

✶ for. ✶

GRE-

GREGORIVS:

Vndecima.

Si quis carnem hypostasi verbi Dei vnitam diuiserit, & in nuda excogitatiōe mentis eam habēs, ex eo conatus fuerit illam in imagine depingere, anathema.

EPIPHANIVS:

Grego. Nazianz.

Diuus Gregorius, q à theologia cognomen inuenit, sic ait: Quandò naturę distant excogitationibus, simul diuiduntur etiàm nomina. Quin etiàm plurimi patrum, hac notione vsi sunt: etenim ità reuerà se habere videtur. Ab illa autem & à patrum traditionibus desciscentes, dicūt: Si quis carnem hypostasi verbi Dei vnitam diuiserit excogitatione mentis. Itaque in hoc deprænhenduntur repugnantes patrum traditioni. Sed cùm subindè eandem rem inculcant, verita✶ti apertissimè contradicere cognoscuntur. Ecclesiam enim cum Nestorio sentire, falsò asserere nituntur. Sibijpsis autem consentanea dicentes, inferunt:

✶ apertissimæ

GREGORIVS:

Duodecima.

Si quis vnicum Christum in duas hypostases diuiserit, ab vna parte Dei filium, & ab altera parte Mariæ filium collocās, neque cōtinuam vnitionem factam cōfitens, & ob id in imagine, tanquàm per sesubsistentem Mariæ filiū depinxerit, anathema.

EPIPHANIVS:

Eadem totiès infarciunt, vt breuibus satìs dici nequeat, quæ ab ipsis nugæ proferantur. Adiungentes autem impiam Nestorij opinionem sacrarum imaginum effiguratiōi, paradoxa quædam & inanes sermones commiscent, quorum destructionem cùm anteà sæpè ostendimus, nunc eadem silentio præterire decreuimus. Eructant autem iterùm talia.

GREGORIVS:

Decimatertia.

Si quis ex vnitiōe ad diuinum verbum Deificatam carnem in imagine pinxerit, velutì diuidēs eam ex assumpta & deificata Deitate, & indeificatam ex hoc eam cōficiens, anathema.

EPIPHANIVS:

Cùm Ecclesia catholica Christum pingit humana figura, non diuidit eum à diuinitate illi vnita, magìs autem deificatam illam credit, & consimilem Deo illam cōfitetur, quemadmodùm rei veritas habet, & magn⁹ docet Gregorius. Non verò, vt ipsi indoctè & imperitè barbarismum committens, indeificatam dicunt carnem Domini ex hoc confici & formari. Quēadmodùm aliquis hominem pingens, nō inanimatum hominem facit, sed ille animatus manet, & imago, ipsius imago, ab eo quòd illum imitetur, dicitur: ità quoquè imaginem Dei facientes, deificatam carnem Domini confitemur: imaginem autem nihil aliud esse cognoscimus, quàm imaginem, significātem

Nazianz.

scilicet primi exemplaris imitationem, vndè & nomen accepit. & hac ratione cum ea duntaxàt communicat, & ob eam quoquè causam pia & veneranda. Quòd si autem hominis sit improbi, aut dæmonis, prophana & execrabilis existit, quoniam & ipsum primum exemplar, ad quod facta est. Laborantes igitur in vanum, fructum sterilitatis secum adferunt, à quo non desistent, cùm dicant hæc etiàm.

GREGORIVS:

Decimaquarta.

Si quis in forma Dei existētem Deum verbum, serui formam in propria hypostasi assumentem, & per omnia nobis similem factum sinè peccato, cōatus fuerit materialibus coloribus figurare, velutì si nudus homo fuisset, & hoc modo ab inseparabili & incommutabili deitate seiūgere, velutì quaternitatem inducturus in sanctam & viuificantem Trinitatem, anathema.

EPIPHANIVS:

O insaniam & dementiam, nullúsne pudor est congerendi anathematis? Sed quēadmodùm vermes in cœno volutantes, ità hi quoq; viuunt. Hanc posteaquàm semèl acceperunt, satietatem eius capere nequeunt. Neque quicquam aliud agunt, quàm ꝙ Ecclesiam Dei execrentur, ipsi execratione dignissimi. Eam enim qui benedicunt, (vt scriptura testatur) benedicentur: & qui eam deuouent, ipsi deuouentur. Ipsum autem seruatorem nostrum, nudum hominē existimare, & Christum à Deitate separare, & ex illa re quaternitatem per picturam inducere, quis non crasso risu eorum dementiam, qui sic loquuntur, prosequatur, immò magìs defleat blasphemiam istam? Non eñ qui Christum humana specie in imagine pingit, mox etiàm quaternitatem inducit: sed Deum verbum hominem in veritate factum, non in phantasia, fatetur. Insanus autem Nestorius duas hypostases, tanquàm duas psonas in Christo blasphemè asserens, quaternitatem induxit. Verùm Dei Ecclesia vnam hypostasin Christi in duabus naturis rectè confessa, ad recordationem salutaris illius in carne dispensatiōis, illum imagine excipere diuinitùs docta est. Volentes autem seipsos probos ostendere, & veritatis aliquid adspergunt, dicentes:

Gen. 12.

GREGORIVS:

Decimaquinta.

Si quis non cōfitetur sanctam semper virginem Mariam, propriè & verè Deiparam, quanuìs visibili & inuisibili creatura superiorem: & cum syncera fide eius intercessiones, tanquàm quæ libertatem apud eum, qui ex se genitus est, Deum habeat, non postulauerit, anathema.

EPIPHANIVS:

In his firmata & stabilita catholica Ecclesia, ab ijs, qui aliter quàm dogmata & traditiones eius habent, sentiunt, non vult con-

firmari.

firmari. Nam & Dominus à dæmonibus pdicatus, eos tamen expulit. Et Paulus diuinus apostolus & comites itineris eius, pro-
Act.16. bati ab ipsis tanquàm homines Dei altissimi, & viam salutis annunciantes, ab ipso psequutionem perpessi sunt: ità quoquè isti. Quanquàm enim aliquid verè dicant, tamè ab Ecclesia expulsi sunt & reiecti. Rursùs autem tanquàm canes ad vomitum pro-
2.Pet.2. prium reuersi, & sues in volutabro luti, talia grunniunt.

GREGORIVS:

Decima sexta.

Si quis sanctorum omniũ ideas in imaginibus inanimatis & mutis materialibus coloribus depingere studeat, cùm nullum omninò vsum adferat picturæ, anathema. Vana enim est excogitatio, & diabolicæ insidiationis inuentio. Nónne enim satiùs fuerit illorum virtutes & virilia facta, quæ nobis per scriptas historias tradita sunt, veluti viuas quasdam imagines in seipso depingere, & ad eadẽ ista seipsum zelo istiusmodi excitare, quemadmodùm sancti patres nos docuerunt?

EPIPHANIVS:

Diuini patres, neq; hoc docuerunt, neq; prædicârunt, sed sibi ipsis hoc nomen adsignant falsi isti accusatores. Eorum enim est deliramentum hoc. nam & posteà seipsos septimam synodum appellant. Sed Sapiẽs
Pro.27.a quidam dixit: Commendet te vicinus tuus, non autem os proprium tuum: alienus, & non labia tua. Isti autem neq; ab aliquibus laudati, neq; ab alijs instructi, sibi ipsi laudem arrogant, & ab hominibus vocari volunt Rabbi: cupientes esse patres catholicæ Ecclesiæ, quam sycophantijs circunueniunt, & verum Deum reliquisse, idololatriæq; adhæsisse asserũt. Sanè Deus per Esaiam prophetam ad eam ait: Ponam te exul-
Esa.60.c secundùm LXX. tationem æternam, lætitiam generationib' generationum. Et per Ecclesiasticum: Tota pulchra es propinqua mea, tota pulchra,
Cant.4.b & repræhensio non est in te. Inspiciamus igitur eorum insaniam, quoniam accusant eam idololatriæ, cuius ipsi se gloriantur esse doctores. Siquidem igitur idololatriæ sunt patres, dicant nobis, num partis Ecclesiæ idololatriam agentis, an totius sint doctores. Si autẽ partis, debebãt sanè ipsi Ecclesiæ Catholicę authoritati concinuisse, & ab hac iudicium postulâsse, fructusq; veritatis ab ea carpsisse, quẽadmodùm omnes nostri diuini patres errata correxerũt, & q̃ rupta & consissa erant, connexuerunt. Quoniam autem catholica Ecclesia hac traditione exclarata est, ipsi ab ea aulsi, videntur eam totam, vt errantem, condemnauisse. Horrendum est talia loqui, & condemnatio, omninò tacere. Perijt enim illis in Christum confessio vera, & omnium rerum corruptela vniuersa inuasit. Sed absint hęc, fru-
*sint. strà à nobis dicta *sunt. Illi enim hinc illinc se abducentes, nusquàm consistunt. Venerandarum imaginum pictura, multis retrò annis in Ecclesia Catholica & venerandis templis publicata fuit, hanc sancti patres & tradiderũt, & vniuersus Christianorum cœtus recepit: ab hoc isti non solùm exciderunt, sed & grauissimè & horribilissimè clamor anathematis illorum, Sodomitarum & Gene.19.
Gomorrhæorum more, omnia impleuit, vndè peccatum illorum valdè ampliatum est. Et quis poterit ampliùs sustinere insaniæ immensitatem & Satyricorum tumultuum laruationes? Vtinàm cognouissent veritatem. Omnibus enim pietatis cultoribus manifestum est, quòd quemadmodùm perscripta, quæ sanctorum passiones nobis ad memoriam reducunt, ad similia imitanda excitamur: ità quoq; per imaginum picturas certamina illorum adspicientes, in recordationem virilitatis & diuinæ vitæ peruenimus. Deindè recta animi sententia loquuntur:

GREGORIVS:

Decima septima.

Si quis non confitetur omnes qui à seculo hucusq; & ante legem, & in lege, & in gratia à DEO data fuerunt, sanctos venerandos esse coram Deo & anima & corpore, & horum intercessiones non petiêrit, vtpotè qui libertatem apud Deum habeant pro mundo secundùm ecclesiasticam traditionem interuenire, anathema.

EPIPHANIVS:

Cùm Ecclesiasticam Traditionem dicebant, debebant vtiquè apposuisse: Si quis imaginum picturas non recipit, anathema sit. Perquàm vetusta enim traditio Ecclesiæ catholicæ veraciter habetur, & rectè nobis in recordationem prototyporum decreta. Sed hanc respuentes impudentia, sanè eiusce modi imitationem damnabilem Ecclesię catholicæ annunciant dicentes: Vias tuas scire recusauimus. Vndè & post hanc illorũ editionem, & intercessionum Deo acceptabilium consuetudinem reiecerunt, expungentes eam ex hoc illorum scripto. Atque hoc omnes nouêre. Hunc nanq; morem habent hæretici, quotiès vno verbo pietatem contempserint, & à veritatis via aberrauerint, in multos & varios errores labi. vniformis enim res veritas, mendacium autem in varia distrahitur. Arriani enim Deum verbum creaturam dicentes, post hanc illorum blasphemiam impiam, ex anima illum hominem factũ nugati sunt. Eutyches quoq; miser, vnam in dispensatione Christi naturam asserens, diuiniorem carnem illum assumpsisse, neque nostræ humanæ consubstantialem effingit. Simili modo & huius hæreseos præsides, illos imitati agunt: nam vaniloquentiæ & malitiæ non videntes finẽ & satietatem, vicina quoquè mala ad se trahunt. Et verbula quædam sanctis patribus consentanea dicunt, sed hypocrisi tandèm veritatem simulant, quarè inferunt:

GREGORIVS:

Decima octaua.

Si quis nõ cõfitetur resurrectionem mortuorum, iudicium, & pro merito cuiusque secũdum iustam Dei libram retributionem, neq; finem esse punitionis, neque regni cælestis, quæ est in Deo voluptas & delectatio: nõ enim est regnum Dei esca & potus, sed secundùm diuinum Apostolum, iustitia,
Rom.14.c *pax, & gaudium in Spiritu sancto, anathema.*

EPIPHANIVS:

Hæc est principum veræ nostræ fidei sanctorum Apostolorum & diuinorum patrum certa sententia, & Catholicæ Ecclesiæ vnica confessio. at quæ sequitur, illis propria est, ignorantia & ruditate plena, sic strepens:

GREGORIVS:

Decima nona.

Si quis hanc nostram sacram vniuersalem septimam synodum non receperit, sed eam quocunq; modo calumniatus fuerit, & cum satisfactione omnia quæ in ea definita sunt doctrina à Deo aflata, nõ amplexus fuerit, anathema illi sit à patre, & filio, & sancto Spiritu, & à septem sanctis vniuersalibus synodis.

EPIPHANIVS:

Defectio à veritate, mentis & animi excæcatio est. Hæc enim illorum sententia, plena omni impietate, inscitiam & omnem insaniam secum adfert. Non enim docti sunt, nisi in ruditate. Nam seipsos septimam synodum vocant, & tamen anathematismos suos ità conficiunt, quasi à septima aliqua alia synodo essent anteà notati. Sic enim dicunt, anathema sit à septem sanctis vniuersalibus synodis. Quarè non magis ridiculi sunt ob insciti am, quàm miserabiles ob impietatem. Veritatem enim relinquentes, & extra regiam & militarem viam ambulãtes, in foueas & rupes præfractas se præcipitârunt. & rectè illis ob id prouerbialis sen-
Prou.9. tia acclamatur: Asciæ propriæ agricolationis errauerunt, & congregauerunt manibus sterilitatem. quapropter sagittas illorũ veneno imbutas, & arcus intensos, quos contra Ecclesiam extenderant, amatores veritatis, & iustitiæ inquisitores, in corda illorum
for.*spiritu detorserunt. Et Dauid in *spiritu melodia
Psalm.7. psallentem arripiunt: Lacum aperuerunt huius nouæ improbitatis authores, & effoderunt eum, inciderunt in foueam quam fecerunt. Peruersus est labor eorum, & iniusti tia eorum peribit.
Esa.5. Dicunt enim dulce amarum, & amarum dulce. Statuunt tenebras esse lumen, & lumen tenebras esse dicunt.

GREGORIVS:

His à nobis cum omni diligentia & industria decretis, definimus nullam aliam fidem præter hãc afferendam, aut conscribendam, aut componẽdam, aut docendam. Qui secùs facere ausint, docendo scilicet aliam fidẽ, aut asserendo, aut tradẽdo illis qui ex quacunq; hæresi ad cognitionem veritatis redeunt, aut quicunque nouam aliquam vanitatẽ, aut verborum inuentionem, ad destructionem eorum quæ à nobis determinata sunt, adferunt, si episcopi fuerint aut clerici, ab episcopatu & clericatu deponuntor: si verò monachi aut laici extiterint, anathemate denouentor.

EPIPHANIVS:

Hæc bubulci isti & indocti à sanctis patribus nostris suffurati sunt, & tãquàm propria sibi adscripserunt: quamobrem vanus & ociosus est illorum sermo, nec responsione dignus.

GREGORIVS:

Diuinissimi Imperatores Cõstantinus & Leo dixerunt: Dicat nũc sacra & vniuersalis synodus, num ea quę nũc lecta est definitio, ab omnibus sanctissimis episcopis collaudetur.

Sancta Synodus exclamauit: Omnes sic credimus, omnes idem sapimus, omnes approbando volẽtes subscripsimus, omnes orthodoxè credimus, oẽs intellectualiter, intellectualem diuinitatẽ colimus, adoramus. Hæc est fides Apostolorum. Hæc est fides Patrum. Hæc est fides orthodoxorum: sic oẽs latriam exhibentes adorãt. Multi anni Imperatorũ. Illuminatores pacis Domine custodi, piam vitam Domine da eis. Leonti & Constãtino perpetua memoria. Vos estis pax orbis terrarum. Custodiat vos fides vestra. Christum honorate, ipse vos seruabit. Orthodoxam fidem vos stabiliuistis. Piam vitã Domine da eis. Absit inuidia à regno ipsorum. Deus custodiat robur eorum. Dominus imperium illorũ pacificabit. Vestra vita, vita orthodoxorum. Rex cælestis, reges terrenos custodi. Per vos vniuersalis ecclesia pacificabitur. vos estis faces orthodoxæ fidei. faces orthodoxæ fidei Domine custodi. Perpetua memoria Constantino & Leonti. Constantino nouo pissimo Imperatori multi anni. Orthodoxum ab ipsis maioribus Domine custodi. Vitam piã Domine da illi. Absit ab imperio illius inuidia. Multi anni pissimæ Augustæ. Piam orthodoxam Domine custodi. Absit ab imperio vestro inuidia. Vos inconfusam Christi dispensationem probè dijudicâstis. Vos induisam duarum Christi naturarum stabilimentum prædicâstis, Sacrarum sex synodorum vniuersalium dogmata confirmâstis. Omnem idololatriam obscurâstis. Doctores eiuscemodi erroris vos triumphâstis. Vos eos qui contraria statuunt, notâstis.

EPIPHANIVS:

Quæ consueuerunt Imperatoribus acclamari, proferentes, & animam habentes œstro mendacij flagrantem, ex ipsa diaboli insidiatione loquuntur, dicentes: Omnem idololatriam vos obscurâstis. Vtinàm aures nostræ essent obturatæ, nè cogeremur hanc corruptricem animarum vocem exaudire. Nè intenderis mulieri meretrici, inquit pa- Prou.5.
rœmiasta. Salutarem enim dispensationis rationem contaminare *olentes, omnes

blaſphemiæ angulos perſcrutati ſunt. Quid autem ad hanc triſtem rabiem dicam aliud, quàm quod per Spiritumſanctum regius
Pſal.5. & 13. propheta Dauid locutus eſt: Venenum aſpidum ſub labijs eorum, ſepulcrum apertum guttur eorum, & linguis ſuis doloſè agunt? Vndè & à conſilijs ſuis exciderunt, iudicati ab eo, qui nos liberauit à cultu idolorum, Chriſto Deo noſtro. Ipſe enim homo perfectus ob noſtram ſalutẽ dignatus fieri, omnẽ idololatriam obſcurauit. Inquit enim per
Zach.13.a Prophetam: Eccè dies venient, & nomina idolorum à terra delebo, & nõ ampliùs erit illorum memoria. Clarum eſt, propheticam in ipſum dirigi, & non, vt iſti aiunt, in potentiam & robur Imperatorum. Defectionis enim ſignum eſt, hanc gratiam & donationem alijs tribuere præter Chriſtum. Cla-
Eſa.63.c mant Chriſtiani, ex magniloquo Eſaia haurientes: Non legatus, non angelus, ſed ipſe Dominus ſeruauit nos. Si verò (vt ipſi aiũt) conuentus epiſcoporum, & robur Imperatorum nos ab idolis liberauit, genus humanum à veritate fallitur. Nam cùm ab errore idolorum Ieſus Chriſtus Dominus DEVS noſter nos liberauit, quomodò poterunt gloriari & iactare à ſe ipſum factum? O inſanam iactantiam. Nam à veritate deficientes, & animo & mẽte excæcati ſunt: & proprijs imaginationibus & opinatiõibus adulatione imbuti, in mille errores lapſi ſunt. Et ea quæ apta & conuenientia regibus acclamari encomia ſolita ſunt, à Chriſto abſtulerunt, & Imperatoribus aſſignârunt. Quod ſanè impium eſt & blaſphemum valdè. Debebant potiùs virilia illorum facta proclamare, debebant ab hoſtibus victorias prodere. Item barbarorum caſus & excidia, quę à multis in tabulis & imaginibus ob id ſuſpenduntur, quô poſteros illorum ad ſimilia imitanda excitent. Debebât item prædicare quot ſubegerint ſibi inimicos, conſilia, trophæa, mundi gubernationem, politicas cõſtitutiones, ciuitatum emendationes. Hæ ſunt Imperatoribus conuenientes acclamationes & laudes, quę omnes ſubditos ad beneuolentiam trahunt. Linguas autem ſuas adhuc veneno habentes imbutas, & ſpirantes iras & ſycophantias, in obſcuro noctis ſe rectos & probos de gradu deijcere poſſe opinantes, ſic dicunt:

GREGORIVS:

Germani, Georgii, & Manzuris ſententiam minùs rectam vos diſpuliſtis. Germano bilingui & animo duplici adoratori lignorum, anathema. Georgio conſentienti illi, & falſario paternorum dogmatum, anathema. Manzuri ignominioſo & Saracenico, anathema. Iconolatræ & falſigrapho Manzuri, anathema. Doctori impietatis & peruerſo interpreti diuinæ ſcripturæ Manzuri, anathnma. Trinitus hos tres abſtulit.

Dicamus ad hæc propheticum verbum, Hiere.3
Facies meretricis facta eſt tibi: depuduiſti apud omnes qui te viderunt. Nam hæ in ſua conuicia, & contumelias, & turpitudinem ſe exornantes, qui honeſtè & probè viuunt, ſubſannant. Peccatoribus enim pietas eſt abominatio. Ità & iſti labijs prædicti doloſis, contra iuſtos ganniunt iniquitatem. Sed Pſal.11.
DEVS illos in abdito vultûs ſui abſcondit, & à conturbatione horum protexit illos, à contentione linguarum liberauit eos. Nam vt faces in Eccleſia reſplenduerunt, habentes verbum vitæ. Germanus enim in Germa
literis ſacris eruditus fuit, & velutì Samuel à puero DEO dedicatus, diuinis patribus ſemper adhæſit: quarè dialogis illius, qui per totum terrarum orbem euulgati ſunt, par eſt acquieſcere. Altitudo enim DEI in Pſal.44
ore illius, & enſes ancipites in manibus illius, ſcindentes eos qui eccleſiaſticæ traditioni aduerſantur. Georgius autem cui Georg
patria Cyprus, ciuiliter in hac vita degens, Cypr
CHRISTVM DEVM, qui nobis ſuam diſpenſationem deſcriptam reliquit, imitatus, non fuit contentioſus, non clamoſus, nõ calumniator, non retaliator conuiciorum: ab alijs vexatus, non minabatur: qui illum ad maxillam verberabat, exhibebat huic confeſtim & alteram: qui cogebat eum ad milliarij vnius iter, adiecit duplum. Iugum DEI à iuuentute portauit, optimum ratus, ſecundùm Prophetam, ſedere Thren.3
in ſolitudine. Ioannes verò, qui ab illis Hunc
Manzur contumeliosè nominatur, cunctis nem
relictis cum Matthæo Apoſtolo, Chriſtum rem
ſecutus eſt, longè maiores diuitias, quàm puri
ſunt Arabicæ, exiſtimans contumeliam pro nem
Chriſto. Maluitq; ſimul cum populo Chri- ſcem
ſti affligi, quàm temporariam in peccato voluptatem. Ipſe igitur cruce ſua ſublata pro Chriſto, Chriſtiq; charis, Deum ſecutus eſt, & ex Oriente per Chriſtum tuba cecinit, non arbitratus ferendam, quæ in aliena effundebatur regione, vaniloquentiam, & eum qui contra Dei Catholicam Eccleſiam inſtructus eſt, apparatum, rabioſamq; inſaniam. Sed hanc triumphans, vbiquè adhortatorìe & conſolabiliter tutam vitam duxit. In eccleſijs enim veterem conſuetudinem diligenter ſeruandam monuit. Pacificam quoquè illarum conſtitutionem & ſtatum, quem Dominus etiàm diſcipulis in ſignum quô cognoſcerentur, quòd ſui eſſent, diſcipulis dedit, dicens: Pacem meam relinquo Ioan.14
vobis, conſeruare & roborare ſtuduit. Hos igitur venerabiles & dignos fide viros in Eccleſia Catholica probatos, illorum ſeditioſa ſycophantia ferre non poteſt. Ità per craſſam ignorantiam exacuerunt turpiter propriam linguam. Germanum Sacerdotem DEI, ancipiti animo hominem & ligni cultorem, ſimiliter & Georgium, & Manzurem appellauerunt. Nemo enim eorum qui in honore ſunt, fratrem qui in vna fide ſecum viuit, ità blaſphemè allo qui ſolet. Hebræi autem & Agareni, & alij item infideles, eiuſcemodi conuicia & maledicta in diuinam crucem, & venerandas imagines, item ipſos Chriſtianos, conijcere ſolẽt. Chriſtiani enim non ſolent ſe inuicèm (vt dixi) huiuſmodi conuicijs proſcindere. Hi autem fugitiui à veritate & eccleſiaſticis decretis, ttadiderunt ſe falſis accuſationibus & conuicijs, neque aliud quicquam conuehunt, quàm plauſtra maledictionum & accuſationum contra Chriſtianos, eorumque pontifices & ſacerdotes, quaſi hi reliquerint ſcilicet Deum viuentem & verum, & imaginibus cultură exhibuerint: facti proculdubiò conuiciatores, contumeliatores, loquentes ſinè iudicio, & in verbis peccantes. Quis autem timentium Deum, nõ propter hanc eorum impietatem in maximum riſum non effunditur, aut potiùs luctum triſtem non aſſumit? Quoniam (vt ait diuinus Apoſtolus) malorum inueſtigatores ſunt, & ſuas nugas valere affirmârunt, quas tamen per gratiam Dei ſatìs ex falſis illorum ſententijs & decretis ſatìs retudimus, & hæreſibus antiquis eorũ nuperam vaniloquentiam rectè annumerauimus, abſcindentes eam gladio ſpiritûs. Agè autem, quô moraliter auditorum animos præparemus, apud intelligentes, & qui recta diſcernere nouerunt, & veritatem amant, ſingula explicemus.

Matt.9.a Marc.2.b & Luc.5.f

Luc.19.a

QVANTOPERE IN ECCLEſia vtiles ſint imagines, quæ hiſtorias veteris & noui inſtrumenti repræſentant, breuis demonſtratio.

Ancta Dei Catholica Eccleſia, ad pœnitentiam & cognitionem obſeruationis mandatorum DEI omnes noſtros ſenſus trahit, & ad gloriam Dei cognoſcendam ſtudet nos deducere, non modò per auditum, ſed & per viſum, morum correctionem moliri cupiens: quarè ea quæ acta ſunt, omnium oculis optat etiàm eſſe conſpicua. Cùm enim ex auaritia & habendi ſtudio aliquem rapit, Matthæum ex telone Apoſtolum illi indicat, qui relicta auaritiæ inſania, Chriſtum ſequutus eſt. Eodem modo Zachæum aſcendentem in ſycomorum arborem, & Chriſtum deſiderantem videre, & comparantem ſeſe, vt dimidietatem bonorum ſuorum det pauperibus: & ſi quem defraudârit, vt reddat illi quadruplum. Ità imaginum pictarum iúgis contemplatio, continuò memoriam exercet, nè iterùm recurratur ad proprium vomitum. Si quem autem amore meretricio detentum rapere cupit, caſti Ioſeph imaginem proponit, qui adul- Gen.39.b
terium execratus, & temperantia * illam vin- fort. * illud
cens: atque hoc ipſum factum in imagine repreſentatum, amatores huius virtutis multùm confirmat. Rursùs alibì beatam Suſannam continentia exornatam exhibet, extenſis manibus auxilium ex alto inuocantem, Danielemque præſidentem iudicem, eruentem eam è manibus impio- Dani.13. c.a
rum ſacerdotum. Ipſa autem pictura, ad recordationem temperantis & continentis vitæ facit. Rapere vult aliquem luxurioſum, mollibusque veſtimentis indutum, & non erogántem in pauperes, quæ poſſet ab illis precioſis veſtibus ſumere, & à ſua delicata vita? Ioannem huic pilis camelorum indutum, edentem ſylueſtre mel, & digito Matt.3.a
Chriſtum, qui ſuffert peccata mundi, indi- & Marc.1.a
cantem exhibet. His adiungit Baſilium magnum, & cum eo ſolitariorum ieiunanti- Baſilius
umque, corporibus in terram ſtratis, multi- Magnus,
tudinem. Sed ſatìs ſit, horum paucorum mentionem feciſſe: reliqua auditoribus inueſtiganda relinquo. Habemus etenim totam Euangelicam narrationem depictam, & in recordationem diuinorum nos ducentem, gaudioque nos implentem. Hæc enim cùm nobis ob oculos fuerint poſita, corda illorum qui timent Denm, exultant, florent vultus, anima contriſtata, in voluptatem transformatur. Et cum diuino patre Dauid pſallit: Recordatus ſum Dei, & Pſal.76.
exultaui. Itaque ſemper per eam Dei recordari poſſumus. Nam eſt cùm lectio in ſacratis templis non pronuncietur: imaginum autem apparatus, & manè, & meridiè, & veſperè in his fixus, actorum veritatem nobis narrat & annunciat. Traditionem itaque Eccleſiæ recipiamus, legiſlationem eiuſdem veneremur, nè floccipendamus piam & diuinam conſuetudinem, in vetera & priſca iudicia nè ſimus curioſi. Omne enim quod
in recordationem Dei erigitur, acceptum illi eſſe conſtat. Qui autem ſe excludunt ab iſta traditione, quam acceptârunt, quicunq; germani in Eccleſia catholica filij fuerant, an non ſunt nothi & minimè legitimi? An
nondùm ſentimus probam & laudabilẽ eſſe imaginum erectionem? an non ſentimus ſpiritualiter nos per eas referri ad prototyporum recordationem? Sanè ſentimus. Quapropter non indignas habebimus eas honore, ſalutatione & veneratione, debitamq; adorationem illis dare debemus. Siue igitur placebit ſalutationem, ſiue adorationem appellare, idem profectò erit. Modò ſciamus excludi latriam. Hæc enim eſt alia à ſimplici adoratione, vt alibì ſæpè eſt oſtenſum. Qui autem eſt adoraturus venerandam imaginis picturam, ſi dignus eſt, accedat: ſi indignus ſit, purgetur, dein-

deinde accedat. Non autem in seditione Satanica aut timiditate suspicionis occasione malignæ habeat, quòd scilicet latriam sit illi exhibiturus. Absit ista suspicio. Dei enim impugnatores & vaniloqui, serpentem imitantes, hęc lingua impudica dicunt. Serpens enim ad mulierem veniens, stridens mendacia loquebatur: Quid est quòd dixit Deus, Ab omni ligno paradisi * comedes, à ligno autem quod est in medio paradisi, nè comedatis ab illo? Sic & hi mentes muliebres decipiunt, dicentes: Quòd si quis adorauerit imaginem Domini, aut intemeratæ Deiparæ Dominæ nostræ, aut sanctorum Angelorum, aut alicuius è sanctis, is in spiritu latriam illi exhibet. Cauete nè decipiamini oratione istorum. Cauete nè dolosa labia vos seducant. Admonitio & transgressio diaboli hæc est. Gregorius ille Theologus eiuscemodi cogitata subuertit, adhortatus nos omnes ad Bethleem venerationem, & ad præsepis adorationem. Cum illo gloriosus Maximus, cuius laus in omnibus ecclesijs, quandò cum quibusdam de Ecclesiasticis negocijs agebat, diuinam figuram venerabilis Crucis, item sacrum Euangelium & venerandam imaginem iussit in medium adduci, voluitque vt in confirmationem actorum, oscularentur ab omnibus. Qui verò ab immortalitate nomen habet Athanasius, clarissimè nobis in epistola ad Marcellinum, quam præposuit libro interpretationum psalmorum, differit, sic dicés: Librum psalmorum aliquis assumens, prophetias de Saluatore, cõtinuò, vt in alijs scripturis, admiratus & adorans enarrat. Vides quomodò admirãdus pater noster prophetias adorandas esse iubet. Quòd si autẽ pium est eas adorare, quanto magis exitus propheticarum declarationum in imagine videntes, necessariò adorabimus? Habet enim prophetia, Eccè virgo in vtero habebit, & pariet filium. Hanc igitur prophetiam nos in imagine videntes, nempe virginem in vlnis habentem quem peperit, quomodò non poterimus adorare & salutare? Quis tam indoctus, qui audebit differre salutationem? Dignos igitur nos faciamus adoratione, nè indignè adgressi, pœnam * Ozan incurramus. Hic enim arcam Domini nutantem attingens, eadem hora interijt, cùm indignè ad eam appropinquaret. Quanquàm & ipsa ex diuersis figuris esset variata, & ex lignis constructa, quemadmodùm imaginum materia est. Qui verò dicunt, sufficere vsum imaginum ad memoriam solùm, non verò ad salutationem eas habendas, illud quidẽ recipientes, hoc verò recusantes, semiprobi quadantenùs & falsoueri, vt ità dicam, deprehenduntur, altera quidem parte veritatem confitentes, ex altera verò peruersè agentes. O insignem quoquè horum insaniam. Igitur qui accusatores sunt veritatis & orthodoxæ fidei, nunc consonos nos habituri sunt? & in reprobatione ecclesiasticarum traditionum accusabimur, veniamq; postulabimus? In omnibus his præcepta seruemus: in mandatis, propheticam vocem auribus percipientes, ambulemus. hæc ità dicit: Si annunciatum fuerit tibi, ô homo, bonum aliud, quàm Dominus à te requirit, aut quàm facere iudicium, & diligere misericordiam, & paratum esse ambulare cum Domino DEO tuo, huic non acquiescas. His itaque animum applicemus, linguam refrenemus, quô à mendacio, conuicio & turpiloquentia discedat. Oculum continemus, ventrem disciplinemus, in psalmodijs & precationibus fortes simus. In omnibus quæ à DEO nobis largita sunt, gratias agamus. iuramentis non insistamus, sed vocem Domini audiamus, dicentes: Ego dico vobis, nè iurate: inanem gloriam sub pedibus calcemus. Maximum bonorum omnium, misericordiam & dilectionem, amplectamur, & hanc timori DEI coniunctam. Nam dilectio quæ est sinè timore DEI, reproba est. Quia & Iosaphat amabatur ab Achab, sed audiuit: Si cum peccatore amicitiam inieris, si exoso à Deo, suppetias tuleris. Igitur cum timore Dei omnia agamus, postulantes intercessiones incontaminatæ Deiparæ & semper virginis Dominæ nostræ Mariæ: item sanctorum angelorum, omniumque sanctorum. Salutantes & venerandas illorum reliquias, vt nos sanctitudinis eorum fiamus participes. Sic enim reddemur perfecti in omne opus bonum, in Chiisto Iesu Domino nostro, quem decet gloria, potentia, & superadoratio siue latria, cum patre & sancto spiritu, nunc & in seculorum secula.

Gene.3.a — Gene.3.a
for.*comedetis — for.*comedetis
Grego.Nazianzenus. — Grego.Nazianzenus.
Maximus. — Maximus.
Athanasius Alexand. — Athanasius Alexand.
Esa.7.c — Esa.7.c
for.*Ozæ — for.*Ozæ
2.Reg.6.b — 2.Reg.6.b
Mich.6 — Mich.6
Matt.5 — Matt.5
1.Petr.3 — 1.Petr.3

ACTIO SEPTIMA, EAdemque vltima.

IN nomine Domini dominatoris nostri Iesu Christi veri Dei nostri, regnantibus pijssimis & Christum amantibus dominis Constantino & Irene religiosa eius matre, anno VIII. consulatûs eorum, tertiò Idus Octobris, indictione XI. conueniente sancta & vniuersali synodo, iuxta diuinam gratiam, & piùm Imperatorum à Deo electorum decretum congregata in Nicea splendida metropoli Bithyniæ prouinciæ, hoc est, Petro religiosissimo protopresbytero sanctissimæ Romanæ Ecclesiæ, sancti Petri Apostoli, & Petro religiosissimo presbytero, monacho & præside venerandæ mansionis sancti Sabæ, agentibus vicem Apostolicæ sedis beatissimi & sanctissimi Episcopi veteris Romæ, Tharasio sanctissimo Archiepiscopo almæ

for.*nouæ Romæ, almæ Constantinopoleos *nouæ, Ioanne & Thoma religiosissimis presbyteris & monachis, agentibus vicem sedium Apostolicarum Orientis diœcesis:
Agapio sanctissimo episcopo Cæsareę Cappadociæ,
Ioanne sanctissimo episcopo Ephesi,
Constantino sanctiss. episc. Constantiæ, quę est in Cypro:
Basilio sanctissimo episcopo Ancyræ, quæ est in Galatiâ:
Nicolao sanctiss. episc. Cyzici,
Euthymio sanctiss. episc. Sardensium,
Petro sanctiss. episc. Nicomediæ,
Helia sanctissimo episc. Cretæ,
Hypatio sanctissimo episc. Niceæ,
Theophilo sanctiss. episc. Thessalonicæ,
Stauratio sanctiss. episc. Chalcedonis,
Leonte religiosissimo presbytero, & vices agente metropoleos Sidæ:
Epiphanio religiosissimo diacono, vices agente Sardiniæ:
Nicephoro sanctiss. episc. Dyrrhachij,
Nicolao religiosissimo presbytero, præside & vices agente metropoleos Thyanensium,
*Amasęæ, Daniele sanctiss. episc. * Amasiæ,
Gregorio religiosissimo presbytero, & vices agente Mocesi:
Constantino sanctiss. episc. Gangrorum,
Niceta sanctissimo episc. Claudiopoleos,
Gregorio sanctiss. episc. Neocæsareæ,
Gregorio sanctiss. episc. *Pissinunthôn,
Theodoro sanctissimo episcopo Myrôn,
Eustathio sanctiss. episc. Laodiceæ,
Michaele sanctiss. episc. Synnadôn,
Georgio sanctissimo episcopo Antiochiæ, quæ est Pisidiæ:
Theophylacto religiosiss. diacono, & vices agente sanctissimi episcopi Cariæ:
Leonte sanctiss. episc. Iconij,
Anastasio sanctissimo episcopo Nicopoleos veteris Epiri,
Constantino sanctissimo episc. Perges,
Gregorio religiosissimo presbytero, & vices agente * Thyanopoleos:
Leonte sanctiss. episc. Rhodi,
Christophoro sanctiss. episc. Phasidos,
Manuele sanctissimo episcopo Adrianopoleos Thraciæ,
Nicolao sanctiss. episc. Hierapoleos,
Basilio sanctiss. episc. Silæi,
Theophylacto sanctiss. episc. Euchaiton,
Cyrillo venerabili monacho ex persona Gotthiæ,
Theodoro sanctiss. episc. Seleuciæ,
Stephano sanctiss. episc. Sugdaôn,
Antonino venerabili monacho, & vices agente Smyrnæ:
Constantino sanctiss. episc. Rhegij,
Ioanne venerabili monacho ex persona Patrarum,
Theodoro sanctiss. episc. Catanes,

Ioanne sanctissimo episcop. * Tauromenij, *Tauromeniæ,
Gaudioso sanctiss. episc. * Messenæ, *Messanæ,
Theodoro sanctiss. episc. Panormi,
Stephano sanctiss. episc. Bibonum,
Constantino sanctiss. episc. * Leontinæ, *Leontenę,
Ioanne sanctissimo episc. * Trocalôn, *Traculôn,
Theodoro sanctiss. episc. Taurianes,
Christophoro sanctissimo episcopo sanctæ Cyriacæ,
Basilio sanctiss. episc. Carines,
Theophane sanctissimo episc. Lilybæi,
Theodoro sanctiss. episc. * Trophæorum,
Sergio sanctiss. episc. Nicoterôn,
Theodoro sanctiss. episc. Byzies,
Mauriano sanctiss. episc. Pompeiopoleos,
Ioanne sanctiss. episc. Salonitiæ,
Eustathio sanctissimo episcopo Apameæ, quæ est in Bithynia:
Petro sanctiss. episc. Germiorum,
Ioanne sanctiss. episc. Archadiopoleos,
Constantino religiosissimo presbytero, ex persona Nicopoleos Armeniæ secundæ
Sisinnio sanctissimo episc. Parij,
Epiphanio sanctiss. episc. Mileti,
Niceta sanctiss. episc. Proconnesi,
Ioanne religiosissimo presbytero, vices agente Colonæ:
Eustratio sanctissimo episc. Methymnæ,
Leonte sanctiss. episc. Chij,
Vrso sanctissimo episcopo ecclesiæ Baritianorum,
Ioanne sanctiss. episc. Aprôn,
Theophylacto sanctiss. episc. Cypselôn,
Laurentio sanctissimo episc. ecclesiæ Apsetianorum,
Leonte sanctiss. episc. Carpathi,
Eustathio sanctissimo episc. Troadis,
Cyriaco sanctiss. episc. Driziparorum,
Leonte sanctissimo episc. Mesembriæ,
Gregorio sanctiss. episc. Derci,
Theodoro sanctissimo epo Heracleæ,
Theodosio sanctiss. epo Amorij,
Ioanne sanctiss. episcopo Nyssæ,
Georgio sanctissimo episcopo Thermarum *Basizarum, *Babæ,
Georgio sanctiss. episc. Camulianorum,
Soterico sanctiss. episc. * Cisciſôn, * Ciceſſôn,
Theophylacto sanctiss. episc. Hypepôn,
Damiano sanctiss. episc. Mitylenæ,
Theophylacto sanctiss. episc. Trallium,
Constantino sanctiss. episc. Mastaurôn,
Ignatio sanctissimo episc. Prienes,
Georgio sanctiss. episc. Briulôn,
Constantino religiosissimo presbytero, vicem agente * Agaes: *Aegeôn,
Theodosio sanctissimo episcopo Nyssæ alterius, *Aegeæ,
Basilio sanctiss. episc. Magnesiæ,
Basilio sanctiss. episc. Mæandri,
Saba sanctiss. episc. * Aneôn Thraciæ, *Aegeorũ
Nicephoro religiosissimo presbytero ex persona Gargarôn,
Gregorio sanctissimo episc. Palæopoleos,

Theo-

Theophane ſanctiſſimo epiſcopo Caloes,
Leonte ſanctiſſimo epiſc. Algizôn,
Nicodemo ſanctiſſimo epiſc. Eugazôn,
Lycaſto ſanctiſſ. epiſc. Baretôn,
Theognio religioſiſſimo presbytero, vices agente *Sion:
Thoma ſanctiſſ. epiſc. Lebedi,
Stratonico ſanctiſſimo epiſc. Cumarum,
*Theophylacto *Cymnôn, Euſtathio ſanctiſſ. epiſc. Erytheôn,
*Theophilo ſanctiſſ. epiſc. *Tymnôn,
Coſma ſanctiſſ epiſc. Myrrhines,
Olbiano ſanctiſſimo epiſco. Eleæ,
Pardo ſanctiſſ. epiſcopo Pittanes,
Baſilio ſanctiſſimo epiſc. Pergami,
*Adramytôn Baſilio ſanctiſſimo epiſcopo *Atramytôn,
Mariano ſanctiſſ. epiſcopo Antandri,
Ioanne ſanctiſſimo epiſc. Aſſi,
Leonte ſanctiſſ. epiſcopo Phocææ,
Ioanne ſanctiſſimo epiſc. *Rhedeſti,
Ioanne ſanctiſſimo epiſcopo Panij,
Melchiſedech ſanctiſſimo epiſcopo Calliupoleos,
Theophylacto ſanctiſſimo epiſcopo Chariupoleos,
Leonida ſanctiſſimo epiſcopo Madyti,
for. *Truzuli, aut *Turzuli, Siſinnio ſanctiſſ. epiſc. *Tzuruli,
Thoma ſanctiſſimo epiſ. Daonij,
Gregorio ſanctiſſ. epiſc. Theodorupoleos,
Siſinnio ſanctiſſ. epiſc. Cholcidos,
Beniamin ſanctiſ. epiſc. Lizicôn,
Ioanne ſanctiſſ. epiſcopo Bryſeos,
*Spyridiôe *Spyridone ſanctiſſimo epiſcopo Palææ ſiue Cythron,
Euſtathio ſanctiſ. epiſc. Solorum,
Theodoro ſanctiſſimo epiſcopo Citij,
*Thremethuntôn Georgio ſanctiſſ. epiſc. *Trimithuntôn,
Alexandro ſanctiſſimo epiſcopo *Trimithuntôn alterius Badenæ,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Heliopoleos,
*Syneſio *Synneſio ſanctiſ. epiſco. Tabiæ,
Theophilo ſanctiſſ. epiſc. Anaſtaſiopoleos,
*Amyai, Leonte ſanctiſſ. epiſc. *Amazi,
Petro ſanctiſſimo epiſcopo Aſpones,
Antimo ſanctiſſ. epiſc. Berinopoleos,
Michaele ſanctiſſ. epiſc. Melitupoleos,
Siſinnio ſanctiſſ. epiſcopo Adrianes,
Theodoro ſanctiſ. epiſcopo Dermes,
Baſilio ſanctiſſimo epiſc. *Adriani,
Leonte ſanctiſſimo epiſc. Pæmaninôn,
Simeone ſanctiſſ. epiſc. Oces,
Strategio ſanctiſſ. epiſc. Dardanes,
Ioanne ſanctiſſimo epiſc. Lampſaci,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. Palæôn,
Leonte ſanctiſſ. epiſcopo Troados,
Theodoro ſanctiſſ. epiſco. Abydi,
Niceta ſanctiſſimo epiſc. Ilij,
Anaſtaſio ſanctiſſ. epiſcopo Tripoleos,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Traculôn,
Stephano ſanctiſſ. epiſcop. Salôn,
Ioanne ſanctiſſ. epiſcopo Gabalôn,
Eſaia religioſiſſi. presbytero, & vices agente Thyatirôn:
Stephano ſanctiſſimo epiſc. Silandi,

Nicolao ſanctiſſ. epiſcopo Pericommatos,
Ioanne ſanctiſſimo epiſc. Sethon,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. *Arraſi, *Arrasen
Theophane ſanctiſſ. epiſcopo Meoniæ,
Michaele ſanctiſſimo epiſc. Stratoniceæ,
Gregorio ſanctiſſ. epiſcopo Gordi,
Ioanne ſanctiſſ. epiſcopo Daldes,
Euſtathio ſanctiſſ. epiſcopo Hyrcanes,
Ioſeph ſanctiſſ. epiſcopo * Athaliæ,
Theopiſto ſanctiſſ. epiſco. Hermocapylon,
Zacharia ſanctiſſ. epiſcopo Hierocæſareæ,
Michaele ſanctiſſ. epiſcopo Ceraſeon,
Dauid ſanctiſſ. epiſcopo Helenupoleos,
Cyrione ſanctiſſ. epiſc. Lophi,
Baſilio religioſiſſimo presbytero, & vices agente epiſcopi * Daſcyli: *Daſcyl
Theophylacto ſanctiſſimo epiſcopo *Apolloniados,
Conſtantino ſanctiſſimo epiſcopo Cæſareæ, quæ eſt Bithyniæ:
Georgio ſanctiſſ. epiſc. Baſilinupoleos,
Leonte ſanctiſſimo epiſcopo Neocæſareæ Thraciæ, aut Ariſtes,
Nicephoro ſanctiſſ. epiſc. Adranes,
Theodoro ſanctiſ. epiſc. Pruſes,
Epiphanio ſanctiſſ. epiſc. Lampes,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. Heracleopoleos,
Anaſtaſio ſanctiſſ. epiſc. Gnoſi,
Melitone ſanctiſſ. epiſc. Cydonij,
Leontio ſanctiſſ. epiſcopo Cyſami,
Theodoro ſanctiſſimo epo Subriton,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Phanicon,
Ioanne ſanctiſſ. epiſc. Archadiæ,
Epiphanio ſanctiſſ. epo Eleutherio
Photino ſanctiſſ. epiſc. Cantani,
Siſinnio ſanctiſſimo epiſc. Cherroneſi,
Gregorio religioſiſſimo presbytero, & vices agente Cephaleniæ:
Philippo ſanctiſſ. epiſc. Cercyrôn,
Antonio ſanctiſſ. epiſc. *Trizenes,
Petro ſanctiſſ. epiſc. Monembaſiæ,
Gabriele ſanctiſſ. epo Aegines,
Leonte ſanctiſſ. epiſcopo Porthmi,
Philippo ſanctiſſ. epiſc. Horei,
Leonte ſanctiſſ. epiſcopo Zacynthi,
Leonte ſanctiſſ. epo Linoes,
Niceta ſanctiſſimo epiſcopo Meles,
Neophyto ſanctiſſ. epiſc. Gordoſerbon,
Ioanne ſanctiſ. epiſcopo Erennôn,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Aſpendi,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Zelorum,
Gregorio ſanctiſſ. epiſ. Sinopes,
Mariano venerabili diacono, vices agente Antrapôn,
Georgio ſanctiſſ. epiſc. * Amaſtris, *Amaſtridis, *Iunopol
Heraclio ſanctiſſ. epiſcopo * Ionopoleos,
Niceta ſanctiſſ. epiſc. Dadybon,
Theophane ſanctiſſ. epiſc. Sorôn,
Ioanne ſanctiſſ. epo Heracleæ Ponti,
Theophilo ſanctiſſ. epiſc. Pluſiados,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. *Cratini,
Niceta ſanctiſ. epiſc. Adrianopoleos,
Niceta ſanctiſſ. epiſc. * Rhœzæi,

Con-

Cóſtantino ſanctiſſ. epiſc. Polemonij,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. Cormanôn,
Ioanne ſanctiſſ. epiſc. Ceraſuntôn,
Nicephoro ſanctiſſ. epiſc. Clanei,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Trocnadôn,
*Phaſelidis Ioanne venerabili diacono ex perſona *Phaſilidos,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. Pinarôn,
Stephano ſanctiſſimo epiſc. Canni,
Anaſtaſio ſanctiſſ. epiſc. Patarôn,
Georgio ſanctiſſ. epiſc. Nyſſæ,
*Cádybôn, Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. * Candibôn,
Leonte ſanctiſſimo epiſc. Corydalôn,
Nicodemo ſanctiſſ. epiſcopo Didymorum,
Leonte ſanctiſſimo epiſc. Limyrôn,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. *Tlôn,
Petro venerabili diacono ex perſona Orycandôn,
Stephano ſanctiſſ. epiſc. *Anaxi,
Georgio ſanctiſſ. epiſc. Hymandi,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Cobôn,
Stauratio ſanctiſſ. epiſc. Zenopoleos,
Gregorio ſanctiſſ. epiſc. Cibyres,
Baſilio ſanctiſſ. epiſc. Tabôn,
Dorotheo ſanctiſſ. epiſc. Neapoleos,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Alabandôn,
Dauid ſanctiſſimo epiſc. Iaſi,
Gregorio ſanctiſſ. epiſco. Milaſi,
Sergio ſanctiſſ. epiſc. Bargylij,
Gregorio ſanctiſſ. epiſc. Latmi,
Ioanne ſanctiſſimo epiſc. Myndi,
Stauratio ſanctiſſ. epiſc. Stadiæ,
Gregorio ſanctiſſ. epiſc. *Stratoniceę,
Niceta venerabili diacono ex perſona Halycarnaſi,
Michaele ſanctiſſ. epiſc. Cheretopôn,
Pantaleonte ſanctiſſ. epiſ. Valentiæ,
Georgio ſanctiſſ. epiſc. Peltarum,
Chriſtophoro ſanctiſſ. epiſc. *Atanaſſi,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Eumeniæ,
Paulo ſanctiſſ. epiſc. Acmoniæ,
Gregorio ſanctiſſimo epiſcopo * Tymeni ferarum,
Philippo ſanctiſſ. epiſc. *Tranupoleos,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Aleôn,
Nicephoro ſanctiſſimo epiſc. Lundôn,
Georgio ſanctiſſ. epo Appiæ,
Ioanne ſanctiſſ. epiſc. Sibliôn,
Zacharia ſanctiſſ. epiſc. Trapezupoleos,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Sebaſtiæ,
Andrea ſanctiſ. epiſc. Cidiſſoſi,
Doſitheo ſanctiſſimo epiſcopo Pſonôn aut *Colaſſæôn.
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. *Cotyæi,
Niceta ſanctiſſimo epiſcopo Nacoliæ,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. *Docimij,
Theophylacto religioſiſſimo presbytero, & ex perſona Ipſi:
Conſtantino ſanctiſſ. epiſcopo Eucarpiæ,
Michaele ſanctiſſ. epiſc. Hierapoleos,
Ioanne religioſiſſimo presbytero, & ex perſona epiſcopi Actoij:
*Pythiæ, Nicolao ſanctiſſ. epiſcopo *Phytiæ,

Theophylacto ſanctiſſ. epiſc. Cinnabareos,
Damiano ſanctiſſ. epiſc. Myri,
Chriſtophoro ſanctiſſ. epiſ. Promiſi,
Niceta ſanctiſ. epiſc. Auguſtopoleos,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Ambladôn,
Stephano religioſiſſimo presbytero, & vices agente Otri:
Georgio ſanctiſſimo epiſcopo * Medæi, *Mediæi,
Gregorio religioſiſſimo presbytero, & vices agente Polyboti:
Siſinnio ſanctiſſ. epiſc. *Philomilij, *Philomelij
Michaele ſanctiſſimo epiſcopo Papôn,
Siſinnio ſanctiſſimo epiſcopo Apameę, quę eſt Ciboti:
Conſtantino ſanctiſſ. epiſ. Comanes,
Nicephoro ſanctiſſ. epiſc. Adadôn,
Petro ſanctiſſimo epiſcopo Petraſi,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. *Sagalaſſi, *Agalaſſi,
Leonte ſanctiſſimo epiſc. Bares,
Petro ſanctiſſimo epiſcopo Seleuciæ Piſidiæ,
Nicephoro ſanctiſſ. epiſc. Phoglôn,
Mauriano ſanctiſ. epiſc. *Magydôn, *Magidôn,
Leonte ſanctiſſ. epiſc. Andidôn,
Stephano ſanctiſſ. epiſc. Parnaſi,
Bardano ſanctiſſ. epiſc. Doarôn,
Euſtratio ſanctiſſimo epiſcopo Debelti,
Euphemio ſanctiſ. epiſc. *Sozopoleos, *Zozopoleos,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. Bulgarophygi,
Georgio ſanctiſſ. epiſc. Plutinopoleos,
Baſilio ſanctiſſ. epiſc. Perbireos,
Michaele ſanctiſſ. epiſc. *Pamphili, *Pamphyli,
*Rubim ſanctiſſ. epiſc. Scopelôn, *Ruben
Siſinnio ſanctiſſ. epiſc. Gareles,
Calliſto ſanctiſſimo epo *Eudonidos,
Conſtantino ſanctiſ. epiſc. Laginôn,
Ioanne ſanctiſſ. epiſc. Codrullôn,
Theodoro ſanctiſſ. epiſc. Cremnôn,
Conſtantino ſanctiſſimo epiſc. Adrianes,
Theophilo ſanctiſſ. epiſ. Chij,
Galata ſanctiſſimo epiſc. Meli,
Sergio ſanctiſſ. epiſc. Leri,
Mauzone ſanctiſſimo epiſc. Diocæſareæ,
Euſtathio ſanctiſſimo epiſc. Celendereos,
Zacharia ſanctiſſ. epiſc. Cardabendôn,
Siſinnio ſanctiſſ. epiſc. Musbadôn,
Euſtathio ſanctiſſimo epiſc. *Lami, *Latmi,
Theodoro ſanctiſſimo epiſcopo Germanicopoleos,
Siſinnio ſanctiſſ. epiſc. Syces,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Dalyſanes,
Leonte ſanctiſſ. epo Sibyllôn,
Stephano ſanctiſſ. epiſc. Philadelphiæ,
Eudoxio religioſiſſimo presbytero, & vices agente *Metellipoleos:
Theodoro ſanctiſſimo epiſc. Cadôn,
Theophylacto ſanctiſſ. epiſc. Moſynôn,
Baſilio ſanctiſſimo epiſc. Dionyſiupoleos,
Stephano ſanctiſſ. epiſc. *Sinao,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. * Andri,
Euſtathio ſanctiſſimo epiſc. Toni,
Ioanne ſanctiſſ. epiſc. Decaterôn,
Ioanne ſanctiſſ. Epiſc. Niceæ Thraciæ,

Theophane ſanctiſſimo epiſcopo Lebedi,
Ioanne ſanctiſſ. epiſcopo Lithoproſopi,
Nicephoro ſanctiſſ. epiſc. Archadiopoleos,
Theodoro ſanctiſſ. epiſco. Heracleapoleos,
aut *Pidachtoes,
Conſtantino ſanctiſſ. epiſc. Metrôn,
Lycaſto ſanctiſſ. epiſc. *Phyladôn,
Michaele ſanctiſſ. epiſc. Trallenſium,
Ioanne ſanctiſſ. epiſc. Lemni,
*Amyzi, Leonte ſanctiſſ. epiſc. *Amiſſi,
Michaele ſanctiſſ. epiſcopo Tij,
Epiphanio ſanctiſſ. epo Pertorum,
Ioanne ſanctiſ. epiſcopo Thymbriadôn,
Stephano ſanctiſſ. epiſcop. Orynnôn,
Heraclio ſanctiſſ. epiſcopo Sami,
Ioanne ſanctiſſ. epo Prænesti:

Sedentibus his ante ſacrum ambonem templi ſanctiſſimæ & almæ Eccleſiæ, quæ cognominatur Sophia, præſentibus & audientibus glorioſiſſimo & magnificentiſſimo duce Petrona clariſſimo conſule, & Petro patricio & comite Imperatorij obſequij: prætereà religioſiſſimis archimandritis, præſidentibus & monachis eo ordine, qui in præcedenti actione eſt annotatus, propoſitis ſanctis & inuiolatis Dei Euangelijs, Theodorus ſanctiſſimus epiſcopus Taurianes inſulæ Siciliæ, acceptam in manibus editam definitionem legit:

DEFINITIO SANCTAE magnæ & vniuerſalis in Nicea ſynodi ſecundæ.

SANCTA MAGNA ET VNIVERSALIS

Synodus, quæ gratia Dei, & iuxta piũ Chriſti amantium Imperatorum noſtrorum Conſtantini & Irenes illius matris decretum, ſecundò in ſplendida Niceæ metropoli, quæ eſt in Bithynia, in ſacra Dei Eccleſia Sophia congregata, traditionem Catholicæ Eccleſiæ ſecuta, hæc definiuit ſubiecta:

QVi nobis cognitionis ſuæ lumen gratis dedit, & tenebras caliginemq; idolorum inſaniæ diſcuſſit, nosque ab ea liberauit, Chriſtus Ieſus Deus noſter, qui ſuam Eccleſiam,
Ephe.5. non habentem maculam aut rugas ſibi deſponſauit, eam diligenter cuſtodiendã eſſe præcepit, & diſcipulis ſanctis confirmauit,
Matt.28.d dicens: Vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Hanc verò promiſſionem non ſolùm illis, ſed & nobis fecit, qui per illos credidimus in nomen illius. Hanc igitur donationem quidam contemnentes, ab impoſtore & defraudatore inimico elatiores facti, à recta ratione deſciſcentes, catholicæq; Eccleſię opponentes ſeſe, circa veritatis intelligentiam peccârunt: & vt dicit prouerbialis ſermo, Prou.
axes propriæ agricolationis errare fecerũt, & manibus congregauerunt ſterilitatem. Quandoquidem ſacrarum dedicationũ & & oblationum Deo decentem ornatum, calumniari non dubitârunt, appellantes ſe ſacerdotes, cùm reuerà non ſint. De his Deus per Prophetam clamat: Multi paſtores deſtruxerunt vineam meam, contaminauerũt portionem meam. Minimè enim ſanctè viros, qui ſibijpſi multa tribuunt, ſecuti, ſanctam noſtram Eccleſiam, quam ſibi Deus adaptauit, accuſârunt, neque inter ſacrum & prophanum vllum diſcrimen poſuerunt. Hier.
nam imagines Dei & ſanctorum ſuorum, ſimiliter cum ſtatuis ſatanicis idolorum nomine appellârunt. Igitur obediẽtiam ſuam ab inſania iſtorum corrumpi ampliùs non ferens Dominus Chriſtus, nos vndiquè ſacerdotalis dignitatis præfectos, ſecundùm ſuum beneplacitum conuocauit, accedente huc diuino zelo & nutu Conſtantini & Irenes fideliſſimorum noſtrorum Imperatorum, quô diuina traditio Eccleſiæ catholicæ, communi ſuffragio authoritatem accipiat. Igitur cum omni diligentia perſcrutantes & inueſtigantes, iuxta ſcopum veritatis nobis propoſitum, nihil adijcimus, nihil demimus: ſed cuncta Eccleſiæ catholicæ dogmata conſeruamus, & ſex vniuerſalibus concilijs inhærentes, eorum acta comprobamus. Principiò, ſecundùm ſynodum in ſplendida Nicea congregatam, deindè in regia vrbe, Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero: genitum, non factum: conſubſtantialem patri ante omnia ſecula, per quem cuncta facta ſunt: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutẽ deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria virginè, & homo factus eſt: Crucifixus etiàm pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus: Et reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas: Et aſſcendit in cælos, ſedens ad dexterã patris: Et iterùm venturus eſt cum gloria, iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum Dominum viuificantem, qui ex patre filioq; procedit, qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. In vnam ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. confitemur vnum baptiſma in remiſſionẽ peccatorum, & expectamus reſurrectionẽ mortuorum, & vitam venturi ſeculi, Amen. Execramur & anathematizamus Arrium & aſſeclas eius, & qui communicant cum illius improbis

improbis opinionibus. Macedoniumq; & ſodales illius, qui rectè appellantur pneumatomachi, id eſt, impugnatores ſpiritûs. Confitemur etiàm Dominam noſtram ſanctam Mariam propriè & verè Deiparam, vt quæ peperit vnum ſanctæ Trinitatis Chriſtum Deum noſtrũ: quemadmodùm prior Epheſina ſynodus cõſtituit, & impium Neſtorium, ſociosque illius, tanquàm dualitatem perſonarum inducentes, ab Eccleſia depulit. Ad hæc duas naturas incarnati propter nos ex immaculata virgine Maria confitemur, perfectum Deum & perfectum hominem cognoſcẽtes, quemadmodùm ſynodus in Chalcedone habita declarauit: Eutychenque & Dioſcorum, blaſphemantes in illius diuinitatem, exterminauit: adijcientes his Petrum, Seuerum, & catenam iſtorum blaſphemam, non concorditer connexam. Prætereà Origenis, Euagrij & Didymi fabuloſitates anathematizamus, quemadmodùm ſynodus Conſtantinopoli conflata, quinta numero, docuit: Deindè duas voluntates & actus, ſecundùm naturam proprietatem in Chriſto prædicamus, quemadmodùm ſexta Conſtantinopolitana ſynodus definijt, deteſtamurque cum ea Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium impios iſtos pietatis impugnatores, omnesque illis conſentientes anathematizamus. Fatemur autem vnanimiter nos eccleſiaſticas traditiones, ſiue ſcripto ſiue conſuetudine valentes & decretas, retinere velle, quarum de numero eſt imaginum effiguratio, vt quæ hiſtoriæ Euangelicæ promiſſionis concinat, ad credulitatem veræ & non phantaſticæ incarnationis Dei, & ad vtilitatem ſimilitudinis, quam nobis exhiber, vtiliter inuentam. His ſic ſe habẽtibus, regiam viam incedentes, & ſanctorum noſtrorum & diuinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & catholicæ Eccleſiæ, in qua ſanctus ſpiritus inhabitat, traditionem obſeruantes: definimus cum omni diligentia & cura, venerandas & ſanctas imagines ad modum & formam venerandæ & viuificantis crucis è coloribus & teſſellis, aut alia quauis materia commodè paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendasque: tum in ſacris vaſis & veſtibus, tum in parietibus & tabulis, in ædibus priuatis, in vijs publicis: maximè autem imaginem Domini & Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, deindè intemeratæ Dominę noſtrę Deiparæ, venerandorum angelorũ, & omnium deindè ſanctorum virorum. Quo ſcilicet per hanc imaginum pictarum inſpectionẽ, omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & deſiderium veniant, illisq; ſalutationem & honorariam adorationem exhibeant, non ſecundùm fidem noſtram, veram latriam, quæ ſolùm diuinæ naturæ competit: ſed quemadmodùm typo venerandæ & viuificantis crucis, & ſanctis Euangelijs, & reliquis ſacris oblationibus ſuffitorum & luminarium reuerenter accedimus, quemadmodùm veteribus piè in conſuetudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in prototypum reſultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoquè deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum patrum obtinet diſciplina, vel traditio catholicæ Eccleſiæ, quæ à finibus vſque ad fines Euangelium ſuſcepit. Paulo ergò ſic in Chriſto loquenti, omnique Apoſtolico cœtui & patribus ſanctis idem ſentientibus inhærentes, ſeruamus traditiones quas ſuſcepimus. Quarè & victoriæ carmina ad Eccleſiam cum propheta accinimus: Gaude valdè filia Sion, prædica filia Hieruſalem, exulta & lætare ex toto corde tuo: à te Deus abſtulit iniquitates aduerſantium tibi, liberata es de manu inimici tui. Dominus rex tuus in medio tuî, & pax tibi in ſempiterna ſecula. Zopho.3.c

Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire aut docere, aut more impiorum hæreticorum eccleſiaſticas traditiones contaminare, aut nouam quandam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de conſecratis in eccleſia abijcere, Euangelij inquam depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias martyrũ, quas ſciuerint eſſe germanas & veras, aut contra iſta vafrè & improbè aliquid excogitare, quod ſit contra conſtitutionem eccleſiaſticam: aut vti tanquàm communibus, ſacratis Deo, repoſitis preciosis, aut monaſterijs reuerendis: ſi fuerint epiſcopi aut clerici, deponuntor: ſi monachi aut laici, communione priuantor.

Petrus miſeratione diuina protopresbyter ſanctiſſimæ Eccleſiæ Romanæ beati Petri, & locum retinens Adriani papæ veteris Romę, definiens ſubſcripſi.

Petrus indignus presbyter & præſes ſancti patris noſtri Sabæ, & vices agens Adriani papæ veteris Romæ, definiens ſubſcripſi.

Tharaſius miſeratione diuina Epiſcopus Conſtantinopolitanus nouæ Romæ, patrũ dogmatibus inſiſtens, & catholicæ Eccleſiæ adhærens, definiendo ſubſcripſi.

Ioannes miſeratione diuina presbyter, aſſeſſor patriarchicus, & vices agens trium Apoſtolicorum thronorum Orientis, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymorum, patrum dogmatibus inſiſtens, & Catholicę Eccleſię inhęrens, definiendo ſubſcripſi.

Agapius indignus epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, patrum dogmatibus inſiſtens &c. ſubſcripſi.

Ioannes indignus Epiſcopus Epheſi, in eandem ſententiam ſubſcripſi.

Conſtantinus indignus epiſcopus Conſtantiæ,

ſtantiæ, quæ eſt in Cypro, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Leontius indignus epiſcopus Heracleæ
Thraciæ, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Baſilius indignus epiſc. Ancyræ, quæ eſt in
Galatia, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Nicolaus indignus epiſc. Cyzici, &c.
Euthymius indignus epiſc. Sardēſium, &c.
Petrus indignus epiſc. Nicomediæ, &c.
Helias indignus epiſc. Cretæ, &c.
Hypatius indignus epiſc. Niceæ, in &c.
Theophilus indig. epiſc. Theſſalonicæ, &c.
Stauratius indignus epiſ. Chalcedonis, &c.
Leontius indignus presbyter, & vicem agēs
metropoleos Sydæ, in eādem &c.
Epiphanius diacon⁹ vicē agēs Sardinię, &c.
Nicephorus indignus epiſc. Pyrrhachij, &c.
for.*præſes Nicolaus presbyter *præſidi & vicē agēs metropoleos Thyanenſium, in eandem &c.
Daniel indignus epiſc. Amaſiæ, &c.
Greg. presbyter & vicē agens Moceſi, &c.
Conſtantinus indignus epiſ. Gangrorū, &c.
Nicetas indignus epiſc. Claudiopoleos, &c.
Gregorius indignus epiſc. Neocæſareæ, &c.
Gregorius indignus epiſc. Piſſinuntôn, &c.
Theodorus indignus epiſc. Myrôn, &c.
Euſtathius indignus epiſc. Laodiceæ, &c.
Michael indignus epiſc. Synnadôn, in &c.
Georgius indignus epiſ. Antiochiæ, quæ eſt
Piſidiæ, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Theophylactus diaconus & vicē agens ſanctiſſ. epiſc. Cariæ, in eandem &c.
Leontius indignus epiſc. Iconij, in &c.
Anaſtaſius indignus epiſ. Nicopoleos veteris Epiri, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Conſtantinus indignus epiſc. Perges, &c.
Gregorius presbyter & vicem agens *Thyanopoleos, in eādem ſententiā ſubſcripſi.
Leontius indignus epiſc. Rhodi, &c.
Chriſtophorus indig. epiſc. Phaſidos, &c.
Manuel indignus epiſ. Adrianopoleos Thraciæ, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Nicolaus indignus epiſc. Hierapoleos, &c.
Baſilius indignus epiſc. Silæi, &c.
Theophylactus indig. epiſ. Euchaitôn, &c.
Cyrillus monachus ex pſona Gotthiæ, &c.
Theodorus indignus epiſc. Seleuciæ, &c.
Stephanus indignus epiſc. Sugdaôn, &c.
*Antonius *Antoninus monachus & vicē agens Smyrnæ, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Conſtantinus indignus epiſc. Rhegij, &c.
Ioannes monachus ex perſona Patrarū, &c.
Theodorus indignus epiſc. Catanes, &c.
*Tauromeniæ, Ioannes indignus epiſc. *Tauromenij, &c.
Gaudioſus indignus epiſc. Meſſenæ, &c.
Theodorus indignus epiſc. Panormi, &c.
Stephanus indignus epiſc. Bibonum, &c.
*Leontenę, *Traculôn, Conſtātinus indignus epiſ. *Leontinæ, &c.
Ioannes indignus epiſc. *Trocalôn, &c.
Theodorus indignus epiſc. Taurianes, &c.
Chriſtophorus indignus epiſc. ſanctæ Cyriacæ, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Baſilius indignus epiſc. Carines, &c.

*Theophanus indignus epiſc. Lilybæi, &c. *Theo-
Theodorus indignus epiſ. Trophæorū, &c. nes
Sergius indignus epiſc. Nicoterôn, &c.
Theodorus indignus epiſ. Byzies, &c.
Maurianus indignus epiſcopus Pompeiopoleos, &c.
Ioannes indig. epiſc. ſanctę *Salonitiæ, &c.
Euſtratius indignus epiſcop. Apameæ, quæ eſt in Bithynia, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Petrus indignus epiſc. Germiorum, &c.
Ioannes indignus Archadiapoleos, &c.
Conſtantinus presbyter, ex perſona Nicopoleos Armeniæ ſecundæ, in eandē &c.
Siſinnius indignus epiſc. Parij, &c.
Epiphanius indignus ep̄s Mileti, &c.
Nicetas indignus ep̄s *Præconeſi, &c.
Ioannes indignus presbyter & vicem agens *Coloniæ, in eādem ſententiā ſubſcripſi. *Euſtra-
*Euſtrathrus indig. epiſc. Methymnę, &c. *Euſtra-
Leontius indignus epiſc. Chij, in eandē &c.
Vrſus indig. ep̄s eccleſiæ Baritianorū, &c.
Ioannes indignus ep̄s Aprôn, in &c.
Theophylactus indig. epiſ. *Cypſelôn, &c.
Laurēti⁹ indig. ep̄s eccleſię Apſetianorū, &c.
Leontius indignus ep̄s Carpathi, &c.
Euſtathius indignus epiſc. Troadis, &c.
Cyriacus indignus ep̄s Driziparorum, &c.
Leontius indignus ep̄s Meſembriæ, &c.
Gregorius indignus epiſ. Derci, &c.
Theodorus indignus ep̄s Heracleæ, &c.
Theodoſius indignus epiſc. Amorij, &c.
Ioannes indignus ep̄s Nyſſæ, &c.
Georgius indignus ep̄s Thermarū *Baſiza- *Bith-
rum, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Georgius indignus ep̄s Camulianorū, &c.
Sotericus indignus ep̄s *Ciſciſôn, &c.
Theophylactus indig. ep̄s *Hypepôn, &c. *Hyp-
Damianus indignus epiſc. Mitylenæ, &c.
Theophylactus indig. epiſc. Trallium, &c.
Cōſtantinus indignus ep̄s Maſtaurôn, &c.
Ignatius indignus epiſc. Prienes, &c.
Georgius indignus epiſc. Briulôn, &c.
Cōſtantinus indignus presbyter vicē agens
*Agaes, in eandē ſententiam ſubſcripſi. *Agen-
Theodoſius indignus epiſc. Nyſſæ alterius, vel A-
in eandem ſententiā ſubſcripſi.
Baſilius indignus epiſc. Magneſiæ, &c.
Baſilius indignus epiſc. Mæandri, &c.
Sabas indignus epiſc. *Aneon, &c. *Agen-
vel A-
Nicephorus indignus presbyter ex perſona Thra-
*Bargarorū, in eandē ſententiā ſubſcripſi.
Gregorius indignus epiſ. Palæaſpoleos, &c.
Theophanes indignus epiſc. Caloes, &c.
Leontius indignus epiſc. Algizôn, &c.
Nicodemus indignus epiſ. Eugazôn, &c.
Lycaſtus indignus epiſc. Baretôn, &c.
Theognius indignus presbyter, vicem agēs
*Sion, in eandem ſententiā ſubſcripſi.
*Thomas indignus epiſc. Lebedi, &c. *Thy-
Stratonicus indignus epiſc. Cumerum, &c. nes
Euſtathius indignus ep̄s Erytheôn, in &c.
Theophilus indignus ep̄s Thymnôn, in &c.

Coſmas

Coſmas indignus epiſ. Myrrhines, in &c.
Olbianus indignus epiſ. Elææ, in eandē &c.
Pardus indignus epiſc. Pittanes, in &c.
Baſilius indignus epiſc. Pergami, in &c.
Baſilius indignus epiſ. *Antamytôn, in &c,
Marianus indignus epiſc. Antandri, in &c.
Ioannes indignus epiſc. Aſſi, in &c.
Leontius indignus epiſc. Phoceæ, in &c.
Ioannes indignus ep̄s *Rhædeſti, in &c.
Ioannes indignus epiſc. Panij, in &c.
Melchiſedec indig. epiſc. Calliupoleos, &c.
Theopylactus indignus epiſc. Chariupoleos, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
for.*Turzuli aut Truzuli, Leonidas indignus epiſc. Madyti, in &c.
Siſinnius indignus epiſc. *Tzuruli, in &c.
Thomas indignus epiſc. Daonij, in &c.
Gregorius indignus epiſ. Theodorupoleos, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Siſinnius indignus epiſc. Cholcidos, &c.
Beniamin indignus epiſc. Lizicôn, in &c.
Ioannes indig. epiſc. Bryſeos, in &c.
*Spiridion *Spyridon indignus epiſc. Palææ ſiue Cythrôn, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Euſtathius indignus epiſc. Solorum, &c.
Theodorus indignus epiſc. Citij, in &c.
*Thremethuntôn Georgius indignus ep̄s *Thrimituntôn alterius Badenæ, in eandē &c.
*Thremethuntôn Alexander indignus epiſc. *Trimithuntôn alterius Badenę, in eandem &c.
Conſtantinus indig. epiſc. Heliopoleos, &c.
Synneſius indignus epiſc. Tabiæ, in &c.
Theophilus indignus ep̄s Anaſtaſiopoleos, in eandem ſententiā ſubſcripſi.
Leontius indignus epiſ. Minzi, in &c.
Petrus indignus epiſc. Aſpones, in &c.
*Antimus *Anthymus indig. epiſc. Berinopoleos, &c.
Michael indignus epiſc. Melitupoleos, &c.
Siſinnius indignus epiſc. Adrianes, in &c.
Theodorus indignus epiſ. Dermes, in &c.
*Adrianes, Baſilius indignus epiſc. *Adriani, in &c.
Leontius indignus epiſc. Pœmaninôn, &c.
Simeon indignus epiſc. Oces, in eandē &c.
Strategius indignus epiſ. Dardanes, in &c.
Ioannes indignus epiſc. Lampſaci, in &c.
Theodorus indignus epiſc. Palæôn, &c.
Leontius indignus epiſc. Troados, in &c.
Theodorus indignus epiſc. Abydi, in &c.
Nicetas indignus ep̄s Ilij, in eandē &c.
Anaſtaſius indignus epiſ. Tripoleos, in &c.
Leontius indignus ep̄s Traculôn, &c.
Stephanus indignus epiſc. Salôn, in &c.
Ioannes indignus epiſc. Gabalôn, in &c.
Eſaias indignus presbyter, & vicē agēs Thyatirôn, in eandem ſententiam ſubſcripſi.
Stephanus indignus epiſc. Silandi, in &c.
Nicolaus indignus epiſc. Pericommatos, in eādem ſententiā ſubſcripſi.
Ioannes indignus epiſc. Setôn, in &c.
Conſtantinus indignus epiſc. *Arraſi, &c.
Theophanes indignus epiſ. Meoniæ, &c.
Michael indignus epiſ. Stratoniceæ, in &c.
Gregorius indignus epiſ. Gordi, in &c.
Ioannes indignus ep̄s Daldes, in eandē &c.

Euſtathius indignus epiſc. Hyrcanes, in &c.
Ioſeph indignus epiſc. *Ataliæ, in &c. *Athalię,
Theopiſtus indignus epiſc. Hermocapylō, *Attaliæ,
in eandem ſentētiam ſubſcripſi.
Zacharias indignus epiſ. Hierocæſareæ, &c.
Michael indignus epiſc. Ceraſeôn, in &c.
Dauid indignus epiſc. Helenupoleos, &c.
Cyrion indignus epiſc. Lophi, in eandē &c.
Baſilius indignus presbyter, & vicem agens
ep̄i *Daſcyli, in eandem ſententiam &c. *Daſcylij,
Theophylactus indig. epiſ. *Apollomados,
in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Cōſtantinus indignus ep̄s Cæſareæ, quæ eſt
Bithyniæ, in eandē ſententiā ſubſcripſi.
Georgius indignus ep̄s Baſilinupoleos, in
eādem ſententiā ſubſcripſi.
Leontius indignus epiſco. Neocæſareæ aut
Ariſtes, in eandē ſententiam ſubſcripſi.
Nicephorus indignus epiſc. Adranes Thraciæ, in eandem ſententiā ſubſcripſi.
Theodorus indignus epiſc. Pruſes, in &c.
Epiphanius indignus epiſ. Lampes, in &c.
Theodorus indig. ep̄s Heracleopoleos, &c.
Anaſtaſius indignus epiſc. Gnoſi, in &c.
Meletinus indignus epiſc. Cydonij, in &c.
Leontius indignus ep̄s Cyſami, &c.
Theodorus indignus epiſc. Subritôn, &c.
Leontius indignus epiſc. Phanicôn, &c.
Ioannes indignus ep̄s Arcadiæ, &c.
Epiphanius indignus epiſc. Eleutheriæ, &c.
Photinus indignus ep̄s Cantani, &c.
Siſinnius indig. epiſc. *Cherroneſi, &c.
Gregorius indignus presbyter, & vicē agēs
Cephaleniæ, in eandē &c.
Philippus indignus ep̄s Cercyron, &c.
Antonius indignus ep̄s *Trizenes, &c.
Petrus indignus epiſc. Monembaſiæ, &c.
Gabriel indignus ep̄s Aegines, &c.
Leontius indignus ep̄s Porthmi, &c.
Philippus indignus ep̄s Horei, &c.
Leontius indignus epiſc. Zacynthi, &c.
Leontius indignus epiſc. Linoes, &c.
Nicetas indignus epiſc. Meles, &c.
Neophytus indig. epiſc. Gordoſerbôn, &c.
Ioannes indignus epiſc. Eteunôn, &c.
Leontius indignus epiſ. Aſpendi, &c.
Cōſtantinus indignus epiſc. Zelorum, &c.
Gregorius indignus epiſc. Sinopes, &c.
Marianus indignus diaconus vicem agens
Antrapôn, in eandem &c.
Gregorius indignus epiſc. *Amaſtris, &c. *Amaſtridis
Heraclius indignus epiſc. *Ionopoleos, &c. *Iunopolis
Nicetas indignus epiſ. Dadybrôn, &c.
*Theophanes indignus epiſc. Sorôn, &c. *Theopha-
Ioannes indignus epiſcopus Heracleę Pon- nes
ti, in eandem ſenten. &c.
Theophilus indignus epiſc. Pluſiados, &c.
Conſtantinus indignus epiſ. *Cratini, &c.
Nicetas indignus epiſc. Adrianopoleos, &c.
Nicetas indignus ep̄s *Rhozei, &c. *Rhuzæi,
Conſtātinus indignus epiſ. Polemonij, &c. *Rhyſæi,
Theodorus indignus epiſ. Cormanôn, &c.
Ioannes indignus epiſc. Ceraſuntôn, &c.

Nicephorus indignus episc. Clanei, &c.
Leontius indignus episc. Trocnadôn, &c.
Ioannes indig. diaconus ex persona *Phasi-
*Phaſclidos lidos, in eandem sententiam subscripsi.
Theodorus indignus episc. Pinarôn, &c.
Stephanus indignus episc. Canni, &c.
Anastasius indignus episc. Patarôn, &c.
Georgius indignus episc. Nyssæ, &c.
Constantinus indignus episc. Candibôn, &c.
Leontius indignus episc. Corydalôn, &c.
Nicodemus indignus episc. Didymorû, &c.
Leontius indignus episc. Limyron, &c.
Constantinus indignus episc. Tlôn, &c.
Petrus indignus diaconus ex persona Ory-
candôn, in eandem &c.
Stephanus indignus episc. *Anaxi, &c.
* Georgius *Gregorius indig. episc. Hymandi, &c.
Constantinus indig. episcop. Cobôn, &c.
Stauratius indig. episc. Zenopoleos, &c.
Gregorius indig. episcopus Cybires, &c.
Basilius indig. episcopus Tabôn, &c.
Dorotheus indig. episco. Neapoleos, &c.
Constantinus indig. episc. Alabandôn, &c.
Dauid indig. episcopus Iasi, &c.
*Mylasſôn, Gregorius indig. episc. *Milasi, &c.
Sergius indignus episcopus Bargylij, &c.
*Latmi, Gregorius indig. episc. *Lami, &c.
Ioannes indig. episcopus Myndi, in &c.
Stauratius indig. episcopus Stadiæ, &c.
Gregorius indig. episcop⁹ Stratoniceæ, &c.
for. *presby ter Nicetas indig. * diaconus ex persona Haly-
carnasi, in eandem &c.
Michael indig. episc. Chæretopôn, &c.
Pantaleontus indig. episc. Valentiæ, &c.
Georgius indignus episc. Peltarum, &c.
Christophorus indig. episc. Atanassi, &c.
Leontius indig. episc. Eumeniæ, &c.
Paulus indig. episc. Acmoniæ, &c.
*Timẽni therôn, Gregorius indig. episc. *Tymeni ferarû, &c.
Philippus indig. episc. Tranupoleos, &c.
Leontius indig. episcopus Aleôn, &c.
Nicephorus indignus episc. Lundôn, &c.
Georgius indig. episcopus Appię, &c.
Ioannes indig. episcopus Sibliôn, &c.
Zacharias indig. episc. Trapezupoleos, &c.
Leontius indignus episc. Sebastæ, &c.
Andreas indig. episcopus Cidissosi, &c.
Dositheus indig. episcopus Psonôn, aut Co
lassaeôn, in eandem &c.
Constantinus indig. episc. *Cotyaëi, &c.
Nicetas indig. episcopus Nacoliæ, &c.
Leontius indig, episcopus Docimij. &c.
Theophylactus indignus presbyter, & ex
persona Ipsi, in eandem &c.
Constãtinus indig. episco. Eucarpiæ, &c.
Michael indig. episc. Hierapoleos, &c.
Ioannes indignus presbyter, & ex persona
Episcopi Actorij, in eandem sententiam
subscripsi.
*Pythiæ, Nicolaus indig. episc. * Phytiæ, in &c.
Theophylactus indig. episcopus Cinnaba-
reos, in eandem &c.
Damianus indig. episcopus Myri, &c.

Christophorus indig. episcopus * Promisi,
in eandem &c.
Nicetas indig. episc. Augustopoleos, &c.
Constantinus indig. episc. Ambladôn, &c.
Stephanus indig. presbyter, & vicem agẽs
Otri, in eandem &c.
Georgius indig. episcop. Medæi, &c.
Gregorius indig. presbyter, & vicem agens
Polyboti, in eandem &c.
Sisinnius indig. episc. *Philomilij, &c.
Michael indig. episcopus Papôn, in &c.
Sisinnius indig. episcopus Apameæ, quæ est
Ciboti, in eandem &c.
Constantinus indig. episc. Comanes, &c.
Nicephorus indig. episc. Adadôn, &c.
Petrus indig. episc. *Potrasi, in &c.
*Theodosius indig. episc. * Sagalassi, &c.
Leontius indig. episcopus Bares, in &c.
Petrus indig. episc. Seleucię Pisidiæ, in &c.
Nicephorus indig. episc. Phoglôn, &c.
Maurianus indig. episc. Magydôn, &c.
Leontius indig. episcopus Andidôn, &c.
Stephanus indignus episcopus Parnasi, in
eandem &c.
Bardanus indig. episcopus Doarôn, &c.
Eustratius indig. episcopus Debelti, &c.
Euphemius indig. episco. Sozopoleos, &c.
Theodorus indig. episcopus Bulgarophy-
gi, in eandem &c.
Georgius indig. episc. Plutinopoleos, &c.
Basilius indig. episcopus Perbireos, &c.
Michael indig. episc. *Pamphyli, in &c.
*Rubim indig. episc. Scopelôn, &c.
Sisinnius indig. episc. Gareles, in &c.
Callistus indig. episc. Eudonidos, in &c.
Constantinus indig. episc. Laginôn, &c.
Ioannes indig. episcopus Codrullôn, &c.
Theodorus indig. episco. Cremnôn, &c.
Constantinus indig. episco. Adrianes, &c.
Theophilus indig. episcopus Chij, &c.
Galatas indig. episcopus Meli, in &c.
Sergius indig. episcopus Leri, in eand. &c.
Mauzones indig. episcopus Diocæsareæ, in
eandem sententiam subscripsi.
Eustathius indig. episc. Celendereos, &c.
Zacharias indig. episc. Cardabendôn, &c.
Sisinnius indig. episcopus Musbadôn, &c.
Eustathius indig. episcopus *Lami, &c.
Theodorus indig. episcopus Germanico-
poleos, in eandem sententiã subscripsi.
Sisinnius indignus episc. Syces, &c.
Constantinus indig. episc. * Dalysanes, &c.
Leontius indignus episc. * Sibilôn, &c.
Stephanus indignus episc. Philadelphię, &c.
Eudoxius indignus presbyter, & vicẽ agẽs
Metellipoleos, in eandem sententiã &c.
Theodorus indignus episc. Cadôn, in &c.
Theopylactus indig. episc. Mosynôn, &c.
Basilius indignus episc. Dionysiopoleos, &c.
Stephanus indignus episc. * Sinao, &c.
Constantinus indignus episc. Andri, &c.
Eustathius indignus episc. Toni, in &c.
Ioannes indignus episc. Decaterôn, &c.

Ioannes

Ioannes indignus episc. Niceæ Thraciæ,
in eandem sententiam subscripsi.
Superiùs scribitur *Thomas *Theophanes indignus episc. Lebedi, &c.
Ioãnes indign⁹ episc. Lythoprosopi, in &c.
Nicephorus indignus episc. Archadiopo-
leos, in eandem sententiam subscripsi.
Theodorus indign⁹ episc. Heracleopoleos
aut *Pidachtoës, in eandẽ sententiam &c.
Constantinus indignus episc. Metrôn, &c.
Lycastus indignus episc. Phyladôn, &c.
*Philem Michaël indignus episcop⁹ Trallensiũ, &c.
Ioannes indignus episc. Lemni, &c.
Leontius indignus episc. *Amissi, &c.
*Amyzi Michaël indignus episc. Tij, in eandem &c.
Epiphanius indignus episc. Pertorum, &c.
Ioannes indignus episc. Thymbriadôn, &c.
Stephanus indignus episc. Orynnôn, &c.
*Theod *Agalas Heraclius indignus episc. Sami, in eand. &c.
Ioannes indignus episc. *Prænesti, in eandẽ
sententiam subscripsi.

Sancta synodus exclamauit: Omnes sic credimus, omẽs idẽ sapuimus, omẽs approbantes subscripsimus. Hæc est fides apostolorum, Hæc est fides patrum, hæc est fides orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmauit. Credentes in vnum Deum, in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur. Qui secùs agunt, anathemate percelluntor. qui sic non sentiũt, ab Ecclesia depelluntor. Nos antiquæ Ecclesiæ legislationi insistimus, nos decreta patrũ custodimus. nos, adijcientes aliquid aut auferentes Ecclesiæ anathematizamus. Nos venerandas imagines susçipimus. nos, qui secùs faxint, anathemate percellimus. Quicunq; sententias sacræ scripturæ de idolis, contra venerandas imagines adducũt, anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, anathema. Qui dicunt, quòd imagines Christiani vt deos adorẽt, anathema. Qui scientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas dehonestant, anathema. Qui, pter Christum Dominũ Deum nostrum, dixerit aliũ nos à cultu idolorum liberâsse, anathema. Qui audent Ecclesiam Catholicam dicere idola aliquandò fuscepisse, anathema. Multi anni Imperatorum. Constantini & Irenes eius matris multi anni. Victorum Imperatorum multi anni. Nouo Constantino & nouæ Helenæ perpetua memoria. Deus imperium Augustorum conseruet. Imperator cælestis, terrenos reges custodi. Cunctis hæreticis anathema. Rugienti conciliabulo contra venerãdas imagines, anathema. Impia hæreseõn verbula æstimantibus, anathema. Theodosio falsi nominis episcopo Ephesi, anathema. Sisinnio cognomẽto Pastillæ, anathema. Basilio maledico Tricacabo, anathema. Trinitas triũ horum dogma sustulit. Anastasio, Constantino & Victori, qui successiuè thronum Constantinopolitanæ ecclesiæ asscenderunt, non aliter ac nouo Arrio, Nestorio, Dioscoro, anathema. Sancta Trinitas horum trium dogma sustulit. Ioanni Nicomediæ, & Constantino Nacoliæ hæresiarchis, anathema. In nihilum redegerunt imaginem Domini & sanctorũ eius, Dominus eos ad nihilum deduxit. Si quis ex iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit, anathema. Si quis Deũ secundùm humanitatem non circunscriptibilem confessus fuerit, anathema. Si quis euangelicas narrationes per picturam repsentatas nó acceptauerit, anathema. Si quis has non salutauerit in nomine Domini & sanctorum eius, anathema. Si quis traditionem Ecclesiæ, siue scripto siue consuetudine valentem, non curauerit, anathema. Germani orthodoxi perpetua memoria. Ioannis & Georgij perpetua memoria. Prœconũ veritatis perpetua memoria. Trinitas hos tres approbauit. Horum disputationibus inhærentes, digni reddamur misericordijs & gratia primi & magni supremi sacerdotis Iesu Christi Dei nostri, intercedente simul inuiolata domina nostra sancta Deipara, & omnibus sanctis. Fiat, fiat, Amen.

Anathemata in Iconoclastas.

PIISSIMIS ET SERENISsimis Imperatoribus nostris, Constantino & Irenæ matri, Tharasius indignus episcopus Dei obseruantis & Imperatricis nostræ vrbis nouæ Romæ, & vniuersa sancta synodus, quæ secundùm diuinam voluntatem & iussu Imperatoris, in hac splendida Nicensium metropoli secundò conuenit.

CHristus Deus noster, fortissimi Imperatores, caput Ecclesiæ prędicatur: quoniam eor nostrum in manu eius existẽs, verbũ bonum scaturijt: suo enim decreto & mandato vos in nomine suo conuocauit, vt dogmatum Ecclesiasticorum oracula fixa, firmaq; conseruetis. Etenim quemadmodùm caput vestrum auro & lapidibus preciosis exornatũ est, ità & mentes vestræ Euangelicis patrum doctrinis sunt excultæ. Nam quorum sonus in vniuersum terrarum orbẽ est egressus, cùm sitis velutì discipuli & consodales, vniuersiq; Christiani populi duces & principes, ad pietatem veritatis sermonem contulistis, & orthodoxæ fidei pietatisque figurã descripsistis. Vndè fidelibus tanquàm faces ardentes relucetis, & periclitanti Ecclesiæ manum porrexistis. Nam & sanas doctrinas conseruatis, & dissidentium vnanimem concordiam gubernatis (absit verbo inuidia) Dei beneplacito: pietatis officia & honestas actiões p vos sunt stabilitæ. Quãobrem os nostrum impletum est gaudio, & lingua nostra exultatione. Nam per scriptã

Tharasij epist. ad Imperatorem Constantinum & Irenem illius matrem.

Psal. 125.

nostram vocem res ipsas linguæ loquũtur. Quid enim splendidius magnificentiusque esse possit principi, quàm ecclesiasticarum constitutionum firmitatem & stabilimentum integrum conseruauisse? Quandoquidem autem quidam, imaginem quidem pietatis circunferentes, sacerdotij dignitate conspicuos se exhibent, verùm ipsum robur sacerdotij denegantes consurrexerunt, Babyloniorumq; sacerdotum accusatione arripuerunt, (quos & propheta triumphat,
Dan. 13.a dicens: Egressa est ex Babylone iniquitas) Caiaphaicumq; conciliabulum coëgerunt, facti parentes impiorum dogmatum, execrationis & amaritudinis, quorum os non aliò quàm ad maledicẽdum spectat, & hinc gloriam famamque venatur: linguam habẽtes blasphemam, & calamum benè huic inseruientem, pugnantes verbis Dei, Imperatorum maiestatem monstrosis verbis corrumpentes, gentem sacram, quæ semèl Christum induit, & ex gratia illius seruata est, quasi in idolorum errore existentem, idololatras vocantes, & improbitatis animo præditi, illis hactenùs manus iniecerunt, arbitrantes se posse obscurare venerandarum imaginum picturam, atque eas partim velutì communi suffragio exterminârunt, partim verò quæ ex cera fusæ erant in singularem ornatum, in turpes vsus conuerterunt:
☞ quæ verò ex tabulis & asserculis depictæ erant, tum Christi, tum etiàm sanctorum illius, igni tradiderunt: & vt vno verbo dicã, omnes nostras ecclesias cõtaminantes disturbârunt, & hierarchę, id est, sacrarum rerũ præsides anteà existentes, hæresiarchæ facti sunt: & pro pace rixas ad populum locuti sunt, pro frumento zizaniam ecclesiasticis agris inseruẽrunt: vinum cum aqua miscuerunt, & proximo potauerunt subuersionẽ noxiam. Prætereà cùm essent lupi Arabici, pellem ouinam egregiè similârunt se gestare. Defraudantes quoq; veritatem, mendacium vires cupiuerunt acquirere posse. Sed
Esa. 59.a aspidum oua fregerunt, & secundùm prophetam, telam araneæ filârunt. Qui autem de ouis istis edere debebat, postquàm confregisset ea, ventum inanem reperiens simul & basiliscum accepit veneno & lœtali afflatu plenum. Quoniam autem hæc ità se habent, & veritatem ad tempus mendacium adedit, O vos mitissimi & fortissimi Imperatores, non ferentes eiusce modi pestilentẽ & animis lœtalem errorem diutiùs in terris hærere, sed hunc spiritũs diuini, qui in vobis inhabitat, afflatu obscurare contendistis, quô scilicet firma maneat Ecclesiæ constitutio, & totius populi coagmentum, ac imperium vestrum pacificè secundùm nominis appellationem gubernetur. Neque putâstis ferendum aut tolerabile, quòd in reliquis omnibus rebus benè inter nos conueniret, de vitæ autem nostræ summa & præcipuo, nimirùm pace Ecclesiæ, inter nos essent dissidia, maximè cùm nostrum caput vnicum sit Christus, nos autem deinceps illius vnius corporis membra, propter eam quæ inter nos, communem fidem & sententiam. Quapropter vos sacrum hunc nostrum copiosum in hac Nicensium metropoli conuenire iussistis cœtum, quô ecclesiarum dissensiõem auferremus, & malè disiuncta, ad vnitionem eommodam reduceremus, & vt eam, quæ nupèr ex spinosis confuta est sententijs, vallam, hoc est, falsam doctrinam, conuelleremus & disrumperemus, & vestem orthodoxæ fidei conseruaremus illæsam. Quarè apostolicis & patrum adhærentes traditiõibus, ex afflatu spiritũs sancti in vnum conuenientibus animis, itẽ Ecclesiæ Catholicæ & sacrarum sex vniuersalium dogmata habentes nobis concordantia, audemus anathematizare Arrij insaniam, Macedonij rabiem, Apollinarij dementiam, Nestorij idololatriam in homine, Eutychis & Dioscori conspirantem vanitatem, & horum multorum capitum hydrã, Origenis, Didymi & Euagrij nugas fabulasque, Sergij, Honorij, Cyri & Pyrrhi, eorumque assclarum vnam voluntatem, immò malam & improbam voluntatem. Deindè & qui post hos vana & noua excogitârunt nugamenta contra venerandas imagines, eodem suffragio & conuenienter accepto à sancto spiritu verbo, & pura fontis illius aqua, spongia diuinorum dogmatum abstersimus & expunximus, inuentoresque nuperæ vaniloquentiæ longè extra ecclesiasticos muros eiecimus. Et quemadmodũ pedes & manus competenter animæ consilijs mouẽtur, ità & nos à spiritu accepta gratia, & robur habentes fortitudinis vestræ coadiutans, & pietatem reconciliauimus, & veritatem deprædicauimus. Quamobrem omnibus modis recipiendæ sunt venerandæ imagines Domini nostri IESV CHRISTI, quatenùs scilicet perfectus homo fuit, & hæ quoquè omnes quæ historicè è sacra Euangeliorum narratione depinguntur, nempe intemeratæ Dominæ nostræ Deiparæ, sanctorum quoquè angelorum, nam hominibus ipsi quoq; in forma hominis visi sunt. item sanctorum omnium, quorum prælia & certamina tabulis & parietibus, sacris item vestibus & vasis insculpta amari debent, quemadmodùm catholica Ecclesia multis retrò seculis in hisce est instructa. Sic enim ea accepit, sicà sanctis nostræ disciplinæ ducibus, & eorum successoribus patribus nostris statutũ est. Sunt autem hæ adorandæ quoq;, hoc est, exosculandæ & amandæ: idẽ enim significant hæc iuxta antiquam Græciæ dialecton. Nam προσκύνειν, id est, adorare, & ἀσπάζεσθαι, id est, amplecti, & φιλεῖν, id est, amare significat. Prępositio autem πρὸσ, intentionem significat desiderij, quemadmodùm in προσφέρω à φέρω, κυρῶ & προσκυρῶ, κυνῶ & προσκυνῶ, quod significat & amplexum, & vehementẽ amorem. Nam quod quis φιλεῖ, (hoc est, amat,) id etiàm προσκυνεῖ: (hoc est, amplectitur:) & quod adorat siue amplectitur, nempe προσκυνεῖ, hoc etiàm omninò φιλεῖ, id est, amat. Testatur id sanè humana natura & affectio, qua erga amicos sumus affecti. sic enim inter duos res agitur, & hoc modo sibi occurrentes agunt. Non solùm autem apud Græcos hæc loquendi ratio in vsu est, sed in diuina quoq; scriptura idem annotare licet.
1. Reg. 20.g In libris enim Regum scriptum est: Dauid surrexit, & cecidit in faciem suam, & adorauit ter Ionathan, & osculatus est eũ. Rursùs, nónne Dominus de pharisæis dicit in
Luc. 14.b Matt. 23. euangelio: Amant primos accubitus in cõuiuijs, & salutationes in foro. Certum est ἀσπασμὸν, id est, salutatiõnem, hoc loco à Domino appellari προσκύνησιν, id est, adorationem. Pharisæi enim glorioso animo præditi, & seipsos iustos existimantes, ab omnibus adorari studebant. Non enim ore osculari petebant: fuisset etenim hoc humilitatis signum, & haudquaq; pharisaici supercilij. Iterùm Paulus Apostolus diuinus sanè,
Act. 21.c quemadmodùm in Actibus scribit Lucas: Nam cùm (inquit) essemus nos in Hierosolymis, libenter & alacriter exceperunt nos fratres, sequenti autem die Paulus nobiscũ ad Iacobum ingreditur. aderant autem oẽs presbyteri. salutatis autem illis, singula, quæ in gentibus per illum fecisset Dominus, exposuit. Hîc enim salutationem, honorificam adorationem mutuò factam, Apostolica sententia significat. Quemadmodùm
Gen. 48. Heb. 11. etiàm de Iacob legitur: Adorauit in summitate virgæ suæ. Cum his conuenit Gregorius cognomento Theologus, dicens: Bethleem venerare, præsepe adora. Quis autem,
Greg. Nazianz. modò rectè & syncerè scripturas intelligat, ea quæ ità in scripturis occurrunt, non viderit, indè latrian quæ fit per spiritum, nõ dici, nisi omninò expers sit intelligẽtiæ, & planè in sententijs scripturæ & patrum ruditis? Non enim in summo virgæ Iacob latriã fecit. Neq; etiàm Gregorius præsepi latriæ vocabulum addit, nequaq;. Rursùs cùm crucem viuificam salutamus, conuenienter canimus, Crucem tuam adoramus Domine. Lanceam, q̃ viuificans latus sanctitatis tuæ apuit, adoram⁹: q̃ sanè adoratio nihil aliud est, quàm salutatio, siue amplexum mâlis dicere, quod indicat hoc, quòd labijs quoquè nostris proprijs ea contingimus. Si verò sæpiùs in scriptura & elegantibus nostris patribus adorationem quis dixerit, pro cultu siue latria, quæ in spiritu fit, sumi non negamus. Nam cùm vox sit multæ significatiõis, non potest non aliquandò, pro cultu adorationis in spiritu, sumi. Adoratio enim est, cùm venerationem, desiderium & timorem significet. ità nos vestrũ victoriosum & placidissimum imperium adoramus. Est adoratio, q̃ tantummodò timorem significat, quemadmodùm Iacob adorauit Esau. Est q̃ Gen. 33.a gratiam notat, quomodò Abraham pro agro, quem accepit à filijs Chet in sepulcrũ Saræ vxoris suæ, adorauit illos. Rursùs, qui Gen. 23.c sperant beneficium se accepturos à potentioribus, eos adorant, quemadmodùm Iacob adorauit Pharaonem. Hinc diuina scriptura, dicens, Deum tuum adorabis, & illi Gen. 47.a.b Lucæ 4.b Deut. 6.c soli cultum exhibebis: adorabis, absolutè 10.d ponit, neq; adijcit, soli, vt significetur vox diuersæ notionis & æquiuoca. Cultum autẽ exhibebis siue seruies, soli dixit: quam ob causam latriam vni Deo tribuimus, adque illum referimus. His ità se habentibus, in confesso & sinè vlla dubitatione credimus, acceptam & placitam coram Deo esse venerandarum imaginum depictiõem, & earum quæ dispensationem Domini nostri IESV Christi exprimunt, & virginis quoq; Marię deiparæ intemeratæ, quin etiã glorioforum angelorum, & oñium sanctorum, has quoquè adorandas & salutandas putamus. qui verò ità non est animatus, sed circa venerãdarum imaginum adorationem laborat & dubitat, eum anathematizat sancta & veneranda nostra synodus, quæ efficacia diuini spiritũs & ecclesiasticis patrum traditionibus munita est & cincta. Anathema autem istud, nihil aliud est quàm separatio à Christo. Si verò aliqui repugnauerint aduersùm ea quæ statuta sunt, his non adhibentes fidem, sanè contra stimulum calcitrant, & prijs animis iniurij sunt. Nam & Christo aduersantur, & sycophantijs quæ aduersùs Ecclesiam Dei exercentur, gaudent, ipsamque pietatem subuertere conantur. quarè hæreticorum veterum assclæ, socij & contribules propter impietatem verè dicendi sunt. Nos autem fratres & comministros nostros Dei amantes episcopos, & cum his præsides & clericos misimus, vt omnia quę inter nos acta sunt, ad diuinas aures vestras renuncient. Ad consignationem autem & maiorem certificationem eorum quæ à nobis decreta sunt, & quô maiestati quoq; vestræ pijssimæ satisfiat, authoritates quasdam patrum ex multis paucas subnexuimus, quarũ splẽdore veritatis stabilimentum elucidari magìs possit. Saluator autem omnium & qui nobiscum regnat, Ecclesiæ suæ pacem pro præmio tribuat. vestrum autem imperium cum senatu & ducibus, & fidelissimo militum exercitu, in multos annos conseruet, & victoriam vobis concedat. Ipse enim di-
1. Re. 2.f xit: Viuo ego, dicit Dominus: *Et glorificã-
for. *Ego tes me, glorifico. Ipse est, qui accingens vos potentia, omnem hostilem impressionem à vobis auferet, obedientiam autem apud omnes conciliabit. Gaude igitur ciuitas, exulta noua Sion, totius terrarum orbis vel-

veluti alta specula. Regnauit enim & illic Dauid, & Dauidicè illam allocutus est: Dominus in medio tuî, cuius nomen sit benedictum in secula seculorum, Amen. Psal.45.

DEI AMANTISSIMIS SAcerdotibus & clericis sanctissimæ magnæ Dei Ecclesiæ, & omnium ecclesiarum DEI colentis & imperialis vrbis, sancta synodus quæ in Nicea secundò congregata est.

Epist.2. Nicenæ synodi ad sacerdotes & clericos oēs

CHristus Deus noster vera veritas, patris lumē & splēdor, qui è tenebris nos in mirandam suam lucē vocās, ex idolica insania nos liberauit, & nomina idolorum de terra deleuit, vt nulla planè eorum sit posthàc memoria: placitum sibi existimauit, pios & in omnibus orthodoxos nostros fideles Imperatores excitare, qui nos in splendidam metropolim Niceam conuocarent, vt nouistis, quô dissidentia in vnum per nos conuenirent, & medi⁹ paries inimicitiæ sustolleretur, & vetusta Ecclesia Catholicæ legislatiōis authoritatem obtineret. Igitur spiritûs sancti inspiratione in hoc ipsum cōuenientes, eiusdem cooperatione omnes in idem consensimus. Oriens, inquam, Occidens, Septentrio & Meridies, in vnam vnionem, vt ità dicam, conuenimus: sanctarum ecclesiarum pacificus status propter consentientem fidem & sententias constitutus est. Pedes em̄ nostri in rectam viam dirigens Dominus, truncum, qui ex zizanijs vetustæ & improbæ hæreseos excreuerat, funditùs eradicauit. Eccè euangelizamus vobis, in mōte excelso stantes, ecclesiasticæ pacis gaudium & celebrem festiuitatem. Quid enim gratiosius est cōfidentis illius Esaiæ verbo, Quàm speciosi sunt pedes euangelizātium pacem, euangelizantium bona? Dignum autem fuisset, & vestram deuotam præsentiam rebus omnibus interfuisse, quô omnem à Deo electam nostram congregationem vno in loco inueniretis, & per Dei gratiam spectatores fieretis, omnium quæ acta sunt: ità & differtationis vim quoquè cognouissetis, quæ in confirmationem legalium Ecclesiæ catholicæ traditionum, & destructionem eorum qui insurrexerunt contra veritatem, & apostolicas & patrum traditiōes ab Ecclesia catholica alienârunt, facta est. Sed quoniam inter nos & vestram sanctitatem, & humidum iter est, & longa terrestris via: duabus rebus opùs fuit, nauibus scilicet & iumētis, quibus deferri possetis. At quoniam vtrunq; copiam non habentes, nobis corpore adesse nō potuistis, certum est, vos mente & animo idem sentiente nobis adfuisse, quod sanè Ecclesiæ catholicæ magnum adiumentum existit. Quandoquidem autem inter nos membra sumus, habentia vnum caput Christum Dominum nostrum, necessarium duximus, omnem eorum quę diuinè apud nos acta sunt, seriem narrare. Nā & linguæ res per literas effari possunt, eęq; ità subindè repræsentant omnia, quasi coràm visa fuissent. Postquàm igitur ex præscripto patrum & doctrina conuénimus, omnes idem sentire cœpimus. Recordatiq; sumus carminis, quod à Mose factum est & doctum: Interroga patrem tuum, & renunciabit tibi: quære seniores tuos, & dicent tibi. Ità quoq; & nos ecclesiasticæ ordinationi insistentes, neque q̄cquam illi adiecim⁹, neque etiàm adempsim⁹, sed apostolicè instructi, traditiones quas accepimus, seruamus, omnia scilicet suscipientes quæ sancta catholica Ecclesia & scripto & consuetudine admisit. Quorum de numero cùm & venerandarum imaginum essent figuratiōes, de his peculiariter egimus. Rursùs omnia q̄ diuini nostri patres reijciūt, ea quoq; & nobis indigna & catholicæ Ecclesiæ aduersa & hostica arbitramur, in quibus sanè recensetur & continuata vaniloquentia iconoclastarum, & eorum qui falsò Christianos accusant, gangræna, hactenùs Ecclesiam depascens. Sed Deus Dominus noster eam in finem non sustinuit: nam postq̄ veritas detecta est, orthodoxa & syncera fides omnib⁹ resplenduit, mendacium cum tenebris sibi congenitis euanuit. Nam si, vt ipsi asserunt, imaginum pictura idolis comparabilis existit: nostræ liberationis mysterium, quod Dei filius per suam in carne sinè peccato p̄sentiā operatus est, vanum reputatur. Quinetiàm vanæ sunt propheticæ promissiones, quarum quędam iubet nos eum adorare & colere in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitæ nostræ. Alia verò dicit: Surrexit tanquàm ex somno Deus, tanquàm potens à crapula vini, pcussit inimicos suos: & dedit eis in posterum improperium sempiternum. Si improperium sempiternum datum est inimicis nostris, hoc est, improbis potētijs per resurrectionem, quomodò rursùs Christiani idolis seruient? Vah eorum impietatem & ruditatem. Vtinàm cogitâssent illud, qui scandalizat vnum ex pusillis credentium in Christum, indignationem intolerabilem Dei incurrit. Sed verbum Domini nihili fecerunt, ecclesiasticas traditiones cessauerunt, quam ob causam in nihilū rediget eos Dominus. Et cum Arrio, Eunomio, Macedōio, Apollinario, Nestorio, Eutyche, Dioscoro, Sergio, Honorio, & reliquis istis improbè sentientibus conspiratio istorum connumerata est. Nam horum stultitiam abstergentes, ipsi quoquè stulta loquuti sunt. Iam tamen funda veræ confessionis cum ipsis prostrati sunt, & acies eorum est dispersa. Non enim Deus

Esa.52.b Num.1.d Rom.10.c — Deut. — Lucæ 1. — Psalm. — Matt.18.

Deus in seculum dimisit virgam eorum in sortem iustorum, hoc est, Ecclesiæ. Iudaicè enim vana cogitârunt, & alteras in conciliabulo Iudæ tulerunt: quarè conciliabulum illorum, Caiaphaicum inuentum est. Hoc enim, contra Dominum conflatum est: sed iconoclastarum aduersùs eius imaginē illud conciliabulum, liberationem nostram per Christum factam, sibi & alijs inscripsit. Hoc autem consilium profundum, non p Christum cœpit: confœderationes inijt, sed non per spiritum illius, quia ornatum venerandorum templorum sustulit. In hoc conciliabulo nullus inuenietur, qui imaginem ad similitudinem Dei ferat, quia imaginē Domini & sanctorum illius ignominiosè confringentes, igni tradiderunt. Hoc conciliabulum insania & dementia occasionem dedit multarum & satanicarum cædium. Hoc conciliabulum falsò nomen sibi assumpsit sacerdotale & sacrum concilium. improba enim & prophana mente cōflatum est. Hoc conciliabulum os habet intemperans. spiritu autem falso Christum & veritatem simulauit, mendacijs verò in totum est cōfisum. Hoc conciliabulum catholica Ecclesia tanquàm zizania ex area Dominica, hoc est, Ecclesia catholica extirpauit, & sputo diuini iudicij eiecit. Itaque ex Ecclesia catholica ablatum est, & vafra eius consilia redargutionem incurrêre. Verum enim & rectissimum Ecclesię iudicium, innouari in se nihil patitur, neq; vllam semèl probatæ rei ablationem ferre potest. Nos igitur patrum legibus insistentes, ab vno eodemque spiritu gratia accepta, sinè vlla nouitia machinatione, & incontaminatè cuncta Ecclesiæ dogmata custodiuimus, quemadmodùm sacræ sex vniuersales synodi constituerunt. Et quæcunq; in Ecclesia honore affici iusserūt, sinè omni cōtrouersia recipimus, è quibus est, vt anteà diximus, imaginum quoq; apparatus. Quarè eas honorabiliter adoram⁹ & salutamus: idem enim significāt hæc duo verba. Quiq; eadem confitetur, hic catholicæ Ecclesię verus & germanus filius & particeps illius existit. Cuncta itaque scandala abiêrunt, cuncta obscurata sunt. Veritas gubernat omnia, mendacium exterminatum est, seminator zizaniorum omninò defecit. frumentum, hoc est, deuotus Christi populus, in vnum horreum, nempe Christi Ecclesiam, comportatū est. Orthodoxæ fidei lumen resplenduit, erroris tenebræ succubuerunt, mœror in gaudium versus est, luctus in exultationem commutatus est. Conuersus est dolor noster in lætitiam, omnia in meliorem partem respexerunt. Quapropter & nos Apostolicè vos alloquimur: Gaudete in Christo, gaudete. Terna gaudia trinitas nobis peperit: quam decet omīs gloria, honor, & potentia in secula seculorum, Amen.

Phil.3.a 4.a

CANONES

SANCTÆ ET VNIVERSALIS VII. Synodi, interprete Gentiano Herueto.

Canon 1. Quòd oporteat diuinos canōes omninò seruari.

IIs qui sacerdotalē dignitatē sortiti sunt, testimonia & ad rectè se gerendū instituta, sunt canonicarū constitutionū descriptiones. Quas cum diuiniloquo Dauid lubenter recipientes, ad Dn̄m cantamus, dicentes: In via mandatorum tuorum lætatus sum tāquàm in omnibus diuitijs, Et, Mandâsti iustitiam testimonia tua in seculum: erudi me, & viuam. Et in seculum nos iubet vox prophetica testimonia Dei seruare, & in eis viuere, & quæ scilicet nequaq̄ concutienda, nullaq; ratione labefactanda permaneant. Nam & venerandus Moses sic ait: Eis nō licet addere, nec eis licet detrahere. Et diuinus Apostolus Petrus in ijs glorians, exclamat, Ad q̄ angeli declinare desiderāt. Atq; etiàm dicit Paulus: Etiāsi vel angelus de cælo annūciet vobis aliud euangeliū, q̄ vobis annunciauimus, sit anathema. Cùm hæc ergò ità se habeant, & sint nobis testata, ijs exultantes vt si quis multa spolia inuenerit, diuinos canones libenter amplectimur, eorumq; constitutionem integram & illabefactabilem confirmamus, q̄ edita fuerūt à sanctis spiritûs tubis, omni ex parte benedictis apostolis, & sex sanctis vniuersalibus synodis, ijsq; q̄ ad eiusmodi decretorū traditionē *localiter coactæ fuerunt, & nostris sanctis patribus. Ex vno enim om̄es eodemq; spiritu illuminati, quæ erant vtilia, decreuerunt: & quos anathemati quidem transmittunt, nos quoq; anathematizamus: quos verò depositioni, nos quoq; deponimus: quos autem segregatiōi, nos itidèm segregamus: quos autem pœnæ tradunt, nos quoquè similiter subijcimus. Ab auaritia enim alieni mores sint, præsentibus contenti, is qui tertiū cælum cōscendit, & arcana verba audiuit, Paulus diuinus Apostolus apertè vociferatur.

Psalm.118. — Deut.4. & 12. — 1.Pet.1. — Gal.1. — alius vertit, *prouinciatim. — Heb.13. — 2.Cor.12.

Can.2. Quid exigendum ab eo, qui sit in Episcopum ordinandus.

Quoniam psallentes DEO *coordinamur, in iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar eloquiorum tuorum, omnes quidem Christianos hoc salutare seruare oportet, eos autem præcipuè, qui sacerdotalem dignitatem obtinent. Quamobrem decernimus quemlibet quidem, qui ad episcopalem gradum est prouehendus, Psalterium omninò nôsse, vt ex eo omnem quoq;

alius, *spōdemus. Psal.118.

quoq; ſuum clericum ità imitari moneat: à metropolitano autem benè examinari, an ad ſacros canones diligẽter ac cum perſcrutatione, non autem obitèr curſimq; legendos, prompto paratoq́ue ſit animo, & ſacrũ etiàm euangelium, & librum diuini Apoſtoli, omnemq́; diuinam ſcripturam, & in diuinis præceptis verſari, & populum docere. Noſtræ enim hierarchiæ ſubſtantiæ ſunt eloquia diuinitùs tradita, diuinarum ſcilicet ſcripturarum vera ſcientia, ſicut & magnus ait Dionyſius. Si quis autem dubius animi fuerit, & non lubenter hæc facere & docere voluẽrit, non ordinetur, Propheticè enim dicit Deus: Tu repulifti ſcientiam, & ego te repellam, nè ſis mihi ſacerdos.

Oſeæ 4.

Can. 3. Electiones epiſcoporum, quæ vi principum procedunt, infirmari debent.

Can. 31. Apoſtol.

Omnem electionem, quæ fit à magiſtratibus, epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi, irritam manere, ex canone dicente: Si quis epiſcopus ſecularibus magiſtratibus vſus, p eos eccleſiam obtinuerit, deponatur & ſegregetur, & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui eſt promouẽdus ad epiſcopatum, ab epiſcopis eligi, quẽadmodùm à ſanctis Patribus Niceæ decretũ eſt in canone qui dicit: Epiſcopum oportet maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in prouincia conſtitutis; ſi autem hoc difficile fuerit, vel propter vrgentem neceſſitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omninò eodèm conuenientes, ijs quoquè qui abſunt, ſimul ſuffragiũ ferẽtibus & aſſentientibus per literas, tunc facere electionẽ, eorum autem quæ à ſe fiunt, confirmationem dare vnicuiq; metropolitano.

Can. 4.

Can. 4. Pœna talionis puniendus antiſtes, qui iniuſtè clericos arcet, vel templa claudit.

16. q. 1. præ dicator.

Præco veritatis Paulus diuinus Apoſtolus, quendam velutì canonem Epheſiorum presbyteris imponens, vel vniuerſæ potiùs ſacerdotali multitudini, ſic liberè dixit: Argentum vel aurum vel veſtem nullius concupiui, omnia vobis oſtendi, q́ oportet ſic laborantes infirmos ſuſcipere, dare beatum exiſtimãtes. Quocircà nos ab eo edocti ſtatuimus, nè turpis lucri gratia epiſcopo inmentem veniat, quærenti excuſationes in peccatis, aurum vel argentum, vel vllam aliam ſpeciem ab ijs, qui ſibi ſubſunt epiſcopis, vel clericis, vel monachis exigere. Dicit enim Apoſtolus: Iniuſti regnum DEI non poſſidebunt: nec debent liberi parentibus theſaurum parare, ſed parentes liberis. Si qs ergò per auri exactionem vel alicuius alterius ſpeciei, vel propter aliquam propriam affectionem à miniſterio arcere inuentus fuerit, vel ſegregare ſuorum clericorum aliquem, vel venerandum templum claudere, nè in eo diuina fiant miniſteria, ad id quod

Act. 20.

1. Cor. 6.
2. Cor. 12.

non eſt ſenſu præditum, ſuam inſaniam immittens, eſt reuerà ſinè ſenſu, & talionis erit legi obnoxius, & labor ipſius in caput eius redibit, vt qui ſit mandati Dei tranſgreſſor. Præcepit enim & Petrus apoſtolorum ſummus: Paſcite gregem Domini, epiſcopatum gerentes, non per vim, ſed ſponte ac volũtariè ſecundùm Deum: neq; turpis lucri gratia, ſed promptè & alacriter: nec vt dominatum in clerum obtinentes, ſed gregis exemplaria exiſtentes: & cùm ſummus paſtor apparuerit, quæ nec corrumpi nec marceſcere poteſt, gloriæ coronam referetis.

1. Petr. 5.

Can. 5. Qui clericis exprobrant, quòd in Eccleſia ſinè largitionibus conſtituti ſint, multæ ſubijciantur.

Can. 5.

Eſt peccatum ad mortem, quandò peccantes aliqui manent incorrigibiles. Hoc autem eſt deterius, quandò & erecta ceruice aduersùs pietatem & religionem inſurgunt, mammona Dei obedientiæ præferẽtes, & eius canonicas conſtitutiones nõ ferentes. In ijs nõ eſt Dominus Deus, nisì fortè hũiliati, à ſuo delicto reſipuerint. Oportet enim eos magis Deo ſupplicare, & cum corde contrito huius peccati remiſſionem & condonationem petere, & non de illicita donatiõe ſe iactare. Deus enim propè eſt ijs, qui ſunt contriti corde. Eos ergò, quip auri dationem ſe fuiſſe in eccleſia conſtitutos gloriantur, & in ea improba conſuetudine ſpem habent, quæ à DEO & ab omni ſacerdotio alienat, & ideò impudente vultu & ore aperto, probroſis & contumelioſis verbis eos, qui propter actam ex virtute vitam à ſancto ſpiritu ſelecti electíque ſunt, propter auri dationem vilipendunt ac negligunt: primùm quidem eos, qui hoc faciunt, vltimum proprij ordinis gradum ſumere: ſin autẽ perſeuerârint, inflicta quoq; pœna corrigere decernimus. Si quis autem in ordinatione hoc quandoq; feciſſe viſus fuerit, fiat vt vult canon apoſtolicus, qui dicit: Si quis epiſcopus per pecunias hanc ſit dignitatem aſſecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipſe qui ordinauit, & excindatur omninò à communione, vt Simon magus à me Petro. Et ſecundus canon ſanctorum patrum, qui Chalcedone conuenerunt, qui dicit: Si quis epiſcopus pecunijs ordinationem fecerit, & nonvenalem gratiam in emptionem deduxerit, & pecunijs ordinauerit epiſcopum, vel chorepiſcopum, vel presbyterum, val diaconum, vel aliquem eorum qui in clero enumerantur, vel pecunijs promouerit œconomum, vel defenſorem, vel paramonarium, vel ominò aliquem ex canone turpis lucri gratia: qui hoc aggreſſus eſſe conuictus fuerit, de proprio gradu veniat in periculum, & qui ordinatur, ex ea ordinatione vel promotione, quæ precio dato inſtàr mercaturæ facta eſt, nihil

nihil iuuetur: ſed ſit alienus à dignitate, vel munere, ſeu curatione, quã pecunijs aſſecutus eſt. Si quis autẽ rebus adeò turpibus & lucris illicitis interceſſor ſeu ſequeſter apparuerit, hic quoquè, ſi ſit quidem clericus, à proprio gradu excidat: ſin autẽ laicus vel monachus, ſegregetur.

Can. 6. De cogendo Concilio prouinciali, quòd ad tempus attinet.

Conc. Nicen. cap. 5.

Quoniam canon eſt, qui dicit bìs in anno in vnaquaq; prouincia, per congregationes epiſcoporum fieri oportere quæſtiones canonicas propter vexationẽ: & quòd itineri perficiundo minùs ſufficerẽt qui cogebantur, ſtatuerũt ſancti ſextæ ſynodi patres, ea quouis modo & quacunq; ex cauſa ſemèl in anno fieri, & delicta corrigi. Hunc ergò canonem nos quoquè renouamus. & ſi quis magiſtratus hoc prohibere inuentus fuerit, ſegregetur. Si quis autem metropolitanus hoc fieri nõ curauerit, præterquàm vi vel neceſſitate & iuſta aliqua de cauſa, canonicis pœnis ſubijciatur. Cùm autem de canonicis & euãgelicis rebus fiat ſynodus, opùs eſt vt congregati epiſcopi magnã curã & diligentiam gerant, vt diuina & viuifica mandata ſeruentur. In eis enim ſeruandis eſt retributio multa: quoniam lucerna eſt mandatum, lex verò lux, & via vitæ probatio & diſciplina. Nè liceat autem metropolitano ex ijs, quæ ſecum adfert epiſcopus, vel iumentum, vel aliquam rem aliam petere. Si enim hoc feciſſe deprehenſus fuerit, reddet quadruplum.

Can. 8.

Pſalm. 18. Prou. 6.

Can. 7. Vt templa ſinè reliquijs ſanctorum non conſecrentur.

1. Tim. 5. Mos erat ecclesiasticus, templa per sacras martyrum reliquias consecrare.

Ait Paulus diuinus Apoſtolus: Quorundam hominum peccata ſunt manifeſta, nõnullos autem conſequuntur. Præcedentibus autem peccatis, alia quoquè ea ſequuntur. Impiam ergò ſectam, qui Chriſtianos accuſant, alia quoquè impia cõſecuta ſunt. Quemadmodùm enim venerabilium imaginum adſpectum ex Eccleſia ſuſtulerunt, alios quoquè mores reliquerunt, quos quidem oportet renouari, & tã ex iure ſcripto quàm non ſcripto ſic obſeruari. Quæcunq; ergò templa conſecrata ſunt abſq; reliquijs martyrum, in ijs fieri ſtatuimus reliquiarũ depoſitionem cum conſuetis precibus. Qui autem templum conſecrat ſinè ſanctis reliquijs, deponatur, vt qui Eccleſiaſticas traditiones tranſgreſſus ſit.

Can. 8. Quòd non oportet Hebræos recipere, nisì quandò ſyncero corde conuerſi fuerint.

Quoniam Hebræorum religionis quidã errantes Chriſtum Deum noſtrum ſubſannare niſi ſunt, ſeſe Chriſtianos eſſe fingentes, ipſi autem clãculùm & occultè eum negantes, ſabbata obſeruãtes, & multa alia Iudaica facientes: ſtatuimus vt neq; ad communionem, neque ad orationem, neque ad Eccleſiam admittantur, ſed apertè ſint ſecundùm ſuam religionem Hebræi, & neq; filios eorum baptizent, neque ſeruum emãt vel poſſideant. Sin autem ex pura & ſyncera fide quis eorum cõuerſus, & ex toto corde cõfeſſus fuerit, eorum moribus & rebus inſultans, & velutì triumphum agens, vt & alij refellantur & corrigantur, eum recipiant & baptizent & eius liberos, & caueant ipſi, ſe ab Hebræorum ſtudijs & inſtitutis deſcituros. Si autem non ità ſe gerãt, eos nullo admittant modo.

Can. 9. Hæreticorum ſcripta vulgari non permittantur.

Hæreticorũ ſcripta non niſi puerilia ſunt ludibria, quia facilè ſoluuntur.

Puerilia omnia ludibria, furioſaq́ue dicta ac ſcripta, quæ aduersùs ſanctas imagines edita ſunt, oportet dari epiſcopo Cõſtantinopolitano, vt cum reliquis libris hæreticis reponantur. Si quis autem hæc cælare inuentus fuerit, ſi ſit quidem epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur: ſin autem laicus, vel monachus, ſegregetur.

Can. 10. Non oportet clericum relinquere ſuam paræciam, atque ad alteram ſe conferre citra conſenſum epiſcopi.

Quoniam nonnulli clerici canonicã conſtitutionem circunſcribentes, ſua relicta parochia in alias parochias excurrunt, vt plurimùm autem in hac à Deo cuſtodita & Imper. vrbe, etiàm inter magiſtratus ſeu officia aſſident, & in eorum oratorijs diuina miniſteria facientes: eos ſinè proprio epiſcopo & Conſtantinopolitano nõ licet in quauis æde vel eccleſia recipi: ſi quis autem hoc fecerit, ſi perſeueret, deponatur. Quicunque autem cum prædictorum ſacerdotum conſenſu hoc faciunt, non licet eis curas ſeculares, & ad victum pertinẽtes ſuſcipere, vt qui ſint à canonibus prohibiti hoc facere. Si qs autem eorum, qui dicuntur maiores, curationem obtinere deprehẽſus fuerit, vel ceſſet, vel deponatur: potiùs autem ad docendos filios & ſeruos accedat, legens eis diuinas ſcripturas. Ad hoc enim etiàm ſacerdotium ſortitus eſt.

Can. 11. Oportet œconomos eſſe in ædibus epiſcopalibus & monaſterijs.

Can. 26. Conc. Chalcedon.

Cùm omnes diuinos canones ſeruare teneamur, eũ quoquè, qui iubet œconomos eſſe in eccleſijs, illæſum omninò ſeruare debemus. Et ſi quidem vnuſquiſq; metropolitanus in ſua eccleſia œconomum conſtituit, benè habet: ſin minùs, Conſtantinopolitano epiſcopo propria authoritate licebit œconomum in ſua eccleſia præficere. Similiter & metropolitanis, ſi, qui eis ſubſunt epiſcopi, nolint in ſua eccleſia œconomos cõſtituere. Hoc ipſum autem ſeruari etiàm in monaſterijs oportet.

Can.12. *Non oportet episcopum vel præpositum suburbana ecclesiæ alienare.*

Si quis episcopus vel monasterij præfectus inuentus fuerit ex episcopatûs vel monasterij agris, in principis alicuius aut magistratûs manus alienare, vel alteri psonæ tradere, nullius sit mométi traditio, vt sanctorum apostolorũ vult canon, qui dicit: Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus curã gerat, & ea administret tanquàm Deo intuente. Nè liceat autem quicquam ex eis sibi vendicare, vel proprijs cognatis quæ DEI sunt, elargiri. Si sint autem pauperes, vt pauperibus suppeditet: sed non eorum prætextu res ecclesiæ venundet. Sin autem detrimentum afferre causetur, nec quicquam ex agro emoluméti percipi, nè sic quidem magistratibus aut principibus, qui sunt in eo loco, *det prædiũ, sed clericis vel agricolis. Sin autem aliqua improba calliditate vtentur, & ab agricola vel clerico agrum præses vel magistratus emerit, sic quoquè nullius sit mométi venditio, & episcopatui vel monasterio restituatur. Porrò episcopus vel monasterij præfectus qui hoc fecerit, exturbetur quidem episcopus ab episcopatu, monasterij verò præfectus à monasterio, vt qui malè dissipent quæ non congregauêre.

Can.39.

alius habet, *venundet

Can.13. *Magno supplicio digni sunt, qui monasteria prophanant.*

Quoniam per eam, quæ fuit propter peccata nostra in ecclesijs, calamitatem sacrosanctæ quædam ædes à quibusdam viris areptæ sunt, & episcopatus, & monasteria, & facta sunt communia diuersoria: si, qui ea quidem tenent, volunt reddere, vt in pristinum statũ restituantur, benè & pulchrè habet: Sin minùs, si sunt quidem sacerdotalis catalogi, eos deponi iubemus: sin auté monachi vel laici, segregari, ☞ vt qui sint condemnati à patre & filio & spiritusancto, & ponantur vbì vermis non moritur, nec ignis extinguitur: quia voci Domini aduersantur, quæ dicit: Nè facite domum patris mei domum negociationis.

Iohan. 2.

Can.14. *Non oportet citra manûs impositionem legere in sacro cœtu super pulpito.*

Dis.69. quoniã videm⁹.

Quòd ordo in sacerdotio versatur, est omnibus manifestum: & sacerdotij manuũ impositiones seruare Deo gratum est. Quoniam ergò videmus nonnullos à pueris cleri tonsuram accipientes, nondùm accepta episcopi manuum impositione, & in congregatione in suggestu legentes, & id non canonicè facientes, hoc à præsenti canone non fieri permittim⁹: hoc ipsum autem etiàm in monacho seruari. Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio monasterio etiàm soli vnicuique monasterij præfecto facere, si ipsi præfecto scilicet ab episcopo manus est imposita, qui fuit & ipse presbyter. Similiter & ex antiqua consuetudine chorepiscopos episcopi permissu oportet per manuum impositionem lectores creare.

Can.15. *Nè aliquis clericus in duabus collocetur ecclesijs.*

21.q.1.de cus.

Clericus ab hoc deincèps tẽpore in duabus ecclesijs non collocetur. hoc enim est negociationis & turpis lucri proprium, & ab ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim Domini voce audiuimus, nõ posse quempiam duobus dominis seruire. Vel enim vnum odio habebit, & alterũ diliget: vel vnum amplectetur, & alterum negliget. Vnusquisque ergò, vt vox est Apostolica, in eo, in quo vocatus est, debet manere, & in vna ecclesia assidere. Quæ enim propter turpe lucrũ fiunt in ecclesiasticis negocijs, ea à Deo sunt aliena. Ad huius autem vitæ vsum sunt diuersa studia: ex ijs ergò, si quis velit, ea quæ sunt corpori ad vsum necessaria, comparet. Dixit enim Apostolus: Vsui meo & ijs qui mecum sunt, subministrauerunt manus meæ. Et hæc quidem in hac Dei obseruatrice ciuitate. In ijs autem, quæ extrà sunt, locis propter hominum inopiam permittitur.

Matth. 1.Cor. Actor.

Can.16. *Non oportere virum sacerdotio præditum, sumptuosis vestibus amiciri.*

Omnis *iactantia & ornatus corporeus, est à sacerdotali ordine & statu alienus. Episcopos ergò vel clericos, qui se splendidis & insignibus vestibus exornant, se corrigere oportet: sin autem permaneant, supplicio tradi. similiter & eos, qui sunt vnguentis delibuti. Quoniam autem radix acerbitatis sursùm pullulans, fuit nostræ Ecclesiæ inquinamentum, Christianos scilicet accusantium hęresis, & qui eam susceperunt, nõ solùm imaginum picturas auersati sunt, sed omnem etiàm pietatem ac religionem extruserunt, in eos qui piè & honestè viuunt inuehentes, in eis impletum fuit quod scriptum est, Abominatio peccatorum, religio & verus Dei cultus. Si inuenti itaque fuerint nonnulli eos irridentes, qui vilem & modestum amictum induti sunt, pœna corrigantur. A superioribus enim vsque temporibus omnis vir sacerdotalis cum moderato & honesto indumento versabať. Quicquid enim non propter vsum, sed ostentatorium ornatum assumitur, in nequitiæ repræhensionem incurrit, vt ait Magnus Basilius. Sed nec ex sericeis texturis variatum quis vestimentum habebat, neque in vestimentorum * fimbrijs adiecta erant alieni coloris additamenta. Ex diuina enim

*βλα… 21.q.4.o… iactantia

Eccl.1.

*ἀκρα…

lingua

lingua audiêrunt, quòd qui mollia ferunt, sunt in ædibus regum.

Can.17. *Qui non habet, quæ ad perfectum ornatum pertinent, nè aggrediatur extruere sacellum.*

Quidam monachi suis mònasterijs relictis, vt qui imperare desiderent & parére recusent, oratoria ædificare aggrediũtur, cùm ea non habeant, quæ ad perfectionem pertinent. Si quis ergò hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab eius loci episcopo. Si quis autem ea habet, quæ ad perfectionem sufficiunt, quæ ab ipso deliberata sunt, ad finem deducantur. Idem autem seruetur in laicis & clericis.

Can.18. *Non oportet fœminas vitam degere in ædibus episcopalibus, vel in monasterijs virorum.*

1.Cor.10.

Sinè offensione esse etiàm ijs, qui extrà sunt, inquit diuinus Apostolus. Mulieres auté in episcopatibus vel monasterijs versari, est omis offensionis causa. Si quis ergò ancillam vel liberam in episcopatu possidere depræhensus fuerit, vel in monasterio ad ministerium aliquod obeundum, puniatur. Sin autẽ perseueret, deponatur. Si verò etiàm in suburbanis mulieres esse contigerit, & voluerit episcopus vel monasterij pręfectus illic iter facere, præsente episcopo vel monasterij pręfecto mulier eo tempore nullo modo ministerium obeat, sed alio in loco seorsùm degat, donèc recesserit episcopus, vt omnis repræhensionis occasio vitetur.

Can.19. *Vt sinè muneribus constitutiones sacerdotum, monachorum & monacharum fiant.*

Tanta execrabilis auaritiæ labes ecclesiarum præfectos inuasit, vt nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pij ac religiosi dicuntur, Domini mandati oblíti fallantur, & eos qui ad sacerdotalem ordinem & vitam monasticam accedunt, pecunijs admittant: & quorum reprobum est principium, vniuersum quoquè reijciendum est, vt ait magnus Basilius, nec Deo licet & mammonę seruire. Si quis ergò inuentus fuerit hoc facere, qui hoc facit, si sit quidem episcopus, vel monasterij præfectus, vel ex sacerdotali ordine, vel cesset, vel deponatur, vt vult 2. canon Chalcedonensis synodi. Sin autem monasterij præfecta, à monasterio extrudatur, & alij monasterio tradatur ad subiectionem. Similiter & monasterij pręfectus, qui presbyteri ordinationem non habet. De ijs autem, quæ dantur liberis à parentibus instar dotis: vel rebus suis proprijs oblatis, profitentibus ijs qui ea offerunt, esse Deo consecrata, statuimus vt siue maneant, siue exeant, ea in monasterio maneãt, vt fuit ipsorum professio, nisì is qui præest, in culpa fuerit.

Can.20. *Non oportet ex vno duplex fieri monasterium, & de duplicibus monasterijs.*

A præsenti statuimus nõ fieri duplex monasterium, quoniam hoc fit multis scandalum & offensio. Si qui auté volunt cum cognatis mundo renunciare, & vitam sequi monasticam, viros quidem oportet in virorum monasteria discedere, fœminas auté ingredi in mulierum monasteria. Hoc enim est Deo acceptum. Quæ auté hucusquè duplicia fuerunt, seruentur secundùm canonem sancti patris nostri Basilij, & secundùm eius constitutionem, quæ sic definit: In vno autem monasterio nè versentur monachi & monachæ. *Adulterium enim habet intercedentem conuersationem. Nec monachus liberè cum monacha loquatur, vel monacha cum monacho seorsùm confabuletur, nec cubet monachus in fœminarum monasterio, nec monacha seorsùm comedat. Et quandò quæ sunt vitæ necessaria à parte virorum ad regulares fœminas deferuntur, extra portam hęc accipiat monasterij muliebris præfecta cum aliqua anu monacha. Si autem eueniat, vt aliquam velit cognatam monachus adspicere, pręsente præfecta cum ea colloquatur exiguo & breui sermone, & mox ab ea recedat.

18. q. 2. definimus.

alius sic vertit: *lupanaria enim irrepunt in illam vitę cõiunctioné.

Can.21. *Non oportet monachos sua relinquere monasteria, & in alia migrare.*

Non oportet monachum vel monachã propriũ relinquere monasteriũ, & ad aliud se conferre. Si hoc autem contigerit, ipsum vt hospitem accipi est necessarium: sed eum recipi sinè mente monasterij præfecti non conuenit.

Can.22. *Oportet cum gratiarum actione & omni reuerentia monachos, si vsus venerit, cum mulieribus cibum capere.*

Deo quidem vniuersum dedicare, & non proprijs volũtatibus seruire, res magna est. Siue enim comeditis, siue bibitis, inquit diuinus Apostolus, omnia in Dei gloriam facite. Christus auté Deus noster in suis euangelijs iussit peccatorum principia resecare. nõ enim adulterium solùm apud ipsum punitur, sed etiàm cogitationis motus ad aggrediendum adulterium cõdemnatur, ipso dicente: Qui adspexerit mulierem ad concupiscendam ipsam, eam iam in corde suo adulterauit. Vndè nos quoquè edocti, debemus cogitatiões purgare. Etsi enim omia licent, non tamen omnia expediunt, vt à voce Apostolica docemur. Cuiuis ergò homini necesse est comedere vt viuat: & quibus est vita quidem matrimonij, & liberorũ, & laicæ constitutionis, permixtìm comedere

1. Cor.10.

Matth.18.

Matth.5.

1. Cor. 6. & 10.

 viros

viros & mulieres, est ab omni repræhensione alienum, si modò ei qui dat nutrimentū, gratias agant, non cum scenicis quibusdam studijs, siue satanicis cāticis & citharœdicis ac meretricijs vocib9: quos prophetica execratio persequitur, sic dicens: Væ qui cum cithara & psalterio vinum bibunt, Domini autem opera non respiciunt, & opera manuum eius non considerant. Et sicubì tales fuerint inter Christianos, corrigantur: sin minùs, aduersùs eos robur suum obtineant, quę ab ijs qui nos pręcesserūt, canonicè tradita sunt. Cui autem quieta est vita & solitaria, vt qui Domino Deo iugum monasticum tollere statuerit, in solitudine & silētio sedebit. Atquì nec ijs etiàm, ꝙ vitam sacerdotalem elegerint, licet omninò seorsùm cum mulieribus comedere, nisì vtiquè cum diuinis & religiosis viris ac mulieribus: vt ipsum etiàm conuiuium ad spiritalē correctionem adducat. Porrò idipsum etiàm in cognatis faciat. Si autem rursùs contingat, vt quæ sunt ad vsum necessaria, non afferat monachus vel sacerdos, & propter necessitatem velit siue in publico diuersorio, siue in alicuius domo diuertere, ei liceat hoc facere, vtpotè vrgente necessitate.

Esa. 5.

¶Post editionem canonum extat epistola, sic se habens:

IN OMNIBVS SANCTISSImo & beatissimo fratri & comministro, domino Adriano papæ veteris Romæ, Tharasius diuina miseratione episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ, in Domino gaudere.

Tharasij archiepiscopi Constantinopolis epistola ad Adrianum papam.

SVfficit quidem salutaris dispensatio magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi, ad pacem & concordiam omibus Christianis. Ipse enim *post resurrectionem à mortuis, apostolis suis inspirando dixit: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Qua de causa is qui raptus fuit in cęlum, & in paradisum ingressus, audiuit verba quę nō oportebat dici, Paulus inquam, Apostolus diuinus, omibus nobis testatus est, dicēs: Christus est pax nostra, qui omnia facit ex diuersis, & mediū parietem obstaculi dissoluens, inimicitiam scilicet de carne sua. Et iterùm ad Thessalonicenses scribēs, admonet: Igitur fratres state, & seruate traditiones, quas edocti estis, siue per verbum, siue per epistolas nostras. Sed posteà inueteratus hostis diabolus, Ecclesiam super fundamentum apostolorum & prophetarum per diuersa tempora, iuxta beneplacitum Dei ædificatam, non studuit non conuellere & interturbare, seipsum scilicet vi inferens per quosdam asseclas suos viros improbos, per quos etiàm zizania seminauit in hac eleganti terra ab apostolis exculta. Hi siquidem accepta à supernis potestate, in sulcis diuinæ efficacię seminatum frumentum reliquêre, quorum diuinā doctrinam arripientes patres nostri admirandi, zizania quidem extirpârūt, nimirùm hęreses & nupas vaniloquētias radicitùs vsq; euellētes, & dimisêre messem puram Ecclesiæ. Vestra igitur Deo decens sanctitas horum adhærens doctrinis, & ab ipsis veritatis sermonem accipiens, turbas illas spinosas nunc pullulantes, adiungente se tibi Imperatorum fidelissimorum synceritate, extirpare machæra spiritussancti satagit. Misisti enim nobis postulantibus viros concordes, & dignos Apostolica sede sancti Petri, quos ad se missos Imperatores nostri syncerissimi humaniter suscipientes, ad nos iusserunt ꝓficisci, à quibus postquàm literas sanctitatis tuæ accepissemus, easque legissemus, adduximus ad sanctos & reuerentes viros Ioannem & Thomam verbo & cognitione vobiscum sentientes, qui eisdem temporibus, vnà cum varijs episcopis, zelo Dei & voluntate huc se ad sacram synodum, iubentibus & volentibus etiàm syncerissimis Imperatoribus, contulerunt. Verùm nos ante annum sedem colligere synodi statueramus, cùm improbi aliquot homines, & quorum mentes insania tumultuabantur, turbam in nobis cientes, cathedram prohibuerunt. Quamobrem coacti sumus integrum annū à proposito nostro desistere, nihilq; quod ad eam rem attinebat, tentare. Tempore deindè succedente, iterùm venerabiles isti episcopi in splendida metropoli Nicea prouinciæ Bithyniæ, Imperatorum nostrorum mandato congregati sunt. nos autem accipientes comites itineris & venerandos viros legatos vestros, & vicarios quoquè Orientis, ad ipsam metropolim venim9, & omibus sedentibus, eligere caput, nempe ipsum Christum, visum est. Iacebat autem in sacro throno euangelium sanctum, quod omnibus nobis qui conuenerant, Iustum iudiciū iudicate, Iustitiam pro sancta Dei Ecclesia administrate, proclamabat. Itaque prærogatiua quadam literas sanctitatis tuę primo loco legi iussimus, & eramus quidem tunc omnes velutì in regio conuiuio epulis spiritûs intenti, quòd tali conuiuio animi nostri recrearentur. Pedesque nostri in viam rectam veritatis per te ducebantur. Sic confracta membra in vnum corpus componebantur, sic vera concordia reualuit, sic catholica Ecclesia in vnionem est collecta. Post illas autem literas, legimus quoquè eas quæ ex Oriētalibus diœcesibus nobis missæ fuerant: atque ità patrum traditionis lumen acriùs exactiusque resplenduit, & vis veritatis clarior fortiorque euasit. His se ità habētibus, ab omibus nobis qui diuina voluntate cōueneramus, confessa est vera, & calumniæ expers confessio, quæ & à nobis ad vos missa est. Per relationem itaq; nostram pijs Imperatoribus nostris omnes hęreticæ prauitatis principes, quiq; eos insequūtur, prophanatione & execratione condemnati sunt, propterea ꝙ sanctā catholicā Ecclesiā iniuria affecerint: nec verò illi tātùm, qui in hac vita in eadem opinione manēt, sed etiàm qui vitā turpiter & peruersè proiecerūt. Sed quidam eorum adhuc præsentes, salutē suam per scriptos libellos cōfessi sunt. Neq; Christus Deus noster, petra scilicet in qua fixi sumus, vestē illā desupèr cōtextam, ipsam nimirùm catholicā, à se & super se ędificatā, Ecclesiam suam, diuisam & disruptam diutiùs pati potuit, neque membra huc illucq; dispersa diutiùs diffundi sustinuit. sed simul cum veteribus hęresibus errorem nouę prauitatis iconoclastarum, qui contra venerandas imagines rabiem suam exercuerūt, verbo gratię suæ subuertit, & machęra spiritûs execuit. Abūdè aūt instructi sumus & experientia cognouimus, veritatem super omia posse & valere. Quicqd illi repugnat, id tandèm semper cedit, & aciē relinquere cogitur. Ipsa est omnium fortissima, ità vt facilè quosuis inimicos superet, & repugnantium phalāgas dissipet. Eccè enim falsiloquorum & mēdacium labia compressit, tenebrę absurdarum blasphemiarum cessârūt, pulchritudo veritatis dogmatū resplēduit. Iam oīs hęretica blasphemia eiecta est, & ꝓpulsata. Ecclesia proprium ornatū recepit, requiem ex immēsis laborib9 inuenit. Veritas est inconcussa & inexpugnabilis, aduersùs quam portæ inferorū & infidelitatis non pręualebunt: quēadmodùm ex ore Dñico audiuimus, & gaudio repletū est os nostrū, & lingua nostra exultatione. Gauisi autem sum9 in ecclesia cui præsidemus, iuxta Dei volūtatem. Hæc igit̄ facta sunt, Christo Deo nostro, qui super omnes est, rem procurante, auxiliantibus etiàm orthodoxis & fortissimis nostris Imperatoribus. Ipsi enim omnibus in locis venerandas imagines restituerunt, cùm in sacris tēplis, tum etiàm in portis regiarum, quibus Deus præmium, exaltando cornu Imperij illorum, ad pacem Ecclesiæ suæ, & salutem omnium nostrorum Christianorum, cuius nomen sit benedictū in secula seculorum, Amen.

for. *ante

Ioan. 14. d

2. Cor. 12.

Ephes. 2. c

2. Thess. 2. d

Ioan.

Ioan. 19. e

3. Esdr. 3. Veritas vincit.

Psalm. 125.

FINIS.

CANDIDO LECTORI FRATER LAVRENTIVS SVRIVS S.

ANno 1549 prodijt in publicum opus quoddam sub Caroli Magni nomine contra alteram Nicenam Synodum. In illud opus qui præfatus est, Eli. Phili. se nominat, vt Oedipus quidam necessariò adhibendus sit, qui id nominis nobis interpretetur. Deindè neque nomē typographi, neque loci vbi excusum sit, vspiàm apparet. Itaque velimus nolimus, fraudē hîc aliquā vel ob hæc ipsa suspicari cōpellimur. Scilicet iā demùm post tot secula sanctus ille rex & Romanæ sedis atque catholicæ fidei obseruantissimus, cogitur esse iconomachus, idque obscuri cuiusdam homuncionis fraude, qui nec nomē suū exprimere ausus est. Dici vix potest, quanti hoc scriptum faciant hæretici ætatis nostræ, & tamen vel solo hoc opere ipsi mirabiliter confutantur, atque adeò pudefiunt, vt prorsùs iacere necessè sit, quicquid ipsi hactenùs cōtra Romanæ sedis fidem & authoritatē nobis pro Euāgelio obtrudere ausi sunt. Nā ipsius statìm primi libri (quatuor enim libris opus hoc constat) capite sexto oēs fidei quæstiones Romanæ fidei deferēdæ asserūtur, quippe quæ nō vllis synodicis cōstitutis (vt eius verbis vtar) cæteris ecclesijs prælata est, sed ipsius Dñi authoritate primatū tenet. Quod cùm sit verissimū, ruunt omnia tum huiusipsius pseudocarolini libri, tum hæreticorum nostri temporis dogmata, quæ ab huius sedis fide discordant. Et tamen Eli. Phili. qui in hoc opus præfatur, ait nos in tāti principis sententiam debere intrepidè pedibus ire, nec aduertit se instar phrenetici portare funē quo ligetur. Sed fefellit eum, quòd putauit Romanum pontificem etiàm malè sensisse de veneratione imaginum, & in eadem fuisse cum hoc Pseudocarolo sententia. At tamen quia verebatur, nè quandoquè aliquid prodiret in lucē, quo eius conatus detegeretur, nomē suū apponere noluit, immò nec loci, nec typographi. Sed absit à Petri cathedra, vt vlli vnq̄ hæretico dogmati suffragata sit. Habet ea sedes inuiolatæ fidei per omnes seculorū successiones laudē cōstantem atq; perpetuam, nec potest effectu frustrari suo illa Christi precatio, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Habuit ergò etiàm illo tempore, quo hoc Pseudocaroli opus editum est, pontificem Adrianū, qui tantum abest vt Iconomachis assenserit, vt etiàm prolixè hūc ipsum Pseudocarolinum librum confutârit. Quod scriptum tanti pontificis ex Gallijs ad nos missū, & pulcherrimis iam olìm characteribus in mēbranis exaratum, licèt aliquot locis mancum & mutilū, iam primùm tibi Lector candide cōmunicamus, ex quo certò discere poteris, non Caroli Magni Christianissimi regis hoc esse opus, quod sub eius nomine deplorati homunciōes ediderūt, sed aliorum quorundā, qui illud Carolo nuncupâsse aut saltem misisse videntur, porrò ab ipso Carolo missum esse ad Adrianum pontificem, cuius Carolus erat longè amātissimus & obseruātissimus, & ab eo esse cōfutatum, quod Carolus hauddubiò petijsse videtur. Et vt minùs dubites Adriani

Luc. 22.

esse scriptũ isthuc, in Iuonis Decreto aliquot capita offendes parte quarta, quæ & nomen Adriani præferunt, & cum numero capitum ad amussim concordant. Sunt autem docti viri, qui putent in quadam bibliotheca opusculum hoc Adriani integrum haberi, sed necdùm ad r:m certã peruenire potuimus. Quòd autem aliquot locis mancum et mutilum sit, vt iam diximus, res ipsa indicat, et potest etiàm tum ex Pseudocarolo, tum ex Iuonis decreto animaduerti. Nec mouere quẽquam debet, quòd in primo statim capite sic Tharasium defendit, vt videatur cum Græcis sentire, spiritum sanctum à patre solo procedere: (sic enim maleuolus aliquis cauillari forsan posset) nam reuerà catholicam tuetur sententiam, vt facilimè ex ijs potest locis intelligi, quos non paucos ex patribus adducit: nec mens illius fuit Tharasium tueri, nisi quatenùs à Catholicæ Ecclesiæ doctrina neutiq̃ ille discreparet. Aliquot prætereà locis alijs lector nasutus in eo forsan desiderabit dictionis elegantiam et neruos maiores: sed meminisse talis debet eum scribere more seculi sui, nec deesse orationi illius neruos, si sit lector attẽtus. Nam plerunquè dum nõ satis aptè aduersarijs respondere imperito lectori videri potest, eos tanquàm aliud agẽs egregiè flagellat. Certè interdùm et calumniari eos dicit, et imperitiæ eos arguit, quod nobis certissimo documẽto esse potest, eum non Carolo regi, sed alijs, vtpotè Pseudocarolini libri authoribus, ea respõdere seueritate, cùm erga Carolum in ipsa p̃fatione et alibi summam declaret modestiam, amorem et beneuolentiam. Possem hoc loco adferre, q̃ ad Lateranense concilium sub Stephano 3. Romæ celebratũ contra Iconomachos, idem Carolus 12. episcopos misit, è quibus vnus fuisse videtur Herulphus, cuius in hoc scripto Adrianꝰ mentionẽ facit: tum p̃tereà q̃ synodo Nicenæ idẽ Adrianus per suos legatos p̃sedit, quod Carolũ latere nõ potuit, et pleraq; alia, q̃ plùs satis arguũt, nimis impudẽter Carolo adscribi hoc opus, quo Nicena synodus impetitur. sed hæc aliũ habebunt locũ opportuniorẽ. Tu iam, Candide lector, ad ipsum Adriani scriptũ euoluendũ accede, et ex eiꝰ lectiõe, quãta sit fidei Catholicæ constãtia, tum q̃ hæreticorũ leuitas & vanitas, diligẽter obserua.

ADRIANI PAPAE AD

CAROLVM REGEM DE IMAGINIBVS SCRIPTVM,

quo confutantur illi, qui synodum Nicenam 2. oppugnârunt, qui liber falsò adscriptus est Carolo Magno.

DOMINO EXCELLENTISsimo filio, nostroq; spirituali compatri Carolo regi Francorum, et Longobardorum, ac patricio Romanorum,

ADRIANVS PAPA.

Hoc loco spatium vacabat in manuscripto, apparetque quędã deesse.

DOMINVS ac redemptor noster, qui prouido suo cõsilio author est, dignatus est de cælis ex sinu patris descendere*

Gregorius li. 4. epist. 37.

*Euangelium sciẽtibus liquet, quòd voce Dominica sancto & omniũ apostolorum principi Petro claues regni cęlorum, & totius Ecclesiæ cura cõmissa est. Ipsi quippe dicitùr: Petre, amas me? pasce oues meas. Ipsi dicitur: Eccè satanas expetiuit cribrare vos sicut triticũ, & ego pro te rogaui, Petre, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquãdò conuersus, confirma fratres tuos. Ipsi dicitur: Tu es Petrus, & super hãc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præualebunt aduersùs eam. & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatũ & in cælo: & quodcunque solueris super terram, solutum erit & in cælo. Eccè cura ei totiꝰ Ecclesię & principatus committitur. Et ipse vices suas vicarijs suis pontificibus relinquere dinoscitur Ecclesiæ curam gerendi. Nam etiàm claues regni cælestis accepit, & potestas ei ligãdi & soluẽdi tribuitur. Vndè fidutialiter freti existimus, quòd si vestra à Deo pręfata regalis excellentia, erga eius sanctam catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, & nos, vt cœpit, vsq; in finẽ in amore & dilectione fideliter extiterit, nõ solùm eam ab omi peccati macula abluẽs eripiet, sed etiàm in hoc mũdo sup oẽs barbaras gẽtes cum ea cõmitẽtes suffragijs suis victorias tribuet immẽsas, insupèr & regnũ cęlorũ sinè fine. Pręthereà directũ à vestra clemẽtissima p̃celsa regali potẽtia, fidelẽ familiarẽ vestrũ, videlicet Engilbertũ Abbatẽ & ministrũ capellę, q penè ab ipsis infantię rudimẽtis in palatio vestro enutritus est, & in omibus cõsilijs vestris receptus: & ideò sicut à vobis in omi familiaritate recipiẽ, ità & à nobis recipereẽ & condecẽter honorareẽ. Vndè pro nimio amore, quẽ erga vestrã mellifluã gerimus regalẽ excellentiã, sicut misistis cũ nimio amore dulcedinis eximię, eũ suscipiẽtes, p̃ut voluit, & qualiter voluit, cũ magna familiaritate nobis enarrãtẽ aure placabili & mẽte benigna eum suscepimꝰ, & quasi vestra corporali excellẽtia nobis narrãte, nostrũ ei patiẽtiùs credidimꝰ consiliũ, ad profectũ sanctę nr̃ę Romanæ Ecclesiæ, & vestrę à Deo p̃tectę regalis potẽtię exaltationẽ. Inter q̃ edidit nobis capitulare aduersùm synodũ, q̃ p̃ sacrarũ imaginũ erectiõe in Nicea acta est. Vndè pro vestra melliflua regali dilectiõe p vnũquodq; capitulũ respõsum reddidimꝰ: nõ quẽlibet, absit, hoĩem defendẽtes, sed olitanã traditionem

Iohan. 21.
Luc. 22.
Math. 16.

Capitu- vocat- librũ, q- sub no- Caroli- gni fals- edidere- retici.

onem sanctæ catholicæ & Apostolicæ Romanę Ecclesię tenẽtes, priscã p̃decessorũ nostrorum sanctorum pontificum sequimur doctrinam, rectæ fidei traditionem modis omnibus vindicantes.

IN ACTIONE TERTIA.

Cap. I.

IN primo quidem capitulo ferebatur, in eo quod dicit, Et in Spiritum sanctũ Dominum ac viuificatorem, ex patre per filiũ procedentem.

REPRAEHENSIO. Quòd Tharasius non rectè sentiat, qui spiritum sanctum non ex patre & filio, secundùm Niceni symboli fidem, sed ex patre per filium procedentem, in suæ credulitatis lectione profiteatur.

Quatenùs dicat Spiritum sanctus à patre per filium procedere, vide apud S. Tho. in Summa par. 1. quæst. 36. artic. 3.

RESPONSIO. Hoc dogma Tharasius nõ per se explanauit, sed per doctrinã sanctorũ patrum confessus est: quorum capitula pro vestro nimio amore, quod erga vestram p̃ecellentissimam à Deo protectam regalem excellentiam gerimus, breuiter exaramus: s. sancti Athanasij de Apparitione Domini in carne, inter cætera: Et propter hoc insufflat in facie apostolorum, dicens: Accipite spiritum sanctum: vt cognoscamꝰ quia de plenitudine Deitatis est, qui dabatur spiritus discipulis. In Chr̃o em̃ (inquit) habitat, hoc est, in carne eius, omnis plenitudo Deitatis corporaliter, sicut & Euangelista Iohannes dicit: Nos oẽs ex plenitudine eiꝰ accepimꝰ. Corporali em̃ specie sicut colũba apparuit Spiritussanctus descendens, & manens sup eũ. In nobis etenim primitiæ & pignus Deitatis inhabitat, in Christo aũt omnis plenitudo Deitatis. Et nè q̃s arbitreẽ, q̃a quasi nõ habens ipse accipiebat: ipse em̃ sibi desupèr mittebat sicut Deꝰ, & ipse sibi deorsùm suscipiebat, sicut homo. Ab ipso ergò in ipsũ descẽdebat, ex Deitate eiꝰ, in humanitatẽ eius. Et post plura: Manifestũ est, q̃a p ipsum omnia fecit pater. per ipsum ergò eũ suscitat, per ipsum eũ sanctificat, & per ipsum eũ exaltat, & per ipsum vitam dat.

Iohan. 20.
Colos. 2.
Iohan. 1.
Luc. 3.

Itẽ eiusdẽ S. Athanasij de virginitate, inter cætera: Et in spũm sanctum, q in patre & filio existẽs, q à patre emittiẽ, & p filiũ daẽ.

Itẽ de Historia Ecclesiastica lib. 7. Eusebij Cęsareẽsis, post plura: Gregorij martyris & Episc. Neocæsareæ fides: Vnus Deꝰ pater verbi viuẽtis, sapiẽtiæ subsistẽtis & virtutis suæ & figuræ, p̃fectus p̃fecti genitor, pater filij vnigeniti. Vnꝰ Dñs, solꝰ ex solo, figura & imago Deitatis, verbũ p̃petrans, sapiẽtia cõp̃hendens oĩa, & virtꝰ qua tota creatura fieri potuit. Filiꝰ verꝰ veri, & inuisibilis ex inuisibili, & incorruptibilis ex incorruptibili, & immortalis ex immortali, & sempiternus ex sempiterno. Vnꝰ spũs sanctꝰ, ex Deo substãtiã habẽs, & q p filiũ apparuit, imago filij p̃fecti, p̃fecta viuentiũ causa, sanctitas sanctificationis p̃statrix, p quẽ Deus sup oĩa & in oĩbus cognosciẽ, & cætera. Et nõ solùm historiographus iste hanc memorat S. Gregorij fidem, sed & maximus prædicator sanctꝰ Gregorius Nyssenus in sermone Gręco mirificè atque splendidè ea explanauit, qualiter & à quibus eidem sancto Gregorio disposita atque ostensa & visa est.

Fides Gregorij Taumaturgi.

Hilarius.

Item sancti Hilarij ex libro 8. de fide, inter cætera: Cùm spiritus sanctus, qui & spiritus Christi, & spiritus Dei est, res naturæ esse demonstretur vnius, quęro igitur, quomodò non ex natura vnum sunt? A patre p̃cedit spiritus veritatis, à filio mittitur, & à filio accipit, sed omnia quæ habet pater, & filius. Et idcircò qui ab eo accipit, Dei spiritus est, sed idẽ & spiritꝰ Christi est. & post pauca: Est enim in nobis spiritus Dei, sed & est in nobis spiritus Christi: & cùm spiritus Chr̃i inest, inest spũs Dei. Ità cùm quod Dei est, & Christi est, & cùm quod Christi est, Dei est, nõ potest aliud quid diuersum Christus esse, quàm Deus est. Deus igitur Christus est, vnum cum DEO Christus: & illud euangelicum: Ego & pater vnũ sumus &c.

Ioan. 10.

Basilius.

Item de Epistola sancti Basilij ad Amphilochiũ episcopũ Iconij, infra cætera: Vnum idem & spiritum sanctum, & ipsum in vnitate dictum per vnum filium vni patri coniunctum, & per ipsum complens superlaudabilem & beatã Trinitatem. & post pauca: Enimuerò vna Dei scientia est, ab vno spiritu p vnum filium in vno patre. Et iterùm: Naturalis bonitas & secundùm naturalem sanctificationem, & regalem dignitatem ex patre per vnigenitũ in spiritũ p̃transit, &c.

Ambrosius lib. 1. ca. 3.

Item S. Ambrosij ex libro 1. de spiritu sancto, inter cætera: Vos autem baptizabimini in spiritu sancto. & post pauca: Vnitas ergò operationis, vnitas prædicationis, quæ non potest separari. Quòd si hoc loco separatur spiritus ab operatiõe patris & filij, q̃a dictũ est, Ex Deo oĩa, &, Per filiũ oĩa, ergò & ibì, q̃a Apostolus de Christo dixit, Qui est sup omnia Deus benedictꝰ in secula, nõ solùm eum creaturis oĩbus, sed etiàm patri, quod dictu est nefas, p̃tulit. sed absit. Nõ enim inter oĩa pater, nõ inter plebẽ quandã creaturarũ suarũ. Subtèr creatura oĩs, suprà diuinitas patris, & filij, & spiritussancti. Illa seruit, hęc regnat: Illa subiacet, ista dñatur, &c.

Rom. 9.

Greg. Nazianzenus.

Item S. Gregorij Theologi de secundis Epiphanijs, inter cætera: Nobis aũt vnꝰ Deꝰ pater, ex quo omia: & vnus Dñs Iesus Christus, p quẽ omia: & vnus spiritus sanctus, in quo omnia. Hoc ipso aũt quod dicimꝰ, Ex quo, & p quẽ, & in quo, nõ naturã secamus, neq; em̃ præpositionũ syllabæ mutatæ, naturæ veritatẽ mutabũt: sed vnius naturę sui cuiusq; nominis p̃prietatẽ designat. Quod manifestissimè indicaẽ ex eo, quòd rursùs in vnũ reuocatur ista ipsa diuersitas: si q̃s tñ non transitoriè apud ipsum Apostolũ legat illud quod scriptum est, cùm dixit: Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia. & addidit, Ipsi gloria in secula seculorum.

Rom. 11.

Extat hic sermo inter eos, q̃ separatim editi sunt Louanij anno 1564.

Item S. Augustini ex Sermone de ascensione Domini inter plura: Dedit in terra cõspicuus, & proximis proximus spititum sanctum, insufflando in faciem eorum: & ab hac maximè charitate, quæ in cælis est, de cælo misit spiritum sanctum. Spiritum sanctum accipe in terra, & diligis fratrem: accipe de cælo. & diligis Deum: quia & in terra quod accepisti, de cęlo est. In terra Christus dedit, sed de cælo est, qui dedit. Ille enim dedit, qui de cælo descendit, &c.

Eiusdem S. Augustini de Pentecoste inter cętera: Desinant nanq; insipientes blandiri nobis q́ue dicere, Quid accepturi sum⁹ cùm vobis accesserim⁹, cùm iam nos baptismum Christi habere fateamini? Respõdeamus eis: Habetis baptismum Christi, venite vt habeatis & spiritum Christi. Timete quod scriptum est: Quisquis autem spiritũ Rom.8. Christi nõ habet, hic non est eius. Induistis Christum forma sacramenti, induite imitatione exempli.

Et eiusdem S. Augustini libro 4. de Trinitate, inter cætera: Nec possumus dicere, q̃p spiritus sanctus & à filio non procedat. neque enim frustrà idem spiritus, & patris & filij spiritus dicitur. Neque video quid aliud significare voluerit, quòd sufflans ait, Iohan.20. Accipite spiritum sanctum. Neq; enim flatus ille corporeus, cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore, substantia spiritûs sancti fuit: sed demõstratio per cõgruam significationem, nõ tantùm à patre, sed & à filio procedere spiritum sanctum. Quis enim dementissimus dixerit, alium fuisse spiritum, quem sufflans dedit, & alium quem post ascensionem suam misit? Vnus 1.Cor.12. enim spiritus est, spiritus Dei, spiritus patris & filij, spiritus sanctus, qui operatur omnia in omnibus, &c.

Item eiusdem S. Augustini in libro 15. de Trinitate inter cætera: De vtroque autem p̃cedere sic docetur, quia ipse filius ait, De Iohan.15. patre procedit. Et cùm resurrexisset à mortuis, & apparuisset discipulis suis, insufflauit & ait, Accipite spiritum sanctum: vt etiàm eum de se procedere ostenderet. Et ipse Iohan.20. est virt⁹, quæ de illo exibat, (sicut legitur in euangelio) vt sanabat omnes. Et post pauca: Hoc significans Dominus Iesus, bis dedit spiritum sanctum: semèl in terra, propter Luc.6. dilectionem proximi: & iterùm de cælo, p̃pter dilectionem Dei.

Anathematismo 9. Item de sententia S. Cyrilli inter cætera: Si quis eum, qui vnus est, Dominum Iesum Christum glorificatum esse à spiritu sancto, tanquàm aliena potentia, qua per eum operari posset aduersùs immundos spiritus, & per eum implêsse diuina signa, & non magis proprium eius esse spiritum dicat, p̃p quẽ signa operatus est, anathema sit, & cætera.

Idem eiusdem S. Cyrilli ad Iohannẽ Antiochenum inter cætera: Nè transferas ter- Deut.19.

minos æternos, quos posuerunt patres tui. Non enim erant ipsi loquentes, sed spiritus Dei & patris qui procedit quidem ex ipso, non est autem à filio alienus secũdùm essentiæ rationem. Et ad hoc nos sanctorum, qui mysteria tradiderunt, dicta confirmant. In Actibus enim apostolorum scriptũ est: Ve- Act. nientes autem circa Mœsiam, tentabant ire in Bithyniam, & non eos permisit spiritus Iesu. Scribit etiàm & venerabilis Paul⁹: Qui Rom autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius, &c.

Item S. Cyrilli de spiritûs cultura, ex libro primo inter cætera: Sicuti est Dei & patris simul & filij substantialiter, ex vtroque, videlicet ex patre per filium, procedente spiritu, & reliqua.

Item eiusdẽ S. Cyrilli ex libro Acclamatorio ad Theodosium Imperatorem, inter cætera: Itaque etsi dicetur vbicunquè viuificare pater, operatur hoc omninò per filiũ spiritu sancto, &c.

Item ex epistola encyclia siue Synodica S. Leonis Papæ, ad Flauianum archiepiscopũ Constantinopolitanum directa, inter cætera: Ideò & clausis ad discipulos ianuis introiuit, & flatu suo dabat spiritum sanctum, & donato intelligentiæ lumine, sanctarum scripturarũ occulta pandebat. & reliqua.

Item ex Sermone eiusdem S. Leonis præcipui doctoris de Pentecoste, inter cætera: Omnes ergò, dilectissimi, qui in Dominum Iesum crediderant, infusum sibi habebant spiritum sanctum, & remittendorum peccatorum etiàm tunc apostoli acceperũt potestatem, cùm post resurrectionẽ suam Dominus insufflauit, & dixit: Accipite spiritũ sanctum. quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt, &c.

Vndè & egregius prædicator atque mellifluus doctor S. Gregorius papa in 26. sancti Euangelij Homilia, inter cætera inquit: Cùm venerit Paracl⁹tus, quem ego mittam Iohan vobis à patre. Si enim mitti, solummodò incarnari deberet intelligi, sanctus p̃culdubiò spiritus nullo modo diceretur mitti, q̃ nequaquàm incarnatus est. Sed eius missio, ipsa processio est, qua de patre procedit & filio. Sicut itaque spiritus mitti dicitur quia procedit, ità & filius non incongruè mitti dicitur, quia generatur. Hoc cùm dixisset, insufflauit & dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Quærẽdum nobis est, quid est quòd spiritum sanctum Dominus noster & semèl dedit in terra consistens, & semèl cælo præsidens.

Item eiusdem S. Gregorij Papæ ex libro 27. super Iob, inter cætera: De quo Ioannes dicit, Omnia per ipsum facta sunt: ità etiàm Ioan os

os dicitur, àc si oris nomine patenter diceretur verbum, sicut nos quoquè pro verbis linguam dicere solemus, vt cùm Græcã vel Latinam linguam dicimus, Latina vel Græca verba monstremus. Os ergò Domini nõ immeritò ipsum accipimus, per quem nobis omnia loquitur. Hinc est enim, quòd propheta ait: Os enim Domini locutum est hæc, &c. Sed & sancta catholica & apostolica Ecclesia ab ipso S. Gregorio papa ordinem Missarum, solenitatum, orationum susc̃ipiens, plures nobis edidit orationes, vbi spiritum sanctum per Dominum nostrũ Iesum Christum infundi, atque illustrari & confirmari nos suppliciter petere docuit. Item S. Sophronij, cui⁹ orthodoxa dogmata in sancta sexta Synodo venerantur, inter plurima: Omnia enim per vnigenitum filiũ pater in sancto fecit spiritu, quæ vt sapienti prouidentia continet, vt Deus suis operib⁹ præsidens, &c.

IN EADEM ACTIONE.

VTrùm Theodorus Archiepiscopus Hierosolymorum rectè sentiat, qui cùm patrem sinè principio penitùs & sempiternũ se credere dixit, filium (nescio sub qua ambage verborum) nõ aliud principium quàm patrem agnoscentem, & ex ipso subsistentiam habentem, professus sit.

Iste Theodor⁹ patriarcha Hierosolymorum, cum cæteris præcipuis patriarchis, videlicet Cosma Alexandriæ, & Theodoro alio Antiochię, dudùm prędecessori nostro sanctæ recordationis quõdàm Paulo papæ, miserunt propriam eorum rectæ fidei Synodicam: in qua & de sacratissimis imaginibus subtili narratione, qualiter vnà cum nostra sancta catholica & Apostolica vniuersali Romana Ecclesia ipsi vel cæteri Orientales orthodoxiæ episcopi & Christian⁹ populus sentiunt, & in earundem sanctarum imaginum veneratione syncero mentis affectu feruentes in fide existunt, studuerunt intimandum. Quam Synodicam in Latino interpretatam eloquio prædecessor noster quondàm sanctissimus dominus Stephan⁹ papa in suo Cõcilio, quod & ipse pro sacris imaginibus vnà cũ diuersis episc. in partibus Franciæ seu Italiæ fecit, susc̃ipientes ac relegẽtes placuerunt, tam de diuersis Francorum patrum testimonijs, quàm de symbolo fidei, vbi fati sunt, dicẽtes: Si quis aliũ terminum fidei, siue symbolum aut doctrinam habet, præter quod traditum est à sanctis magnis & vniuersalib⁹ sex synodis, & confirmatum est ab his sanctis patribus, qui in eis conuenerunt, & non adorat imaginem siue figurã Domini nostri Iesu Christi, neque humanationem eius confitetur, sicut qui descẽdit & incarnatus est propter genus humanum: talem impium anathematizamus, & alienũ extraneumq́; deputam⁹ sanctæ catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ: & cætera, quæ longum est enarrari. Et ideò p̃dictus Theodor⁹ archiepiscopus taliter, p̃fessus est, sanctorum patrum sequẽs doctrinam: id est, S. Hilarij Pictauiensis episcopi ex libro primo cõtra hæresim Arrianorum, inter cætera: Ità verò natum esse, vt semper fuisse manifestemus: sicq́ue in eo non innascibilitatis exceptio, sed natiuitatis æternitas, q̃a & natiuitas authorẽ habeat, neq; careat æternitate Diuinitas, &c. Itẽ eiusdẽ S. Hilarij ex lib. xj. de fide, inter cætera: A nobis benè intelligiẽ & creditur. nam ipsa sermonum enunciatione cùm natum confitemur, nõ tamen nõ natũ prędicamus. Neque enim idipsum est non natum, atque nasci: quia illud ab altero, hoc verò à nomine est: & aliud est, sinè authore semper esse æternum, aliud quod patri, i. authori est cõeternum. Vbi enim pater author est, ibi & natiuitas est. At verò vbi author æternus est, ibi & natiuitatis æternitas est: Quia sicut natiuitas ab authore est, ità & ab æterno authore æterna natiuitas est, &c.

Itẽ S. Gregorij, q. & Theologi, in Sermone de Epiphania, inter cætera: Pater ergò pater est sinè initio. nõ enim est aliud aliquid, vndè pater est. Filius, filius est, sed nõ absq; initio. de patre enim est. Si verò temporale spectas initium, & ipse sinè initio est. Creator nanque est temporum, & non ipse initium sumit ex tempore. Spiritus sanctus, verè spiritus sanctus est, procedens quidem ex patre, sed non & ipse filius. non enim generatur, sed procedit, &c. Item eiusdem ex libro vj. de S. Trinitate, inter cætera: Quomodò ergò Deus de DEO, lumẽ de lumine? Non enim simul ambo, Deus de DEO, sed solus filius de DEO, scilicet patre: nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre &c.

Itẽ S. Sophronij archiepiscopi Hierosolymorum ex Synodica eius, quæ oblata est in sancta sexta Synodo, inter cætera: Credo igitur beati, secundùm quod à principio credidi, in vnum DEVM patrem omnipotentem, sinè principio penitùs & sempiternũ, omniũ visibiliũ atque inuisibiliũ factorẽ. Et in vnũ Dñm Iesum Christum, filium DEI vnigenitum, qui sempiternè & impassibiliter ex ipso natus est DEO & patre, & non aliud principium quàm patrem agnoscentem. Sed nec aliundè quàm ex patre, ipsam subsistentiam habet: lumen de lumine, consubstantialem, DEVM verũ de Deo vero, sempiternũ. Et in vnũ spiritũ sanctũ, q̃ sempiternè à Deo patre procedit, lumẽ & Deũ & ipsum agnoscendũ, &c.

IN SEXTA ACTIONE. Cap.3.

QVòd idem Tharasius non rectè spiritum sanctum contribulem patri & filio dixerit, cùm sufficeret dicere coeternum, consubstantialem, eiusdemq́ue essentiæ & naturæ. Repręhẽsiõ

Hoc

Hoc loco numerus capitum non cohæret, sed interrumpitur: & certè ex ipsa Responsione appáret aliam præcessisse Reprehensionẽ, cui hîc respondetur. Poterant hæc facilè sarciri, si plura ad manum exemplaria fuissent. Videtur autem hîc deesse capita vndecim.

Responsio. Item ipse S. Sophronius: Et quoniam piurauit. Oportebat enim illi mentientem periurare eum. Ex malorum electione melius erat vtiliora eligere, &c.

Item ex D. Augustino in præfatione in psalmum 31. inter cætera: Debemus nulla opera præponere fidei, id est, vt ante fidem quisquam dicatur benè operatus. Ea enim ipsa opera, quæ dicuntur ante fidem, quanuis videantur hominibus laudabilia, inania sunt: & ità mihi videntur esse, vt magnæ vires & cursus celerrimus præter viam. Nemo ergò cõputet bona opera sua ante fidẽ &c.

IN ACTIONE QVARTA.

Cap.15. Reprehẽsio. QVòd non propter eos scriptum sit, q imagines adorare contemnunt, sicut illi dicunt qui eas adorant, quod in

Psal.73. psalmo legitur, Quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis?

Responsio. Veraciter propter hæreticos hæc dixerunt, sicut beatus Augustinus in eiusdẽ psalmi explanatione inquit: Quanta malignè operatus est inimicus in sanctis tuis, in his quæ sancta tua erant, id est, in templo, in sacerdotio, in illis omnibus sacramentis, quæ illo tempore fuerunt &c. Similiter & nunc ampliora mala inimici sanctæ catholicę & apostolicæ Ecclesiæ malignantes aduersùs olitanam orthodoxamque traditionem p sacris imaginibus, depositione ad nihilum redacti sunt.

Item S. Gregorij Nazanzeni, qui & Theologi, in Sermõe de Philosopho Irone, inter cetera: Quomodò enim non gloriabantur? quomodò enim non polluerunt templum sanctum superuentionibus multimodis? Et in omnibus malis principabatur quidem vir impius & iniquus, & neque nomen Christianitatis circunferens &c.

IN ACTIONE QVINTA.

Cap.16. Reprehẽsio. QVòd epistola, quam ille sancti Simeonis Stilitæ dicunt, missa ad *Iustinianum Imperatorem, multùm distet à

*Iustinum diuinis scripturis, siue sanctorum patrũ documentis, in eo quod ait prefato Imperatori: pro quibus commemorantes referimus diuinis vestris auribus: siue in eo, quòd idẽ Imperatori misericordia vti prohibuerit.

Responsio Sanctus quippe Ambrosius scribens ad Gratianum Imperatorem librum orthodoxæ fidei, nunquid peccauit quia dixit ei, Sãcte Imperator? Et quid extrà dixit iste, scribens ad Christianissimũ *Iustinianũ Imperatorem pro zelo fidei suæ, diuinis auribus exprimens? Et ideò diuinis auribus, quia q diuinos sermones audit, & fideliter atq; or-

*Iustinum thodoxè eos obseruat, rectè diuinas aures, videlicet auditum diuinum habere monstratur. De misericordia verò vti prohibente, non ità est, sed petens morari nequead modicum, sed fieri decẽtem vindictam sanctus ille popoſcit: nam non sinè misericordia, vt superiùs fati sunt: verùm etiàm tantũ amorem erga imagines sanctorum habere videbatur, vt impios illos anathematis iacularet ictibus. Quod agnitum habere vestram à Deo inspiratam excellentiam magnoperè credimus, vbi S. Gregorius in dialogis suis meminit de beato Bonifacio, q̃liter miserum illum, qui cum simia veniens cymbala percussit, sermõe suo cũ mœrore ad mortem iaculauit. Vndè & post pauca S. Gregoriꝰ inquit: Metuenda ergò tantò est ira iustorum, quantò & constat quia in eorum cordibus ille præsens est, qui ad inferẽdam vltionem quam voluerit, inualidus nõ est.

Item idẽ ipse S. Gregorius in explanatione beati Iob, vbi dum de fortibus sanctę Ecclesiæ prædicatoribus tractaret, adiunxit: Vndè & ad prophetam de bonis doctoribꝰ Dominus dicit: Deuorabunt & subijcient lapidibus fundæ. Sancti quippe doctores, qui ad virtutẽ & alios instruunt, hostes deuorãt, dum eos intra corpus suum per vim conuersionis immutant. Fortes ex illa (Ecclesia) viri prodeunt, quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundantur. Vndè & Golias immanissimus saxo fundæ moritur, quia angulari sanctę Ecclesię lapide diabolica celsitudo superatur.

IN EADEM ACTIONE.

DE eo, quòd omnibus hæreticis Samaritanos deteriores, & Samaritanis eos deteriores dicunt, qui imagines destruunt, cùm parentes eorum secũdùm eorum opinionem omnibus hæreticis deteriores fuerint, qui vtrique imagines destruxerunt.

Et in his mellifluus doctor beatus Gregorius Theologus in Sermone de Natali Domini, inter cætera inquit: Offenderis carne: hoc & Iudæi. Si & Samaritanum vocabis, & vt reliqua fileam, non credis neitati. hoc neque dæmones. O & Iudęis infidelior tu, & dæmonibus deterior. &c. Item ex Edicto Iustiniani Imperatoris inter cætera: Sed neque Theodorus Mopsuestenus, qui & Iudæos & * Hellinas superauit in sua impietate &c. Item S. Gregorij papæ in explanatione beati Iob de libro 14. inter cætera: Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimitur à gloria. & infrà: Gloria inuisibilis cõditoris, quæ moderatè inquisita nos erigit, vltra vires perscrutata premit. Vndè & hæretici quanto de sublimi intelligẽtia ampliùs repleri ambiunt, tanto ampliùs inanescunt. Immoderatis nanq; auribus cognitionis superne scientiam quo plùs appetũt, plùs

plùs amittũt. At contra ij, qui in sancta ecclesia veraciter sunt humiles & veraciter docti, nõrunt de secretis cælestibus & quædam considerata intelligere, & quædam non intellecta venerari: vt & quæ intelligunt, veneranter teneant: & quæ necdũ intelligunt, humiliter expectent. Quam præsumptionis audaciam benè prædicator egregius refrenat, dicens: Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et ideò prædecessores eorum plùs quàm oportet sapere, se extollentes, & nouitate imponere molientes, hæretici deteriores effecti, ad nihilum redacti sunt.

Rom. 12.

IN EADEM ACTIONE.

Cap.18. Reprehẽsio. QVòd nulla euangelij lectio tradat Iesum ad Abagarum imaginẽ missse, vt illi dicunt.

Responsio Prædecessor noster sanctæ recordationis dominus Stephanus quondàm sanctissimꝰ papa, in suprà dicto Concilio presidens, in Iuonis decr. par. 4. ca. 83. ter plurima veridica testimonia per semetipsum asserens, docuit ità: Sed nec illud est prætereundum, quod relatione fideliũ de partibus Orientis aduenientium sæpè cognouimus: In quibus licèt euangelium fileat, tamen nequaquàm in omnibus incredibile fidei meritum, & hoc affirmãte de ipso euãgelista, Multa quidem & alia signa fecit Iesus, quæ nõ sunt scripta in libro hoc. Deniquè fertur ab afferentibus, quòd redemptor humani generis appropinquante die passionis, cuidã regi Edessenæ ciuitatis, desideranti corporaliter illũ cernere, & vt psecutiones Iudęorũ fugeret, ad illũ cõuocare, vt auditas miraculorũ opiniones & sanitatũ curationes illi & populo suo impartiret, respondisset: Quòd si faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultûs mei speciem transformatam in linteo dirigo, p quã & desiderij tui feruorẽ refrigeres, & quod de me audisti, impossibile nequaquàm fieri existimes. Postquàm tamen compleuero ea, quæ de me scripta sunt, dirigam tibi vnum de discipulis meis, qui tibi & populo tuo sanitates impertiat, & ad sublimitatem fidei vos perducat, &c. Item ex Synodica trium patriarcharum, videlicet Cosmæ Alexandriæ, Theodori Antiochiæ, & Theodori Hierosolymæ, quæ in prædicto Concilio relecta, ab omnibus fideliter honorata & venerabiliter suscepta est: vbi post multa sanctorum patrum testimonia Theodorus patriarcha Hierosolymorum inquit: Restat mihi tempus enarrandi de Abagaro Edesseno, & alia aut similia sanctorum patrum, quæ & vos meliùs cognoscitis. Perseuera sanctissime pater, perseuera in eadem bona fide, corroboratus super petram fidei, sicut Deiloqua vox affata est apostolum Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & por-

Ioan. 20.

Matth. 16

tæ inferi non prævalebunt aduersùs eam. Verè non prævalebunt ei in seculum seculi. Cognitum facimus tibi sanctissimo domino ego humilis Theodorus patriarcha Hierosolymorum, & hi qui nobiscũ sunt, Cosmas patriarcha Alexandriæ, & Theodorꝰ patriarcha Antiochiæ: idipsum intelligimus & credimus, sicut & vestrę sanctitati patet &c.

IN EADEM ACTIONE.

Cap.19. Reprehẽsio. QVòd nec illud ad hãc pertineat, vt illi dicunt, quod scriptum est, Quoniam non est iam propheta, & nos non cognoscet ampliùs.

Responsio Pro hæreticis illis, qui in pseudosyllogo sub Constantino quondàm hæretico Imperatore gloriantes se aliquid sapere & intelligere, nescientes talia, isti psalmificè dixerunt, coæquantes eos Iudæis, de quibus beatus Augustinus in eodem psalmo explanauit, dicens: Eccè isti Iudęi, qui se dicunt non agnosci adhuc. & post pauca: Iam signa tua non vides, iam non est propheta, & dicis, Et nos non cognoscet adhuc, quia vos non agnoscitis adhuc. Iam non est propheta, & nos non cognoscet adhuc. Vsquequò Deus exprobrauit inimicus? Similiter & ipsi hæretici: vsquequò princeps eorum videlicet Constantinus hęresiarcha, exprobratus est, non intellexerunt, & ideò redacti sunt ad nihilum.

IN ACTIONE SEXTA.

Cap.20. Reprehẽsio. QVomodò intelligendum est, quod in Canticis Canticorũm scribitur:

Can.2. Ostende mihi faciem tuam, & audi- tam fac mihi vocem tuam: quoniam vox tua suauis est, & facies tua speciosa: quod quidem capitulum illi impudentissimè ad imaginum visionem protulerunt.

Responsio Rectè illud protulerunt, quia visio sacrarum imaginum ad speciosam formam Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi secundùm carnem, sanctæque eius genitricis, & sanctorum pertinet. In persona enim Christi & Ecclesiæ, diuersa sanctorum patrum opuscula in Cantica Canticorum, explanata sunt: & si, quomodò intelligendum est, scire velint, S. Epiphanij episcopi Cypri, proferimus expositionem, in qua inter multa diuersa inquit: Ostende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam: hoc est, Per legem & prophetas non mihi loquaris, sed temetipsum totum mihi demonstra: sicut & Moses tali desiderio comprehensus, fidutialiter dicebat ad Deum: Ostende mihi teipsum, vt te videam. Sed tunc equidem dixit Mosi: Nullus videbit faciem meam, & viuet. Sponsę autẽ suæ volens semetipsum ostendere, incarnatus ei se induto corpore demõstrauit, p virtutis modũ, p sustẽtationẽ & innocẽtiã, tradẽs ei pietatis adspectũ.

Ostendit

Ostendit igitur ei faciem suam conceptus in Dei genitrice virgine,& audire eam fecit Matth.5. vocem suam,cùm doceret in olivueti monte discipulos,& rursùs dum per eos in vniuersum orbem terrarum prædicatiõis dogmata destinâsset. Quoniam vox tua suauis,& facies tua speciosa. Vox eius verè suauis est, Matth.25. quæ dicit: Venite benedicti patris mei,&c. Vox tua suauis,hoc est,quæ cæcos videre fecit, Matth.9. cùm diceret: Secundùm fidem vestram fiat vobis. Vox tua suauis est, id est,dicẽdo, Matth.11. Venite ad me omẽs, qui laboratis &c. Vox Mar.2. suauis est,dicẽs paralytico: Surge,tolle grabatum tuum, & ambula. Vox suauis est,dicens: Matth.9. Confide fili,remittantur tibi peccata Luc.7. tua. Vox tua suauis est,dicẽs: Cõfide filia,fides tua te saluã fecit:vade in pace.& alia plura, q̃ per ordinẽ exarare longum est.

IN ACTIONE SEXTA, IN Tomo primo.

Cap.21. Repræhẽsio

QVòd non ad adorandas imagines ptineat,quod scriptũ est, Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinẽ suam.

Responsio

Si sic intelligunt,quòd creauit Deus hominem, ad imaginem & ad similitudinem suam, quia propter adorãdas imagines explanauit hoc Tharasius patriarcha, de intellectu habere nihil quippiã videntur,vt scriptum est,& intelligere non potuerũt. Tharasius nanque patriarcha dum Cõcilio hæreticorũ renueret & exprobraret, quòd in eorum obscuritate contra sacrarum imaginem stabilitatem dicere ausi sunt, Quatenꝰ propriæ manûs opus plasmator Deus vidẽs perire &c. idcircò hoc dixit sensu, quoniã quidem terrigena imagine Dei honoratur &c.Et post pauca: Imaginum factur æ & de liberatione vacua sęuissimè gloriari per eos facta, & varijs sermonibus eorum mentem consuentes, Ecclesiam Dei vt errantem iudicant &c.

[*Hæc deprauatè in exemplari scripta,magnam habent obscuritatem: porrò in nostra versione his verbis leguntur: Volentes igitur donorum magnitudinẽ obscurare, audenti ore aliam idololatriam successisse, imaginum scilicet apparatum, isti iactitant, & à se nouam quandam ab ijs liberationem ostensam iactantes gloriantur, suamq́; sent ẽtiam ornatis verbis cõsuẽtes, Ecclesiam Dei errâsse cõtendũt.*]

Nam creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Beatus Augustinus in lib. 5. ex eo, quod in Genesi sexto die factum legitur, inter cætera inquit: Et modò attendite: In pœna sua cõstitutus est homo, & quantùm valent reliquiæ imaginis Dei, q̃ in illo remanserunt. Obtriuit ipsam imaginẽ p peccatũ, & ipsa reformatᷣ p grãm, q̃ p libidinem obsolefecta est. Quomodò enim nummus, si cõfricetur ad terrã, perdit imaginem Imperatoris: sic mens hominis, si cõfricetur libidinibus terrenis, amittit imaginem Dei. Venit autem monetarius Christꝰ, qui repcutiat nummos. Et quomodò repcutit nummos? Donando peccata ex gratia, & ostendet tibi, quia Deus quærit imaginẽ suam. Nam quandò illi de tributo Cæsaris dictum est, Licet tributum dare Cęsari? Tẽtabant enim eum, vt si diceret, Non detur, calumniarẽtur illi per exactores tributi, Eccè q̃ docet.vt nõ demꝰ tributũ. Si aũt diceret, Deᷣ: eccè q̃ maledixit Ierusalẽ: fecit illã tributariã. Quid ergò ipse dixit,& quid admonuit? Quid me tẽtatis hypocritę? Afferte mihi nummũ. & obtulerũt illi. Et ait: Cuius habet imaginem & scriptionem? Respõderunt, Cæsaris. Tũc ait: Reddite ergò Cęsari quæ Cæsaris sunt,& Deo quę Dei sunt: id est, Si Cæsar quærit imaginẽ in nummo, Deus non quęrit imaginem in homine? &c. Itẽ S. Seueriani Gabalaneñ episcopi de homilia quæ in sabbato dicta est, Ad imaginẽ & similitudinem, inter cætera: Et sicut nos, si non adest Imperator, honoramus imaginem Imperatoris: sic & creatura & non videns inuisibilem, qui ad imaginem factꝰ est, honorabat,&c.

IN ACTIONE QVARTA.

QVomodò intelligendũ sit, quod scriptum est, Abraham adorauit populum terræ filios Heth, siue quòd Moses Iethro legitur adorâsse: quibꝰ exemplis ij, qui propter adorãdas imagines synodos faciunt, suum errorem fulcire affectant: & quia nec Iacob Pharaonem, nec Daniel Nabuchodonosor regem, vt illi dicunt, vspiàm leguntur adorâsse.

Beatus Augustinus in xlvj. psalmum nos docuit, dicẽs: Dominus Deus noster fidem, in qua viuimus, per libros suos, scripturas sanctas, multipliciter nobis varieque diffudit, sacramenta quidem verborum varians, fidem tamen vnam commendans. Vna enim eademq́; res ideò multis modis dicitur, vt modus ipse dicendi propter fastidiũ varietur, sed propter cõcordiam vna fides teneatur,&c. Item eiusdem beati Augustini de filio Abraham ducto ad sacrificium, inter cætera: Duo illi serui dimissi, & nõ pducti ad locum sacrificij, Iudæos significabant: asina illa nescio quid Iudæorũ significabat. Nolite mirari, quia totiès vna res potest multis modis significari,&c.

IN EADEM ACTIONE.

QVòd nõ ad adorationem imaginum pertineat, nec in nostris codicibus, q̃ ex Hebraica veritate translati sunt, inueniatur, quod illi in sua Synodo dicũt: Iacob suscipiens à filijs suis vestem talarem tabefactã Ioseph, osculatus est cum lachrymis,& proprijs oculis imposuit.

S.Gregorij Theologi de Sermone pacifico tertio, inter cætera: Pax amica, quæ ab omibus quidem laudatur bonum, à paucis

verò

verò cõseruatum, vbì aliquandò reliquisti nos tantum iam tempus, & quandò reuerteris ad nos? Et pręsentem amplector,& recedentem inuocabo multis lamentationibus & luchrymis, quibꝰ neq; Iacob Ioseph Gene.39. illum patriarcham à fratribus venditum, à bestia autem raptum vt sperabat: neq; Dauid Ionathã suum amicum, aut filium Abessalon postmodùm: quorum vnus visceribus paternis laceratꝰ. Fera rapuit, clamabat Locus obscurus Ioseph, fera pessima & immansueta,& pueri veste tabefacta apposita, sicutì pueri carnes osculabatur &c. Vndè & in multorum patrũ opusculis de diuersis historijs asserta leguntur. In libro enim tertio S. Ambrosij ad Gratianum Imperatorem ità inter cætera inuenitur: Neque ad pręiudicium trahas, quia non moritur Gabriel, nõ moritur Raphael, non moritur Vriel. Eccè & in nostris codicibus, qui ex Hebraica veritate translati sunt, nequaquàm inuenitᷣ Vriel scriptum.

In pec. Iuonis par.4. ca.225. Ambrosius lib. de Tob. ca.20. Item & in eiusdẽ S. Ambrosij libro secundo de Spiritusancto inter cætera: Esdra nos docuit, dicens in tertio libro. Similiter nec in nostris codicibus, qui ex Hebraica veritate translati sunt, susceptus est tertius liber Esdræ, nisì tãtummodò duo. Sed & S. Gregorius egregius papa in epistola sua Theo- Lib.9. Epist.39. ctistæ patritiæ missa, inter cætera inquit: Quantæ autem virtutis præcursor nostri redemptoris fuit nouimus, qui per sacrũ eloquiũ nõ solùm plùs q̃ ppheta, sed etiàm angelꝰ vocatᷣ: sed tñ, sicut mortis eiꝰ historia testatur, post mortem à persecutoribus corpꝰ eius incensum est. Et nos legimus in sancto Mar.6. euangelio, corpus eiusdem sancti Iohannis Baptistæ à discipulis suis sepultum esse, & beatus Gregorius dicit per historiam, eiusdem sancti Iohannis Baptistæ corpus incẽsum esse. Et ideò, vt diximus, sanctorum dicta nequaquàm respuuntur: quia sacram totam diuinam scripturam quis aliquandò comprehendere valebit?

IN EADEM ACTIONE.

Cap.24. Repræhẽsio

DE eo, quod indoctè & inordinatè dicunt: Si calumniaris me, quoniam vt DEVM adoro lignum crucis, cur non calumniaris Iacob adorantem summitatem virgæ Ioseph? Sed manifestum est, quoniam non lignum videns adorauit, sed per lignum Ioseph, sicut & nos per crucem Christum.

Responsio

Ipsam nanque virgam, videlicet sceptrum, fideliter atque pulchrè in typo crucis explanauit beatus Augustinus in psalmo 73. inter cætera dicens: Immò iam in nomine CHRISTI euenire gaudeamus. Psal.71. Iam tenentes sceptrum subduntur ligno crucis: iam fit quod prædictum est, Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Iam in frontibus regum pręciosius est signum crucis, quàm gemma diadematis.

IN EADEM ACTIONE, & repertum est in Actione septima.

Cap.25. Rephensio.

NOn pertinere ad imaginum adorationem, vt illi dicunt, quod scriptũ est, Iacob Pharaonem benedixit.

Responsio

Semper benedicere nos docet sancta scriptura: Benedicite, & nolite maledicere. Rom.12. Item, Benedicite omnia opera Domini Domino, Dan.3. docemur: & rursùs prostrati in oratione spiritaliter ante sancta sanctorum, psalmificè dicimus: Benedicat nos DEVS Psal.66. DEVS noster, benedicat nos DEVS, & metuant eum omnes fines terræ. Quapropter si de diuinæ scripturæ benedictionibus exarare volumus, antè quàm sermo, vt opinamur, chartæ cessabunt. Tamen vnum vobis sancti Augustini addimus testimonium de eo ipso Iacob luctante cum angelo, Gen.32. vbì inter cætera inquit: Non dimittam te, nisì benedixeris mihi. Quia per carnem nos priùs benedicit Dominus: nôrunt fideles, quid accipiunt, quia per carnem benedicũtur: & sciunt quia non essent benedicti, nisì caro illa crucifixa daretur pro seculi vita.

IN ACTIONE QVINTA.

Cap.26. Repræhẽsio

QVòd vana sit spes eorum, qui salutem suam in imaginibus ponunt, dicentes: Sicut Israëliticus populus serpentis ænei inspectione seruatus est, sic nos sanctorum effigies adspicientes saluabimur.

Respõsio

Anteà iam hoc in prædictis sacris codicibus prædecessorum meorum sanctissimorum pontificum explanatum est, dicentibus etiàm hoc sanctissimis patribus. Addendum est ad incredulorum satisfactionem & directionem Francicam, quid DEVS famulo suo Mosi præceperit, dicens: (In libro enim Numeri ità legitur contra pestem, quæ eis irruerat:) Fac serpentem, & Num.21. pone eum pro signo: qui percussus adspexerit eum, viuet. Fecit ergò Moses serpentem æneum, & posuit pro signo: quem cùm percussi adspicerent, sanabantur. O insania frementium contra fidem & religionem Christianam, vt asserant non colere aut venerari imagines, in quibus figuræ sunt saluatoris, eius genitricis, vel sanctorum, quorum virtute subsistit orbis, atque potitur humanum genus salutem. Aenei serpentis inspectione credimus Israëliticum populum à calamitate iniecta liberari: CHRISTI Dei nostri & sanctorum effigies ad-

ſpicientes atque venerantes dubitamus ſaluari? Abſit talium nefariæ temeritatis cedere amentiæ: patrum priſcas ſequamur traditiones, & ab eorum doctrina nulla declinemus ratione. Poſſumus enim ità tenentes, quemadmodùm noſtri prædeceſſores atq; patres, eorum plenam gratiam obtinere.

Item beati Auguſtini de eo, quòd apparuit Deo, de virga & manu colorata, & aqua in ſanguinem verſa: Sicut Moſes exaltauit
Iohan.3. ſerpentem in eremo, ità exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam: hoc eſt, Quicunque percuſſus fuerit à ſerpentibus peccatorum, CHRISTVM intueatur, & habebit ſanitatem in remiſſionem peccatorum.

Item eiuſdem S. Auguſtini ſuper Iohannem Euangeliſtam de eodem ſermone Ho-
Tractatu 13. milia, inter cætera: Interim modò fratres, vt à peccato ſanemur, Chriſtum crucifixum intueamur: quia ſicut Moſes, inquit, exaltauit ſerpentem in eremo: vſque in eo, vbi dicit, Sed habeat vitam æternam. Et poſt pauca: Hîc autem ait, vt habeat vitam æternam. Hoc enim intereſt inter figuram ſiue imaginem, & rem ipſam: Figura præſtabat vitam temporalem: res ipſa, cuius illa figura erat, præſtat vitam æternam, &c.

Item eiuſdem S. Auguſtini libro 3. de
Lib.3. cap. 10. Trinitate, inter cætera: Nam ſicut vnctio lapidis Chriſtum in carne, in qua vnctus eſt oleo exultationis præ participibus ſuis: ità virga Moſis conuerſa in ſerpentem, ipſum Chriſtum factum obedientem vſq; ad mortem crucis. Vndè ait: Sicut exaltauit Moſes
Iohan.3. ſerpentem in eremo, ſic oportet exaltari filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sicut intuentes illum ſerpentem exaltatum in eremo, ſerpentum morſibus non peribant. Vetus enim homo noſter confixus eſt cruci cum illo. Per ſerpentem em̃ mors
Gen.3. intelligitur, quæ facta eſt à ſerpente in paradiſo, modo locutionis per efficientem, id quod efficitur, demonſtrante. Ergò virga in ſerpentem, Chriſtus in mortem, & ſerpens rursùs in virgam, Chriſtus in reſurrectionem totus cum corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, &c.

Item S. Seueriani epiſcopi Gabalenſi in Sermone S. Crucis, inter cætera: Putas non erat iuſtum dici, Si quis veſtrûm morſus fuerit, reſpiciat in cælum ſursùm ad DEVM,
locus obſcurus & ſaluabitur? Vt enim & attendi cælo relinquat, non potuit dicere, Si quis morſus fuerit, adſpiciat lucernam luminis, & ſaluabitur? aut adſpiciat ad menſam propoſitionis ſanctorum panum, & ſaluabitur? aut ad altare, aut ad velum, aut in arcâ, aut in imaginem Cherubim, aut in propitiatorium? Sed nihil horum ad medium adduxit legiſlator magnus, ſed ſolam fixit crucis imagi-

nem, & hanc per maledictum ſerpentem. Dic mihi vt fidelis famulus: Quod interdicis, facis? quod abrenuncias, ædificas? Qui dicis, Non facias ſculptile, & fuſilem ſculpis ſerpentem? Sed illam quidem legem poſui, vt materias abſcindam impietatis, & populum hunc eruam omni idolorum cultura: nunc autem effundo ſerpentem, vt præfigurem imagine Saluatoris diſpẽſationem, præplanans curſum apoſtolorum, &c.

IN ACTIONE QVINTA, & repertum eſt in Quarta.

IMportuna & deliramento plena dictio Leonis Phoceæ epiſcopi, qui in eo quod ad imaginum adorationem conuerſus eſt, ſibi verſiculum pſalmiſtæ accommodat, dicentis: Cõuertiſti planctum meum in gaudium mihi, concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia.

Omni homini Chriſtiano licet cum pſalmiſta orare, vt quandò à tenebris in lucem per gratiã venerit Chriſti, iuſtè dicat: Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: quia quandò erutus eſt ab hæreſi, tunc ſciſſus eſt ſaccus eius. Quandò verò rectæ fidei cognouit veritatem, tunc ab orthodoxis ſanctæ catholicæ Eccleſiæ circundatus eſt lætitia. De hoc ipſo S. Auguſtinus in eiuſdẽ pſalmi explanatione ſimiliter inquit: Concidiſti lamentum peccatorum meorum, triſtitiam mortalitatis meæ, & cinxiſti me ſtola prima, immortali lętitia. & iterùm: vt non plangat, ſed cantet tibi, non humilitas, ſed gloria mea: quia iam ex humilitate exaltaſti me, & non compungar conſcientia peccati, timore mortis, timore iũdicij, &c.

IN ACTIONE SEXTA, IN Tomi primi fine.

QVòd non pertineat ad imaginũ adorationem contemnentes illud, quod Pſalmographus cecinit, Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt mala.

Non ità eſt, vt illī contempſiſſent quod Pſalmographus cecinit, Vana locuti ſunt, &c. Sed contemnentes deliramenta hæreticorum in peruerſa facie ipſorum, cum pſalmographo cecinerunt de illis, Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & quod ſequitur. Beati Auguſtini in eiuſdem pſalmi explanatione, inter cætera: Veritas vna eſt, qua illuſtrantur animæ ſanctæ. Sed quoniam multæ ſunt animæ, in ipſis multæ veritates dici poſſũt, ſicut ab vna facie multæ in ſpeculis imagines appãrẽt. & poſt pauca: Superbi hypocritæ ſignificantur, in ſermone ſuo ſpem ponentes ad decipiendos homines, & Deo non ſubditi.

IN

IN ACTIONE SECVNDA.

Cap.19. Repræhẽſio
QVomodò intelligendum eſt, quod Pſalmographus cecinit, miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi, iuſtitia & Pſal.84. pax complexę ſunt ſe: quod temerè aut adulatoriè à Iohãne presbyteto & legato orientalium in participatione beati papæ Hadriani & Tharaſij dicitur eſſe completum.

Rectè dictum eſt, quia Deus miſertus eſt Reſpõſio eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & obuiauit veritati ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ſemper iuſtitiam tenuit, vt ſcriptum eſt:

Iuſtitiæ ſedes fidei domus, aula pudoris.

Quam iuſtitiam, fidem atque pudorem, vt confeſſa eſt, Eccleſia Conſtantinopolitana amplectens quandò ab errore conuerſa eſt, fecit pacem: quia tantummodò ipſa ſola ſedes Cõſtantinopolitana reſiſtebat olim tanę orthodoxę fidei. Nã ſedes Alexãdrina, ☞ ſeu antiochena & Hieroſolymitana ſemper nobiſcũ tenuerũt priſcam traditiõem, ſcilicet orthodoxam fidem, vt apud nos Synodica earum pro ſacrarum imaginum ſtabilitate habere monſtratur. Beati Auguſtini in eiuſdem pſalmi explanatione inter cætera: Quia iuſtitia & pax ſe oſculantur, non litigant. Tu quarè litigas cum iuſtitia? Eccè iuſtitia dicit tibi, Nè fureris, & nõ audis: nè adulteres, & non vis audire: non facias alteri quod tu pati nõ vis, nõ dicas alteri quod tibi dici non vis. Inimicus es amicæ meæ, dicit tibi pax, quid me quæris? Amica ſum iuſtitiæ. Quẽcunque inuenero inimicum amicæ meæ, non ad illum accedo. Vis ergò venire ad pacem? Fac iuſtitiam. Ideò alius
Pſal.36. pſalmus dicit tibi: Declina à malo, & fac bonum, hoc eſt, ama iuſtitiam: & cùm declinaueris à malo, & feceris bonum, quære pacẽ, & ſequere eam, &c.

IN ACTIONE. QVARTA.

Cap.30. Repræhẽſio Pſal.98.
QVòd nõ ad adorationem imaginum pertineat, vt illi dicunt, quod ſcriptũ eſt, Exaltate Dominũ Deum noſtrũ, & adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt.

Reſponſio
Beati Auguſtini in eiuſdem pſalmi explanatione, vbi inter cætera inquit: Timeo non adorare ſcabellum pedum Domini mei, quia pſalmus mihi dicit, Adorate ſcabellum pedum eius. & poſt pauca: Conuerto me ad Chriſtum, quia ipſum quæro hîc, & inuenio quomodò ſinè impietate adoretur terra, ſinè impietate adoretur ſcabellum pedum eius. Suſcepit enim de terra terrã, quia caro de terra eſt, & de carne Mariæ carnem accepit. Et quia in ipſa carne hîc ambulauit, & ipſam carnem nobis manducãdam ad ſalutem dedit: nemo autem illam carnem mãducat, nisì priùs adoraverit, inuentum eſt quemadmodùm adoretur tale ſcabellum Domini, & non ſolùm non peccemus adorando, ſed peccemus non adorãdo. Et poſt pauca: Ideò & terram quãlibet, cùm te inclinas atque proſternis, non quaſi terram intueris, ſed illum ſanctum, cuius pedum ſcabellum eſt quod adoras. propter ipſum em̃ adoras. Ideò & hîc ſubiecit, Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Quis ſanctus eſt? in cuius honore adoras ſcabellum pedum eius, &c.

IN EADEM ACTIONE.

Cap.31. Repræhẽſio Pſal.98.
QVòd nec de eo imaginum adoratio adſtrui poſſit, vt illi putãt, quod ſcriptum eſt, Adorate in monte ſancto eius.

Reſponſio
Beati Auguſtini in pſalmi 6. expoſitione, inter cætera: Hæretici non adorant in iſto monte, quia mons iſte impleuit vniuerſam faciem terræ. Hæſerunt in parte, & totum amiſerunt. Si agnoſcant Eccleſiam catholicam, adorabunt in iſto monte nobiſcũ. Etenim lapis ille, qui præciſus eſt de mõte ſinè Dan.2. manibus, iam videmus quantùm creuerit, & quantas regiones terræ occupauerit, & vſque ad quas gentes peruenerit. Et poſt pauca: Videmus confracta ab illo lapide omnia regna terræ. Quę erant omnia regna terræ? Regna idolorum, regna dæmoniorũ fracta ſunt. Regnabat Saturnus in multis hominibus, vbi eſt regnum eius? Regnabat Mercurius in multis hominibus. vbi eſt regnum eius? Fractũ eſt, redacti ſunt illi in regnũ Chriſti, in quibus ille regnabat. & poſt pauca: Natus eſt ergò de monte ſinè manibus lapis ille, creuit, & creſcendo fregit oĩa regna terrarum. Factus eſt autem mons magnus, & impleuit vniuerſam faciem terræ. Hæc eſt Eccleſia catholica, cui vos communicare gaudete. Ille autem qui non ei communicant, qui præter ipſum montem adorant & laudant Deum, non exaudiuntur ad vitam æternam, &c. ☞

IN EADEM ACTIONE.

Cap.32. Repræhẽſio Pſal.124.
QVòd non propter illos, qui imaginũ adorationem ſpernũt, vt illi delirãt, per prophetam dicitur: Declinantes ad obligationem, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.

Reſponſio
De hæreticis dixerunt, ſicut beatus auguſtin⁹ in eodem pſalmo explanauit, inter cætera: Id eſt, quorum facta imitati ſunt: ga eorum præſentes lætitias amauerunt, & futura ſupplicia non crediderũt. & poſt pauca: Ergò quia Chriſtus filius DEI pax eſt, ideò venit colligere ſuos & ſecernere ab iniquis. Quibus iniquis? Qui oderunt Ieruſalem, qui oderunt pacem, qui volũt conſcindere vnitatem, qui non credunt paci, &c.

IN ACTIONE QVINTA.

Cap.33. Repręhẽſio Luc.8. & 11.
ABſurdiſſimè & incautè contra eos, q imagines adorare cõtemnunt, ab his qui eas adorant, prolatum eſt teſtimonium ſancti euangelij, Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio.

Responsio Valdè nimis atque pulchrè contra eos, q̃ imagines contemnunt, dixerũt poni lucernam sub modio: quia lucerna fides nostra est videlicet sanctæ catholicæ & apostolicę Ecclesiæ, de qua fide S. Ambrosius Mediolaneñ episcopus super sanctum Euangelium secundùm Lucam explanatione, inter cætera testatur, dicens: Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum. Ergò quia in superioribus Ecclesiam synagogæ prætulit, hortatur nos, vt fidem potiùs nostram ad Ecclesiam transferamus. Lucerna enim
Psal.118. fides est, iuxta quod scriptum est, Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine. Verbum enim Dei fides nostra est, verbum Dei lux est, lucerna est fides. & post pauca: Nemo ergò fidem sub lege constituat. Lex enĩ intra mensuram est, vltra mensuram gratia. Lex obumbrat, gratia clarificat: & ideò nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis spiritûs relucet gratia, quam princeps ille sacerdos fulgore supernę diuinitatis illuminat, nè eã legis vmbra restinguat. Item S. Iohannis Chrysostomi de interpretatione euangelij secundùm Matthęum, inter cætera: Ego enimuerò accendi, inquit, lumen: esse verò ardentem, vestræ fiat celeritatis: non propter vos solùm, sed & propter eos qui futuri sunt, huius splendore lętificari, & ad virtutem deduci, &c.

IN ACTIONE QVARTA.

Cap.34 Reprĕhẽsio QVòd non ità intelligenda sit sententia beati Athanasij Alexandrinæ vrbis episcopi, vt illi eam intelligẽdam putant, qui hanc ad adoratiõem imaginum accommodare nituntur.

Responsio Multæ quippe sententię beati Athanasij in eadem feruntur Synodo, & qualem ex ipsis singulatìm sententiam dixerint, minimè in hoc Capitulari exarauerunt: sed sicut in sacris concilijs prædictorum nostrorum prædecessorum sanctissimorum põtificum eiusdem S. Athanasij sententiæ inter cætera scriptæ sunt, fideliter proferimus. Interrogatio Antiochi ad S. Athanasium pro imaginibus: Cùm lex & prophetæ dicant, Statuas & similitudines non adorabitis, quomodò vos facitis imagines, & adoratis eas? Respõdit: Non sicut deos imagines adoramus nos fideles: absit, pagani: sed tantummodò affectu & charitate nostræ animæ ad vultum faciei imaginis apparentis. Vndè multotiès vultu deleto, sicut lignũ purum atque commune eam, quæ dudùm fuerat imago, comburimus. Sicut enim Iacob ap-
Gen.47.iuxta 70. proximans morti, summitaté virgæ Ioseph adorauit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat: sic & fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, nisì pro desiderio effigie declarati: & alia plura similia, vt sequitur.

IN ACTIONE SEXTA.

QVòd non ad adorationem imaginũ pertineat testimoniũ, quod de sexta Synodo protulerunt. Cap.3 Repre

Idcircò testimonium de sᵉ sancta sexta Synodo protulerunt, vt clarificè ostenderent, quòd iam quandò sancta sexta Synodus acta est, à priscis tẽporibus sacras imagines & historias pictas venerabantur. Vndè ipsa sancta sexta Synodus fideliter per canones orthodoxè statuens, ità constituit dicens: In quibusdam venerabilium imaginum picturis, agnus digito præcursoris monstratus designatur, qui in signum relictus est gratiæ. & post pauca: Secundùm humanam figuram & in imaginibus à nunc pro veteri agno retitulari decernimus, &c. Vndè & beatus Augustinus in 92. psalmo explanauit: Si autem non adoras in Christo ista terrena, quanuìs de illis similitudo quędãm data est ad significandos sanctos, de quacunque creatura ducta fuerit similitudo, tu intellige similitudinem creaturæ, & adora artificem creaturæ, &c.

IN ACTIONE QVARTA.

QVòd nũquàm ab apostolis exemplis aut verbis, vt illi garriunt, imagines adorare institutum sit.

S. Dionysius Areopagita, qui & episcopᵘˢ Atheniẽ, valdè nimirùm laudatus est à S. Gregorio papa, confirmante eum antiquũ patrem & doctorem esse. Iste sub temporibus apostolorum fuit, & in Actibus apostolorum monstratur. Vndè & à prædictis sanctissimis prędecessoribus nostris pontificibus in sacris Concilijs eorum, eius confirmata sunt veridica testimonia pro sacrarum imaginum veneratione, inter cætera: Amplectentes ista ex epistola S. Dionysij episcopi Atheniensis, quæ directa est ad S. Iohannem euangelistam. & infrà: Quid mirabile, si Christus verax, & discipulos iniqui de ciuitatibus eijciunt? ipsi dignè sibi iudicantes, & de sacro scelerati interdicũt recedentes? In veritate & manifestè imagines sunt visibilia inuisibilium. Nec enim in seculis superueniẽtibus culpabilis erit ex eius iustitia respectus Dei.

[*Hunc locũ, quia obscurus est, & deprauatè (vt appáret) scriptus, ex Ioachimi Perionij versiõe libet huc adscribere: Quid mirum, si Christus vera dicit, & iniqui discipulos ex vrbibus expellunt, qui sibi ea quæ meriti sunt tribuunt, & à sanctis scelesti ac nefarij homines disiunguntur atque discedunt? Sunt re vera ea quæ videtur, eorum quæ sub adspectum non cadunt, certæ claræque imagines. Neque enim in seculis quæ ventura sunt, causa erit Deus iustarum à se secretionum.*]

Item

Cæl. Hierarchiæ cap.1. eiusdem de cælesti militia: Prędicta enim incorporea agmina diuersis coloribᵘˢ effigurãtur, & compositionibus varios per colores tradidit, quatenùs tacitè nosmetipsos p sacratissimas effigies ad simplices & incorporales pia mẽte trãseamus. Etenĩ impossibile est, nostra mẽte ad incorporeã illã ptingere cęlestis militię imitationem visionemque, nisì per elementorum poterimus per visibilẽ ad inuisibilem pulcherrimamq́; attingere effigiem, & visibiles odoriferasq́; imagines rationali traditione inuisibiles *præfulgi &c.

[*Et hic quoquè locus deprauatè scriptus, sic est ab eodem Perionio translatus: Itaque sanctissimam nostram hierarchiam prima illa sacrorum mysteriorũ institutio cùm diuina cælestium hierarchiarum imitatione dignam iudicâsset, & hierarchias, quas omni materia carere dixi, figuris corporeis varijsque formis distinxisset, tradidit, vt pro captu nostro simulacris sacrosanctis illis ad simplicium illarum, & minimè figuris adumbratarum rerum vitã similitudinemque efferamur. Non enim mens nostra ad illam cælestium hierarchiarum materiæ expertem imitationem contemplationemque excitari contendereq́ potest, nisì rerum corporearum sibi notarum præsidio vtatur, tum pulchritudinem quæ videatur, speciei ac pulchritudinis occultæ atque reconditæ simulacrum quoddam esse cogitans, tum suaues odores, q sub sensum cadãt, effigies esse eiᵘˢ suauitatis, quæ sola ratiõe intelligatur, &c.*]

IN EADEM ACTIONE.

Cap.37. Rephensio. QVòd nõ ad adorationem imaginum pertineat, vt illi asserunt, sententia B. Cyrilli in expositione euangelij secundùm Matthæum.

Responsio. S. Cyrillus Alexandrinus & S. Gregorius Nyssenus vno tenore in historia Abrahæ pro sacrarum imaginum veneratione dixerunt. Nam & in sacris cõcilijs prædictorum nostrorum sanctissimorum pontificum ità fertur de Sermone S. Cyrilli Alexandrini episcopi: Quemadmodùm imaginem si qs designatam iucũdam respexerit, mirabitur quidem regis figurã, & quæ in illa appáret. hanc & eius noscens conscriptionem, pariter cernens delectabitur, vt ipsum regẽ adspiciat, &c.

IN ACTIONE SEXTA.

Cap.38. Rephensio. QVòd magnæ sit temeritatis ingentisque absurditatis, sæpè memoratas imagines corpori & sanguini Dominico ęquiparare velle.

Responsio. Non æquiparauerunt, sed magìs scripturaliter dixerunt. Nullus enim aliquandò tubarum spiritus, sanctorum apostolorũ aut probabilium patrum nostrorum, quæ sinè sanguine nostram libationem, quæ ad memoriam passionis CHRISTI Dei nostri & omnis eius dispensationis facta, dixit imaginem corporis eius, nec susceperunt à Domino sic dicere aut confiteri, sed audiunt dicentem eum euangelicè: Nisì comederitis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, *non intrabitis in regnum cęlorum. Iohan.6.
Et alia plurima ex Domini doctrina & beati Pauli apostoli, quæ exarare noluimus, quia in eadem per ordinem scribitur Synodo: Nam æquiparare, vt dicunt Iconoclastę hæretici in eorum pseudosyllogo, venerandas imagines corpori & sanguini Dominico, insensabiliter æquiparauerunt.

IN EADEM ACTIONE. Cap.39.

QVòd p̃sumptiuè & indoctè eas Tharasius cum complicibus suis, sacratis vasis æquiparare non formidet. Rephensio.

Pro hoc in synodo dictum est à Tharasio patriarcha Constantinopolitano: Quia & sacra diuersa vasa habentes, hæc osculamur & amplectimur, & sanctificationem quãdam accipere ab eis speramus: eô quòd hæretici in eorum pseudosyllogo oblatrãtes delirabant, neque orationem sacram sanctificantem eam, vt ex hoc ad sanctam à communi transferatur, sed manere communem & inhonoratam, sicut eam operatus est pictor. Nos verò in his fideliter & veraciter dicimus & probamus, quia vsus sanctæ nostræ catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ fuit & est, quandò sacræ imagines vel historiæ pinguntur, priùs sacro chrismate vnguntur, & tunc à fidelibus venerantur: instar facientes vt locutus est Do- Exod.30.
minus ad Mosen dicens: Faciesque vnctionis oleum sanctum vnguentum, compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum & vtensilia eius, altaria thymiamatis & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet: sanctificabisque omnia, & erũt sancta sanctorum. qui tetigerit ea, sanctificabitur.

IN ACTIONE SEXTA, IN Tomo 2. Epiphanius legit:

QVòd non ad eorum parẽtes pertineat, sicut illi dicunt, Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Cap. 40. Rephensio.

Benè propheticè dixerũt, cum psalmista Responsio
canẽtes, sicut beatus Augustinus in eodem explanauit psalmo, dicens: Disperdat Do- Psal.11.
minus vniuersa labia dolosa, &c. Vniuersa dixit, quis se exceptum putet? sicut Apostolus dicit: In omnem animam hominis ope- Rom.2.
rantis malum, Iudæi primùm & Græci. Et linguam superbam.

IN EADEM ACTIONE.

Cap.41. Reφhenſio. QVòd non in eorum parentibus, vt illi dicunt, impletum ſit, quod ſcriptũ eſt, Inimici defecerunt frameæ in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti.

Pſal.9. Hunc verſum ſemper cum propheta prophetici pſalmificè dixerunt. Vndè & beatus Reſponſio. Auguſtinus in eodem pſalmo explanauit, dicens: Inimici defecerunt frameę in finem. Pſal.9. Non pluraliter inimici, ſed ſingulariter huius inimici. Cuius autem inimici, nisi diaboli frameæ defecerunt? Hæ autem intelliguntur diuerſæ opiniones erroris. & poſt pauca: Et ciuitates deſtruxiſti. Ciuitates autem iſtæ ſunt, in quibus diabolus regnat, vbi doloſa & fraudulenta cõcilia tanquàm curiæ locum obtinent, &c. Et ideò adimpletum eſt in ipſis hæreticis, quandò ſacras imagines temerantes procaciter depoſuerunt.

Cap.42. Reφhenſio. IN ACTIONE QVARTA.

Pſal.72. QVomodò intelligendum eſt, Domine, in ciuitate tua imaginem ipſorũ ad nihilum rediges, quod quidem capitulum, ſicut & cætera, illi aliter quàm dictum ſit, intelligunt.

Reſponſio Pro diuitibus huius mundi in errore exiſtentibus, atque & alijs modis intelligitur. Nam & ipſe S. Iohannes Chryſoſtomus, vbi ſe oſtendit picturam ſacrarum imaginum diligere, explanauit dicens: Ego & ceræ infuſam dilexi imaginẽ pietate repletam. Vidi enim angelum in imagine perſequentem multitudinem barbarotum, & Dauidẽ verè dicentem: Domine, in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Eccè lucidiſſimè oſtendit pater, quomodò intelligendum eſt.

Pſal.72. Item S. Athanaſij de interpretatione pſalmorum, inter cętera: Ciuitas enim Domini, quæ ſurſùm Ieruſalem: imago autem eorũ, terreſtris. Quod enim dicit, tale eſt: Quoniam terreſtris, inquit, induti ſunt imaginem, & non cæleſtis, propter hoc ad nihilum redigentur. Audient enim illo tempore, Neſcio vos, vtpotè non indutos eadem Domini imagine, &c.

Item S. Auguſtini in eiuſdem pſalmi explanatiõe, inter cætera: Quicũque iſta non habetis, nõ cupiatis: quicunq; habetis, non in eis pſumatis. Eccè dixi vobis: nõ dico, damnamini qa habetis, ſed, damnamini ſi de talibus præſumatis, ſi de talibus inflemini, ſi propter talia magni vobis videamini, ſi propter talia pauperes non agnoſcatis, ſi generis humani conditionem communem propter excellentem vanitatem obliuiſcamini. Tunc enim Deus neceſsè eſt retribuat in nouiſſimo, & in ciuitate ſua imaginem talium ad nihilum redigat.

Cap.43. Reφhenſio. IN EADEM ACTIONE.

Pſal.124. QVòd nõ, vt illi glorianẽ, propter illos dictum eſt, qui imagines adorant, Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorũ ſuper ſortẽ iuſtorũ, vt non extendãt iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Reſponſio Rectè cum Propheta dixerunt: quia virga peccatorum hæretici ſunt, & ſors iuſtorum orthodoxi, quemadmodùm S. Auguſtinus in eodem pſalmo explanauit, dicens: Sẽtitur ad tempus virga peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, ſed non ibi relinquitur, non erit in æternum. Veniet tempus, quandò Chriſtus in claritate ſua appárens, congreget ante ſe omnes gentes, & diuidat eas, ſicut diuidit paſtor hœdos ab ouib⁹. Ques ponet ad dextram, hœdos ad ſiniſtram, &c. Matth.25

Cap.44. Reφhenſio. IN ACTIONE QVARTA.

Exod.25. DE eo, quòd Iohãnes presbyter, Theodoſio abbate monaſterij S. Andreę, recitante verba Iohannis Chryſoſtomi & dicente, Vidi angelũ in imagine perſequentem barbarorũ multitudinẽ, dixit: Quis eſt iſte angelus, nisi de quo ſcriptum eſt, quoniam angel⁹ Domini percuſſit centũ octogintaquinque millia Aſſyriorum in vna nocte, in circuitu Ieruſalem exercitantium? 4. Reg.19.

Reſponſio Iam ſuperiùs vobis exarauimus, propter quod S. Iohannes Chryſoſtomus protulit ipſum adſpectum, ſed ipſa varia multitudo vndè fuiſſet, tranſijt. Idcircò Iohannes presbyter ex proprio arbitrio dixit, ſecundùm diuinam ſcripturam exiſtimans eſſe, quandò angel⁹ Domini percuſſit 185000. Aſſyriorum in vna nocte, in circuitu Ieruſalem exercitantium. Nam vtrùm ſic eſſet, an non, minimè confirmauit, ſed interrogatiuè taliter memorauit.

Cap.45. Reφhenſio. IN EADEM ACTIONE.

Gene.35. DEmentiſſimum & ratione carens dictum Iohannis presbyteri orientalium, in eo quod ait, quoniã non adſiſtente Imperatore, imago eius honorat: nõ enim inhonoratur: quatenùs & nunc dominatore omniũ Ieſu Chriſto viſibiliter nobis non apparente, (inuiſibilis enim eſt carnalibus noſtris oculis: ſicut eṁ Deus, vbiquè adeſt) honorandã eius imaginem, ſicutì & in Imperatore, pater ſenſit.

Reſponſio Non ex ſe hæc dixit Iohannes, presbyter Orientaliũ, ſed de lib. S. Anaſtaſij epiſcopi Theopoleos, qui in eadẽ Synodo lect⁹ eſt, & ideò dixit: Oſtẽdit pater, qꝺ nõ adſiſtente Imperatore, imago eius honoratur. non eṁ inhonoratur, & quod ſequitur, vt ſuprà.

Cap.46. Reφhenſio. IN ACTIONE QVARTA.

Reſponſio DE eo, qꝺ Iohannes presbyter & legat⁹ Orientaliũ incautè imaginũ adorationẽ ſtabilire nitens, dixiſſe legitur: Erexit Iacob titulum Deo, quatenùs & benedixit eum. In ſimilitudine hoc dixit, qa cùm euigilâſſet, tunc ille erexit titulũ lapideũ in loco, quo locutus fuerat ei Deus, libans ſuper eũ libamina, & effundẽs oleũ, vocansq; nomẽ loci Bethel. Et ideò plures ſimilitudines interpretationũ habere videt⁹ de lib. B. Auguſtini, de tractatu Eſau & Iacob: Intelligit, inquit,

ſanctitas veſtra. multis eṁ modis ſignificatur vna res, id eſt, Eccleſia. & poſt pauca: Quia vna res multis modis ſignificatur, quę nihil horum eſt per euidentiam, omnia eſt per figuram, &c.

Cap.47. Reφhenſio. IN EADEM ACTIONE.

QUàm abſurdè agunt, qui ad confirmandas imagines exemplum diuinæ legis proferunt, dicentes propiciatoriũ, & duos Cherubim aureos, & arcam teſtamenti, præcipiente Domino, Moſen feciſſe.

Reſponſio. Iam ſuperiùs mitiſſimè exarauimus, qualiter prædeceſſores noſtri ſanctiſſimi pontifices ad confirmandas imagines diuinę legis exemplum in eorum poſuerũt ſacris cõcilijs. Vndè S. Gregorius Theologus in ſermone de Paſcha, inter cætera ait: Et qui loquebatur ante ipſum ad Moſen, tunc cùm de iſtis legẽ daret, Vide enim, inquit, omnia facies ſecundùm exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte, adumbratione quadam deſcriptionem inuiſibilium oſtendens eſſe viſibilia: & ſuadeor nihil horum ſinè cauſa, neque irrationabiliter, nec humi repens ordinatum eſſe, nec quod indignum eſſet & Dei conſtitutionibus, & Moſis miniſterio, &c. Item beati Auguſtini de libro Exodi inter cætera: Facta credimus, quę admodùm facta legimus, & tamen ipſa facta vmbras fuiſſe futurorum, Apoſtolica doctrina cognoſcimus. Putamus ergò ſpiritaliter eſſe inueſtiganda quæ facta ſunt, facta tamẽ eſſe negare non poſſumus, &c.

Cap.48. Reφhenſio. QVòd non parui ſit piaculi, ſcripturas ſanctas aliter intelligere, quàm intelligendę ſunt, & ad hos ſenſus vſurpatas accommodare, quos illæ non continent: ſicut in erronea Synodo, quæ in Nicea regnante Conſtantino, mediante Irene matre eius, reſidẽte Tharaſio Conſtantinopolitano neophyto epiſcopo, geſta eſt.

Reſponſio. Hæ ſubiectæ repræhenſiones non ex ſynodo, ſed de ſenſu tractæ ſunt libri beati Auguſtini de eo, quòd apparuit Deus Moſi, ad finem eiuſdem libri, vbi ità explanatum eſt. Omnia ergò futuri populi ſigna ſunt & myſteria de Domino noſtro Ieſu Chriſto, & ſi qua alia ſunt in libris veteribus ſacramenta, ſiue illa intelligamus, ſiue non intelligam⁹, quærentem deſiderant, non repræhendentem. Petamus ergò, quæramus & pulſemus, vt aperiatur nobis. Illis futura prędicta ſunt ſacramenta, nos præſentia videmus in Eccleſia.

Cap.49. Quæ ſit differentia imaginis, & ſimilitudinis, ſiue æqualitatis.

Quis de fidelibus ignorare ſe putat aliquandò, quæ ſit imago, aut ſimilitudo, vel æqualitas? In ſancta verò catholica & Apoſtolica ecclesia humilibus datur gratia. Nam differentia mathematicorum exterioris artẽ diſciplinæ fideles conſeruare deſpiciunt, Libr.11.ca.3. beato Ambroſio dicente in libro primo de Fide, vbi inter cætera iuquit: Dicendum eſt nobis quod ſcriptum eſt: Cauete nè quis vos deprædetur per philoſophiam & inanẽ ſeductionem, ſecundùm traditionem hominum, & ſecundùm elementa huius mundi, & non ſecundùm Deum. Omnem enim vim venenorum ſuorum in dialectica diſputatione conſtituunt, quæ Philoſophorum ſententia definitur, non adſtruendi vim habere, ſed ſtudium deſtruendi: Sed non in dialectica complacuit DEO ſaluum facere populum ſuum. Regnum enim Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione ſermonis. Coloſſ.2. In dec.Iuo, part.4.cap. 229.

Cap. 50. Reφhenſio. Quòd contra beati Gregorij inſtituta ſit, imagines adorare ſeu frangere, & quia vetus & nouum teſtamentum, & penè omnes præcipui doctores Eccleſiæ conſentiunt B. Gregorio in non adorãdis imaginibus, nec vt aliquid præter Deum omnipotẽtem adorare debeamus, in multis locis confirmat S. Gregorius papa.

Reſponſio. Nequaquàm ſacras contemp ſit imagines aliquandò, ſed magis conſtantiſſimè obſeruauit, & eorum veneratus eſt figuras. Illud autem, quòd penè omnes præcipui doctores Eccleſiæ conſentiunt beato Gregorio, irrationabile fuit ſcribere: quia ſanctus Gregorius ad prędeceſſores ſuos patres atque præcipuos doctores ſanctæ catholicæ Eccleſiæ obediens & conſentiens fuit. Nam illi beatũ Gregorium in hoc exiſtentes mundo neſciẽrunt, nisi ſolus ille, qui quos præſciuit, & prædeſtinauit &c. Nam qualiter ſanctos prædeceſſores ſuos veneratus ſit, proferimus epiſtolam eiuſdem ſancti Gregorij ad Eulogium patriarcham Alexandrinum directam, vbi inter cætera: Prętereà de Eudoxij hęretici perſona, de cuius errore in Latina lingua nihil reperi, mihi à veſtra beatitudine largiſſimè gaudeo ſatisfactum. Virorum quippe fortiſſimorum Baſilij, Gregorij atque Epiphanij teſtimonia protuliſtis, & manifeſtè peremptum cognoſcimus eum, in quem heroës noſtri tot iacula dederunt, &c. De veneratione verò ſacrarũ imaginum, ſicut in cęteris epiſtolis ſuis ſanctus Gregori⁹ docuit, ità & in epiſtola ſua ad Ianuarium epiſcopum Caralitanũ, quę ſic incipit: Iudęi de ciuitate veſtra huc venientes, queſti nobis ſunt, quòd ſynagogam eorum, quæ Caralis ſita eſt, Petrus qui ex eorum ſuperſtitione ad Chriſtianę fidei cultum Deo volẽte perduct⁹ eſt, adhibitis ſibi quibuſdã indiſciplinatis, ſequenti die baptiſmatis ſui, hoc eſt, dominico in ipſa feſtiuitate Paſchali, cum graui ſcandalo ſinè veſtra occupauerit voluntate, atque imaginem illic genitricis Dei Dominiq; noſtri, & venerandã crucem, vel birrum alĳum, quo de fonte ſurgẽs indutus fuerat, poſuiſſet. & poſt pauca: Cõſiderantes hac de re veſtræ voluntatis intentum ac magìs iudicium, his hortamur affa- lib.7.Epiſt. 30.

tibus, vt ſublata exindè, cùm ea, qua dignũ eſt veneratione, imagine atque cruce, debeatis quod violenter ablatum eſt reformare. & poſt pauca: Nè ergò ſuprà ſcriptus Petrus, vel alij, qui ei in hac indiſciplinationis prauitate præbuêre ſolatium ſiue conſenſum, hoc zelo fidei ſe feciſſe reſpondeant, vt per hoc quaſi eis neceſſitas fieret conuertendi, admonendi ſunt atq; ſcire debent, quia hac circa eos temperantia magis vtendum eſt, vt trahatur ab eis velle nõ reniti, non vt adducantur inuiti, quia ſcriptum eſt, Voluntariè ſacrificabo tibi, &c. Eccè ſanctus Gregorius non eſt auſus contradicere tali fidei pro ſacris imaginibus, ſed magis eam confirmauit, vbi dixit, Non adducantur inuiti.

Pſalm. 53.

Quòd contra Dominicæ vocis imperiũ faciunt hi, qui parentes eorum anathematizant: & ſi ſecũdùm eorum opinionem prædeceſſores eorum hæretici fuêre, iſti ab hæreticis geniti, docti & conſecrati ſunt, ſiue de non iudicandis his, qui de ſeculo receſſerunt, vel quantùm iſtorum errorà parentũ errore diſſentiat, cùm videlicet illi imagines frangere, iſti adorare cenſuerint.

Cap. 51. Reſponſio.

Iſti qui hoc ex ſenſu ſcripſerũt, vel ad magniſonum Ezechielẽ prophetam attendere debebant, dicentem: Viuo ego, dicit Dominus, ſi erit vobis vltrà parabola hæc in prouerbium in Iſrael. Eccè omnes animæ, meæ ſunt: vt anima patris, ità & anima filij mea eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. & infrà: Et cùm auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium & iuſtitiã, ipſe animam ſuam liberauit. & poſt plura, Nolo mortem impij, ſed vt reuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini à vijs veſtris peſſimis, & quarè moriemini domus Iſraël? Tu itaque fili hominis, dic ad filios populi tui: Iuſtitia iuſti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & impietas impij nõ nocebit ei, in quacũq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua, &c.

Ezec. 18. & 33.

Nam, vt ſanctus Gregorius in Dialogis ſuis meminit, Ermigildo regi ab Arriana hæreſi ad fidem catholicam cõuerſo, quid nocuit pater ſuus Arrianus Liuigildus Vuiſigothorum rex? Prorsùs credim⁹ quia nihil, ſed magis cùm in perditionem animæ ſuæ ipſe pater eius Arrianus pro vera & orthodoxa fide eum occidi fecit, cõſtantiſſimus Dei cõfeſſor & martyr effectus eſt: pater verò eius Arrianus in ignem æternum pro Arriana fide ſua deductus eſt. Et quid potuit fidelem filium ſuum in quocunq; lædere capitulo? Tunc nanq; gaudet ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia, quandò inimicos ſuos, videlicet hæreticos, videt in vera confeſſione ad eam reuerti, Domino dicente, Gaudium erit ſuper vno peccatore, &c. Et ſi de vno gaudium fit, quanto magis de tot millium hominum reuerſione? quis audebit de fidelibus, tandèm aliquandò reſiſtere? Item ex S. Auguſtino in pſalmum 84. inter cætera dicente: Peccata parentum non pertinẽt ad filios, quæ faciunt parentes iam natis filijs. Iam enim filij nati ad ſe pertinent, & parentes ad ſe pertinent. Itaque illi qui nati ſunt, ſi tenuerint vias parentum ſuorum malas, neceſsè eſt portent & merita ipſorum. Si autem mutauerint ſe, & non fuerint imitati parentes malos, incipiunt habere meritum ſuum, non meritum parentum ſuorum. Vſq; adeò autem non tibi obeſt peccatum patris tui, ſi te mutaueris, vt nec ipſi patri tuo obſit, ſi ſe mutauerit, &c.

Luc. 15.

Quòd inutiliter & incautè Græci Eccleſiam catholicã anathematizare conati ſunt in eorum ſynodo, eõ quòd imagines non adoret: cùm vtiquè priùs debuerint omninò ſcrutari, quid vniuſcuiuſque partis eccleſia de hac cauſa ſentire vellet.

Cap. Reſp.

Illi non anathematizauerunt catholicam Eccleſiam, ſed magis ad eam reuerſi, anathematizauerunt pſeudoſyllogum illum vnà cum complicibus eius hæreticis, qui ſacras imagines in ſancta Eccleſia à priſcis temporibus cõſtitutas, inuerecundè & incautẽ nõ ſolùm depoſuerũt, ſed inſuper incenderũt. Et ideò ſecundùm traditionem ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicę Eccleſiæ ab ipſa reuerſi hæreſi, ſpecialiter eam cõtemnentes anathematizauerunt. Item ex epiſtola ſancti Gregorij ad Euſebiũ archiepiſcopũ Theſſalonicenſem directa: Hortamur, vt cum omni viuacitate ac ſolicitudine fraternitatis hoc veſtræ rimari cura non deſinat, & ſi ab hac eos inſontes prauitate repererit, ſcandalum de filiorum ſuorum mentibus habitatorum ſatisfactione remoueat, atque inter omnes hæreſes ſpecialiter Seuerũ ac Neſtorium anathematizent, &c. Sic & iſti fecerunt de propria eorum hæreſi reuertentes.

Cap. Reſp.

Quia mulier in ſynodo docere non debet, ſicut Irene in eorum ſynodo feciſſe legitur.

Reſp.

In ipſis enim exordijs Chriſtianorum, cùm ad fidem cõuerteretur Imperator Cõſtãtinus, mater ſua Helena Auguſta ad eum cum duodecim ſcribis & phariſæis, ac magiſtris & principibus Iudæorum in vrbẽ venit Romam, & ipſa vnà cum filio ſuo Conſtantino Auguſto concilium Iudæos cum Chriſtianis facere cenſuerunt. In quo præſidens ſanctus papa Syluester, cum pluribus ſanctiſſimis epiſcopis in ampliorem ſtatum dilatantes Chriſtianorum fidem, tam per ſacram ſcripturam, quam q̃; per miracula, Domino protegente, victores effecti ſunt. Sed & ſanctus Leo papa egregius doctor, pro ſacroſancto quarto Concilio ad Pulcheriam Auguſtam emiſit epiſtolas ſuas. Vndè & ipſa per ſemetipſam in ſancta quarta ſynodo ſedit, vnà cum fideliſſimo Martiano Imperatore. Itẽ ex libro S. Auguſtini, de eo quod in Geneſi ſexto die factum legitur, inter cætera:

tera: Produxit terra herbam pabuli & ligna fructifera: producunt & homines in Eccleſia opera miſericordiæ: poſt ipſa opera, quæ etiàm Domino exhibita ſunt, cùm eſſet in carne, non ſolùm à viris, ſicut fuit Zachæus, ſed etiàm à mulieribus, quæ ei miniſtrabãt de ſubſtantia ſua, &c.

Cap. 56. Reſponſio.

Quòd non ideò adorandæ ſunt imagines, quòd per eas, vt illi dicunt, nonnulla ſigna demonſtrata fuiſſe videntur, cùm tamẽ non omnes res adorentur, per quas vel in quibus miracula appárent.

Reſponſio.

Iam ſuperiùs exarauimus pro adorandis imaginibus, qualiter in eorũ explanauerint definitione, demonſtrantes eis oſculum & honorabilẽ ſalutationem reddere, nequaquàm ſecundùm fidem noſtram veram culturam, quæ decet ſolam diuinam naturam. Ex libro S. Auguſtini, in pſalmum 76. inter cætera: Tu verè magnus Deus, faciens mirabilia in corpore, in anima, ſolus faciens. & poſt pauca: Fecit & Moſes, ſed non ſolus: fecit & Elias, fecit & Eliſæus, feceruñt & apoſtoli, ſed nullus eorum ſolus. Illi cùm facerent, tu cum eis: tu quandò feciſti, illi non tecum. Non enim tecum fuerunt cùm feciſti, quãdò & ipſos tu feciſti. Tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus, &c.

Latrian diuiſio.

Cap. 55. Reſponſio.

De eo quòd apocryphas & omni deriſione dignas nænias ſuis locutionibus interpoſuerunt.

Reſponſio.

Ad deriſionem & opprobrium hęreticorum, qui pſeudoſyllogũ illum fecerunt, eorum apocryphas nænias, quas delirauerunt, in medium deduxerunt, demonſtrantes eis, qualem errorem conabantur in ſanctam catholicam & apoſtolicam introducere Eccleſiam. Et idcircò q̃ ex ipſa reuerſi ſunt hęreſi, cum propheta canebant pro ipſis hęreticis: Inimici defecerunt framęe in finem, &c. alia plura. Item S. Gregorij Theologi de ſermone in Epiphanijs, inter cętera: Accedam⁹ ad lucem, & efficiamur etiàm ipſi lux, participatione lucis æternæ. & poſt pauca: Nunquid tale aliquid in myſterijs ſuis habẽt paganorum delira commenta, & myſteria obſcura, adinuẽtiones dæmonum, aut furioſæ mentis veſana figmenta, tempore cõfirmata, & fabulis cõmendata? Ea enim, quæ tanquàm vera adorant, rursùm ficta eſſe & cõpoſita per fabulas docẽt. Quòd ſi eſſent vera, vtiquè fabuloſa non eſſent, cùm ſint omñi genere contraria ſibi veritas & figmentum. Sed agunt omnia, tãquàm verè pueri in plateis ludẽtes, ac ſibi inuicèm illudentes. Nulla ibi virilis ſenſûs & perfectæ rationis aſſertio, nihil quod p̃ferre valeant aduersùs cultores verbi Dei, & alia ſimilia plura.

Cap. 56. Repręhẽſio

De eo, q̃ quãto plura exẽpla hæreticorũ, & imagines ſpernentiũ vel deſpicientiũ trahunt, tãto parẽtes ſuos maioribus conuicijs & iniurijs inhonorãt, quos p̃culdubiò eorũ ſequaces in hac parte fuiſſe profitentur.

Pſalm. 9.

Eccè ipſum vnum tenorem in hoc capitulari ſæpiùs referunt, quia parentes eorum deſpexerunt, atque iniuriantes inhonorauerunt. Et ideò & nos, vt ſuperiùs exarauimus, pro huiuſmodi breuiter addentes dicimus, quia nec parentes boni poſſunt filijs malis prodeſſe, neq; filij boni poſſunt parẽtibus malis auxilium ferre, ſed vnuſquiſque pro ſe reddet rationem Deo. Magìs autem multùm laudabiles ſunt, qui parentes eorũ non ſequuntur in ſæuiſſimo errore, reuerſi ad veram fidem orthodoxam ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Ex libro ſancti Auguſtini de prophetia, vbì ad oues loquitur Deus, inter cætera: Ergò quicunque ab hęreticis tranſiẽrint ad catholicam, non habebunt hoc opprobrium gentium, nec portant maledictum diſſenſionis, quia permanent in radice vnitatis, in plantatione charitatis. Non portabunt maledictum, & ſciẽt quoniam ego ſum Dominus Deus eorum, & ipſi populus meus dom⁹ Iſraël, dicit Dominus Deus.

Reſponſio. Ezech. 34.

Quòd non ſit contra religionem Chriſtianam, vt illi dicunt, non colere & non adorare imagines.

Cap. 57. Reſponſio.

Ex libro beati Auguſtini de tractatu p̃uerbij Salomonis, inter cætera: Inuenis hominem porrigentẽ manu. eleemoſynas pauperum, nec tamen de Deo ibì cogitantem, ſed hominibus placere cupientem. Lanea veſtis videri poteſt, interiorem lineam non habet. Inuenis alium dicentem tibi: Sufficit mihi in conſcientia Deum colere, Deũ adorare: quid mihi opùs eſt aut in eccleſiã ire, aut viſibiliter miſceri Chriſtianis? Lineam vult habere ſinè tunica, Non nouit, non cõmendat talia opera mulier iſta. Dicẽda ſunt quidem & docenda ſpiritalia ſinè carnalibus, ſed illi qui accipiunt, debent tenere ſpiritalia, & nõ carnaliter operari carnalia, &c.

Reſponſio.

Quòd non parui ſit erroris, manufactas imagines arcę teſtamenti Dñi coęquare conari, vt illi in ſua ſynodo facere conati ſunt.

Cap. 58. Reſponſio.

Item ex tractatu S. Auguſtini de Eſau & Iacob, inter cætera: Duo teſtamenta dicuntur in lege, vnum vetus, alterum nouũ. Vetus promiſſiones habebat temporales, ſed ſignificationes ſpiritales. Intendat charitas veſtra. Si promiſſa eſt Iudæis terra promiſſionis, ſignificat aliquid ſpiritaliter terra p̃miſſionis. Si promiſſa eſt Iudæis ciuitas pacis Ieruſalem, ſignificat aliquid nomẽ ciuitatis Ieruſalem: & ſimilia alia plura. Vndè vt ſuperiùs exarauimus, de eodem libro S. Auguſtini, vna res multis modis ſignificat: quæ nihil horum eſt per euidentiam, omnia eſt per figuram, &c.

Reſponſio.

Quòd non ſint coęquandæ imagines reliquijs ſanctorum martyrum & confeſſorũ, vt illi in ſua erronea ſynodo facere nitũtur, eõ quòd reliquiæ aut de corpore ſunt, aut de his quæ in corpore, aut de his quæ circa corpus

Cap. 59. Reſponſio.

corpus cuiusdam sancti fuerunt. Imagines verò nec in corpore, nec circa corpus fuisse vel fore creduntur illis, quibus adscribũtur.

Responsio. In sacris prædictis concilijs prædecessorum meorum sanctissimorũ pontificum hęc oblata sunt testimonia, id est, S. Gennadij Massilienſis episcopi, qualiter veneranda sint corpora vel reliquiæ sanctorũ, capitulo 40. Sacrorum corpora, & præcipuè beatorum reliquias ac si Christi membra synceriſſimè honoranda, & basilicas eorum nomine appellatas, velut loca diuino cultui mãcipata, affectu pijſſimo & deuotiõe fidelisſima adeundas. Si quis contra hanc ſententiam venit, non Christianus credatur, sed Eunomianus. Item de petitione clericorũ & monachorum sanctæ Antiochenæ eccleſiæ aduersùs Seuerum hæreticum in sancta quinta Synodo: Neque enim de sanctis altaribus pepercit sacratiſſima veſtimenta vasaq; nõnulla diſcerpens, cætera q́ue fundens distribuit consentientibus sibi. Ausus fuit enim ille, beatiſſimi, quæ in typum ſpiritũs sancti aureæ argenteæ q́ue columbæ pendebãt supra sacratiſſimos fontes & altaria, cùm reliquijs vſurpare, dicens: Non est neceſsè in ſpecie columbæ ſpiritum sanctum nominare, &c.

Cap. 60. Rephensio. Quòd hæc synodus, quæ nec synodus q́dem dicenda est, nullatenùs æquiparari poſsit Nicenę synodo, quanquàm in eodem sit agitata loco, ſicut Iohannes presbyter adulanter dixiſse perhibetur: quippe cùm ab ea non solùm in cæteris, ſed in symbolo diſcrepare noſcatur.

Responsio. In dec. Iuo. par. 4. cap. 127. Iam superiùs exaraui mus, huius synodi diuina dogmata irrepræhensibilia existere, ſicut præcipuorum sanctorum patrum mirificè demonſtrant opuſcula. Nam ſi quis à prædictæ Synodi symbolo diſcrepare ſe dixerit, diſcrepare videtur à sanctarũ ſex ſynodorum symbolo, eõ quòd iſti nõ ex ſe, ſed per sanctorum dogmatum conſtitutiones locuti sunt. Ex libro sanctæ ſextæ synodi, inter cætera: Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem atque confirmationem, pium atque orthodoxum hoc diuinę gratię symbolum. Sed quoniam non deſtitit ab exordio adinuẽtor malitiæ, cooperatorem ſibi ſerpentem inueniens, & per eum venẽnoſam humanæ naturæ adferens mortem: ità & nunc organa ad propriã ſuam voluntatem apta reperiens, &c.

Ezech. 34. Item ex libro sancti Auguſtini de prophetia, vbi ad oues loquitur, inter cætera: Lateribus & humeris veſtris impellebatis, & cornibus veſtris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quouſq; diſpergeretis eas foràs: & ſaluabo oues meas. Sicut deteſtãda eorum iniquitas & crudelitas, ità laudãda paſtoris noſtri & Dei noſtri misericordia. & poſt pauca ſequitur: Et ſuper omnem terram gloria tua. Sponſus in cælo est, ſponſa in terra est. Ille ſuper omnes cælos, illa ſuper omnem terram. O hæretice, credis quod in cælo non vides. negas quod in terra vides? Dicat ergò hęc, dicat & audiatur, ſaluet oues ſuas. Et ſaluabo, inqt, oues meas, & iam non erunt in deuaſtationem: & iudicabo inter ouem & ouem, & excitabo ſuper eas paſtorem vnum, & reliqua.

Contra eos, qui dicunt: Sicut diuinę ſcripturæ libros, ità imagines ob memoriã veCap. Refut. nerationis habemus, noſtrę fidei puritatem obſeruantes.

S. Gregorij papæ ex epiſtola ad Serenum Refert. Lib. 9. epiſcopum Maſſilienſem directa, inter cætera: Dic, frater, à quo factum ſacerdote aliquandò auditum est quod feciſti? Si nõ aliud, vel illud te non debuit reuocare, nè deſpectis alijs fratribus, ſolùm te ſanctum & eſſe crederes ſapientem? Aliud est enim, picturam adorare: aliud, per picturæ hiſtoriã, quid ſit adorandum, addiſcere. Nam quod legentibus ſcriptura, hoc idiotis pictura pſtat cernentibus: quia in ipſa ignorantes vident quid ſequi debeant: in ipſa legunt, qui literas neſciunt. Vndè & præcipuè gentibus pro lectione pictura est. Quod magnoperè à te, qui inter gentes habitas, attendi debuerat. & poſt pauca: Et quia in locis venerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſinè ratione vetuſtas admiſit. Et rursùs: Quia picturas imaginum, quæ ad ædificationẽ imperiti populi fuerant factæ, vt neſcientes literas, ipſam hiſtoriã attendentes, quid actũ ſit, diſcerent, &c. Item Sophronij epiſcopi Hieroſolymitani, qui ità explanauit in ſancta ſua ſynodica, quæ in ſancto ſexto Concilio oblata & mirabiliter ſuſcepta est, de ſpiritu ſancto dicens: Verè patri & filio con ſempiternum, conſubſtantialem, atque cõtribulem, eiuſdem q́ue eſſentiæ atque naturæ. Similiter & Deitatis Trinitatem conſubſtantialem, cohonorandam q́ue ac conſeſsorem, connaturalem & cognatam atq; contribulem, in vnam cõrecapitulandam Deitatem, atque in vnam copulãdam communem dominationem, abſque perſonali confuſione, & abſq; ſubſtantiali diuiſione. Trinitatem itaq; in vnitate credimus, & in vnitate Trinitatem glorificamus, &c. Item ex Epiſtola S. Athanaſij, ad Epictetũ directa, inter cætera: Eorum verò qui putãtur rectè credere, ſecundùm omnia quæ dicta ſunt à ſanctis patribus, qui propter inquiſitionem immutare volentes, nihil aliud faciunt, nisi ſecundùm quod ſcriptum est, Proximum quidem potant inſipientia: repugnant autẽ ad nullam vtilitatẽ, ſed vt ſimplices tantùm euertant, &c. Item S. Auguſtini libr. 7. de Trinitate, inter cętera: Sic dicamus tres perſonas, patrem, & filium & ſpiritum ſanctum, quemadmodùm dicuntur aliqui tres amici, aut tres propinqui, aut tres vicini, quòd ſint adinuicem, non quòd vnuſquiſq; eorũ ſit

ſit ad ſeipſum. Quapropter quilibet ex eis amicus est duorum cæterorum, aut propinquus, aut vicinus, quia hęc nomina relatiua ſignificationem habent, &c. Item eiuſdẽ ſancti Auguſtini lib. 8. de Trinitate, inter cętera: Tantam eſſe æqualitatem in ea Trinitate, vt non ſolùm pater nõ ſit maior quàm filius, quòd attinet ad diuinitatem, ſed nec pater & filius ſimul maius aliq̃d ſint, quàm ſpiritus ſanctus, aut ſingula quæque perſona q̃uelibet trium minus aliquid ſit, quàm ipſa Trinitas. Dicta ſunt hęc, & ſi ſępiùs verſando repetãtur, familiariùs quidem innoteſcunt: ſed & modus aliquis adhibendus est, Deo q́ue ſupplicandum deuotiſſima pietate, &c.

IN ACTIONE PRIMA.

Cap. 4. Rephensio De eo, quòd Basilius archiepiſcopus in ſuæ fidei lectione, poſt confeſsionem patris & filij & ſpiritus ſancti, imaginũ & ipſanorum oſculationem & adorationem inſeruit, fidem ſe habere dicẽs, participari ab his ſanctificationem: remiſsionem verò peccatorum, ſiue carnis reſurrectionẽ, ſeu vitam futuram omninò tacuit.

Responsio Sanctus Ambroſius Mediolanenſis epiſcopus in libro 1. de Fide, quem ad Gratianum Imperatorem miſit, de patre & filio orthodoxè dogmatizans, inter cætera inquit: Est enim plenitudo diuinitatis in patre, & plenitudo diuinitatis in filio. Et de ſpiritu ſancto nil dixit, quia tantummodò de patre & filio explanauit: & Baſilius hęreſim, quã abijciens anathematizauit, & confeſsionem de vera religione orthodoxæ fidei faciens, imagines ſacras & ipſana ſanctorum amplectens venerabiliter ſuſcepit, de quibus dudùm errorem habuit. Nam de remiſsione peccatorum, ſiue carnis reſurrectione, ſeu vita futura nullum habuit errorem, neque orthodoxæ fidei ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ in hoc contradixit, ſicut illi flebiles & infelices hæretici, qui ex occaſione imaginibus & ipſanis ſanctorum detrahere conati ſunt, cùm ipſis ſacris imaginibus, ipſa ipſana ſanctorum eijciẽtes atq; abnegantes contempſerunt. Sed væ illis, quia de via recta declinantes, per erroneam ſemitam plenam q́ue frutetis gradientes, in foueam inciderunt, quam facientes, arſuri ſunt in æternum. Si enim explanare voluerimus de ipſanorum ſanctorum veneratione, per diuinarum ſcripturarum & ſanctorum patrum opuſcula, quis valebit ſcribere, aut chartas proferre? Pauca enim ex multis breuiter memoramus ſancti Baſilij epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, in interpretatione pſalmi CXV. inter cętera: Ante hoc dicebatur ſacerdotibus & Nazaræis, Quoniam omnis qui tetigerit mortuum, immundus erit, & vt lauet veſtimenta ſua. Nunc autem qui tetigerit oſſa martyrum, accipiet aliquã participationem ſanctificationis de corpore aſsiſtente gratia. Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorũ eius, &c. Item ſancti Iohannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani in Sermone in Epiſtolam beati Pauli Apoſtoli ad Romanos, inter cætera: Ego autem & propter hoc Romam diligo. Inſupèr adhuc & aliundè eam habeo laudare, & pro magnitudine, & p antiquitate, & pro ſpecie, & pro multitudine, & potentia, & de directionibus in prælijs. Omia autem talia derelinquens, pro hoc eam beatifico, quia & viuens eis ſcribebat, & ſic eos diligebat, & præſentialiter eis locutus est, & vitam ibì temporalem finiuit, & ſanctum corpus eius ibi habent, pro quo & honorabilior ciuitas magìs quàm pro alijs. Et ſicut corpus magnum & forte oculos habet duos ſplendentes, ſacrorum horum corpora, id est, Petri & Pauli: ità non est cęlum ſplendidius, quandò ſol emittit radios, ſicut Romanæ vrbis hæ duæ lampades vbiq̃ in mundo illuxerunt. Exindè ergò rapietur Paulus, exindè Petrus. Conſiderate & tremite: qualia videbit in ſignia Roma, Paulum ſubitò ſurgentem à loco requietionis ſuæ ſimul cum Petro, & proficiſcentem obuiàm CHRISTO? Quale mandat CHRISTO donum Roma? quales coronas ciuitas continet duas? quales catenas aureas circunnectit? quales habet fontes? Pro hoc admiror ciuitatem, non pro multitudine auri, non pro columnis, non pro alia phantaſia, ſed pro egregijs cacuminibus ſummæ Eccleſiæ. Quis mihi tribuet perfundi corpore Pauli, & adhærere ſacræ ſepulturæ, & puluerem ſanctũ videre corporis illius, in quo imitatus est CHRISTVM, in quo Chriſti ſtigmata portauit, in quo vbiq̃ prædicationem diſſeminauit? Puluerem illum corporis eius, per quod vbiq̃ occurrit? puluerem oris illius, per quod CHRISTVS annunciabatur, & lux lucesçebat, &c?

Pſal. 115.

Sermon. 32.

De Paulo apoſtolo dicit.

Item ex Sermone ſancti Auguſtini in natali ſanctorum apoſtolorum, inter cætera: Nam iſte beatiſſimus Petrus piſcator, cui iubebat, non dico curator, ſed infimus obſonator: modò genibus prouolutus eum adorat Imperator, &c.

Item eiuſdem ſancti Auguſtini in expoſitione pſalmi 44. inter cętera: Filiæ regum delectauerunt te in honore tuo: quia non quæſiẽrunt honorem patrum ſuorum, ſed quæſiẽrunt honorem tuum. Oſtendatur mihi Romæ in tanto honore templum Romuli, in quanto oſtendam ibì memoriam Petri. In Petro quis honoratur, nisì ille defunctus pro nobis, &c?

Item ſancti Gregorij Papæ ex epiſtola Euſebio epiſcopo Theſſalonicenſi directa, inter cætera: Si autem Theodorus Lector ad

ad orationem huc ad ſanctos apoſtolos venire voluerit, eũ fraternitas veſtra ſinè aliqua more tranſmittat. Et alia plura talia teſtimonia, quę exarare per ordinem longum præuidemus.

IN EADEM ACTIONE.

Cap. 5. Rephenſio. De eo, quòd Theodoſius Amorij epiſcopus deſidioſè ſanctæ & vnicæ Trinitatis fidem tacuerit, de imaginibus verò incautè & extraordinariè dixerit, Cõfiteor & ꝓmitto, & ſuſcipio, & oſculor, & adoro imagines. & poſt pauca: Qui non inſtruunt diligenter omnem Chriſto dilectum populum adorare & venerari ſacras & venerandas imagines omnium ſanctorum, qui à ſeculo Deo placuerunt, anathema.

Reſponſio. Putamus quia zelo fidei feruens prędict⁹ Theodoſius talem orationem cõfeſſus eſt, qualem in eorũ definitione explanauerunt. Nam & prædeceſſores noſtros, videlicet beatiſſimos pontifices Gregorium & Gregorium, Zachariam & Stephanum, Paulum & iterùm Stephanum, reperimus pro ſacrarum imaginum erectione in ſpiritu ſancto feruẽtes, rectæ fidei zelum habere. Pro quo dominus Gregorius papa ſecũdus iunior, vnà cum 79. ſanctiſſimis epiſcopis ante confeſſionem beati Petri apoſtolorum principis præſidẽs, multorum ſanctorum patrũ teſtimonia roborãtes, venerari & adorare ſacras imagines in eorum concilio cenſuerũt. Porrò & prædeceſſor noſter ſanctæ recordationis quondàm dominus Stephanus papa ſimiliter cum epiſcopis partium Franciæ atq; Italiæ præſidens in baſilica Saluatoris Dñi noſtri Ieſu Chriſti, quæ appellatur Conſtãtiniana, prædeceſſoris ſui venerabile concilium confirmans atque amplectens, magis magisq; & ipſe vnà cum omnibus epiſcopis preſidentibus, ſanctorum patrũ teſtimonijs adhærẽtes, adorare atq; venerari ſacras imagines ſtatuerũt. Vndè & beatus Paulus apoſtolus docens, inquit: Tenete traditiones, quas accepiſtis. & iterùm: Sed licèt nos aut angelus de cælo euangelizet vobis prætерquàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterùm dico: Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit, &c.

2. Theſſ. 2. Galat. 1.

IN ACTIONE TERTIA.

Cap. 6. Rephenſio. Ridiculosè & pueriliter dictum in ſentẽtia fidei Theodori archiepiſcopi, Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. & cõtinuò: Sanctis qui in terra ſunt eius, mirificauit omnes voluntates meas inter illos, tanquàm hic verſiculus illum priorem ſubſequeretur,

Reſponſio. In hoc, modò gratìs calumniari conantur: quia ſancta Eccleſia in matutino DEO canere laudes ſurgens, inprimis, Domine labia mea aperies, dicit, & pòſt, Venite exultemus Domino: ſic incipit, Beatus vir. Similiter beatus Paulus Apoſtolus fideliter prophetarum nomina percurrẽs per ordinem, Heli poſt Iephthe Dauid memorauit, & ſic Samuel. Sed & plura ſanctorũ opuſcula inuenimus ferre teſtimonia de nouo, & ſic poſtmodùm de vetere Teſtamento: ſed ob hoc nullus audet quiſpiam de fidelibus talia in ridiculo habere. Item ſanctus Iohannes Chryſoſtom. in interpretatione epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos, inter cętera docens, inquit: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. & iterùm: Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? & iterùm: Propter quid iritauit impius DEVM? & rurſùm: Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in volũtatibus ſuis, &c.

Item eiuſdem ſancti Iohannis Chryſoſtomi in interpretatione epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos: Pro quo & Matthæus iuitium faciens Euangelij, vtrunque horum memorat primùm, & tunc per ordinem profert parentes eorum, dicens: Liber generationis Ieſu Chriſti. Non ſuſtinuit dicere poſt Abraham, Iſaac & Iacob, ſed ante Abraham Dauid memorauit, & quod eſt mirabile, quoniam ante Abraham Dauid poſuit, ſic dicens: Filij Dauid, filij Abrahæ, & tunc cœpit dicere per ordinem, &c.

IN ACTIONE PRIMA.

Cap. 7. Reſponſio. Contra eos, qui dicunt, Deo cooperante nos direximus congregare vos, ſiue, Congregauit vos DEVS, concilium proprium ſtatuere volens.

Reſp. In fine Euangelij ſancti Marci: Illi autem profecti, prædicauerunt vbiquè, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Item ſancti Cyrilli in Sermone ſanctæ Dei genitricis, inter cætera: Gloria quidem tibi à nobis ſancta myſtica Trinitas, quæ hos & nos omnes conuocauit in hanc vocationem DEI genitricis Mariæ, &c. Item ex ſancta ſexta ſynodo, Actione decimaoctaua, poſt ſubſcriptiones epiſcoporum & Imperatoris, Conſtantinus pijſſimus Imperator dixit: DEVM teſtem proferimus, & poſt pauca: Cùm ergò DEO complacuit tempus concedere, inuitauimus fieri collectionem veſtram, ad conſiderandum nobis ſanctas DEI ſcripturas, omnemque vocis ſiue aſſertionis noxitatem, quæ adiecta eſt ad intemeratam noſtram Chriſtianorum fidem in his vicinis temporibus, à quibuſdam praua ſentiẽtibus, expellendam, &c.

IN ACTIONE TERTIA.

Cap. 8. Reſponſio. Contra eos, qui dicũt quòd imaginis honor in primam formam tranſit-

Reſp. Qui huic contradicere voluerit, ſancti Baſilij contradicet expoſitioni, quem nullum ex fidelibus credimus aduersùs eius orthodoxam fidem expugnare. Quia ipſe in ſacratiſſima epiſtola ſua, quam miſit ad Amphilo-

philochium, inter cætera iſtud explanauit capitulum. Item ſancti Seueriani epiſcopi Gabalanenſis (aliàs Gaualẽſis) in Homilia, in qua demonſtrauit ſcripturas per Dominum explanatas, inter cætera: Veſtem imperialem ſi iniuriaueris, nunquid qui eam induit, iniuria afficis? Neſcis quoniam ſi quis imaginem Imperatoris iniuriauerit, primæ formæ dignitati adfert iniuriã? Neſcis quoniam ſi quis imaginem, quæ à ligno detrahit, non ſicut in inanimatam materiam audens ſic iudicat, ſed ſicut qui aduersùs Imperatorem manus extendens fœdat materiam, ſinè anima Imperatoris, ſegregatã ab Imperatore? Imago enim omninò ſi feriatur, eius iniuria Imperatorem attingit, &c.

Pſal. 9. Pſal. 11. Pſal. 9. Pſal. 13.

IN EADEM ACTIONE.

Cap. 9. Rephenſio. Quòd inſauſtè & præcipitanter ſiue inſipienter Conſtantinus Conſtantiæ Cypri epiſcopus, dixit: Suſcipio & amplector honorabiliter ſanctas & venerãdas imagines, & quæ ſecundùm ſeruitiũ adorationis, quæ ſubſtãtiali & viuificatrici Trinitati emitto. Et qui ſic non ſentiunt neque glorificant, à ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſegrego, & anathemati ſubmitto, & parti eorum qui abnegauerũt, incarnatam & ſaluabilem diſpenſationem Chriſti veri Dei noſtri, emitto.

Reſponſio. Ex praua reuertentes hęreſi, totis niſibus eorũ, tentauerunt ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ in ipſorum confeſſione ſatisfacere Eccleſiæ, & ideò talem adorationem ſe confeſſi ſunt pro ſacris imaginib⁹ credere, qualis in definitione ſynodi conſtituta eſt inter

Actione 7. cætera, Reordinari venerandas & ſanctas imagines, quæ ex coloribus & metallo & cętera materia opportunè habẽtur, in ſanctis Dei eccleſijs, in ſacris vaſis, & in veſtibus, parietibus & tabulis domibuſque & vijs: quasque Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti imagines, intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Dei genitricis, precioſorum angelorum, & omnium ſanctorum & iuſtorũ virorum. Quantùm enim frequenter per imaginariam reformationem videntur, tantùm & qui eas adſpiciunt, adſurgũt ad *primæ formæ memoriam & dilectionem, & vt his oſculum & honorabilem ſalutationem reddant, nequaquàm autem ſecundùm fidẽ noſtram veram culturam, quæ decet ſolam diuinam naturam, ſed quemadmodùm ſigno precioſæ & viuificæ crucis, & ſanctis euangelijs, & cęteris ſacris ornatis, &c.

*prototyporum

IN ACTIONE SECVNDA.

Cap. 10. Rephenſio. Quòd Euthymius Sardenſis epiſcopus à præfati Conſtantini errore nõ multùm diſſentit in eo, quòd ait: Ex toto corde ſuſcipio venerandas imagines, cum condecenti honore & amplectibili adoratione. Illos enim, qui aliter aut contrariè ſentiunt aut dogmatizant contra ſanctas imagines, alicnos catholicæ Eccleſiæ deputans prędico, & hęreticos annuncio.

Reſponſio. Eccè vt ſuprà diximus, ſecundùm definitionem ſynodi confitentur ſe puram facere Eccleſiæ catholicæ confeſſionem in eo, vbi iſte ex toto corde ſe dicit ſuſcipere venerandas imagines, & cum decenti honore & adoratione amplecti: vt ſuperiùs in definitiõe ſynodi dictum eſt: Nequaquàm ſecundùm fidem noſtram veram culturam, quæ decet ſolam diuinam naturã, ſed quemadmodùm ſigno precioſæ & viuificæ crucis, & ſanctis euangelijs, & cæteris ſacris ornatis. Et ideò dixit, cùm condecẽti honore, & promiſit ſe cõtrarios catholicæ Eccleſiæ, hęreticos annunciare.

Cap. 11. Rephenſio. IN ACTIONE QVARTA. Quòd nulla authoritate vigeat, neque in vllo authenticorum librorum reperiatur, quod illi dicunt per imaginem cuiuſdã Polemonis quandam ab adulterij perpetratione coërcitam fuiſſe: quod quidem æquare nituntur miraculo, quod fimbria dominicę veſtis actum eſt, quam mulier contingens, exoptatam recepit ſanitatem.

Reſponſio. In hoc capitulo qui hæc ſcripſerunt, incriminari moliuntur, & contradicere veritati nituntur. Quod probare nequaquàm poſſunt de illis, cp æquare Polemonis miraculum auderent cum fimbria Dominicę veſtis. In ſynodo verò miraculum imaginis Polemonis de ſermonibus epiſcopi S. Gregorij Theologi, vbi de induſtria verſum ſcripſit, ipſum oſtenſum eſt teſtimonium, & à Baſilio Ancyrę, ſeu & à Tharaſio patriarcha Conſtantinopolitano, ſimul & à Nicephoro epiſcopo Dyrrhachij ſingulatìm reſponſum eſt. Baſilius quidem epiſcopus reſpondit ſanctus Gregorius deiloquus pater, mirabilem putauit imaginem Polemonis. Et patriarcha dixit: Etenim caſtitas ex ea peracta eſt. Nisì enim vidiſſet imaginem proſtituta Polemonis, nequaquàm ab adulterio receſſiſſet. Simulq; & Nicephorus epiſcop⁹ reſpondit: Mirabilis imago & digna valdè nimìs, quoniam potuit mulierem eruere de abominabilis ludibrij operatione. Et poſt hæc ſic alius lector legit: Beati Antipatri epiſcopi Boſtrorum ex Sermone de fluxu ſanguinis, vbi poſt multã explanationem ſanctus inquit: Adepta donum, titulum erexit Chriſto, diuitias quidẽ medicis expendens, diuitias verò reliquas offerens Chriſto. Et poſt hæc ſic iterùm ſeparatìm pro miraculo fluxuoſę mulieris patriarcha reſpondit: Sicut & imaginem quæ titulatur Chriſto eam offert, quemadmodùm fluxuoſa titulum. Similiter & Baſilius epiſcop⁹ reſpõdit: Propriè dicere iubet, & ſuſcipit prolixè qui faciunt imagines. Tamen veſtra à Deo inſpirata veridica excellẽtia, ipſam ſynodum legi facere poteſt in Actione quarta, vtrùm ſic eſt, an non.

IN ACTIONE SEXTA, TOMO TERTIO.

Cap. 12. Repræhẽsio

Quòd non pertineat ad imaginum adorationem, vt illi stultissimè & irrationabiliter putant, quod per Legislatorem scriptũ est: Eccè vocaui ex nomine Beseleel filium Huri, filij Hur, de tribu Iuda, & repleui eum spiritu sapientiæ & intelligentiæ ad perficiendum opus ex auro & argento, & dedi ei socium Ooliab filium Achisamech, &c.

Exod. 31.

Responsio.

Pro his firmissimis exemplis prædecessor noster sanctissimus dominus Gregorius secundus iunior papa, in suo sacro Concilio (quod & in alio Concilio prædecessoris nostri domini Stephani papæ, vnà cum sacerdotibus partium Franciæ atque Italiæ acto, susceptum & veneratum est) in eoipso præsidente sanctissimo ac beatissimo quódàm domino Gregorio papa per semetipsum, similiter dixit: Si contraria sentientibus, & irritas facere quærentibus antiquas patrum traditiones, salutis occurreret conuersio, sufficerent vtiquè ea, quæ superiùs à nobis ex patrum testimonijs vel sacris dicta sunt documentis. Sed quia videmus, quod mœrentes dicimus, plerosque turbatis mentibus statuta conturbare Ecclesiæ: ideò fratres charissimi extéditur sermo, & cupimus ad compescendam erroris insaniam adhuc ex veteribus documẽtis aliquid dicere. forsan resipiscent inquieti. In libro enim Exodi sic legimus: Locutus est Dominus ad Mosen, dicens: Loquere filijs Israël, vt tollãt mihi primitias: ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Hęc sunt autẽ, quæ accipere debetis, & cætera per ordinẽ, vsq; ad duos Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ per te mandabo filijs Israel. Nam & aliud protulit testimonium ex libro tertio Regum, vt fileant garrientes mandato Dei. A Salomone cõstructo templo, inter alia fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum. & infrà: Et sculpsit in eis picturam Cherubim, & palmarum species, & anaglypha valdè prominentia, & texit ea auro: & operuit tam Cherubim, quàm palmas & cætera auro. Eccè charissimi fratres, consideremus quid Deo mandante Moses fecerit, quídve Salomon sapientissimus iussu construxerit diuino, &c. Quantò debemus puro corde & animo sculptum Christum DEVM nostrum, sanctamque semper virginem eius genitricem Mariam, apostolos quoquè vel omnes sanctos Dei per eorum sacras effigies atque imagines colere vel adorare, & ad propitiandum nobis petere & relaxari delicta. Nos non ob aliud nomen imagines facimus, & adoramus, sed pro nobis incarnato verbo DEI. Si autem manufacta omnia abijcienda sunt, neque arca fœderis, neque aurei & cælati Cherubim eius debuerunt recipi,

Exod. 25.

3. Reg. 6.

quæ per Beseleel & Ooliab facta sunt iuxta præceptum DEI. Si verò illa suscepta sunt, & hæ imagines opportunè recipiũtur, quoniam secundùm DEVM fiunt. Vndè & operantur, sicuti & arca, multa miracula. Nam & arca & Cherubim, vt & hæ, sinè anima erant, & manufacta, & sculpta. Sed sicut illic per illa operabatur DEVS & glorificabatur, ità & hę simili modo secundùm visiones & reuelationes prophetarum coloribus distinctè efficiuntur. Et nè aliquis propter adorationem, quæ à prædecessoribus nostris sanctissimis præsulibus promulgata est, oblatrare præsumat, sciat ipsos talem adorationem docuisse, qualem prædecessor noster sanctus Gregorius egregius doctor & papa in Epistola sua, quam in præfato Concilio domini Stephani papæ Heruiphus episcopus prouincię Galliarum ciuitatis protulit, vbi inter cætera Secundinum seruum Dei inclusum Galliæ docuit, dicens: Scimus quia tu imaginem Saluatoris nostri ideò non petis, vt pro DEO aut quasi Deum colas, sed ob recordationem filij DEI, vt in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre consideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur: Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium DEI reducit, animum nostrum aut de resurrectione lętificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas, imaginem Saluatoris, & sanctæ DEI genitricis Mariæ, beatorumque Petri & Pauli Apostolorum continentes, per supradictum filium nostrum diaconem, & vnam crucem, & clauem pro benedictione à sanctissimo corpore Petri Apostolorum principis, vt per ipsum à maligno sis defensus, per cuius sanctum lignum munitum te esse credis, &c.

IN ACTIONE QVARTA.

Cap. 9. Repræhẽsio

Quòd Theodosius Myrensis episcopus ridiculosè & pueriliter egerit, qui vt imaginum adorationem adstrueret, somnia archidiaconi sui in eadem Synodo retulit.

Responsio.

Cui dubium est, quòd & in vetere & in nouo testamento pluribus per somnia futura reuelata sunt? Sed vt de pluribus optimum vnum memoremus, sancti Ambrosij Mediolanensis episcopi testimonium proferimus, qui in expositione sanctorum martyrum Geruasij & Protasij, inter reliqua ait: Tertia verò nocte, cõfecto ieiunijs corpore, non dormienti, sed stupenti quædã mihi apparuit tertia persona, quæ similis erat beato Paulo Apostolo, cuius vultus me pictura docuerat, &c. Hoc testimonium à Sergio sanctissi-

sanctissimo quondàm archiepiscopo ecclesiæ Rauennatis per Iohannem diaconẽ suũ in præfato cõcilio sanctæ recordatiõis Domini Stephani prędecessoris mei pro sacrarum imaginum veneratione oblatum est.

Item S. Gregorij Theologi in Epitaphio Cæsarij fratris sui, inter cætera: Tunc Cæsarium meum videbo nunquàm abeuntem, nunquàm remeantem, nũquàm lamentatũ, nunquàm misertum, sed splendidũ, gloriosum, excelsum, qualis mihi & in visione apparuisti. Hoc dilecte fratrum mihi &c. Sed & S. Gregorius papa in Dialogis suis meminit de quibusdam beatissimis viris, atq; religiosis fœminis, simulq; puellis, quòd sanctam Dei genitricem Mariã, atq; principes Apostolorum Petrum & Paulum, & sanctos martyres viderint in transitu suo. Vndè eos cognouerunt, nisi per picturam, sicut & B. Ambrosius, vt superiùs exarauimus, dixit?

IN ACTIONE QVARTA.

Cap. 14. Rephensio.

Deliramentum errore plenum, quod de retruso quodam dixerunt, qui dæmoni iurãsse, & ipsum iuramẽtum irritũ fecisse perhibetur: cuius Abbas non mediocriter deliràsse dinoscitur, dicens ei, commodius esse omnia in ciuitate lupanaria ingredi, quàm abnegare adorationem imaginis Domini, aut eius sanctæ genitricis.

Responsio.

Hoc testimonium ex libro pręcipui Doctoris S. Sophronij oblatũ est, & nullus est, vt opinamur, inter orthodoxos Christianos, qui eis deiloqua dogmata, vel quodlibet explanationis opusculũ respuere auderet. Item S. Iohãnis Chrysostomi in amputatione capitis S. Iohannis Baptistę, inter cætera: Oportebat enim eum

*sacris imaginibus.

Item in epistola S. Gregorij papæ ad Ianuarium episcopum Caralitanũ directa, vobis demonstrantes iam superiùs exarauimꝰ.

IN ACTIONE SECVNDA.

Cap. 2. Rephensio.

Inutile & dementia prolatum, & risu dignum dictum Agapij Cæsareę Cappadocię episcopi repræhenditur in eo, quòd dixit: Scriptum est in nostris diuinis scripturis.

Responsio.

Diuina scriptura pro salute hominum prędicari à fidelibus videtur. Et ideò extimamus quòd dixisset, In nostris diuinis scripturis, gloriam & decorem fideliter ex ipsis se habere desiderans, simulq; ab eadẽ sacra scriptura se docẽte dicere, quemadmodùm in sanctorum patrum opusculis scriptũ est, &c. S. Augustini de prouerbio Salomonis Tractatu, inter cætera: Habent & ipsi sacramenta nostra, habent scripturas nostras, habent Amen & Alleluia nostrum, habent pleriq; symbolum nostrum, &c.

IN ACTIONE QVARTA.

Cap. 3. Rephensio.

Inutile & demens, & errore plenum dictum, quòd dicunt, Qui Deum timet, honorat omninò, adorat & veneratur sicut filium Dei Christum Dominum nostrum, & signum crucis eius, & figuram sanctorum eius.

Responsio.

Ex libro beati Augustini de Filio Abraham ducto ad sacrificium, inter cætera: Non enim frustrà moti estis, cùm hoc dicerem, Crux cornua habet. Sic emẽ duo ligna compinguntur in se, vt speciem crucis reddant. Sicut ergò in imãgine crucis multis locis videmus vt fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus hærentem arietem crucifixum Dominum video, &c.

IN EADEM ACTIONE.

Cap. 4. Repræhẽsio

De eo, quòd idem Iohannes non rectè dixit: Per imaginem, quæ per colores appãret, adoratur fortitudo eius & glorificatur, & ad memoriam veniemus de eius in terra præsentia.

Responsio lib. 7. Epist. 53.

Item ex epistola S. Gregorij papæ, Secũdino seruo dei incluso directa, inter cętera: Quòd imaginem illius, quem colis, tibi direndam per Dulcitium diaconum tuum rogâsti, valdè nobis tua postulatio placuit: quia illum in corde tota intentione queris, cuius imaginem præ oculis habere desideras, vt visio corporalis quotidiana semper reddat exoptatum, & dum picturam vides, ad illum animo inardescas, cuius te imaginem videre consideras, &c.

IN ACTIONE QVINTA.

Cap. 5. Rephensio.

Deo eo quòd dicunt, Eiusdem criminis reus est, qui imagines spernit, cuius & Nabuchodonosor, qui ossa regum Iuda protulit è sepulcris, & Iudaici regis oculos occisis filijs eruit, & Cherubim de templo abstulit.

Responsio

Iam per epistolam sancti Gregorij papæ superiùs exarauimus, qualiter imagines nõ sunt spernendæ, sed venerandæ. Vndè prædecessores nostri sępiùs dicti sanctissimi põtifices in sacris Concilijs talem dedêre sententiam: Si quis sanctas imagines Domini nostri Iesu Christi, & eius genitricis, atque omnium sanctorum secundùm sanctorum patrum *venerari noluerit, anathema sit.

*deest, doctrinam, aut aliqd eiusmodi.

IN EADEM ACTIONE.

Cap. 6. Rephensio.

De eo, quòd secundùm Demetrij diaconi dictum, incautè & inordinatè parentes eorum egérunt, duos libros inargentatos, eô quòd quiddam de imaginibus in his cõtinebatur, comburẽtes, & alterius libri duo folia præciderunt.

Responsio

Hoc proprium hæreticorum factum demonstratur, quemadmodùm in eorũ pseudosyllogo sub quondàm Constantino hæretico imperatore delirauerunt. Sancti Cyrilli ex epistola ad Successum episcopum Neocæsareę, inter cætera: Deficientes aduersùs has increpatiões machinati sunt aliquid amarum, & hæretica impietate dignũ. Corrumpentes enim epistolam, & quædam auferentes, & quædam addentes ediderunt, vt putaretur memorabilẽ illum similia sen-

tire Nestorio,& qui cum eo,&c. Item sanctæ sextæ synodi in tertia Actione,inter cętera: Sermo sanctæ memoriæ Mennæ archiepiscopi Constantinopoleos ad Vigiliũ beatissimum papam Romanum de eo, quòd vna sit Christi voluntas. Et exurgentes legati Apostolicę sedis Romę,exclamauerũt: Pijssime Domine, falsatus est præsens liber quintæ synodi,&c. Item fertur in ipsa sancta sexta synodo: Sancta sexta synodus dixit: Eccè & hoc testimonium sancti patris peremisti. Non congruit orthodoxis ità circuntruncatas sanctorum patrum voces deflorare: hæreticorum potiùs proprium hoc est. Macarius hæreticus dixit: Et iam dixi, quia quærens instabilire intentionem meã, hoc modo defloraui. Sancta synodus exclamauit: Hæreticum seipsum manifestè demonstrauit,&c.

Cap. 7. Reprehensio.

IN EADEM ACTIONE.

De eo, quòd in eodem libro in tabulis argenteis,Leontiùs à secretis imagines cernens, antiquissimum & ingeniosissimũ sui erroris emolumẽtum se inuenisse gloriatus est.

Responsio. Actione 8.

Item ex eodẽ sancto sexto cõcilio inter cętera: Constantinus pijssimus Imperator, & sancta synodus dixerunt: Edícat Macarius, vt quid hæc quæ necessaria sunt, circunrecídit de testimonio sancti & probabilis patris? Macarius hæreticus dixit: Ego testimonia quæ defloraui, secundùm proprium intentum defloraui. & post pauca: Sancta synodus dixit: Eccè benignissime Domine,& hoc testimonium abscidit. Nanq; pòst testimonia per iussionem vestræ fortitudinis relegantur, ostendẽt defloratione eius obumbrata,&c.

Cap. 8. Reprehensio.

IN EPISTOLA IMPERATORIS.

De eo,quòd Constãtinus & Irene in epistola sua venerabili papæ vrbis Romæ scripserunt: Rogamus tuam paternitatẽ,& maximè Deus rogat, qui nullum hominẽ vult perire.

Responsio Luc.22.

In sancto Euangelio ità ait Dominus: Simõ, eccè satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos, &c. Item in Epistola beati Pauli Apostoli, inter cætera: Quoniam quidem DEVS erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum,& posuit in nobis verbũ reconciliationis. Pro Christo ergò legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Item S. Iohannis Chrysostomi in Sermone de Assensione Domini, inter cætẽra: Discę quòd non nostra deprecatione, qui eum offenderamus, sed postulatu eius, q̃ iustè nobis fuerat iratus, pax facta est. Pro CHRISTO nanque, ait Apostolus, legatione fungimur, tanquàm Deo rogante per nos. Quid hoc est? Ipse rogat, qui iniuriam passus est? Valdè, inquit. Nam Deus clemens, & ipse tanquàm misericors pater deprecatur. Et vide qui medius est, qui reconciliator accessit, non angelus, non archangelus, sed ipse filius deprecantis,&c.

2. Cor. 5.

Item eiusdem sancti Iohannis Chrysostomi in interpretatione Epistolæ ad Romanos, inter cætera: Quid enim post hæc? Iam non prophetas, iam non angelos, iam non patriarchas, sed ipsum misit filium: & occisus est & ipse veniens, & nec sic extinxit amorem, sed accendit ampliùs, & manet rogans. & infrà: Et clamat Paulus, dicens: Pro Christo enim legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini DEO. & post pauca: Consideremus quotiès eum iniuria affecerimus post millia bona, cùm tamen perstiterit rogans: quotiès eum transgressi simus, cùm tamen ipse non negligat nos.&c.

Serm.

IN ACTIONE QVARTA.

De eo, quòd præfatus Iohannes dixit: In hominis forma luctatus est cum ipso, & vocauit eum Israel, quod est, interpretatum, mens videns Deum.

Cap. In Repr. Gen.

Ex libro sancti Gregorij Theologi de Deitate, inter cætera: Iacob enim scalam excelsam vidit. & post pauca: Et quasi cum homine, Deo colluctabatur. & post cætera: Et certamen pietatis translationem vocationis accepit, trãsnominatus pro Iacob Israel, &c. Item sancti Augustini de luctatione Iacob cum angelo, inter cætera: Tenebat ergò & luctabatur, quasi cum carnali habitu Iacob amplecti volens. Ille autẽ dicebat: Dimitte me carnaliter, quia eccè iam manè est, vt spiritaliter illumineris,&c.

Resp. Gen.

IN EADEM ACTIONE.

Quòd non rectè sentiant, qui dicunt, Si secundùm Mosis legitimã traditionẽ præcipitur populo, purpura hyacinthina in fimbrijs in extremis vestimentis poni, ad memoriam & custodiam præceptorum: multò magìs nobis est per assimilatã picturam sanctorum virorum videre exitum conuersationis eorum, & horum imitari fidem secundùm Apostolicam traditionem.

Cap. Repr.

Credimus quia incognitum non habetis illud, quod S. Gregorius Papa, vt superiùs exarauimus, in epistola sua dixit, Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sinè ratione vetustas admisit. Et quatenùs iterùm, dum super Ezechielem, Prophetam tractaret de distinctione sacri eloquij, adiunxit: Scriptura sacra cibus noster est & potus. & post pauca: In rebus enim obscurioribus, quæ intelligi nequeunt nisì exponantur, cibus est: quia quicquid exponitur vt intelligatur, quasi manditur vt glutiatur. In rebus verò apertioribus potus est. Potum enim non mandendo glutimus.

Hebr.

Aper-

Apertiora ergò mandata bibimus, quia etiàm non exposita intelligere valemus,&c. Vndè & à prædecessoribꝰ meis sanctissimis pontificibus in eorum sacris cõcilijs expositum est, de veteribus historijs inter plura promulgantibus: Si verò illa susceptа sunt, & hę imagines oportunè susciptũtur, quoniam secundùm Deum fiunt. Vndè & operantur,&c.

Cap. 11. Reprehẽsio

IN ACTIONE QVARTA.

Quòd non benè Iohannes presbyter senserit, qui vt imaginum adorationem adstrueret, dixit: Et Iesu Naue duodecim lapides statuit in Dei memoria.

Responsio. Iosu. 7.

In libro Iosuæ scriptum est: Iosue verò scidit vestimẽta sua, & cecidit pronus in terram coram arca Domini vsque ad vesperũ, tam ipse quàm omnis Israel, miseruntq; pulverem sup capita sua. & post pauca: Dixitq; Dominus ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum. & iterùm post pauca: Surge, sanctifica populum, & dic eis: Sanctificamini in crastinum, &c. Eccè prostratus ante arcam fœderis Iosue, exauditus est. Vndè mellifluus doctor sanctꝰ Gregorius papa in epistola sua, de qua superiùs exarauimus, Secundino seruo Dei in Gallijs incluso directa, inter cætera monuit, dicens: Et nos quidem nõ quasi ante diuinitatem, ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur,&c.

Cap. 12. Reprehẽsio

Quòd non sit æqualis adoratio, vt illi dicunt, Nathan prophetæ erga Dauid regem, adorationi imaginum.

Responsio. lib. 4. cap. 1.

Ex libro sancti Gregorij papæ super Iob, inter cætera: Ità cùm in sacro eloquio sola historia adspicitur, nihil aliud quàm facies videtur: sed si huic assiduo vsu coniungimur, eius nimirùm mentem quasi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex alijs colligimus, facilè in eius verbis agnoscimꝰ, aliud esse quod intimãt, aliud quod sonant. Tantò autem quisque notitiæ illius extraneus redditur, quantò in sola eius superficie ligatur,&c. Item in eodem libro inquit: Quid per Dauid, qui manu fortis vel desiderabilis interpretatur, nisì redemptor noster accipit? Quid per eius donũ, nisì Ecclesia designatur? & post pauca: Inquisitio enim diuinitatis nomini, fons occultus est: apparitio verò incarnationis ipsius, fons patens. Quid autem per Ierusalem, quæ visio pacis accipitur, nisì eadem sancta Ecclesia demonstratur? In ipsa enim mundi corde nominum contemplantur, de quo scriptum est: Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum,&c.

Ephes. 2.

Cap. 3. Reprehensio.

Quòd sententia Iohannis Constantinopolitani, quam illi in testimonium adorandarum imaginum trahunt, non ad id, quod illi putant, pertinere dinoscitur.

Responsio.

Multæ sententiæ sancti Iohannis Constantinopolitani in sæpiùs nominata referuntur synodo, & qualis ex ipsis sit, quæ nõ ad id, quod putauerunt, pertineat, siluerũt. Nam in prædecessorum nostrorum sanctorum pontificum Concilijs sancti Iohannis Chrysostomi ità fertur sententia, inter cætera: Omnia tibi ministrant homini, magìs autem imagini: quia & quandò imperiales vultus & imagines in ciuitatem introeunt, obuiant iudices & senatus cum laude & timore, non tabulam honorantes, neque fusę ceræ scripturam, sed vultum Imperatoris: sic & mundi hominum non terrenam speciem honorantes, sed cælestem vultum veneremur,&c.

Cap. 14. Reprehensio.

IN ACTIONE QVARTA.

Quòd iudices, qui in præfata synodo fuerunt, insolenter & incongruè artem pictoriam extollere conati sunt, dicentes: Pia est enim ars pictoris,& non rectè eam quidam insipienter detrahunt. Ipse enim pater pictorem piè agentem commendat.

Responsio

Beatum Asterium toto Oriente sanctum habent, & dum de gestis sanctæ Euphemiæ sermonem fecisset, laudauit eius martyriũ, sicut per ordinem viderat illud liquidiùs pictum. Et ideò similiter & illi ipsam laudauerunt picturam aduersùs hæreticos, dicẽtes, Quia insipienter eam detrahunt. S. Gregorij Theologi in Sermone de beato Gregorio Nysseno, inter cætera: Putas ergò sufficiunt hæc, aut & breuiter virum nobis sermo describet? Si oportet, quemadmodùm studiosi pictores multotiès committentes colores, vt perfectiorem nobis sermonis formam addam, & describam vobis purissimum & manifestissimum,&c.

Item sancti Iohãnis Chrysostomi in sermone in cœna Domini, inter cætera: Nam sicut pictores pingendam tabulam vestigijs quibusdam obumbrare cõsueuerunt, & sic colorum varietate perficere: ità & Christus fecit. In mensa & typi pascha describit, & pascha veritatis ostendit,&c.

Item ex libro sancti Augustini de Prouerbio Salomonis, inter cætera: Os nostrum patet ad vos ó Corinthij. Os suum aperuit attentè,& ordinem posuit linguæ suæ, laudans creaturam tanquàm creaturam, creatorem tanquàm creatorẽ, angelos tanquàm angelos, cælestia tanquàm cęlestia, terrestria tanquàm terrestria,&c.

2. Cor. 6.

IN EADEM ACTIONE.

Inutile & mendacio plenum dictum Iohannis presbyteri & legati Oriẽtalium, dicentis, Non contraeunt pictores scripturis, sed quicquid scriptura dicit, hæc demonstrant, quatenùs concordes sint scripturis.

Cap. 15. Reprehẽsio

Responsio.

Iam sæpiùs superiùs exarauimus, qualiter per sacram Epistolam suam, Sereno episcopo Massilienſi directam, sanctus Gregorius eximius doctor & papa, inter cętera docuit:

Ac deindè subiungendum, quia picturæ imaginum, quæ ad ædificationem imperiti populi factæ fuerant, vt nescientes literas, ipsam historiam intendentes, quid dictũ sit discerent, &c.

Item sancti Iohannis Chrysostomi in interpretatione psalmi 50. cuius initium: Pictores imitantur arte naturam, & colores coloribus permiscẽtes, visibiles corporum depingunt imagines. & post pauca: Et Imperatorem sedentem, & barbarum subditum, & gladium acutum, & fluuios decurrentes, & campos varijs coloribus adornatos, & omnia quæ videntur per artem imitantes, mirabilem historiam vidẽtibus præstant, &c.

IN ACTIONE QVINTA, ET inuentum est in quarta.

Cap. 16. Rephensio. Falsissimum & omni ridiculo dignum dictum Iohannis presbyteri, qui nõ minùs cæteris in imaginum adoratione insanîsse dinoscitur. Ait enim: Qui adorat imaginẽ, & dicit, quoniam hic est Christus filius Dei, non peccat.

Responsio. Sancti Augustini in psalmi 86. explanatione, inter cætera: Angustias enim omnia penè corpora patiũtur, nec vbiquè esse possunt, nec semper. Diuinitas autem, quæ vbiquè præstò est, vndiquè ad eam potest duci similitudo, & totum potest esse in similitudinibus, quia nihil eorum est in proprietatibus. Nunquìd CHRISTVS est ianua, quemadmodùm videmus ianuas factas à fabro? non vtiquè, & tamen dixit: Ego sum ianua. (Ioan. 10.) Aut nunquìd sic est pastor, quomodò videmus pastores istos prępositos pecorum? &c.

Cap. 17. Rephensio.

EX SENSV.

Quòd illi libri, Vitæ patrum, quorum authores ignorantur, non prorsùs idonei sint ad testimonia danda, & ad hæc, quę in contentionem veniunt, confirmanda.

Item ex libro sancti Augustini de Quæstionibus in Euangelio secundùm Lucam, inter cætera: Vasa eius in domo, sunt sensus carnales, quibus ad inuestigandam veritatem, quæ intellectu capitur, multi vtentes penitùs errauerunt, &c. (In dec. Iuo. par. 4. cap. 141.) Vitæ enim patrum sinè probabilibus authoribus minimè in Ecclesia leguntur. Nam ab orthodoxis titulatæ & suscipiuntur & legũtur. Magìs enim passiones sanctorum martyrum sacri canones censuerunt, vt liceat eas etiàm in Ecclesia legi, cùm anniuersarij dies eorum celebrantur.

Cap. 18. Rephensio. Quòd non bonam habeant memoriam, qui vt non obliuiscantur sanctorum, vel certè ipsius Domini, idcircò imagines erigunt.

Responsio. Ex commentario sancti Hieronymi in Matthæum Euangelistam, inter cætera: Istiusmodi homines dum volunt alterius imperitiam repræhendere, ostendunt suam. Quanuìs enim tenuis humor & liquens esca, tamen cùm in venis & artubus concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis, quos Græci πόρους vocant, ad inferiora delabitur, & in secessum vadit, &c. Item S. Augustini in Interpretationem psalmi 98. inter cætera: Sion dicta est ciuitas, quæ est Hierusalem: dicta autem ex interpretatione quadam nomen accipiens, quia Sion speculatio dicitur, id est, visio & contemplatio. Speculari enim, prospicere est, vel conspicere, vel intendere vt videas. Est autem Sion omnis anima, si intendit videre lucem quæ videnda est. Nam si ad suam attenderit, tenebratur: si ad lucem illius attenderit, illuminatur. Quia tamen manifestum est, Sion ciuitatem Dei esse, quæ est ciuitas Dei, nisì sancta Ecclesia? &c.

INTERROGATIO. (Cap. 19.)

Vt scientes nos faciant, vbì in veteri vel nouo Testamento, aut in sex Synodalibus cõcilijs iubeatur imagines facere, vel factas adorare.

RESPONSIO.

Nos quidem infrà scientes facimus, sicutì iam fecim⁹, quia & in veteri, & in nouo Testamento, siue in sex synodalibus Concilijs semper venerandæ faciunt sacræ imagines, & factæ inter sancta sanctorum titulabãtur. Nam illi nobis dicere debebant, in quali de ipsis sex synodalibus Concilijs repræhensę sint sacræ imagines. Enimuerò in primo sancto Concilio sæpiùs ostensum est, quia sanctus Syluester papa, & Constantinus Christianissimus Imperator venerati sunt sacras imagines, & cum nomine Christianitatis palàm coram omnibus fideliter atque mirabiliter eas ostenderunt: & à tunc vsque hactenùs sanctorum pontificum, videlicet, Syluestri, Marci & Iulij miræ magnitudinis sanctæ eorum ecclesiæ apud nos sunt depictæ, tam in musiuo, quamq; in cęteris historijs cum sacris imaginibus ornatis. Item in sancto II. Concilio sanctus Damasus elegantissimus Papa propriam suam fecit Ecclesiam, cuius S. Gregorius papa meminit in Dialogis, quæ ex nomine cõditoris, Damasi vocatur: similiter à tunc vsque hactenùs historijs sacris & imaginibus pictam habemus. Iterùm & de sancto tertio Concilio, sanctus Cælestinus papa proprium suũ cœmeterium picturis decorauit. Magìs autem successor eius beatus Sixtus papa fecit basilicam sanctæ Dei genitricis Mariæ, cognomento Maiorem, quæ & Ad Præsepe dicitur. (Templum S. Marię maioris, Romæ à quo constructum.) Simili modo & ipse tàm in metallis aureis, quamque in diuersis historijs, sacris decorauit imaginibus. Sed & per rogatum eius, Valentinianus Augustus fecit imaginem auream cum duodecim portis & Saluatore, gemmis preciosis ornatam,

natam, quam voto gratiæ super confessionem beati Petri apostoli posuit. & à tunc vsque hactenùs apud nos ab omnibus fidelibus venerantur. Itemque de sancto iiij. Concilio, egregius atque mirificus prædicator sanctus Leo papa & ipse fecit Ecclesias, quas in musiuo & diuersis historijs seu imaginibus pingens decorauit. Magìs autem in basilica beati Pauli apostoli, arcum ibidèm maiorem faciens, & in musiuo depingens saluatorem Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, seu vigintiquatuor Seniores, nomine suo versibus decorauit: & à tunc vsque hactenùs fideliter à nobis venerantur. Et de sancto quinto Concilio sanctissimus Vigilius papa in Lateranensi Patriarchio basilicam faciens, pulcherrimè eam decorauit picturis, tam in histórijs, quamque in sacris imaginibus. Multo ampliùs verò eius sanctissimi successores dominus Pelagius atque dominus Iohannes mirę magnitudinis ecclesiam apostolorum à solo ædificantes, historias diuersas tam in musiuo, quàm in varijs coloribus cum sacris pingentes imaginibus, & à tunc vsque hactenùs à nobis venerantur. (Gregor. li. 3. Dialog. ca. 33.) Sed & sanctus Gregorius papa in monasterio suo pulchrum fecit Oratorium, & ipsum diuersis historijs pingi fecit, atque sacras ibidèm erexit imagines: vbì & cum beato Eleutherio pro ægritudine stomachi sui ingressus, in oratione pariter exauditi sunt. Et ille vir sanctus Eleutherius, quem dicunt & mortuum suscitâsse, ante ipsas sacras imagines se prosternens, diuinam exorare clementiam cum sancto Gregorio non dubitauit: sed fidem ferentes perfectam, pariter exauditi sunt, & vsque hactenùs apud nos venerantur. Sed & ecclesia Arrianorum, (lib. 3. ca. 30.) cuius ipse sanctus Gregorius in Dialogis suis meminit, placuit eidem sancto Gregorio, vt in fide catholica introductis illic beati Sebastiani & sanctæ Agathæ martyrum reliquijs, dedicari debuisset, quod & factum est. Et post miraculum, quod in eadem ecclesia factum est, diuersis Historijs ipse beatus Gregorius pingi fecit eam, tam in musiuo quàm in coloribus, & venerandas imagines ibidèm erexit: & à tunc vsque hactenùs venerantur. Si enim voluerimus enarrare per ordinem, nostri prędecessores pontifices quantas ecclesias fecerunt vsque nunc, mirificè in eis sacras imagines erigentes, atque diuersas historias pingentes, necnon & venerantes, (Heb. 11.) Apostolicè audemus dicere, deficiet nos tempus enumerandi, atque eorum ædificia cum sacris imaginibus & historijs explanandi. In sexto verò sancto Concilio non solùm contemnere non sunt ausi, sed etiàm easdem sacras imagines venerantes (Canon. 82.) statuerunt, agnum CHRISTVM DEVM nostrum secundùm humanam figuram, & in imaginibus à nunc pro veteri agno retitulari. Quapropter sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus in libro tertio de Fide, (Lib. 3. ca. 7.) inter cætera pro huiusmodi docuit: Seruemus ergò præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula ausi rudis temeritate violemus. (Apoc. 5.) Librum signatum illum propheticum non seniores, non potestates, non angeli, non archangeli aperire ausi sunt: soli CHRISTO explanandi eius prærogatiua seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrûm resignare audeat, signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum? Quem qui resignare coacti sunt, posteà tamen damnata fraude signârunt. Qui violari non ausi sunt, confessores & martyres èxtiterunt. Quomodò fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam prædicamus? Nemo metuat, nemo formidet, &c. Si verò hæretici sanctam catholicam & Apostólicam Ecclesiam non oppugnâssent, sancta sex Synodalia Concilia necesse fieri non fuisset. Similiter si à Leone & Constantino hæreticis Imperatoribus ipsa sancta catholica & apostolica Ecclesia pro sacris imaginibus non fuisset oppugnata, (Synodi cõtra Iconomachos.) prædecessores mei sanctissimi pontifices Concilia nequaquàm fecissent, neque nos postmodùm fieri annueremus, nisì pro tot millibus animarum, quæ in hæresi manentes, & quotidiè in eam deficientes, in laqueo periclitabantur diaboli. Sicut enim in sancta quarta Synodò definitum est, pro vera fide dicentibus ità: Quam nos à nostris maioribus traditam, debemus cum omni competenti deuotione defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conseruare: quatenùs beatissimus Romanæ ciuitatis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & sacerdotibus iudicare. Et ideò prædecessor noster sanctissimus Gregorius iunior papa, scribens ad Leonem & Constantinum hæreticos Imperatores, Pro sacris imaginibus, inquit, omnia & ipsa nostra tradimus, si contigerit, corpora. Nam nunquàm nouitatem recipimus, aut à religione paterna vlla declinamus ratione. Diuina enim vox interminatur, quæ per omnia debet præcaueri: Si totum mundum quis lucretur, & animæ suæ faciat detrimentum, lucratus est nihil. (Matth. 16.)

Item & in alia sua Epistola pro ipsis sacris imaginibus rationabiliter eos increpans, inter cætera dixit: Legitur nanque dixisse quidam doctissimus ac venerabilis pater, quia duo sunt, quibus principaliter hic regitur mundus, authoritas vi- (Gelasius papa in Epistola ad Anastasium Imperat.)

delicet sacrata pontificum, & regalis potestas. In quibus tanto grauius pondus est sacerdotum, quanto etiàm pro ipsis regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem. Et idcircò nequaquàm nos quispiam terminos patrum nostrorum transgredi facere valebit, neque nouitates vocum imponere: sed in ea orthodoxa fide, quam susceptmus, manentes, & olitanam traditionem amplectentes, prædecessorum nostrorum sanctissimorum pontificum proculdubiò veneramur & tenemus pro sacris imaginibus Concilia, nullum quemlibet iam exindè contrarium sermonem susciptentes, neque rationem reddentes. Nam sanctus Gregorius mellifluus Doctor in Homilia super Ezechielem prophetam, dum de intellectu sacri eloquij per temporum incrementa pollente tractaret, adiunxit: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Sancti patres, quos per sacram scripturam cognoscimus, ante legem quidem in vnius DEI cognitione saluati sunt, perfectam vitæ simplicis obedientiam habentes, & sæpè videndo angelos, iam aliquid de contemplatione tangentes. Data autem lege, sancti patres etiàm in decem sunt mandatis eruditi, vt per cognitionem vnius DEI, etiàm in legis se operibus exercerent. Superueniente autem gratia per Testamentum nouum, omnis fidelis populus vnum DEVM Trinitatem esse cognouit, & virtutem Decalogi in eius agnitione compleuit. Vndè sciendum nobis est, quia & per incrementa temporum creuit scientia spiritalium patrum. Plùs nanque Moses, quàm Abraham: plùs prophetæ, quàm Moses: plùs apostoli, quàm prophetæ in omnipotentis DEI scientia eruditi sunt. Fallor, si hæc ipsa scripturæ testimonijs non affirmo. Pertransibunt, inquit, plurimi, & multiplex erit scientia. Sed hæc eadem quæ de Abraham, Mose, prophetis & Apostolis diximus, ex eiusdem scripturæ verbis, si possumus, ostendamus. Quis enim nesciat, quia Abraham cum DEO locutus est? & tamen ad Mosen Dominus dicit: Ego sum DEVS Abraham, & DEVS Isaac, & DEVS Iacob: & nomen meum Adonai non indicaui eis. Eccè plùs Mosi quàm Abrahæ innotuerat, qui illud de se Mosi indicat, quod se Abrahę non indicâsse narrabat. Sed videamus si prophetæ plùs quàm moses, diuinâ sciętiam appræhędere potuerunt. Eccè Psalmista dicit: Quomodò dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. atque subiungit: Super omnes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est. & iterùm: Super seniores intellexi. Qui ergò legem meditari se memorat, & super omnes docentes se ac super seniores intellexisse testatur,

Homil.16.

Dan.12.

Exo.3.& 6

Psal.118.

quia diuinam scientiam plùs quàm Moses acceperat, manifestat. Quomodò autem ostensuri sumus, quia plùs sancti apostoli edocti sunt, quàm prophetæ? Certè Luca. veritas dicit: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ videtis, & non viderunt. Plùs ergò quàm prophetæ de diuina scientia nouerunt, quia quod illi in solo spiritu audiêrant, ipsi etiàm corporaliter videbant. Impleta itaque est ea, quam diximus, Danielis sententia, Quia Dan. pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Quantò enim mundus ad extremitatem ducitur, tantò nobis æternæ scientiæ aditus largiùs aperitur, &c.

Item S. Gregorij super Iob, inter cætera: Lib. Sancti quippe doctores, qui ad virtutem opa & alios instruunt, hostes deuorant, dum eos intra corpus suum per vim conuersionis immutant: quos lapidibus fundæ subijciunt, quia dum fortes quosque in sancta Ecclesia viros instituunt, per eos aduersariorum superbientium pectora dura confringunt. Quid nanque per fundam, nisi sancta Ecclesia figuratur? Funda nanque dum in gyrum mittitur, sicut de illa lapides exeunt, quibus aduersariorum pectora feriantur: ità sancta Ecclesia dum volubilitate temporum per tribulationum circumitum ducitur, fortes ex illa viri prodeunt, quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundantur.

IN ACTIONE SEPTIMA.

Cap.

QVanta ratione mysterium Dominicæ crucis ab imaginibus distet, quas quidem illi eidem æquiparare contendunt. Resp.

S. Ambrosij Mediolanensis episcopi ex libro de Incarnatione, inter cætera: Nunquid cùm & Diuinitatem eius adoramus & carnem, CHRISTVM diuidimus? Nunquid cùm in eo imaginem DEI crucemque veneramur, diuidimus eum? Apostolus certè qui de eo dixit, Quoniam etsi 1.Cor. crucifixus est ex infirmitate, viuit tamen ex virtute Dei: ipse dixit, quia non diuisus est 1.Cor. CHRISTVS, &c.

Item eiusdem S. Ambrosij ex libro primo de Fide, inter cætera: Imaginem Apostolus dicit, & Arrius dicit esse dissimilem? Cur imago, si similitudinem non habet? In picturis nolunt homines esse dissimiles, & Arrius dissimilem patrem contendit in filio. & post pauca: Prophetæ dicunt: Splendor est enim lucis æternæ, & speculum sinè macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius, &c. Sap.

Item ex Epistola sancti Gregorij Papæ Leontio exconsuli missa, inter cætera: Oleum quippe sanctæ crucis & aloes lignum

lignum susceptmus: vnum, quod tactum benedicat: aliud, quod per incensum benè redoleat. Decebat igitur, vt bonus vir ea trâsmitteret, quæ iram nobis Domini placare potuissent. & post pauca: Prætereà benedictionem vobis sancti Petri apostolorum principis, clauim sacratissimi sepulcri eius, in qua benedictio de catenis illius est inserta, trâsmisimus: vt quod eius collum ligauit ad martyrium, hoc vestrum ab omnibus peccatis soluat.

IN FINE LIBRI.

Cap.11. Reprehensio.

DE eo, quòd Constantinus & Irene in suis scriptis aiunt, Per eum, qui conregnat nobis Deus.

Responsio Prou.8.

Ex prouerbijs Salomonis, inter cætera: Meum est consilium & æquitas, mea prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernũt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo. & post plurima: Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius, &c.

IN ACTIONE QVARTA.

Cap.12. Reprehensio

DE eo, quòd non benè intelligãt hoc, quod dictum est, Dominum DEVM tuum adorabis, & illi soli seruies: vt adorationem quasi absolutè diceret, & seruitium ipsi soli dixisset.

Responsio Lib.5.ca.1.

S. Ambrosij Mediolanensis episcopi ex libro de Fide quinto, inter cætera: Cùm legimus, Dominum DEVM tuum adorabis, & ipsi soli seruies: vtrùm CHRISTVM non adorandum, & CHRISTO non existiment seruiendum? Quòd si illa, quę adorauit eum, Chananęa impetrare meruit quod poposcit, & Paulus apostolus, qui seruum se CHRISTI prima scriptorum suorum præfatione profitetur, apostolus esse meruit, non ab hominibus neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM: dicant quid arbitrentur sequendum: vtrùm cum Arrio malint sibi societatem esse perfidiæ, vt solum & verum DEVM CHRISTVM negando ostendant, quia nec adorandum eum, nec seruiendum ei iudicent: an verò cõsortium malint habere cum Paulo, qui seruiẽdo atque adorando etiàm CHRISTVM, vtiquè solum verum DEVM voce affectuque non diffitebatur, quem pio seruitio fatebatur? Quòd si quis dicat, Quoniam DEVM patrem adoret & filius, quia scriptum est: Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: consideret quandò, & apud quem, & cuius suscepto loquatur affectu, &c.

Matth.15

Rom.1.

Gal.1.

1.Cor.

1.Cor.

Lib.

Sap.7.

Lib.5.ca.2.

Iohan.4.

IN EADEM ACTIONE.

Cap. 23. Reprehensio.

QVòd cùm Deus illocalis sit, illi minùs doctè dixerint: Veneramur & adoramus sicut locum Dei.

Beati Augustini in explanatione psalmi 86. inter cętera: Fundamẽtum, inquit Apostolus, nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS. Quomodò ergò Fundamenta prophetæ & apostoli? & quomodò fundamentum CHRISTVS IESVS, quo vlterius nihil est? Quomodò putamus, nisi quemadmodùm apertè dicitur Sanctus sanctorum, sic figuratè fundamentum fundamentorum? Si ergò sacramenta cogites, CHRISTVS sanctus sanctorum: si gregem subditum cogites, Christus pastor pastorum: si fabricam cogites, CHRISTVS fundamentum fundamentorum. & post pauca: Diuinitas autem, quæ vbiquè præstò est, vndiquè ad eam duci potest similitudo, & totum potest esse in similitudinibus, quia nihil horum est in proprietatibus. &c.

Responsio 1.Cor.3.

Ephe.2.

Dan.9.

Item eiusdem S. Augustini ex libro 2. de Trinitate, inter cætera: Quid enim sibi vult, quod ait dominus: Eccè locus est penès me, & stabis super petram? Quis locus terrenus est penès dominum, nisi hoc est penès eum, quod eum spiritaliter attingit? Nam quis locus non est penès Dominum, qui attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? &c.

Lib.2.ca.17.

Exod.33.

Sap.8.

Item S. Iohannis Chrysostomi de sermone S. Pauli apostoli, vbi ait, Non quod volo, hoc ago: & quoniam Iacob figura factus est CHRISTI, inter cætera: Venit in medio fluminum, & vt vidit somniũ, dixit: Non est hîc aliud, nisi dom⁹ Dei. Etem non vidisti ædificium, sed scalam. Sed quoniam sciebat, quia scala figurà est Ecclesiæ, dicebat: Hæc domus Dei, hæc Ecclesia est. Et vndè hęc domus Dei Ecclesia est, dicit Paulus Timotheo hæc scribens: Spero venire ad te citò. Si autem tardauero, vt scias quomodò te oporteat in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, &c.

Rom.7.

Gen.28.

1.Tim.3.

IN EADEM ACTIONE.

F. Laurentius Surius Lectori.

HVcusquè in manuscripto exemplari habebatur, & certum est hoc loco desiderari nonnulla: sed cùm non nisi vnicum exemplar haberemus, lacunam hanc implere nõ potuimus. Dabitur fortassis aliâs quandoquè implendi occasio, si alia exemplaria in nostras manus peruenerint.

DE

DE SYNODO FRAN=

COFORDIEN. AD LECTOREM ADMONITIO F. Laurentij Surij.

SYnodi apud Francofordiã habitæ nõ pauci ſcriptores meminerũt, & noſtræ quoquè ætatis hæretici plurimùm eam iactitãt, tanquàm in illa damnata ſit œcumenica Synodus Nicena ſecunda, quæ ſtatuit imagines piè ac religioſè venerandas. Atque ad hanc ſuam ſententiam ſtabiliẽdam citant Rheginonem, Abbatem Vrſpergẽſem, & quoſdam alios, cùm tamen & in Rheginone & Vrſpergenſi non obſcura vtriuſq; deprauati veſtigia liceat animaduerti, aut certè Vrſpergenſis lapſus ſit, dum ſub Irene ait Conſtantinopoli Synodum habitam: & ſi quos præterea allegant, id more ſuo faciunt, id eſt, fide non bona. Iam verò etiàm ipſi hac in re tam bellè inter ſe concordant, vt etiamſi illis accedere velis, neſcias cui potiſſimùm fides habenda ſit. Verùm hoc apud id genus homines iam antiquitùs in more poſitum eſt, nullius penſi habere quæ fide rem gerant, modò ſuum errorem vtcunquè adſtruxiſſe videantur. Hoc antem pro comperto habendum eſt, in Synodo Francofordienſi nihil actum eſſe contra Nicenam Synodum, ſed eam potiùs damnatam eſſe, quæ ſub Conſtantino Copronymo, Imperatore impijſſimo, ab Iconomachis habita eſt Conſtantinopoli contra Imagines, quamquè illi ſeptimam œcumenicam dici voluerunt, ſed impetrare fruſtrà conati ſunt. Hoc enim eſt, quod Vrſpergenſis ait, eam nec ſeptimam, nec aliquid dictam eſſe, ſed quaſi ſuperuacuam ab omnibus abdicatam. Porrò ad Synodum Francofordienſem frequẽtes admodum, id eſt, plùs minùs trecenti ex Germania, Gallia, Italia Epiſcopi conuenerunt, nec Adrianus pontifex ſuos voluit legatos abeſſe: quæ res in cauſa fuiſſe putatur, quòd patres, qui illi interfuerũt, eam plenariam vocârunt. Nec tamen ſola imaginum controuerſia illic agitata eſt, & contra Iconomachorũ pſeudoſynodũ Conſtantnopolitanã prolata ſentẽtia, ſed etiàm Elipandi hæretici, qui tum ſedis Toletanæ in Hiſpanijs erat epiſcopus, impium dogma, Chriſtum Dei filium adoptiuũ aſſerẽs, pſtigatũ eſt. Atque hæc pars ſola in his, quæ iam edimus, extat, alijs omnibus, quæ contra Iconomachos acta ſunt, prorsùs aut amiſſis, aut obliteratis, aut certè alicubi adhuc delitescentibus. Quod quì acciderit, etſi certò affirmare non poſſumus, tamen probabilis coniectura eſt, factum id eſſe opera illorũ, qui quatuor illos libros cõtra Nicenã ſecundã Synodum conſcripſerũt, qui hodiè ſub Caroli Magni nomine typis excuſi viſuntur, non abſque inſigni cõtumelia tam ſancti & catholici principis, & putida fraude hæreticorum noſtrorum, qui ſe Euangelicos dici volunt: quorum incredibilis impudentia etiàm in hoc appàret, q cùm modis omnibus docere velint in Frãcofordienſi Concilio reiectum eſſe Nicenum ſecundum, adferunt proſe decretum Frãcofordienſis Synodi, quo illorum deplorata mentiendi & quidlibet fingendi libido ità coarguitur, vt mirum ſit, illos vnquàm in cuiuſquam boni viri auſos eſſe prodire conſpectum. Eſt autẽ decretũ huiuſmodi, aut potiùs decreti particula quædã: Allata eſt, inquit, in medium quæſtio de noua Græcorũ ſynodo, quam de adorandis imaginibus Conſtãtinopoli fecerũt. Vbi homines verſuti cùm vellent lectori perſuadere, Nicenam Synodum hìc intelligi oportere, decretum Francofordienſe corruperunt quidem, ſed mirabili Dei iudicio, vt illorum impoſtura omnibus proderetur, obliti ſunt Conſtantinopolim eradere, atque eius loco Niceam ſubſtituere. Iam verò dum Conſtantinopolis relicta eſt, nemo tam ſtupidus eſt, qui nõ animaduertat eam Synodum Frãcofordiæ exploſam eſſe, cuius ſuprà meminimus, quæ ſub Conſtantino Copronymo ab Iconomachis habita eſt Conſtantinopoli. Sed valeãt iſti cũ malis artibus ſuis. Tu interim, Candide lector, fruere huius Francofordienſis Synodi quæ ſuperſunt reliquijs, quæ iam in lucem prodeũt, fruiturus quãdoquè illis, quæ ad Iconoclaſtarum exe crationem pertinẽt, ſi tandèm Deo benè vo lente eorũ copia nobis facta fuerit.

SYNO-

SYNODVS FRANCO=

FORDIAE AD MOENVM HABITA, TEMPORIBVS Adriani Papæ I. & Caroli Magni, anno regni eius XXVI.

EPISTOLA ADRIANI PAPÆ ad epiſcopos Galliciæ & Hiſpaniarum, de errore Elipandi Toletanæ ſedis epiſcopi.

ADrianꝰ papa, ſanctæ Catholicæ atq; Apoſtolicę primęq; pontifex ſedis, dilectiſſimis fratribus & cõſacerdotibꝰ noſtris, Gallicijs Spanijsque eccleſijs præſidentibus, in roſeo Chriſti ſanguine ſalutem: ſi tamen licet de oĩbus fratribus & cõſacerdotibus dici. Non enim charitatis vinculo, fraterna anſula pſtringẽte, noſtris illigare amplexibus amoris conniuemus nodo, qui non ſunt fidei noſtræ communioni ſynceris ſenſibus ſociati, ac per hoc à gremio ſanctæ matris Eccleſię, lachrymabili diuiſione extant exortes. Igitur dilectiſſimus filius noſter, & ſpiritalis compater, dominus Carolus, magnꝰ & venerabilis princeps, rex Frãcorũ ac Longobardorũ, ſeu patritius Romanorũ, fæpènos ſtyli ferculo, catholicæ fidei epulas offerendo, multa refectionis dulcedine ſatiare conſueuit, & confluente ad vallem mentis ex alijs quibuſque rebus amaritudinis vnda, mellitis qnimmò riuulis, lætitiæ de fonte manantibus, ſumma nihilo minùs ſuauitate temperare non ceſſat. Sed quoniam feruenti ſuccenſus fidei zelo, ea quæ contraria orthodoxæ fidei Spaniarum de cõfinijs allata ſibi perſenſit, noſtris curauit ſumma pnicitate obtutibus præſentari, beati Petri amore feliciter obſtrictus, nõ renuit illi honorem debitum exhibere, & ſedis eus præſulem dignum duxit ſacris ſyllabis conſulendum: regiam ſcilicet vel canonicam placuit ei conſuetudinem renouare. Cumque perlectus & ſagaciùs exploratus fuiſſet epiſtolę textus, reperta ſunt in eodem pſeudoſyllabo perquàm plurima cum authore ſuo Elipãdo, Toletanæ ſedis archiepiſcopo redarguenda, ac per hoc redargutionis vindicta modis omnibus vlciſcenda. Vndè non mediocri dolore mens noſtra ſauciata, medium ſe in animum noſtrum triſtitiæ angor immerſit. Qua de re nimio ſitatis zelo compulſi, ex authoritate ſedis Apoſtolicæ, pro cauſa ſiquidem orthodoxæ fidei, æquum ratumq; per ſacros apices proſpeximus reſpondendũ. Materia autem cauſalis pfidiæ inter cætera reijcienda, de adoptione Ieſu Chriſti filij Dei ſecũdùm carnẽ, falſis argumentationibꝰ digeſta perfidorũ verborum ibì ſtramina incõpoſito calamo legebãtur. Hoc catholica eccleſia nunq̃ credidit, nunq̃ docuit, nunq̃ malè credentibus aſſenſum pbuit. Multa quidem ſparsìm in ſacris foliis diuinarũ ſcripturarũ teſtimonia ſuper hoc negocio inſerta reperiri poſſunt: Sed ſi in vnũ plura coaceruatìm colligere nõ vitamꝰ, menſurã prorsùs epiſtolæ vltra modũ excedere nihilominùs iudicamur. Sufficiãt ergò pauca de multis, nè moroſa legendi prolixitas deſidioſis faſtidiũ inferat, non abſtergat. Cuius nanq; meliꝰ, q̃ ipſius Domini, verba primùm ponẽda ſunt? ipſiꝰ nimirùm veritatis teſtimonia inſerenda. Ipſe eñ de ſe innotuit, cuiꝰ filius eſſet, cùm patris nomen ſe aſſerat hominibꝰ nũciâſſe. Ait eñ: Manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus, quos dediſti mihi de mũdo. Nomẽ paternũ tũc manifeſtauit hominibus, cùm ſe patris filium verũ, & nõ putatiuũ: propriũ innotuit, & nõ adoptiuũ. Sed notandũ quod dicit, Hominibus quos dediſti mihi. Nõ eñ ſunt iſti ex illis hominibus, quos ei pater dederat, & immò, quos ille cũ patre ante mũdi conſtitutionẽ elegerat, qui eũ adoptiuũ, & nõ ꝓpriũ, filiũ confitenẽ, quaſi alienus aliquãdò à patre fuerit: aut p carnis extraneus ab eo factꝰ eſſet aſſumptionẽ, cùm vt verbũ caro fieret, vna extiterit Patris Filijque voluntas, ſicut ſcriptũ eſt: Vt faceré voluntatẽ tuã Deꝰ meꝰ volui. Hinc aliâs ait: Aſſcẽdo ad Patrẽ meũ, & Patrẽ veſtrũ. Diſtinctè eñ dixit, meũ, & veſtrũ. Eius, videlicet non p gratiã, ſed p naturã: noſter verò, p gratiam adoptiõis. Porrò nunquàm non fuit filius, quia nũquàm nõ fuit pater. Semper eum & vbiquè diſtinctè patrem ſuum appellat. Pater, inquit, meus vſquè modò operatur, & ego operor. Et rursùs: Pater, clarifica filium tuum, vt filius tuꝰ clarificet te. Et, Pater meꝰ quod dedit mihi, maius omnibus eſt. Quòd ſi ſecundùm eorũ callidam tergiuerſationẽ cũcta quæ ꝓtulimꝰ, ad Diuinitatẽ tantũmodò filij Dei referenda opinãtur: dicãt, vbì vnquàm cõmuni affectu dixerit nobiſcũ, Pater noſter Scit eñ, inquit, pater veſter, quid vobis opꝰ ſit. Nõ ait, Noſter, quaſi nobiſcũ adoptatus p gratiã. Et alibì: æſtote ergò & vos perfecti. ſicut & pater veſter cæleſtis perfectꝰ eſt. Cur nõ dixit, Noſter? Quia aliter noſter, & aliter ſuus. Hinc rursùs ait: Si vos, cùm ſitis mali, nõſtis bona dare filijs veſtris, quãto magìs pater veſter q̃ in cælis eſt, dabit bona petẽtibꝰ ſe? &c. Hinc Paulus electiõis vas ait: Proprio filio ſuo nõ pepercit Deus, ſed ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ. Scimus eñ quia non eſt tra-

Ioh.17.

Ibid.

Pſal.39.

Ioh.20.

Ioh.5.

Ioh.17.

Ioh.10

Mat.6.

Mat.5.

Mat.7.

Rom.8.

Carolus cõ filiꝰ Ponti. ficem.

traditꝰ secũdùm Diuinitatẽ: sed secũdùm id
ꝙ homo verꝰ erat, illũ nimirùm q̃ traditus
est, i. hominẽ, ipsum Apostolꝰ propriũ Dei fi-
liũ ꝓtestaẽ. quid em̃ pstabilius, q̃d ve clarius
& om̃i religiõe deuotiꝰ, q̃ B. Petri primi pa-
Matth.16. storis ecclesiæ, felici cõfessione ꝓlatæ fidei
tenere fundamẽtũ? Fũdamentũ, inq̃t Magi-
1.Cor.3. ster gentiũ, aliud nemo potest ponere, pter
id quod positũ est, quod est Christus Iesus.
Huiꝰ nimirũ fũdamẽti immobilis soliditatẽ
B. Petrꝰ nõ carne & sanguine, sed patre re-
uelãte de cælo, cõfitendũ declarauit: cùm,
refutatis quorũdã opiniõibꝰ, q̃d in discipu-
lorũ animis fides operaẽ, cũctorum cogni-
tor exploraret, solꝰ ꝓ se & ꝓ oĩbus & ꝓ vni-
tate vnꝰ testimoniũ fidei phibuit, dicẽs: Tu
Mat.16. es Christꝰ filiꝰ Dei viui. Qui mox confessio-
nis pmiũ, nulla interueniẽte mora, adeptus,
& cęli ianitor, & ligãdi soluẽdiq; arbiter fa-
ctus est animarũ. Statimq; Dñs: Et ego dico
tibi, q̃a tu es Petrꝰ, & sup hãc petrã ædifica-
bo Ecclesiã meã. Sup hãc, inq̃t, petrã quã cõ-
fessꝰ es, & à quo vocabuli sortitꝰ es dignita-
tẽ, sup hãc soliditatẽ fidei Ecclesiã meã ædi-
ficabo. & idcircò portæ inferi, i. hęretici, nõ
pualebunt aduersùs eã: p quos aditꝰ mortis
pandiẽ, vt ad inferni claustra, eorũ errores
sequẽdo, descẽdãt, q̃ se à B Petri fidei cõmu
niõe dissociãt, relicta heu miseri inuiolabi-
lis petræ incõcussa firmitate, sup lubrica &
arenosa ruralia pfidiæ domũ ędificare festi-
Mat.7. nãt. Inundatiõe aũt, iuxta Dei beatificã vo-
cẽ facta, illisum est limen domûs, & cecidit,
q̃a non erat fundata sup petrã. O q̃ benè, fi-
dei eiꝰ immobiliter psistente muro, oĩm hę-
reticorũ fluxa sunt machinamẽta destructa.
Nunq̃dnã dixit Petrꝰ, Tu es Christꝰ, q̃ pro-
pter nos factus es filiꝰ hominis, & p adopti-
onẽ factꝰ es filiꝰ Dei? Absit. Hoc nec Petrus
cõfessus est, nec sancta Ecclesia sup firmam
fundata petrã, i. fidei fundamentum, quod
Christꝰ est, cõfiteẽ: quã Christꝰ ꝓtegit & de-
fendit, & Petrꝰ Christi auxilio fultꝰ guber-
nat: sed vna voce cũ Petro Christũ Dei filiũ
cõfiteẽ: q̃a vnꝰ est Christꝰ, Dei hominisq; fi-
lius, nõ p gratiã adoptiõis, sed ꝓpria filij di-
Mat.18. gnitate. Sufficeret q̃nimmò, in his duobus
vel tribus testibꝰ stare om̃e verbũ: sed ꝓpter
cõtrouersias litigantiũ, q̃ falsis obiectioni-
bus cõiecturaliũ q̃stionũ molimine, verita-
tis refragari nituntẽ adsertionibus, adhibea-
mꝰ q̃n etiã alios veritatis testes, sanctos s. p-
dicatores nostros, qui in gremio Catholicę
Ecclesiæ lacte fidei sunt nutriti, & ad tantã
pfectionis maturitatẽ ptingere meruerunt,
q̃tenùs & solidi cibi capaciores fierẽt, & mi
nutiùs turbis frãgẽdi pitiã retinerẽt. B. igiẽ
Athanasius Athanasiꝰ Alexãdrinę Sedis antistes, sancto
afflatus spiritu, hoc modo fidei suæ exorsus
principiũ dedit: Cõfitemur filiũ Dei ante se-
cula sempiternũ ex patre genitũ, nouiss. ve-
rò tẽporibus ꝓpter nostrã salutẽ de Maria
Galat.4. virgine natũ, sicut scriptũ est: Quãdò venit
plenitudo tẽporis, misit Deꝰ filiũ suũ factũ
ex muliere. Ac deincèps: Si q̃s verò aduer-
sùs diuinas scripturas docet, aliũ dicẽs filiũ
Dei, & aliũ q̃ ex Maria virgine, hominẽ secũ-
dùm gratiã adoptatũ sicut nos, quasi essent
duo filij, vnꝰ secundùm naturã, q̃ ex Deo: &
vnꝰ secũdùm gratiã, q̃ ex Maria: & si q̃s Dñi
nostri carnẽ desursũ dicit, & non ex virgine
Maria: aut mutatã Deitatẽ in carnẽ, & cõfu-
sam, aut alienatã, aut passibilẽ Deitatẽ, aut
inadorandã Dñi nostri carnẽ sicut hominis,
& nõ adorandã Dñi & Dei carnẽ, hunc ana-
thematizat sancta catholica & Apostolica
Ecclesia, iuxta Pauli vocẽ, dicẽtis: Si q̃s aliter Gal.1.
euãgelizauerit vobis pter quod accepistis,
anathema sit. Eloquentiss. vir sanctus Gre-
goriꝰ Nazãzenus, ad Clidoniũ ità scribit: Si Nazanzenus
q̃s introducit duos filios, vnũ quidẽ qui ex
Deo & patre, secundum verò q̃ ex matre, &
nõ eundẽ, vt adoptiõis excedat gratiã, q̃ ꝓ-
missa est his qui rectè credũt, alienũ eum à
nostro cõsortio iudicamꝰ. Naturę verò duę,
Deꝰ & homo. Nã & aĩa, & corpꝰ. Filij verò nõ
duo, neq; dij, neq; duo homines, quanuis
Paulꝰ interiorẽ & exteriorẽ hominẽ appel- Rom.7.
lauerit. Sed huiꝰ expositio capituli, tẽpore Eph.3. 2.Cor.4.
reseruaẽ opportuno. Venerabilis verò pater
Augustinꝰ & admirabilis doctor, in quodã Augustinus
sermõe sup Euãgelio Ioãnis, inter cætera sic
ait: Nõ em̃ nos nati sumꝰ de Deo, quomodò
ille vnigenitꝰ, sed adoptati p gratiã ipsiꝰ. ille
em̃ venit vnigenitꝰ soluere peccata. Aduer-
tat tãdèm aliquãdò obstinata dementia ve-
stra, & abijciẽtes opa tenebrarũ, induti arma
lucis, relictaq; nocte pfidię, in die syncerę fi- Rom.13.
dei honestè ambulate. Pẽsate q̃d Doctor iste
dixerit, adoptatos nos esse p grãm ipsiꝰ, qui
peccata soluere venit, quõ p illius grãm nos
sumꝰ adoptati: si ipse cõsors nobis ĩ adopti-
onis gratia fuit: credaẽ ergò (quod dici ne-
fas est) particeps etiã nobis in causa peccati.
Nã sicut peccata nostra non tolleret, si ipse
peccatũ haberet: ità adoptiõis gratiã nobis
nõ tribueret, si ipse ꝓpter hominẽ quẽ ad-
sumpsit sinè sorde peccati, necessariũ egue-
rit, vt gratiã adoptiõis accipet. Animaduer-
tite q̃d dilectus Iohannes Baptista & pcur-
sor dixerit: Iohannes, inquit, testimonium Iohan.1.
phibuit, quia ipse est filius Dei: Ipse est, in-
quit, vnus idemque. Oportebat, ait B. Au-
gustinus, cùm capituli huius mysterium ex-
ponendo reuelaret, vt ille baptizaret qui est
filius Dei vnicus, non adoptiuꝰ. Adoptati fi-
lij, ministri sunt vnici: Vnicus autem habet
potestatem adoptare ministrum. Scriptum
est enim: Pater diligit filium, & omnia dedit Iohan.3.
in manu eius. Adoptiuis verò filijs non de-
dit omnia, sed quædam dona charismatum.
Pater diligit filium: sed quomodò pater fi-
lium, non quomodò Dominus seruum:
quomodò vnicum, non quomodò adopta-
tum. Iam nunc videamus quid de hac re sen
tiat prædecessor noster B. Gregorius egre-
gius

gius doctor, sagacissimus verbi DEI inda-
Gregorius. gator & venerabilis pater. Denique in li-
bris moralibus sancto repletus spiritu, inter
Iob.1. cætera de eo quod scriptum est, Eratq; vir
ille magnus inter omnes Orientales: Om̃es,
inquit, qui in hunc orientem fide consistũt,
rectè Orientales vocantur. Sed quia omnes
homines tantummodò homines, ipse autẽ
oriens Deus & homo, rectè diciẽ, Erat ma-
gnus inter omnes orientales. àc si apertè di-
ceretur: Omnes qui in fide Deo nascuntur,
superat: quia non vt cæteros adoptio, sed na
tura illum Diuinitatis exaltat: Et rursùs ali-
bì idem ipse: Quia omnis homo tantum-
modò homo est, ipse autem Deus & homo,
in terra ei similis non est: quia etsi adopti-
uus quisque filius ad percipiendam diui-
nitatem proficit, nequaq̃ tamen vt Deus na
turaliter esset, accepit. Item ipse in eodem
libro B. Iob, de eo quod scriptum est, Eccè
Iob.36. Deus excelsus in fortitudine, & nullus ei si-
milis in legislatoribus: àc si diceret, Qui hu-
milis videbatur in infirmitate, excelsus ma-
net in fortitudine. Et post paululùm: Le-
gislator Iosue, legislator Moises, legislato-
res etiàm prophetæ. vel cunctos legislato-
res dicere possumus, quos ex lege admonu-
isse recta populum scimus. sed huic media-
tori in legislatoribus similis nullus est: quia
isti gratuitò vocati ex peccatis, ad innocen-
tiam redeunt. Redemptor autem noster, ho
mo sinè peccato est, filius sinè adoptione.
Nam etsi homo quidem, sed extra mensurã
hominum credendus est. Vndè benè dici-
tur: Nullus ei similis in legislatoribus. Eccè
de quo scriptura dicit, Deus excelsus in for-
titudine, & nemo ei similis in legislatoribꝰ.
& de quo alia scriptura dicit: Quis in nubi-
Psal.88. bus æquabitur Domino? aut q̃s similis erit
Deo inter filios DEI? Tanta nimirùm vos
temeritatis dementia deludit, vt æquare eũ
nubibus & legislatoribus non erubescatis.
Adoptiuum eum filium quasi purum ho-
minem, calamitati humanæ subiectum, &
(quod pudet dicere) seruum eum impij &
ingrati tantis beneficijs, liberatorem nostrũ
non pertimescitis venenosa fauce susurra-
re. Cur non veremini queruli obtrectato-
res, Deo odibiles, illum seruum nuncupa-
re, qui vos de seruitute diaboli liberauit?
cui seruituti vos iterùm nitimini perfidiæ
spontè colla submittere? Porrò cùm essetis
serui peccati, ipse vos liberauit gratuito mu
nere per adoptionis gratiam in sortem fili-
orum DEI. Nunquid non sonat de vobis
Iohan.8. vox illa Domini, dicentis: Ego honorifico
patrem meum, & vos inhonorâstis me? Ta-
les gratiarum actiones infelices ei refertis,
vt qui vos honorificè liberos precio san-
guinis fecit, eum vos iniuriosè adoptiuum
& seruum caninis non confundamini lin-
guis latrare? Nam & si in vmbra prophetiæ
Esa.49. dictus est seruus, propter seruilis formæ
conditionem, quam sumpsit ex virgine, sic-
ut scriptum est: Cõsiderâsti seruum meum Iob 1.
Iob, quòd non sit ei similis in terra: hòc nos
vnà cum B. Gregorio intelligimus, & secũ-
dùm historiam de S, Iob, & allegoricè de
Christo dictum. Nunquìd propterea serui
ei nomen imponere debemus, quia sub
persona Iob, scriptura eum typicè designa-
bat? Hinc etiàm alius propheta, membrum
scilicet sacri corporis, ex persona summi
capitis tropica clamat inuoluente vatici- Psal.115.
nia nube: O Domine, ego seruus tuus, ego
seruus tuus & filius ancillæ tuæ. Et rursùs: Psal.85.
Da imperium puero tuo, & saluum fac fili-
um ancillæ tuæ. Et illud: Noli timere serue Isa.44.
meus Iacob, & rectissime quem elegi. &c.
quæ cuncta & iuxta literam propheticè &
mysticè reuelata, nostri mediatoris desi-
gnant personam, quòd quilibet catholi-
corum virorum huius prophetiæ myste-
rio vsus, quemadmodùm in quodam li-
bro de incarnatione Domini, beatus Am-
brosius simile quid dixerit, propter eos
videlicet hæreticos, qui phantasticum aut
etiàm semiplenum Dominicum corpus
sacrilego ore susurrant. Nunquid docue-
runt eum seruum vel adoptiuum prædi-
care, cùm vniuersalis Ecclesia Euangeli-
cis atque Apostolicis imbuta lucidissimis
documentis, DEVM ac Dominum suum
totis medullis cordis, tota animi deuotio-
ne in dextera eum patris profitetur seden-
tem? Postquàm autem cessauit vmbra ve-
ritatis, & ipsa in promptu manifestata est
veritas, quæ sub allegorica sylua latebat,
nusquàm eum à patre seruum vocatum le-
gimus, sed filium, & dilectum, & suum: nec
filium Dominum eum suum appellâsse, sed
patrem. Nam Deus & homo erat, qui secũ-
dùm Deum dicebat, Ego & pater vnum su- Iohan. 10.
mus: & secundùm hominem, Pater maior Iohan. 14.
me est. & tamen non ait, Pater Dominus
meus est: sed, maior. Enimuerò etiàm in
ipso articulo passionis, in quo seruilis for-
ma pati parata erat, vbì omnis humanæ
conditionis infirmitas monstrabatur, non
eum Dominum appellauit, sed patrem: Pa-
ter, inquit, si fieri potest, transeat à me calix Matt.26.
iste. Quoniam magnum pietatis sacramen- 1.Tim.3.
tum, quod apparuit in mundo, iuxta Pau-
li vocem, adsumptum est in gloria. Nullus
vnquàm Euangelistarum, nemo Aposto-
lorum seruum eum commemorat, sed Dñm
& saluatorem. Nam Thomas cùm explora-
ret vestigia vulnerum, quæ claui & lancea Iohan. 20.
intulerunt, exclamauit, dicens: Dominus Iohan. 13.
meus & DEVS meus. Petrus ait: Domi-
ne, tu mihi lauas pedes? Discipuli omnes: Luc. 17.
Domine, adauge nobis fidem. Paulus cla-
rissima mundi tuba, semper eum Domi-
num & ipse confitetur, & omnem linguam Phil.2.
confiteri perdocet. Iam reuelata & impleta
erat omnis figuratæ locutionis obum-

bratio: ipse em̃ de cruce teſtimoniũ perhi-
Iohan. 19. buit. Nam cùm accepiſſet acetũ, dixit: Conſummatũ eſt. Cùm autem in altari crucis hoſtiã ſe pro nobis exhibuiſſet Deo & patri in odorẽ ſuauitatis, & aceti poculũ mixta guſtãſſet fellis amaritudiue, tunc cõſummata ſunt oñia, q̃ longè antè propheticis fuerant oraculis ꝓnunciata. Hieruſalem autem p figurã ſignificat Eccleſiã. Sed in re corporea ciuitas eſt, & his ſimilia: perq̃ plurima, & innumerabilia myſteriorum ſacramẽta, figuratę locutionis modo edita, & ęnigmatibus ſensim̃ foliis inuoluta, per ſacras paginas inueniunt̃ inſerta: quę lógè aliter ſunt habẽda in ſpecie rerũ, aliter in myſticis venerãda figuris. Dictus quippe eſt in myſterio Redẽptor noſter lapis angularis, ꝓpter duos pa-
Pſalm. 117. Matt. 21. Ephe. 2. rietes vtriuſq; populi, vt faceret vtraq; vnũ: Dictus eſt etiàm petra, ꝓpter firmitatẽ. Dictus eſt nanq; & agnus, ꝓpter innocentiam
1. Cor. 10. Iohan. 1. & manſuetudinẽ & ſacrificiũ, quod in altari crucis ꝓ nobis obtulit deo & patri. Nunquidnam lapis & petra eſt inſenſibilis creatura? aut agnus eſt irrationale animal? aut vitulus laſciuum pecus? Nam etſi propter ſerui formam & iniuriam paſſionis, paulominùs ab angelis eſt minoratus, propter triumphum tamen victoriæ & gaudium, reſurrectionis gloria & honore eſt coronatus.
Pſal. 8. Heb. 2. Conſtituiſti eum, ait Pſalmiſta, ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Omnia nanque poſt gloriam
Matt. 28. reſurrectionis ſubiecta ſunt ei: haud dubiò angeli & omnis creatura. Dominum igitur angelorum omnisque creaturæ, cuius ſub pedibus cuncta ſubiecta ſunt, vos dicitis ſeruum & adoptiuum? Paulus nanque mundi lilium, & Eccleſiæ pulcherrima roſa, templum ſcilicet ſpirituſſancti & prædicabilis doctor, in vniuerſo ore ſuo Dominũ
Phil. 2. eum & non ſeruum appellat. ait nanque: In nomine IESV omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis
2. Cor. 5. lingua confiteatur: quia dominus IESVS Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Vndè & aliâs dicit: Etſi nouimus Chriſtum ſecundùm carnem, ſed iam nunc non nouimus illum. Acſi patenter diceret: Etſi nouimus eum mortalem, paſſibilem, vulneri deditũ,
Phil. 2. ſed iam in gloria patris ſcimus eum ab oñi humanæ conditionis debito alienum. Paulus electionis vas docet, vt oñis lingua cõfiteatur, quia Dominus IESVS Chriſtus in gloria eſt Dei patris: cur ſurda aure, & erroris obuoluto tenebris corde, hũc locũ ſcripturæ legendo tranſilitis? Paulus omnem linguam Dominum IESVM eum confiteri, hortatur & docet: & veſtra lingua non confunditur ſeruum eum & adoptiuum latrare? Hæc nanq; ſtultiloqua lingua in fruſta eſt præcidenda, & per mille (vt ità dixerim) partes minutiùs detruncanda. Cur vos non reuocant ad viam veritatis & lucis, cæci, ſceleſti, immites & incompoſiti, tam ſalubria ſcripturarum documẽ-
Num. 21. 23. 24. ta? qui cadentes ſicut Balaam, apertos habetis oculos, nihil videntes: & quia in foueam erroris corruiſtis, ideò lumine veritatis priuati, ignorantiæ veſtræ tenebras non
Gen. 3. videtis. Apertos vos dicitis habere oculos. Sed quia à ſtatu rectitudinis cecidiſtis, idcircò patrem mendacij, qui Adæ in peccati
Iacob. 1. noctẽ aperuit oculos ad malũ, & clauſit in bonum, intuemini, & patrem luminis non adſpicitis, qui diſcuſſa nocte peccati, iuſtitiæ nobis diem veritatis radio illuminauit. Nunquid non legiſtis, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſursùm eſt, deſcendens à patre luminum? cur vos de deorsùm à patre mendacij, & rectore tenebrarum harum, nummum expo-
Col. 4. ſcitis peccatorum? Cur cum antiquo ſerpente renouare vultis delicti chirographũ, quod dulcis clementiæ bonitas, vnica ac ſingularis pietas, cruci affixit in arce, & roſeo precioſi ſanguinis abluit oſtro? An neſcitis quia ab origine mundi vſq; ad mediatoris aduentum, huius emptionis debitũ, veneni gutta calamo ſcribẽtis infuſa, mendacijq́; fraude deceptionis falſitas exarata, omne humanum genus in ventrem malitię
Iob 40. ſuæ trahens, quaſi fluuium ingurgitantem abſorbuit, ſicut de eo ſcriptum eſt: Abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius. Quur non præcauetis miſeri, nè fortè propter perfidiam veſtram eleuet ſe Iordanis in vndam tumeſcentem, glomeratisque fluctibus extra ripas, vos in locis paluſtribus euomat, ſtatimque ſerpens ille vos inueniat in cœno erroris defixos: apertoque crudelitatis ore, ſumma vos rapacitate deglutiat? Intelligite quæ dico. Per Iordanem, Eccleſiam vel baptizatorum aduertite multitudinem: Per tumeſcentem vndam, cenſuram diſciplinæ & anathematis iacturam. Extra ripas enim Iordanis, extra gremium Eccleſiæ. Per cœnum, hæreſeam pollutionem. In ſerpente, diabolus debet intelligi: qui ideò hæreticorum corda perfidiæ veneno fauciare inhianter deſiderat, vt eos quaſi ebrios, fauce deuoret impietatis. Cur beati Petri paruipenditis glorioſæ confeſſionis inuiolabilem fidem? Quur ſacratiſſimi Pauli Apoſtoli plena ſacramentorum myſterijs deſpicitis perſpicua documenta? Quur non per Euangelicas paginas planam & directam catholica luce perfuſam viam repetitis veritatis? Quur non tot teſtium CHRISTI veridicas ſimpliciter ſacratiusque prolatas ſuſcipitis ſanctiones, ſed magìs his credulitatis præbetis adſenſum, quæ veſtris auribus diabolica ſibilat lingua? Patris teſtimonio, de filio Mat. 3. & 17.
perhibentis, non creditis, qui dixit: Hic eſt filius meus dilectus? Spirituſſancti oſten-

ſionẽ in ſpecie colũbę, quia ipſe eſſet dilectus filius, nihili penditis? Super quem putatis ſpiritum ſanctum in ſpecie colũbæ deſcendiſſe? Super DEVM, an ſuper hominem? An propter vnam perſonam Chriſti, ſuper Dei hominisque filium? Spiritus nanque ſanctus cùm ſit inſeparabiliter amborum, patris videlicet & filij, & ex patre filioque eſſentialiter procedat, quo pacto credi poteſt ſuper DEVM deſcendiſſe, à quo nunquàm receſſerat, & à quo ineffabiliter ſemper procedit? DEI enim filius, ſecundùm id quod Deus eſt, ſanctum ſpiritum cum patre nunq̃ à ſe recedẽte, inenarrabili modo mittit: & ſecundùm id quod homo eſt, ſuper ſe venientem ſuſcepit. De eo ergò, id eſt, de hominis filio, ſuper quem ſpirituſſanctus deſcendit, licèt vnus ſit Dei hominisque filius, vox patris intonuit, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Si ſecũdùm diuinitatem diciſſet, nequaquàm diceret, In quo mihi benè complacui: ſed tantummodò, In quo mihi benè placuit. Sed dum dicit, Complacui: totam ſimul Trinitatem compræhendit, quia in homine CHRISTO tota cõplacuit Trinitas. Animaduertite quia nihil vobis reſtat, vt ſecũdùm diuinitatem tantummodò credatis dixiſſe patrem, Hic eſt filius meus: ſed potiùs ſecundùm humanitatem, ſuper quem ſpirituſſanctus dicitur deſcendiſſe. Iohan. 1. Iohannes clamat, dicens: Ego neſciebam eum, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem víderis ſpiritum deſcendentem & manentem in eum, ipſe eſt. Ipſe vtiq; vnicus, proprius & dilectus, & non ſeruus & adoptiuus. Ipſius igitur filij teſtimõium abnuetis, qui diſtinctè ſemper eum ſuum patrem & noſtrum appel-
Is. 40. & 46. lat? Cui ergò vultis credere? aut cui vultis adæquare eum? Dicit enim ipſe per Pro-
Phil. 85. phetam? Cui adſimilâſtis & adæquâſtis me? Cui alius propheta dicit: Non eſt ſimilis tibi in dijs Domine, & non eſt ſecundùm opera tua. Non eſt ſecundùm opera eius: quia ſicut ſingulariter eſt homo vltra homines, ità ſingulare eſt opus ei, & excellens omnia opera ſanctorum, qui dij non eſſentialiter propter gloriam diuinitatis, ſed nũcupatiuè pro meriti appellantur dignitate. Opus nanque eius eſt, vt ſit vnicus, proprius & dilectus filius Dei. Noſtrum opus eſt, vt ſimus ſerui per conditionem, & filij per gratiam adoptionis. Iam nunc tempus eſt, vt à labore operis, ſtyli requieſcat mucro. Non torpeſcat, ſed requieſcat, & ocio reparatus, ſemper ſit ad omne opus bonum paratus. Series enim prolixæ orationis, iamiamque ſuſpenſum expoſcit verſiculi punctum: Attamen priusquàm libelli imponatur terminus finalis, adhibenda eſt litigatorum optio ſententialis. Eligant nanque quæ volunt: vitam aut mortem, benedictionem aut maledictionem. Optamus nanque & infinitam boni paſtoris Domini precamur benignitatis clementiam, qui ouem perditam ad ouile proprijs humeris Lucæ 15. reportauit, vt relictis erroris anfractibus, in quibus malæ beſtiæ, id eſt, maligni ſpiritus commorantur, & ad viam quæ ducit ad vitam æternam, fidei paſſibus Chriſto rede ant pertrahente: quatenùs in ſinu matris ecclęſiæ ſuſcepti, per lamentum pœnitentiæ ſordes abluãt peccatorum. & in famata eorum modeſtia, bonæ famæ recipiant priſtinam dignitatem. Nec honoris periclitentur naufragio, & à noſtro non diſiungantur conſortio: ac per hoc reconciliati communioni catholicæ fidei, diuina illos pietas cęleſtium faciat eſſe participes gaudiorum.
Quòd ſi exigentibus indignis meritis, tam inſolubili eos malignus ſpiritus perfidię laqueo iuſto Dei iudicio ſtrangulauit, vt reſolui nequeant: ex authoritate prorsùs ſedis Apoſtolicæ ac beati Petri Apoſtolorum principis, & per eam quam illi magiſter & Dominus tradidit poteſtatem, & ſoluendi ligandique licentiam tribuit, quod ſinè graui mœrore non poſſumus dicere, perpetuo eos anathematis vinculo religatos, vltrici cum ſequacibus ſuis iudicamus vindicta plectendos, ac per hoc & à gremio matris Eccleſiæ & à noſtro conſortio definio alienos. Si quis autẽ fidelium Deumq́; timentium, charitatem eis benignitatis impartiendo, & CHRISTI amore pro eis precis oblationem Domino offerre voluerit, non ſolùm non inhibemus, ſed vt faciat, Apoſtolica admonitione & optamus, & ſalubri incitamus exhortatione, vt DE-
1. Tim. 2. VS omnipotens, qui neminem vult perire, & omnes homines propter nimiam bonitatem ſuam vult ſaluos fieri, reuocet eos ad viam veritatis, & ad agnitionem pertingere (ſicut dignum eſt) rectæ fidei, quæ eſt in CHRISTO IESV Domino noſtro, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus in Trinitate perfecta per omnia ſecula ſeculorum,
Amen.

INCIPIT LIBELLVS

SACROSYLLABVS, CATHOLICO SALVBRITER editus stylo in Concilio, diuino nutu habito in suburbanis MOGVNTIAE Metropolitanæ ciuitatis regione Germaniæ, in loco celebri qui dicitur Franconofurd, sub præsentia clementissimi principis Domini Caroli glorioſique regis, anno felicissimo regni eius XXVI. & XX. Placuit igitur sancto venerandoque concilio, quatenùs hic libellus pro causa fidei ad prouincias Galliciæ ac Spaniarum mitti deberet ob noxios resecandos errores: Specialiter autem ad Elipandum Toletanæ sedis Episcopum, in quo omnis huius negocy constat materia quæstionum.

Huius libelli author est Paulinus Episcopus Aquilegien.

SANCTO incitante spiritu, ac zelo fidei Catholicæ scintillatim subferuescente clemẽtissimi & trãquillissimi glorioſique Caroli regis dñi terræ, Imperij eius decreto per diuersas prouincias regni eius ditioni subiectas summa celeritate præcurrente, multitudo antistitum sacris obtemperando præceptis in vno collegio adgregata conuenit. Quadam die residentibus cunctis in aula sacri palatij, adsistentibus in modum coronæ presbyteris, diaconibus, cunctoque clero sub psentia prædicti principis, allata est epistola missa ab Elipando authore enormis negocij, Toletanæ sedis antistite, Hispalensi finitimæ ruri. Cumq; iubente rege publica voce recitata fuisset, statim surgens venerabilis princeps de sella regia, stetit supra gradum suum, ac locutus est de causa fidei prolixo sermone, & adiecit: Quid vobis videtur? Ab anno prorsùs præterito, & ex quo cœpit huius pestis insania tumescente perfidiæ hulcus diffusiùs ebullisse, non paruus in his regionibus, licèt in extremis finibus regni nostri, error inoleuit, quem censura fidei necesse est modis omnibus resecare. Cumque imprecata & concessa esset morosa dilatio per dies aliquot, placuit eius mansuetudini, vt vnusquisque, quicquid ingenij captu rectiùs sentire potuisset, per sacras syllabas die statuto eius clemẽtiæ oblatũ sui cor pectoris, fidei munus styli ferculo, mentis viuacitate deferret. Sed sicut mos est hæreticis tristia lętis, dulcia permiscere amaris, veneni poculum mellis sapore temperare: quędam in eadem epistola plena blasphemijs, & catholicæ fidei reperta sunt modis omnibus inimica: quædam verò, si dici liceat, inueniri poterant non reijcienda. Sed in eodem poculo in quo gutta veneni infusa turgescit, mellis nihilominꝰ amarescit dulcedo. Quapropter ego Paulinus, licèt indignus peccator, omniumque seruorum Domini vltimus seruus, Aquilegiensis sedis Hesperijs oris accinctæ, cui DEO authore deseruio, nomine, non merito, præsul, vnà cum reuerendissimo & omni honore digno Petro Mediolanensis sedis Archiepiscopo, cunctisque collegis fratribus & consacerdotibus nostris, Liguriæ, Austriæ, Hesperiæ, *Emiliæ catholicarum Ecclesiarum venerãdis præsulibus, iuxta exilem intelligentiæ nostræ tenuitatem, sancto perdocente spiritu, corde, lingua, stylo contra eorum vesanias qui rectæ fidei sunt aduersarij, respõdere non formidamus: Cùm sit sancta & vniuersalis Ecclesia super firmam nihilominùs immobiliter fundata petram, & portæ inferi nequeant prævalere aduersùs eam: veruntamen quia in mari huius seculi constituta persistit, aduersis hæreticorum flatibus, violentis perfidorum procellis, spumantibusque maledicorum vndis illisa cõcutitur: licèt quassari possit & mergi neque at Christi firmata dextera, & Apostolico gubernaculo moderata: Necessarium tamen existimo omnibus Christianis, cunctisq; fidelibus, maximè Apostolicis viris, contra hostes eius fidei armis dimicare. Nõ enim Christi miles impetum irruentis belli debet eneruiter expauescere, nec effugij latibula inermis palando appetere: sed armis militiæ suæ præcinctus, irrumpentium hostium pectora spiritalibus iaculis exarcu intorquens scripturarum, intrepidè perforare: quatenùs & semetipsum fidei clypeo munitus illæsum custodiat, & inimicorum latera spiculis cruentet acutis. Nam ante certaminis trophæum, tironis non plectitur circa verticẽ triũphalis corona: cuius rei ratio Apostolicis euidẽtiùs adprobat documentis: Oportet, inqt egregius ꝓdicator, & de castris Dñicis ꝓbatissimus miles, hæreses esse, vt hi qui ꝓbati sunt, manifesti fiãt.

Matt. 16.

1. Cor. 11.

Alta etenim nonnunquàm dispensatione agitur, vt vndè cadere ad ruinam timetur vacillantibus plantis, indè valentiùs roborata, firmiter inconcussa persistat: & antiquus hostis vndè se vicisse superbè gloriatur, indè diuina superatus potentia, se succubuisse doleat prostratus. Nam quia super fidei fundamentum, omnium virtutum fabricam persistere non ignorat, ipsam fidei malitiæ suæ manu eradicare soliditatem festinat, quemadmodùm de eius satellitibus (id est, malignis spiritibus) per Psalmistã dicitur: Qui dicunt, Exinanite exinanite vsq; ad fundamentũ. Vsque ad fundamentũ qppe maligni spiritus animam inaniter se exinanisse gloriantur, si ab ipso fundo mentis, fidei firmitatem, tentationum iacula exaggerando, eradicare valebunt, sicut vtiquè nihil esse boni omne quod videtur bonũ, nisi fuerit super fidei fundamentum firmiter radicatum. Sinè fide enim impossibile est Deo placere. Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Nouit Dominus qui sunt eius. Licèt ille fæuiat, ac mille modis fraude calliditatis serpendo extra sepța sanctæ Ecclesiæ hincindè squamas nequitiæ suæ Sirtis scopulis illisus expoliet, ac per hoc circunquaquè discurrens modò in orbe circulato latenter se iuxta viam obijciẽs, vt pedem simpliciter calcantis mordeat: modò in summa sese suspendens falsitatis cauda, hæreticorum pectora veneno perfidiæ inficiendo tumida reddat, vt sauciata ea vitalia, fastidiendo spiritalia alimenta euomãt. Sed quia super firmam petram fundata est, portæ inferi non prævalebunt aduersùs eam: huius nimirùm pestiferi serpentis instinctu, fellisq; poculo debriati quidam, quorum non sunt nomina in calculo candido agni inscripta, hæresim veternosam, illustrium fortium scilicet virorum calcibus mirabiliter inculcatã, Catholicaq; falce olìm funditùs detruncatam, spinoso moliuntur rediuiua radice suscitare de stirpe. Adserunt igitur, sed falsis adsertionibus irretiti, Dominum nostrũ IESVM CHRISTVM, adoptiuum Dei filium de virgine natum: quod diuinis nequeunt adprobare documentis. Hæc igitur dicentes, aut in vtero virginis eum suspicantur adoptatum: quod dici nefas est, quia de beata virgine inenarrabiliter sumptus, non adoptauit, carnem: aut certè purum eum hominem sinè Deo natum, quod cogitare impium est, necesse est fateantur: ac per hoc posteà quasi eguerit adoptione, à patre in filium sit adoptatus, cùm nihil Deus eguerit, qui erat in eo non per gratiam, quemadmodùm in cæteris sanctis purisq; hominibus, sed essentialiter per naturam. Deus, inquit Apostolus, erat in Christo, mũdum reconcilians sibi. Quo igitur pacto nobis adoptionem filiorum tribuit, si ipse necessariũm eguit vt sibi haberet? Nam quia peccatum non habuit, ideò nobis peccata donauit: quia non accepit vt vita esset, sed ipse essentialiter vita est, idcircò nobis vitam æternã indulsit. Videamus nũc quid de eius incarnatione Gabriel, cui creditum fuerat secretæ dispensationis sacramentum, ad Mariam virginem dicat: Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Cumque turbata esset in sermone, subiunxit angelus: Nè timeas Maria: Inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM: hic erit magnus, & vocabitur altissimi filius. Iamque credula angelicis dictis, cùm ordinem tantæ nouitatis inquireret, quomodò sinè viro fieri posset, mox angelus addidit: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius DEI. Non enim ait, Adoptiuus vocabitur filius Dei: sed absolutè, filius Dei & filius altissimi. Deniquè non de sola excellentia maiestatis eius tunc loquebatur angelus, sed potiùs de incarnata diuinitate. Porrò QVOD pronomen, neutri generis est: & sanctum, similiter neutri generis est. Ait enim: Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Et rursùs Matthæus narrat angelum dixisse: Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Vt palàm daretur intelligi, de corpore dixisse, quod de inuiolata virgine sumpsit, more sacri eloquij partem pro toto: vt per solum corpus, totum intelligas hominem, in anima rationali ex ea natum. Sed nè quilibet scrupulus ambiguitatis remaneret, quia de incarnationis eius mysterio dixerit, statim post pauca subinfert: Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Secundùm carnem videlicet Dauid filius dictus est, non secundùm diuinitatem. Habes igitur, quomodò de quo suprà dixerat, Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei, non adoptiuus, sed verus: non alienus, sed proprius: de eo subiecit, Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Nam quis eum adoptâsse in filium credatur, cùm tota sancta Trinitas hominẽ Christum in vtero virginis operata sit, sicut scriptum est, & iuxta historiam de primo Adam, & de secundo (id est, Christo) in ꝓphetiæ sacramẽto: Faciamꝰ hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã. Vel certè quẽadmodùm in hac eadẽ Euangelica lectiõe, angelica voce declaratur: ait enim: Spiritus sanctus superueniet in te. habes spiritus sancti tertiã de Trinitate personam, Et virtus altissimi obumbrabit tibi. In virtute nanq; altissimi, filij persona demonstratur: quia ipse est Dei virtus, Deiq; sapientia. In altissimi nomine, patris nihilominùs persona accipienda est. Dicant ergò, si valent, hæretici: quod si nequeunt, catholicis se humi-

Gal. 4. Ephe. 1.

Psalm. 136.

Heb. 11.

2. Tim. 2.

Apo. 2.

1. Cor. 5.

Rom. 8.

Luc. 1.

Matth. 1.

Luc. 1.

1. Cor. 1.

Gen. 1.

Luc. 1.

liter ſalubribus ſubdant documentis: quis de his tribus perſonis eũ adoptauerit, cùm tota eũ Trinitas in vtero immaculatæ opata ſit virginis. Porrò adoptiuus dici non poteſt, niſì is qui alienus eſt ab eo, à quo dicitur adoptat⁹: & gratìs ei adoptio tribuitur, quoniam non ex debito, ſed ex indulgentia tantummodò adoptio pſtatur: ſicut nos aliqñ, Eph.2. cùm eſſemus peccãdo filij iræ, alieni eramus à Deo. Per proprium & verum filium eius, qui non eguit adoptione, adoptio nobis filiorũ donata eſt, Paulo atteſtãte q ait: Gal.4. Cùm ergò venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, factũ ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus p ipſum. Proprius filius factus eſt ex muliere, nõ adoptiuus. Hinc aliâs idẽ ipſe egregius pdicator Rom.8. dicit: Proprio filio ſuo nõ pepcit, ſed p nobis oĩbus tradidit eũ. Igitur cùm ad Iordanis alueũ Iohanne comite, qui Chriſtus à Mat.3. populis exiſtimabãt, adpropinquaret, & vt ſanctificaret aquarũ natura, medijs ſeſe Iordanicis intinxiſſet in vndis, vt manifeſtiùs inter adoptiuũ & ppriũ filiũ diſcerneret, & qa inſeparabilia ſunt ſemp opa Trinitatis, cæli apti ſunt ſuper eũ, & ſpiritusſanctus, ſinè quo nunq̃ erat fili⁹, corporali ſpecie ſicut colũba deſcẽdit ſup eũ, & manſit ſup eũ: Col.1. Quia in ipſo cõplacuit oẽm plenitudinẽ diuinitatis habitare corporaliter. ſtatimq́ue Mat.3. Mar.1. Luc.3. vox patris intonuit, dicẽs: Hic eſt fili⁹ meus dilect⁹, in quo mihi benè cõplacui. Acſi diceret: Iſte eſt ſuper quẽ ſpiritusſanct⁹ in ſpecie colũbæ deſcendit, & filius eſt, & dilectus eſt, & me⁹ eſt: & hic eſt, quẽ ſpiritusſanctus ppriũ eſſe meũ filiũ ſingulariter demõſtrauit. Et rurſùs cùm eſſet in mõte ſancto cum diſcipulis quos voluit, & viſi eſſent cum eo Mat.17. Mar.9. Luc.9. Moiſes & Helias loquẽtes, mox paterna vox fulgida per nubẽ diſcurrẽs intonuit, diſcreuitq́; q eſſent ſerui p gratiã, & p adoptionẽ filij, & qui verus ac pprius filius: Hic eſt, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui. ipſum audite. In Adã quippe ſibi Deus pater diſplicuiſſe innotuit, qui peccã- Gen.6. do filij dignitatẽ amiſit. Pœnitet, inquit, me feciſſe hominem ſuper terram. In vnigenito ſibi filio cõplacuit, quia propria non habu- 1.Pet.2. it, ſed aliena peccata tulit: qui nunquàm à paterna voluntate diſcordans, factus pro Phil.2. nobis eſt patri obediens vſq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Propter quod & Deus exaltauit illũ, & donauit illi nomẽ quod eſt ſuper omẽ nomẽ. Si igitur iuxta hæreticos adoptiuo nomine cenſet, vt nos puri & ingrati homines: quo ergò pacto Apoſtolus eum nomẽ phibet ſuper omẽ nomẽ habere? Adoptiui etenim nomẽ non eſt ſuper omẽ nomen, ſed cõmune & infra noĩm tenetur mẽſuram. Videamus iam nunc, qualiter primus paſtor Eccleſiæ fidei poſuerit fundamentũ. Mat.16. Nã cũ magiſter & Dñs diſcipulos ſagaciùs exploraret, quid de ſe homines dicerẽt, & illi ſingulorũ opiniões diuerſo ſermõe texuiſſent, qui eũ vnũquemlibet de adoptiuis filijs exiſtimabãt, quorũ adoptio nondùm in re, quã per mediatoris perceperunt aduentum, ſed adhuc in ſpei ſeruabatur occulto: ilicò Dñs, quid illi de ſe fixiùs corde retinerent, adiunxit: Vos, inquit, quẽ me eſſe dicitis? Moxq́; B. Petrus, cui nõ caro & ſanguis, ſed pater cæleſtis reuelauit: Tu es, inquit, Chriſtus filius Dei viui. Eccè fidem B. Petri Apoſtoli, quã hæretici ſurda aure trãſiliũt, pfunctoriè legere nõ ptimeſcũt. Petrus confeſſus eſt Chriſtũ verum filiũ Dei viui: & tu heretice dicis, Chriſtus adoptiuus filius eſt? Enimuerò fortaſsìs erigeres perfidiæ aurẽ, ſi abſolutè dixiſſet, Tu es filius Dei viui. Fingeres forſitan more tuo, falſa argumentatione vt diceres, Secundùm diuinitatem eum filium Dei confeſſus eſt. Sed quoniam cum additamento dixerat, Tu es Chriſtus filius Dei viui, omniũ hæreticorum ora fidei ſuæ pugno attriuit. Chriſti nanq; nomen ab homine quem aſſumpſit, accepit: quia vnctus in homine fuit, nihil tibi reſtat quid dicas: niſì ſolito more faciens, ſumas de officina mendacij veneno illita ſpicula, quibus ſimplicium corda iaculando falſis adſertionibus perforare non erubeſcas. Frons enim Hier. meretricis facta eſt tibi, erubeſcere noluiſti. Defraudare etenim ſacram non veremini ſcripturã, paruipendentes Magiſtri gentium phibitionẽ, dicentis: Nolite adulterare verbum Dei. 2.Cor.4. Sed quid mirum, ſi ſtulti in his erratis q̃ allegorica ſunt ſylua cõdenſa, & vmbroſis phalerarũ ænigmatibus obuoluta, & carpere neſcitis docta manu de ſub folijs literarum pẽdentia ſpiritaliũ fructuũ poma, cùm in ppatulo per ſanctos pdicatores eductam, malè intelligentes, orthodoxã deprauatis doctrinam? Cuius temeritatis & audaciç eſtis, ô infelices, inflati ſuperbiæ faſtu, vt ipſã Iohannis Euangeliſtæ mirabilia documenta, peruerſis nõ erubeſcatis fabulis deprauare, iuxta veſtrã vecordiam, & non ſecundùm ſanã doctrinã, intelligentes myſtica ſacramenta? Dicitis enim quòd Iohannes ſcribat in epiſtola ſua, Habemus aduo- 1.Iohan.2. catum apud patrẽ Ieſum Chriſtum: & hoc ſit aduocatus, quod & adoptatus: cùm longè aliud ſit aduocatus, & aliud adoptatus. Nam aduocatus ille mihi eſt, qui pro me iudicẽ interpellat, & cauſam neceſſitatis meæ propria tuitione defendit. Conuenientiùs quippe propiciatus dici poteſt, quàm adoptatus, Ibid. quia ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Cùm enim naturam noſtram, quam in ſe adſumpſit, in dextera patris collocatum oſtẽdendo patri inceſſabiliter manifeſtat, propicium eum nobis aduocatus noſter quaſi interpellando efficit & benignum. Adoptiuus verò dicitur, cui nihil à patre adoptante debetur, ſed gratìs indul-

dulgendo conceditur. Abuſiuè nanque, & non eſſentialiter adoptiuus eſt filius di- Exod.2. ctus, ſicut Moiſes in filium adoptatus eſt filiæ Pharaonis, alienus ab ea & generatione, & ſanguinis adfinitate. Hoc ideò poſuimus, vt patenter daretur intelligi, eum dici adoptatum, qui nondùm priùs fuerat proprius filius adoptantis. Vndè in Dei filium non cadit nomen adoptionis, quia ſemper verus filius, ſemper Dominus. ac per hoc & poſt aſſumptum hominem veri filij vocabulum non amiſit, qui nunquàm verus deſijt eſſe filius. Quòd ſi iuxta veſtram veſaniam hoc putatis aduocatũ eſſe, quod & adoptatum: confitemini ergò, quod eſt deterius & omni blaſphemia plenum, duos adoptiuos, filium ſcilicet & ſpiritumſanctum. Non enĩ negare valetis, Spiritumſanctum paracletum eſſe. Quod enim Grçcè παράκλητοσ, hoc Latinè dicit̃ aduocatus. Fatemini quinetiã, quod eſt ſuper omne malum deterius, ſuper omnem impietatem ſceleſtius, duos adoptiuos filios, verbum ſcilicet & Spiritumſanctum: vt ſitis deteriores Arrio & Eunomio, & maranatha anathemate Macedonio digni. Adoptiuus enim, non niſì adfectatç locutionis, alienus dicitur filius. Omnis enim adoptatio ex affectione ducit vocabuli ſui originem: quanquàm etymologiæ ſuæ non videatur trahere ſimilitudinis ſonum. Habet nanque ex vtraque parte vtinàm aduerbium eleganter inſitum, vt ſi dicas: Vtinàm ſis mihi in filium adoptiuum: & econtrà, Vtinàm merear à te in filiũ adoptari: ex affectu quidem dilectionis, pars ſubrepit parti, vt in vtraque conueniat dilectionis affectus. Sed videant hæretici, qui portæ ſunt inferi, quid dixerint: quinimmò peruerſo garriãt ore. Obdurata nempe illorũ corda, mendacij latibula per abrupta perfidiæ debacchantes, ſemper inquiunt: & nè veritatis luce perfundãtur, in ſpelæo ſe falſitatis occulere feſtinant. Cecidit, heu prohdolor, ſuper eos inuidiæ ignis, & ideò iuſtitiæ ſolem non meruerunt videre. Sancta autem Ca- Can.6. tholica & Apoſtolica Eccleſia, quæ licèt in Pſalm.67. toto ſit orbe terrarum diffuſa, vna tamen eſt amica ſpõſi proxima & columba, quæ pennis deargentatis ſacri eloquij refulget pulchritudine, & in pallore auri poſteriora eius perfectæ fidei puritate clareſcunt, confitetur quin potiùs ſanctam & ineffabilem Trinitatem in vnitate, ſalua ſcilicet inconfuſibiliter proprietate perſonarum: inſeparabilem ſubſtantiam confitetur ità ſanè, vt alius credatur pater, quia pater eſt qui genuit coæternum ſibi ſinè tempore & omni initio filium: & alius credatur filius, quia filius eſt qui genitus eſt ſinè initio à patre, non putatiuè, ſed verè: & alius credatur ſpiritusſanctus, qa ſpiritusſanctus eſt, & à patre filioq́; pcedit: & non eſt aliud pater, & aliud filius, & aliud ſpiritusſanctus: ſed vnum ſunt inſeparabiliter Pater & Filius & Spiritusſanctus: non vnus, ſed vnum: quia alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritusſancti: Sed vna & æqualis & conſubſtantialis & coæterna eſt patris, filijq́; & ſpiritusſancti inenarrabilis diuinitatis Maieſtas, quia vnus eſt Deus. Vnionem nanque in eſſentia confitemur, Trinitatem verò in perſonarum diſcretione prædicamus. Dñm igitur noſtrum Ieſum Chriſtum Dei filiũ verum Deum, ſemper in patre, ſemper cum patre, ſemper credimus apud patrem. In vltimis nanq; temporibus propter nos & propter noſtram ſalutem, ſecundùm diſcretæ diſpenſationis arbitrium, deſcendit de cælo, vndè nunquã receſſerat: venit nimirùm in propria, vbì nunquàm deerat. Natus eſt de ſpiritusſancto & Maria virgine, dicente angelo: Quod enĩ Matt.1. in ea natum eſt, de ſpiritusſancto eſt. Factus verus homo, iuxta id quod ſcriptum eſt: Et verbum caro factum eſt, & habitauit in no- Ioan.1. bis. Permanſit verus & omnipotens Deus in vtraque natura, vnus Dei filius, idemq́ue hominis filius. Nihil enim humana natiuitas diuinæ præiudicauit natiuitati. Adſumpſit quod non erat, permanſit in id eſſentialiter quod erat, non commixtionem paſſus, neque diuiſionem: ſed in vna perſona Chriſti Deus verus & homo permanet verus: nõ duo filij Deus & homo, ſed vnus filius, Deus & homo: non alius filius hominis, & alius Dei, ſed vnus idemq́ue Dei hominisq́ue filius. Vndè & eos valdè execramur, qui eum adoptiuum impio grunniunt ore: quia ſicut prçfati ſumus, adoptiuus dici non poteſt, niſì is qui priùs alienus eſt ab eo, à quo adoptari deſiderat. Dei ergò filius qua ratione credi poteſt adoptiuus, qui inſeparabiliter adſumpto homine in vna perſona coëunte vtraque natura, non duo filij, alius Dei & alius hominis, vt (ſicut illi errando æſtimãt) adoptiuus ſit hominis filius, & ſinè adoptione DEI filius: ſed in vna perſona vnus idemq́ue DEI & hominis filius, qui nunquàm hominem quem adſumpſit, deſeruit, etiàm nec in cruce, quandò inclinato capite tradidit ſpiritum, Paulo atteſtante qui ait: Ioan.19. Si enim cognouiſſent, nunquàm Dominum 1.Cor.2. gloriæ crucifixiſſent? Dominus gloriæ dicitur crucifixus, cùm ſola caro ſit crucifixa: ſed quia Dominus gloriæ idem ipſe erat, qui & hominis filius qui crucifigebatur, & nunquàm hominem deſeruit, ſicut dictum eſt, quem adſumpſit, ideò dicitur Dominus gloriæ crucifixus. Sunt etiàm plerique qui adſtruunt ex tribus ſubſtantijs vnam mediatoris perſonã, videlicet carnis & animæ, cùm in cauſa fidei non videatur neceſſarium, ſophiſtica diſputatione ſecularium literarum calculos ſyllogiſtica ſpargere manu. Sufficeret enim, iuxta præcedentium Catholicorum Patrum ſaluberrimæ promulgationis doctrinam, ſincera ſimpli-

citatis voce, ex vtraq; natura vnam personã confiteri veri Dei veriq́ue hominis Christi, diuina scilicet & humana: sed propter eos vtiq;, qui semiplenam sinè anima rationali & ad vicem animæ diuinam naturam in carnis dispensatione adsumptam suspicantur, cùm Psalmista alacri pectore dicat: Eccè em
Psalm.53. Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. Pro hac igitur re & huiuscemodi erroris nubilo, styli flabello ex aëre mentis, ventosas nubium vmbras dispergere festinamus, quatenùs æterni solis perfusa radio, micãtes stellas per cælos valeat puris obtutibus inspicere scripturarum. Non enim ignoramus, ex duabus substantijs humanam subsistere naturam, ex anima nimirùm & carne: sed vnum sinè altero, perfectũ non efficere hominem. Quid enim caro sinè anima, nisì terra? & quid anima sinè carne? nónne spiritus? Homo enim ex vtroq;, & non ex vno. Vndè quia redemptor noster perfectum hominem adsumpsit in Deum, idcircò ex duabus naturis Deum & hominem confitemur. Nõ enim caro sinè anima, perfecta humana potest dici integraq́ue natura. Nam cùm ex limo terræ finxisset Deus hominem, protinùs insufflauit in eum spi
Gen.2. raculum vitæ, sicut scriptum est: Et factus est homo in animam viuentem. Non igitur alter, qui formatus est, & alter qui insufflatus, sed vnus idemq́;. Ex flatu nanq; animata est terra tam incomprænhensibili arte, mirabiliq; modo summi attificis manu configulata, vt inuestigari pleniùs nequeat, quatenùs & vnum sit anima & caro, quæ perfectum efficiunt hominem: & tamen diuersa sit substantia carnis & spiritûs. Nam cùm
Psalm.64. scriptum sit, Ad te omnis caro veniet: & rur
Psal.55. sùs, Non timebo quid faciat mihi caro: &
Isa 40. iuxta lxx. iterùm, Et videbit omnis cato salutare Dei
Luc.3. nostri: Nullo nanq; pacto sinè animo videre potest, vt videat salutare Dei: nec venire valet, vt veniat ad eum omnis caro. Ponamus igitur exempli causa secundùm humanæ rationis effectum, necessitate per omnia compellente, materiali themate disputandi. Nam sicut in planis & solidis figuris linea, & in quadrangulis punctus, licèt sint indissecabiles & diuidi nequeãt, & idcircò egregiè depingant dimẽsionum figuras, omnium tamen numerorum multitudinis summam in se societatem retinent, & ex se vsq; ad infinitam numerositatem procedentes, & rursùs in se vsque ad vnum recurrentes, indiuiduam retinere probantur vnionis censuram: Fingamus igitur animam in forma corporis, quasi lineam vel punctum in planis, solidis atque quadrangulatis figuris, cunctas membrorum partium in se indiuiduè continentes positiones, vnumquodq; in iunctura sua insertum, ità vt & vnum sit, & diuersum. Nam si subtrahas lineam & punctum æqualitatis, nobilitas degeneratur figuræ. Instante autem lineæ iacentis primordio, punctiq́ue circunfusa numeri quadratura, quique segregari vel non segregari possunt, resolui insolubili sectione in lineæ punctiq́ue ptiuilegio demonstrantur. Ità sanè vis animæ, cùm sit incorporea & inuisibilis, nec diuidi potest, nec recipit sectionum scissuras: totam tamen corporis molem, quę diuidi vel segregari potest, in se continentem mirabiliter regit, & per totum diffusa animando viuificat, & quasi punctus in medio suam indiuiduè retinet dignitatem, & in alienam non resoluitur qualitatem. Nam, sicut dictum est, cùm sit incorporea, corporaliter cuncta per corpus disponit: & cùm sit substantia carnis corporea, per incorpoream creaturam (id est) animam, corporeas perficit actiones. Tanta etenim societatis conuenientia sibimet sunt iunctæ, vt vnum sinè altero nihil possit, & alterum sinè altero plenam non possit humanam monstrare naturam: & idcircò placuit, ex vtraque humanam definire naturam. Nam anima incorporea per corporeos oculos videt, audit, sentit: & corporei oculi per incorpoream animam videre probantur. Nam si recedat anima, oculi aperti manentes, & aures patentes, nec videre possunt, nec audire. Per linguam loquitur anima, & lingua loquitur per animam. In qualibet enim parte corporis incisa carne, anima dolet: sinè anima verò in frusta secata caro, nec dolere nec sentire potest. Per carnem nempe anima, & per animã caro esurit, sitit, tristatur. Nunquid potest dici, caro sinè anima, humana natura, cùm nihil sit aliud nisì terra? Animata verò tetra, humana profectò potest dici integra perfectaq́ue natura. Omne enim imperfectum amittit nominis proprietatem, nisì perfectionis ei commodius adijciatur supplementum. Ex quatuor igitur diuersis elementis humana subsistere fertur natura: calido, frigido, humido, sicco, id est, igne, aëre, terra & aqua. Cùm ergò ex his quatuor varijs homo subsistat naturis, nunquid debemus in vno homine quatuor substantias profiteri? Si hoc placet, addatur quinetiàm quinta, id est, anima, vt constet homo ex quinque, & verbi omnipotentis sit sexta: & tunc (quod est omni fatuitate dementius, omniq́ue vecordia stultius, fateantur sex in vna Dei hominisq́; Christi persona substantiæ. Tu forsitan suspicaris, quicunq; es nostræ refragator adsertionis, de memoria nobis auolâsse, quia dixerit B. Apostolus in in- Ephes.
teriore homine habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Hæc nos tota deuotione mentis, totaq́; simplicitate veraciter retinemus cordis: & adijcimus ea, quæ *somnia
(te forsitan * nesciente latent) idem vas electionis Paulum dixisse reminiscimur. Ipse 1. Thess.
autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt inte-

vt integer spiritus vester & anima & corpus sinè querela, in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur. Tria, inquam, dixit, Spiritus & Anima & Corpus. Nunquìd aliud est spiritus & aliud anima? Non diuisit substantias, sed dignitatem distinxit. Spiritalis quippe anima & spiritale corpus vult, vt in aduentum Domini nostri Iesu Christi seruetur. In hoc spiritali homine, qui & interior dicitur, profitetur idem mirabilis Do
Ephe.3. ctor habitare Christum per fidem in cordi
1. Cor.2. bus nostris. Nam est homo animalis, & est spiritalis, non per substantiam, sed per meriti qualitatem. Animalis quippe ab anima, spiritalis verò à spiritu nuncupatur, quemadmodùm idem veridicus videlicet doctor alterum ab altero discreuit. Animalis, inquit, homo non percipit ea quæ sunt spiri
Ibid. tûs Dei: hic est exterior, qui foràs se ad exteriora appetenda effundit. Spiritalis autẽ dijudicat omnia, id est, discernit, & ipse à nemine iudicatur. Hic est, inquam, interior, in quo Christus creditur habitare, qui introrsùs se per contemplationis gratiam retinet, & internæ refectionis dulcedine pastus, in amore sui conditoris suauiter requiescit. His ità prælibatis, ad ea quæ reliquimus, reuertamur. Quæro igitur vt dicas mihi, in qua natura ipse mediator Dei & hominum
1. Tim.2. homo Christus Iesus, dignatus est esurire, passionum sentire dolores. Quid moraris? Nisì vales negare, melius est vt profitearis, quia secundùm diuinam. Diuina enim natura impassibilis, inuiolabilis, & semper permanet immutabilis. Verùm est omninò verum, qa in humana. Volo ergò vt liquidiùs definias, quid sit humana natura: sola caro, an sola anima, an vtraq;, anima & caro. Non
1. Cor.13. ẽm possumus nec fas est veritati contradicere. ex vtraque nihilominùs humana constat natura, ex anima siquidem & carne. Dicito ergò mihi, in sola carne, an in sola anima, an (quod est verius) in vtraq; protulit vulnera passionum. Caro enim sinè anima, nihil sentit: anima enim sinè carne, non esurit, neq; sitit, nec potest crucifigi: & tamen crucifixa est per carnem. In summis etenim palmis & in extremis crucifixa est plantis. Quòd si nõ est crucifixa cum carne, cur sensit dolorem? Caro enim (sicut dictum est) sinè anima, nihil sentit. Quòd si per carnis cogitationem sentit dolorem, & caro per animam dolet incisa: nec caro ergò sinè anima, nec anima sinè carne, plena potest humana dici natura. Ex vtraque nanque connexione, carnis scilicet & animæ, perfecta constat humana natura. Vndè & maiores nostri, hac definitione sancita, quorum sagacissima capacitatis peritia longè valdè à nostra tarditatis distat ignauia, placuit eis, sancto adnuente Spiritu, duas in vna CHRISTI persona indubitanter profiteri naturas, diuinam scilicet & humanam: quia anima & caro non sunt duo, sed vnus homo: DEVM enim & hominem, DEI filium confitetur. Mediator, inquit Apostolus, 1. Tim. 2.
DEI & hominum homo CHRISTVS IESVS, qui ex anima & carne, non duo, sed vnus est dictus homo. Cessent ergò iam nunc omnes superfluæ mussitantium adinuentiones: cessent calumniatrices querularum quæstionum obiectiones, quæ ad rem non pertinent, sed magis ad simplicium subuersionem. Doctrinis varijs & pere- Heb. 13.
grinis non abducamur, sed confiteamur cum sanctis patribus nostris, catholicis orthodoxisq́ue viris, qui rectam fidem & corde perceperunt, & inuiolabili ore Ecclesiæ filios salubriter docuerunt, duas in CHRISTO naturas, diuinam nimirùm & humanam, verum Deum, verumq́ue hominem: in vtroque proprium DEI filium, non adoptiuum: sempiternum ex Patre, temporaliter natum ex virgine Matre, consubstantialem in sua DEO Patri sanctoq́ue Spiritui, consubstantialem etiàm nobis in nostra. Nostra dicimus, in carnis conditione, non in peccati vel miseriæ communione. Peccatum enim non fecit, Isa. 53.
sed alienum tulit: nec dolus inuentus est in ore eius, sed dolores nostros ipse portauit: vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnium autem hæreticorum peruersa dogmata, cum authoribus & sequacibus suis, æterno anathemate percelli iudicamus. Elipandum nanque & Felicem nouos hostes Ecclesiæ, sed veternosa fæce perfidiæ pollutos, nisì ab hac stultitia resipiscant, & per rectæ fidei satisfactionem lamentis se abluant pœnitentiæ, indignos & ingratos eos à consortio Catholicorum perpetua animaduersione eliminare decernimus, & à gremio orthodoxæ Ecclesiæ censemus alienos. Optamus tamen, & omni adnisu mentis, immensæ pietatis boni Pastoris (qui animam Ioan. 10.
suam posuit pro ouibus suis, & neminem vult perire) clementiam imprecamur, vt perfidiæ relicto errore, ad viam veritatis, quæ CHRISTVS est, & ipso rede- Ioan. 14.
ant perducente: quatenùs in sinu matris Ecclesiæ, dilectionis suscepti amplexu, tranquilla suauiter fidei pace quiescentes, largissima sugant vbera bonitatis DEI, ac per hoc perpetuæ felicisatis gaudia, gratia DEI (qui pro omnibus mortem Heb. 2.
gustauit) largiente sinè fine valeant adipisci: eos etiàm qui post hanc tam saluberrimam definitionem, quam plenaria Synodus sancto afflata spiritu, concorditer subtili sinceritate terminauit, falsissimis eorum adsertionibus siue

siue clàm, siue in publica voce præbuerint adsensum, simili eos sententiæ vindicta sancimus esse plectendos, reseruato per omnia iuris priuilegio summi pontificis, domini & Patris nostri Adriani primæ sedis beatissimi Papæ. Nos autem domini & charissimi fratres, sequentes præcedentium Patrum sanam fidei doctrinam, respuentes per omnia
Rom.10. deliramenta nugacium hominum, corde credamus ad iustitiam, ore autem confiteamur ad salutem, Dominum nostrum Iesum Christum verum Dei filium, non putatiuũ: proprium in vtraque natura, non adoptiuum: æqualem & coæternum patri sanctoq;
Acto.20. Ephes.5. spiritui: qui Ecclesiam suam proprio sanguine adquisitam, sinè macula & ruga immaculatam custodiat, & corda nostra in rectæ fidei puritate, immutilato iure conseruet: Catholicum atq; clementissimum, semperq; inclytum dominum CAROLVM regem, per intercessiones beatæ & gloriosæ semperque virginis Dei genitricis Mariæ, per quam meruimus authorem vitæ suscipere, & beati Petri primi pastoris Ecclesiæ, omniumque sanctorum, verùm etiàm suffragantibus precibus vestris, Omnipotens & sancta Trinitas sua eum gratia circuncingat, suaque dextera semper protegat & defendat, vt faciat semper quæ illi sunt placita, quatenùs cælestibus fretus armis, inimicos nominis Christi auxilio fultus de cælo, ad terram prosternat: Barbaras etiàm nationes infinita Deus omnipotens ditioni eius potentia subdat, vt ex hac occasione ad agnitionem perueniant veritatis, & cognoscant verum & viuum Deum creatorem suum. Regenerati siquidem vnda baptismatis, in gremio adgregentur matris Ecclesiæ,
Ioan.10. vt impleatur quod bonus pastor promiserat, dicens: Et alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, vt fiat vnũ ouile & vnus pastor. Multiplicetur pax in diebus eius, vt sit sancta Ecclesia libera, & ab omni
Galat.4. strepitu mũdi secura: qua libertate Christus eam liberauit. liceatq; Domini sacerdotes iuxta Euangelicas & Apostolicas Canonicasq; regulas simpliciter Domino deseruire, militare in solis castris Dominicis: quia
Matt.6. iuxta eiusdem Domini vocem, Nemo potest duobus dominis seruire. Et Paulus: Nemo
2.Tim.2. militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt placeat ei cui se probauit. Nemo sibi blandiatur, quòd vtrunq; possit, & Deo & mundo seruire: quia veritas est, & mentiri non potest, qui hoc fieri non posse testatur. Vndè supplicandus est tranquillissimus princeps noster, vt ille pro nobis contra visibiles hostes pro Christi amore, Domino opitulante, dimicet: & nos pro illo contra inuisibiles hostes, Domini imprecantes potentiam, spiritalibus armis pugnemus, quatenùs vicariam ei retributionem in illa die pro Ecclesia sia Dei filius repẽdat: vt quemadmodùm ille nunc eam inter tot mundanos tumultus constitutam reddit securam, ità eum illa cælestis regni faciat esse participem: indulgeat miseratus captiuis, subueniat oppressis, dissoluat fasciculos deprimentes: sit cõsolatio viduarum, miserorum refrigerium: sit dominus & pater, sit rex & sacerdos, sit omnium Christianorum moderantissimus gubernator, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritusancto viuit & regnat Deus in Trinitate perfecta per omnia secula seculorum.
AMEN.

SANCTA SYNODVS ET VENERABILES IN CHRISTO PATres, cum omnibus Episcopis Germaniæ, Galliæ & Aquitaniæ, & toto Catholicæ pacis clero, Prẽsulibus Hispaniæ & cæteris ibidẽm Christianitatis nomen habentibus, in Domino Deo, Dei filio vero & proprio Iesu Christo, æternæ beatitudinis SALVTEM.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi, qui dixit, Vbi sunt duo vel tres congregati in Nomine meo, ibi sum ego in medio eorum: congregatis nobis in vnum charitatis conuentu, præcipiente & præsidente pijssimo & glorioſissimo domino nostro Carolo rege, ad renouandum cum consilio pacificæ vnanimitatis sanctæ Dei Ecclesiæ statum, & ad prædicandam orthodoxæ fidei veritatem, in qua, diuina operante gratia, salutis nostræ initium extat & finis: cui nihil augeri potest vel minui, quæ vna debet esse omnium Christianorum, dicente B. Apostolo: Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium, qui super omnia & in omnibus nobis. In hac omnis sanctitas vitæ, omnis spes remunerationis æternæ, sinè qua nihil sanctum, nihil DEO acceptabile, nihil viuum. Iustus enim ex fide viuit: quam qui, diabolo decipiente, perdiderit, viuens mortuus est: quia sicut per fidem iustitia, ità etiàm per fidem veram vita obtinetur ęterna, dicẽte Dño Saluatore: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Inter cætera itaque, quæ pro huius fidei firmitate tractauimus, domini regis nostri præcipua pietate & laudabili sapiẽtia adsidente & auxiliãte nobis, præcepit subitò glorioſa illius excellentia fidei vestræ libellum adferri in mediũ: qui cùm à notario nobis diligẽtiùs attendẽtibus, sub distinctione sententiarũ & proprietate sensuũ plegeretur ad finẽ, audiuimus in eo nouas quasdã adser-

adsertiones exaratas, non tam antiquis sanctorum Doctorum traditionibus conuenientes, quàm vestris nupèr inuentionibus vtcunquè confirmatas. Sed duæ difficiles res nostris in eo libello, quem direxistis, sensibus occurrerũt: Vna, cur nobis non sufficiant, quæ in sanctorum Patrum dictis inueniuntur, & vniuersali catholicæ sanctionis consuetudine confirmantur, dicente scriptura: Terminos Patrum tuorum nè transgrediaris. Nunquìd sagaciores sumus ad inueniendam viam veritatis, quàm Apostolici Doctores? & quarè aliquid confirmare audemus, quod in illorum non inueniatur scriptis? Altera res est, Quarè generationem filij Dei vel æternam de patre, vel temporalem de matre, quisquam hominum audeat inuestigare, dicente scriptura: Altiora te nè quęsieris. Vndè & sanctus Augustinus dicit in sermõe de natiuitate Christi: Meritò, dilectissimi, miranda est Saluatoris nostri natiuitas, non solùm illa diuina, de qua dictum est, In principio erat verbum: sed etiàm illa humana, de qua idem dicit Euangelista, Verbum caro factum est. Vndè & propheta: Generationem eius quis enarrabit? Diuina enim magìs fide veneranda sunt, quàm ratione inuestiganda. Sed tempus est, vt ad discutiendos sensus libelli vestri veniamus, in quo sanctorum patrum per loca testimonia inuenimus posita, sed malè perfidiæ veneno corrupta, & inter flores pulcherrimos fidei catholicæ anguinos erroris vestri dentes insertos. Tacuistis nomina librorum & numerum capitulorum, vt difficiliùs error vester inuestigaretur: & ex hoc solo perspicuum est, errâsse vos voluntariè, dum sanctorum patrum venerabiles sensus, per intermissiones aliquorũ verborum maculare nitimini: & miramur, vel magìs lugemus, quarè hoc facere velitis, quarè purissimos catholicæ fidei fontes hæretico pede turbare non timeatis. Inuenimus enim in libelli vestri principio scriptũ, quod vos posuistis: Cõfitemur & credimus Deum Dei filium ante omnia tempora sinè initio ex patre genitum, coæternum & consubstantialem non adoptione, sed genere. Item post pauca in eodem loco legebatur: Confitemur & credimus eum factũ ex muliere, factum sub lege, nõ genere esse filium Dei, sed adoptione: non natura, sed gratia: eccè serpens inter pomifera paradisi latitãs ligna, vt incautos quosque decipiat: ex sermonibus sancti Augustini hæc testimonia translata sunt: sed hæretica prauitate additum inuenimus in sequenti periodo, Non genere esse filium Dei, sed adoptione: quod etiàm in sequentibus pleniùs, volente DEO, demonstrabimus. Nunc verò tantummodò ad ostendendos & cauendos mortiferos veneni succos, legentibus inseruimus. Quod autem exempli gratia posuistis, Pater maior me est: non propter adoptionem, sed propter formam serui dixit, in qua maior est patre. Simili modo & propter formam serui illud dictum est, Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu. Hoc verò quod Iohannes dixit, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratia & veritate: contra adoptionem carnis facit. Si vnigenitus, quomodò tunc adoptiuus? Vel, si non est proprius filius, quomodò tunc plenus gratia & veritate? Igitur quod sequitur in epistola adsertionis vestræ, beatum dixisse Hilarium, Nam & in ipso vsu nostro est adoptiuus filius, & verus filius: adoptiuum filium non dicimus natura esse, qui verus est filius. Videtis quomodò cæca mens contra suam ponit testimonia sententiam. Quis est qui audeat dicere, Christum non esse verè filium Dei, Ioanne baptista attestante, dum vidit spiritum DEI descendentem & manentem super eum: Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei? De quo & Apostolus testatur, Quorum patres, ex quibus Christus secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Et si verus Deus, etiàm & verus filius: & si verus filius, nequaquàm adoptiuus: quia adoptiuus, sicut in testimonio sancti Hilarij positum est, non verè natura est filius. Item de tractatu in Apocalypsin, beati Hieronymi, vt dicunt, hoc modo positum testimonium in epistola repperimus præfata: Calculum candidum, id est, gemma alba adoptio carnis in filio Dei. Quod longè aliter in eodem Tractatu inuenitur: Et dabo ei, inquit, calculum candidum, id est, adoptionem filiorum Dei. Nam calculus gemma preciosa est. Et post pauca: Siue calculum, corpus in baptismo candidatum: siue calculi appellatione, sermo diuinus significatur. Epistola verò B. Hieronymi, quam ad Cerasiam scriptã dicitis, hactenùs nec apud Romanos, nec apud nos inueniri potuit. Nec sibijpsi eum vnquàm contraria scribere putamus: & veris credere melius est exemplaribus, quàm dubijs. Eccè prauitas omni tergiuersatione deterior, quę sic sanctorum patrum puriſſimis sensibus venena suæ infundit perfidiæ. Sequitur in epistola: Item in Homilia S. Augustini: Secundùm humanæ seruitutis formam ità dicit: Homo adoptatur, cuius gloriã quæsiuit, qui est ab illo vnicus natus. Eccè quem Augustinus dicit adoptatũ, hunc Iohannes dicit Aduocatum habemus apud patrem. In hoc itaque loco ignoramus quid priùs agendum sit, an prauitas repellenda, siue imperitia deridenda. In vicesimasexta Homilia in expositione eius sententiæ legitur, vbi Dominus dixit: Qui à semetipso loquitur, propriã gloriam quęrit: vbi post congruã expositionẽ infert: Quid tu homo facere debes, qui qñ aliquid boni

Luc.2.
Ioan.1.
Hilarius.
Ioan.1.
Rom.9.
Apoc.2.
Ioan.7.

boni facis, gloriam tuam quæris: quandò autem aliquid mali facis, DEO calumnias meditaris? Intende tibi. Creatura es, agnosce creatorem. seruus es. Nè cõtemnas Dominum. Adoptatus es, sed non meritus. Quære gloriam eius, à quo habes hanc gratiam homo adoptatus, cuius gloriam quęsiuit qui est ab illo vnicus natus. De Christo enim dixit, vnicus natus: de nobis verò, homo adoptatus. Quam adoptionem prauissimo sensu, qui scripsit epistolam, ad Christi voluit transferre humanitatem. In qua peruersitate sensûs vtrunque, & imperitia scribentis patet, & mala voluntas non latet. Etiàm & in sequenti mox sententia, & falsitas malæ voluntatis appáret, vbi dixit: Eccè quem Augustinus dicit adoptatum, Iohannes Apostolus dicit aduocatum. Certissimũ est enim, Iohannem Apostolum Christum Aduocatum nominare, sicut ipse testatur: 1.Ioan.2. Apud patrem habemus Aduocatum Dominum nostrum Iesum Christum. Perspicuum quoquè est, sanctum Augustinum de homine quolibet per gratiam adoptato dicere, sicut ex sequentia lectionis certissimè cognosci potest. Sequitur in eodem libello vestro: Item præcessores nostri, Eugenius, Hildefonsus, Iulianus, Toletanæ sedis antistites, in suis dogmatibus ità dixerunt in Missa de cœna Domini: Qui per adoptiui hominis passionem dum suo non indulsit corpori. Item in Missa de assensione Domini: Hodiè Saluator noster post adoptionem carnis, sedem repetiuit Deitatis. & cætera quæ ex parentum vestrorum dictis posuistis: vt manifestum sit, quales habeatis parentes: & vt notum sit omnibus, vndè vos traditi sitis in manus infidelium: Quia hominem Christum verum Dei patris filium esse negâstis, nobis defensor esse noluit, sed tradidit vos in manus inimicorum suorum, vt dominentur vestrî, qui eum recipere noluerunt: & cui illi publicè detrahunt, vos occultè illi derogetis. Nec illius Christi testimonio credere vultis, de seipso dicentis: Ioan.17. Pater, clarifica filium tuũ, vt filius tuus clarificet te. Dum dixit, Tuus: proprietatẽ ostendit, velutì & Pater in baptismo testimonio comprobauit: Matt.3. Hic est filius meus dilectus. meus, dixit: addidit quoq;, dilectus: vt intelligeretur proprius esse filius, sicut Apostolus dixit: Rom.8. Proprio filio suo non pepercit. Et melius est, testimonio DEI Patres credere de suo filio, quàm Hildefonsi vestri, qui tales vobis composuit preces in Missarum solennijs, quales vniuersalis & sancta Dei non habet Ecclesia. Nec vos in illis exaudiri putamus. Etsi Hildefonsus vester in orationibus suis Christum adoptiuum nominauit, noster verò Gregorius pontifex Romanæ sedis & clarissimus toto orbe doctor, in suis orationibus semper eum vnigenitũ nominare non dubitauit. In oratione enim quæ est secũda feria post Palmas, ità posuit: Da, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Item quarta feria eiusdem septimanæ: Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui nostris excessibus incessanter affligimur, per vnigeniti tui passionem liberemur. Item in assensione Domini: Concede, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuũ Redemptorem nostrũ ad cælos assendisse credimus. Item ad sanctam crucem: Deus qui vnigeniti tui Domini nostri Iesu Christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es. Eccè eum vnigenitum nominauit, cuius sanguine redempti sumus. Quod autem dicitis in epistola fidei vestræ, Ex patre vnigenitum sinè adoptione, primogenitum verò in fine temporis, verum hominem adsumendo de virgine carnis adoptione, vnigenitum in natura, primogenitum in adoptione & gratia. Scimus enim Deũ Dei filium ex vtraq; natura & vnigenitum esse, & primogenitum: Vnigenitus, quia solus sinè initio ex Deo patre genitus, & solus ex initio temporis ex matre virgine genitus: ideoque in vtraq; natura vnigenitus etiàm & primogenitus, quia omnis vnigenitus, primogenitus est: licèt secundùm humanam generationem, non omnis primogenitus, vnigenitus sit. Idem ipse Dei filius, primogenitus est virginis, vt dicitis: etiàm & vnigenitus, quia non habuit sequentes carnaliter fratres. Igitur & Deo patri primogenitus, quia priùs ex Deo patre genitus, quàm vlla esset creatura, vel aliquod esset tempus, Apostolo teste, qui ait, ad Colossenses scribens: Gra Col. tias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis claritatis suæ: in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, primogenit⁹ omnis creaturę: quia in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue Throni, siue dominatiões, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant: & ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenẽs: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare corporaliter.

Item Salomon: Dominus possedit me ini- Prou.8. tio viarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequàm terra fieret. Necdùm erant abyssi, & ego iam cõcepta eram: necdùm fontes aquarũ eruperant, necdùm montes graui mole constiterant: Ante colles ego parturiebar, &c.

Item

Item in libro Sapientiæ, ipsa dicente Sapientia, id est, filio Dei: Ego ex ore altissimi Eccl.24. prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego in cælis feci, vt oriretur lumen indeficiens: & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Item beatus Hieronymus in Tractatu epistolæ ad Titum, vbì dicit Apostolus, Expectantes beatam spem & Tit.2. aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis: Vbì est, inquit, serpens Arrius? vbì Eunomius coluber? Magnus Deus Iesus Christus Saluator dicitur, non primogenitus omnis creaturæ, non verbum Dei & sapientia, quæ sunt appellationes diuinæ generationis: sed Iesus & Christus, quæ vocabula adsumpti hominis sunt. Neq; verò alium, Iesum Christum: alium, verbum dicimus, vt noua hæresis calumniatur: sed eundem & ante secula, & ante mundum, & post Mariam, immò ex Maria, magnum Deum appellamus Saluatorẽ nostrum Iesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis. Hæc testimonia ideò posuimus, vt cognoscatis Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, in vtraque natura esse & vnigenitum & primogenitum, non adoptiuum, sed magnum Deum: Nec ex eo ei fratres nominari, sicut Heluidius blasphemat, quòd primogenitus est, sed ex paterne charitatis affectu. Nam quatuor modis in scripturis sanctis fratres appellari legimus, sicut beatus Hieronymus in libello cõtra eundem Heluidium testatur: Natura, Gente, Cognatione, affectu: Natura, vt Esau & Iacob, duodecim Patriarchæ, Andreas & Petrus, Iacobus & Iohannes. Gente, qua omnes Iudæi fratres inter se vocantur, vt in Deuteronomio: Si autem émeris fratrem tuum qui est Hebræus, Deut.15. vel quæ est Hebræa, seruiet tibi sex annis, & in septimo anno dimittes eum liberum abs te. Et in eodem: Constituendo constitues Deut.17. super te principem, quem elegerit Dominus Deus tuus, eum qui ex fratribus tuis sit. & reliqua. Cognatione autem fratres vocantur, qui sunt de vna familia, sicut Loth frater Abrahæ dicitur, cùm sit filius fratris sui Aran, dicente Abraham: Non sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores Gene.13. tuos, quia omnes fratres nos sumus: qua lege & in Euangelio fratres Domini dicuntur, Iacobus, Iudas, & Simon. Affectu quoq; fratres dicuntur, qui in duo scinditur, in spiritale, & in commune. In spiritale, quia Matt.13. omnes Christiani fratres vocantur: vt ibì, Eccè quàm bonum & quàm iucundùm, habitare fratres in vnum. Et Saluator: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et alibì: Vade, dic fratribus meis. Porrò in commune, quia omnes homines ex vno patre nati, pari germanitate coniungimur. Hinc Hieronymus dicit, affectu fratres esse Domini, nõ adoptione, vbì dicit, Narrabo nomẽ tuũ fratrib⁹ meis. Et itẽ, Ite, dicite fratrib⁹ meis. Matt.28.

Sequitur in epistola vestra: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondùm apparuit 1.Ioan.3. quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eũ sicutì est: Similes vtiq; in carnis adoptione, & non similes ei in diuinitate. Huius verò sententiæ intellectu longè aliter Catholici patres exposuerunt. Dicit enim S. August. in epistola ad Italicam virginẽ: Intantùm ergò videbimus, inquantùm similes erimus: quia & nũc intantùm non videmus, inquãtùm dissimiles sumus. Indè igitur videbimus, vbì similes erimus. Quis autem clementissimus dixerit, Corpore nos vel esse, vel futuros esse similes Deo? In interiore igitur homine ista similitudo est, qui renouatur in agnitione Col.3. Dei, secundùm agnitionem eius qui creauit eum: & tantò efficimur similiores illi, quantò magìs in eius agnitione & charitate 2.Cor.4. proficimus: quia etsi exterior homo noster corrumpitur, interior autem renouatur de die in diem: ità sanè, vt in hac vita quantuscunq; profectus sit, longè absit ab illa perfectione similitudinis, quæ idonea erit ad videndum Deum. Quid verò Dauid putatis dixisse de fratribus adoptiuis, Vnxit te Pfal.44. Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis? Non enim B. Hieronymus & cæteri sanctæ scripturæ Tractatores, hanc participationem vnctionis, de adoptiuis fratribus, sed de regibus, qui Christi vocabãtur, intelligi voluerunt, qui oleo humanæ compositionis vncti esse leguntur, sicut idem B. Hieronymus in tractatu eiusdẽ Psalmi exposuit: Oleo lætitiæ præ consortibus tuis: Alij rẽges, qui typum illius prætulerunt, & regnando consortes dicti sunt, oleo corruptibili sunt inuncti: Hic verò filius DEI, à Deo patre oleo exultationis, hoc est, resurrectionis, assẽsionis, dominationis q̃ue est delibutus: quia Christus natura vnctus, nos per gratiã, quia in illo pleniter fuit diuinitas. Item post multa testimonia, quæ omnia exequi longũ est, nouissimè in Michææ prophetæ sententiam offendistis, in qua pœnitentis populi personã in seipso propheta adsumpsit: in qua & vestræ blasphemiæ stultitiam aperuistis, dicẽdo: Nunquìd dabo pri- Miah.6. mogenitum meũ pro scelere meo? fructum ventris mei, p peccato animę meæ? Quòd dixit, primogenitũ, secundùm humanitatem: quòd dixit, fructũ ventris mei, secũdùm diuinitatem. Quę aures cãtholicæ hanc expositionem audire nõ abhorrent? Quis fidelis illã nare cõtracta nõ respuit? Tam ridiculosa est, tam stulta huius sententiæ expositio apud vos, vt propter sanctitatẽ aurium magìs taceamus, quid de vestra interpretatiõe sentimus, q̃ exponamus: & lectoris arbitrio dimittimus de vobis in hoc loco iudicare. Tantùm dicimus, quid B. Hieronymus

de hac intellexisse sententia. Dicit enim in Tractatu eiusdem prophetæ: Deus populum ad iudicium prouocârat. Ille sciens peccatum suum, non vult contendere, sed rogare: nec tamen in ipsis precibus habet fiduciam. Nihil enim dignum est, quod pro peccato Deo possit offerri: & nulla humilitas potest maculas eluere delictorum: quia
Heb.10. impossibile est, sanguinem taurorum & vitulorum, & holocausta medullata, & cruorem arietum & hircorum pinguium, sordes animæ lauare. Nunquid, ait, dabo primogeni-
4.Reg.3.1 tum meum pro scelere meo, sicut rex Moab fecisse describitur? Aut fructum ventris mei pro peccato animæ meæ, quod fecit
Iudic.11. Iephte, pro temeritate voti offerens filiam?

Item secundùm septuaginta allegoricam expositionem ità disseruit: Si dedero primogenita mea pro impietate, & fructú ventris mei pro peccato animæ meæ: dabo quidem quicquid in me primum est, sed pro meo peccato & impietate nihil dignum offeram Deo. Vndè & Dauid precatur & dicit: Magis magis que laua me ab iniquitate
Psal.50. mea, & à peccato meo múda me. Item mentionem epistolæ B. Pauli ad Hebræos facientes, nec intelligentes omnia quæ posuerunt, contra se esse, & semper vbiquè Christum Dominum filium Dei nominari, non seruum, non adoptiuum, sicut in illis testimonijs perspicuum est, quæ ex principio
Heb.1. epistolæ illius ponere voluerunt: Multifariè multisque modis olim DEVS loquutus est Patribus nostris in prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula: Qui cùm sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis: Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis
Psal.2. nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquandò angelorum, Filius meus es tu, Ego hodiè genui te? Et iterùm cùm introduceret
Psal.96. primogenitum in orbem terræ, dicit: Adorent eum omnes angeli DEI. Hæc itaque testimonia non seruum, non adoptiuum dicunt Dominum nostrum IESVM Christum, sed filium & hæredem vniuersorum,
Heb.3. sicut & in sequentibus eiusdem Epistolæ legimus: Moises quidem tanquàm famulus fidelis fuit in tota domo eius. Christus verò tanquàm filius in domo sua. Et paulò
Ibid. antè: Amplioris enim gloriæ iste præ Moise dignus habitus est. Quomodò amplioris gloriæ, si seruus sicut & Moises, vel ex seruo adoptiuus? Quos & B. Augustinus in Homilia tertia sancti Euangelij secundùm Iohannem, mirabiliter distinxit, dicens: Tenete ergò fratres soliditatem istam. Lex per
Ioan.1. Moisen data est, Gratia & veritas per IESVM Christum facta est. Per seruum lex data est, & reos fecit: Per imperatorem indulgentia data est, & reos liberauit. Lex per Moisen data est: Non sibi aliquid amplius seruus adsignet, quàm quod per illum factum est. Electus ad magnum ministerium, tanquàm fidelis in domo: sed tamen seruus agere secundùm legem potest, soluere à reatu legis non potest. Quod autem in sequentibus epistolæ vestræ legitur, His præmissis sanctorum Patrum sententijs adsertionibus nostris roboratis, in commune decreuimus ab eorum decretis nullo modo deuiare vestigijs. Optamus, Dominumque deprecamur, hoc omninò verum esse quod dicitis. Sed necdùm perspeximus ità esse. Faciat quandoq; misericordia diuina fieri, vt terminos sanctorum Patrum non transgrediamini. Quod etiàm & in sequentibus adiunxistis, In professione Niceni symbolinó inuenimus dictum, In Christo duas naturas & tres substantias, & Homo Deificus, & Deus humanatus: Quid est natura hominis, nisi anima & corpus? Vel, quid est inter naturam & substantiam, vt tres substantias necesse sit nobis dicere, & non magis simpliciter, sicut sancti patres dixerunt, Confiteri Dominum nostrum Iesum Christum Deum verú & verum hominem in vna persona? Mansit verò persona filij in sancta Trinitate, cui personæ humana accessit natura, vt esset & vna persona, Deus & homo, non homo Deificus, & humanatus Deus, sed Deus homo, & homo Deus: propter vnitatem personæ vnus DEI filius, & idem hominis filius: perfectus Deus, perfectus homo. Perfectus homo non est, nisi anima & corpore, sicut & sanctus Papa Leo in Homilia quarta de natali Domini, eandé nuncupat naturam, quam & substantiam, ità dicens: Tanto fœdere naturam vtranq; conseruit, vt nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret adsumptio. Salua igitur proprietate vtriusq; substantiæ, & in vnam coëunte personam, nec negamus & nos, Christo hæc tria veraciter inesse, diuinitatem scilicet, animam & corpus. Sed quia verè Deus & homo dicitur, in Dei nomine totum quod DEI est designatur, in hominis verò totum quicquid hominis est intelligitur: ideò sufficit, in eo vnam perfectam diuinitatis, & alteram perfectam humanitatis confiteri substantiam: Aliud est enim, contra hæreticos contendere: aliud verò, puram fideliter confiteri fidem. Ibi enim veritas animæ & carnis in CHRISTO offendenda erat, hîc perfecta humanitas in eodem confitenda est. Sic & sanctus Augustinus in libro, quem Enchiridion nominari placuit, euidentissimè & Catholicè in vndecimo capitulo exposuit, ità dicens de DEO CHRISTO: Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit esse quàm DEI filius, & hoc vni-

cus: & propter Deum verbum, quod ab illo susceptum, caro factum est, vtiquè DEVS: & quemadmodùm est vna persona quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro, ità sit Christus vna persona, verbum & homo. Consuetudo Ecclesiastica solet in Christo duas substantias nominare, Dei videlicet & hominis, sicut Cassiodorus in secundi psalmi Tractatu cum sententia S. Augustini roborauit: Et nè per hæreticas, inquit, contentiones Christiani animus fluctuetur, quem oportet omnia veraciter fixeq; credere, no minis ipsius definitionem, authoritate patrum, breui satisfactione cõcludimus: Audiamus ergò beatum & doctissimum Augustinum, in Euangelistæ Iohannis expositione dicentem: Agnoscamus geminã substantiam Christi, diuinã scilicet qua æqualis est patri: humanam, qua maior est pater. Vtrunq; autem simul, nõ duo, sed vnus est Christus: nè sit quaternitas, non Trinitas, Deus: Ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis & caro: qua veritate recognita, competenter mortiferos vitamus errores. Item B. Ambrosius in hymno quodam de natali Domini, ità dicit:

Geminæ gigas substantiæ
Alacris vt currat viam.

Item sanctus Augustinus in libro Enchiridion, capitulo tertiodecimo: Proindè sicut cõfitemur Dominum nostrum Iesum Christum, quòd de Deo Deus, homo autè natus est de spiritu sancto & virgine Maria: ità vtraq; substantia, diuina scilicet atq; humana, filius est vnicus patris omnipotentis. Item in expositionem catholicæ fidei, Non ergò duos Christos, neque duos filios, sed Deum & hominem vnum filium: quem, propterea vnigenitum dicimus, manentem in duabus substantijs, sicut ei naturæ veritas contulit. Isidorus quoq; in libro Etymologiarum: Sic autem inquit, Dei filio iuncta est humana natura, vt ex duabus substantijs fieret vna persona. item sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus Paschasius, in libro secũdo operis pulcherrimi, quem de spiritu sancto composuit, (cuius opusculi B. Gregorius Papa Romanus in libris dialogorum mentionem fecit) in capitulo quarto ità dicit: Itaque in Deo & homine gemina substantia, sed non gemina persona est: quia persona personam consumere potest, substãtia verò substantiam non potest: siquidem persona, res iuris est: substãtia, res naturæ. Hoc loco necessarium videtur, vt in Christo domino pariter & homine, vnam personam & duas substantias testimonijs asseramus. Da vnam in redemptoris Dei hominisque personam. Apostolus dicit: Si enim cognouissent sapientiam DEI, nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent. Si requiras, quomodò potuerit inuiolabilis pati, & incom-
1.Cor.2.

prehensibilis crucifigi: personæ vnitas facit, vt quod homo pertulit, Deus pertuliſſe credatur. Item cùm Euangelista commemorat, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de
Iohan. 3. cælo descendit, filius hominis qui est in cælo: quomodò hîc filium hominis ante passionis & resurrectionis siue ascensiõis diem, & de cælo asserit descẽdisse, & in cælestibus permanere, nisi hoc per vnitatem personæ ratio veritatis absoluat? sicut alio loco capitis & corporis sociatur persona, cùm legitur: Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Quid
Matt. 25. agit personæ vnitas? Homo pascitur, & Deus reficitur: pes confouetur, & caput fomẽtum in se sentire testatur. Dicit ergò, Nun-
1. Cor. 2. quàm Dominum gloriæ crucifixissent. & ediuersò, Nemo ascendit in cælum, nisi qui
Iohan. 3. de cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo. Vide quomodò per vnitatem personæ, humana diuinis, & humanis diuina miscentur. Deus crucifigitur, & homo de cælo descendere, & in cælo permanere memoratur. Item paulopòst in eodem capitulo Paulus apostolus etiàm duas substantias euidẽter, remota sacramẽti obscuritate, digessit, ità dicens: Patres nostri, ex quibus Christus
Rom.9. secundùm carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Sed & inter lucidissimas & catholicas S. Augustini sententias, quas sparsim & inordinatè posuistis ad defensionem, vt vos dicitis, vestram: vt nos intelligimus, accusationem erroris vestri: nõ metuistis intermiscere sensus adulterinos, fingentes eum dicere, quod in illius non inuenimus dictis. Ex quo perspicuum est, vos vestræ non confidere causæ, quia in exemplis sanctorum patrum, non inueniſtis fidẽ vestram confirmari: ideoq; adulterinos praui tatis sensus interposuistis, asserentes illos dicere quod non dixerunt, sicut certissimè cognosci potest in capitulo xj. de libro S. Augustini, quem Enchiridion (vt præfati sumus) nominauit, cuius capituli textũ ponim⁹, vt faciliùs vester patescat error, & malitiæ noscatur imperitia. Dicit enim præfatus pater: Proindè Christus Iesus, Dei filius est, Deus & homo: Deus ante omnia secula, homo in nostro seculo: Deus, quia Dei verbum: Deus enim erat verbum: homo autem, quia in vnitate personæ accessit verbo anima rationalis & caro. Quocircà inquãtùm Deus est, ipse & pater vnum sunt: inquãtùm
Iohan.10. & 14. autem homo est, pater maior est illo. Cùm enim esset vnicus Dei filius, non gratia, sed natura, vt esset etiàm plenus gratia: factus est aũt & hominis filius idem ipse, vtrunq; ex vtroq; vnus Christus. Qui cùm in forma
Philip. 2. Dei esset, non rapinam arbitratus est quod natura erat, id est, esse se æqualem Deo: exinaniuit autem se, accipiens formam serui, nõ amittens vel minuens formã Dei: ac per hoc & minor est factus, & manſit æqualis:

vtrunque vnus, ſicut dictum eſt: ſed aliud propter verbum, aliud propter hominem: propter verbum æqualis, propter hominem minor, vnus Dei filius, idemque hominis filius, idemque & Dei filius: nõ duo filij nei, Deus & homo, ſed vnus Dei filius: Deus ſinè initio, homo à certo initio Dominus noſter Ieſus Chriſtus.

Hiſce igitur veriſſimis catholicæ fidei aſſertionibus, perfidiæ venena intermiſcere non metuiſtis. Vbi ergò ille dixit, Cùm eñ eſſet vnicus Dei filius, non gratia, ſed natura, vt eſſet etiàm plenus gratia, factus eſt & hominis filius: ad confirmandum errorem veſtrum, interpoſuiſtis quod ille non dixit, hoc modo: Cùm enim eſſet vnicus Dei filius, non adoptione, ſed genere: neq; gratia, ſed natura: vt eſſet etiàm plenus in forma ſerui, adoptione & gratia factus eſt hominis filius, idem ipſe vtrunq; ex vtroq; vnus Chriſtus. Videat q legit, & intelligat, quãta eſt hæc prauitas, & quanta eſt hæc tergiuerſatio. Quarè ſanctorum patrum ſenſus commaculatis, & venenum erroris catholico melli immiſcetis? Quid eſt quod dicitis, Deum natura Dei filium, genere eſſe filium Dei? Quid eſt quòd adoptionem gratiæ cõiungitis, dum in eodem capitulo paulopòſt idem mirificus Doctor, Eum qui eſt hominis filius, vnicum Dei filium nominare non dubitaret, ità dicens, ſicut & antè expoſuimus: nempe ex quo homo eſſe cœpit, non aliud cœpit eſſe, q̃ Dei filius, & hoc vnicus: & ꝓpter verbũ, quod illo ſuſcepto caro factum, eſt vtiquè Deus: & quemadmodùm vna perſona eſt quilibet homo, anima ſcilicet rationalis & caro, ità ſit Chriſtus vna perſona, verbũ & homo. Igitur ſi vnicus, quomodò adoptiuus, dum multi ſunt adoptiui filij? Vnicus itaq; de multis non poteſt dici. Item vnitas perſonæ quæ eſt in DEI filio & filio virginis, adoptionis tollit iniuriam. Si ergò DEVS verus eſt, qui de virgine natus eſt, quomodò tunc poteſt adoptiuus eſſe vel ſeruus? Deũ enim nequaquàm audetis confiteri ſeruum vel adoptiuũ: etſi eum propheta ſeruum nominâſſet, non tamen ex conditione ſeruitutis, ſed ex humilitatis obedientia, qua factus eſt Patri obediens vſque ad mortem: præfato Papa Leone dicente in Homilia ſecunda de natiuitate Chriſti: Aſſumpta eſt de matre Domini natura, non culpa: creata eſt forma ſerui ſinè conditione ſeruili. Item S. Auguſtinus in Homilia trigeſima nona dicit: Dominus noſter etiàm in forma ſerui, non ſeruus, ſed in forma etiàm ſerui, Dominus fuit. Nónne ſecundùm ſeculi nobilitatem, beata MARIA virgo ex regali & libera proſapia proceſſit? Huic verò virgini regiæ dignitatis, Spiritusſanctus acceſſit, & filium ex ea procreari fecit. Mirum ſi Spiritusſanctus hominem ex ea non potuit facere perfectum & ingenuum. Sed & hoc volumus à vobis audire, an Adam primus humani generis pater, qui de terra virgine creatus eſt, líber eſſet conditus, ſiue ſeruus: Si ſeruus, quomodò tunc imago Dei? ſi líber, quarè & Chriſtus quoquè non ingenuus de virgine? Meliore quidem terra, etiàm animata & immaculata, Spirituſancto operante, factus eſt homo, dicente Apoſtolo: Factus eſt primus homo de terra terrenus, ſecundus de cælo cæleſtis. Si terrenum liberum conditum confitemur, quarè non multò magis cæleſtem liberum confitemur? Vndè Adam fuit ſeruus factus, nisì ex peccato, Apoſtolo Petro atteſtante: Qui enim peccatum facit, ſeruus eſt peccati. Chriſtus autem non fecit peccatum, ideò ſeruus non eſt peccati, ſed magìs liberator & redemptor eorum qui ſerui ſunt peccati, eo ipſo atteſtante: Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Sed fortè ſeruum hominis eum fuiſſe dicitis, quid eſt quod dicit Propheta, Deus iudicium tuum regi da, & iuſtitiam tuam filio regis: & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient ei? Item Apoſtolus: Omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Et hoc ſæpiùs reperitur, quàm exemplis indigeat edoceri, quòd ſit Dominus omnium, non alicuius ſeruus. An ne angelorum eum ſeruum vultis dicere, quia dictum eſt, Minuiſti eum paulominùs ab angelis? Vtiquè minoratus eſt propter mortalitatem carnis, non propter conditionis ſeruitium. ideoque ſtatim ſequitur: Gloria & honore coronâſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.

Item Apoſtolus ad Hebræos: Tãto melior effectus angelis, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit.

Et iterùm cùm introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Qui dicitis de DEO patre, qui eum in baptiſmo etiàm & in transfiguratione quæ facta eſt in monte, filium nominauit, non ſeruum: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.

De qua ſententia beatus Hilarius in libro ſexto de fide, ità diſſeruit: Si proprium ac ſingulare eſt, Hic eſt filius meus: quid calumnias DEO patri profeſſæ de filio proprietatis adferimus? An ne tibi videtur in eo quod dicitur, hoc ſignificari? Alios quidem cognominatos habeo in filios, ſed hic filius meus eſt. Donaui adoptionis nomen plurimis: ſed iſte mihi filius eſt. Nè quæras alium. Nè non hunc eſſe credas. Hunc ergò tanquàm digito indice ac verbi ſignificatione contingo: quia dico, & meus eſt, & filius eſt. Hæc quidem paternæ vocis ſignificatio ea fuit, non quòd qui

qui ad implendam omẽm iuſtitiam baptizandus erat, ignoraretur: ſed vt, qui ad ſacramentum ſalutis noſtræ homo cernebatur, Dei voce Dei filius noſceretur. Reſtat igitur vt ſit rex & redemptor, Deus & Dei filius: de quo & Apoſtolus ad Romanos, Qui proprio filio ſuo non pepercit: Proprium nominauit, non adoptiuum. De qua ſententia idem beatus Hilarius in libro ꝓfato ità dicit: Nunquidnàm etiàm nunc adoptionis in eo erit nuncupatio, in quo proprietatis eſt hoc nomen? Item poſt pauca: Quære virtutem dicti, vt magnitudinem charitatis intelligas: Quid ſit proprium expende, nè ignores veritatẽ. Nunc enim Apoſtolus proprium ait filium, cùm in multis vel ſuum, vel eius ſæpè dixiſſet. Quanuis multi codices per tranſlatorum ſimplicem intelligentiam, in hoc loco, proprio filio, ſuo filio, conſcriptum habeant: tamen Græcitas, qua lingua apoſtolus eſt locutus, proprium nunc magìs, quàm ſuum nuncupauit. & licèt communis intelligentiæ ſenſus non ſatìs inter proprium & ſuum differat, verùm Apoſtolus cùm in cæteris alijs dictis ſuum filium commemorâſſet, hîc tamen dicit, Qui proprio filio ſuo non pepercit.

Item libro octauo: Sétísne quid tibi deſit, Chriſto negando quod ſuum eſt? Si per naturam DEI, Chriſtus tibi Dominus eſt, habes ſpiritũ ſanctum: ſi verò per adoptiuũ nomen hic Dominus eſt, Spiritu ſancto carens, ſpiritu erroris animaris: quia nemo niſi in ſpiritu ſancto Dominum IESVM poteſt dicere.

Item in dogmate catholicæ fidei: Ergò DEI filius, hominis factus eſt filius, natus ſecundùm veritatem naturæ, ex Deo DEI filius: & ſecundùm veritatem naturæ, ex homine hominis filius: vt veritas vnigeniti nó adoptione, neque appellatióe, ſed in vtraq; natiuitate filij nomen naſcendo haberet, vt eſſet verus Deus & verus homo vnus filius.

Item ſanctus Euangeliſta Iohannes verũ eum filium nos credere edocuit, dicens: Et nos vidimus & teſtificamur, quoniam pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam IESVS eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Item poſt pauca: Scimus quoniam filius DEI venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus & vita æterna. Tu verò quiſquis es qui Chriſtum prædicas adoptiuũ, vndè tibi iſte ſenſus veniſſet, voluiſſem ſcire: vbi hoc nomen didiciſſes, oſtende. Patriarchæ neſciêrunt, prophetæ non dixerunt. Apoſtoli non prædicauerunt, ſancti Tractatores hoc nomen tacuerunt, Doctores fidei noſtræ non docuerunt. Fortè in tertium cælum raptus fuiſti, & ibi audiſti arcana verba, quæ hucuſquè ſanctæ DEI Eccleſiæ ignota eſſent, ſi tu in tertiũ cælum raptus non eſſes. Aut ſuper pectus Dñi recubuiſti, & ibi audiſti, q̃ B. Iohãnes audire nõ meruit. Aut te per choros angelorũ Agnus ducens, hoc tibi nomẽ oſtẽdit: Aut tibi Leo de tribu Iuda, librũ ſeptẽ ſigillis clauſum, aperuit, vndè hæc myſteria intelligeres, & nomina proferres, q̃ quatuor animalibus incognita manſiſſent, immò toti mundo inaudita, nisì tu nouus doctor ad declarandũ tuum nomen veniſſes. Dices enim, Cur times adoptiuum Chriſtũ Dñm nominare? Dico tibi, quia nec Apoſtoli eũ ſic nominauerunt, nec ſancta Dei & catholica Eccleſia cõſuetudinem habuit, ſic eum appellare, immò nec credere eum adoptiuũ eſſe, ſed proprium filium, iuxta præcedẽtia Apoſtolorum teſtimonia, & ſanctorũ doctorum dogmata. Plurimæ verò ſunt in ſanctis ſcripturis appellationes Dñi noſtri Ieſu Chriſti: ſicut Leo, agnꝰ, lapis, vermis, & multa talia, q̃ omnia certas habẽt & myſticas ſignificationes, cur ità dicantur. Adoptiuus ſiquidem non habet aliam ſignificatiõem, nisì vt Ieſus Chriſtus non ſit proprius filius Dei, nec ex virgine ei in filium genitus, ſed neſcio ex quo ſeruo adoptatus in filietatem, vt vos dicitis: quarum ſignificationum allegoricas interpretationes diceremus, ſi huic præſenti rationi neceſſariæ viderẽtur. ſicut leo, propter, regiam dignitatẽ: agnus, propter innocẽtiam: vermis, propter humilitatem incarnationis: Quòd verò eum dicitis leproſum nominari, videl. vos minùs intendiſſe, quomodò propheta hoc nomẽ poſuit: Et nos, inquit, putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à DEO, & humiliatum. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. Quaſi leproſum dixit, non leproſum. Item, putauimus, dixit: id eſt, vt beatus Hieronymus in Tractatu eiuſdem prophetæ expoſuit, Nos putauimus eum propria ſuſtinere peccata. Sed vt veriùs intelleximus, pro noſtris vulneratus eſt iniquitatibus: nullatenùs morbo lepræ percuſſus eſt in corpore, nec lepra peccati vulneratus eſt in anima. Lupum verò & vulturem eum non legimus in ſcripturis ſanctis, quantùm noſtræ occurrit memoriæ, nuncupari: Nec etiàm adoptiuum. Nónne olìm eadem hæreſis veſtra in Neſtorio ab vniuerſali ſancta Eccleſia refutata eſt etiàm & dãnata? Quapropter fortè illum anathematizare noluiſtis, dum alios, Bonoſum ſcilicet, Arrium & Sabellium, Manichæumq́ue, qui praua de Dei filio ſenſerunt, in epiſtola veſtra anathematizâſtis. Nunquìd non ideò damnatus eſt, quia beatam Mariam ſemper virginem, non DEI, ſed hominis tantummodò credidit eſſe genitricem? De cuius hæreſi S. Cyrillus Eulogio presbytero ſcribit, hoc modo dicens: Neſtorius itaq; in ſuis expoſitionibus ſimulat ſe dicere vnum filium & vnũ Dñm: ſed refert filiationem ad ſolũ Dei ver-

Rom. 8.

1. Cor. 15.

1. Ioh. 4.

1. Iohan. 5.

2. Cor. 12.

Iohan. 13.

Apo. 6.

Apo. 5.

Apo. 5.

Iohan. 1.

Iſa. 8.

Pſalm. 117. & 21.

1. Pet. 2.

1. Cor. 10.

Apoc. 5.

Iohan. 1.

Pſal. 21.

Eſa. 53.

verbum. Et paulopòst: Dicendo em̄, Quia propterea Deus verbũ Christus nominatur, quia habet copulationem ad Christum: quomodò non apertũ est, duos dicere Christos, si Christus ad Christũ habet coniunctiõem, tanq̃ alter ad alterum? Videtur em̄, Nestoriũ dicere copulationẽ, quod vos dicitis adoptionẽ. Quid est adoptio, nisi charitatis copulatio, qua pater adoptione sibi copulat filium, quẽ proprium non habet? Et certissimum est, sicut præfati sumus, alium esse propriũ filium, alium adoptiuũ. Nónne tunc duo filij erunt Deo patri, vnus proprius, & alter adoptiuus, quod nullus catholicus audet dicere? Quid est aliud dicere, eandem virginem adoptiuum vel seruũ genuisse, nisi negare, Deũ illam genuisse? Si Deus generatus est, nequaquàm adoptiuus, sed filius: quia alia persona est proprij filij, alia adoptiui filij vel serui. Et scimus vnam esse personam in Christo Deo, Dei & hominis, sicut B. Gregorius in epistola ad Quirinum episcopũ scripsit: Non autẽ, inquit, priùs in vtero virginis caro concepta est, & postmodùm diuinitas venit in carnem: sed mox vt verbũ venit in vterum, mox verbũ, seruata proprię virtute naturę, factũ est caro: & perfectus homo idẽ in veritate carnis & animæ rationalis, natus est per vterũ virginis filius Dei. Si igitur mox à tempore conceptionis verus Deus Dei filius conceptus est, quãdò fuit vt homo esset sinè Deo, vndè adoptaretur in filiũ? Sicut em̄ nunquàm fuit, vt Deus pater esset sinè Deo filio, de quo dictũ est, Ioan. 1. In principio erat verbũ: ità nunquàm fuit, vt homo Iesus esset sinè Deo, de quo dictũ est, Ibidèm. Verbum caro factum est, id est, Deus homo factus est? Sicut enim Arrius filium separauit à patre, dicendo: Erat, quandò non erat Dei filius: ità per adoptionem vos separatis hominem Christũ à Deo filio. Et miramur, dum tãta sanctorũ patrum testimonia profertis, cur non intelligatis, ꝙ contra eadem testimonia sensum ponitis vestrũ, alia prauè intelligẽtes, alia pessimè interpretantes, iuxta Apostolũ, 1. Tim. 1. non intelligentes quæ dicitis, nec de quibꝰ affirmatis. Sufficiat vobis (obsecramus) dicere in confessione Catholicæ fidei, quod sancti patres dixerũt: & sic symbolũ tenere Ecclesiasticæ professionis, sicut sanctissimi Doctores exposuerunt. longè siquidem inferiores sumꝰ illis ad excogitanda verba cõueniẽtia fidei Apostolicæ. Tantùm firmiter credamus & teneamus, quod illi scripserunt, qui spiritu Dei repleti sunt, & nobis à Deo dati sunt doctores. Quid em̄ vobis displicet in Dño nostro Iesu Christo, vt verus sit Deo patri filius, dũ ille ipse & se filium nominauit, & veritatẽ, dicẽdo: Ioan. 17. & 14. Pater, clarifica filiũ tuũ, vt filius tuus clarificet te: Et iterùm, Ego sum via & veritas & vita? Nisi Ioan. 8. fortè cum Iudęis vultis dicere, Tu de teipso testimoniũ dicis, Testimoniũ tuum non est verũ: mox ille ipse pro se respõdebit vobis: Si ego testimoniũ phibeo de meipso, testimonium meũ verũ est. Et paulopòst: In lege, Ibidèm. Deut. inquit, vestra scriptũ est, quia duorũ hominũ testimoniũ verũ est: Ego sum q testimoniũ perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. Pater de cælis intonuit, & eũ filiũ suũ nomĩauit. Christus de terris in cælos clamauit, se filiũ noĩauit: & vos cũ Iudęis adhuc increduli estis? Latro in cruce eum Dñm nominauit. Luc. Matt. Cẽturio morientẽ eum videns, clamauit: Verè filius Dei erat iste. Marc. Matt. Sed & dæmones eũ verè filium Dei summi cũ sua legione proclamauerunt, sicut in sanctis legitur Euãgelijs. Et Elipandus cũ sua legione negat adhuc eũ verè filiũ Dei esse? Apostoli interrogati à Christo dicente, Quẽ dicunt homines esse filiũ hominis? Matt. 16. De filio hominis interrogat, & de filio hominis respondit ei Petrus, dicens: Tu es Christus filius Dei viui. Et pro hac laudabili cõfessione, meruit ab ipso Deo Salvatore nr̃o audire: Beatus es Simon Bariona, qa caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meꝰ qui in cęlis est. Patrẽ suũ dixit, qui hęc reuelauit. Pater de suo filio mysteria reuelauit, seculari inaudita sapiẽtię: & pro hac gloriosa confessione B. Petrum principẽ Apostolorum, Notabile dictum. cæli terræq; remunerauit potestate, dicens: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiã meam: & portę inferi nõ præualebũt aduersùs eã: & tibi dabo claues regni cælorũ: & quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cęlis: & quodcunq; solueris super terrã, erit solutũ & in cælis. Auditis quid hæc fides Apostolica meruit: Videte quid vestra mereatur adoptio. Paulus eundẽ qui crucifixus est, Dei virtutẽ & Dei sapientiã prędicauit, scribẽs ad Corinthios: Nos verò Christũ prædicamus, & hũc cruci- 1. Cor. 1. fixum, Iudęis quidẽ scandalũ, gentibus autẽ stultitiã, credẽtibus verò Dei virtutẽ & Dei sapientiã. Eccè duo luminaria mũdi, quale de Christo filio Dei testimoniũ proferũt: & vos eũ adhuc adoptiuũ vultis dicere, & nobiscũ spiritũ adoptionis accepisse Dei filiũ? Esaias eũ filiũ appellat: Esa. 9. Filius, inquit, datus est nobis, & factus est principatus super humerũ eius: & vocabitur nomẽ eius, Admirabilis, Deus fortis, Princeps pacis, Pater futuri seculi. Intelligite fratres quę legitis, & nolite noua & incognita nomina fingere: sed q in sancta scriptura inueniuntur, tenete. Illa em̄ quę ibì inueniũtur de Christo Deo, honestas habẽt significationes, & nostræ saluti conuenientes: & nolite per humanas inuentiones fluctuare, sed in soliditate sanctarum scripturarum vosmetipsos roborate. Illas legite, illas docete: quia in illis est vita æterna. Inculcâstis iterũ, iterumq́; replicâstis, vos cõsona sanctis Patribus ponere testimonia: sed vt probauimus, lõgè aliter vos illorũ intelligitis dicta, q̃ illi ipsi intellexerũt qui hęc ipsa testimonia libris inserebãt: & inuenimꝰ sicut & antè p̃fati sumꝰ, certissimè vos illorũ sanctissima scripta hęreticę prauitatis veneno infecisse, & interseruisse verba, quę nusq̃ in eorum legimus libris. Nisi fortè vestri magistri ità sensissent, quorum nomina sanctę & vniuersali Dei Ecclesiæ ignota putamus hucusquè remansisse, si huius erroris schisma, per vos ea mundo non innotuisset. Desinite, fratres, vestros per aures populi Christiani diffamare parentes, & vosmetipsos à sancta Dei diuidere Ecclesia: & nolite per diuerticula discurrere errorum, & Hiere. 2. cisternas vobis hæretica perfidia dissipatas fodere, quæ aquas purissimæ fidei non tenebunt: sed per viam regiam ad lympidissimum catholicæ puritatis fontem festinate, & ex eo potate spiritum charitatis & fidei, quatenùs de ventre vestro fluant aquæ viuæ Iohann. 4. salientes in vitam æternam. Tenete vos intra terminos sanctorum patrum, & nolite nouas versare quæstiunculas. ad nihilum enim valent, 1. Tim. 1. nisi ad subuersionem audientium. Sufficit enim vobis sanctorum patrũ vestigia sequi, & illorum dicta firma tenere fide: Illi enim in Domino nostrî extiterunt Doctores in fide, & ductores ad vitã: quorum & sapientia spiritu Dei plena libris legitur inscripta, & vita meritorum miraculis clara & sanctissima: quorum animæ apud Deum Dei filium Dominum nostrũ Iesum Christum, pro magno pietatis labore regnant in cælis. Hos ergò tota animi virtute, toto charitatis affectu sequimini charissimi fratres, vt horum inconcussa firmitate doctrinis adhærentes, consortiũ ęternæ beatitudinis, donante vero & proprio Dei filio, Domino nostro Iesu Christo, cũ illis habere mereamini in cælis. Desinite, fratres, illum prædicare seruum, quem regem & redemptorem habemus, Matt. 28. cui data est omnis potestas in cælo & in terra. Cessate eum adoptiuum nominare, qui verus Deus & verus Dei filius: Phil. 2. in cuius nomine omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est DEI patris. Intelligite in hac professione vestra duplices diabolicæ fraudis latuisse dolos, hoc est, vt vos qui gratia baptismi redempti estis, ab vnitate catholicæ disiungeret Ecclesiæ, & schismatici erroris laqueo à via salutis æternæ retraheret, & gentibus, inter quas habitatis, Christianæ fidei initia intercluderet, dum & Dominum nostrũ Iesum Christum, quem Deum colimus & adoramus, seruum prædicatis & adoptiuum. Hæc sunt enim argumenta diaboli, & vt vos subuertat in fide, & illos auertat à fide. Quiescite, viri fratres, quiescite ab hac nequitia: & estote vobismetipsis Doctores ad vitam, & vicinis vestris ductores ad fidem. Considerate quale est hoc scandalum inter

Paganas gentes, vt dicatur, Deum Christianorum seruum esse vel adoptiuum. Nos per illum adoptiui sumus, non ille nobiscum adoptiuus. Nos per illum à seruitute liberati, non ille nobiscum seruus. Cur eum seruũ nominare debemus, qui nos amicos maluit nominare, quàm seruos, dicens: Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia ser- Iohan. 15. uus nescit quid faciat dñs eius: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis? Attendite qua charitate nos nominauit amicos, ea charitate nominemus eum Deum Dei filium, & diligamus ex toto corde, quia ipse prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, Galat. 2. vt emundaret sibi populum acceptabilem, Tit. 2. sectatorem bonorum operũ. Credamus eũ Dñm, & non seruum, ipso dicente: Vos vocatis me, Magister & Dñe: & benè dicitis, Iohan. 13. sum etenim. Et verum Deum, verumq́; Dei filium confiteamur in vtraq; natura, Diuina scilicet & humana. Credamus eum om̄ia velle q̃ meliora sunt, & om̄ia posse quę vult, sicut dictũ est: Om̄ia quæcunq; voluit Dñs, fecit in cælo & terra. Psal. 113. & 134. Quis negat meliorem esse proprietatẽ in filio, quàm adoptionem? Et dum omnipotens Dei filius, nostræ fragilitatis naturã in vnitatem suæ personæ adsumere voluit, vt esset mediator Dei & hominum, 1. Tim. 2. cur nõ debuit ex meliore filiorum dignitate & multò excellentiore, nostram sibi in vnitatem personæ adsociare humanitatẽ, quatenùs ex sua gloriosa & propria nobilitate, nostræ seruitutis redimeret ignobilitatem? Venit enim medicina ad ęgros, misericordia ad miseros, redẽptor ad reos, liber ad seruos, vt dictum est: Deus vltionũ liberè egit. Psal. 93. Et in Euangelio: Si filius vos liberauerit, Iohan. 8. verè liberi eritis. Non simus ingrati tantorũ bñficiorum Dñi nostri IESV Christi, p quẽ cõditi sumus, & à quo iterùm redempti sumus, & in gloriã filiorũ Dei adoptati: Prædicemus eum Deũ verũ & viuũ, & verè filium Dei, vt ad eius beatissimã visionem peruenire mereamur: in qua est ęterna beatitudo & beata æternitas: Cui laus & gloria in omnes æternitates. Amen.

CAROLVS GRATIA DEI REX FRANCORVM ET Longobardorum, ac Patricius Romanorũ, Filius & defensor sanctæ Dei Ecclesiæ, Elipando Toletanæ ciuitatis metropolitano, & cæteris in partibus Hispanię cõsacerdotibus orthodoxę fidei & fraternæ charitatis, in Christo Dei filio pprio & vero, optamus salutem.

GAudet pietas Christiana, diuinæ scilicet atque fraternæ per lata terrarum spatia duplices charitatis alas extendere, vt materno foueat affectu, quos sacro genuerat baptismate. Et maxima est sanctæ matris Ecclesiæ ex-

ultatio,ſuorum adunatio filiorum, vt ſint conſummati in vnum, qui redempti ſunt ab vno,dicente eodem redemptore Domi-
Iohan.17. no noſtro IESV Chriſto:Pater ſancte,ſerua eos in nomine tuo,quos dediſti mihi, vt omnes vnum ſint,ſicut & nos vnum ſumus. Vndè & in cantico canticorum de ſancta di-
Cant.8. citur Eccleſia:Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Conſtipata exercitûs ordinatio, & vnanimis bellatorum fortitudo, magno ſolet hoſtibus eſſe terrori: Sic filiorum ſanctæ matris Eccleſiæ intra murum catholicæ fidei pacifica adunatio, aëreis poteſtatibus nimiùm conſtat terribilis, & ignitis malignæ perfidiæ ſpiculis omninò impenetrabilis extat,ſicut & veriſſimus gentium prę-
Ephe.6. dicator & fortiſſimus Eccleſiæ præliator præcipit, dicens: In omnibus adſumentes ſcutum fidei,in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignita extinguere:& hoc ſeculum nequam libero ad cælestia volatu euadere.
Heb.11. Sinè fide enim impoſſibile eſt placere deo. Impoſſibile eſt, quod omninò ab homine fieri non poteſt. Principium eſt ſalutis noſtræ fides: qua intemerata, & integra ſanitate confirmata,totius vitæ curſus per bonorum veſtigia operú feliciter finetenùs cur-
Ibid. rit. Per fidem enim,ſicut idem præfatus doctor in epiſtola ad Hebræos teſtatur, omes ſancti placuerunt Deo. Hanc igitur fidem orthodoxam & ab Apoſtolicis traditā doctoribus,& ab vniuerſali ſeruatam Eccleſia, Nos pro virium noſtrarum portione vbiq; in omnibus ſeruare & prædicare profitemur:quia non eſt in alia aliqua ſalus, niſi in illa, quam pacifica ab initio ſalutis noſtræ vnanimitate ſemper ſeruabat Eccleſia: Pro qua etiàm viri fratres & veſtra bona deuotio,quam vos habere decet in Domino,his partibus fidei veſtræ literas dirigere curâſtis, vtrunque & generales ad ſacerdotales ſanctiſſimas aures, ad nos quoquè ſpeciales. In quarum vtiquè ſerie literarum nó ſatìs nobis elucebat, an quaſi ex authoritate magiſterij nos veſtra docere diſpoſuiſtis, an ex humilitatis diſcipulatu noſtra diſcere deſideratis. Tamen ſiue hoc, ſiue illud veſtris ineſſet animis,petitionem veſtram, charitate Chriſtianæ religionis cogéte,nó ſpernendam eſſe cenſuimus:valdè deſiderantes, Deúq; ex intimo cordis affectu deprecantes,quatenùs in veræ fidei ſoliditate firmiter vtrinquè permaneamus, & inter fluctuagos huius ſeculi æſtus, Spirituſancto nauigium veſtri curſûs regente, ad portum ꝓpetuæ tranquillitatis peruenire mereamur. Ad hanc autem tranquillitatem capiẽdam, oculus cordis fide purificandus eſt, & aſſiduis ſanctarum orationum precibus mentis acies illuſtranda,vt puræ veritatis lumẽ, omni errorum nube expulſa, contemplari valeat,nè in opiniones noxiæ falſitatis temeritas inordinata incautiùs gradientes præcipitet:Nec pigeat Chriſtianum,vbi hęſitet,quærere:nec pudeat,vbi neſciat,diſcere:quoniam pia humilitas diſcendi,ſapientiæ intrat ſecreta: & melius eſt, diſcipulum eſſe veritatis,quàm doctorem exiſtere falſitatis: ille ad altiora ſemper prouehitur,iſte ad inferiora ſemper dilabitur: & indè magiſter efficitur erroris,vndè auditor cótempſit eſſe veritatis. Hanc igitur fratres pernicioſam deuitantes elationem, ſanctorum Patrum & catholicorum Doctorum ſacris inhæreamus ſenſibus: Diſcamus quæ ſcripſerunt:Credamus quæ docuerunt: & non declinemus ad dexteram,neque ad ſiniſtrā, ſed per viam regiam ad regem & redemptorem, Deum & Dominum noſtrũ IESVM Chriſtum concordi fidei & veritatis curramus profeſſione. Corde enim creditur ad Roma.
iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſaluté, Roma.
eodem atteſtante Apoſtolo: Iuſtus autem Abac.
ex fide viuit. Si iuſtus ex fide viuit, quomo. Hebr.
dò qui fidem non habet rectā,ſe viuere eſtimat? Nos nempe non ſumus infidelitatis ſi-
lij in perditionem, ſed fidei in adquiſitionem animæ. Sequamur ſanctorum patrum venerabilia in charitate præcepta. Decet enim,vt omnium Chriſtianorum vna ſit fides & vnus animus, ſicut eſt vnum ouile & Iohan.
vnus paſtor. Qui verò extra Eccleſiaſtici ouilis ſepta inueniẽtur, lupina rabie deuorabuntur, quia vocem boni paſtoris non audiunt, qui ante ſuas oues ingredietur & egredietur, vt eos ad paſcua vitæ perducat æternæ. Nobis itaque dictum intelligamus, quod egregius prædicator ſuis chariſſimis filijs præcipiebat,dicens: Obſecro vos per 1.Cor.1.
nomen Domini noſtri IESV CHRIſTI, vt vnum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in vno ſenſu & in eadem ſcientia. Hæc habentes Apoſtolicæ authoritatis præcepta, concordate nobiſcum. Diligimus vos. Hoc vobis volumus in Domino,quod & nobis: qa perfecta,quam habemus in CHRISTO, charitas congregare gaudet, non ſpargere: adunare,non ſcindere:& inconſutilem Saluatoris noſtri tunicam integram ſeruare, non diuidere:præuidentes hoc idem in pace CHRISTI cuſtodire,quod milites in paſſione eius obſeruabant. His ità prælibatis, Iohan.
veſtris in Domino valdè congaudemus ꝓfectibus,ità vt in cordibus noſtris fraterno vulnerati amore, veſtram quam patimini inter gentes, lachrymabili gemitu condoleamus oppreſſionem: ſed maiore multò triſtitia lugemus, ſi aliquid diabolica fraude interiùs oppreſſionis per infidelitatem vel cuiuſlibet ſchiſmatici erroris patiamini in cordibus. Ille eſt continuus dolor pecto- Rom.9.
ribus noſtiis, & penè irremedicabile vul. Pſal.40.
nus,niſi per eius miſericordiam qui ſanat contritos corde, & vult omnes homines ſaluos fieri, ad agnitionem que veritatis 1.Tim.2.
per-

peruenire,illi nos lætificent, qui contriſtauerunt. Veſtra igitur correctio, noſtra eſt lætificatio: Deſiderantes vos ſocios habere in fide catholica, & cooperatores in prædicatione veritatis, vt gaudium quod Chriſtus ſuis promiſit diſcipulis, habitet in nobis, & gaudium noſtrum impleatur in vobis. Ad
Iohan.15. impletionem verò huius gaudij fraterna co gente charitate, iuſſimus ſanctorum Patrũ ſynodale ex omnibus vndiquè noſtræ ditionis Eccleſijs congregari concilium, quatenùs ſancta omnium vnanimitas firmiter decerneret,quid credendum ſit de adoptione carnis Chriſti, quã nupèr nouis aſſertionibus & ſanctæ Dei vniuerſali Eccleſiæ antiquis temporibus inauditis, vos ex veſtris ſcriptis intuliſſe cognouimus:immò & ad beatiſſimum Apoſtolicæ ſedis pontificem,de hac noua inuentione,noſtræ deuotionis ter quaterq; direximus Miſſos: ſcire cupientes, quid ſancta Romana Eccleſia Apoſtolicis edocta Traditionibus, de hac reſpondere voluiſſet inquiſitione. Necnon & de Britãniæ partibus aliquos Eccleſiaſticæ diſciplinæ viros cõuocauimus,vt ex multorum diligenti conſideratione veritas catholicæ fidei inueſtigaretur, & probatiſſimis ſanctorum Patrum hincindè roborata teſtimonijs, abſq; vlla dubitatione teneatur. Idcircò vobis per ſingulos libellos dirigere curauimus, quid prædictorum patrũ pia vnanimitas & pacifica perſcrutatio, authoritate Eccleſiaſtica inueniret, ſtatuiſſet, cõfirmaret. Primò, quid Dominus apoſtolicus cum ſancta Romana Eccleſia & epiſcopis illis in partibus quaqueuerſùm commorantibus &, catholicis doctoribus ſentiret,ſub vnius libelli tenore ſtatuimus: deindè ſecũdo loco,quid Eccleſiaſtici doctores & ſacerdotes Eccleſiarum Chriſti de ꝓpinquioribus Italiæ partibus, cum Petro Mediolanenſi Archiepiſcopo, & Paulino Foroiulianenſi vel Aquileianenſi patriarcha viris in Domino valdè venerabilibus, intelligi vel firmiter credi voluiſſent, ſuis proprijs reſponſionibus exaratum poſuimus libellum,quia ipſi quoq; præſentes noſtro ſynodali conuentui adfuerunt. Poſt hæc tenet & tertius libellus orthodoxam ſanctorum patrum epiſcoporum & virorũ venerabilium fidem,qui in Germanię,Galliæ,Aquitaniæ & Britãniæ partibus dignis Deo deſeruiunt officijs, veſtrisq; obiectionibus ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs roboratas obtinet reſponſiones. Dein quarto loco meæ propriæ vnanimitatis cum his ſanctiſſimis prædictorum patrum decretis & catholicis ſtatutis conſenſum ſubnexui, ſicut voſmetipſi in veſtra epiſtola,quã meo ſpecialiter adſignâſtis nomini,rogare curâſtis,i. nè paucorum ſubdolis adſertionibus conſentirem, ſed plurimorum teſtimonijs roboratã fidẽ firmiter tenerem. Facio certiſſimè, Deo Dño meo Ieſu Chriſto donante, horum me ſanctiſſimæ multitudini & ꝓbatiſſimæ authoritati in veræ fidei profeſſione firmiter aſſocians, nec veſtræ me paucitati in conſenſione huius nouæ adſertionis ſocium admitto: ſed Apoſtolicæ ſedi & antiquis ab initio naſcentis Eccleſiæ & catho- Præclara Caroli Magni ſententia.
licis traditionibus tota mentis intentione, tota cordis alacritate coniungo: quicquid in illorum legitur libris, qui diuino ſpiritu afflati,toti orbi à deo Chriſto dati ſunt doctores,indubitanter teneo, hoc ad ſalutem animæ meæ ſufficere credens, quod ſacratiſſimæ Euangelicæ veritatis pandit hiſtoria,quod Apoſtolica in ſuis epiſtolis cõfirmat authoritas,quod eximij ſacræ ſcripturę Tractatores,& ꝓcipui Chriſtianę fidei doctores,ad perpetuam poſteris ſcriptum reliquerunt memoriam:cum his quoq; doctoribus & ſanctę Eccleſię paſtoribus verā ꝓdico fidem, quos in præſenti tempore ille Matth.28.
nobis dedit luminaria,qui dixit: Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad cõſummationem ſeculi. Hi ſunt propugnatores fidei noſtræ, hi ſunt rectores per diuerſas ſedes ciuitatis Chriſti, cuius antemurale Eſa.26
eſt fides catholica, & charitas firmiſſimus murus,& ꝓpugnacula diuinarũ teſtimonia ſcripturarum:& diuitiæ ſalutis in ea ſunt ſapientia & ſciẽtia,& ſpes portarũ cuſtodia: q̃ quatuor clauibus,id eſt, prudentia, iuſtitia, Eſa.33.
fortitudine,& temperantia, pijs aperiũtur animis. Huius verò ciuitatis ipſe Dei verus & proprius filius, Deus verus, homo verus, Ieſus Chriſtus Dñs noſter, regali ꝓfidei potentia, cuius gratia totã illius ciuitatis ſtructurã regit, defendit, & exaltat: quiſqs ad hãc ciuitatẽ, recta ſibi ꝓuiante fide, manus bonorum operum habẽs pleniſſimas, ꝓuenire feſtinat, aptas inueniet portas, & regẽ regũ cũ millibꝰ ſanctorũ agminũ obuiare ſibi gaudebit. Sed & gratias vobis agimus de inſtãtia orationũ veſtrarũ, quibus memoriã noſtri aſſiduè vos habere dixiſtis: optantes vt preces veſtræ acceptabiles ſint dño deo Saluatori noſtro, & vt ipſe ꝓ ſuã miſericordiã dignos vos efficiat exaudiri, & ad vnitatem ſanctæ ſuæ Eccleſiæ reuocare dignetur, & eiuſdem pietatis humeris in S. matris Eccleſiæ reportet ouile, qua de cælis veniens, ouẽ reꝙrere pditã, inuentam q̃; cũ triumpho gló Luc.15.
rię ad ſedẽ paternę maieſtatis reuexit. Illud quoq;, ꝙ vobis noſtrã pietatẽ flagitare placuit, quatenùs in præſentia noſtra libelli veſtri legeretur textus, & perſcrutante plurimorum conſilio, quid in eo rectæ fidei ſanctionibus conſentiens inueniretur, fecimus ſicut petiſtis, collectis vndiquè, velut præfati ſumus, Eccleſiaſticis Doctoribus & populi Chriſtiani rectoribus, nobisque omnibus pacifico vnanimitatis choro conſedentibus, eundem libellum à capite calcetenùs per diſtinctiones

vni-

vniuscuiusq; sententiæ, & per interrogationes vel responsiones, prout cuiq; libuit, perlegere iussimus. Quid verò de eo libello præsules ecclesiarum Chri, fideiq; Catholicæ doctores intellexissent, non opùs est mihi in hac mea iterare epistola, dum illorum libellus proprius hoc vobis euidenter ostédit. Scriptam itaq; in epistola vestra huiusmodi obsecrationem inuenimus, poscétes vos per eum, qui pro te in cruce manus innoxias extendit, & pro te sanguinem preciosum effudit, & pro te mortem pertulit & sepulturam, ad liberandos electos ad infernum descendit, & pro te surgens, tibi viã ad cælos reuertendi, scilicet ad cælestem patriam, demonstrauit, vt per teipsum arbiter sedeas: Eccè ego vestris petitionibus satisfaciens, congregationi Sacerdotum auditor & arbiter adsedi. Discernimus, & Deo donante decreuimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum. Sed modò per eandem obsecrationem vos iterùm iterumque obtestor, vt in pacifica vnanimitate & catholicæ fidei professione nobiscum firmiter maneatis: nec vos doctiores æstimetis vniuersali sancta DEI ecclesia. Eam fidem tenete, quam orthodoxi patres in
Rom. 12. suis nobis symbolis scriptam reliquerunt. Et nolite plùs sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Nec ratiocinando humão ingenio diuina vos mysteria in-
☞ uestigare arbitremini: sed magìs credendo honorate, quæ humana fragilitas temerè perscrutando inuenire non valet. Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cuius initium beatum Isidorum laudâsse dicitis, & finem doluisse: quod nè mihi accidat, per quendam Beatum, quem * Antiphrasin cognominâstis, benignè suadetis: hoc etiàm, diuina miserante gratia, precauere satago: non ab illo tantummodò, sed etiàm ab omnibus, qui aliquid rectę fidei contrarium docere videntur: assiduaq; deuotione Dominũ deposco, & quoscunq; ex filijs sanctæ matris Ecclesiæ valeo, mihi in hac petitione adiutores conuoco: nè me alicuius verbosa adulatio vel fraudulenta laudatio decipiens, à via veritatis auertat, sæpiùs cum propheta decantans: Corripiet
Psal. 140. me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Vos verò vobismetipsis cauete, quòd nos fraterno admonuistis amore, procurantes diligentissimè: omipotentisq; Dei vobis assiduis precibus clementissimã conuocate gratiam, nè callida antiqui hostis versutia sensus vestros in aliqua parte corrumpat, & peius fiat interius diaboli seruitium, quàm exterius gentis inimicæ. Eumque expectate redemptorem, quem salutis vestræ habuistis authorem. Illum glorificate in corde, & portate in corpore: & dignam in vobis illi præparate habitationem in fide, quæ per dilectionem operatur: quatenùs vos illius gloriosa potentia, Gal.
& ineffabilis misericordia, ab vtriusq; seruitutis molestia, exteriore scilicet & interiore, liberet & custodiat, & in magno ante conspectum gloriæ suæ cum multiplicibus laboris vestri diuitijs gloriosos stare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apostolicæ fidei audire faciat: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Matt.
Paratum igitur vobis regnum ab origine mundi, indubitata veritatis promissione speratis, si Catholicæ fidei vnanimitati vosmetipsos adiungere curetis. Exteriores seruitutis molestias interna fidelitatis spe cõsolamini. Oculos mentis vestræ ad eum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum, Col.
& transtalit in regnum filij dilectionis suæ. Hactenùs antequàm huius adoptionis in Christo nomen à vobis exortũ, nostros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus. Etsi nos vestrum corporale seruitium contristaret, rectitudo tamé fidei catholicæ * lætificauit in vobis. Nunc verò duplici pro vobis affligimur mœrore, for. vi caret
diabolica fraude deceptis in corde, & inimica seruitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad vnitatem sanctę matris Ecclesiæ, vt vos eruat de angustia seruitutis terrenæ, qui vos per baptismi gratiã à vinculo liberauit originalis peccati. Expoliâstis veterem hominem. Quomodò iterùm, fraude decepti maligna, induamini illo? Adoptionis filij Deo patri facti estis per eum, qui non est adoptiuus, sed proprius: State p fidei inuiolabilem confessionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis iugum subire. Expellite vincula diabolicę deceptiõis de cordibus, quatenùs Deus Christus qui soluit compeditos, excutiat catenã 2. Cor.
gentis inimicæ de manibus vestris. Habetis nos, diuina auxiliante gratia, cooperatores gaudij vestri, si vos nobiscum catholicæ fidei vultis esse prædicatores. Certissimum itaq; ibì erit diuinæ miserationis auxilium, vbì vna est totius Ecclesiæ charitas, & vna veræ fidei confessio. Ad multitudinem populi Christiani, & ad sacerdotalis concilij vnanimitatem reuertimini. Si enim duorũ vel trium sancto pioq; consensui, secũdùm suam promissionem, Dominum esse præsen- Matt. 18.
tem non dubitamus: quanto magìs vbì tot sanctissimi patres, tot venerabiles fratres, tot filij piæ matris Ecclesiæ, in nomine illius pacifica conueniunt vnanimitate, eum adesse medium, nõ est dubitandum, & illorum regere consilia, qui sui nominis laudé quærere dinoscuntur? Ad confirmanda igit corda vestra in fide & veritate, hãc nostri nominis, fraterna instigãte charitate, epistolã scribere curauimus, optantes vt nostra, quã habemus pro fide catholica, proficiat deuotio,

uotio, & vos diuina clementia ad fidem reducat Catholicam.

Antè igitur quàm huius sæpè dicti scandali à vobis oriretur offensio, duplici charitate, sicut prædiximus, dileximus vos, id est, in orationibus nostris per omnes regni nostri Ecclesias habuimus socios, & vestrî memoriam quotidiè facientes: itidèm quoquè & Deo auxiliante, voluntatem habuimus vos liberare à seruitio secularis necessitatis, secundùm temporis opportunitatẽ & vestri cõsilij adhortationem. Nunc verò hac duplici charitate (quod sinè dolore nõ dicimus, fraudâstis vosmetipsos, non intelligentes vos fraude diabolica esse deceptos, vt vtroque iuuamine vos denudaret, id est, participatione fidei & orationũ nostrarum, vel solatio auxilij nostri. Videte videte, quàm grande malum aduersùm vosmetipsos habetis factũ, quòd nequaquàm ausi sumus orare pro vobis, sicut pro fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ filijs: nec vos adiuuare, quomodò fratres in vestris maximis necessitatibus. Quapropter reuertimini ad hanc duplicem consolationem, & ab-
Heb. 4. ijcite à vobis hanc malignã diabolicę fraudis versutiam, vt possitis nobiscum consortium habere in omni charitate & auxilio oportuno.

Post hanc verò correptiõem siue admonitionem Apostolicæ authoritatis & synodalis vnanimitatis, si non resipiscitis ab errore vestro: scitote omninò vos pro hæreticis haberi, nec vllam vobiscum communionem pro Deo audemus habere. Currite
Iohan. 12. dum lucem habetis, nè tenebræ vos anathematis apprælıendant, vndè non potestis pedes vestros explicare, sed æterna damnatione irretitos esse lugebitis. Adhuc enim pia mater Ecclesia reuocat vos ad gremium suæ misericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios. Tantùm nolite vos abstrahere ab
Gal. 1. eius pietate, qui vos vocauit in regnum filij
Col. 1. dilectionis suæ.

CREDIMVS IN VNVM DEVM, PATREM OMNIpotentem, factorem cæli & terræ, visibiliũ omnium & inuisibilium. CREDIMVS & in vnum Dñm nostrum Iesum Christũ, filiũ Dei vnigenitũ, natũ ex patre ante omnia secula, & ante omia tẽpora: lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: natum, non factum: Naturalem, nõ adoptiuum: per quem omnia condita sunt cælestia & terrestria: vnius essentiæ & vnius substantiæ cum patre.

CREDIMVS & in spiritumsanctum DEVM verum, viuificatorem omnium, à patre & filio procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum. CREDIMVS eandem sanctam Trinitatẽ, Patrem & Filium & Spiritumsanctum, vni' esse substantiæ, vnius potentiæ & vnius essentiæ tres personas, & singulam quanque in Trinitate personam, plenum Deum: & totas tres personas, vnum Deum omnipotentem: Patrem ingenitum, filiũ genitum, Spiritumsanctum procedentem ex patre & filio: nec Patrem aliquãdò cœpisse, sed sicut semper est Deus, ità semper & pater est, quia semper habuit filium. Aeternus pater, æternus filius, æternus & spiritussanctus, ex patre filioque procedens. Vnus Deus omnipotens, Pater & filius & spiritussanctus: Vbiquè præsens, vbiquè totus. Deus æternus, ineffabilis, incompræhensibilis: In qua sancta Trinitate, nulla est persona vel tempore posterior, vel gradu inferior, vel potestate minor: sed per omnia æqualis patri filius, æqualis Patri & Filio Spiritussanctus diuinitate, voluntate, operatione & gloria. Alius tantummodò in persona pater, alius in persona filius, alius in persona spiritussanctus. Non aliud, sed vnum, natura, potentia & essentia Deus Pater, & Filius, & spiritussanctus.

CREDIMVS ex hac sancta Trinitate filij tantummodò personam, pro salute humani generis de Spiritusancto & Maria virgine incarnatam: vt qui erat in diuinitate Dei patris fili', esset & in humanitate hominis matris filius: perfectus in diuinitate Deus, perfectus in humanitate homo: Deus ante omnia secula, homo in fine seculi: verus in vtraque substantia DEI filius: Non putatiuus, sed verus: non adoptione, sed ꝓprietate. Vna persona Deus & homo, vnus mediator Dei & hominum: in forma DEI æqualis Patri, in forma serui minor patre: in forma DEI creator, in forma serui redemptor. Vnus in vtroque Dei filius proprius & perfectus, ad implendam humanæ salutis dispensationem, passus est vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte: Surrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione: & eodem corpore, quo passus est, & resurrexit. Asscendit in cælos, sedens in dextera Dei patris: & in eadem forma qua asscendit, venturus iudicare viuos ac mortuos. Cuius regni nõ erit finis.

Prædicamus vnam sanctam DEI Ecclesiam toto orbe diffusam, locis separatam, fide & charitate coniunctam: & veram remissionem peccatorum in eadem Ecclesia siue per baptismum, siue per pœnitentiam, diuina donante gratia, & bona voluntate hominis cooperante.

Credimus & omnes homines resurrecturos esse, & singulos secundùm sua opera iudicari: Impios, æternis supplicijs damnandos cum diabolo & angelis eius: sanctos verò, æterna gloria coronandos cum CHRISTO & sanctis angelis eius in secula sempiterna. Hæc est fides catholica, & ideò nostra: optamus etiàm & vestra: quia
vna

vna est fides, & vnum baptisma, & vnus
Ephe.4. Dominus noster IESVS CHRISTVS,
qui est Deus verus & verus homo, verus
Deus & verus DEI filius, in vtraque natu-
ra vnus idemque mediator DEI & homi-
1.Tim.2. num, homo Iesus Chiistus, qui est Deus be-
Rom. 9. nedictus in secula.

Hanc fidem vos, charissimi fratres, fir-
miter tenere in commune deprecamur: &
si aliter antèa in quolibet verbo sensistis,
corrigite vosmetipsos, & ad vnitatem san-
ctæ Dei Ecclesiæ pura fide festinate: & con-
tentiones nominum nouitatesque vocum
1.Tim. 6. deuitate: quia iuxta Apostolum, non est
hæreticus nisi ex contentione.

Vos igitur quia pauci estis, vndè putatis
vos aliquid verius inuenire potuisse, quàm
quod sancta & vniuersalis toto orbe dif-
fusa tenet Ecclesia? Sub tegmine alarum il-
lius requiescite, nè vos auida diaboli rapa-
citas, si foris inueniat, nefando gutture de-
uoret, Redite ad pium matris Ecclesiæ gre-
mium. Illa vos foueat & nutriat, donèc oc-
Ephe. 4. curratis in virum perfectum & in plenitu-
dinem corporis CHRISTI. Habetote nos
cooperatores salutis vestræ, catholicæ pacis
auxiliatores: & societas nostra sit in CHRI
1.Iohan.1. STO IESV Domino nostro, qui vos no-
bisfcum incorruptos & immaculatos fide
pariter & opere custodiat, & constituat an-
te conspectum gloriæ suæ incontami-
Iudæ 1, d natos & irrepræhensibiles, & per-
petuæ beatitudinis hæredes
pariter perficiat in æter-
num. Amen.

ΑΜΩΝ. Finit, Deo gratias. ΑΜΩΝ.

E GRAECIS ET LATINIS canonibus & synodis Romanis atque decretis præsulum ac principum Romanorũ, hæc capitula sparsim collecta sunt, & Ingilramno Mediomatricæ vrbis episcopo, Romæ à beato papa Adriano tradita, sub die XIII. Kalẽd. Octob. Indict. IX. quandò pro sui negocij causa agebatur.

DEI ordinationem accusat in qua constituuntur, qui episcopos accusat vel damnat: dum minùs spiritualia, quàm terrena, sectãtur. Vndè & ꝓpheta ait:
Psal. 104.b Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Placuit, vt quæcunque persona contra episcopum vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negocium, priùs ad eum recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commonitus, ea sanare debeat quæ in querimoniam deducuntur. Quam rem si differe voluerit, sententiam suscipiat excommunicationis.

Nullus episcopus, nisi canonicè vocatus, & in legitima synodo, suo tempore Apostolica authoritate conuocata, cui iussione Domini & meritis beati Petri Apostoli, singularis congregandorum conciliorum authoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum patrum decretis, multipliciter priuata tradita est potestas, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel impetatur. Si aliter præsumptum à quibuslibet fuerit, in vanum deducatur quod egerint. Nec inter Ecclesiastica vllo modo reputabitur, nec vllas habebit vires, quicquid ei obuiauerit: quoniam eadem sedes, Matt. 16. testante veritatis voce, primatum obtinuit: nec prima diceretur, si aliam super se haberet. Quæ etiàm caput est omnium ecclesiarum, à qua omnes sumpserunt originem. Primatum enim non synodalibus aut aliquibus commentis meruit institutis, sed Domino largiente, qui ait: Tu es Petrus, & Matt. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. & reliqua talia, & his similia. Quibus si aliquis superbo spiritu obuiauerit præceptionibus, non exeat impunitus, sed gradûs sui periculo subiacebit.

Placuit, vt semper primò in accusatione clericorum, fides & vita blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis debet præcedere: quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omninò esse credendum, qui veritatis fidem ignorant, aut non rectæ conuersationis vitam ducunt: quoniam tales facilè & indifferenter lacerant & criminantur rectè & piè viuentes & credentes. Ideò suspicio eorum discutienda est primò & corrigenda.

Sancta synodus Romana dixit: Hæc sunt quæ deincèps, propter malorum hominũ insidias, qui in Ecclesiam & Ecclesiasticos indifferenter sæuiunt viros, conseruari firmissimè volumus in secula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquàm ipse ab eis charitatiuè conuentus fuerit, vt ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit: non olim, sed tunc ad summos primates causa eius canonicè deferatur. Qui congruo in loco infra ipsam prouinciam tempore à canonibus præfixo Nicenis, cõcilium canonicè conuocare debebũt, ità vt ab omnibus eiusdem prouinciæ episcopis in eo audiatur. In quo & ipse canonicè cõuocatus, si eum aut infirmitas, aut alia grauis necessitas non detinuerit, adesse debebit.

bit: Quia vltra prouinciæ terminos accusandi antè licentia non est, quàm audientia rogetur. Nam si suis fuerit rebus expoliatus, aut (quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelib⁹) à sede propria eiectus, aut in detentione aliqua à suis ouibus fuerit sequestratus: tunc canonicè, anteq̃ in pristinum restituatur honorem, & sua omnia quæ insidijs inimicorum suorum ei ablata fuerant, redintegrentur: nec cõuocari nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate, minimè tamen iudicandus, aduenire spontè elegerit. Nec omninò à quoquam respõdere cogatur, antequàm omnia integerrimè quæ per suggestiões inimicorum suorum amiserat, protestati eius ab honorabili concilio redintegrentur, & præsul priùs statui pristino restituatur. Et ipse dispositis ordinatisque liberè ac securè suis, tunc canonicè conuocatus ad tempus synodo in legitima & canonica veniat ad causam: & si ità iustè videtur, accusantiũ propositionibus respondeat. Nam hoc summoperè prouidẽdum est, nè antequàm hæc omnia fiant, coactus respondeat: quia contentio semper vitanda est. Adimi nanque episcopo episcoparũ, antequàm causæ eius exitus appareat, nulli Christiano videri iure potest. Quòd si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum grauis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec à communione suspendatur, qui crimẽ intenditur, nisi ad causam suam dicẽdam, electorum iudicum die statuta literis euocatus, minimè occurrerit: hoc est, nisi alia præoccupauerit necessitas infra duorũ vel trium mẽsium spatium, & eo ampliùs, prout causa dictauerit. Quòd si ex vtraq; parte ad causam dicendam venerint, quia vnus absque altero audiri non debet: quærendũ est in iudicio, cuius sint conuersationis & fidei atque suspicióis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conuersationis & rectæ fidei viri, & ij qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. Quòd si accusatorum personæ iudicio episcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, nisi proprias habuerint causas, non tamen criminales vel ecclesiasticas. Infamis enim persona, nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente verò aduersario, non audiatur accusator. Nec sententia, absente parte alia, à iudice dicta, vllam obtinebit firmitatem. Neque absens per alium accusare aut accusari potest. Nec affinis testis admittatur. Neminem ergò exhiberi de prouincia ad prouinciam vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ad quẽ fuerit appellatũ: id est, vt actor semper rei forum sequatur. Si quis autem iudicem aduersum sibi sentit, vocem appellationis exhibeat, quã nulli oportet negari. Si quis autem putauerit se à proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceseos, aut apud Cõstantinopolitanæ ciuitatis sedem agat iudicium, & reliqua.

Accusationis ordinem, dudùm canonicis institutum decretis, seruari iubemus: Vt si quis clericorum in accusatione pulsatus fuerit, non statìm reus æstimetur qui accusari potuit, nè subiectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est qui crimen intendit, in iudicium veniat: nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione potiatur. Nec sibi fore nouerit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij.

Si quis clericus super quibuslibet criminibus pulsatus fuerit, in prouincia in qua cõsistit ille qui pulsatur, suas exerat vel exequatur actiones. Nec æstimet eum accusator suus alibì aut longiùs pertrahendum ad iudicium. Illi verò qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare.

Saluo Romanæ Ecclesiæ in omnibus primatu, manifestum est, quòd illa quæ sunt per vnamquanque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispensat, sicut in Niceno constat decretum esse concilio.

Vltra prouinciæ terminos, accusandi licentia non progrediatur.

Omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur.

Accusationes & accusatores, atq; ea negocia quæ seculares non adscisunt leges, diuina ac synodica funditùs à clericis repelli authoritate censemus: Quia indignũ est, superiores pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt.

Prudentissimè iustissimeque Nicena siue Africana decreta definiẽrũt, quæcunq; negocia in suis locis, vbì orta fuerint, finienda: maximè, quia vnicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilium suæ prouinciæ vel etiàm vniuersale prouocare.

Placuit episcopos eiectos atque suis rebus expoliatos, Ecclesias proprias primò recipere, & sua omnia eis reddi: & posteà, si quis eos accusare vellet, æquo periculo facere. Iudices esse decernentes, episcopos recta sapientes, in ecclesiam conuenientes, vbì testes essent singulorum qui oppressi videbantur.

Nullus metropolitanus episcopus absq; cæterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irrita erũt: immò etiàm causam in synodo pro facto dabit. Nec reliquorum aliquis episcoporum, suorum sa-

cerdotum causas audiat absque præsentia clericorum suorum: quia irrita erit sententia episcopi, nisi præsentia clericorum confirmetur.

Primò semper vita & persona accusantium diligéter inquiratur, & posteà quę objiciuntur, fideliter pertractentur: Quia nihil aliter fieri debet, nisi impetitorum priùs vita discutiatur.

Ij qui non sunt bonæ conuersationis, vel quorum fides & vita libertas nescitur, non possunt sacerdotes accusare. Nec viles personæ in accusationem eorũ admittantur.

Ij qui in aliquibus criminib⁹ irretiti sunt, vel qui sunt *suspiciosi, vocé aduersùs maiores natù non habeant accusandi, sed ij qui omni suspicione careant. * suspecti

Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere aut ordinare absq; eius voluntate vel iudicare: quia sicut irrita erit eius ordinatio, ità & dijudicatio: Quoniam censemus nullum alterius iudicis, nisi sui, sententia teneri. Nam qui eum ordinare nó potuit, nec iudicare vllatenùs poterit.

Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus: Quia indignum est vt ab externis iudicetur, qui prouinciales &à se electos debet habere iudices.

Nullus episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur: sed vocato eo canonicè in loco omnibus congruo, tempore synodali ab omnibus comprouincialibus episcopis audiatur: qui concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam. Quia si hoc minoribus tam clericis quàm laicis cócessum est, quanto magis de episcopis seruari conuenit? Nam si ipse metropolitanú aut iudices suspectos habuerit, aut infestos senserit: apud primatem diœceseos, aut apud Romanæ sedis pontificem iudicetur.

Placuit vt nullus seruus, nullus libertus, nulla infamis persona sacerdotem accuset. Omnes verò infames esse dicimus, quos leges seculi infames appellant. Et omnes qui culpis exigentibus ad sacerdotium nó possunt prouehi. Indignum est enim vt illi eos accusent, qui esse non possunt quod ipsi sunt. Quoniam sicut maiores à minoribus non dijudicant, ità nec criminari possunt.

Placuit vt nullus episcopus quenquam clericorum iudicare aut damnare præsumat, nisi accusatus legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Placuit, si episcopus accusatus appellauerit Romanum pontificem, id statuẽdum quod ipse censuerit.

Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud episcopos, quia alibì non oportet, à qualibet persona fuerint accusati, quicunque fuerit ille, siue sublimis vir honoris, siue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Si quis verò circa huiusmodi personas non probanda detulerit, authoritate huius sanctionis intelligat se iacturá infamię proprię sustinere: vt damno pudoris, existimationis dispendio discat, sibi alienæ verecundiæ impunè insidiari saltẽ decæterò non licere: sed qualem fratri parauerit damnationem, talem in se suscipiat.

Nullus archiepiscoporum, nisì qui primas sedes tenent, appelletur primas aut princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, vel aliquid huiusmodi: sed tantùm ille qui in metropoli sedet, aut metropolitanus aut Archiepiscopus vocetur, & suum in canonibus præfixum non excedens teneat cum humilitate modum. Et ille qui primá sedem retinet, tantúmodò primæ sedis appelletur episcopus, salua semper in omnibus authoritate beati Petri apostoli.

Iudicantem oportet cũcta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi adijciendique patientia præbita ab eo, vt ibì actio partium limitata sit pleniter. Nec priùs litigantibus sua velit sententia obuiare, nisi quandò ipsi, peractis omnibus, iam nihil ampliùs habuerint in quæstióe quod proponant. Et tam diù actio ventiletur, quousquè ad rei veritatem perueniatur. Frequenter ergò interrogari oportet, nè aliquid fortè prætermissum remaneat, quod annecti conueniat.

Sunt nonnulli, qui indiscussos, potestate tyrannica, non canonica authoritate, damnant: & sicut nonnullos gratia fauoris sublimant, ità quosdam odio inuidiaque permoti humiliant, & leui opinionis aura condemnant, quorum crimina non approbant. Ideoque communi decreto censemus, vt quandocunquè aliquis Episcoporum criminatur, congregatis omnibus eiusdem prouinciæ episcopis, causa eius audiatur, vt non occultè iudicetur vel condemnetur, qui ab alijs priùs iudicari non potest, nisì ab ijs à quibus ordinari potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit.

Si clericus vel laicus habuerit causam aduersùs episcopum proprium vel aduersùs alterum, aut episcopus aduersùs quenquam: apud synodum prouinciæ iudicetur. Quòd si aduersùs eiusdem prouinciæ metropolitanum Episcop⁹ vel clericus habuerit querelam, petat primatem diœceseos, & apud ipsum iudicetur, aut apud sedem Apostolicam.

Si quis episcopus super certis accusatur criminibus, ab omnibus audiatur vel iudicetur qui sunt in prouincia episcopis. Si

Si quis episcopus iudicauerit vel ordinauerit alterius parochianum sinè consilio & voluntate episcopi sui, oportet eum non sinè increpatione in communi cõcilio admitti, ità vt Ecclesiasticum vltrà non soluat canonem.

Placuit eorum accusandi sacerdotes & testificandi in eos vocem obstruere, quos nó humanis, sed diuinis vocibus mortuos esse scimus: quia vocem funestam *interdici potiùs, quàm audiri, oportet. *interclidi

Placuit vt accusato, si iudicem suspectũ habuerit, liceat appellare: quia non oportet negare audientiam roganti.

Non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicantur, nisì se priùs probauerint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet, rei aduersùs quencunque confessio.

Si quis iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat: vt cùm ei concessum fuerit, integro negocio apud alium iudicem amotis dilationibus, possit audiri

Clericus siue laicus, si crimine aut lite pulsatus fuerit, nó aliubì, quàm in foro suo prouocatus audiatur.

Appellantem non debet afflictio vlla, aut carceris aut detẽtionis iniuriare custodia: & liceat appellatori, vitiatam causam appellationis remedio subleuare.

Liceat etiàm in causis criminalibus appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinârit.

In criminalibus causis, nec accusator, nisi per se, aliquem accusare potest: nec accusatus, per aliam personam se defensare permittitur.

Constitutiones cõtra canones & decreta præsulum Romanorum vel bonos mores, nullius sint momenti.

In clericorum causa huiusmodi forma seruetur, nè quenquam eorum sententia, à non suo iudice dicta, constringat.

Omnis qui falsa alijs intulerit, puniatur: & pro falsitate ferat infamiam.

Vt prouincialis synodus retractetur per vicarios Romani pontificis, si ipse decreuerit.

De ijs qui in accusationem maioris natù veniunt, vt episcopum nulli crimino so liceat accusare.

Si quandò in causa capitali vel in causa statûs interpellatum fuerit, non per procuratores, sed per ipsos est agendum.

Placuit vt à quibuscunque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, vbì maior est authoritas, fuerit prouocatú, audientia non negetur.

Si quis metropolitanus episcopus, nisì quòd ad suam pertinet propriá solummodò parochiam, sinè consilio & voluntate omnium cóprouincialiũ episcoporum, extrà aliquid agere tẽtauerit, gradûs sui periculo subiacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quicquid de prouincialium coépiscoporum causis, suarúq; ecclesiarum & clericorum atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur pontificum: nó aliquo dominationis fastu, sed humilima & concordi omnium administratione, sicut Dominus ait: Non véni ministrari, sed ministrare. Et alibì: Qui maior est vestrûm, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales episcopi cum eius cõsilio, nisì quantùm ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta sanctorum Constituta patrum: vt vno animo, vno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Matt. 20. Luc. 22.

Quod in laicis reprehenditur, id multò magis debet in clericis prædamnari.

Vt laici, contemptores canonum, excõmunicentur: clerici verò, honore priuentur. Hoc capitulum nó est canonicũ, sed à secularibus legib⁹ sumptum.

*Delatori aut lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur. Delatores autem sunt, qui inuidia produnt alios.

Qui in alterius famam in publico scripturam aut verba contumelio sa confixerit, & repertus scripta non probauerit, flagelletur: & qui ea priùs inuenerit, rumpat, si non vult authoris facti causam incurrere.

Si quis iratus, crimen aliquod cuilibet temerè obiecerit, conuicium nó est pro accusatione habendum. Sed permisso tractãdi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur: vt si fortè resipiscens post iracundiam, quæ dixit, iterare aut scribere noluerit, non vt reus criminis habeatur.

Qui crimen objicit, scribat se probaturum reuerà, vt ibì causa agatur, vbì crimen admittitur: vt qui non probauerit quod obiecit, pœnam quam intulerit, ipse patiatur.

Caueant iudices Ecclesiæ, nè absente eo cuius causa ventilatur, sententiam proferant: quia irrita erit, immò & causam in synodo pro facto dabunt.

Eiùs qui frequenter litigat, & ad accusandum est facilis, accusationẽ nemo absq; grandi examine recipiat.

De accusationibus episcoporum, Constantinus Imperator sic ait inter cætera: Vestræ, inquit, accusationes tempus habebunt proprium: id est, diem magni iudicij: iudicem verò illum, qui tunc futurus est omnibus iudicare. Mihi ergò homini constituto, de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium, & simul accusatorum. quos minimè conuenit tales debere monstrari, qui iudicentur ab alijs, cùm ab ipso Domino vide Nicephor. lib. 8. cap. 16. Eccle. hist.

magis ipsi sint iudicādi: de quibus ait pro-
Psal. 81. pheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Neque possunt humano condemnari examine, quos Deus suo reseruauit iudicio. Et reliqua talia & his similia.

Neque præsul summus à quoquam iudi-
Luc.6.f cabitur: quia dicente Domino, non est discipulus super magistrum.

Iudex criminosum discutiens, non antè sententiam proferat capitalem, quàm aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur.

Irritam esse iniustam episcoporum damnationem, idcircò à synodo retractandam.

Vt nè quis, dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiam.

Pulsatus, ante suum iudicem causam dicat: & non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat. Et vt pulsatis, quotiès appellauerint, inducię dentur.

Si quis contra suam professionem vel conscriptionem venerit, si clericus fuerit, deponatur: si laicus, anathematizetur.

Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconem falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Si qui inuenti fuerint libros famosos legere vel cantare, excommunicentur.

Vt nullus episcopus vel infrà positus, die Dominico causas iudicare præsumat.

Vt si quis potentum quemlibet expoliauerit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

Vt nullus clericus ab episcopo suo recedat, & ad alium se transferat.

Homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimoniū dixerint: seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenùs ad accusatiōem vel ad testimonium erunt admittendi.

Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse antè non fuit criminosus. Quia periculosa est, & admitti non debet, rei aduersùs quemcunque professio.

Occurrere quisque fidelium ruinis miserorum debet subsidio, quo valet, & ex releuatione alienæ vindictæ, à se DEI remouere vindictam. Libat enim Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa.

Maius periculum est iudicantis, quàm eius qui iudicatur. Vndè vnicuique prouidendum est, nè aliquem iniustè iudicet aut puniat.

Accusationes aduersùs doctorem nemo suscipiat, quia non potest humano condemnari examine, quē Deus suo iudicio reseruauit.

Presbyteri non aduersùs Episcopum, non diaconus aduersùs presbyterum, non subdiaconus aduersùs diaconum, nō acolytus aduersùs subdiaconum, non exorcista aduersùs acolytum, non lector aduersùs exorcistam, non ostiarius aduersùs lectorem det accusationem aliquam. Et non dānabitur præsul, nisì in 72. testibus. Neq; præsul summus à quoquā iudicabitur, quoniam scriptum est: Nō est discipulus super Luc.6.f magistrum. Presbyter autem in cardine constitutus, non nisì in 44. testibus dānabitur. Diaconus cardinarius constitutus vrbis Romæ, nisì in 26. non condemnabitur. Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, nisì sicut scriptum est, in septem testibus non condemnabitur. Testes autem sinè aliqua sint infamia, vxores & filios habentes, & omninò Christum prædicantes.

Testimonium laici aduersùs clericum nemo suscipiat.

Nemo enim clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisì in ecclesia, & reliq.

Episcopi pontifici, à quo consecrari probantur, præiudicium inferre nullum possunt. Quod si præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, nec posse inter Ecclesiastica vllo modo statuta censeri.

Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata diuina præsumere.

Prouidendum est, nè in aliquo *apostolica aut canonica decreta violentur.

Iniustum iudicium & definitio iniusta, regio metu vel iussu à iudicibus ordinata, non valeat.

Sic odit Deus eos qui aduersùs patres armantur, vt patrum inuasores: qui omni mundo infamia notantur. Item generali decreto constituimus, vt execrandum anathema fiat, & velut præuaricator catholicæ fidei semper apud Dominum reus existat, quicunque regum vel potentum deincèps canonum censuram in quocunque crediderit vel permiserit violandam.

FINIS.

CON-

CONCILIVM IN FORO IVLII METROPOLI AQVILEGIEN. SVB CAROLO & PIPINO eius filio celebratum, idque, vt appáret ex quibusdam haud obscuris argumentis, post Synodum Francofordiæ habitam, aut certè non diù antè.

Forum Iulij pars est Italiæ, paretq; hodiè Venetis. Olim insignis ibi vrbs fuit Aquileia, destructa ab Attila Hunnorum rege, quemadmodùm annis ducentis ferè posteà Forū Iulij vrbs ab Auarum rege euersa est, vt quidam annotārunt.

REgnante Domino nostro Iesu Christo in perpetuum super omnes cælos, & super omnem terram, Rege regum, & Domino dominantium, cuius regnum, regnum sempiter-
Rom.9. num est, qui est super omnia Deus benedictus in secula. De cuius largissimæ benignitatis manu inuictissimi principes dominus Carolus ac Pipinus donatiuo pietatis eius suscepto regalia sceptra, ipso opitulante, prosperis gubernare rebus probantur. Anno igitur felicissimo principatūs eorum tertio & vicesimo & xv. Canonicis siquidem euocatum syllabis fraternum quorūdam episcoporum conturbernium Foro-Iuliū municipium metropolim Aquilegiēsem, veneranter coaceruatūm cōuenit. Igitur residentibus cunctis ex more in sedilibus præparatis, adsistente verò circunquaquè non modica fratrum consentanea turba in Ecclesia beatæ semperque Virginis Dei genitricis Mariæ: immolato nanq; neo primùm in ara cordis sacrificio laudis & orationis hostia in altari pectoris, charitatis igne concremata: post apostolicam & Euangelicam lectionem, hymnisque spiritalibus salubriter prælibatis, necdùm valuis publicis referatiùs patefactis, persistente nimirùm pro foribus vulgi glomerata caterua, per secretioris ianuæ aditum, vocāte Archidiacono, intromissus est ad breuem, sacerdotalis sub silentio venerabilis cœtus. Paulinus Christi & Domini seruus, his verbis post paululū loquendi principiū dedit.

Hic Paulinus episc. Aquilegiensis, etiā interfuit Synodo Francofordiēsi.

Nullī prorsùs dubium Domini sacerdotum, qui sacras venerandorum canonū regulas vigilanti non omiserit ingenio sagaciùs explorare, bis in anno Concilium per vnamquanq; prouinciam fieri debere, in
Nicē. cōc. cap. 5. dist. 18. Habeatur. vrbe s. & metropoli, in quolibet oportuno loco iuxta metropolitani eiusdem regionis arbitrium, & vt temporis commodiùs dictauerit ordo, propter necessariam videlicet Ecclesiasticæ dignitatis curam. Quinimmò propter confluentia gerendarum rerum confusaque negocia, quæ crebriùs litis de radice, spinosis causarum emergere aculeis consueuit, ac per hoc pullulātia dominici ruris triticeæ in eisdis virētia sata, adhùc, vt ità dixerim, infra stipulę thecam spiritualium fructuum turgētibus spicis, necdùm in flauentes culmos aureas erumpentes aristas, necdùm sterilium zizaniorum manipulis in vno fasce ignitis funibus colligatis vltricibus traditis in pabulum flammis, vmbrosis nihilominùs suffugare falsitatum rhamniculis moliuntur. Qua de re talia & huiusce modi pestifero de virgulto fruteta glisscentia, plurimorū nimirùm venerabilium fratrum, qui agrum curiæ cęlestis patroni, summa solicitudinis cura excolere sunt deputati, radicitùs necessarium fore prospectum est, vt linguarum falcibus detruncata marcescant, quatenùs sępiùs cēsurę magisterio, nequitię rescissis ramusculis, ipsa quandoquè radicum materies, veneni infusione vitiata, funditùs euellatur. Sed quamobrem iuxta quod definitū est in hac veneranda sede, cui DEO authore, non meis meritis, sed gratuito me præesse munere recognoscō, per tot tēporum curricula minimè sit reuerendi concilij sessio celebrata, vestram scire non ambigo synceriſſimam charitatem. Nam propter improbos, qui solent irrumpere, mundanos tumultus, propterque imminentia prœliorum bella, quę circunquaquè per gyrum finium nostrorum frementi ferocitate ingruere nō cessabant, intermissum interìm hoc magnificū opus, procul dubiò poterit adprobari. Veruntamē non penitùs intermissum veridicis valebit assertionibus æstimari. Nam quotiès reuerendis principalibus accersiti imperijs, in generali celeberrimæ synodi venerabilium patrum cōuentione, humilimam paruitatis meæ præsentiā, quia sæpiùs contigit adfuisse, vestris est animis, vt opinor, non celatum, vestrisque etiàm obtutibus aliquotiès latiùs patuisse in prōptu, non dubito. Nunc autem diuina opitulante clementia, attritis vtiquè ferocium barbarorum superbiæ typo erectis ceruicibus, auxilio per omnia adminiculante de cælo, reddita iam quietissima pace terris, superna prorsùs largiente gratia, paululūq; respirantibus regalibus iussis, necessarium duximus summoperè festinantes dilectissimam fraternitatem vestram, iuxta priscorum canonum inuiolabiles sanctiones, in vno collegio aggregari: quatenùs insolubili charitatis vinculo colligati, suppliciter eum exorantes, qui suis dignanter sese fidelibus repromisit in medio adfuturum,

vbi in vnũ duo vel tres in eius fuerint nomine congregati. Sicque ſub eius præſentia, licèt indigni, eius tamen famuli conſtituti, incipiamus iam iamque ipſo authore & conſummatore noſtri certaminis, & perfectore operũ noſtrorũ, quin potiùs ſuorũ, magìs dicam, q̃ noſtrorũ operum pfectore, quia omnia eius ſunt, & de illius cũcta gratìs ſuſcipimus manu. Scriptum quippe eſt, Eſa. 26. omnia opera noſtra operatus es in nobis. Diligenti profectò exigentes cura, ſi qua ſunt irrita & enormi ſtatione perſiſtentia, quæ ſacris oporteat valenter legibus coerceri, præterita corrigere, præſentia ſuffulciẽdo conſtituere, futura præcauẽdo vitare. Sed quoniam ad huius ſpiritualis ædificij fabricam conſtituendam, fundamenta ſunt primùm fidei nihilominùs pfundiùs iacienda, ſuper illud videlicet inflexibile fundamentum modis omnibus inferenda, 1. Cor. 3. de quo per Paulum dicitur: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Cuius nimirùm fundamenti conſtructio, nõ debet inordinata manu iactata fulciri. Clamat pfectò illa præconia voce in amoris cantico, in cuius thalami conſtructione Can. 2. hæc iaciuntur altiùs fundamẽta, Ordinata (ait) in me charitate: Cuique longè antè Eſa. 54. Prophetico repromittebatur oraculo: Sternam (inquiens) per ordinem lapides tuos, fundabo te in ſaphiro. Per ſaphirum quippe, qui aẽream fingit ſimulando pulchritudinem, fidei ſimilimum non inconuenienter demonſtrat myſterium.

Primùm ergò viſum eſt mihi, omnium minimo Domini ſeruorum, in primi ordinis frõte, ipſum textum ſymboli ſalubriter à ſanctis editum patribus, quaſi lineam in directum normulatìm æquo moderamine, in fundamenti huius ſpiritalis ædificij mole, intrinſecùs ac forinſecùs tẽdere, vt coæquata iuxta illius rectitudinis normulam, tota noſtri operis fabrica, hincindè Catholicæ fidei libratìm ſubmiſſo perpendiculo, rectiùs ad altiora excreſcens, conueniẽter in vtroq; pariete, æquis diſputationũ metẽta funiculis, in ſumma ſcientiæ arte perfectionis culmen veridicis aſſertionibus ſulciatur. Perſiſtente autem huius inuiſibilis ædificij æqualiter tricamerata ſtructura, quatuor prorsùs virtutum altrinſecùs poſitis ſubnixa fornicibus, iam iamq; triplici purpureoq; in funiculo, qui difficilè rumpitur, aureum iocũdiùs ſuſpendatur decus ornamentorum. Poſt inuiolabilem igitur & meo ſenſu modis omnibus inferendam ſymboli definitionem, à venerandis videlicet (ſicut dictum eſt) olìm præſulibus ſancto reuelante ſpiritu mirabiliter prælibatã: à trecentis ſiquidem decẽ & octo, qui apud Niceam Bithyniæ: & centum quinquaginta, qui apud Conſtantinopolim. De myſterio nanq; ſanctę & mirabilis Trinitatis planiore me repromiſiſſe profiteor ſermone dicturum: ſophiſticas per omia verborum phaleras deuitantes, ſed & Iſagogicas argumẽtorum relinquentes inextricabiles cõcluſiones, ſimpliciter, propter ſimplicium mentes, liquidiusque, vt humanę permittit poſſibilitas infirmitatis: Vel certè, vt ipſa de ſe ſancta dignatur trinitas reuelare, cultiore potiùs ſenſu quàm ſtylo, cupio redolere, propter varios videlicet hæreticorum errores, diuerſasq; quorundam ſimplicium ſuſpiciones, non alteram componere vel docere fidem conſentio, ſed eam, quàm à ſanctis patribus traditam omnia ſynceriter ſecula ſuſceperunt. Scio nanq; quibuſdam in ſynodalibus foljs eſſe ſancitũ, ad refellẽdas ſiquidem nouas & multiplices hereſes, præſertim propter fraudulentam fictamq; Neſtorij vel Eutychis falſidicorum peſtilentiumq; virorum, non fidem dicam, ſed potiùs perfidiam, nõ licere cuiquã alterius fidei ſymbolũ docere vel componere. ſed abſit à nobis, procul q̃ ſit ab omni corde fideli alterũ vel aliter quàm illi inſtituerunt, ſymbolum vel fidem cõponere vel docere. Sed iuxta eorum ſenſum ea fortaſsè, quæ propter breuitatis compendium minùs q̃ decet, à ſimplicibus vel indoctis intelligũtur, exponendum decreuimus tradere, ac memoria mandauimus eam, ipſumq; textũ ſymboli retinere: quatenùs iuxta Apoſtolũ 2. Tim. 1. idoneus ſit homo Dei, ad omne opus bonũ paratus, ad reſiſtendum non ſanæ fidei. Aſit enim ipſi: Sinè fide impoſſibile eſt Deo placere. Hinc aliàs ſcriptum eſt: Niſi credideritis, non intelligetis. Ipſe enim admirabilis doctor prohibet, varijs nos & peregrinis abduci, ſanam tamen doctrinam docet fidelibus modis omnibus prædicari. Enimuerò nõ eſt in argumento fidei, addere vel minuere ea quæ à ſanctis patribus benè ſalubriterq; ſunt promulgata, ſecundùm eorum ſenſum rectè ſentire, & exponendum eorum ſubtile ſupplere ingenium: Sed addere vel minuere, eſt ſubdolè cõtra ſacroſanctum eorũ ſenſum aliter quàm illi, callida tergiuerſatione diuerſa ſentire, & confuſo ſtylo peruerſum dogma componere, ac per hoc impio ore potiùs iactãter garrire, q̃ docere pſumere. Plurimorum etenim catholicorũ virorũ Eccleſiarumq; Dei cultorũ ſacrę fidei compoſitum venerabile legitur opus, alijs quidem verbis diſſimiliq; calamo reſonãte, ſed eũdem ſenſum, eundemq; ingenij intellectum, cõcorditer inuiolatæ fidei vno aſſertionis redolere probantur documẽto. Nam ſi recenſeatur Niceni ſymboli ſeries veneranda, nihil aliud de ſpiritu ſancto in ea, niſi hoc *modò repe- *modo
riri poterit promulgatum. Et in ſanctũ, inquiũt, ſpiritum. Quid eſt ergò dicere. Et in ſpiritum ſanctum? quomodò accipiẽda eſt tam

Eccés 4.

tam breuiſſima eorũ profeſſio, niſi vt patẽter detur intelligi, mentium eorum integrę fidei religioſa deuotio, & in ſanctum ſpiritũ, ſicut & in patrẽ & in filium, probabiliter credidiſſe, quẽadmodùm poſteà à ſanctis patribus 150. q̃ conteſtati ſunt ſymboli fidẽ Niceni cõcilij inuiolatã perenniter permanere? Suppleuerũt tũ, quaſi exponẽdo eorũ ſenſum, & in Spiritum ſanctum cõfitentur ſe credere, Dominum & viuificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & cõglorificandum. Hæc enim & cætera quæ ſequuntur, in Niceni Symboli ſacro dogmate nõ habẽtur. Sed & poſtmodùm ꝓpter eos videlicet hæreticos, qui ſuſurrant Spiritum ſanctũ ſolius eſſe patris, & à ſolo procedere patre, additum eſt, Qui ex patre filioq; procedit. Et tamen nõ ſunt hi ſancti patres culpãdi, quaſi addidiſſent aliquid vel minuiſſent de fide trecentorũ decem & octo patrum, quia nõ contra eorum ſenſum diuerſa ſenſerunt, ſed immaculatũ eorũ intellectũ, ſanis moribus ſupplere ſtuduerunt. Didicerãt itaq; 150. qui intulerũt à patre, pcedentẽ, Euangeliſta teſtãte, repromiſiſſe diſcipulis ipſum vnigenitum de ſuo
Ioan. 16. ſpiritu: Spiritus q̃ à patre procedit, ipſe me clarificabit. Legerant nẽpe ij ſequẽtes, qui addiderunt, qui ex patre filioq; procedit, ipſam eandemq; veritatẽ in Euangelio redarguentẽ Philippum: Philippe, inquit, qui
Ioan. 14. videt me, videt & patrem meum. An nõ credis, quia ego in patre, & pater in me eſt? Si ergò, ſicut ipſe teſtatur, inſeparabiliter & ſubſtantialiter eſt pater in filio, & filius in patre, quo pacto credi poteſt, vt conſubſtantialis patri filioq; ſpirituſſanctus, nõ à patre filioq; eſſentialiter & inſeparabiliter ſemper procedat? Quis eſt iſte, obſecro, qui di- Heb. 11. Eſa. 7. Heb. 13.
Ioan. 20. cit diſcipulis ſuis, cùm inſufflãſſet in eos, accipite Spiritum ſanctũ? Quis eſt (inquã) qui repromiſit eis? Nónne vnigenit⁹ filius,
Ioan. 14. Ioan. 16. qui in patre eſt, & pater in eo? Niſi ego abiẽro, paracletus non veniet? Cùm aſſumptus fuero, mittam eum vobis. Et illud: Paracle-
Ioan. 14. tus autem Spirituſſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis? Sæpè etenim à nobis noſtrisq; maioribus indubitãter diffinitum eſt, inſeparabilia ſemper eſſe opera ſanctæ Trinitatis. In eo nanq; Spirituſſanctus à filio procedere creditur, in quo à patre procedere non dubitatur. Sed meliùs hoc approbare valemus, ſi rei geſtę actio, quę per apoſtolos eſt executa, in medio reuoluatur. Per fideliſſima quippe hiſtoriæ argumenta, quæ actus nuncupatur apoſtolorũ, Luca Euangeliſta teſtante cognouimus, prædicante Petro in
Acto. 2. Iudæa, trin ferè millia credẽtium cõpuncta corde, dixiſſe ad Petrũ & reliquos Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres? Reſpõdiſſe
Ibidem. verò Petrũ pro ſe & pro cũctis ad illos, dicimus: Pœnitentiã (inquit) agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionẽ peccatorũ. Et rursùs, Acto. 10. accerſitus à Cornelio centurione, viro iuſto & timente Deũ, cùm aperuiſſet os ſuũ, euangelizabat illis multa de regno Dei, & nomine Ieſu Chriſti. Et adhuc eo loquẽte, Spirituſſanctus cecidit ſuper eos, qui audiuerant verbum, & poſt pauca protinùs ſubinfertur dixiſſe Petrum: Nunquìd aquam quis prohibere poteſt, vt nõ baptizentur hi qui Spiritum ſanctũ acceperũt, ſicut & nos? Et iuſſit eos in nõe Ieſu Chriſti baptizari. Sed & doctor & magiſter gentium in fide & veritate, ſolertiſſimã curam gerens oĩm Eccleſiarũ, cùm de Ioannis baptiſmate diſputaret, quia Ioannes quidẽ baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populũ, in eum qui venturus eſt poſt ipſum, vt crederẽt, hoc eſt, in Ieſum. His auditis, baptizati ſunt in nomi- Acto. 19.
ne Ieſu. Porrò multi Samaritanorũ, cùm crediſſent Philippo euangelizanti de regno Dei & nomine Ieſu, baptizabantur viri & mulieres, haud dubiè in nomine Ieſu Chriſti. Si ergò oẽs iſti, qui euangelizantib⁹ ſan- Acto. 8.
ctis Apoſtolis credentes baptizati ſunt in nomine Ieſu Chriſti, & ſancta Eccleſia inuiolabiliter fundata ſuper eam perſiſtit petram, quã B. Petrus, non carne & ſanguine, ſed patre qui in cælis eſt, reuelante ſibi, cõfeſſus eſt, & illius fide regitur & gubernat omnis Eccleſia, cuiq; ſpecialiter quaſi primo paſtori, dictũ eſt: Tu es Petrus, & ſuper Matth. 16.
hanc petram ædificabo Eccleſiã meam: vbi eſt (inquã) illa regula Trinitatis, quam generaliter ſuis poſt reſurrectionẽ Dominus Apoſtolis cõmendauit, quorumq; principatum idem beatus gerebat Petrus Apoſtolus? Ite, inquit, docete oẽs gentes, baptizã- Matth. 28.
tes eos in nomine patris, & filij, & Spirituſſancti. Cur magiſter in nomine patris & filij & ſpirituſſãcti, & diſcipuli in nõe tãtùm Ieſu præcipiunt baptizari? Nunquid aliud veritas per ſemetipſam docuit, & aliud diſcipuli veritatis, vel aliam formã doctrinæ Eccleſijs tradiderunt? Abſit hoc. Nullus ſic deſipit, qui ſani capitis eſt. Nullus tã inſanæ furiæ mancipatus, qui hæc vel mẽte tractare pſumat. Sed videamus qualiter vtrunq; verum & ſanctũ eſt, ſocialeq; bonum & indiuiduum myſteriũ. Sacramentum igitur ſanctę Trinitatis, quã Magiſter & Dominus tribus enumeratis perſonis, in vno tamen nomine voluit demonſtrare: hoc eiuſdem veritatis diſcipuli, in vna de Trinitate perſona, id eſt, filij, totam ſanctamq; Trinitatẽ eſſentialiter, ſancto ſibi reuelãte ſpiritu, intelligere meruerũt. Quoniã ſicut crebriùs dictum eſt, Inſeparabilia ſunt ſemper opera trinitatis. Vbi enim pater, ibi inſeparabiliter filius & Spirituſſanctus. Et vbi filius, ibi inenarrabiliter pater & Spirituſſanctus. Et vbi ſpirituſſanctus, ibi incõprehenſibiliter

pater & filius. Nam etsi audiêrāt discipuli, præcipiente Dño & magistro propter my- Matt.28. sterių Trinitatis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti: audiêrūt profectò præsentes eum ostendentem sibi vnitatem naturæ: Ioan.10. Ego, ait, & pater vnū sumus. Et rursùs: Ego in patre, & pater in me est. Et iterùm: Pater Ioan.14. autem in me manens, ipse facit opera. Sed & verbū illud cōsubstātiale patri sanctoq; spiritui, internis intuētes obtutibus, quod Ioan.1. in principio erat, & apud DEVM erat, & DEVS erat, & per quem omnia facta sunt, semper in patre, semper cum patre, semper apud patrē, inseparabiliter sciebant permanere. Vndè non immeritò Philippus redargui debuit, qui alicubì fortassis patrē aut plus aliquid quærebat, cùm diceret: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Cuiq; protinùs à Domino quasi per increpationem refertur: Tanto(inquit) tem- Ioan.14. pore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrē meū. An nō credis, quia ego in patre, & pater in me est? De spiritu autem sancto, vt ostenderet eum suum patrisque, sic ait: Spiritus (inquit) veritatis, qui à patre procedit, ille me clarificabit. Nam qui de patre pcedit, patris profectò spiritus est. Et qui veritatis spiritus est, suus nihilominùs spiritus est, ipse enim de se dicit: Ego sum via, veritas Ibidèm. & vita. *Hinc per Esaiam patris testatur *Hunc esse, cùm propter assumptum hominem lo- Esaiæ 60. quitur: Spiritus Domini super me. Et illud: Dominus misit me & spiritus eius. Et quia suus est, idem ipse per Iohelē promisit, di- Iohel.2. Acto.2. cens: Effundam de spiritu meo super omnē carnem. Quàm benè ergò Dominus, alta & ineffabili sapientia vt ostenderet personaliter mysterių Trinitatis, In nomine(inquit) patris, & filij, & spiritussācti. Et vt demonstraret inseparabilem essentialiter indiuiduæ Deitatis vnitatē, præmisit. In nomine. Non enim ait, in nominibus, quasi in multis, sed in nomine, quia trinus & vnus est Deus. Non enim naturam, sed personas discreuit. Quàm feliciter quidem & Apostoli in nomine IESV, id est, Saluatoris, totam sanctam & ineffabilem docuerunt intelligere Trinitatem? Quàm Catholicè & sancti patres, in hac fidei stabilitate solidati, à patre sanctum spiritum procedere sunt professi? Quàm gloriosè & illi, qui eum ex patre filioq; procedere confitentur? Hinc perspicuè datur intelligi sempiterna DEI patris & omnipotens sapientia, quàm mirabiliter intelligentiæ nostræ infantiam erudire non cessat, cùm de se inclinatiùs loqui in sacro dignatur eloquio, vt se innotescat trinum & vnum DEVM. Modò propter personarum discretionem distinctè loquitur, modò verò indiscretè, propter consubstantialem indiuiduæ Deitatis vnitatem. Nā si semper indiscretè, abscōderet vtiquè mysterium Trinitatis. Si verò semper distinctè, excellentiam profectò celaret inseparabilem Deitatis. Docet nimirùm per sacras testamētorum paginas, modo mirabili vtrunq;, vt intelligamus & corde credamus ad iustitiam, & ore confiteamur ad Rom. salutem, Trinum & vnum Deum. Vndè & ipsa diuinitas trinus & vnus Deus, licèt sit inenarrabilis, non tamen est incognoscibilis. Cognosci nempe creator à sua rationabili debet creatura. Hinc est quod in Euāgelio vnigenitus, qui est in sinu patris, lo- Ioan. quitur genitori: Hęc est autem vita æterna, Ioan. vt cognoscāt te verum Deum, & quem misisti Iesum Christū. Hinc aliàs per Prophetam prædicendo testatus, dicens: Cogno- Hier. scent me(inquit) omnes, à minimo vsq; ad maximum. Hinc vas electionis de ignorātibus Deum per exprobrationem intonans ait: Qui ignorat, ignorabitur. 1.Cor. Inenarrabilis quippe est, quoniam quantus aut quid sit Deus, inueniri non potest, & nō solùm humana, sed neq; subtilis & incorporea angelica natura, summam illam & incōpræhensibilem & incircunscriptam diuinitatis essentiam, nulla* pleniùs inuestigare subtilitatis *penitus posset sagacitate. Nam etsi angeli fonti scientię perenniter assistētes, omnia sciunt, ipsum tamen scientię fontem, cuius sit magnitudinis, qui nec initium recipit, nec fine concluditur, metiri nequeunt. Magnus tamen est Dominus noster, & magna virtus Psal. eius, & sapientiæ eius non est numerus. Tantùm de illo absq; dubio sciunt, quantum ille illis de se reuelare dignatur. Verūtamen cognoscibiis est & illis, iuxta quod illi secundùm suam possunt naturam capaciùs sustinere, & nobis scilicet in speculo 1.Cor. & in ænigmate quādiù per fidem ambulamus, & nō per speciem, iuxta modū nostræ naturæ, inquantùm nostra præualet possibilitatis infirmitas summatìm sentire. In sacro autem eloquio vel in fidei instrumēto addere vel minuere, est non rectè, & aliter sentiendo intelligere, quàm à sanctospiritu per calamum linguæ sanctorum virorum ænigmatum mirabiliter constant mysteriorum sacramenta digesta, qui eandem sancto afflati spiritu, per sacras ea librorum exarare paginas studuerunt. Sicutì est mos proprius hæreticorum, qui negligentes diuinæ scripturæ sensum vel modū, genusq; locutionis, corrupti ab antiquo serpente, secundùm sua desideria coaceruāt sibi inextricabiles quæstionū tumultꝰ, & idcircò infuso ferrugineo stylo in tinctorio falsitatis, propriū, sed tamen peruersum, se dogma componere gloriantur. Quin potiùs peregrinis & varijs, quàm Ecclesiasticis ac spiritalibus abuti conantur doctrinis, paruipendentes veritatis refragratores Legis Leuit. præceptum, quo mysticè cauetur, sacerdotem

tem semèl in sua tribu, & de sua tribu vel stirpis suæ vxorem accipere, & ipsam virginem, ex eadem scilicet Christianæ religionis doctrina, qua semèl imbutus est, de qua Christianum nomē sortitum sese gratulatur sumpsisse, & ex qua per vndam regenerationis renatū se recognoscit in immaculatæ fidei puritatem quasi virginem, & non hæretica pollutione corruptā, in amplexu amoris excipere, ad propagandā Catholicę fidei posteritatis ex ea sobolem perdocetur. Sed his despectis, imitati prorsùs Zambri, in adulterino concubitu exarserunt. Num.25. Qui sermo alterius linguæ vernaculus elucubratus de proprio interpretatus dicitur fluxus vehemens siue canticum meum, qui deceptus in specie Ammonitidis scorti eā petijt, velut isti vehementi fluxu peruersæ doctrinæ immoderatiùs despumantes, delectantur in pulchritudine splendētis eloquētiæ peruersi dogmatis. Quem Phinees Dñi sacerdos, qui pprio de stylo transiatus, in Latino palato, oris augurių resonat, vel requieuit, vltrici trāsfixum pugione in locis genitalibus simul cum sua adultera interfecit. Tit.3. Quia videlicet censura Ecclesiasticæ disciplinæ hæreticū hominem, post vnā & alteram correptionem, expulsum de Ecclesiæ gremio æterno anathematis iaculo, simul cum sua cōdemnata stuprata hæresi, interimit. Quiescere nanque fecerat, iuxta nominis sui interpretationē, iram indignationis furorisq; Domini, quæ iam egressa erat ad perdēdum populum in vltionē petulci. Nam quemadmodùm lubricus ille Gen.3. serpens in paradiso deliciarū Euam corrupit astutia sua, cuius mentem mendacij venenum inficiens instigauit, nè veritati crederet, sed potiùs acquiesceret falsitati, dū pręceptum inobedientię malè interpretando persuasit transgredi: Ità nunc versipellis in hoc paradiso sanctæ Ecclesiæ, quæ spiritalibus diuitijs affluit, per hæreticorū molitur semper pectora nequitiæ virus infundere, quatenùs falsitatis debriati poculo, errabūdo poplite per anfracta erroris euacuantes, veritatis inuenire nequeant fontem. Vndè & Paulus de quibusdā dubius, 2.Cor.11. præcauens ait: Timeo enim, nè sicut serpēs decepit Euam astutia sua, ità corrumpātur sensus vestri, nè credatis veritati. Quemadmodùm infelix Arrius huius serpentis crapulatus veneno, addere vel demere in sancto Euangelio conatus est. Vbi mediatoris vocem intonantis prurienti aure, & cauteriata audiêrat conscientia, & perfunctoriè legerat secundùm hominem dixisse: Vado Ioan.14. ad patrem, quia pater maior me est. Super hoc igitur quasi addidisse quiddā conuincitur, cùm polluto sensu, & impio ore ex suo intulit: nō solùm secundùm humanam naturam, sed & secundùm diuinitatem, minorem eum & posteriorem patre mētiri nō timuit Quæ nunquā in sacrosanctis Euangelijs, in nulla saltem qualibet diuinorum testamentorū serie se legisse poterit approbare. Et quasi minuisse de sancti Euangelij lectione reus cōstringatur, vbì surda & ob- Psal.57. turata quasi aspis aure, eundē vnigenitum Dei filium audire despexerat: Ego & pater vnum sumus. Ioan.10. Hinc quoquè videt minuisse, sed sibi * ibì impudenter addidisse, sed ad suam perniciem, nihil præiudicans diuinis oraculis. Sancta aūt & veneranda Euangelij sacramēta, cunctis inuiolata seculis permanebunt. Catholicus verò quilibet doctor, rectè sentiens, iuxta quod à Domino gloriosiùs est prælibatum, quomodò & secundùm hominē minor, & secundùm Deū æqualis sit patri, hæc multiplici euidenter exponēdo sermone explicuit, nō addidisse vel minuisse, sed irrepræhensibiliter prędicandus est, latentia sancti Euāgeij mysteria suppleuisse. Multa quidem huiuscemodi, & his similia obiectionum spicula, ex arcu linguæ intorta inueniri poterant, quibus aduersantium obtrectatorum cōfossa pectora, saucioq; infecta vulnere reticerent: sed propter breuitatis cōpendium, ab his iam iamque calamo subtrahendo decreuimus temperare. Nā in Apocalypsi Ioannes Apostolus sub vnius libri appellatione, de tota vtriusq; testamenti serie cōtestatus est, di- Apoc.vlt. cens: Si quis(inquit) apposuerit ad hæc, apponet Deus omnes plagas scriptas in libro hoc: Et si quis diminuerit de verbis libri pphetię huius, auferet Deus partem illius de libro vitæ, & de ciuitate sancta. Veruntamē sanctos prædicatores Ecclesiæ hæc nō percellit vltionis vindicta, quos ipsum nimirū Apocalypsis librum, & vnumquodq; capitulum scripturarum multiplici disputationum stylo, per singula exponendo salubri explicuisse, pmulgatione laudamꝰ, quosq; pro his sempiternam credimus recepturos mercedē. Ipse quippe mediator Dei & hominum, Dominus & magister, multa in parabolis, quas ipse pposuerat, mellifluo diuinitatis exponendo ore, verborū insignia multiplicauit, & duobus in via ambulanti- Lucæ 24. bus aperuit sensum, & incipiens à Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Sed & beatus Apostolus nō est culpandus, qui legis ænigmata per multiplicia disputationum disseruit verba. Hucusquè ppter eos, qui nequeunt ad purum subtiliter intelligere, quid sit in sacro eloquio addere vel minuere. Nunc autem his ità digestis, proposita nostræ repromissionis debita tandèm aliquandò pleno reddere calamo iam non differamus.

De causa nempe fidei, polliciti sumus contra eos disputare, qui varijs erroribus implicati, nō rectè sentiūt de mysterio Trinitatis. Contra eos videlicet, qui de personarum

narum discretione dubitant: qui ipsum putant esse patrẽ, ipsumq; filium, qui inferiorem filium & posteriorem mentiuntur esse patre, qui tria principia confitentur. Nos autem cum sanctis patribus vnum principium cõfitemur, Patrem, & filium & spiritum sanctũ. Scriptum est enim: Tecum principium in die virtutis tuæ. Non principium quod incipit, vel quasi initiale, sed principium quod præcedit omnia. Quia nũquàm nõ fuit pater, hoc est, paternum nunquàm defuit nomẽ, quia semper pater fuit & est. Et nunquàm non fuit filius: hoc est, quia filij nomẽ nunquàm defuit, quia semper & sinè initio filius fuit & est. Contradicimus per omnia Patripassianis, qui diuinitatem eius passibilem ausi sunt elinguare. Similiter & illis non cedimus, qui in duos videntur filios vnum Christum Dei filium diuidere, dum illum naturalem & adoptiuum affirmare moliuntur, dum vnus idemq; sit Dei hominisq; filius, cui per Prophetã dicitur: Tu autem idem ipse es, & anni tui nõ deficient. Sed meliùs hæc intimamus, si ipsum, sicut præfati sumus, textum symboli, ac deincèps quæ sequuntur, hoc exequimur ordine. Obsecramus vos fratres, & germano obnixiùs imprecamur affectu, vt ab hoc loco ea quæ sequuntur, vsquequò peruenitur vbi legitur de diuina vnigeniti essentia, hoc modo, In qua regnat in vnitate & Trinitate cum patre & sancto spiritu, scribentes illa non in membranis vel morticinis pellibus, sed in tabulis cordis carnalibus, memoria retinere curetis.

Pſal. 109.

Patripaſſiani ſunt ijdem, qui Sabelliani

Pſal. 101.

SYMBOLVM FIDEI.

CRedo in vnum Deum patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnũ Dominum Iesum Christũ, filium Dei vnigenitum, ex patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, deum verum de Deo vero, genitum, non factum, cõsubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factꝰ est. Crucifixus etiàm pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secũdùm scripturas. Ascendit in cælos, sedet ad dexterã patris. Et iterùm venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos. Cuius regni nõ erit finis. Et in spiritum sanctum Dominũ & viuificãtem. Qui ex patre filioq; ꝓcedit. Qui cum patre & filio simul adoratꝰ, & conglorificatur. Qui locutus est per Prophetas. Et vnam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma, in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorũ. Et vitam futuri seculi, Amen.

Sanctam aũt, perfectam & inseparabilem & ineffabilem veramq; Trinitatem, id est, patrem & filium, & Spiritum sanctũ, indiuiduam cõfiteor in vnitate naturæ, quia trinus & vnus est Deus. Trinus nimirùm, per distinctionem personarum: vnus verò, per substantiam inseparabilem Deitatis. Has igitur tres personas, patris, filijq; ac Spirituſsancti, nõ putatiuas vel quasi suspicabiles tantùm, sed veras subsistẽtes, coæternas, coæquales credimus & consubstantiales. Alia est enim persona patris, alia filij, alia spirituſsancti. Sed pater & filius & spirituſsanctus, non tres dij, sed vnus est Deus. Nã pater verus Deus, verè & propriè pater est. Qui genuit ex se, id est, ex sua substãtia, intemporaliter & sinè initio verum filium, coæternum, consubstantialem, & coæqualẽ sibi. Et filius verus Deus, verè & propriè est filius, qui ante omnia secula genitus est de patre intemporaliter & absque vllo initio. Lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. Et nunquàm fuit pater sinè filio, nec filius sinè patre. Pater etenim semper pater est, erat, & erit. Et filius semper filius est, erat, & erit. Et nunquàm nõ fuit pater, quia nunquàm non fuit filius. Semper enim pater, qui genuit sibi æqualem filium. Semper quidẽ filius, qui genitus est, æqualis patri. Spiritus nanq; sanctus verus Deus, verè & propriè Spirituſsanctus est. Nõ genitus, nec creatus, sed ex patre filioq; intemporaliter & inseparabiliter procedẽs. Cõsubstantialis, coæternus, & æqualis patri filioq; semper est, erat, & erit. Et nunquàm fuit pater aut filius sinè spirituſsancto. Nec Spirituſsanctus sinè patre & filio. Et idcircò inseparabilia sunt semper opera Trinitatis, & nihil est in sancta Trinitate diuersum aliqd aut dissimile vel inæquale. Nõ diuisum naturaliter, non confusum personaliter: nihil maius aut minus. Non anterior, non posterior, non inferior, non superior. Sed vna & æqualis potestas, par gloria, sempiterna & coæterna consubstantialisq; maiestas. Vnũ nanque sunt essentialiter pater, & filius, & spirituſsanctus. Et idcircò vnus est Deus: Sed non vnus, propter personarum discretionem, pater & filius & spirituſsanctus. Verus enim pater, propriè pater est, & non est filius. Et verus filius propriè filius est, & non est pater. Spiritus quoquè sanctus propriè spirituſsanctus est, & non est personaliter pater vel filius, sed ex vtroq; ꝓcedit. & tamẽ nõ sunt tres dij, sed vnus est Deus. Et in hac sancta Trinitate nihil (quod absit) aliquid putandum est visibile, corporale, palpabile, vel compræhensibile. Omnipotens nanque sancta Trinitas inuisibilis, incorporalis, impalpabilis, incompręhensibilis, incircunscripta, infinita, immensa & sempiterna, omnia nutu & imperio suo gubernat. Nam etsi legitur oculus ꝺomini vel brachium

brachium siue dextẽra & cætera, nõ membrorum positionem, vel molem corporis, sed effectum summæ & inenarrabilis diuinæ potentiæ, integra rectæ fidei credulitate debemus intelligere. Nã quia omnia videt, & omnia penetrat, & cuncta nuda & aperta sunt ante eum, oculos habere dicitur: quia verò nos sua virtute creauit, regit, protegit & defendit, brachium vel dexteram habere perhibetur, & his similia. De hac autem ineffabili Trinitate, sola verbi Dei persona, id est, filius, in vltimis diebus propter nos & propter nostram salutẽ, secundùm propositum secretæ dispensationis arbitrium, descẽdit de cælis, vndè nunquàm recesserat. Incarnatus est de spiritu sancto, & ex semper virgine Maria verus homo factus est, verusq; permanet DEVS. Nec obfuit humana & tẽporalis natiuitas, diuinæ illi & intemporali natiuitati: sed in vna Christi Iesu persona verus Dei verusq; hominis filius. Non alter hominis filius, & alter Dei: sed vnus idemq; Dei hominisq; filius, in vtraq; natura, diuina scilicet & humana, Deus verus & homo verus. Non putatiuus Dei filius, sed verus: nõ adoptiuus, sed proprius, quia nunquàm fuit propter hominem quem assumpsit, à patre alienus. Solus enim sinè peccato natus est homo, quoniam solus est incarnatus de spiritu sancto & immaculata virgine nouꝰ homo. Cõsubstantialis deo patri in sua, id est, diuina: cõsubstantialis etiàm matri, sinè sorde peccati, in nostra, id est, humana natura. Et ideò in vtraq; natura proprium eum & nõ adoptiuum Dei filium cõfitemur, quia inconfusibiliter & inseparabiliter, assumpto homine, vnus idemq; est Dei & hominis filius. Naturaliter patri secundùm diuinitatem, naturaliter matri secundùm humanitatem. Proprius tamẽ patri in vtroq;: quoniam sicut dictum est, non sunt duo filij, alter Dei & alter hominis, sed vnus Christus Iesus propter vnam personam, Dei & hominis filius, Deus verus, & homo verus, in anima rationali & vera carne. Perfectus homo secundùm humanitatem, perfectus Deus secundùm diuinitatem. Qui in eadẽ natura, id est, humana, quã sumpsit ex virgine, humanas pertulit infirmitates, nõ fragilitatem peccandi: sed in eadem dignatus est crescere per incrementa temporis, esurire, sitire, fatigari, contumelias & opprobria sustinere. Dignatus est flagellari, crucis patibulum subire, lanceam in latere excipere, clauis trãsfigi, fel & acetum gustare. In eadem dignatus est mori, sepeliri, ad inferos descendere, tertia die resurgere, cum discipulis conuersari: & post triumphũ victricis glòriæ eandem humanam naturam, ascendendo super omnes cælos, exaltatam super omnes angelos, in patris dextra collocauit. In eadem iterùm venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculũ per ignẽ, redditurus vnicuiq; secundùm opera sua: impijs vtiquè supplicium sempiternum, iustis verò vitam æternam. Diuina autem illa ineffabilis natura, in qua Deus est æqualis patri sanctoq; spiritui, impassibilis, immutabilis, incõuertibilis, vbiquè prẽsens, semperq; omnipotens, inuiolata permanens, in qua regnat, in vnitate & Trinitate cum patre & sancto spiritu, & nunc & semper, & per cuncta secula seculorum, Amen.

Oculi Dei.

Dextra Dei.

Hanc igitur Catholicæ fidei syncerisſimam puritatem volumus omnes Dei sacerdotes, omnesque gradus Ecclesiæ, summo cum studio, & absque vllo vitio, ità vt nè vnus quidem apex intermittatur, vel augeatur, distinctè & sensatìm discendo memoria retinere, & posteris suis discenda derelinquere. Si quis vigilàtiori sensu antè potuerit, laudamus & hortamur. Qui verò imbecilli ingenio torpens, antè nequiuerit, in anniuersaria tamẽ proximiore huius venerandi cõcilij volubiliq; sessione, cùm vestris obtutibus, auxiliante Domino, pusillitatis nostræ præsentiam vita comite, repræsentari meruerimus, DEO amabilis fraternitatis vestræ charitas, hanc, sicut dictum est, memoria retineat: ità sanè, vt in nostræ humilitatis adspectu, eam studiosè valeat recensere: alioquin difficilè vos vitare Ecclesiasticas ferulas æstimate.

Symbolum verò & orationem Dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis ætas, omnis sexus, omnisq; cõditio: masculi, fœminæ, iuuenes, senes, serui, liberi, pueri, coniugati, innuptæq; puellæ: quia sinè hac benedictione, nullus poterit in cælorum regno percipere portionem. Qui autem obseruauerit hæc, & à malis operibus se custodiêrit: & in præsenti seculo saluus erit, & in futuro cum angelis congaudebit.

Non nouas charisſimi regulas instituimus, nec superuacuas rerum adinuẽtiones inhianter sectamur, sed sacris paternorum canonũ recensitis folijs, ea quę ab eis benè digesta, salubriq; ꝓmulgata mucrone persistũt, summa deuotionis veneratione amplectentes, recentiori stylo operæprecium duximus renouare: quatenùs ad modum mundi ac ruminantis, vngulasq; findentis animalis, deuoratas escas ad faucem memoriæ reuocantes, quasi ruminando per sacræ lectionis studium dudùm depastum spiritale pabulum, subtiliùs liquidiusq; sese in ventrem mentis refundat. Quo satiati deliciarum suauiter epulo, ad referendas superni largitoris gratias, de cuius benignitatis manu, cũcta gratuito suscepimus munere, modis omnibus incitemur. Qui vt nos post culpam discordiæ ingratos funiculo charitatis trahendo, ad patris suamq; gratiam reuocaret, cùm in forma Dei esset, æqualis

æqualis patri, semetipsum pro nobis exinaniuit, formam serui accipiens, mediator inter Deum & nos fieri dignatus est: cuius liuore ab eo, quod diabolus inflixerat, mortis vulnere mirabiliter sumus sanati.

Philip. 2.
1. Petri 2.

CAP. I.

Primùm igitur, vt iuxta priscas patrum diuinitùs editas sanctiones, nullus Domini sacerdotum, vel quicunque sub canone constituti, canonicas, quinimmò Apostolicas ignorantes aut paruipendentes definitiones, inordinatè vel inhonestè in domo DEI, quæ est Ecclesia, conuersentur. Sed in suo ordine cunctis persistentibus, pulchritudo Ecclesiastici decoris inuiolata permaneat. Illud summoperè vigilantiq; studio præcauentes decernere curauimus, vt nullus Canonicæ deditus ditioni, donũ sancti spiritùs, pecuniæ precio fraudulenter deceptus, vendere vel emere præsumat: Nè cui in quemlibet sacrum Ecclesiastici ordinis gradum, muneris exigẽte merito, liceat quempiam subuehendo promorere: patentique semper cordis aure pertimescens, intelligat clarissimam illam Domini vocem, dicẽtis: Gratìs accepistis, gratìs date. Hanc quippe pestiferam Simoniacam hæresim primus pastor Ecclesiæ in ipsa, vt ità dixerim, originali cupiditatis radice, anathematis ferro funditùs resecare curauit.

Matth. 10.
Acto. 8.

CAP. II.

Vt longè altiùs excellat vita pastoris cõparata subditi gregis, quibus singulariter boni pastoris voce dicitur: Vos estis lux mundi. Et rursùs: Vos estis sal terræ. Et iterùm: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Hinc etẽ colligi potest, inquantùm distare debet pastor à grege, dũ istos homines, & illos plusquàm homines, id est, lucem hominum, Dominus voluit appellari. Si ergò lux mũdi sumus, lucere vtiquè absq; nebulosa hypocrisis admixtione debemus: Et si sal terræ sumus, condire nihilominùs terrenas mentes sapientiæ sapore per verbum prædicationis debemus.

Matth. 5.
Ibidèm.

CAP. III.

Item placuit, vt sobriè & piè casteq; iuxta Apostolum, viuentes, fugiamus turpis lucri gratiam. Non in comessationibus & ebrietatibus, & inebriemur vino, in quo est luxuria. Quemadmodùm per semetipsam veritas generaliter in Euangelio præcipiendo protestatur, dicens: Cauete à crapula & ebrietate, & curis huius seculi. Vndè & in Ecclesiastico canone sententialiter cõstat decisum: aut cessare ab huiuscemodi vitij ingurgitatione, aut certè perseuerãtes, honoris iactura periclitari debere. Quorum huius vltricis sententiæ dictatorum nos complices ac fautores esse fatemur.

Tit. 2.
Ephes. 5.
Lucæ 21.

CAP. IIII.

Vt iuxta Niceni venerãdi diffinitionem concilij, nullus patiatur subintroductas mulieres secum in domo propria habere, vel priuatè cum eis cohabitantes conuersari. Et quanquàm de quibusdam inhonesta carentibus suspicione, clemẽtiùs aliquo modo inibì legatur indultum: nos tamen oẽs omninò nunc necessarium vetare prospeximus, eò quòd experimento didicerimus, illarum velamento aliàs licentiùs ad eos aditum veniendi perditionis causam habuisse. Nõ autem vetamus quempiam, sed potiùs adhortamur pauperibus personis iure sibi cognationis coniunctis, benefacere, cùm sit omnibus benefaciendum, sed ab eis segregatæ in suis degentes domicilijs perseuerent.

Niceni Côc. ca.

CAP. V.

Vt secularia negocia vltra modum mensurę nulli liceat exercere. Ait enim Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Intueri quapropter subtiliùs libet, cuius nos esse regis milites gratulamur. Et quia in castris Dominicis militamus, solicitè pẽsare constringimur, quibus armis muniti, cum tanto aduersario certaminis bella aggressi pugnare valeamus, vt expediti ab omi præsentis seculi impedimento, intrepidi in prima acie persistentes, post palmam victoriæ, triumphatricis gloriæ coronam ab eo rege, qui nos de antiquo hoste triumphauit, suscipere mereamur.

2. Ti.

CAP. VI.

Item placuit, vt eas prorsùs mundanas dignitates, quas seculares viri vel principes terræ exercere solent, in venationibus scilicet, vel in canticis secularibus, aut in resoluta & immoderata lætitia, in lyris & tibijs, & his similibus lusibus, nullus sub Ecclesiastico canone constitutus, ob inanis lætitię fluxum, audeat, fastu superbię tumidus, quandoquè præsumendo abuti: nisì fortè, si in hymnis & spiritalibus canticis delectatur, de sacris videlicet scripturarum voluminibus dignè honesteq; cõpositis vtatur. Ab his igitur non solùm nõ inhibemus abstinere, verùm etiàm conniuentes licentiæ concedimus votum.

CAP. VII.

Item placuit, vt nullus Episcoporũ presbyterum, vel diaconum, vel archimandritam in dispendio honoris cõdemnare præsumat, absque huius venerandæ sedis consultu. Si quis post hæc prohibita, temerarius vsurpare tentauerit, nõ erit ambiguus de sui honoris periculo.

CAP. VIII.

De his autem, qui propinqui sanguinis affinitatẽ sibi in matrimonium sociare tentauerint, quia valdè grauis nimisq; asperrima in prisco canone ab antiquis patribus de hoc negocio iudicialis sententiæ elimata sub pœnitentię flagello persistit vindicta: idcircò tanti pręcauentes flagitij periculum, vt meliùs cautiusq; prospeximus, dignum duximus diffinire: Ità dũtaxàt, vt nemini liceat furtìm raptimq; nuptias cõtrahere, nè fortè per erroris ignauiã, vel certè (quod peius est) diabolico instigati amore, illicita cõnubia celebrentur. Sed interuẽtis pactis sponsalibus, per aliquã dilationis moram, requisiti quinetiàm diligenti cura vicini vel maiores natù loci illius, qui possint scire lineã generationũ vtrorunq;, sponsi scilicet vel sponsæ. In eo etiàm, vt sinè notitia sacerdotis plebis illius nullatenùs fiat, quatenùs nulla deincẽps separationis tribulatio intercedat. Si verò hoc ordine cuncta peragantur, ac probatũ sinè fraude testium fuerit, & causa contigerit, quòd posteà aut ipsi recordati fuerint, qui primùm se nescire professi sunt, aut certè per aliorum veracium hominum testimonium, inuenti fuerint in eo gradu cõsanguinitatis, qui segregari solent, segregentur quidẽ ab inuicèm, & agãt pœnitentiam, & si fieri potest, perseuerent vtrique innupti. Quòd si propter incõtinentiam, vel certè, quod est honestius, amore filiorũ in id permanere nequeunt, trãseant quidem ad secundas nuptias. Hoc aũt dicimus secundùm indulgentiã, nõ secundùm imperium. Beatiores tamẽ erunt, si sic permanserint, secundùm nostrum consilium. Filij verò, qui ex tali matrimonio procreati fuerint, legitimi habeãtur ad hæreditatem defuncti capiendam. Qui aũt nõ obseruauerint omnia hæc, quæ pro salute animæ & frugalitate vitæ suprà compendiosè scripta legũtur, & furtiuas vel interdictas nuptias cõtrahere præsumpserint, & proximi cognationis fuerint inuenti, separentur quoquè & ipsi, & cunctis diebus vitæ suę sub pœnitentiæ lamento permaneant: atq; ad secundas nuptias nũquàm ille vel illa perueniãt, alieni à cõmunionis gratia iudicẽtur: filijq; qui de hoc tam incesto coniugio nati fuerint, improbi habeantur, nullamque rerum adipisci valeant parentum facultatem.

Nuptiæ clandestinæ vitãdæ.
1. Cor. 7.

CAP. IX.

Illud præterea per omnia præcauentes, prohibere decreuimus, vt nullus præsumat ante annos pubertatis, i. infra ætatẽ, puerũ vel puellã in matrimonium sociare, nec in dissimili ætate, sed coætaneos sibiq; cõsentientes. Multa sæpiùs ex huiuscemodi nuptiali contractu ruinas animarũ factas audiuimus, & tales fornicatiões perpetratas, quales nec inter gentes: Ità planè, vt cùm cõtigit puerum adultum esse, & puellã paruulã, & è contrario, si puella maturæ ætatis, & puer sit teneræ, & per virum cognata, & socrus deprænhendantur adulteræ, & per puellam frater vel pater puèri, tanti peccati flagitio pereant irretiti. Vndè qui hæc prohibita decæterò vsurpare præsumpserit, ab omni Ecclesiastico consortio sit alienus, sed * nec à publicis sit immunis iudicijs. *&à

1. Cor. 5.

CAP. X.

Item placuit, vt resoluto fornicationis causa iugali vinculo, nõ liceat viro quãdiù adultera viuit, aliam vxorẽ ducere, licèt sit illa adultera: sed nec adulteræ, quæ pœnas grauissimas vel pœnitentię tormentũ luere debet, alium accipere virum, nec viuente, nec mortuo, quem nõ erubuit defraudare, marito. Nam etsi legatur in sacris Euangelicis paginis, sola fornicationis causa dixisse Dominũ, dimittere virum vxorem suam: non tamen legitur cõcessisse aliam viuente illa in coniugio sibi sociare, prohibuisse quidem modis omnibus non ambigitur. Ait enim: Quicunq; dimiserit vxorẽ suam, nisì ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Qua de re ità diffinire prospeximus, vt iuxta eiusdem Dñi mellifluam vocem, nemo hæc interdicta violator inculcare præsumat. Sed quoniam in medio ambiguus interponitur sermo, id est, nisì ob fornicationẽ: quæri nimirùm potest, vtrùm ad solã licentiam dimittẽdi vxorem, qui dimiserit vxorem nisì ob fornicationem, an etiàm ad vtrunq; dictum refertur, hoc est, ad aliam viuente illa accipiendã, quasi dixerit: Qui dimiserit vxorẽ suam, & aliam, nisì ob fornicationem, duxerit, mœchatur. Et idcircò peritissimi viri B. Hieronymi libellum cõmentariorũ recenseri nobis studiosè mandauimus, anxiè vtiquè cognoscere festinãtes, qualiter idẽ famosissimus doctor, hæc sacrata Dominica verba, iuxta capacioris ingenij sui subtilitatem, sensisse mõstrarer. Cuius nimirùm sensum sagaciter explorãtes, in promptu nihilominùs patuit, ad solã dimittendi vxorem licentiam pertinere. Nam cùm more suo vir sanctus huius capituli summatìm seriem exponendam transcurreret, inter cætera & post pauca sic ait: Et quia poterat (inquit) accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam copulam nuptiarum veteri crimẽ impingeret, sic priorẽ dimittere iubetur vxorem, vt secundã prima viuente non habeat. Non enim debet imitari malum adulteræ vxoris, & si illa duo, immò vnam carnẽ per scissuras fornicationũ diuisit in tres, diuidat in quatuor. Vndè patenter datur intelligi, quandiù viuit adultera, non licet viro, nec potest impunè secundas cõtrahere nuptias.

Matth. 5. & 19.
In cap. 19. Matthæi.

CAP. XI.

Item placuit de fœminis cuiuscunq; cõ-

ditionis, puellis ſcilicet vel viduis, quæ virginitatis ſiue continentiæ propoſitum ſponteneè pollicentes, DEO emancipatæ fuerint, & ob continentiæ ſignum nigram veſté, quaſi religioſam, ſicut antiquus mos fuit in his regionibus, indutæ fuerint, licèt non ſint à ſacerdote ſacratæ, in hoc tamen propoſito eas perpetim perſeuerare mandamus. Si verò poſteà ſeſe ſiue clanculò corruperint, ſeu publicè nupſerint, dignis quidé mundano iudicio corporalib⁹ coércitæ vindictis, ſegregentur ab inuicèm, & agant cunctis diebus vitæ ſuæ pœnitétiam, & à cómunione corporis & ſanguinis Chriſti priuentur: niſi fortè pótifex, reſcita illorum pœnitentia, ſi digna fuerit, humaniùs præuidens, poterit communionis gratiam indulgere. In extremo tamen vitæ ſuæ viatico humaniùs indulto non defraudentur. Et in his rebus præcipuè illa modis omnibus cuſtodiatur interdictio, vt nulli liceat prædictis perſonis habitum, id eſt, veſtem mutare, abſq; ſui Epiſcopi conſcientia.

CAP. XII.

Monaſteria virginũ vt nulli fas ſit adire.

Hoc igitur inuiolato ſtylo iuſtè ſancire pſpexim⁹, vt monaſteria puellarũ, quę ſub diſciplina regulæ degunt, obſtructiùs munitis clauſtris, nullo pateãt, niſi fortè ſumma compellentę neceſſitate, aditu virorũ. Sed neq; presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, vel etiàm archimandritis, quaſi viſitationis vel prædicationis cauſa, ſinè permiſſu Epiſcopi ciuitatis, ſibi licentiam tribuat ineundi. Quinetiàm nec Epiſcopus abſq; ſacerdotibus vel clericis ſuis, vt decet, & honeſtè conuenit, adire illuc licentiùs ſe exiſtimet. Sed ſiue ipſe, ſiue quelibet religioſa pſona, alienus ab illicita ſuſpicione, quem morum grauitas ornat, permittente & admonente Epiſcopo exhortationis vel ædificationis obtentu, quę ad ſalutem animæ pertinet, dignũ fuerit vt adeant hæc Deo dicata loca, non aliter, ſed cũ idoneis teſtibus peragãt, nè propter incautam præſumptionem ſanctæ Eccleſiæ infametet angelicus ordo. Et nulla vllo vnquàm tempore licentia ſit Abbatiſſæ vel cuilibet monachę, transfigurãte ſe ſatana in angelũ lucis, quaſi orationis cauſa, ſuggerente eis, Romam adire, vel alia loca venerabilia circuire. Quàm ſit nanq; irreligioſum & reprehenſibile, cum viris propter itineris neceſſitatem cõuerſari, nullus tam excors eſt vel deſipiens qui ignoret. Si quis poſt hanc definitionem huius reuerendi cócilij, de his quæ cõſona voce ſalubriterq; ſtatuta ſunt, temerario auſu violare tentauerit, canonicis coércetur vindictis, ſcilicet aut iuxta modũ & qualitatem culpæ excommunicatiõe mulctet, aut anathematis vinculo punitus vinciatur: aut certè honoris proprij amiſſione nudatus, reus ab Eccleſię gremio euellatur. Hæ enim ſunt canonicæ vltrices vindictæ, à quibus nullus ſacrę legis preuaricator poterit immunis abire, niſi fortè pœnitentiæ interueniente medela, veniam meruerit adipiſci.

CAP. XIII.

Diem aũt Dominicum inchoante noctis initio, id eſt, veſpere ſabbati, quæ in prima luceſcit ſabbati, quãdò ſignum inſonuerit, vel hora eſt ad veſpertinum celebrandum officium, nõ propter honorem ſabbati vltimi, ſed propter ſanctã illam noctem primi ſabbati, hoc eſt, Dominici diei, cum omni reuerẽtia & honorifica religione, venerari omnibus mãdamus Chriſtianis. Abſtinere primùm omnium ab omni peccato, & ab omni opere carnali, etiàm à proprijs cõiugibus, & ab omni opere terreno, & nihil aliud vacare, niſi ad orationẽ: concurrere ad Eccleſiã cum ſumma mentis deuotione, ceſſante omni cauſarum ſtrepitu: cum charitate & dilectione benedicere Deũ patrẽ, & laudare totis medullis cordis vnigenitũ Dei filium, qui iſtã diem per gloriosam ſuã ſanctificauit reſurrectionem: & hymnũ dicere ſancto ſpiritui, qui eam benedixit per admirabilem ſuum aduentum, quandò in igneis linguis ſuper beatos deſcendit Apoſtolos. Sed & omniũ penè dona chariſmatum in eadem ſacratiſſima die credũtur in mundo collata. Nam in ipſa die Dominus poſt reſurrectionem in diſcipulis ſuis ſpiritum ſanctũ ad remittenda peccata inſufflauit. In ipſa in deſerto Dominus de quinq; panibus quinq; millia hominum pauit. In ipſa die manna pluit de cælis primùm in eremo, & multæ aliæ ſpiritaliũ munificentiæ rerum in ipſa die ſunt manifeſtatę, quas cunctas longum eſt per ordinem recẽſeri. Ipſum eſt enim ſabbatum Dñi delicatum, de quo ſcriptura dicit: Qui fecerit in eo opus ſeruile, id eſt, peccati, morte moriat. Porrò ſi de illo ſabbato diceret, quod Iudęi celebrant, quod eſt vltimum in hebdomada, quod & noſtri ruſtici obſeruant, diceret tãtùm, ſabbatum: & nequaquàm adderet, delicatum & meum. Sed quia differentiam voluit facere inter illud & iſtud, quod eſt Dñica dies, ideò addidit, meum. Ac ſi diceret, meum, non veſtrum: delicatũ, non in veſtris obſeruationibus maculatũ. Et ideò cum omni reuerentia eſt à nobis honorandũ atq; colendum. Cæteræ verò principales feſtiuitates & ipſę ſunt venerãter honorãdę vel cuſtodiendę. Et illa feſta, quæ ſacerdotes in Eccleſia prædicant, modis omnibus ſunt cuſtodienda. Nos autem, qui ſacerdotes vocamur, debemus populũ nobis ſubiectum & prædicando verbis in omni bono, & faciendo quæ docemus exemplis inſtruere, in charitate, in caſtitate, in humilitate, in continentia, in modeſtia, in vigilijs, in ieiunijs & oratione, in religione, in eleemoſynis, in hoſpitalitate, inquãtùm

Dies Dominicus ſit colendus.

tùm vires permittunt, in verbo ſapientiæ ſale cõdito, in temperantia manducãdi vel bibendi, in cõuerſatione ſancta, in ſimplicitate cordis, in omni opere bono, piè & iuſtè viuendo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Tit. 2.

CAP. XIIII.

De decimis verò vel primitijs, ſaluis ſcilicet allegoricarũ rerum myſticis ſacramẽtis, nihil melius puto docere, quàm quod ſcriptum eſt in Malachia propheta, dicente domino: Inferte omnem decimam in horreum meũ, & ſit cibus in domo mea, & probate me in hoc, dicit Dominus, ſi non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vſq; ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & nõ corrumpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, & beatos vos dicẽt omnes gentes. Sed quia indignatio & ira Dei manet ſuper gentem vel populum, qui hoc Domini pręceptum toto corde & bona voluntate non adimplet, ſuprà præmiſerat, dicens: Si affiget (inquit) homo Deum, quia vos cõfigitis me? Et dixiſtis, In quo configimus te? In decimis & primitiuis veſtris. In penuria vos maledicti eſtis, & me vos cõfigitis gens tota. Qua de re quis non alacri & læto pectore offerat Deo, vt poſſit illam promereri benedictionem, de qua dicit: Effundam ſup vos benedictionẽ meam vſq; ad abundantiam? Vel quis non timeat vel contremiſcat illam maledictionem, quam minatur nolentibus offerre, Vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota? Et ſi fortè nobis non creditis, vel nos deſpicitis, quia homines ſumus: credite ergò ipſi Domino dicẽti, qui mentiri non poteſt, qui vtrunq; promiſit, & maledictionem in hoc ſeculo & in futuro, nolentibus obedire eius mandatis, & benedictionem, & abundantiam, & ſalutem animæ & corporũ bona voluntate obtemperantibus eius imperijs, & in præſenti ſeculo ſe daturum & in futuro. Non enim exigit Deus à te quæ non habes, nec penſat quantum tribuas: ſed inquantùm habes, ſimplici corde de ſuis, nõ de tuis, donis da Domino. Quia omne quod ſumus, viuimus & habemus, eius eſt, & de ipſius benignitatis ſuſcepimus manu. Conſiderat nanque qua mente, & non quantum in eius ſacrificium offeras: qui potens eſt, & in præſenti ſeculo centuplum, & in futuro vitam tribuere ſempiternam, Qui viuit & regnat cum patre & ſpirituſancto, & nunc & ſemper per cũcta ſecula ſeculorũ, Amen.

Malach. 3.

FINIS.

DECRETA
LEONIS PAPAE III.

Ex Platina de geſtis pontificum.

LEO tertius, patria Romanus, patre Azzupio, pontifex creaẽ, ac meritò quidẽ. Ab ineunte enim ætate ità erat educatus & eruditus diſciplina eccleſiaſtica, vt dignꝰ eſſet qui cæteris ãteferreẽ. Fuit prætereà vir caſtus, integer, pudicus, facundus. Doctorum virorum ità amator, vt eos vndequaquè ad ſe præmijs alliceret, eorumq́ue conſuetudine mirum in modum delectaretur. Prætereà verò ægrotos viſere, eosq́; ad patientiã adhortari, eleemoſynas indigentibus præbere, deſperatos cõſolari, errantes in viam rectam deducere prædicationibus & admonitionibus, quibus plurimùm ob eloquentiam & doctrinã valebat, ei peculiare fuit. Homo certè mitis ingenij, vt omnes diligeret, neminẽ odio haberet, tardus ad iram, ad miſerendum promptus, inſignis pietate, fortiſſimus rerũ Eccleſiaſticarũ, honorisq́; diuini ꝓcurator & defenſor. Creatur itaq; (vt dixi) pontifex vno omnium cõſenſu in natalitijs Stephani protomartyris, ſequentiq́; die acclamãtibus omnibus præ fauore in ſede Petri collocatur. Ijſdem verò temporibus, Conſtantini Imperatoris mater Irene, filij flagitia nequaquàm ferens, impellentibus quibuſdam ciuibus, Cõſtantinopolim reuertitur, ac Cõſtantinum captũ oculis in carcerem conijcit, vbi & meritò tanq̃ ſacrilegus, minimæq́; pietatis, quippe qui matrem relegauerat, vitam finiuit. Interim verò cùm Carolus multis rebellantibus vndiquè lacẽſseretur, Pipinum filium in Vngaros miſit: quos quidẽ grauibꝰ prælijs ſuperatos, tandèm ad deditionem cõpulit. Adelphonſus aũt Aſturiæ & Galliciæ rex, acceptis à Carolo auxiliaribus copijs, ſuperatiſq́; Sarracenis, Vlyxbonã vi cepit: qui verò in præſidio Barchinonæ erãt, Carolo, audita Adelphonſi victoria, ſe confeſtim dedunt. Superantur & Bauari, qui Foroiulianos vexabant, ab Henrico Caroli ꝓfecto. Interea verò Leo tertius dum ſuppli cationes à B. Gregorio inſtitutas, Romæ agit cũ populo & clero, Paſchalis primicerij & Campuli presbyteri fraudibus apud eũ B. Sylueſtri captus, ac pontificali amictu priuatus, multisq́; verberibus adeò cæſus, vt oculis & lingua captus putaretur, in monaſterio S. Eraſmi in vincula conijcit, vndè poſteà Albini cubicularij induſtria cuſtodes fallens, in Vaticanum ſeſe proripuit: ibiq́; tam diù latuit, quoàd Vinigiſius Spoletinorum dux clanculùm accerſitus, eum incolumẽ Spoletum perduxit, cohortibus

Anno Dñi 798.

Eodẽ die creatus eſt Leo 3. quo Adrianus obijt, nec ſedes vacauit.

militum

militum in itinere ſtipatum, nè aliqua hoſtium vi obrueretur. At ſeditioſi cùm ſæuire in Leonem & Albinum non poſſent, eorum domos à fundamentis diruunt. Ijdem quoquè (adeò audaces erant & temerarij) ad Carolum, qui tum bellum contra Saxones gerebat, quò Leonem profectum intellexerant, accuſandi hominis cauſa peruenêre. Verùm Carolus reiecta in aliud tẽpus diſceptatione, põtificem cum egregio comitatu Romã mittit, ſe eò breuì peruenturum pollicitus cõponendarum rerũ Italicarum gratia. Leoni verò ad pontem Miluium honoris & gratulationis cauſa clerus ac populus Romanus obuiàm factus, virũ ſanctiſſimum in vrbem introducũt. Carolus autem nõ diù immoratus, per Moguntiacos in Belgis poſitos. Noricúmq; montẽ in Forũiulij deſcendens, Taruiſinos graui ſupplicio afficit, quòd Henricum præfectũ occidiſſent. Creato verò in huius demortui locum altero, Rauennam primò, mox Romã expectatus proficiſcitur. Vrbem ingredienti, omnia certè & meritò quidẽ honoris genera adhibita ſunt. Octauo autem die poſtq; vrbẽ ingreſſus fuerat, in baſilica S. Petri, adſtãte populo & clero, epiſcoporũ omniũ, qui eò ex tota Italia & Francia conuenerãt, ſententias de vita & moribus põtificis rogat. Verùm ab omnibus vna voce reſponſum eſt, ſedem Apoſtolicã omnium Eccleſiarum caput, à nemine (laico præſertim) iudicari debere. Omiſſa autem ob tam graue reſponſum à Carolo quæſtione, Leo pontifex qui id iudicium maximè expetebat, ſuggeſtum conſcendens, ac Euangelia in manibus retinens, iureiurando affirmauit ſe omnium rerũ quæ ſibi obijcerentur, inſontem eſſe. Fuit is dies Idibus decẽbris, ſalutis anno 800. Dum hæc autem Romæ agerentur, Pipinus mandato patris, Beneuentanos duce Grimoaldo finitimos ſuos vexantes aggreſſus, magnis cladib⁹ ità perdomuit, vt egrè ſe mœnibus tuerentur, cui bello Vinigiſium Spoletanum ducem prẽficiens, ad patrem reuertitur, imperij coronam breui ſumpturũ. Nam pontifex Carolo optimè de Eccleſia Dei merito aliquam gratiam relaturus, cùm videret Imperatores Conſtantinopolitanos ægrè id nomen tueri, ac ob eam rẽm vrbẽ & Italiam ipſam magnas calamitates paſſam, in baſilica beati Petri poſt ſolennia ſacra, populi Romani ſcito ac precibus, ipſum Carolũ magna voce Imperatorẽ decernit, ac diademate donat, ter acclamante populo Romano: Carolo Auguſto à DEO coronato magno & pacifico Imperatori vita & victoria. Põtifex item hominem inunxit vnà cum Pipino filio, quem Italiæ regẽ ſolenni decreto pronunciauit. Accepta itaq; imperij poteſtate, Carolus Campulum & Paſchalem coniurationis reos, capite plectendos cenſet. At pontifex omni ex parte clemens, à Carolo rege tamen obtinuit, vt his vita condonaretur, in Franciamq; tantummodò relegarẽtur. Poſt hoc verò fuêre qui Carolo ſuaderent, vt omnes Longobardos Italia expelleret. Verùm cùm id nequaq; tutum videretur, quòd multis Italiæ populis ſanguine & affinitate coniuncti eſſent, cenſuêre ſimul & Carolus & Leo, Longobardorum nomen ibì tantummodò remanere, vbì ea gens præcipuè ſedem habuiſſet. Pipinus autem cùm in Samnium rediſſet, fruſtraq; per aliquot mẽſes Beneuentum oppugnâſſet, *Theate ſe cõferens, oppidum vi captũ incendit ac diripit. Indè Ortonam & Luceriam mouẽs, eas ciuitates timore perculſas, in deditionem ſtatìm accipit, ac Grimoaldum Beneuentanum ducem Luceriæ capit, qui non ità multò pòſt dolore animi perijt. Intereà verò Conſtantinopolitana imperatrix, miſſis in Italiam legatis, cum Carolo pacem & fœdus inijt, imperiumq; his terminis diuiſit, vt Irene ea Italiæ parte potiretur, quæ ad dexerã Neapoli incipiẽs, ad ſiniſtram Siponto, quæ vrbs nunc Manfredonia dicitur, infero ſuperoq; mari clauditur, vnà cum Sicilia. Reliqua verò Italiæ pars, Carolo ipſi ex fœdere obtigit: ea tamẽ loca ſemper excipio, quæ ditionis eccleſiaſticæ habebantur. At Nicephorus patricius ægrè ferens Irenæ mulieris imperium, cùm eam dolo captam, Lesbum in exilium miſiſſet, fœdus iam initum per legatos cum Carolo renouat: qui tum Saxones totiès deficientes, migrare in Franciam vnà cum vxoribus & liberis compulit, eos in itinere cum legionibus ſubſequens, nè quid maleficij inter eundum cõmitterent. At Leo cùm ſeditionibus ſemper vexaretur, ab vrbe diſcedens, Mantuam proficiſcitur ad viſendum Chriſti ſanguinem, qui tum miraculis magno in precio erat. Is autem à Mantuanis perbenignè ſuſceptus, approbato Chriſti ſanguine ob frequẽtia miracula, ad Carolum proficiſcitur, vt hominem veritatis cognoſcendę cupidum, eius rei certiorẽ faceret: ſimulq; etiàm, vt de componendis rebus Italicis inuicèm colloquerentur. Rediens deindè in Italiam, adiuuante Pipino rege, mandato patris de cõiuratis quibuſdam & ſeditioſis non ſinè clementia ſupplicium ſumpſit. Carolus autẽ iam ſenio grauis, cùm intellexiſſet Pipinum, quem (vt diximus) Italiæ regem præfecerat, Mediolani mortuum eſſe, Ludouicũ filium minorem natù, Aquitaniæ regem & imperij ſucceſſorem, Bernardum verò nepotem, Italiæ regẽ declarat: eiq; mandat, vt Ludouico rebus in omnibus obtemperet. Fines imperij hos eſſe voluit in Gallia, Rhenum ac Ligerim, qui in Celtis oriens, eos à Biturigib⁹ diuidit: in Germania verò, Danubium & Saum fluuios, his autem prouincijs Aquitaniam,

Nota ſententiã tot epiſcoporũ de non iudicando Pontifice.

Carolus Magnus fit Imperator.

Guaſconiam, magnam partem Hiſpaniæ, ciſalpinã Galliam, Saxoniam, vtranq; Pannoniam, Iſtriam, Tiburinos addidit: maritima verò Dalmatiæ, imperio Cõſtantinopolitano ſubiecta erant. Rebus autem ità compoſitis, dum Aquiſgrani eſſet valetudinis cauſa propter aquas calidas, quæ ibì ſcaturiunt, febre ac dolore laterum moritur, ætatis ſuæ anno ſecundo, & ſeptuageſimo, quinto Calẽdas Februarij, ſalutis verò anno 800. ac *15. Eius autem corpus nullo non genere honoris adhibito, in templo B. Virginis, quod ipſe magnis ſumptibus Aquiſgrani extruxerat, ſepelitur, hoc addito epigrãmate: MAGNI CAROLI REGIS CHRISTIANISSIMI ROMANORVMQVE IMPERATORIS CORPVS HOC SEPVLCRO CONDITVM IACET. Fuit autem Carolus, ſi eius res geſtas, tum domi, tum foris inſpicis, tantæ amplitudinis & integritatis Imperator, vt poſteà neminem ſuperiorem, nedùm parem habuerit. Adeò autem (cùm ei per ocium liceret) ſtudijs literarum delectatus eſt, vt primus (ſuadente tamen Albino) gymnaſium Pariſienſe inſtituerit. Tres autem menſas argenteas habuit, quarum vnam (in qua vrbs Conſtantinopolitana inſculpta erat) baſilicæ B. Petri, aliam (vbì imago vrbis Romę cernebatur) Eccleſiæ Rauennati dono dedit. Tertiam filijs reliquit, vbì inerat orbis terrarum deſcriptio. Sunt item qui ſcribãt hãc aureã fuiſſe. At verò Leo põtifex, reſtituto S. Pauli tecto, quod terræmotu conciderat, ædificatoq; à fundamentis apud S. Petrum ampliſſimo hoſpitali, quod Græci ξενοδοχεῖον vocant, necnon inſtitutis trium dierum ſupplicationibus ante diem aſſcenſionis, quibus prima die ab Eccleſia DEI genitricis Ad Præſepe, ad baſilicam Conſtantinianam: ſecunda, ab Eccleſia beatæ Sabinæ martyris ad ſanctum Paulum: tertia, à ſancta cruce in Hieruſalem, ad ſanctũ Laurentium extra muros ibatur: moritur primo ac vigeſimo pontificatũs ſui anno, quo etiàm cometes apparuit (vt nonnulli putant) tantæ calamitatis indicium. Sepelitur autẽ in baſilica ſancti Petri pridiè idus Iunij. Eius in morte ſedes tum vacat diebus decem.

Mors Caroli Magni, *14.

Academia Pariſienſis inſtituit.

CONCILIVM APVD THEODONIS VILLAM HABITVM, TEMPORE CAROLI MAGNI.

Theodonis villam aiunt oppidum eſſe ducatûs Luxouienſis ſeu Lutzenburgenſis, vulgò Dietenhouen appellatum, paruũ illud quidem, ſed fortiſſimum atque munitiſſimum.

IN Concilio apud Theodonis villam, vbì interfuerunt 32. Epiſcopi, Aiſtulfus Moguntienſis archiepiſcopus cũ ſuis ſuffraganeis, Hadabaldus Coloniẽſis Archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis, Hetto Treuirenſis archiepiſcopus cũ ſuis ſuffraganeis, Ebbo Rhemẽſis archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis, cum nuncijs reliquorum epiſcoporũ Galliæ & Germaniæ, ob nimiam præſumptionem quorundam tyrannorum, in ſacerdotes Domini bacchantium: & propter factum, quod in Vaſconia nouiter accidit, de Epiſcopo Ioanne inhoneſtè & inauditè *mordridato, decretum eſt, vt communi conſenſu & humili deuotione ſuppli carent auribus principis, ſi ſuę pietati complaceret, vt calumnia in Chriſti ſacerdotes peracta, iuxta ſynodalica determinaretur pleniter ſtatuta. Hoc idem Epiſcoporum iudicio placeret, ſi ex toto ſecundùm poteſtatem ipſorum poſſet definiri: id eſt, vt canonica feriantur ſententia, hi videlicet, qui timorem Domini poſtponentes, in miniſtros ſuos craſſare præſumunt. Quòd ſi verò pietati illius, iuxta capitula regum præcedentium, vbì eorum prouiſio miſericorditer in offenſis pecuniæ quantitatem interpoſuit, pro leuigatione ſcilicet pœnitẽtiæ, placuit, vt præfatæ res per pecuniam ab Imperatoribus & à ſibi ſuccedentibus ad defenſionem conceſſam & per pœnitentiã determinentur Epiſcoporũ iudicio, ſi pietas illius conlaudare voluerit, ſic definiri eis complacuit.

Si quis ſubdiaconem calumniatus fuerit, vulnerauerit vel debilitauerit, & conualuerit, 5. quadrageſimas ſinè ſubditis annis pœniteat, & 300. ſolidos cum ſua compoſitione & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas quadrageſimas cum ſequẽtibus annis pœniteat, & 400. ſolidos cum tripla ſua compoſitione & epiſcopalibus bannis epiſcopo componat.

Si diaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, ſex quadrageſimas ſinè ſubditis annis pœniteat, & quadringentos ſolidos cum cõpoſitione ſua & Epiſcopalibus bannis componat. Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſupradictas ſex quadrageſimas cum ſequẽtibus annis pœniteat, & ſexcentos ſolidos cum tripla ſua compoſitione &

id eſt, violenter & latrocinãter occiſo

episcopalibus bannis episcopo componat.

Si quis presbyterum calumniatus fuerit & spassauerit, 7. quadragesimas sinè subditis annis pœniteat, & 600. solidos cum triplici sua cõpositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autẽ mortuus fuerit, 12. annorum pœnitẽtia secundùm canones ei imponatur, & 900. solidos cum triplici compositione sua & episcopalibus bannis triplicibus episcopo cõponat.

Si quis episcopo insidias posuerit, comprænderit, vel in aliquo dehonestauerit, 10. quadragesimas sinè subditis annis pœniteat, & presbyteri non occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu & non sponte occidit, cum prouinciali episcoporum consilio homicida pœniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnẽ non comedat, vinum nó bibat cunctis diebus vitæ suæ. Cingulum militare deponat, absq; spe coniugij in perpetuo maneat.

Aistulfus Moguntiensis archiepiscopus dixit: Si principibus placuerit, alijsq; fidelibus suis, rogemus, vt conlaudetur & subscribatur. Et conlaudatum est, & subscriptum est, tam à principe quàm à cæteris omnibus.

CAPITVLVM ECCLESIASTICVM, APVD THEODONIS VILLAM A Carolo Magno & Ludouico & primis Galliæ conlaudatum & subscriptum.

PLacuit nobis & fidelibus nostris, vt sicut ab Episcopis & reliquis sacerdotibus ac Dei seruis, alio anno Triburię admoniti fuimus, & rogati, vt episcopi & eorum ministri, quos Deus suo, non humano iudicio reseruauit, iuxta sanctorum canonum sanctorumq; patrum ac capitularium præcedentium regum coràm positorũ statuta, vt Dei sacerdotes eorumque cooperatores, quorum intercessionibus & supplicationibus sancta DEI Ecclesia constare videtur, intacti permaneant: constituimus, vt si quis subdiaconum calumniatus fuerit, & cõualuerit, pœnitentia canonica pœniteat, & 300. solidos episcopo componat. Et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones ꝑcipiunt, pœniteat, & 400. solidos episcopo componat. Si diaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, pœniteat secundùm canones, & 400. solidos componat. Si non conualuerit, iuxta præcepta synodalica pœniteat, & 600. solidos episcopo cõponat. Si presbyter malè tractatus fuerit & spassauerit, secundùm eius episcopi sententiam pœniteat, in cuius territorij potestate esse dignoscitur. Si autem mortuus fuerit, vt synodus dijudicauerit, pœniteat, & 900. solidos episcopo componat. Et si quis episcopo insidias posuerit, cõprænderit, vel in aliquo dehonestauerit, pœniteat secundùm canonũ statuta. Et presbyteri non occisi triplicem compositionem cum iustitijs, quæ in superiori capitulo scriptæ & confirmatæ esse videntur, cõponat. Si quis per industriam episcopum occiderit, iuxta id quod apud Triburiam à viginti duobus episcopis decretum est, & quod ibi à nobis & à primatibus totius Germaniæ benigna collaudatione conlaudatum est & subscriptum est, pœniteat. Et hoc de nostro adiecimus: Vt si quis in his supradictis sanctorum canonum, nostriq; decreti sanctionibus, episcopis inobediens & contumax extiterit, primùm canonica sententia feriatur. Deindè in nostro regno beneficium non habeat, & *alodiseius in bannum mittatur. Et si annum & diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrũ redigatur: & captus, in exilium relegetur: & ibi tandiù custodiatur & constringatur, donèc coactus Deo & sanctę ecclesię satisfaciat, quod priùs gratis facere noluerat. Et si omnibus vobis ista placuerint, dicite. Et tertiò ab omnibus conclamatum est, Placet. Et Imperatores & penè omnes Galliæ principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces. Et ecclesiasticus ordo Deo & principibus laudes referentes, hymnum, Te Deum laudamus, decantauerunt. Et sic soluta est synodus.

ARELATENSIS SYNODVS IIII. SVB IMPERATORE CAROLO MAGNO.

PROLOGVS IN HANC Arelatẽ synodum.

DVM anno quadragesimo sexto inclyti & orthodoxi domini & principis nostri Caroli Imperatoris, sub die sexto idus Maias, æra 851. vnanimitatis nostræ conuentus in Arelatensium vrbe in basilica sancti Stephani martyris primi aggregatus consisteret, atque vnusquisq; nostrorũ ex more secũdùm ordinationis suæ tempus in locis debitis resideret, rerum omnium Domino priùs deuotissima gratiarum iura persoluimus pro eo, quòd nos & alternæ visionis contuitu solari permisit, & alternæ pacis osculo confouendos statuit,

statuit, diffusis cordibus simulque & vocibus precum murmura effundentes, vt sicut nos alternorum osculorum impensione lætificos efficit, ità serenissimum ac religiosissimum prædictum Dominum nostrum Carolum Imperatorem, cuius iussu fraternitatis nostræ cœtus est adunatus, fidei suæ conseruatione stabiliat, prærogatione iustitiæ muniat, pacem ei locupletem reddat, impensione misericordiæ fulciat, virium fortitudine roboret, commissa sibi regni gubernacula discreto moderamine tenere concedat, vt cõmissos sibi populos benignè regat, æquè disponat, & iure pietatis modificet. His deuotione prõptissima actis, cœpit vnionis nostræ numerositas de rebus spiritalibus mutua collatione inter se ora diffundere, atq; euentum rei expectatione mansuetissima præstolari. Igitur cùm hæc attentiùs agerentur, sic in eisdem venerabiles missi gloriosissimi ac pijssimi Domini nostri Ioannes Arelatẽ ecclesiæ archiepiscopus, necnon & Nibridius Narbonẽ sedis archiepiscopus surgentes, steterunt in medio concilij, & dixerunt: Sanctissimi & venerandissimi sacerdotes, gloriosissimus etenim ac serenissimus domin⁹ noster feruẽtissimi amoris Christi igne succensus, & sanctæ actionis ope perfunctus, vtpotè verus Christi discipulus & imitator, Ecclesiæ Dei statũ vigili instantia roborare disponit, sanctis Dei basilicis sese munificum exhibet, maligna contra se obseruatione agentibus animi liberalitate gratissima ac piæ miseratiõis instantia ignoscere consueuit, vt quæ in diuersis sanctæ vitæ studijs sese exercendo præpollet, atque omnibus Dei sacerdotibus obsecrans, & obtestans, vt ecclesias, quas regendas susceperunt, pia prædicatione instruant, moribus sanctis exornẽt, ac beatæ vitæ exemplis ædificent. Quocirca quoniã pro tot tantisque beneficijs, quę multimoda deuotione Ecclesiæ Dei, vel gentibus prorogare studet, quid illi vnanimitas nostra condignè respondeat, inuenire nõ prę-ualet: id salutari prouidentia (quæ semper est vtilis: immò semper est vtile, quod veram pertinet ad salutem) decernit atq; instituit, vt tam per omnes ciuitates vel loca, in quibus sedes episcoporum esse noscuntur, quàm etiàm per eorundem episcoporum diœceses cũctis diebus, quibus idem dominus noster in hac vita superstes extiterit, pro eo, vel pro cunctis eius filijs vel filiabus, sacrificiorum Deo libamina dedicentur, pia orationum vota soluantur, ac cum gratiarum actione superno numini commendentur, vt desideria in eis bona quotidiè multiplicẽtur, aduersantium conamina virtutis diuinæ dextera confringãtur, indulgentia & gratia eis à sua misericordia conferatur, vt suæ potentiæ defensione protecti, antiqui hostis decipulam euadant, & charitatis munere ac vitæ longæuitate pollentes, adire mereantur post transitum sidereas mansiones. Qui cùm sequenti die in eadem ecclesia sancti ac beatissimi Stephani martyris debitis in sedibus locaremur, inter cætera quæ subteriùs discreto capitulorum ordine sunt digesta, non aliundè primùm cœpimus habere sermonem, quàm de nostræ fidei puritate. Et quia initiandis ad beatam vitam hominibus hæc prima semper est via salutis, pręuia quoquè nostri & institutis pariter & præceptis, quæ per veram credulitatem in omi terrarum orbe diffusa expanditur, nostræ collationis eloquijs prædicetur, prædicata veraciter teneatur, retenta in penetralibus nostri pectoris illibata seruetur.

Professio fidei.

CAP. I.

Secundũ diuinas enim scripturas & doctrinã, quam à sanctis patribus accepimus, patrem & filium & spiritum sanctum, vnius Deitatis atque substantiæ confitemur, in personarum diuersitate Trinitatem credẽtes, in diuinitate vnitatem prædicãtes. Nec personas confundimus, nec substãtiam separamus: patrem à nullo factum vel genitum dicimus, filium à patre nõ factum, sed genitum adserimus: spiritum verò sanctum, nec creatum nec genitum, sed procedentem ex patre & filio, profitemur. Ipsum autem Dominum IESVM CHRISTVM, DEI filium & creatorem omnium, ex substantia patris ante secula genitum, descendisse vltimo tempore pro redemptione mundi à patre, qui nunquàm desijt esse cum patre. Incarnatus est enim ex spiritu sancto, & sancta gloriosa Dei genitrice virgine Maria, & natus ex ipsa solus idem Dominus Iesus Christus, vnus de sancta Trinitate, animam & carnem, perfectum sinè peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, æqualis patri secundùm diuinitatem, minor patre secundùm humanitatem, habens in vna persona duarum naturarum proprietatem. Naturæ enim in illo duæ, Deus & homo. Non enim duo filij, & dij duo, sed idem vna persona in vtraque natura, perferens passionem & morte pro nostra salute, nõ in virtute diuinitatis, sed in infirmitate humanitatis. Descendit ad inferos, vt sanctos, qui ibidèm tenebãtur, erueret: deuictoque mortis imperio, resurrexit, assumptus deindè in cælos, venturus est in finem ad iudicium viuorum & mortuorum, cuius morte & sanguine mundati, peccatorum remissionẽ consecuti sumus, resuscitandi ab eo in die nouissimo, in ea, qua nunc viuimus carne, & in ea, qua surrexit idem Dominus, forma, percepturi ab ipso alij pro iustitiæ meritis vitam æternam, alij pro peccatis supplicij æterni sen- Matt. 25. Dan. 12.

tentiam. Hæc est catholicæ Ecclesiæ fides, hanc confessionem seruamus atque tenemus. Quam quisquis firmissimè custodierit, perpetuam salutem habebit. Sanctæ etenim fidei mysterium oris nostri cõfessione pandentes, ad capitula, quę ob disciplinam ecclesiasticam, moresque malè errantiũ componendos necessaria sunt, vnanimitatis nostræ articulum flectere, & quæ oportuna sunt, discretis capitulis diffinire oportet.

CAP. 2.

Vt pro excellentissimo atque gloriosissimo domino nostro Carolo rege, seu liberis eius, omnes episcopi, presbyteri, seu abbates, & monachi in vnum collecti, inquantùm extremitas nostra prævalet, Psalmodiam, Missarum solennia, atque litaniarum officia omnipotenti Deo deuotissimè exoluere decreuimus.

CAP. 3.

De baptismo & mysterio sanctæ fidei, vnusquisque Archiepiscopus suos suffraganeos diligenter studioseque admoneat, quatenùs per studium sacræ lectionis imbuti, & de mysterio sanctæ fidei, & de sacramento baptismatis vnusquisque illorum, in propria parochia perfectè studioseque presbyteros, & vniuersum populum docere, & instruere non negligat: quia ignorantia mater cunctorum est errorum, & maximè in sacerdotibus DEI vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonet Paulus apostolus, dicens ad Timotheum: Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones, vt omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina.

Dist. 38. Ignorãtia. conc. Tolet. 4. cap. 24.

1. Tim. 4. d

CAP. 4.

Vt laici presbyteros, absque iudicio proprij Episcopi, non eijciant de Ecclesijs, nec alios immittere præsumant: quia quandò presbyteri ab Episcopis in parochijs ordinantur, necesse est, vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi, Ecclesias sibi deputatas accipiant, nè per ignorantiam (quod absit) etiàm in ipsis diuinis sacramentis offendant: quia à sanctis patribus institutum est, vt quandò ad Concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium vel baptismũ celebrent.

Dist. 38. qũ presbyteri. Con. Tolet. 4. cap. 25.

CAP. 5.

Vt laici omninò à presbyteris non audeant munera exigere, propter commendationem Ecclesiæ: quia propter cupiditatem plerunquè à laicis talibus presbyteris ecclesiæ dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni.

CAP. 6.

Prouidendum necesse est vnicuiq; Episcopo, qualiter canonici viuere debeant, necnon & monachi, vt secũdùm ordinem canonicum, vel regularem viuere studeãt, vt ait Apostolus: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

1. Cor. 7.

CAP. 7.

Vt in monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ & ætatis proiectæ viri, ad quascunque earum necessitates vel ministrationes permittantur intrare: ad faciendas verò Missas, qui ingressi fuerint, statim exacto ministerio, regredi festinabunt. Aliâs autem nec clericus, nec monachus iuuenis ad puellarum congregationem habebit accessum, nisì aut paterna, aut germana necessitudo probetur admittere.

CAP. 8.

Vt non amplius suscipiantur in monasterio canonicorum atque monachorum, seu etiàm puellarum, nisì quantum ratio permittit, & in eodem monasterio absque necessariarum rerum penuria degere possint.

Morgun. concil. tẽpore Arnulfi, ca. 23.

CAP. 9.

De decimis. Vt vnusquisque de proprijs laboribus decimas & primitias DEO offerat, sicut scriptum est: Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino Deo tuo.

Exo. 22.

CAP. 10.

De prædicatione. Prouidimus enim pro ædificatione omnium Ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi, vt non solùm in ciuitatibus, sed etiàm in omnibus parochijs, vt presbyteri ad populum verbum faciant, & vt benè viuere studeant, & populo sibi commisso prædicare non negligant.

CAP. 11.

De incestis coniunctionibus, sicut à sanctis patribus institutum est, nihil prorsùs veniæ reseruamus, nisì cùm adulteriũ separatione sanauerint. Incestos verò nullo coniugij nomine deputandos, quos etiàm designare funestum est, hos esse censemus. Si quis relictam fratris, quæ penè prius soror extiterat, carnali coniunctione violauerit: si quis fratris germanam, vxorem acceperit, si quis nouercam duxerit, si quis consobrinæ suæ se societ, si quis relictæ vel filiæ auunculi misceatur, aut patris filiæ vel priuignæ suæ concubitu polluatur, vel si quid est huiusmodi, quod & hîc adnotare longum est & innecti, barathrum negligentem quemlibet immergit.

CAP. 12.

Morgun. Conc.

De pacis bono atque concordia, vt ab omni-

pore Arnulphi, ca. 39. cententialiter.

omnibus omninò indisrupta teneatur inter episcopos & comites, inter clericos & monachos, & omnem populum Christianum, vt beatus apostolus Paulus docuit, dicens: *Sectamini castitatem & sanctimoniã, sinè qua nemo videbit Deum. Et idcirò quicquid illud est, quod nos ad veræ pacis studium & charitatis perfectionem prouocat, totis viribus nostris sectandum est: quicquid nos ab illa disiungit, vt venenum mortiferum à nobis cauendum est.

Heb. 12. d *Pacẽ sequimini cum omnib⁹, &

CAP. 13.

Vt comites, iudices, seu reliquus populus, obedientes sint episcopo, & inuicèm consentiant ad iustitias faciendas, & munera pro iudicio non recipiant, nec falsos testes, nè per hoc peruertant iudicia iustorũ: quia scriptum est, Iustitia eleuat gentem, iniustitia verò miseros facit populos. Et Psalmista: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

Prou. 14. d

Psal. 105.

CAP. 14.

Vt vnusquisque tempore famis aut cuiuslibet necessitatis, ad se pertinentes pro viribus suis gubernare studeat, quia scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et iterùm: Date, & dabitur vobis: dimittite, & dimittetur vobis.

Matt. 5. a

Luc. 6. f

CAP. 15.

Vt pondera vel mensuræ vbiquè æqualia sint & iusta, sicut scriptum est: Aequus modius & æquus sextarius. Et iterùm: Pondus & pondus, mẽsura & mensura: vtrunq; abominabile est apud Deum.

Leui. 19. g

Prou. 20. b

CAP. 16.

Nè in dominicis diebus publica mercata, neque causationes, disceptationesq; exerceantur, & penitùs à rurali & seruili opere cessetur, his solummodò peractis, quæ ad DEI cultum & seruitium pertinere noscuntur.

CAP. 17.

Vt vnusquisque episcopus semèl in anno circumeat parochiam suam. Nouerint sibi curam populorum & pauperũ in protegendis ac defendendis impositã. Ideoq; dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, priùs eos, sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendari, eorum insolentia regis auribus intimetur, vt quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coércat.

CAP. 18.

Vt presbyteri sub sigillo custodiãt chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel cuiuslibet rei donare præsumant. Genus enim sacramenti est, & non ab alijs, nisì à sacerdotibus, contingi debet. Quod si fecerint, honore priuentur.

CAP. 19.

Vt parentes filios suos, & patrini eos, quos de fonte lauacri suscipiunt, erudire summoperè studeant: illi, quia eos genuerũt, & eis à Domino dati sunt: isti, quia pro eis fideiussores existunt.

CAP. 20.

Vt ecclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec alia vlla possessione priuẽtur.

Mogunt. concil. tẽpore Arnulfi, cap. 23.

CAP. 21.

Vt de sepeliendis in basilicis mortuis, illa constitutio seruẽtur, quæ ab antiquis patribus constituta est.

CAP. 22.

Vt placita publica & secularia, neque in atrijs basilicarum, neque in ipsis basilicis fiant, dicente Domino: Domus mea, domus orationis vocabitur.

Turõ. cõcil. tempore Caroli. ca. 39.

Matt. 21. b

Et Mogũtini. tempore Arnulphi, ca. 22.

CAP. 23.

Nec comites vel vicarij, seu iudices vel centenarij, sub mala occasione vel ingenio res pauperum emant, nec per vim tollant, aut quolibet argumento subripiant: sed si cui aliquid possessionum emendũ aut vendendum sit, id in publico coram comite, & iudicibus, & nobilibus ciuitatis facere debebit.

CAP. 24.

Vt vnusquisque episcopus in sua parochia presbyteros vel diacones diligenter inquirat, & fugitiuos omnes clericos ad loca sua redire iubeat, & proprijs episcopis aut rectoribus quærentibus reddat.

CAP. 25.

Vt si quis beneficium de rebus ecclesiæ habet, ad tecta eiusdem ecclesię restauranda, vel ad ipsas ecclesias ædificandas omninò adiuuet.

CAP. 26.

Vt *qui publico crimine cõuicti sunt, rei publicè iudicentur, & publicam pœnitentiam agant secundùm canones. Hæc igitur sub breuitate, quæ emẽdatione digna perspeximus, quàm breuissimè adnotauimus, & domino Imperatori præsentãda decreuimus, poscentes eius clemẽtiam, vt si quid hîc minus est, eius prudentia suppleatur: si quid secùs quàm se ratio habet, eius iudicio emendetur: si quid rationabiliter taxatum est, eius adiutorio, diuina opitulante clementia, perficiatur.

* qui de

TVRO-

TVRONENSIS SYN-
ODVS III. TEMPORE CAROLI MAGNI.

PRAEFATIO.

VAntùm pijssimi Imperatoris nostri excellens animus, diuinæ sapientiæ fulgore sit irradiatus ad gubernandum præsentiũ rerum statum, ipsius Imperij sibi à Deo dati liquidò testanr negocia: quæ quanta sint industria administrata, quantaque prudentia ordinata, qui sapiens ac intelligens est, facilè perspicere potest: & eô præcipuè, quòd hic toto animo inuigilat, inuestigando quę ad pietatem & veram religionem pertinent, quorum fructus hominem in bono beatitudinis collocat. His igitur intentus, pios ac religiosos Dei sacerdotes, Ecclesiæ gubernacula in regno sibi diuina largitate collato tenentes, saluberrimis exhortationibus admonuit, vt operam darent, & actibus eminerent, quibus & se benè operando, & sibi commissos, verbis & exemplis instruendo regerent. Diffinitum itaque de locis & tempore, quandò & vbi coadunari fuerit opùs: & quod à tanto principe nobis iniunctum est, ad statuta loca cõuenimus: siquidem vrbe Turonis congregati episcopi, abbates, & venerabilis clerus, pro paruitate nostra, pauca quæ ad tantum opus pertinere animaduertimus, & quæ secundùm canonicam regulam emẽdatione indigẽt, distinctè per capitula adnotauimus, serenissimo Imperatori nostro ostendenda.

CAP. I.

Primò omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conuentui interfuêre, vt obedientes sint domino excellẽtissimo Imperatori nostro, & fidem, quã ei promissam habent, inuiolabiliter cõseruare studeant. Orationes quoquè assiduas intentè fundere pro eius stabilitate ac incolumitate omnes se velle secundùm nostrã admonitionem vnanimiter professi sunt, vt misericordia diuina longiori æuo illius mansuetudinem conseruare dignetur.

CAP. 2.

Vt omnes episcopi studiosè operam diuinæ dent lectioni: sanctum euangelium & epistolas beati Pauli Apostoli, non solùm crebrò lectitent, sed etiã quantùm possint, memoriæ studeant commendare, sanctorumque patrum opuscula super eadem exposita, deuotè frequentent. Similiter & de cæteris libris canonicis faciant.

CAP. 3.

Nulli episcopo liceat, canones, aut librũ pastoralem à beato Gregorio papa editũ, si fieri potest, ignorare: in quibus se debet vnusquisque, quasi in quodam speculo, assiduè considerare.

CAP. 4.

Solicitè studeat vnusquisque episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. Et ipse episcopus vita, habitu, forma, & cõuersatione sancta, suis sit subiectis exemplum, vt iuxta Dominicam vocem, videant opera eius bona, & glorificent patrẽ Deum, qui in cælis est. Matth.

CAP. 5.

Episcopum non oportere nimiùm profusis incumbere cõuiuijs, sed parco & moderato contentus sit cibo, nè videatur Domini abuti sententia, dicentis: Attendite, nè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. & quàm diù conuiuatur, potiùs sacra lectio ante mensam eius recitetur, quàm ociosa à susurronibus resonent verba. Lucæ 21.

CAP. 6.

Peregrini & pauperes, conuiuæ sint episcoporum: cum quibus non solùm corporali, sed & spirituali reficiantur alimento.

CAP. 7.

Ab omnibus, quæcunque ad aurium & ad oculorum pertinent illecebras, vndè vigor animi emolliri posse credatur, (quod de aliquibus generibus musicorum, alijsq; nonnullis rebus sentiri potest) Dei sacerdotes abstinere debent: quia per aurium oculorumq; illecebras, vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoq; turpium, & obscœnorum insolentias iocorum, & ipsi animo effugere, cæterisq; sacerdotibus effugienda prædicare debent.

CAP. 8.

Sacerdotibus non expedit, secularibus & turpibus quibuslibet interesse iocis: venationes quoquè ferarum vel auium minimè sectentur.

CAP. 9.

Presbyteri quoquè & diacones, in omnibus sui episcopi vestigia sectẽtur: & in bonorum morũ probitate, quæ episcopo sunt obseruanda, eadem & sibi obseruanda esse cognoscant.

CAP. 10.

Episcopi quidem maximam curam & solicitudinem circa pauperes habeant, & res Ecclesiasticas ecclesijs collatas, cauta circunspectione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores: illisque ità vtantur, non vt proprijs, sed vt sibi ad dispensandum commissis.

CAP.

CAP. II.

Licitum sit episcopis, præsentibus presbyteris & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiæ & pauperibus eiusdẽ ecclesiæ, secundùm canonicam institutionem, iuxta quod indiguerint, erogare.

CAP. 12.

Presbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc est, trigesimũ ætatis annum: sed priusquàm ad consecrationem presbyteratũs accedat, maneat in episcopio discendi gratia officium suum tam diù, donèc possint & mores & actus eius animaduerti. Et tunc, si dignus fuerit, ad sacerdotium promoueatur.

CAP. 13.

Vt vnusquisq; episcoporum parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, nè aliquis presbyter ab alterius parochia in suã commigrãs, officium celebrare præsumat, sinè literis commẽdatitijs: sicut olim multis in locis actum esse, repertum est.

CAP. 14.

De titulo minori ad maiorem migrare, nulli presbytero licitum sit: sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quòd si inuentus fuerit cõtra statuta id facere, eadem feriatur sententia, qua episcopus, si de minore ad maiorem transmigrauerit sedẽ.

CAP. 15.

Mogunt. concil. tẽpore Arnulfi, ca. 5. Quicunq; presbyter per precium ecclesiã fuerit adeptus, omnimodis deponatur, quoniam & ille contra ecclesiasticæ regulę disciplinam agere dinoscitur, qui aliũ presbyterum legitimè ad ecclesiam ordinatũ, per pecũniam expulerit, camq; sibi taliter vindicauerit. Quod vitium latè diffusum, summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur clericis siue laicis, nè quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sinè licentia & consensu episcopi sui.

CAP. 16.

Vt decimæ, quæ singulis dabũtur ecclesijs, per consulta episcoporum, à presbyteris ad vsum ecclesiæ & pauperum summa diligentia dispensentur.

CAP. 17.

Visum est vnanimitati nostræ, vt quilibet episcopus habeat homilias, cõtinentes necessarias admonitiones, quibꝰ subiecti eruditantur: id est, de fide catholica, prout capere possint: de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum: de resurrectione quoquè futura, & vltimo iudicio: & quibus operibus possit promereri beata vita, quibúsve excludi. Et vt easdem homilias quisq; apertè transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut *Theotiscam, quô faciliùs cuncti possint intelligere, quæ dicuntur.

CAP. 18.

Episcoporum sit magna solicitudo, presbyteris suis tradere baptismi sacramentũ, & quid in eodem renunciandum, quidve credendum sit. Renunciatur ergò diabolo & omnibus operibus eius & omnibus pompis eius. Opera eius intelliguntur & sunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his similia, quæ nimirùm diabolico instinctu priùs cogitatione mẽtis concipiuntur, quàm opere perpetrentur. Pompæ verò eiusdem sunt, superbia, iactantia, elatio, vana gloria, fastus, & alia quamplurima, quæ ex his oriri videntur.

CAP. 19.

Presbyteri omninò admonendi sunt, vt cùm sacra Missarũ solennia peregerint atq; communicauerint, pueris aut alijs quibuslibet personis adstantibus, corpus Domini indiscretè non tribuant. Qui si fortè maioribus peccatis fuerint inretiti, magis sibi damnationem quàm remedium, iuxta sententiam Apostoli, dicẽtis: Quicunq; manducauerit panem, vel biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1. Cor. 11.

CAP. 20.

Item presbyteris iniungendum est, nè sacrum chrisma foràs conclaue dimittant, vbi à quolibet attingi possit. Nam criminosos eodem chrismate vnctos aut potatos, nequaquàm vllo examine deprehendi posse, à multis putatur. Arela. cõc. tempore Caroli. ca. 18. Mogunt. Conci. tẽpore Caroli. ca. 27.

CAP. 21.

Seruandum presbyteris firmiter statuimus, nè tabernas ingrediantur comedendi bibendíve causa. Quòd si post hæc statuta facere præsumpserint, canonica decernimus sententia feriendos.

CAP. 22.

Episcopis & presbyteris diligenti cautela pertractandum est, qualiter hominibus sua sibi delicta cõfitentibus, tempus abstinendi ascribant, vt iuxta modum peccati pœnitentibus abstinentia *indicetur: quoniam variè ab aliquibus sacerdotibus & indiscretè hæc iudicia proferuntur. Ideò necessarium videbatur nobis, vt cùm omnes episcopi ad sacrum palatium congregati fuerint, ab eis edoceri, cuius antiquorum liber pœnitentialis potissimùm sit sequendus. *indicati

CAP. 23.

Canonici & clerici ciuitatum, qui in episcopijs conuersantur, considerauimus, vt in claustris habitantes simul omnes in vno dormitorio dormiant, simulque in vno reficiantur refectorio, quô faciliùs possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita & conuersatione sua admoneri & doceri. Victum & vestimentum iuxta facultatem episcopi accipiant, nè paupertatis occasione compulsi, per diuersa vagari, ac turpibus se implicare negocijs cogantur: dimis-

dimissoque ecclesiastico officio, incipiant indisciplinatè viuere,& proprijs deseruire voluptatibus.

CAP. 24.

Simili modo & abbates monasteriorũ, in quibus canonica vita antiquitùs fuit,vel nunc videtur esse,solicitè suis *prouideant canonicis,vt habeant claustra & dormitoria,in quibus simul dormiant,simulque reficiantur, horas canonicas custodiant, victum & vestimenta,iuxta quod poterit abbas,habeant,quò facilius ad dei seruitium possint constringi. Sintq; abbates sibi subditis benè viuendo duces & præuij, viamq; demonstrent,qua rectè gradiendo,ad meliorem vitam peruenire valeant.

*præuideant

CAP. 25.

Monasteria monachorũ, in quibus olim regula B. Benedicti patris conseruabatur, sed nunc fortè qualicunq; negligẽtia subrepẽte,remissius ac dissolutiùs custoditur, vel certè penitùs abolita negligitur, bonũ videtur,vt ad pristinum reuertantur statũ, & abbates eorundem in eodem habitu ac vita,qua ipsa regula præcipit eos incedere, viuere studeant,quoniam aliqua sunt monasteria,in quib⁹ iam pauci sunt monachi, qui prędicti patris regulam, suis abbatibus promissam,habeant:quippe cùm ipsi abbates magis canonicè quàm monachicè inter suos conuersari videntur.

CAP. 26.

Porrò in monasterijs puellarum multa inueniri possunt, quæ emendatione indigẽt. Nam quædam abbatissarum negligentiùs,quàm oporteat,viuere dicuntur, & ob hoc earum vita & conuersatio à multis diffamatur. sed & talium actus subditã familiam imitari velle, credendum est. Victus etiã ac vestimenta,aliaq; nonnulla necessaria,quæ iure ab abbatissis prępparari debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia.

CAP. 27.

Mogunt. concil. tẽpore Arnulfi, cap. 27. Vt iuuenes viduę citò nequaquàm velẽtur,vsq; dum probetur illarum religio, & bona ab eis nota sit cõuersatio, nè fortè de eisdem dici possit ab Apostolo: Quæ autẽ in delicijs sunt,viuentes mortuæ sunt. 1. Tim. 5.a

CAP. 28.

Carthag. 3.cap.4.Et dist.72.placuit vt ante.& 1.q.1. Placuit vt Virginibus quoq; sacrum velamen accipiendum decreta patrum interdicunt ante 25.annos,nisi fortè aliqua cogente necessitate,pro qua licitum est hæc statuta mutare,vt in canonibus, si requiratur, inueniri poterit.

CAP. 29.

Presbyteris,diaconib⁹,cæterisq; clericis, infra claustra monasteriorum puellarũ nõ sit concessum habitare. Neque enim intrẽt monasteria,nisi tempore,quo Missarũ solennia celebranda sunt, vel alia quælibet ecclesiastica officia peragenda:quibus per-

actis statim egrediãtur,nè ibi posteà aliquã moram faciant. Similiter & alijs hominibus,eadem monasteria importunè frequẽtare cupientibus, omis aditus pręcludatur.

CAP. 30.

Abbatissæ, absque sui episcopi licentia, foràs monasterium egrediendi non habeant potestatem,nisi cùm ad pijssimum Imperatorem nostrũ proficisci voluẽrint, sed tãtùm in suis permaneãt monasterijs, ibiq; & seipsas custodire,sibique commissas seruare, quanta poterunt vigilantia, decertent.

CAP. 31.

Vt in monasterijs canonicorum, monachorum,seu puellarum maior hominũ numerus non admittatur,quàm facultas monasterij possit sufferre.

CAP. 32.

Omnes homines,& maximè Christiani, studeant inter se pacem, vnanimitatem, & concordiam habere,odium verò & discordiam longè à se propellere, neque pro terreno & caduco quæstu quis,inuidię stimulis agitatus, felicitati fratris inuideat: sed potiùs bona,quæ sibi optat,eadẽ & proximis æqualiter cupiat.

CAP. 33.

Comitibus,iudicibus,reliquoq; populo expedit,vt suis sint episcopis consentiẽtes & obedientes propter Dei amorem, suiq; gradũs honorẽ,& semper ab eis vtile quærant consilium, illorumque salubria non spernãt monita,sed intenta cordis aure audiant. Similiter verò & episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant, & sic sese mutuis studeant subleuare consolationibus.

CAP. 34.

Summoperè admonendi sunt comites, & iudices, nè viles & indignas psonas coram se permittant ad testimonium accedere:quoniam multi sunt, qui peierare pro nihilo ducunt, intantùm, vt pro vnius diei satietate,aut pro quolibet paruo precio ad iuramentum conduci possint, animasque suas periurio perdere minimè formident. Quamobrẽ tales nequaquàm ad quodlibet testimonium admittendi sunt. Et hoc notandum, quòd non solùm illi qui peierant,sed etiàm qui periuris consentiunt,simili plectendi sunt damnatione.

CAP. 35.

Nullus Christianus pro quolibet placito vel iudicio, à qualibet persona munera exigere aut accipere debet: quoniam id diuina scriptura multis in locis magna interdicit authoritate, teste scriptura, quæ ait:Munera excæcant oculos sapientium, & subuertunt verba iustorum. Exod.23. Deut.16.

CAP. 36.

Omnibus cõmuniter intimetur,vt vnusquisq;

quisque omni tempore suam familiam, & ad se pertinentes inopes, alere ac vegetare studeat: quoniam impiũ est & Deo odibile, eos qui diuitijs affluunt, nimijsque opibus abundant, non adiuuare miseros & indigentes.

CAP. 37.

Sciendum est,quòd exceptis diebus dominicis & illis solẽnitatibus,quibus & vniuersalis Ecclesia,ob recordationem Dominicę resurrectionis,solet stando orare,fixis in terram genibus suppliciter Dei clemẽtiam nobis profuturam, nostrorumque criminum indulgẽtiam deposcendũ est, cuius rei in euangelio ipse Dominus nobis dedit exemplum. Sed & Stephanũ martyrem, & apostolum Paulũ eadem fecisse, liber Actuum apostolorum testis est. Ex quibus intelligi datur,oportere Christianum humiliter ad terram prosterni, nè fortè illi dicatur: Quid superbis terra & cinis? Matth.26.d Act.7.g Act.10.g Eccl.10.b

CAP. 38.

Sacerdotes debent fideles admonere, vt quandò ad ecclesiam conueniunt,sinè strepitu ac tumultu eã ingrediantur:in qua etiàm,quandiù orationis causa morantur, nequaquàm inanes inter se proferant confabulationes. Sed & tempore,quo Missarum solennia celebrantur,non solùm ab ociosis & inutilib⁹ verbis, verùm etiàm & à pniciosis cogitationib⁹ funditùs abstinendũ est.

CAP. 39.

Mogũt.cõc. tẽpore Arnulfi, ca.22. Placita quidem secularia in ecclesijs, vel in atrijs ecclesiarum à comitibus,vicarijsq; vsque modò multis in locis habita,nè vltrà fiant, interdicendum est, cum authoritate nomini,qui expulsis de templo negociatoribus, adseruit debere domum Dei, domũ esse orationis. Ioan.2.c

CAP. 40.

Itemq; interdicaẽ, nè mercata & placita vsquàm fiant die Dominica, qua oportet oẽs Christianos à seruili ope, in laude Dei & gratiarũ actiõe vsq; ad vesperã pseuerare.

CAP. 41.

Incestuosi, parricidæ, homicidæ multi apud nos heu prohdolor reperiuntur: sed aliqui ex illis, sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentię disciplinam,à tam praua cõsuetudine coẽrceri, qui p salutifera sacerdotũ monita noluerũt reuocari. Quorũ aliquos iã excõmunicauim⁹: sed illi hoc paruipẽdentes,in eisdẽ pdurârunt criminibus. Quamobrẽ vestra decernat mansuetudo,quid de talibus deincèps agendum sit.

CAP. 42.

Admoneant sacerdotes fideles populos, vt nouerint magicas artes incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij cõferre, non animalibus languentibus, claudicantibúsve,vel etiàm moribundis quicquam mederi, non ligaturas ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse, sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

CAP. 43.

Oẽs homines admonemus, nè per singula verba,quasi ad confirmatiõem suæ assertionis, nomen Domini in vanum adsumant. Quod ipse Dominus interdicit faciendum, vbi ait: Nè adsumas nomen Dei tui in vanũ. In vanum etem nomẽ dei adsumit, quandò aliquis ad singula verba, quibus vult vt sibi ab alio credatur, Deum omnipotẽtem,testem rei de qua ait,inuocat: eumq; sibi ità esse adiutorẽ,sicut ea vera sunt, quæ loquitur. Nam & ipse Dominus in euangelio hoc modo prohibens omne genus iuramenti: Nolite, inquit,ominò iurare, neque per cælum,neque per terram,neque per caput tuum &c. Exod.20.b Matth.5.f

CAP. 44.

Propter diuersas occasiones res pauperum multis in locis valdè attenuatæ sunt, eorum scilicet dicimus, qui liberi esse nosscuntur, & sub potestate potentiorum sunt constituti, quorum si negocia & causas clementia pijssimi principis nostri diligenter inuestigari iusserit,reperientur quàm plurimi,diuersis occasionibus ad vltimam paupertatem iam redigi.

CAP. 45.

Quòd mensuræ & pondera iusta vbique habenda sint, testis est Salomon, qui dicit, q̃ statera dolosa abominatio sit apud Deũ, & pondus æquum voluntas eius. Et Dominus in euangelio: In qua mensura, inquit, mensi fueritis,remetietur vobis. quod licèt de mutua ibi dictum indulgentia intelligi possit, tamen nõ absurdè & de hac re dictũ accipi valet. Prou.11.a Matth.7.a

CAP. 46.

Nonas ac decimas, quas, qui res ecclesiasticas tenent, soluere rectoribus ecclesiarũ ordinati sunt ad luminaria & stipendia clericorũ, multis in locis abstractas esse vidimus. Quod sæpè iam missis vestris in publicis indicauimus placitis. Sed indè hactenùs aut paruũ aut nullũ cõsecuti sumus effectum. Similiter & de restauratiõe tectorum nobis necessitas incũbit indicare, quia non tantùm domus monasteriorum, sed & ipsæ ecclesiæ propter tectorum inopiam, ruinas minantur.

CAP. 47.

Ieiunia quandò generaliter,p aliqua necessitate indicuntur, diligẽter ab omnibus custodienda sunt & obseruanda. Nec se aliquis improbitate gulæ patiatur corrumpi, vt de communi cõfortio sequestratus, effectum ieiunij, quem cum ceteris abstinendo consequi debuit, ingluuie ventris victus, turpiter amittat.

CAP. 48.

Ebrietatem & crapulã fideles sectari non debere, Dominus in euangelio author est, qui suis auditoribus ità præcipiens: Attendite, inqt, nè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. quæ vitia modò apud homines nullius momenti esse putantur. Sed quanta mala de illis generari soleant, facilè non possunt cõprehendi. Generantur em̃ de illis quique noxiores corporum morbi, vt physici testantur. Ad statũ quoquè mentis euertendum, quantùm noceat ebrietas, non facilè deprehendi poterit: quippe cùm penè omnium malorum, quæ ab hominib' raptim̃ ppetrant, causa, sit & origo ebrietas. Luc.21.d

CAP. 49.

Admonendi sunt domini subditorum, vt circa suos piè & misericorditer agãt, nec eos qualibet iniusta occasione condemnẽt: non vi opprimant, non illorum substantiolas iniustè tollãt: nec ipsa debita, quæ à subditis reddẽda sunt, impiè ac crudeliter exigantur.

CAP. 50.

Vt si non frequentiùs, vel tèr laici homines in anno communicent, nisi fortè quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur.

CAP. 51.

Diligenter tractare & inquirere pariter cœpimus in conuentu nostro, sicut pia serenissimi principis nostri nobis iniunxit admonitio, de illis hominibus, qui exheredati esse dicuntur: si aliquis esset, qui nostris temporibus voluisset dicere, se à quolibet nostrũm illis priuari rebus, quas pater eius, aut mater, aut frater, vel aliquis ꝓpinquorũ ad ecclesias Dei dedisset, & in eius nomine iterùm precaria à rectoribus ecclesiarũ acciperetur: sed in eodẽ conuentu nostro neminem reperimus, qui de hac re aduersùs nos conqueri voluisset. Nam penè nullus est, q̃ res suas ad ecclesias donet, nisi de rebus ecclesiasticis, aut tantum quantum donauit, aut duplum, aut triplum vsufructuario accipiat: & quibus ille tunc, vel quantis filijs aut propinquis, à rectoribus impetrauerit, post discessum eius eadem conditiõe, qua ille tenebat, posteri eius sibi vindicent. Hic vsus, & hæc ratio apud nos vsq; modò de talibus tenebatur. Nam & nobis visum est, prædictis hęredibus hanc dare optionẽ, vt si voluissent traditiones parentum suorũ consequi, de qua illi iam erãt per legem exclusi, rectoribus ecclesiarum se commendarẽt, & hæreditatem illam in beneficium, vndè se adiuuare ac sustentare possent, acciperent. Hæc nos in conuentu nostro ità ventilauimus: sed quomodò deincèps pijssimo principi nostro de his agendum placebit, nos fideles eius famuli, libenti animo ad nutum & voluntatem eius parati sumus.

CABILONENSIS

SYNODVS II. HABITA SVB IMPE-ratore Carolo Magno.

AVxiliante domino nostro Iesu Christo, & imperante serenissimo atque inclyto Augusto Carolo, cõuénim⁹ episcopi & abbates totius Galliæ Lugdunẽn in vrbem Cabilonẽn, & de quibusdam rebus, in quibus nobis emendatio necessaria videbatur, quędam capitula, quæ subtèr inserta sunt, eidem domino Imperatori præsentanda, & ad eis sacratissimum iudiciũ referenda adnotauimus, quatenùs eius prudenti examine ea, quæ rationabiliter decreuimus, confirmentur: sicubì minùs aliquid egimus, illius sapientia suppleatur.

CAP. 1.

Decreuimus iuxta sanctorum canonum constitutionem, & cęterarum sanctarũ scripturarum doctrinã, vt episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborũ Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent, & cum Dauid quotidiè Domino dicant: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: ità videlicet, vt illas scripturas notissimas habeant, quæ canonicæ appellãtur, & earum sensum per patrum tractatus inqrant. Canones quoquè intelligant, & librũ B. Gregorij papæ de cura pastorali: & secũdùm formam ibidèm constitutam & viuãt, & prædicent. Psal.118.

CAP. 2.

Vt ea quæ legendo perscrutantur, opere compleant, iuxta illud: Cœpit Iesus facere & docere. Et illud: Et memoria tenentibus mandata eius, vt faciant ea. Et illud: Beati q̃ scrutãtur testimonia eius, in toto corde exquirunt ea. Non enim, qui operantur iniqtatem, in vijs eius ambulauerũt. Et quia nõ auditores legis, sed factores eius iustificabuntur. Et regnum Dei non est in sermone, sed in opere. Et sint subditis norma viuendi, ità videlicet, vt & verbis & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatũ præbeant, vt vita eorum & doctrina nequaq̃ discordẽt: sed q̃ dicunt, faciãt: & q̃ faciũt, docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneant, & falce iustitiæ à credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorũ ad fœcunditatem perducant. Act.1.a Psal.102. Psal.118. Rom.10.c. Coloss.1.

CAP. 3.

Oportet

Oportet etiàm, vt sicut dominus Imperator Carolus, vir singularis mãsuetudinis, fortitudinis, prudẽtiæ, iustitię & temperantiæ, præcepit, scholas cõstituant, in quibus & literaria solertia disciplinæ, & sacræ scripturæ documẽta discantur, & tales ibì erudiantur, quibus meritò dicatur à Domino: Vos estis sal terræ: & qui condimentũ plebibus esse valeant, & quorum doctrina non solùm diuersis hæresibus, verùm etiàm Antichristi monitis & ipsi Antichristo resistãt, vt meritò de illis in laude Ecclesiæ dicatur: Mille clypei pendẽt ex ea, oĩs armatura fortium. Matth.5.b Cant.4.b

CAP. 4.

Opportunum ducimus, vt humilitatem atq; religionem & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent, vt benè agentes & habitu & vultu demulceãt: malè agentibus verò ipso suo visu terribiles sint, iuxta illud, quòd in tabernaculo Dei, boum & leonũ effigies expressæ fuisse memorant. Et Dominus in euãgelio & astutiam serpẽtis, & simplicitatem columbæ habendam percenset. 3.Reg.7.c Matth.10.b

CAP. 5.

Vt iuxta Apostoli vocem, sacerdotes irreprehensibiles sint, & moribus ornati: & nequaquàm turpibus lucris deseruiant, iuxta illud, quod ait scriptura: Nemo militãs Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit: & à turpib' lucris & vsuris non solùm ipsi abstineant, verùm etiàm plebes sibi subditas abstinere instituant. 1.Tim.3.a 2.Tim.2.a

CAP. 6.

Imputatur quibusdã fratribus, eò quòd auaritiæ causa hominibus persuadeant, vt abrenunciantes seculo, res suas ecclesiæ cõferant: quod penitùs ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum etenim salutẽ inquirere sacerdos, nõ lucra terrena, debet: quoniam fideles ad res suas dandas nõ sunt cogendi, neque circunueniendi. Oblatio nanq; spõtanea esse debet, iuxta illud quod ait scriptura: Voluntariè sacrificabo tibi. Et illud: Omnis populus mente deuota obtulerunt donaria Domino. Ecclesia verò sancta non solùm fideles spoliare non debet, quin potiùs inopibus opem ferre, vt debiles, pauperes, viduæ, orphani, & cæteri necessitatem patientes, à sancta ecclesia, vtputà à pia matre & omium gubernatrice, subsidium accipiant: quia res ecclesiæ, quibus episcopi non vt proprijs, sed vt commẽdatitijs vti debent, precia sunt peccatorum, patrimonia pauperum, stipendia fratrum in communi viuentium. Psalm.53. Exo.35.d

CAP. 7.

Constituit sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam & turpe lucrũ inhiantes, quoslibet homines illectos circunueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione non solùm acceperunt, sed potiùs subripuerunt, pœnitentiæ canonicę siue regulari, vtputà turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi verò, qui vanis promissionibus illecti, vel quibuslibet machinationib' persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum domini esse nescientes, comam deposuerint, in eo quod cœperunt, perseuerare cogantur. Res nanque, quæ ab illectis & negligentibus datæ, ab auaris & cupidis nõ solùm acceptæ, sed raptæ noscuntur, hæredibus reddantur, qui dementia parentum & auaritia incentorum, exhæredati esse noscuntur. Si verò nescientibus episcopis aut abbatibus ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse conuincuntur, episcopi & abbates desidia, illi verò rapacitate & auaritia iudicẽtur. Hoc verò, quod quisque DEO iustè & rationabiliter de rebus suis offert, firmiter ecclesia tenere debet.

CAP. 8.

Oportet etiàm, vt si quandò sacerdotes fruges vel quosdam reditus terræ congregant, & protelant: non ideò hoc faciant, vt cariùs vendant, & Thesauros congregent, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant.

CAP. 9.

Ab omnibus oculorum auriumq; illecebris sacerdotes abstinere debẽt, & canum, accipitrum, falconũ, vel cæterarũ huiusmodi rerum curam paruipendere, & histrionum siue scurrõnum, & turpiũ seu obscœnorum iocorum insolentiã non solùm ipsi respuant, verùm etiàm fidelibus respuenda percenseant.

CAP. 10.

Vt sobrietatẽ sacerdotes teneãt, & hanc habendam fidelibus prædicent: quia non potest liberè sobrietatem prædicare, qui se mero vsque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc & de commessationibus & de cæteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus, seruandum est.

CAP. 11.

Vt episcopus ad forum, neque vbì publicè negocia iudiciaria exercentur, non pergat, suę causæ suffragaturus: nisi fortè vt aut pauperibus oppressis succurrat, aut viduis & orphanis tuitionem conferat, aut de verbo Dei iudices admoneat, vt iuxta Domini præceptum, iusta iudicent iudicia. Hoc & de abbatibus, & de presbyteris & diaconibus & maximè monachis obseruandum est. Si verò eorum, qui in clero sunt, propria causa agenda est, cum licentia episcopi & aduocato peragat, & suæ causæ cum iustitia suffragetur. Iohan.7.c

CAP. 12.

Vt neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant.

CAP. 13.

Dictum est intereà de quibusdam fratribus, quòd eos, quos ordinaturi sunt, iura-

re cogant, ꝙ digni sint, & contra canones non sint facturi, & obedientes sint episcopo, qui eos ordinat, & ecclesiæ, in qua ordinantur: quod iuramentum, quia periculosum est, omnes vnà inhibendum statuimus.

CAP. 14.

Cauendum sanè est, nè cùm episcopi parochias suas peragrãt, quãdam damnosam erga subditos seu erga socios tyrannidem exerceant, nec (quod absit) cum charitate, sed cum quadam iudiciaria inuectione stipendia ab eis exigant. Obseruandum etiàm modis omnibus, vt si quandò eis peragrãdæ parochiæ necessitas incumbit in cõfirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei: in lucris animarum potiùs, quàm in deprædandis & spoliandis hominibus & scandalizandis fratribus, operã dent. Et si quandò eis ad peragendum ministerium suum à fratribus aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summoperè obseruare debent, nè quem scandalizent aut grauent. Tanta ergò in hac re discretio tenenda est, vt & verbi Dei prædicator sumpt⁹, vbì proprij desunt, à fratribus accipiat, & item fratres illius potentia non grauentur: exẽplo apostoli Pauli, qui, nè quem grauaret, arte & manibus victum quærebat. 2. Thess. 3. d

CAP. 15.

Dist. 94. ca. Dictum est etiàm quòd

Dictum est etiàm, quòd in plerisque locis archidiacõi super presbyteros parochianos quandam exerceant dominationem, & ab eis census exigant, quod magìs ad tyrannidẽ, ꝗ̃ ad rectitudinis ordinẽ, pertinet. Si enim episcopi, iuxta Petri apostoli sentẽtiam, non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo: multò minùs isti hoc facere debent, sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod eis ab episcopis iniungitur, hoc per parochias suas exercere studeãt, nihil per cupiditatem & auaritiam præsumentes. 1. Pet. 5. a

CAP. 16.

Quidam fratres dixerunt, consuetudinis antiquę fuisse in eorum ecclesijs, vt pro balsamo emendo ad chrisma faciẽdum, siue ꝓ luminarib⁹ ecclesiæ cõcinnandis, binos vel quaternos denarios presbyteri darẽt. Vndè oẽs vno cõsensu statuimus, vt sicut ꝓ dedicandis basilicis, & dãdis ordinibus nihil accipiendũ est, ità etiàm ꝓ balsamo siue luminaribus emendis, nihil presbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaq; de facultatib⁹ ecclesiæ balsamũ emãt. luminaria singuli in ecclesijs suis cõcinnanda prouideant.

1. 41 Statuim⁹ vt sicut.

CAP. 17.

Inuẽtum est ꝙ in quibusdã locis presbyteri duodenos vel quaterdenos denarios episcopis in censum annis singulis darent. Quod penitùs abolendũ esse decreuimus.

CAP. 18.

Dictum est nobis, quòd in quibusdã locis episcopi & comites ab incestuosis & ab his, qui decimas non dant, *vuadios accipiant, & à presbyteris pro quibusdam negligentijs, & inter se pecuniam diuidãt: quod penitùs abolẽdum decreuim⁹, nè fortè auaritiæ locus detur. Et constituimus, vt incestuosi iuxta canonicam sententiam pœnitentia mulctentur. Qui verò decimas post crebras admonitiones & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento verò eos constringi nolumus propter periculum periurij. *vades

CAP. 19.

Questi sunt prætereà quidam fratres, ꝙ essent aliqui episcopi & abbates, q decimas nõ sinerẽt dari ecclesijs, vbì illi coloni Missas audiunt. Proindè decreuit sacer iste conuentus, vt episcopi & abbates de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendium habẽt, decimas ad ecclesias deferri faciãt: familia verò ibì dent decimas suas, vbì infantes eorum baptizãtur, & vbì per totum anni circulum Missas audiunt.

CAP. 20.

Si inter omnes fideles pax & concordia habenda est, dicente Apostolo: Sequimini pacem & sanctimoniam, sinè qua nemo videbit Deũ: multò magis inter episcopos & comites esse debet, qui post imperialis apicis dignitatem, populum Dei regunt. Ità cũ inter se concordare debent, vt alterutrùm sibi, ad Dei seruitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solùm non noceant, quin potiùs adminiculo sint. Hebr. 12. Mogũt. concilij tẽpo. Arnulf. 25.

CAP. 21.

Comitibus verò & iudicib⁹ hoc summoperè obseruandum est, vt iustè iudicent, & nequaquàm in iudicio munera seu ꝑsonas accipiãt, dicẽte Dño: Nõ accipies personam nec munera, quia munera excęcãt oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Sed & ministros, quos vicarios & centenarios vocãt, iustos habere debẽt, nè fortè eorũ auaritia aut rapacitate populus grauet, & amissis facultatibus, in paupertatem redigatur. Testes verò probatissimi & pauci de pluribus esse debent tales, de quorum fide non dubitet. Multùm aũt prauorũ testiũ cupiditate & falsitate respublica læditur. Deut. 16.

CAP. 22.

De abbatibus verò & monachis idcircò hîc pauca scribimus, quia penè omnia monasteria regularia, in his regionibus constituta, secũdùm regulam sancti Benedicti se viuere fatentur: quæ beati Benedicti documenta per omnia demonstrant, quæliter eis viuendum sit. Inquirat ergò diligenter, vbì secũdùm ipsum ordinem viuitur, & vbì ab ipso ordine digressum est, vt iuxta eiusdem beati viri institutionem viuere certent, qui se, vt ità viuerent, cũ attestatiõe ꝓfessi sunt.

CAP. 23.

Decreuimus enim secundùm institutionem, presbyterorum, diaconorum, & cæterorum graduum inferiorum ordinationes, statutis temporibus fieri debere.

CAP. 24.

De episcopis verò, presbyteris, & diaconibus & monachis interfectis, quærendum à domino Imperatore est, cui illius homicidij precium exoluendum sit.

CAP. 25.

Pœnitentiam agere iuxta antiquam canonum constitutionem, in plerisque locis ab vsu recessit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo seruatur: vt à domino Imperatore impetretur adiutoriũ, qualiter, si quis publicè peccat, publica mulctetur pœnitentia: & secũdùm ordinem canonũ, pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur.

CAP. 26.

Perlatum ad nos est, quòd inter hęredes, ecclesiæ in rebus proprijs constitutæ, diuidantur, & tanta per eandem diuisionem simultas oriatur, vt vni⁹ altaris quatuor partes fiant, & singulæ partes singulos habeant presbyteros, quod sinè discordia & simultate nullo modo geri potest. Vndè nobis visum est, quòd huiuscemodi ecclesiæ inter hæredes diuidi non debeant, & si in contẽtionem venerint, & simultates inter eos surrexerint, per quas sacerdos suo ibì officio canonicè fungi non possit, præcipiatur ab Episcopo ciuitatis, vt nullo modo ibì Missarum solennia celebrentur, donèc illi ad concordiã redeant, & pari voto atq; consilio ecclesia illa sacerdotẽ canonicè habeat, qui liberè ibì suũ ministeriũ ꝑagere possit.

CAP. 27.

Dictum nobis est, quòd quidam de plebe, bis & tèr ab episcopis, ignorantibus eisdem episcopis, cõfirmentur. Vndè nobis visum est, eandem Confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minimè debere.

CAP. 28.

Interrogauerunt nos quidam de affinitate propinquitatum, & in quibus gradib⁹ matrimonia iungenda sint. Quibus nos ad canones currere pręcepimus, & quod in eis cõtinetur, hoc ab eis in negocio, sicut & in cæteris, obseruari debere.

CAP. 29.

35. q. 2. Sanè conf.

Sanè quæ in proprio viro, hæc nimirùm in vxoris parentela de lege nuptiarum regula custodienda est. Quia ergò cõstat, eos duos esse in carne vna, cõmunis illis vtrinquè parentela esse credẽda est, sicut scriptũ est: Erunt duo in carne vna. Gene. 2. d Ephe. 5. g

CAP. 30.

Dictum nobis est, quòd quidam legitima seruorum matrimõia, potestatiua quadam præsumptione dirimant, non attendentes illud euangelicum: Quod Deus coniunxit, homo nõ separet. Vndè nobis visum est, vt coniugia seruorum non dirimantur, etiàm si diuersos dominos habeãt: sed in vno cõiugio permanentes, dominis suis seruiant. Et hoc in illis obseruandum est, vbì legalis coniunctio fuit, & per volũtatem dominorum. Matth. 19. a

CAP. 31.

30. q. 1. Dictum est nobis, quasdã.

Dictum etiàm nobis est, quasdam fœminas desidiosè, quasdam verò fraudulenter, vt à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vndè nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallaciam suam, quandiù viuet, agat pœnitentiam, à viro tamen suo non separetur.

CAP. 32.

Nota de cõfessiõe sacramentali.

Sed & hoc emendatione egére perspeximus, quòd quidam dum cõfitentur peccata sua sacerdotibus, non plenè id faciunt. Quia ergò constat, hominem ex duabus esse substantijs, anima videlicet & corpore, & interdùm animi motu, interdùm carnis fragilitate peccatur: solerti indagatione debẽt inquiri ipsa peccata, vt ex vtrisque plena sit confessio: scilicet vt & ea confiteantur, quæ per corpus gesta sunt: & ea, quibus in sola cogitatiõe delinquit. Instruendus est itaq; peccatorum suorum confessor, vt de octo principalibus vitijs, sinè quibus in hac vita difficilè viuitur, confessionem faciat: quia aut cogitatione, aut (quod est grauius) opere eorum instinctu peccauit. Odium etẽm, inuidia, superbia, vel cæteræ huiuscemodi animæ pestes, tanto periculosiùs lædunt, quanto subtiliùs serpunt.

CAP. 33.

Quidam solummodò Deo confiteri debere dicunt peccata, quidam verò sacerdotibus cõfitenda esse percensent, quod vtrũque non sinè magno fructu intra sanctam fit Ecclesiam, ità duntaxàt, vt & Deo, qui remissor est peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitũ tibi feci, & iniustitiam meã non abscondi: Dixi, confitebor aduersùm me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et secundùm institutionem apostoli, cõfiteamur alterutrùm peccata nostra, & orem⁹ pro inuicèm vt saluemur. Confessio itaque quę Deo fit, purgat peccata: ea verò, quæ sacerdoti fit, docet, qualiter ipsa purgentur peccata. Deus nanq; salutis & sanitatis author & largitor, plerunquè hanc præbet suæ potentiæ inuisibili administratione, plerunquè medicorum operatione. Psal. 31. Iacob. 5. d

CAP. 34.

Quia igitur Apostolo teste, Non est personarum acceptio apud Deum, & in omnibus iudicijs cauẽda est: multò magìs in hoc pœnitentię iudicio pręcaueri debet, vt nullus Roma. 2. b Ephe. 6. b Colosſ. 3. d Acto. 10. a

lus sacerdotū vnquàm aut gratia, aut odio alicuius personæ secùs iudicet, quàm quod in canonibus sacris inuenerit, aut quod illi secundùm sanctarum scripturarum authoritatem & ecclesiasticam consuetudinem, rectiꝰ visum fuerit. Si ergò medici, qui corporibus medicinam inferre conantur, neq̄quàm propter personę cuiuslibet acceptionem, his quos sanare cupiunt, cauterio, aut ferro, aut duris alijs quibuslibet rebus parcunt: multò magìs idipsum his obseruandum est, qui non corporum, sed animarum medici existunt. Neque enim pensanda est pœnitentia quātitate temporis, sed ardore mētis & mortificatione corporis. Cor autē
Psal.50. contritum & humiliatum Deus nō spernit.

CAP. 35.

Multi (quod sinè dolore dicendum non est) in pœnitentia non tàm peccati remissionem, quàm temporis cōstituti expectant expletionem. Et si carnium & vini vsus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potûs perceptione, intantùm delicijs suis indulgent, vt deliciosiùs, his interdictis, aliorum ciborum vel potionum appetitu viuere cognoscantur. Spiritalis autem abstinentia, quæ in pœnitentibus vigere potissimùm debet, & quorundā ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet: ille, inquam, ille magìs parsimoniæ seruire censendus est, qui sibi nō solùm quarundam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitùs interdicit.

CAP. 36.

Sed nec hoc prætereundum putauimus, quòd quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem, quādam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna
Ecci.3.d enim extinguit peccata, iuxta illud: Ignē ardentē extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccata. Sed ea, quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet fiunt fragilitate: ea verò, q̄ ex industria, aut cuiuslibet libidinis explendæ causa idcircò fiunt, vt eleemosynis redimātur, nequaquàm eis redimi possunt: quia, qui hoc perpetrârunt, videntur Deum mercede conducere, vt eis impunè peccare liceat. Nō ergò quis idcircò peccare debet, vt eleemosynam faciat: sed ideò eleemosynam facere debet, quia peccauit. Mentem enim & corpus, quæ libido traxit ad culpā, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

CAP. 37.

Cùm igitur omnia concilia canonum, q recipiuntur, sint à sacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea sit eis viuendū & prędicandum: necessarium duximus, vt ea, quę ad fidē pertinent, & vbì de extirpandis vitijs & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebrò legatur, & benè intelligatur, & in populo p̄dicetur.

CAP. 38.

Modus autē pœnitentiæ peccata sua cōfitentibus, aut per antiquorum canonū institutionem, aut per sanctarum scripturarū authoritatem, aut per ecclesiasticam cōsuetudinem (sicut superiùs dictum est) imponi debet, repudiatis ac penitùs eliminatis libellis, quos pœnitentiales vocant, quorū sunt certi errores, incerti authores. De quibus rectè dici potest: Mortificabāt animas, Ezech.
quæ non moriuntur, & viuificabāt animas, quæ non viuebant. Qui dum pro peccatis grauibus leues quosdam & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt puluillos, secundùm propheticum sermonem, Ibid.
sub omni cubito manûs, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas.

CAP. 39.

Visum prætereà nobis est, vt in omnibus Missarum solennitatibus pro defunctorum spiritibus loco cōpetenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro quibuslibet necessitatibus dominus deprecetur, ità nimirùm nulla dies excipi debet, quin pro animabus fideliū preces Domino in Missarum solennibus fundantur. Antiquitùs hunc morem igitur sancta Ecclesia tenet, vt & in Missarum solennitatibus & in alijs precibus Domino spiritùs quiescentium commendet, dicente beato Augustino: Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate defunctis, etiàm tacitis nominibus eorum, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia: vt quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicunq; cognati, vel amici, ab vna eis exhibeanī pia matre communi.

CAP. 40.

Dictum nobis est, presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, seculariter gradu amisso viuere, & pœnitētiæ agendæ bonum negligere. Vndè statuimus, vt gradu amisso, agendæ pœnitentiæ gratia in monasterio aut canonico aut regulari mittantur. Si verò hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbicunquè sint, pœnitētiam agere non desistant. Si autem amisso gradu, seculariter viuere voluērint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab Ecclesiæ cōmunione separentur.

CAP. 41.

Presbyter, proprio loco dimisso, ad aliū migrans, nequaquàm recipiatur, nisì suæ migrationis causam dixerit, & se innocenter vixisse in parochia, in qua ordinatus est, sub testibus probauerit: literas etiàm habebit, in quibus sint nomina episcopi & ciuitatis, plumbo impressa. Quibus cognitis & talibus inuentis, quibus fides adhiberi possit, recipiatur.

CAP. 42.

Inuentū est, ꝙ multi arbitrij sui temeritate, & (quod grauiꝰ est) ducti cupiditate, presbyteris q̄buslibet absq; cōsensu episcoporum ecclesias dant, vel auferūt. Vndè oportet, vt canonica regula seruata, nullus absq; consensu episcopi cuilibet presbytero ecclesiam det. Quam si iustè adeptus fuerit, hanc non nisì graui culpa sua, & coram episcopo canonica seueritate amittat.

CAP. 43.

Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt episcopos esse, & multos negligentes, absq; licentia dominorum suorum siue magistrorū, presbyteros & diaconos ordināt: quorum ordinationem, quia plerunquè in Simoniacam incidit hęresin, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere, omnes vno consensu decreuimus.

CAP. 44.

cap. 22. huiꝰ concilij. Superiùs scripsimus, presbyteros villicos esse nō debere: & nunc eis in tabernis bibere, cancellarios publicos esse, nundinas insolenter peragrare, Romam siue Turonum absq; licentia episcopi sui adire, penitùs decreuimus inhibendum.

CAP. 45.

Nam & à quibusdam, qui Romam, Turonúmve, & alia quædā loca sub prętextu orationis inconsultè peragrāt, plurimùm erratur. Sunt presbyteri, & diacones, & cęteri in clero constituti, qui negligenter viuentes, in eo purgari se à peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si præfata loca attingant. Sunt nihilominùs laici, qui putant se impunè aut peccare, aut peccâsse, quia hęc loca oraturi frequentant. Sunt quidam potentum, qui acquirēdi censûs gratia, sub p̄textu Romani siue Turonici itineris, multa acquirunt, multos pauperum opprimūt: & quod sola cupiditate faciunt, orationum siue sanctorum locorum visitationis causa se facere videri affectant. Sunt pauperes, qui vel ideò id faciunt, vt maiorem habeāt materiam mendicandi. De quorū numero sunt illi, qui circunquaquè vagantes, illò se pergere mentiūtur, vel quia tātùm sunt vecordes, vt putēt, se sanctorum locorū sola visione à peccatis purgari, nō attendētes quod
Epistola ad Paulinū de institutione monachi. ait beatus Hieronymus: Non Hierosolymā vidisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandum est. De quibus omnibus domini Imperatoris, qualiter sint emendanda, sententia expectetur. Qui verò peccata sua sacerdotibus, in quorum sunt parochijs, confessi sunt, & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationibus insistēdo, eleemosynas largiendo, vitam emēdando, mores componendo, Apostolorum limina vel quorūlibet sanctorū inuisere desiderāt, horū est deuotio modis oībus collaudāda.

CAP. 46.

In perceptione corporis & sanguinis Dominici, magna discretio adhibenda est. Cauendum est enim, nè si nimiùm in longum differatur, ad perniciem animæ pertineat, di-
Ioan.6.c cente Domino: Nisì māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiscretè accipiatur, timendū est illud, quod ait Apostolus: Qui māducat & bibit indignè, iudi- 1.Cor.11.g
cium sibi manducat & bibit. Iuxta eiusdem ergò Apostoli documentū, p̄bare se debet homo, & sic de pane illo māducare, & de calice bibere, vt videlicet abstinēs aliquot diebus ab operibus carnis, & purificās corpus animamq́; suam, pręparet se ad percipiendū tantum sacramentum exemplo Dauid, qui 2.Reg.21.b
nisì se fassus fuisset abstinuisse ab opere cōiugali ab herì & nudiustertiùs, panes propositionis nequaquàm à sacerdote accepisset.

CAP. 47.

In cœna Domini à quibusdam perceptio eucharistię negligitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibitum est, percipiēda sit, ecclesiasticus vsus demōstrat, cùm etiàm pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis Dominici sacramenta reconciliat.

CAP. 48.

Secundùm B. Apostoli Iacobi documen- Iacob.5.b
tum, cui etiàm decreta patrum consonant, Vnctio extrema.
infirmi oleo, quod ab episcopis benedicīt, à presbyteris vngi debent. Sic enim ait: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominꝰ. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Non est itaq; paruipēdēda huiuscemodi medicina, quæ animæ corporisq́; medeī languoribus.

CAP. 49.

In q̄bus locis & quo apparatu Missarū solennia, exceptis basilicis, celebrari debeāt, & vtrùm celebrari debeāt, q̄a in cōcilio Laodicēsi ità scribiī, ꝙ nō oporteat in domibꝰ Laodicēsi
oblatiōes celebrari ab ep̄is vel à presbyteris. conc. ca. 58. editionis primæ.

CAP. 50.

Diei intereà Dominici obseruatio & veneratio plurimùm negligitur. Vndè oportet, vt authentica constitutione illius venerandæ diei obseruatio, iuxta imperium domini Imperatoris, statuatur.

CAP. 51.

Quia ergò constat, in Ecclesia diuersarū cōditionum homines esse, vt sint nobiles & ignobiles, serui, coloni, inquilini, & cætera huiuscemodi nomina: oportet, vt quicunq; eis prælati sunt, clerici siue laici, clementer erga eos agāt, & misericorditer eos tractēt, siue in exigēdis ab eis operibus, siue in accipiēdis tributis & quibusdā debitis, sciantq́; eos fratres suos esse, & vnum secum habere patrem Deum, cui clamant, Pater noster qui Matth.6.c
es in cælis: vnam matrem sanctam Ecclesiā, q̄ eos intemerato sacri fontis vtero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima & gubernatio opportuna adhibenda est: disciplina, nè indisciplinatè viuendo, authorem suum offendant: gubernatio, nè in quotidianis vitæ commeatibus prælatorum adminiculo destituti, fatiscant.

CAP. 52.

Mogūt. tempore Arnulfi Imperatoris, cap. 26.

Monasterijs sanè puellaribus tales præferri debent fœminæ, & abbatissę creari, quę & se & subditum gregem cum magna religione & sanctitate custodire nôrint, & his quibus præsunt, prodesse non desinant. Sed & se & illas ità obseruent, vtpotè vasa sancta in ministerio Domini præparata. Talem enim se debet abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni conuictu, vt eis ad cælestia regna pergẽtibus ducatū præbeat. Sciat etiàm, se pro his, quas in regimine accepit, in conspectu Domini rationem redditurā.

CAP. 53.

Libuit nanq; huic sacro conuentui, quasdam admonitiũculas breuiter eis sanctimonialibus scribere, quæ se canonicas vocant: quoniā hæ, quæ sub monasticæ regulę norma degunt, totius vitę suę ordinẽ in eadem, quam profitentur, regula scriptum habent.

CAP. 54.

Abbatissa diligentem habeat curā de cõgregatione sibi commissa, & prouideat vt in lectione, & in officio, & in psalmorũ modulatione ipsæ sanctimoniales strenuæ sint, & in omnibus operibus bonis illa eis ducatū præbeat, vtpotè pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditurā, & stipendia sanctimonialib⁹ præbeat necessaria, nè fortè per indigẽtiam cibi aut potûs, peccare compellantur.

CAP. 55.

Abbatissa cum viris, clericis, siue laicis, horis incõpetentibus non loquatur: sed quicquid cũ masculis, clericis, siue laicis de reb⁹ necessarijs pagere debet, à prima hora vsq; ad vespertinam peragat. Et hoc nõ cum singulis, sed coram pluribus.

CAP. 56.

A vespera vsq; ad primam, neq; abbatissa, neq; aliqua sanctimonialium cum quibuslibet masculis vllum colloquium habeāt, nisi fortè talis fuerit occasio, quam euitare non possint: & si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebunt.

CAP. 57.

Abbatissa, quæ in ciuitate monasterium habet, nequaquàm de monasterio egrediaꝫ, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi fortè aut Imperialis iussio eam cogat, aut prolixitas itineris id facere minimè permittat. Et si quādò foràs pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat, vt nulla eis detur peccandi licẽtia siue occasio. Sed & cùm pergit, in monasterio talem vice sua constituere debet, quæ de sanctimonialium animabus curam & vigilantiam habeat.

CAP. 58.

Habeat etiàm Abbatissa studiũ, aut in ędificando ea, quę ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando.

CAP. 59.

Sanctimoniales in monasterio cõstitutę, habeant studium in legendo, & in cantādo, in psalmorum celebratione siue oratione. Et horas canonicas, matutinā videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completoriam pariter celebrent. Et omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant. Et omnibus diebus ad collationem veniant.

CAP. 60.

Non debere presbyteros ampliùs in monasterio puellari immorari, nisi donèc Missarum solennia celebrent, aut aliquid ibi de Dei seruitio & suo ministerio expleant.

CAP. 61.

Non debere sanctimoniales in proprijs mansionibus cum aliquibus masculis, clericis, siue laicis, cõsanguineis siue extraneis, bibere siue comedere: sed si quandò id agẽdum est, in auditorio agatur: & vbì auditorium deest, fiat. Et cum nullo masculo eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ibì coram testibus.

CAP. 62.

Sanctimoniales, nisi fortè abbatissa sua, pro aliqua necessitate incumbẽte, illas mittente, nequaquàm de monasterio egredian tur. Hæ verò quæ famulos aut famulas non habent, ad exercendā negocia ad mediā portam monasterij perueniant, & ibì coram testibus negocium suum exerceant.

CAP. 63.

Nullus vassus abbatissæ, nec ministeraliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarum Dei ingrediatur, nisi fortè quandò necessitas operandi incumbit.

CAP. 64.

Portaria non eligatur, nisi quæ ętate matura sit, & testimoniũ habeat bonũ, & vitæ probabilis sit.

CAP. 65.

Quicquid in his capitulis minus est, ab episcopo suo abbatissa perquirat. Et illi in omnibus obediens sit, secundùm canonicam institutionem, sicutì iustum & rectum est.

CAP. 66.

Intereà omnis iste conuentus gratissima deliberatione decreuit, vt ab oñibus indesinenter orationes fiant, pro vita & incolumitate, pro salute animæ & corporis domini Imperatoris, prolisque eius, pro statu regni, pro remissione peccatorum, & cęlestis regni collatione, ità dũtaxàt, vt semper magìs ac magìs per incremẽta temporum talis crescat obseruatio. Dixit etiàm, se scripturarum sanctarum monita & canonum instituta diligenti indagatione perquirere, & indefessa atque infatigabili obseruatione, auxiliante Domino, velle perficere.

CAP. 67.

Hæc itaque pauca de pluribus, quæ necessaria perspexim⁹, cum magna breuitate, domini

domini Imperatoris prudenti iudicio præsentanda, adnotauimus. Cæterùm quid generaliter in omnibus & ab omnibus sequẽdum sit, quídve vitandum, qualitérve intra sanctam Ecclesiam sit viuendum, qui plenius nôsse desiderat, sanctarum scripturarum prata percurrere non desistat.

Concilij Cabilonensis, habiti sub Carolo Magno, finis.

CONCILIVM MOGVNTIACVM, CELEBRATVM ANNO SALVTIS D.CCC.XIII. QVINTO IDVS IVNII.

Moguntia celebris est apud Germanos metropolis, cuius archiepiscopus primariam inter principes electores obtinet dignitatem. Sita est ad Rhenum fluuium loco peramœno & cõmodo, multis antiquitatib⁹ insignis, & à Mogano Germaniæ fluuio, ex aduersò eius in Rhenũ labente, nomen adepta. Eius quidem expressè non meminerunt Strabo, Ptolemæus & Plinius.

PRÆFATIO EPISCOPORVM IN SYNODVM, QVAM Moguntiæ in monasterio sancti Albani celebrârunt.

IN nomine patris & filij & spiritussancti. Gloriosissimo & Christianissimo Imperatori Carolo augusto, veræ religionis rectori, ac defensori sanctę Dei Ecclesiæ, vnà cum prole sua, eiusque fidelibus vita & salus, honor & benedictio cum victoria sinè fine mansura.

Almificę reuerentiæ vræ patefacimus nos humilimi famuli ac missi vestri, Hildebald⁹ scilicet sacri palatij archiepiscopus, Ricolfus & Arno archiepiscopi seu Bernharius, vnà cum reliquis coëpiscopis atq; abbatib⁹ & cætero clero, quia vénimus secũdùm iussionem vestram in ciuitatem Moguntiam: ibiq; pariter adunati primitùs cum litanijs triduanum celebrauimus ieiunium, diuinā suppliciter postulantes clementiam, quatenùs sancta gratia sua conuentum & actionẽ ipsius synodi sibi acceptabilẽ facere; dignaretur, & Christiano populo proficiẽtem ad salutem & vitā perpetuam, vobisq; ad ęternum honorem & gloriam. Tum verò consedentes in claustro basilicæ sancti Albani martyris Christi, consona voce gratias egimus Deo patri omnipotẽti, quia sanctę Ecclesiæ suæ tam pium ac deuotum in seruitio Dei cõcessit habere rectorem, qui suis temporibus sacræ sapientiæ fontem aperiens, oues Christi indesinenter sanctis reficit alimentis, ac diuinis instruit disciplinis, Christianumq; populũ indefesso labore amplificare conatur, hilariterq; Christi honorat ecclesias, ac de fauce diri draconis multorũ animas studet eripere, & ad sinũ sanctę matris Ecclesiæ reuocare, atq; ad gaudia paradisi & ad regna cælestia oñes communiter inuitare, sanctaq; sapientia sua deuotissimo studio cæteros reges terrę transcendens. Incipientes igitur in nomine Domini, communi consensu & voluntate tractare pariter de statu veræ religionis, ac de vtilitate & ꝓfectu Christianæ plẽbis, conuenit nobis, de nostro communi collegio clericorũ seu laicorum treis facere turmas, sicut & fecimus. In prima autem turma consederunt episcopi cum quibusdam notarijs, legentes atque tractantes sanctum euangelium, necnó epistolas & actus apostolorũ, canones quoquè ac diuersa sanctorum patrum opuscula, pastoralemq; librum Gregorij cum cęteris sacris dogmatibus, diligenti studio perquirẽtes, quibus modis statũ ecclesię Dei & Christianæ plebis profectũ sana doctrina & exemplis iustitiæ inconuulsum, largiente gratia Dei, perficere & cõseruare potuissent. In alia verò turma consederunt abbates ac ꝓbati monachi, regulam sancti Benedicti legentes atq; tractãtes diligẽter, qualiter monachorum vitam in meliorem statum atque augmentum cum Dei gratia perducere potuissent. In tertia deniquè turma sederũt comites & iudices in mundanis legibus decertantes, vulgi iustitias perquirẽtes, oñiumq; aduenientiũ causas diligẽter examinantes, modis quibus poterãt iustitias terminãtes. In his itaq; oñibus primò decreuimus, vnicuiq; personę vel sexui congruũ honorem impendere, secundùm dictũ B. Petri primi pastoris Ecclesię, vbì ait: Omnes honorate, fraternitatẽ diligite, Deum timete, regẽ honorificate. Serui, subditi estote in oñi timore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiàm dyscolis. Hęc est eñ gratia in Christo Iesu Dño nostro. Hinc Paulus ad Timotheum scripsit, dicens: Attẽde tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciẽs, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniorẽ nè increpaueris, sed obsecra vt patrem, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Insupèr etiàm cõgruum nobis esse videbatur, vt sacerdotes & ecclesiæ Dei iure legitimo & incõuulso honorarentⁱ: de quibus Dñs ait: Qui vos audit, me audit: & q; vos recipit, me recipit. Qui aũt me recipit, recipit eum q; me misit. Et Apostolus ad Hebręos: Obedite, inqt, ꝓpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi eñ peruigilãt q̃si rationẽ reddituri ꝓ animabus vestris. Nã de reue-

1. Petr. 2.

1. Tim. 4.

Luc. 10.

Hebr. 13.

reuerentia eccleſiarum dicit Dominus: Do-
Eſa.56. mus mea, domus orationis vocabitur cũctis
Marc.11. gentibus. De his tamen omnibus valdè indigemus veſtro adiutorio atq; ſana doctrina, quæ & nos iugiter admoneat, atque clemẽter erudiat, quatenùs ea quæ paucis ſubtèr perſtrinximus capitulis, à veſtra authoritate firmentur: ſi tamen veſtra pietas ità dignũ eſſe iudicauerit: & quicq̃d in eis emendatione dignum reperitur, veſtra magnifica imperialis dignitas iubeat emendare: vt ità emendata, nobis omnibus & cunctæ Chriſtianæ plebi ac poſteris noſtris proficiãt ad vitam & ſalutem & ad gloriam ſempiternã, vobiſque indè merces, honor, & laus, & benedictio ac beatitudo permaneat in omnes æternitates ſeculi, Amen.

STATVTA CONCILII MOGVNTIACI.

De fide catholica firmiter tenenda, Caput primum.

INitium enim actionis noſtræ, de fide eſſe decreuimus, quæ bonorum omnium eſt fundamentum, & quia ſinè fide (vt dicit Apoſtolus) impoſſibile eſt pla-
Hebr.11. cere Deo. Fides tamen indiget opere, quia
Iac.2. fides ſinè operibus mortua eſt: ideò B. Gregorius: Ille, inquit, verè credit, qui exercet operando quod credit. Quapropter de vera fide omnes omninò Chriſtianos alterutrùm inter ſe iugiter admonere & docere oportet. Maximè tamen Domini ſacerdotes in eo certamine laborare decet, vt firmiter ab omnibus teneatur.

De ſpe habenda in Deum. Cap. 2.

SPes verò in Deũ, firmiter à cunctis Chriſtianis tenẽda eſt. Vndè Pſalmiſta com-
Pſalm.62. memorat: Sperate in eo omnis congregatio
Pſalm.36. populi. Et reliqua. Et iterùm: Spera in Domino, & fac bonitatem. Et iterùm: Sperãtes
Pſalm.31. autem in Domino miſericordia circũdabit.
Rom.8. Et Apoſtolus: Spe enim ſalui facti ſumus.

De charitate. Cap. 3.

1.Ioan.4. CHaritas Deus eſt, vt ait Ioannes Apoſtolus: Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item Paulus Apoſto-
1.Tim.1. lus: Finis, inquit, p̃cepti eſt, charitas de corde puro & conſcientia bona & fide nõficta. Charitatẽ ergò qui habet, oĩa bona habet. Quã ideò cõmemorauimus, q̃a volumus vt firmiter ab oĩbus æquè catholicis conſeruet̃. Auguſtin⁹ quoquè in ſermone de laude charitatis, dicit: Si ergò non vacat oẽs paginas perſcrutari, omnium ſcripturarũ ſecreta penetrare, tene charitatẽ, vbì pendẽt oĩa: ibì tenebis, quod ibì didiciſti. Ille itaq; tenet, & quod patet, & quod latet in diuinis ſermonib⁹, qui charitatẽ tenet in moribus.

De Sacramentis Eccleſiæ. Cap. 4.

SAcramenta itaq; baptiſmatis volumus, vt ſicut ſancta veſtra fuit admonitio, ità concorditer atq; vniformiter in ſingulis parochijs ſecundùm Romanum ordinem inter nos celebrẽtur iugiter atq; cõſeruentur, id eſt, ſcrutinium ad ordinem baptiſmatis, ſicut in decretis Leonis papæ ſub duob⁹ cõtinet̃ capitulis. In capitulo vndecimo: Duo tempora, id eſt, Paſcha & Pentecoſte, ad baptizandum à Romano pontifice legitima præfixa ſunt. Item capitulo 22. Non interdicta licentia, q̃a in baptiſmo tribuendo quolibet tempore periclitãtibus ſubuenitur. Et *Syricius: Si in qualibet neceſſitate opùs fuerit ſacri vnda baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri.

Decij [...] 4.Dec[...] pora. In p[...] credi[...]

De pace, & concordia, & vnanimitate. Cap. 5.

VT pax & concordia ſit, atq; vnanimitas in populo Chriſtiano, quia vnum Deum patrem habemus in cælis, & vnã matrem Eccleſiam, vnam fidem, vnum baptiſma: ideò in vna pace & vnanimitate cõcorditer viuere debemus, ſi ad vnam & veram hæreditatem regni cæleſtis cupimus peruenire: quia non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, vt ipſe ait: Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur.

Ioan[...] Ephe[...] 1.Cor[...] Matt[...]

De orphanis & exhæredatis ſubueniẽdo. Ca. 6.

PRopter iſtius itaque pacis concordiam conſeruandam, placuit nobis de orphanis & pauperibus, qui debitè vel indebitè dicuntur amiſiſſe hæreditatem paterni vel materni iuris, ad ſe legibus pertinentem, ſi alicubì inuenti fuerint, quos patres vel matres propter traditiones illorum exhęredes fecerunt, aliorum ſcilicet ſuaſiõibus aut petitionibus, vel aliquo ingenio, omninò volumus atque decreuimus emendari, quantùm ad nos vel ad noſtram pertinet poteſtatem, iuxta volũtatem Dei, & veſtram ſanctã admonitionem & conſiderationem. Quod ſi fortè extra officium noſtrũ alicubì inuentum fuerit, admonere veſtram clementiam audeamus, vt emendetur.

Vt res pauperum vel minùs potentum, mala occaſione non emantur. Cap. 7.

PRopter prouiſiones pauperũ, pro quibus curam habere debemus, placuit nobis, vt nec epiſcopi, nec abbates, nec comites, nec vicarij, nec iudices, nulluſq́; omninò ſub mala occaſiõe, vel malo ingenio, res pauperum rel minùs potentum, nec emere, nec vi tollere audeat. Sed *ſi quis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito corã idoneis teſtibus, & cum ratione hoc faciat. Vbicunquè autem aliter inuentũ fuerit factum, hoc oĩnò emendetur per iuſſionem veſtram.

*quiſquam

De poteſtate epiſcoporum pro rebus eccleſiaſticis, ac de conuenientia epiſcoporum cum laicis. Cap. 8.

VT epi poteſtatẽ habeãt res eccleſiaſticas prouidere, regere, gubernare, atq; diſpẽſare ſecũdùm canonũ authoritatẽ, volum⁹: & vt laici in eorũ miniſterio obediant epiſco-

epiſcopis ad regendas eccleſias Dei, viduas & orphanos defenſandos, & vt obedientes ſint eis, ad eorũ Chriſtianitatem ſeruandã. Et epiſcopi conſentientes ſint comitibus & iudicibus ad iuſtitias faciendas, & vt nullatenùs per aliquorum mẽdacium vel falſum teſtimonium, neq; per periurium, aut per p̃mium lex iuſta in aliquo deprauetur.

De vita canonicorum. Cap. 9.

INomnibus igitur quãtùm humana permittit fragilitas, decreuimus, vt canonici clerici canonicè viuant, obſeruantes diuinę ſcripturæ doctrinam & documenta ſanctorum patrũ, & nihil ſinè licentia epiſcopi ſui vel magiſtri eorum *compoſiti agere pręſumant in vnoquoque epiſcopatu: & vt ſimul manducent & dormiant, vbì his facultas id faciendi ſuppetit, vel qui de rebus eccleſiaſticis ſtipendia accipiunt, & in ſuo clauſtro maneant, & ſingulis diebus manè primo ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur. Ad menſam verò ſimiliter lectionẽ audiant, & obedientiam ſecũdùm canones ſuis magiſtris exhibeant.

*poſti

Item de vita clericorum. Cap. 10.

DIſcretionem igitur eſſe volumus atq; decreuimus inter eos qui dicũtur ſeculum reliquiſſe, & adhuc ſeculum ſectãtur. Placuit igitur ſancto Concilio, vt ità diſcernantur, ſicut in regula clericorum dictum eſt. His igitur lege patrum caueatur, vt à vulgari vita ſecluſi, à mundi voluptatibus ſeſe abſtineant, non ſpectaculis, non pompis interſint, conuiuia inhoneſta & turpia fugiãt.
Hieronymus. Tamen Hieronymus in epiſtola ad Nepotianum, dicit: Omnium Chriſtianorũ domos quaſi proprias amare debemus, vt conſolatores nos in mœroribus ſuis potiùs, quàm
Iſidorus. conuiuas in proſperis nouerint. Item Iſidorus: Clerici tamen conuiuia priuata, non tãtùm pudica, ſed & ſobria colant. Vſuris nequaquàm incumbant, neq; turpium occupationes lucrorum, fraudiſq́; cuiuſquã ſtudium non appetant. Amorem pecunię, quaſi materiam cunctorum criminũ fugiant. Secularia officia negociaq́; abijciant, honorũ gradus per ambitionẽ non ſubeant, pro beneficijs medicinæ Dei munera non accipiant, dolos & coniuraſiones caueãt: odium, ęmulationem, obtrectationem, atq; inuidiã fugiant. Non vagis oculis, nõ infreni lingua aut petulanti, tumidoq́; geſtu incedant: ſed pudorem ac verecundiam mentis ſimplici habitu inceſſuq́; oſtendant. Obſcœnitatem etiàm verborũ, ſicut & operũ, penitùs execrentur. Viduarum ac virginũ viſitationes frequentiſſimas fugiãt. contubernia fœminarum nullatenùs appetant. caſtimoniam quoquè inuiolati corporis perpetuò cõſeruare ſtudeant. ſenioribus quoquè debitam prębeant obedientiam, neq; vllo iactantiæ ſtudio ſe attollãt. Poſtremò, in doctrina, in lectionibus, pſalmis, hymnis & canticis exercitio iugi incumbant. Tales enim debent eſſe, q̃ diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudent exhibere, ſcilicet vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

De vita monachorum. Cap. 11.

ABbates autem cenſuimus ità cum monachis ſuis pleniter viuere, ſicut ipſi qui in pręſenti ſynodo aderãt, palàm nobis omnibus promiſerunt, id eſt, ſecundùm doctrinam ſanctæ regulæ Benedicti, quantùm humana permittit fragilitas.

Nè monachi placita ſecularia adeant. Cap. 12.

AC deindè decreuimus, ſicut ſancta regula dicit, vt monaſteriũ, vbì fieri poſſit, per decanos ordinetur: quia illi prępoſiti ſæpè in elationem incidunt, & in laqueũ diaboli. Hoc tamẽ oĩnò volumus, vt monachi ad ſecularia placita nullatenùs veniãt. neq; ipſe abbas ſinè conſilio epiſcopi ſui: & cùm neceſſitas exigit, tunc per iuſſionem & conſilium epiſcopi illic vadat, nequaquàm tamen cõtentiones aut lites aliquas ibì mouere præſumat: ſed quicquid quærendum vel etiàm reſpondendum ſit, per aduocatos ſuos hoc faciat. Abbates & monachi vſque ad interrogationẽ ſilentium habeãt: & cùm interrogantur, cum humilitate & reuerẽtia reſpondeant: aliâs querelas oĩnò deuitẽt: In eorum clauſtro permaneant, nulluſq́; ex eis foràs vadat, niſì per neceſſitatem ab abbate mittatur in obedientiã. Nec foràs mãducent, neq; bibant ſinè permiſſione abbatis, nec ad conuiuia ſecularia vadant.

De ſacris virginibus. Cap. 13.

ABbatiſſas autem cum ſanctis monialibus omninò rectè & iuſtè viuere cẽſemus: quę verò profeſſionem ſanctę regulæ Benedicti fecęrunt, regulariter viuant. Sin autem, canonicè viuant pleniter, & ſub diligenti cura cuſtodiam habeant, & in clauſtris ſuis permaneant, neq; foràs exitum habeant: ſed & ipſæ abbatiſſæ in monaſterijs ſedeant, nec foràs vadant ſinè licentia & cõſilio epiſcopi ſui.

De negocio ſeculari. Cap. 14.

MIniſtri autem altaris Domini vel monachi, nobis placuit vt à negocijs ſecularibus omninò abſtineant. Multa ſunt ergò negocia ſecularia: de his tamen pauca perſtrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, nõ ſolùm in immunditia carnis, ſed etiàm in omni concupiſcentia carnali, quicq̃d plùs iuſto appetit homo: turpe lucrum, munera iniuſta accipere, vel etiàm dare, pro aliquo ſeculari *quæſtu precio aliquem cõducere, contentiones & lites vel rixas amare, in placitis ſecularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum aut viduarum: conductores

Negocia ſecularia quæ ſint.

*conqueſtu

ductores aut procuratores esse secularium rerum turpis verbi vel facti ioculatorem esse, vel iocum *seculare diligere,aleas amare,ornamentū inconuenientes proposito suo quærere,in delicijs viuere velle,gulam & ebrietatem sequi,pondera iniusta vel mensuras habere,negocium iniustum exercere. Non tamen iustum negocium est contradicendū propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos Apostolos negociâsse, & in regula S.Benedicti præcipitur prouidere,per quorum manus negocium monasterij transeat. Canes & aues sequi ad venandum,in omnibus quibuslibet sit causis, superfluum esse. Eccè talia & his similia ministris altaris domini,necnon & monachis omninò contradicimus,de quibus dicit Apostolus: Nemo militans Deo,implicat se negocijs secularibus.

2.Tim.1.

De imitatione Apostolica. Cap.15.

1.Co.4.& 11 Philip.3.

APostolus dicit: Imitatores meî estote, & obseruate eos qui ità ambulât, sicut habetis formam nostram:Non eos obseruantes,qui sunt inimici crucis Christi,quorum finis interitus,quorum deus venter est, & gloria in cõfusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cælis est.Sicut Hieronymus in epistolam ad Galatas ait: Aemulantur autem benè,qui cùm videant,vel audiant esse in aliquibus gratias,dona,virtutesq;,ipsi tales esse desiderât, & fidem,vitam, atq; industriam eorum, per quæ illa meruerunt,nitûtur imitari, vt possint ea quoquè quæ bona æmulatiõe digna sunt consequi,magis quærentes spiritalia q̃ carnalia,vt perseueranti gradu ad finem boni operis peruenire possint. Augustinus in primo libro de agone Christianorum,hanc

1.Co.4.& 11 sententiã interpretans,dicit:Imitatores meî estote,sicut & ego Christi. Quarè intelligẽdum est,etiàm ipsum Apostolũ in semetipso triũphâsse de potestatibus huius mundi,sicut de Dño dixerat,cuius se imitatorem esse profitetur. Imitemur ergò & nos illũ,sicut hortatur,& castigemus corpus nostrũ, & in seruitutem redigamus, si mũdum volumus vincere. Aliquãdò quidẽ suo exemplo Chri

Chrysostomi sunt hęc 1.Cor.4.c & 11.a

sti nos fieri imitatores iubet,dicẽdo:Imitatores meî estote,sicut & ego Christi.Aliquãdò quidem de se reticens,ad ipsius nos imitationem Dei extendit,dicens: Estote ergò imitatores Dei sicut filij charissimi.Iam verò demonstrãs, quia nihil ità hanc imitationẽ pariat, quàm si ità viuat aliquis, vt bonũ ei⁹ in cõmune proficiat, atq; vniuersis vtiliora

Ephes.5.

Ibidẽm.

prouideat,adiunxit: Ambulate in charitate. Ideò cùm dixisset,Imitatores Dei estote: cõtinuòde charitate disseruit,quia hęc p̃cipuè virtus homines Deo proximos facit.

De eo quid sit relinquere mũdum. Cap.16.

SEculũ autẽ relinquere, est,sicut Gregorius dicit, seculi voluptatibus cõtraire. Hinc Paulus admonet,dicens: Qui emunt, tanquàm non possidentes:& qui vtunt hoc mundo,tanquàm non vtantur. Et Gregorius in libro Pastorũ: Vt videlicet sic vobis suppetant & exteriùs seruiãt, quatenùs à supernæ dilectiõis studio animũ nõ reflectãt.

1.Co.

De armis dimittendis. Cap.17.

NOs autem qui relinquimus seculum, id modis omnibus obseruare volum⁹, vt arma spiritalia habeam⁹, secularia dimittamus.Laicis verò qui apud nos sunt, arma portare non præiudicemus: quia antiquus ✠ mos est,& ad nos vsque peruenit.

De fictis virtutibus & veris vitijs discernendis. Cap.18.

Nicol.

DOminus dicit in Euangelio:Attẽdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium,intrinsecùs autẽ sunt lupi rapaces.Hinc Hieronymus in commẽtario Matthæi dicit: De omnibus quidem intelligi potest,qui aliud habitu ac sermone promittunt,aliud opere demonstrant.Item in alio loco:Non omnis qui dicit mihi,Domine Domine,intrabit in regnũ cælorum. Nec his quidem accõmodanda fides est,qui cùm pollẽt integritate fidei, turpiter viuũt, & doctrinæ integritatẽ operibus destruunt. Vtrunque enim Dei seruis necessarium est, vt opus sermone,& sermo operibus cõprobetur. Et Beda in tractatu in Euangelium Lucæ, dicit: Ipse enim finis est,vt nihil duplici animo faciamus:Si verã, inquit,& non fictam vis habere iustitiã,quæ verbis ostentas,etiàm factis compẽsare curato. Et Apostolus: Dilectio sinè simulatione, odientes malum,adhærentes bono.

Mimi

Rom.

Vt in monasteria nimis homines non mittantur. Cap.19.

VT plus nõ mittatur in monasteria canonicorum, vel monachorũ, aut etiàm puellarum, quàm sufferri possit.

De locis monasteriorum vel ædificijs prouidendis. Cap.20.

DEindè dignum ac necessarium est, vt missi per quęq; loca directi simul cũ episcopis vniuscuiusq; diœcesis, perspiciãt loca monasteriorum canonicorum pariter & monachorum,similiterq; puellarum:si in apto & congruo loco sint posita,vbi cõmodum necessariũ possit acquiri, quod ad vtilitatem pertinet monasterij, sicut in sancta regula dicitur: Monasterium autẽ ità debet constitui, vt omnia necessaria infra monasteriũ exerceantur,vt non sit necessitas monachis vel clericis vagandi foràs, quia omninò non expedit animabus eorum. Similiter quoquè ędificia monasteriorum supradicti missi & cum eis episcopi,per diuersa loca p̃uideant, si apta sint & congruenter sanctæ professioni composita: vel si claustrum firmum habeant,in quo saluari possint animę in eis commorantium sub disciplina canonica

nica vel regulari. Vbi autem aliter inuẽtum fuerit,hoc omnimodis episcopus loci ipsius faciat emẽdari, ità vt condignã professioni eorum custodiam habeant canonici vel monachi atque Nonnanes,nè detur eis occasio malefaciendi,quod absit.

Vt episcopi sciant,qualiter canonici, qui sunt cum abbatibus, viuant. Cap.21.

PRæcipim⁹ vt vnusquisq; episcopus sciat per singula monasteria,quantos q̃sq; abbas canonicos in monasterio suo habeat, & hoc omninò ambo pariter prouideãt, vt si monachi fieri voluẽrint,regulariter viuãt: Sin autem,canonicè viuant omninò.

De clericis vagis. Cap.22.

DEclericis vagis seu de acephalis,id est, de his,qui sunt sinè capite,neq; in seruitio domini nostri, neque sub episcopo, neq; sub abbate,sed sinè canonica vel regulari vita degentes,vt in libro officiorum secundo,capitulo tertio de eis dicitur. Hos neq; inter laicos seculariũ officiorum studia, neq; inter clericos religio tenet diuina, sed solutos atq; oberrantes sola turpis vita cõplectitur & vaga:quiq; dum nullũ metuũt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectant, quasi animalia bruta,libertate ac desiderio suo feruntur,habẽtes signum religionis,nõ religionis officium,hippocentauris similes, nec equi,nec homines. Tales omninò vbicunquè inuenti fuerint, præcipimus,vt episcopi sinè vlla mora eos sub custodia constringant canonica,& nullatenùs eos amplius ità errabundos & vagos secundùm desideria voluptatum suarum viuere permittãt. Sin aũt episcopis suis canonicè obedire noluerint,excommunicentur, vsq; ad iudiciũ archiepiscopi regionis illius. Si autem nec ille eos corrigere valuerit,tunc omninò sub vinculis constringantur vsq; ad synodũ, vt ibi eis indicetur,vtrùm ad iudicium domini nostri,aut ad istam magnam synodum adferantur sub custodia publica.

De clericis iniustè tonsuratis. Cap.23.

DE clericis verò hoc statuim⁹, vt hi qui hactenùs inuenti sunt, siue in canonico, siue in monachico ordine tonsurati sinè eorum volũtate,si liberi sunt, vt ità permaneant: & deincèps cauendum, vt nullus tõdeatur sinè legitima ætate & spontanea voluntate,vel cum licentia domini sui.

De clericis adeuntibus Imperatorem. Cap.24.

DE clericis adeuntibus Imperatorem, hoc placet omnibus modis obseruare,quod de eis in sacris canonibus constitutum est.

Vt prædicatio sancta assiduè in ecclesia fiat. Cap.25.

DE officio prædicationis, si fortè episcopus nõ fuerit in domo sua,aut infirmus est,aut alia aliqua causa exigente nõ valuerit,nunquàm tamen desit diebus Dominicis aut festiuitatibus, qui verbũ Dei p̃dicet,iuxta quod intelligere vulgus possit.

Presbyteri tantùm ad Missarum solennia, introitum habeant in monasteria puellarum. Cap.26.

VT presbyteris per monasteria puellarum opportuno tẽpore liceat Missarum solẽnia celebrare, & iterùm ad proprias ecclesias redire.

Vt presbyteri chrisma diligenter custodiant. Cap. 27.

PResbyteri sub sigillo custodiant chrisma,& nulli sub prætextu medicinę vel maleficij,donare indè præsumant. Quod si fecerint,honore priuentur.

Vt presbyteri assiduè vtantur orarijs. Cap.28.

PResbyteri sinè intermissione vtantur orarijs propter differentiam sacerdotij dignitatis.

Nè laici presbyteros eijciant de ecclesijs. Cap. 29.

VT laici presbyteros nõ eijciant de ecclesijs,neque constituant sinè cõsensu episcoporum suorum.

Nè laici à presbyteris munera exigãt. Ca.30.

VT laici omninò munera iniusta non exigant à presbyteris propter commendationẽ ecclesię cuiquam presbytero.

De fugitiuis clericis. Cap.31.

VT vnusquisq; episcopus in sua parochia diligenter presbyteros vel clericos inquirat, vndè sint:& si aliquẽ fugitiuũ inuenerit,ad suum episcopum redire faciat.

Quid sit Litania. Cap.32.

LItaniæ autem Græco nomine appellantur, quæ Latinè dicuntur rogationes. Inter λιτανείας autẽ & ἐξομολογήσεις hoc differt,quòd exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur:litaniæ verò, quæ indicantur propter rogãdum Deum,& impetrandum in aliquo misericordiam eius. Sed nunc iam vtrunq; vocabulum sub vna designatione habetur.

Litania & confessio v differant.

De Litania maiore. Cap.33.

PLacuit nobis,vt litania maior obseruãda sit à cunctis Christianis, diebus tribus,sicut legendo reperimus.Et sicut sancti patres nostri instituerunt, non equitando, nec preciosis vestibus induti, sed discalceati,cinere & cilicio induti,nisi infirmitas impediẽrit.

De quatuor temporibus obseruandis. Cap.34.

COnstituimus vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obseruẽtur,id est,mẽse Martio hebdomada prima. Et feria quarta & sexta & sabbato veniant omnes ad ecclesiam hora nona cum litanijs ad Missarum solennia. Similiter in mense Iunio,hebdomada secunda,feria quarta & sexta & sabbato ieiunetur vsque ad horam nonam,& à carne ab omnibus abstineatur.

Similiter in mense Septembrio, hebdomada tertia, & in mēse Decembrio, hebdomada quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum.

De indicto ieiunio. Cap. 35.

QVòd si quis indictum ieiuniū superbiendo cōtempserit, & obseruare cū cæteris Christianis noluerit, in Gangrensi concilio præcipitur, vt anathematizetur, nisì emendare se studeat. Cap. 19.

De festiuitatibus anni. Cap. 36.

FEstos dies in anno celebrare sancimus, hoc est, diem Dominicum Pasche, cum omni honore & sobrietate venerari. Simili modo tota hebdomada illa obseruari decreuimus, diem Assensionis Domini pleniter celebrare. Item Pentecosten similiter vt in Pascha. In natali apostolorū Petri & Pauli diem vnum, natiuitatem S. Ioannis Baptistæ, assumptionē sanctæ Marię, dedicationē S. Michaëlis, natalem S. Remigij, S. Martini, S. Andreæ. In natali Domini dies quatuor, Octauas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem S. Mariæ. Et illas festiuitates martyrum vel cōfessorum obseruare decreuimus, quorum in vnaquaque parochia sancta corpora requiescūt. Similiter etiàm dedicationem templi.

De Dominicis diebus. Cap. 37.

OMnes dies Dominicos cum omni veneratione decreuimus obseruari, & à seruili opere abstinere, & vt mercatus in eis minimè sit, nec placitum, vbì aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur.

De Decimis. Cap. 38.

ADmonemus atque pręcipimus, vt decimas Deo omīnò dari non negligatur, quas Deus ipse sibi dari cōstituit. Quia timendū est, vt quisquis Deo debitū suum abstrahit, nè fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Vt ecclesiæ pacem habeant. Cap. 39.

REum confugientem ad ecclesiam, nemo abstrahere audeat, nec indè donare ad pœnam vel ad mortem, vt honor Dei & sanctorum eius conseruetur: sed rectores ecclesiarum, pacem & vitam ac mēbra eius obtinere studeant, tamen legitimè componat, quod iniquè fęcit.

Iterùm de pace ecclesiarum. Cap. 40.

PRæcipimus, vt in ecclesijs aut in domibus ecclesiarum vel atrijs, placita secularia minimè fiant.

Vt antiquæ ecclesiæ honorem suum habeant. Cap. 41.

ECclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec alijs possessionibus priuentur, ità vt nouis oratorijs tribuatur.

De beneficijs ecclesiasticis. Cap. 42.

QVicunq; beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta ecclesiæ restaurāda,

vel ipsas ecclesias emendandas, omninò adiuuent, & nonam & decimam reddant.

Nè presbyter solus Missam cantet. Cap. 43.

NVllus presbyter, vt nobis videtur, solus Missam cantare valet rectè. Quomodò enim dicet, Dominus vobiscum, vel Sursùm corda admonebit habere, & alia multa his similia, cùm aliꝰ nemo cum eo sit?

De oblatione & pace in Ecclesia facienda. Cap. 44.

OBlationem quoquè & pacem in ecclesia facere, iugiter admoneatur populus Christianus: quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarū: & in ipsa pace, vera vnanimitas & concordia demonstratur.

De symbolo & oratione Dominica. Cap. 45.

SYmbolum quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere, sempér admoneant sacerdotes populum Christianum. Volumusq; vt disciplinam condignam habeant, qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emēdentur. Propterea dignum est, vt filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foràs presbyteris, vt fidem catholicam rectè discant & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

Vt malum ebrietatis vitetur omninò. Cap. 46.

MAgnum malū ebrietatis, vndè omīa vitia pullulant, modis omnibus pręcipimus cauere: & qui hoc vitare noluerit, excommunicandum eum esse decreuimus, vsq; ad emendationem congruam.

De spiritalibus filiolis. Cap. 47.

DEindè præcipimus, vt vnusquisque cōpater vel proximi, spiritales filiolos suos catholicè instruant.

Vt canticum luxuriosum, circa ecclesias deseratur. Cap. 48.

CAnticum turpe atque luxuriosum circa ecclesias agere omninò contradicimus, quod vbiquè vitandum est.

De subintroductis mulieribus. Cap. 49.

OMnibus igitur clericis fœminas secū in domibus suis habere vltra licentiā canonum, firmiter sit contradictum.

De præpositis vel aduocatis, siue vicedominis. Cap. 50.

OMnibus igitur episcopis, abbatibus, cunctoque clero omninò præcipimus, vicedominos, præpositos, aduocatos siue defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, nō periuros, nō falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus iustitiam diligentes. De iudicibus autem vel centenarijs atq; tribunis seu vicarijs, dignum esse censemus, vt si mali reperti fuerint, de ministerio suo abijciantur.

Nè

Nè corpora sanctorum transferantur de loco ad locum. Cap. 51.

DEincèps verò corpora sanctorum de loco ad locum nullus præsumat trāsferre, sinè consilio principis vel episcoporū & sanctæ synodi licentia.

Qui mortui in Ecclesia sepeliantur. Cap. 52.

NVllus mortuus infra Ecclesiam sepeliatur, nisì episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri vel fideles laici.

De incestuosis. Cap. 53.

VT episcopi incestuosos pariter inuestigare studeant, omīnò præcipimus. Et si pœnitere noluerint, de Ecclesia expellantur, donèc ad pœnitentiam reuertantur.

Nè in quarta generatione coniugium copuletur. Cap. 54.

COntradicimus quoquè, vt in quarta generatione nullus ampliùs coniugio copuletur: vbì autem post interdictum factum, inuentum fuerit, separetur.

Nè proprius filius de baptismo suscipiatur. Cap. 55.

NVllus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat vxorem, nec illam cuius filium aut filiam ad confirmationem duxerit. Vbì autem factum fuerit, separentur.

De damnatis nuptijs. Cap. 56.

SIquis vxorem viduā duxerit, & posteà cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio, tales copulatiōes anathematizari & disiungi præcipimus, nec vnquàm ampliùs coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

CONCLVSIO.

FActa est autem hęc synodus in ciuitate Moguntia in claustro basilicæ sancti Albani martyris, anno Domini octingētesimo tertiodecimo, & Imperij domini Caroli Imperatoris anno tertiodecimo, indictione quinta, quinto Idus Iunij, vbì sederunt episcopi triginta, abbates verò vigintiquinque.

* Hæc igitur contra Gręcorum hæresim & illorum friuolas repræhensiones, nos in credulitate scilicet nostra repræhendentes, & in cæteris causis quæ plùs ridiculosę sunt, quàm sapientiæ intellectui ponenda, construximus. Nunc inferiùs fidem nostram quam firmiter tenemus, confiteri, necnon & omībus generaliter pandere curauimus: cæteraque capitula subtus * inferre sub authoritate sanctorum patrum disposuimus, quatenùs quisquis Christianus hanc fidem catholicam tenere conatus fuerit secūdùm suam scientiam, partem cum his patribus habeat, qui & hanc fidem constituerunt, & per quorum authoritatem cætera capitula subtùs inserta construximus.

*Hęc alibì non sunt.

*inserere

FINIS.

RHEMENSIS SYNODVS, HABITA ANNO DOMINI DCCCXIII. SVB Carolo Magno Imperatore.

RHemēsis ciuitas est in Gallia Belgica, haud procùl à Matrona fluuio distans. Est verò metropolis, cuius omnes suffraganei sunt in Belgica. Vngitur ab eius archiepiscopo Francorū rex & consecratur. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 8. vel 9. Plinium lib. 4. cap. 17.

CONCILII RHEMENSIS CAPITVLA.

HIC est ordo capitulorum breuiter adnotatus, quæ anno Dominicę incarnationis D.CCC. XIII. notata sunt in conuentu metropolitanę sedis Rhemensis ecclesiæ, à Domino Carolo pijssimo Cæsare, more priscorum Imperatorum congregato, ordinante Vulfario eiusdem sanctę sedis archiepiscopo, & cęteris quàm plurimis patribus & fratribus in eodem conuentu, diuina largiente clementia, residentibus.

Primò omnium, mediante mense Maio, Deo inspirāte, ab eisdem venerabilibus patribus institutum est secundùm consuetudinem ieiunium triduanum, quatenùs ipso miserante, ea quæ ad laudem & gloriam sui sancti nominis, & ad mercedem præfati gloriosissimi principis nostri, seu correctionē totius Christianitatis Imperij, in eo consideranda vel statuenda erant, eo cooperāte, secundùm suam magnam misericordiam & pijssimā voluntatem ordinari mererentur.

Capitulum primum

EST de fidei ratiōe, vt vnusquisq; iuxta intellectū suæ capacitatis, Domino largiente, disceret & intelligeret, atque operibus pleniter obseruaret.

2 Vt orationem, quam Dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit,

verbis discerent, & sensu benè intelligerét, quia illam ignorare nulli Christiano licet.

3 Vt quicunque ad gradus ecclesiasticos cõdignè assc̃endere voluërit, vnusquisque intelligeret, qualiter secundùm possibilitatem intellectûs sui, in eo gradu vbi constitutus est, Deo militare, & seipsum valeret custodire.

4 Vt ea quę scripta sunt superiùs, vnusquisq; secundùm à Deo sibi collatum gradũ operibus perficere valeret. Et presentibus cunctis lectæ sunt epistolæ Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est, eundem Apostolum legere, vt officium sibi commissum implere rectiùs potuisset.

5 Lectum est euangelium, vt diaconi etiàm instruerẽtur, qualiter Christo, cuius funguntur officio, cõdignè valerẽt ministrare.

6 Missarum ibi discussa est ratio, vt presbyteri minùs anteà scientes, intelligerent qualiter Missarum solẽnia deincèps digniùs celebrare deberent.

7 Baptisterij & catechumenorum ventilata est ratio, vt sacerdotes pleniùs intelligerent, qualiter condignis ordinibus efficerent Christianum.

8 Lecti sunt sancti canones, vt quisque canonicus legẽ vitamq́; suam minimè ignoraret, quod omnimodis non expedit, sicut in decretali legitur Innocentij.

9 Lecta est regula S. Benedicti, vt ad memoriam reduceretur abbatibus minùs sciẽtibus, si qui fortè adfuerint, qualiter & se & suos secundùm eandem regulam custodire valerent atque gubernare.

10 Lectæ sunt sententiæ libri pastoralis B. Gregorij, vt pastores Ecclesiæ intelligerent, quomodò ipsi viuere, & qualiter sibi subiectos deberent admonere: quoniã teste eodem B. Gregorio, aliter admonendi sunt prælati, atque aliter subditi.

11 Diuersorum ibi sententiæ relatę sunt patrum, vt audientes in omnibus quę suprà inserta leguntur, tam prælati quàm subditi, in Dei laudibus roborati, de his quę audiẽrant, fructum boni operis contenderẽt reddere.

12 Omnibus his actis, ventilata est ratio pœnitentiæ, vt sacerdotes certiùs intelligerent, quomodò cõfessiones recipere, & pœnitentiam secũdùm canonicam institutionem pœnitentibus deberent indicare.

13 Ventilata est ratio octo principalium vitiorum, vt vnusquisq; diuersitatem illorũ sciret, & ab illis Domino auxiliante se intelligerent custodire, & alijs prædicare.

14 Vt episcopi diligẽtiùs operam dent, lectioniq́; diuinę incumbant, id est, canonicis libris & opusculis patrum, & verbũ Dei omnibus prædicent.

15 Vt episcopi sermones & homilias sanctorũ patrũ, put oẽs intelligere possint, secũdùm proprietatẽ linguę pdicare studeãt.

16 Vt episcopi & presbyteri examinent, qualiter confitentibus peccata dijudicẽt, & tempus pœnitentiæ constituant.

17 Vt episcopi & abbates ante se ioca turpia facere non permittãt, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio diuina ibi personet, & sumãt cibũ cum benedictione & laude Domini, secundùm Apostolum, Siue manducatis, siue bibitis, 1. Cor. 10. omnia in laudem Dei facite.

18 Episcopi & Dei ministri non debent comessationibus & vinolẽtijs nimijs incumbere, sed considerent sententiam Domini, dicentis: Attendite nè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Moderatè enim cibum & necessarium potum sumant, vt iuxta Apostolum sobrij sint, parati ad seruitiũ Domini. Luc. 21. 1. Pet. 4.

19 Vt episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicanda modò, quædam Dei iudicio reseruanda. Scriptum est enim: Nolite ante tempus iudicare, quo- 1. Cor. 4. adusquè veniat Dominus, qui & illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Et illius memores sint: In quo enim iudicio Matth. 7. iudicaueritis, iudicabitur de vobis.

20 Vt presbyteris de minore titulo ad maiorem non liceat transmigrare.

21 Vt quicunq; presbyter per preciũ gradum & Ecclesiam acquisierit, deponatur.

22 Vt à sacerdotibus omis suspicio mulierum funditùs eradicetur, cum quibus etiàm nulla habitatio eis concedatur, prẽter illã q̃ in Nicena synodo permittit, id est, matrem aut sororem, vel eas tantùm personas, à quibus omnes suspiciones effugiant.

23. Vt in victu vel vestitu vel cõuersatione abbatum, qui monachos habere cernũtur, Dei voluntas & domini Imperatoris impleatur.

24 Vt prępositi & vicedomini, secundùm regulas vel canones constituantur.

25 Vt monachi & canonici pleniter cõsilium habeant, qualiter Deo militare, animasq́; eorum meliùs valeant custodire, nè propter aliquam necessitatem, occasionem quærant vagandi, & inter ipsos propter hoc locus tentandi detur diabolo.

26 Vt monachi & canonici tabernas ad edendum vel bibendum nõ ingrediantur, sicut in concilijs Laodicensi & Africano legitur esse interdictum. Laodicen. 24. & Carthaginien. cap. 47.

27 Vt in ciuitatibus & monasterijs non maior numerus seruientium Deo mittatur, quàm possibilitas eis ministrandi fuerit.

28 Vt cupiditatis & auaritię malum nullatenùs sectetur, sicut Carthaginen interdicit concilium.

29 Vt monachi ad placita secularia nullatenùs vadant.

30 Vt nemo sacerdotum vel monachorum negocijs illicitis se implicet, quomodò scriptum

2. Tim. 2. a scriptum est. Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus.

31 Vt discretio seruãda sit inter pœnitẽtes, q̃ publicè & q̃ absconsè pœnitere debẽt.

Carth. 1. ca. 21. & Carth. 3. cap. 16. & Cartha. 4. cap. 17. 32 Vt turpia lucra & vsuras minimè exerceant, sicut ipsum habet concilium.

33 De monasterijs puellarũ considerandum est, & domini Imperatoris misericordia imploranda, vt victum & necessaria à sibi prælatis cõsequi possint sanctimoniales, & vita illarum, & castitas, secundùm fragilitatem sexûs, diligenter prouisa tueatur.

34 Vt viduæ nõ sint in delicijs, sed (secũdùm Apostolum) sub potestate episcopi viuant, sicut decet. 1. Tim. 5. a

35 Vt diebus Dominicis secundùm Domini præceptum, nulla opera seruilia quilibet pficiat, nec ad placita conueniat, nec etiàm donationes in publico facere pręsumat, neque mercata exerceat.

36 Vt quicunque per cupiditatẽ & malum ingenium aliorũ res sibi acquisierint, & pro ipsis rebꝰ ecclesiæ illis in precaria rediderint, & in postmodùm datoribus displiceuerit, pars ecclesiæ, quod suum est, habeat: & illi quæ sua sunt, absq́; vllius contradictione recipiant. Post hæc verò hi, qui hoc malum perpetrati sunt, secundùm modũ culpę pœnitentiam agant, & deincèps res aliorum cupidè & procaciter recipere nõ pręsumãt, nisi tantùm quod pro sola eleemosyna eas DEO dare voluërint, vel etiàm ipsas, quas donant in nomine suo & filiorum suorum, in precariam recipere voluërint.

37 Vt si quilibet hominum res Ecclesiæ per mẽdacia, vel mala ingenia, in precariam sibi acquirere & habere voluërit, & post factas precarias, eadem mendacia ad aures eiusdem rectoris ecclesiæ delata fuerint: ipsa ecclesia res suas, quæ ei mẽdaciter abstractæ fuerint, pleniter absq; vllius contradictione omnimodis recipiat. Ille verò, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precarię, eidẽ ecclesię tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

38 Vt decimæ pleniter dentur.

39 Vt nullus homo munera pro placito requirat, aut accipere pręsumat.

40 Vt p̃ domino Imperatore suaq́; nobilissima prole, oratiões & oblationes superhas, quæ hactenùs p̃ ipsis Deo omnipotẽti oblatę sunt, augeantur, vt eos suis temporibus in præsenti seculo cum omni felicitate custodiat, & in futuro cum sanctis angelis suis pia miseratione gaudentes efficiat.

41 Vt dominus Imperator, secũdùm statutum bonæ memoriæ domini Pipini, misericordiam faciat, nè solidi, qui in lege habentur, per quadraginta denarios discurrãt: quoniam propter eos multa periuria, multaque falsa testimonia reperiuntur.

42 Vt in sua eleemosyna firmiter statuat, nè quilibet in suum pergentibus seruitiũ vllatenùs prohibere audeat mãsionem, neq; alijs quibus necessitas incumbit.

43 Vt eius magnificum & cuncto imperio eius suis & futuris temporibus firmetur capitulũ, siue ab anno xxx. à quo adhuc testes haberi possint, seu etiàm ab illo, à quo felicissimum regnum eius sumpsit exordiũ, qualiter omnes lites & iurgia in sua misericordia terminum habere potuissent: quoniam pro talibus multa periuria, multæq́; dissensiones oriuntur in populo.

44 Vt de falsis testibus, eius simili modo pijssimum firmetur capitulum, qualiter & hoc quod ille Bononiæ statuit, firmissimum habeatur: & adhuc quærantur, quatenùs in sua pijssima misericordia, si qua necessaria sunt, augeantur: nè propter eorum falsa testimonia iniquaque periuria, tot damna, totque iniustitiæ oriantur.

FINIS.

CONCILIVM AQVISGRANI CELEBRATVM CIRCA ANNVM DOMINI DCCC.XVI. TEMPORE LVDOVICI IMPERATORIS PRIMI &c.

VRbem hanc ab aquis, quarum & frigidarũ, & feruidarum, nõ modò calidarũ, scaturigines apud se habet, nomen obtinere, & olim Aquas Traianas appellatam fuisse, indeq́, etiamnum, tametsi corruptiùs aliquanto, Aquisgranum dici, & Imperatorum ibi coronandorum honore & priuilegio, iam indè à Caroli Magni temporibus inclytam esse, multisque alijs dotibus etiàm hodiè pollere, & inter Mosam & Rhenum, respectu Coloniæ & Leodij, propè mediam esse, notius est, quàm vt multis ea de re hic opus sit verbis.

VM in nomine sanctæ & indiuiduę trinitatis Christianissimus ac gloriosissimus rex Ludouicus, superno munere victor Augustus, anno incarnationis Domini nostri IESV Christi, DCCC.XVI. indictione decima, anno siquidem Imperij sui tertio, Aquisgrani palatio generalẽ sanctumq́; cõuocâsset cõuentum, & cœpisset secundùm ardentissimã erga diuinum cultum sibi cẽlitùs inspiratã voluntatem, multa congrua & necessaria de emendatione sanctæ Dei Eccleſię, illius vi-

delicet amore, qui eam ſuo ſancto &pretioſo redemit ſanguine, eiq; ſe adfuturū vſq;
Matth.28. ad cōſummationem pollicitus eſt ſeculi, ſolerter ac curioſè pertractare: eouſquè inter cætera peruentum eſt, vt eundem ſanctum & venerabilem, Deo annuente, aggregatum conuentum conſuleret, immò conſulendo admoneret, ſuper quibuſdam eccleſiarum prepoſitis, qui partim ignorātia, partim deſidia, ſubditorum curam paruipendebant, & hoſpitalitatem minùs iuſto diligebant, quid facto opùs eſſet. Adiunxit etiàm monēdo, vt quia canonicorum vita ſparsim in ſacris canonibus & in ſanctorum patrū dictis erat indita, ꝓpter ſimplices quoſq; minusq; capaces, aliquam ex eiſdem ſacris canonibus & ſanctorum patrum dictis inſtitutionis formam, pari voto pariq; conſenſu excerperent, per quam patenter prælatorū & ſubditorum vita monſtraretur: quatenùs omnes, qui canonica cēſentur profeſſione, per viā propoſiti ſui inoffenſo greſſu incederent, & in Chriſti militia deuotiùs vnanimes atq; concordes exiſterent. Sed vt id nutu diuino fieret, Dominum in cōmune humiliter exorādum premonuit, vt ſeruorum ſuorum exorabilibus pulſatus precibus, eius admonitionem ſecundùm ſuam voluntatem fieri, ſuaq; gratia eā precedere & ſubſequi dignaretur. Ad quam etiàm admonitionem ſacer conuentus intimo gaudio repletus, expanſis in cælum manibus, creatori omniū gratias agens benedixit: quippe qui talem *pium, tamq; benignum Eccleſię ſuæ *tam
ſanctæ principem, cunctisq; eius neceſſitatibus ſapientiſſimum ac deuotiſſimum prętulerit procuratorem. Suſcipientes ergò libentiſſimè hilariterq; eius ſaluberrimā multis, Deo miſerante, profuturam admonitionem, licèt pleriq; auxiliante Deo, deuotè ac religioſè cum ſibi ſubiectis canonicam ſeruent inſtitutionem, & in pleriſq; locis idem ordo pleniſſimè ſeruetur: omnium tamen id animis ſedit, vt ſecundùm eiuſdem principis admonitionem, vnà, diuino freti auxilio, & eiuſdem pijſſimi principis non modico adiuti iuuamine, eius videlicet liberaliſſima largitione, copiam librorum prę manibus habentes, ex canonica authoritate & ſanctorum patrum dictis, veluti ex diuerſis pratis quoſdam floſculos carpentes, hanc inſtitutionis formam excerperent, & canonicis obſeruandam conferrent: vt quorum fortè labore, ob tarditatem ingenij ſeu inopiam librorum, ſparsim digeſta difficilè cōprehendi poſſet, ſolerti ſtudio in eodē opere breuiter congeſta, valdè perfacilè ab his reperiri poſſet, per quam (vt præmiſſum eſt) & prælati recto tramite incedere, & ſubditis normam viuendi abſque ignorantię obſtaculo ſalubriter nōſſent præbere. Vigilanti ergò ſtudio eandem inſtitutionis formam colligere ſtuduerunt, in qua pleniſſimè continetur, qualiter & prælati viuere, & ſubiectos regere, eisque eccleſiaſticos ſumptus adminiſtrare, & in Dei ſeruitio cōſtringere, benè operantes quoſq; ad meliora prouocare, proteruos quoſque & negligentes debeant corripere. Cùm igitur huius inſtitutionis formam corā memorato glorioſo principe prolatam, ſacer conuentus laudibus extuliſſet, & eccleſiaſtica authoritate fulcitam, laudeq; dignam, & ſanctę Eccleſiæ vtiliſſimam atq; proficuam conſona voce prædicaret, nihilq; in ea repræhenſionis ab his, qui ſanum ſapiunt, reperiri poſſe profiteretur, ab eodē victoriоſiſſimo principe & ab oīnibus qui aderāt, DEO GRATIAS, acclamatum eſt. Nec immeritò: quippe qui & occulta ſua diſpenſatione, & gratiſſima inſpiratione, prefatum principē, vt id fieri moneret, compulit, & ad effectum perduceretur, miſerando adiuuit. Proindè omnium ſentētia ſtatutum eſt ab omnibus, qui in canonica profeſſione Domino militant, hanc inſtitutionis formam tot eccleſiaſticorum virorum vigilanti ſtudio congeſtam, digniſq; prēconijs laudatam, iuxta virium poſſibilitatem modis omnibus obſeruandam, quatenùs hanc ſiue aliarū ſcripturarum ſanctarum documenta ſedula meditatione perlegentes, & prelati & ſubditi vocatione, qua vocati ſunt ope diuina adminiculati, infatigabiliter ambulent, & pro tam pijſſimo principe, qui ob lucrum animarū hoc ſacrum & venerabile concilium ad hāc formam congerendam & ſtatuendam ſaluteris admonitionibus excitauit, modernis futuriſq; temporibus Dei imměſam clemētiam iugiter exorent. Nam & in altero libello idem ſacer cōuentus eodē religioſiſſimo Auguſto monente, quandam inſtitutionis formulam ex ſanctorum patrum dictis ſtudioſè excerpſit, & in vnum breuiter ſatisq; congruenter cōgeſſit, & ſanctimonialibus canonicè degentibus tenēdam percenſuit. In qua continetur, quales eis abbatiſſæ prēferendæ ſint, qualiter eiſdem ſanctimonialibus infra clauſtra monaſterij viuendū, qd à prælatis ſtipendiorū dandum, quibus documentis & virtutū inſtrumentis exornādæ ſunt, quatenùs hac formula viuendi inſpecta, & Deo ſibi adiutoriū præbente, humiliter ſuſcepta, & efficaciter impleta, cum bonorum operū lampadibus venienti ſponſo Matth.
apparére, atq; eiꝰ thalamū ingredi mereant.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1 Iſidori de tonſura.
2 Eiuſdem de Oſtiarijs.
3 Eiuſdem de Lectoribus.
4 Eiuſdem de Exorciſtis.
5 Eiuſdem de Acolytis.
6 Eiuſdem de ſubdiaconibus.
7 Eiuſdem de Diaconibus.
8 Eiuſdem de Presbyteris.
9 Eiuſdem de Sacerdotibus.

10 Excerptū Hieronymi, ex Epiſtola ad Titum, de Epiſcopis.
11 Eiuſdem ad Oceanum, de Epiſcopis.
12 Auguſtini de Paſtoribus.
13 Gregorij de Paſtoribus animarū, quales in Eccleſia eligi debeant.
14 Eiuſdē, vt indigni & imperiti ad paſtorale magiſterium accedere nō preſumāt.
15 Iſidori de indignis præpoſitis.
16 Eiuſdem de indoctis præpoſitis.
17 Gregorij de his, qui in regimine prodeſſe poſſunt, ſed idem officium per quietem propriam refugiuut.
18 Iſidori de præpoſitis Eccleſiæ.
19 Proſperi, ꝙ ſacerdotes ſancti contemplatiuæ vitæ participes fieri poſſunt.
20 Iſidori de doctrina & exēplis præpoſitorum.
21 Gregorij de humilitate prepoſitorum.
22 Iſidori de humilitate præpoſitorum.
23 Eiuſdem de doctrinę diſcretione.
24 Gregorij, qualiter prælati ſubiectos doceant, ac ſemetipſos diſcreta circunſpectione præuideant.
25 Iſidori de doctorum ſilentio.
26 Proſperi, ꝙ nihil profit ſacerdoti, etiàm ſi benè viuat, modò malè viuentes tacendo non arguat.
27 Gregorius de paſtoribus nō rectè gradientibus.
28 Proſperi de negligētia ſacerdotis, qui doctrinæ ſuæ agendo contraria, pſonam non poteſt implere doctorum.
29 Iſidori, de his, qui benè docent, & malè viuunt.
30 Eiuſdem de exemplis prauorum ſacerdotum.
31 Eiuſdem de præpoſitis carnalibus.
32 Proſperi luctuoſa deſcriptio carnaliter viuentium ſacerdotum.
33 Iſidori de iracundis doctoribus.
34 Gregorij de zelo paſtoralis officij erga ſubditos.
35 Proſperi, ꝙ ſacerdotes nihil proprium habeant, eccleſiæ facultates quoquè tanquàm cōmunes quomodò adminiſtrārūt, Deo rationē reddituri ſint.
36 Iſidori de diſciplina ſacerdotum in his qui delinquunt.
37 Gregorij de collata epiſcopis poteſtate ligandi atque ſoluendi.
38 Eiuſdem de epiſcopis, qui pro ordinatione ſacerdotij munera libenter accipiunt.

CAPITVLA CANONVM.

39 De ſubintroductis mulieribus.
40 De clericis vſuras accipientibus.
41 De priuilegijs presbyterorum.
42 De excommunicatis.
43 Quòd non oporteat demigrare.
44 Non tranſmigrandum de ciuitate in ciuitatem.
45 De his qui in eccleſijs, in quibus prouecti ſunt, minimè perdurārunt.
46 De flectendo genu.
47 De damnatis & miniſtrare tentantibꝰ.
48 De clericis damnatis.
49 De peregrinorum ſuſceptione.
50 Quòd non liceat clerico, viduatarum ciuitatum eccleſijs miniſtrare.
51 Quòd non oporteat clericos ſinè commendatitijs mitti.
52 Quòd ſinè literis ſacro myſterio ſeruientes proficiſci non debeant.
53 De clericis à communione ſummotis, ab alio ꝓpiſcopo non recipiendis.
54 Si quis excommunicatus ante audiētiam cōmunicare præſumpſerit, ipſe in ſe damnationem protulit.
55 De non ſolicitandis clericis alienis.
56 Si qui clerici ab epiſcopis ſuis promoti, contempſerint: nec illic maneant, vndè recedere noluerunt.
57 De his, qui ſemèl legerint in eccleſia, ab alijs non poſſe promoueri.
58 Vt nullus alienum clericum ſolicitare, vel tenere præſumat, non pręuenientе ſui epiſcopi conſenſu.
59 Vt in eccleſijs minimè conuiuia celebrentur.
60 Quòd nullus Eccleſiaſticorum in tabernis comedere præſumat.
61 De auaritia & inordinata cupiditate clericorum.
62 Quòd vſuram nec clerici exigere debent, ſed nec laici Chriſtiani.
63 De clericis eſum carniū diffugientibꝰ.
74 De numero certo diaconorum.
65 De his, qui abominantur eos, qui carnibus veſcuntur.
66 De his, quæ in vſus pauperum conferuntur.
67 De his, quæ pro virginitate ſuperbiūt.
68 De his, q Dominica die ieiunant, tanquàm nihil præ cæteris differente.
69 De his, qui eccleſiaſtica ieiunia abſq; neceſſitate diſſoluunt.
70 De his, qui ſe à perceptione ſanctę cōmunionis auertunt.
71 De his, qui præter conſcientiam ſuorū epiſcoporum, in alijs parochijs commorantur.
72 De clericis & laicis excommunicatis.
73 De epiſcopis & clericis adeuntibus Imperatorem.
74 De damnatis epiſcopis &c. vt ſuprà.
75 Vt hi, qui in ſacrario ſeruiunt, vſuras non exigant.
76 De his, qui debeāt in pulpito pſallere.
77 De honore, quē presbyteris diaconi, qui ſub ipſis ſunt, debeant exhibere.
78 Quòd ſubdiaconi non benedicant, nec benedictionem tribuant.
79 De exorciſtis, qui non ſunt ab epiſcopis ordinati.

80 In ecclesia prandia fieri non debent.
81 Quòd præter episcopi conscientiam, clericus proficisci non debeat.
82 Vt ad sacrariũ non introëãt mulieres.
83 Nõ licere clericis iudicris interesse spectaculis.
84 Oblatiões ĩ domib⁹ offerri nõ oportere.
85 De clericis & monachis non pmanentibus in suo proposito.
86 Quòd non oporteat clericos habentes aduersùs inuicèm negocia, relinquere suum proprium episcopum, & ad secularia iudicia conuocari.
87 Quòd clerici non transmigrent.
88 Quòd nõ liceat clericis, post mortem sui episcopi res ad eũ ptinẽtes diripe.
89 Si quis clericorum pauper promotus, posteà in ordine aliquid habuerit, ecclesiæ potestati subijciat.
90 Vt clerici tabernas non ingrediantur.
91 Vt alienus clericus minimè suscipiatur ab alio.
92 Vt clericus nec suo, nec alieno nomine fœnus exerceat.
93 Vt clerici nullas negociationes inhonestas, aut turpia lucra sectentur.
94 Hieronymi presbyteri ex epistola ad Nepotianum de vita clericorum.
95 Eiusdem ex epistola ad Paulinum de institutione clericorum.
96 Eiusdem ex epistola ad Rusticum.
97 Eiusdem ex epistola ad Heliodorum, quid distet inter monachũ & clericũ.
98 Eiusdem ex epistola ad Oceanum de vita clericorum.
99 Isidorus de clericis.
100 Idem de regulis clericorum.
101 Idem de generibus clericorum.
102 Gregorij excerptum, quales oporteat clericos esse.
103 Eiusdem de subditis bonis sub pastorali regimine constitutis.
104 Isidori de subditis.
105 Gregorij de inuidis vel proteruis.
106 Prosperi, quòd secundùm sermonem prophetæ culpa sua pereant, qui sacerdotum increpatiões peruersa voluntate contemnunt.
107 Eiusdem, cum quo damno animę suę ab ecclesia, quę pauperes pascit, accipiunt illi, qui sibi de suo sufficiunt.
108 Eiusdẽ, q sint, q etiàm cũ ꝓfectu animæ suæ opibus sustentant ecclesiæ.
109 Eiusdem, quid facere debeant clerici, quorũ infirmitas non potest sua cõtemnere.
110 Eiusdem, quæ sint vera gaudia vel verę diuitiæ, & quid impedimenti afferant bona præsentia amatoribus futurorum.
111 Qualiter intelligitur, quia dicit Apostolus, qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt. I. Cor. 9.
112 Augustin⁹ de vita & morib⁹ clericorũ.
113 Idem de eodem, vt suprà.
114 Quæ præcepta specialiter monachis, quæ generaliter cæteris conueniant Christianis.
115 Quòd canonica institutio, euangelica & Apostolica authoritate fulta, cæteris supereminet institutionibus.
116 Quid res ecclesiæ sint.
117 Quòd diligenter munienda sint claustra canonicorum.
118 Vt in congregandis canonicis modus discretionis tenendus sit.
119 De his, qui in cõgregatione sibi commissa, ex familia solũmodò ecclesiæ, clericos aggregat.
120 Qui clerici in cõgregatione canonica cõstituti, ecclesiastica accipere debeant stipendia.
121 Vt in congregatióe canonica æqualiter cibus & potus accipiantur.
122 De mensura cibi & potûs.
123 Quòd à prælatis gemina pastio subditis sit impendenda.
124 Vt canonici, sicut in cæteris, ità etiàm in cultu vestium modum teneãt discretionis.
125 Vt canonici cucullas monachorum non induant.
126 Isidori ex libro Officiorũ excerptũ, qua authoritate Horæ canonicæ celebrentur, quas scire & religiosè obseruare canonicos oportet.
127 De horis vespertinis.
128 De Completorio.
129 De Vigiliarum antiquitate.
130 De Horis matutinis.
131 Vt Horas canonicas canonici religiosè obseruent.
132 Quòd cantantibus & psallentib⁹ Domino, angelorum adsint præsidia.
133 Quales ad legendum & cãtandum in ecclesia constituendi sint.
134 Qui modus sit correptionis.
135 Vt erga pueros, qui nutriũtur vel eruditur in congregatione canonica, instantissima sit custodia adhibẽda.
136 Vt ab oñibus canonicis ad Completorium veniatur.
137 De cantoribus.
138 De prælatis.
139 De prepositis.
140 De cellerario.
141 De magistro hospitalis.
142 De infirmis.
143 De clausura portæ.
144 De custodia Claustri.
145 Epilogus omnium præmissorum.

¶Isidorus de Tonsuris. CAP. I.

TOnsuræ ecclesiasticæ vsus, à Nazaræis (ni fallor) exortus est. Qui priùs crine seruato, diuina post magnã vitæ cõtinentiã deuotione cõpleta caput radebant, & capil

Isidorus ecclesiasticæ cõtinentiæ

los in

los in igne sacrificij ponere iubebantur, scilicet vt perfectionem deuotionis suæ Domino consecrarent. Huius ergò exẽpli vsus, ab apostolis introductus est, vt hi qui in diuinis cultibus mancipati Domino consecrantur, quasi Nazarei, id est, sancti Dei, crine pręciso, innouentur. Hoc quippe & Ezechieli prophetæ iubetur, dicente Domino: Tu fili hominis, sume tibi gladium acutum, & duces super caput tuum & barbam, videlicet quia & ipse sacerdotali genere Deo in ministerium sanctificationis deseruiebat. Hoc & Nazaræos illos Priscillam & Aquilã in Actibus apostolorum primùm fecisse legimus. Paulum quoquè apostolũ & quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu mirandi extiterunt. Est autem clericis tonsura signũ quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo aditur, scilicet vt hoc signo in religione vitia resecentur, & criminib⁹ carnis nostrę quasi crinibus exuamur, atque indè innouatis sensibus & comis rudibus eniteſcamus, expoliantes nos (iuxta Apostolum) veterem hominem cum actibus suis, induẽtes nouum, qui renouatur in agnitione Dei. Quam renouationẽ in mente oportet fieri, sed in capite demõstrari, vbi ipsa mens noscitur habitare. Quòd verò detõso capite superius, inferiùs circuli corona relinquitur, sacerdotium regnumq́; Ecclesię in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum. Hęc ex byſſo confecta, rotũda erat, quasi sphæra media: & hoc significat in parte capitis tonsa. Corona autem, latitudo aurei est circuli, quę regũ capita cingit. Vtrunque itaque signum exprimitur in capite clericorum, vt impleatur etiàm corporis quadam similitudine, quod scriptum est, Petro apostolo perdocente: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Quęritur autem, cur sicut apud antiquos Nazaræos, non antè coma nutritur, & sic tondetur? Sed q hæc exquirunt, animaduertant, quid sit inter illud propheticum velamentũ, & hanc euangelij reuelationem, de qua dicit Apostolus: Cùm transieris ad Christum, auferetur velamen. Quod autem significabat velamen interpositum inter faciem Mosis & adspectum filiorum Israel, hoc significabat illis temporibus etiàm coma sanctorum. Nam & Apostolus comam pro velamento esse dicit. Proindè iam non oportet, vt velenẽ crinibus capita eorũ, qui Domino consecrantur, sed tantùm vt reuelenẽ: quia quod erat occultum in sacramento prophetiæ, iam in Euangelio declaratum est.

¶Idem de Ostiarijs. CAP. 2.

OStiarij sunt, qui in veteri testamento ianitores templi vocabãtur, qui præerant portis Hierusalem, quique ordinati p vices suas, omnia interiora templi vel exteriora custodiebant. Hi deniquè inter sanctum & iniquum discernentes, eos tantùm in Ecclesia, qui sunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum, nisì per hos, non possumus. Habent enim potestatem tam bonos recipiendi, quàm reijciendi indignos.

¶Idem de Lectoribus. CAP. 3. Isidor⁹ vbì sup. cap. 11.

LEctorum ordo, formam & initium à prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur: Clama, nè cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isti quippe dum ordinantur, primùm de eorum conuersatione episcop⁹ verbum facit ad populum, deindè corã plebe tradit eis codicem apicum diuinorum, ad Dei verbum annunciandum. Qui autem ad huiusmodi prouehitur gradum, iste erit doctrina & libris imbutus, sensuumq́ue ac verborum scientia perornatus, ità vt distinctionibus sententiarum intelligat, vbì finiatur iunctura, vbì adhuc pendeat oratio, vbì sententia extrema claudatur. Sicque expeditus, vim pronunciationis tenebit, vt ad intellectum omnium mentes sensumq́; promoueat, discernendo genera pronunciationum, atque exprimendo omnium sententiarum proprios affectus, modò indicantis voce, modò dolentis, modò increpantis, modò exhortantis, siue his similia, secundùm genus propriæ pronunciationis, in quo magìs illa ambigua sententiarum adhibẽda cognitio est. Multa enim in scripturis sunt, quæ nisì proprio modo pronuncientur, & in contrariam recedunt sententiã, sicutì est: Quis accusabit aduersùs electos Dei? Deus qui iustificat? Quod si confirmatiuè, non seruato genere pronunciationis suæ, dicatur, magna peruersitas oritur. Sic ergò pronunciãdum est, àc si diceret: Deus ne qui iustificat? Subauditur, Non. Necessarium est ergò, in tantis rebus scientiæ ingeniũ, quo propriè singula cõuenienterq́; pronuncientur. Propterea & accentuũ vim oportet Lectorem scire, vt nouerit, in qua syllaba vox protẽdatur pronunciantis. Plerunquè eñ imperiti lectores in verborum accẽtibus errant, & solent nos irridere imperitię hi, qui videntur habere notitiam, detrahentes & iurantes penitùs nos nescire quod dicimus. Porrò vox lectoris, simplex erit & clara, ad omne pronunciationis genus accommodata, plena succo virili, agrestem & subrusticum effugiens sonum, non humilis, nec adeò sublimis, non fracta vel tenera, nihilque fœmineum sonans, neque cum motu corporis, sed tantùm cum grauitatis specie. Auribus enim & cordi consulere debet lector, non oculis, nè potiùs ex seipso eos spectatores, magìs quàm auditores faciat. Vetus opinio est, lectores pronunciandi causa præcipuam curam vocis habuisse, vt exaudiri in tumultu possint. Vndè & dudùm lectores, præcones vel ꝓclamatores vocabantur.

*recidunt Rom. 8. f.

*imperitię

Idem

Idem de exorcistis CAP. 4.

Isidor⁹ vbi suprà ca. 13.

IN ordine & ministerio ecclesiæ, decet esse exorcistas secundùm officia, quę in templo Salomonis erant dispositа, quæque posteriùs sunt ab Esdra dispertita. Et inuenimus, eos, quos Esdras actores memorat templi tunc, nunc esse exorcistas in Ecclesia Dei. Fuerunt enim sub Esdra actores templi, seruorum Salomonis filij, qui actum tẽpli totius sub cura sua haberent, ac sacris oblationibus deseruirent. Et cùm fuissent ex ordine & ministerio templi, longè fuerunt ab officio altaris DEI, quia nec psalmistis, nec ostiarijs, nec sacrorum seruis attingere licebat munera altaris, nisi tantummodò Leuitis. Quid ergò est? Nullam aliam curam habebant actores templi, nisi ad sarta tecta facienda, aut quæcunque fuissent veterata in ędificatione templi, aut delapsa, per eosdem actores de thesauris Dominicis reficerentur, atque excolerẽtur. Ergò actores templi, exorcistæ sunt in populo DEI. Quomodò enim actor prudens & bonus scit, quis sit Domini sui census & omis substãtiæ modus, & redigit apud se totius possessionis instrumenta originalia, sic & exorcista redigit in suam diligentiam totius regni Domini secreta, vt memoriæ mãdet de scripturarum sacramẽtis, vndè exerceat scilicet donum, quod illi est ab spiritu sancto concessum, secundùm Apostoli præconiũ. exorcistas enim memorat Apostolus, cùm dicit: Nunquid omnes donationes habent curationum? Hi enim cùm ordinantur, sicut ait canon, accipiunt de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi: accipientes pœnitentiam imponendi manus sup energumenos siue catechumenos.

1. Esd. 2. c

1. Cor. 12. d

Carthag. conc. 4. Et di. 23. exorcista cùm.

Idem de Acolytis. CAP. 5.

Isidor⁹ Etymologiarum lib. 7. cap. 12.

AColyti Græcè, Latinè ceroferarij dicuntur, à deportãdis cereis, quandò legendum est euangelium aut sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eo tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostẽdatur, de qua in euangelio legitur: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

☞

Ioan. 1. a

Idem de subdiaconibus. CAP. 6.

Isidor⁹ vbi suprà de officijs, ca. 10. 1. Esd. 2. c & 8. c

SVbdiaconi, qui apud Græcos hypodiaconi vocantur, in Esdra inueniuntur, appellanturque ibi Nathinnæi, id est, in humilitate Domino seruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanael, qui in Euangelio Ioannis diuina proditione commonitus, Saluatorem meruit confiteri, quiq; etiàm ad primum diuinitatis indiciũ fidelis enituit, protestante Domino ac dicente: Eccè verè Israelita, in quo dolus nõ est.

Ioan. 1. f

Denique isti oblationes in templo Domini suscipiunt à populis, isti officijs obediunt Leuitarum, isti quoquè vasa corporis & sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit patribus, vt quia sacra mysteria contrectant, casti & continentes sint ab vxoribus, & ab omni carnali immunditia liberi, iuxta quod illis propheta dicente iubetur: mundamini, qui fertis vasa Domini. Hi igitur cùm ordinantur, sicut sacerdotes & Leuitę manũs impositionem non suscipiunt, sed patenam tantùm & calicem de manu Episcopi, & ab archidiacono scyphum aquę cum aquamanili, & manutergium accipiunt.

Ibidẽm g. vir

Idem De diaconibus. CAP. 7.

DIaconorum ordo, à tribu Leui accepit exordium. Præcepit enim Dominus Mosi, vt per ordinatiõem Aaron sacerdotis & filiorum eius, rursùs Leui tribus in diuini cultus ministerio ordinarentur, & consecrarentur Domino pro omnibus primogenitis, & seruirent pro Israel coram Aarõ & filijs eius in tabernaculo Dei, excubantes in templo die ac nocte, ipsique gestarent eam & tabernaculum & omnia vasa eius, & in circuitu tabernaculi castra ipsi constituerent, & in promouendo tabernaculo ipsi deponerent, rursùs ipsi componerent. A vigintiquinque annis & suprà, in tabernaculo seruire ipsis mandatum est. Quam regulã sancti patres & in nouo testamento, constituerunt. In euangelio autem primordia eorum & in actibus apostolorum ità leguntur: Conuocantes autem 12. apostoli multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Quid ergò est, fratres? Considerate ex vobis viros boni testimonij septem, plenos spiritu sapientiæ, quos constituamus in hanc rem. Nos verò erimus orationi & ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo coram multitudine. Et elegerũt statim Stephanum, virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum, & Procorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerũt ante apostolos. Et cùm orâssent, imposuerũt illis manus, verbumq; Dei crescebat, & multiplicabatur numerus credentium. Ex hinc iam decreuerunt Apostoli vel successores Apostolorũ, per omnes ecclesias vij. diaconos ordinandos esse, qui sublimiori gradu cæteris proximè circa aram *Christi, quasi columnę altaris, assisterẽt, & nõ sinè aliquo septenarij numeri mysterio. Hi enim sunt, quos in Apocalypsi legimus, vij. angeli, tubis canẽtes. Hi sunt vij. cãdelebra aurea, hi voces tonitruorũ. Ipsi eñ clara voce in modũ pconis admonent cũctos, siue in orãdo, siue in flectẽdo genua, siue in psallẽdo, siue in lectionib⁹ audiẽdis. Ipsi etiàm, vt aures habeam⁹ ad Dñm, clamant: Ipsi quoquè euãgelizant: sinè ipsis sacerdos nomẽ habet, officiũ nõ habet. Nã sicut in sacerdote

dote cõsecratio, ità in ministro dispensatio sacramenti est. Ille orare, hic psallere mãdat: Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispẽsat. Ipsis etiàm sacerdotibus propter præsumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit à diacono. Leuitæ inferunt oblationes in altaria, Leuitæ componunt mensam Domini, Leuitæ operiunt arcam testamenti. Non eñ omnes vident alta mysteriorum, quæ operiuntur à Leuitis, nè videant, qui videre nõ debent: & sumant, qui seruare non possunt. Qui propterea altari albis induti assistunt, vt cæleſtem vitam habeant, candidique ad hostias & immaculati accedant, mundi scilicet corpore, & incorrupti pudore. Tales enim decet Dominum habere ministros, q nullo carnis corrumpantur contagio, sed potiùs puri eminentia castitatis splendeãt. Quales autem diaconi ordinentur, apostolus Paulus plenissimè scribit ad Timotheũ. Nam cùm premisisset de sacerdotum electione, continuò subiunxit: Diacones similiter irrepræhensibiles, hoc est, sinè macula sicut episcopi, pudici vtiquè, id est, à libidine continentes, nõ bilingues, scilicet nè cõturbent habentes pacem. Non multo vino deditos: quia vbi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. Non turpe lucrum sectantes, nè de cęlesti *mysterio lucra terrena sectentur. Est quoquè turpis lucri appetitio, plùs de præsentibus quàm de futuris eogitare. Post hæc subiecit: Hi autem probentur primùm, & sic ministrẽt, nullum crimen habentes. Hi vtiquè sicut Episcopi, ante ordinationem probari debent, si digni sint, & sic posteà ministrare.

Item de presbyteris CAP. VIII.

PResbyterorum ordo, exordium sumpsit (vt dictũ est) à filijs Aaron. Qui enim sacerdotes vocabantur in veteri testamento, hi sunt, qui nunc appellantur presbyteri. Et qui nunc cupabant principes sacerdotum, nunc EPISCOPI nominantur. Presbyteri autem interpretantur seniores, quia seniores ætate, Græci presbyteros vocant. His enim, sicut EPISCOPIS, dispensatio mysteriorum Dei commissa est. Præsunt enim Ecclesiæ Christi, & in confectione Dominici corporis & sanguinis, consortes sunt cum Episcopis. Similiter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi: ac solùm propter authoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio & consecratio reseruata est, nè à multis disciplina Ecclesiæ vindicata, concordiam solueret, scandala generaret: Nam Paulus Apostolus eosdem presbyteros, vt verè sacerdotes, sub nomine Episcoporũ ità adseuerat, loquens ad Titũ: Huius (inquit) rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea q̃ desunt, corrigas, & constituas p ciuitates presbyteros, quemadmodùm ego tibi dispositi. Si quis sinè crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatiõe luxuriæ, aut nõ subditos. Oportet eñ episcopũ sinè crimine esse. Qua sententia ostẽdit, etiàm presbyteros sub Episcoporum nomine taxari. Vndè & ad Timotheũ de ordinatione Episcopi & diaconi scribẽs, de presbyteris oĩnò tacuit, quia eos in Episcoporũ nomine cõprehendit. Secundus enim primo coniunctus est gradus, sicut & ad Philippenses episcopis & diaconib⁹ scribit, cùm vna ciuitas plures episc. habere non possit. Et in actib⁹ Apostolorum presbyteros Ecclesiæ, iturus Hierosolymam, congregauit, quibus inter cætera dicit, Videte gregem, in quo vos spiritus sanct⁹ episcopos ordinauit. Vndè etiàm tales in Ecclesia presbyteros constituendos esse sicut episcopos, & apostol⁹ Paulus ad Titũ loquitur, & canones ipsi testantur. Presbyteros autem merito & sapientia dici, non ætate. Nam & Mosi præcipitur, vt eligat presbyteros. Vndè & in Prouerbijs dicitur: Gloria senum canicies. Quæ est hęc canicies? Haud dubium, quin sapientia, de qua scriptum est: Canicies hominũ, prudẽtia est. Cumque nongentos & ampliùs annos ab Adam vsque ad Abrahã, vixisse homines legerimus: nullus alius primus appellatus est presbyter i. senior, nisi Abraham, qui multò paucioribus annis vixisse cõuincit. Nõ ergò ꝓpter decrepitã senectutẽ, sed ꝓpter sapientiam, presbyteri nominantur. Quod si ità est, mirum cur insipientes constituantur.

1. Tit. 3. a

Act⁹. 20. f

Tit. 1, d

Sap. 4. b c

Pro. 20. d

Idem de sacerdotibus. Cap. IX.

VEniamus ergò nunc ad sacratissimos ordines, & singulariter demõstrem⁹, quod est sacerdotij fundamentum, vel quo authore pontificalis ordo adoleuit in seculo. Initium quidem sacerdotij, Aaron fuit, quanquàm & Melchisedech prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob. Sed isti spontanea voluntate, non sacerdotali authoritate, ista fecerunt. Cæterùm Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola indutus, victimas obtulit, iubente Domino, ac loquẽte ad Mosen: Accipe (inquit) Aarõ & filios eius, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque lãueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, linea, & tunica, & superhumerali, & rationali, quod constringes balteo. Et pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram, & oleum vnctionis fundes sup caput eius, atq; hoc ritu cõsecrabit. Filios quoquè illi⁹ applicabis, & indues tunicis lineis, cinges q̃ balteo Aarõ s. & liberos ei⁹, & impones eis mitras, eruntq; sacerdotes mei religiõe ꝑpetua. QVO in loco contẽplari oportet Aaron summũ sacerdotẽ, i. Episcopũ fuisse, & filios eius presbyterorũ figuram præmonstrãsse. Fuerunt enim filij

Isidor⁹ vbi suprà, ca. 6.

Exo. 29. a b

Aaron & ipſi ſacerdotes, quibus meritò adſtare debuiſſent Leuitæ ſicut ſummo ſacerdoti. Et hoc fuit inter Aaron ſummum ſacerdotem, & inter filios eiuſdem Aaró, qui & ipſi ſacerdotes erant, quòd Aaron ſuper tunicam accipiebat podérem & ſtolam ſanctam, & coronam auream, mitram, & zonã euream, & ſuperhumerale, & cętera, quę ſuprà memorata ſunt: Filij autem Aaró ſuper tunicas lineas cincti tãtummodò, & tiarati adſtabant ſacrificio Dei. Sed forſitan quæritur & hoc, cuius figuram faciebat Moſes. Si enim Araõ filij, presbyterorum figuram faciebãt, & Aaron, ſummi ſacerdotis, id eſt, epiſcopi, Moſes cuius? Indubitanter Chriſti, ET verè per omnia Chriſti: quia fuit ſimilitudo mediatoris Dei, qui eſt inter Deum & hominẽ Ieſus Chriſtus, qui eſt verus dux populórum, verus princeps ſacerdotum, & Dominus pontificũ, cui eſt gloria & honor in ſecula ſeculorum, Amen. Hactenùs de primordijs ſacerdotalib⁹ in veteri teſtamẽto. In nouo autem teſtamento poſt Chriſtũ ſacerdotalis ordo à Petro Apoſtolo cœpit. Ipſi enim primùm datus eſt pontificatus in Eccleſia Chriſti. Sic enim loquitur ad eum
Matth. 16. c dominus: Tu es (inquit) Petrus, & ſup hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non prævalebunt aduersùs eam, & tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergò ligandi ſoluendique poteſtatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Siquidem & cæteri Apoſtoli cum Petro par conſortium honoris & poteſtatis acceperunt. Qui etiàm in toto orbe diſperſi, euangelium prædicauerunt. Quibusque decedentibus ſucceſſerunt epiſcopi, qui ſunt conſtituti per totum mundum in ſedibus Apoſtolorum, qui non iam ex genere carnis & ſanguinis eliguntur, ſicut primùm ſecundùm ordinẽ Aaron, ſed pro vniuſcuiuſq; vita merito q;, quod in eum gratia diuina contulerit. Sicut etiàm ad Heli Dominus prænunciauit, di-
1. Reg. 2. f cẽs: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dixi, domus tua & domus patris tui pmanebunt coram me vſque in ætẽrnum. Et nunc dicit Dominus, Nequaquàm, ſed glorificãtes me glorificabo. Qui autem me ſpernit, ſpernetur. Quatuor enim ſunt genera Apoſtolorum:. Vnum à Deo tantùm, vt Moſes: alterũ per hominem & Deum, vt Ioſue: tertiũ tantùm per hominem, ſicut his tẽporibus multi fauore populi & poteſtatum in ſacerdotium ſubrogantur. Quartum autem genus ex ſe eſt, ſicut pſeudo prophetarum & pſeudo Apoſtolorum. Quid eſt autem nomen Apoſtolorũ? Apoſtoli, in Latina lingua miſſi interpretantur, quia ipſos miſit Dominus euangelizare ad illuminationem omnium
Auguſt. de ciuit. Dei lib. 19. ca. 19 populorum. Epiſcopus autem (vt quidam prudentium ait) nomen eſt operis, non honoris. Grecum eſt enim, atque indè dictum vel ductum vocabulum, quòd ille, qui præficitur, ſuperintendit, curam ſcilicet ſubditorũ gerens. ἐπὶ quippe ſuper, σκοπὸς verò, intentio eſt. Ergò epiſcopos Latinè ſuperintendentes poſſumus dicere, vt intelligat, non ſe eſſe epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe: Quòd verò per impoſitionem manûs à præceſſoribus Dei ſacerdotibus Epiſcopi ordinantur, antiqua eſt inſtitutio. Iſaac autem patriarcha ſanctus, ponens manum ſuam ſuper caput Iacob, benedixit ei. ſimiliter & Iacob filijs ſuis benedictionem dedit. Sed & Moſes ſuper caput Ioſuæ manum ſuam imponens, dedit ei ſpiritum virtutis & ducatûs in populo Iſrael: Sic & ſuperimpletor legis & prophetarum Dominus noſter Ieſus Chriſtus, per manûs impoſitionem Apoſtolos benedixit, ſicut in Euangelio Lucæ ſcriptum eſt: Et perduxit illos trans Bethaniam, & eleuauit manus ſuas, & benedixit * eos. Factumque eſt, cùm benedixiſſet illis, diſceſſit ab eis, & ipſi reuerſi ſunt Hieruſalẽ cũ gaudio magno. ET in actibus apoſtolorũ ex præcepto ſancti ſpiritûs, Paulo & Barnabæ ab Apoſtolis manu impoſita eſt in Epiſcopatũ, & ſic miſſi ſunt ad euangelizandum. Quòd autem à triginta annis ſacerdos efficitur, ab ætate ſcilicet Chriſti ſumptum eſt, ex qua idem exorſus eſt prædicare. Hæc enim ætas profectu iam non indiget paruulorum, ſed perfectionis vi plena eſt & robuſta, & ad omne diſciplinæ ac magiſterij exercitiũ pręparata. Quòd verò vnius virginalis matrimonij ſint, qui eliguntur in ordine pontificatûs, & in veteri lege mãdatum eſt, & pleniùs ſcribit Apoſtolus, dicens: Vnius vxoris virum. Sacerdotem quærit Eccleſia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate ſanctũ. Portò, quòd Epiſcopus non ab vno, ſed à cunctis comprouincialibus Epiſcopis ordinatur, ideò eſt inſtitutum, nè in eo aliquid cõtra fidem Eccleſiæ, vnius tyrannica authoritas moliretur. Propterea ab omnibus cõuenientibus cõſtituitur, ac nõ minùs quàm à tribus præſentibus, cęteris tamen conſentientibus teſtimonio literarum. Huic autẽ, dum conſecratur, datur baculus, vt eius indicio ſubditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum ſuſtineat. Datur & annulus propter ſignum pontificalis honoris, vel ſignaculum ſecretorum. Nam multa ſunt, quæ ab oculis carnalium minusque intelligentium occultãtes ſacerdotes, quaſi ſub ſignaculo condunt, nè indignis quibuſque ſacramenta Dei aperiantur. Iam verò quod ſeculares viri nequaq; ad miniſterium Eccleſiæ adſumantur, eadẽ authoritas Apoſtolica docet, & dicit: Man⁹ citò nemini impoſueris. Et iterùm: Nõ neophytum, nè in ſuperbiam elatus, putet ſe non tam miniſterium humilitatis, quàm adminiſtrationem ſecularis poteſtatis adeptum

ptum, & in condemnationem ſuperbiæ, ſicut diabolus, per iactãtiam deijciatur. Quomodò enim valebit ſecularis homo ſacerdotij magiſterium adimplere, cui⁹ nec officium tenuit, nec diſciplinam cognouit? Aut quid docere poterit, cùm ipſe non didicerit? Nunc verò cernimus, ſępè plurimos ordinationem talibus facere: nec eligunt, qui Eccleſiæ, pſint, ſed quos vel ipſi amant, vel quorũ ſint obſequijs delinĩti, vel pro quib⁹ maiorum quiſpiam rogauerit: & (vt deteriora dicam) qui, vt ordinarentur, muneribus impetrãrunt. Taceo de reliquis. Alij ſucceſſores filios vel parentes faciunt, & conãtur poſteris præſulatûs relinquere dignitatem, cùm hoc nec Moſes amicus Dei facere potuit, ſed Ioſue de alia tribu elegit, vt ſcirem⁹ principatum in populo nõ ſanguine defendendum eſſe, ſed merito vitæ. Interdùm autem & iuxta meritum plebium eliguntur perſonæ rectorum: vndè nouerint populi ſui fuiſſe meriti, regimen peruerſi ſuſcepiſſe pontificis. Quòd autem is, qui poſt baptiſmum aliquo peccato mortali corrupt⁹, ad ſacerdotium non * prouehatur, lex ipſa teſtatur. Moſes enim in lege præcepit ſacerdotibus, nè aliquod pecus vitiatum ad aram Dei offerant. Quod ipſum poſteà offerentibus ſacerdotibus Iſrael, per Malachiam improperauit Deus, dicens: Vos, ſacerdotes, qui polluiſtis nomen meum, & dixiſtis: In quo polluimus illud? Offerentes ſuper altare meum panem pollutũ, & offerebatis cęcum & languidum, nónne malum eſt? Vnde & in Numeris vitula rufa, cuius cinis expiatio populi eſt, non aliter iubetur offerri ad altare Domini, nisì quæ terrena opera non fecerit, iugumque delicti non traxerit, nec vinculis peccatorum fuerit alligata. Sed quid plura ſubijciamus? Si enim is, qui iam in Epiſcopatu vel presbyterio poſit⁹, mortale aliquod peccatũ admiſerit, retrahitur: quanto magìs ante ordinationem, ſi peccator inuentus eſt, cauendum vt non ordinetur? Quappter quia lex peccatores à ſacerdotio remouet, conſideret ſe vnuſquiſque, & ſciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahat ſe ab hoc nõ tam honore quàm onere, & aliorum, qui digni ſunt, locum iam non ambiat occupare. Qui enim erudiendis atque inſtituẽdis de virtute populis præerit, neceſsè eſt, vt in omnibus ſanctus ſit, & in nullo reprehenſibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguìt, ipſe à peccato debet eſſe alienus. Nam qua frõte ſubiectos arguere poterit, cùm illi ſtatim poſſit corrept⁹ ingerere, Antè doce te, quæ recta ſunt, epiſcope? Quapropter, qui negligit recta facere, deſinat & recta docere. * Prius quippe ſemetipſum corrigere debet, qui alios ad benè viuendum admonere ſtudet, ità vt in omnibus ſemetipſum formam viuendi præbeat, cunctosque ad bonum op⁹ & doctrina & opere prouocet. Cui etiàm ſcripturarum ſcientia neceſſaria eſt: quia ſi epiſcopi tantùm ſit ſancta vita, ſibi ſoli poteſt prodeſſe ſic viuens. Porrò ſi & doctrina fuerit eruditus, poteſt cæteros quoſque inſtruere, & docere ſuos, & aduerſarios repcutere. Qui nisì refutati fuerint atque conuicti, facilè poſſunt ſimplicium corda peruertere. Huius autem ſermo debet eſſe pũrus, ſimplex, & apertus, plenus grauitate & honeſtate, plenus ſuauitate & gratia, tractãs de myſterio legis, de doctrina fidei, de virtute cõtinentiæ, de diſciplina iuſtitiæ. Vnũquenque diuerſa admonens exhortatione, iuxta profeſſionis morumque qualitatem, videlicet vt pnoſcat, quid, cui, quandò, vel quomodò proferat. Cuius præ cæteris ſpeciale officium eſt, ſcripturas legere, percurrere canones, exempla ſanctorum imitari, vigilijs, ieiunijs, orationibus incumbere, cũ fratribus habere pacem, nec quenquam ex membris ſuis diſcerpere, nullum damnare, nisì comprobatum, nullum excommunicare, nisì diſcuſſum. Quique ità humilitate pariter & authoritate præſtabit, vt nec per nimiam humilitatem ſuam, ſubditorum vitia conualeſcere faciat, nec per immoderatam authoritatem ſeueritatis poteſtatem exerceat: ſed tanto cautiùs erga ſibi commiſſos agat, quantò duriùs à Chriſto iudicari formidat. Tenebit quoquè illam ſupereminẽtem donis omnibus charitatem, ſinè qua
1. Cor. 13. omnis virtus nihil eſt. Cuſtos enim ſanctitatis, charitas eſt: locus autem huius cuſtodis, humilitas. Habebit etiàm inter hæc oĩa & caſtitatis eminentiam, ità vt mens Chriſti corpus confectura, ab omni inquinamento carnis ſit munda & libera. Inter hęc oportet eum ſolicita diſpenſatione curam pauperũ gerere, eſurientes paſcere, veſtire nudos, ſuſcipere pegrinos, captiuos redimere, viduas ac pupillos tueri, peruigilem in cunctis exhibere curam prouidentia & diſtributione diſcreta. In quo etiàm & hoſpitalitas ità erit præcipua, vt omnes cum benignitate & charitate ſuſcipiat. Si enim omnes fideles illud Euangelicum audire deſiderãt, Hoſpes fui, Matth. 25. d
& ſuſcepiſtis me: quanto magìs Epiſcopus, cuius diuerſorium cũctorum debet eſſe receptaculum? Laicus enim vnum aut duos ſuſcipiẽs, impleuit hoſpitalitatis officium: epiſcopus, ſi omnes non receperit, inhumanus eſt. In negocijs autem ſecularibus dirimendis, oportet eum cauſam merito diſcernere, non gratia. Neque enim ſic debet Epiſcopus ſuſcipere potentem, vt contriſtet cõtra iuſtitiam pauperem, nèque pro paupere auferre iuſtitiam à potente. Non defendat improbum, nec ſancta indigno committẽda arbitretur: neque arguat aut impugnet, cuius crimen non deprehendit. Erit quoquè illi etiàm (iuxta Apoſtolum) manſuetu- 1. Tim. 3. a
do, patientia, ſobrietas, moderatio, abſti-

nentia siue pudicitia, vt non solùm ab ope-
re immundo se abstineat, sed etiàm ab oculi
& verbi & cogitationis errore, ità vt, dum
nullum in se vitium regnare permittit, im-
petrare apud Deum veniam pro subditorũ
*sectatus fuerit. facinoribus valeat. Qui enim ista*sectaue-
rit, & Dei minister vtilis erit, & perfectũ sa-
cerdotium consummabit.

EX BEATI HIERONYMI super epistolam ad Titum commentairijs. Cap. X.

HVius rei gratia reliquite Cretæ, vt
ea quæ deerant, corrigeres. Reli-
quit Titum discipulum Cretæ, vt
rudimenta nascentis Ecclesiæ cõ-
Tit.1.b firmaret, &, si quid videbatur de-
esse, corrigeret, ipse pergens ad alias natio-
nes, vt rursùm in eis Christi iaceret funda-
mentum. Quòd aũt ait, Vt ea quæ deerant,
corrigeres: ostẽdit, necdùm eos ad plenam
venisse scientiam veritatis, & licèt ab Apo-
stolo correcti fuerint, tamen adhuc indige-
re correctione. Et constituas per ciuitates
presbyteros, sicut ego tibi disposui. Dili-
genter Apostoli attendamus verba, dicen-
tis, vt constituas per ciuitates presbyteros,
sicut & ego tibi disposui. Qui, qualis pre-
sbyter debeat ordinari, in consequentibus
differens, hoc ait: Si quis est sinè crimine,
1.Tim.3.a vnius vxoris vir, &c. Posteà intulit: Oportet
enim Episcopum sinè crimine esse, tãquàm
Dei dispensatorem. Idem ergò est presby-
ter, qui Episcopus, & antequàm diaboli in-
stinctu studia in religione fierent, & dicere-
tur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollô,
1.Cor.1.b ego autem Cephæ, communi presbyterorũ
consilio ecclesiæ gubernabãtur. Postquàm
verò vnusquisque eos, quos baptizauerat,
suos putabat esse, non Christi: in toto orbe
decretum est, vt vnus de presbyteris electus,
superponeretur cęteris, ad quem omnis cu-
ra Ecclesiæ pertineret, & schismatum semi-
na tollerentur. Putat aliquis, non scriptura-
rum, sed nostram sententiam esse, Episcopũ
& presbyterum vnum esse, & aliud ætatis,
Philip.1.a aliud esse nomen officij? relegat Apostoli
ad Philippenses verba, dicentis: Paulus &
Timotheus serui Christi Iesu, omnibus san
ctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum
Episcopis & diaconibus, gratia vobis & pax.
Et reliqua. Philippi, vna est vrbs Macedo-
niæ. Et certè in vna ciuitate plures (vt nun-
cupantur) Episcopi esse non poterant. Sed
quia eosdem episcopos illo in tẽpore, quos
presbyteros appellabant, propterea indiffe
renter de Episcopis quasi de presbyteris est
locutus. Adhuc alicui hoc videatur ambi-
guum, nisi altero testimonio comprobe-
Acto.20.f tur. In actibus Apostolorum scriptum est,
quòd cùm venisset Apostolus Paulus Mi-
letum, miserit Ephesum, & vocauerit pre-
sbyteros eiusdem Ecclesiæ, quibus posteà
inter cætera sit locutus: Attendite vobis &
omni gregi, in quo vos spiritussanctus po-
suit episcopos, pascere ecclesiam Domini,
quam acquisiuit per sanguinem suum. Et
hîc diligentiùs obseruate, quomodò vnius
ciuitatis Ephesi presbyteros vocans, posteà
eosdem episcopos dixerit. Videamus ergò,
qualis presbyter siue episcopus ordinãdus
sit. Si quis est sinè crimine, vnius vxoris vir,
filios habens fideles, non in accusatione lu-
xuriæ, aut non subditos. Oportet enim epi-
scopum sinè crimine esse, tanquàm Dei dis-
pensatorem, non proteruum, non iracun-
dum, non vinolentum, non percussorẽ, non
turpis lucri appetitorem. Primùm itaq; sinè 1.Tim.
crimine sit: quod puto alio verbo ad Timo-
theum, irrepræhensibilem nominatum. Nõ
quòd eo tantùm tempore, quo ordinatur,
est, sinè vllo sit crimine, & præteritas macu-
las noua conuersatione diluerit, sed ex eo
tempore, quo in Christo renatus est, nulla
peccati conscientia mordeatur. Quomodò
enim potest præses ecclesiæ auferre malum
de medio eius, qui in delictum simile corru-
erit? Aut qua libertate corripere peccãtem,
cùm tacitus sibi ipse respondeat, eadem ad-
misisse, quæ corripit? Primùm itaque dicen-
dum est, quòd tam sanctum sit nomẽ sacer-
dotij, vt nobis etiàm ea, quæ extra nos sunt
posita, reputentur. Non quô propter vitia
nostra episcopi non fiamus, sed quòd pro-
pter filiorum incontinentiam ab hoc gra-
du arcendi simus. Qua enim libertate pos-
sumus alienos filios corripere, & docere quæ
recta sunt, cùm nobis statìm possit, qui fue-
rit correptus, ingerere, Antè doce filios tu-
os? Aut qua fronte extraneum corripio for
nicantem, cùm mihi conscientia mea ipsa
respondeat? Exhęreda ergò filium fornica-
nicantem, abijce filios tuos vitijs seruiẽtes.
Cùm aũt nequam filius in vna tecum com-
municat domo, tu audes de alterius oculo
festucam detrahere, in tuo trabem non vi-
dens? Non itaque iustus polluitur ex vitijs Matth.7. Luc.6.
filiorum, sed libertas ab Apostolo ecclesiæ
principi reseruatur, vt talis fiat, qui non ti-
meat propter vitia liberorũ extraneos re-
præhendere. Oportet enim Episcopum si- Tit.1.b
nè crimine esse, tanquàm Dei dispensatorẽ.
Quæritur ergò inter dispensatores, vt fide- 1.Cor.4.
lis quis inueniatur, & non comedens & bi-
bens cum ebriosis, percutiat seruos & ancil-
las, sed incertum Domini expectet aduen-
tum, & det cõseruis in tempore cibaria. In-
ter villicum autem & familiam hæc sola di-
stantia est, quòd conseruus præpositus est
conseruis suis. Sciat itaq; Episcopus & pre-
sbyter, sibi populum conseruum esse, non
seruum. Cætera, quæ sequũtur, in nobis po-
sita sunt. Non proteruum, id est, non tumẽ-
tem, & placentem sibi quòd Episcopus sit,
sed quasi bonum villicum, id requirentem Iracundus quis.
quod pluribus prosit. Non iracundum. Ira-
cun-

cundus est, qui semper irascitur, & ad leuem
responsionis auram atque peccati, quasi à
vento folium commouetur. Neque verò, qui
aliquandò irascitur, iracundus est: sed ille
dicitur iracundus, qui crebrò hac passione
superatur. Prohibet quoquè episcopũ esse
vinolentum, nè vel sensu occupato exaltet
risum contra grauitatis decorem, & labijs
dissolutis cachinnet, vel si paululùm tristis
cuiusdam rei fuerit recordatus inter pocu-
la, in singultus prorũpat & lachrymas. Lon-
gum est, ire per singula, & insanias, quas ebri-
etas suggerit, explicare. Post vinolentiã eti-
àm hoc præcepit, nè percussor sit. Quod qui-
dem & simpliciter intellectum, ædificat au-
dientem, nè facilè manũ porrigat ad cęden-
dum, nè in os alterius verberãdum insanus
erumpat. Melius est autem, vt non percusso-
rem, illum esse dicamus, qui mansuetus &
patiens, sciat, quid in tempore loquendum
sit, quid tacendum, nè sermone inutili con-
scientiam percutiat infirmorũ. Turpis quo-
què lucri appetitus ab eo, qui Episcopus fu-
turus est, esse debet alienus. Sunt enim mul-
ti docentes, quæ non oportet, turpis lucri gra-
tia, qui totas domus subuertunt, & putant
quæstum esse pietatem. Melior est autem,
Prou.16.b iuxta Salomonẽ, modica acceptio cum iu-
stitia, quàm multa genimina cum iniquita-
te. Et magis eligendum in paupertate nomẽ
bonum, quàm in diuitijs nomẽ pessimum.
1.Tim.6.b Episcopus, qui imitator Apostoli esse cupit,
habens victum & vestitum, his tantùm de-
bet esse contentus. Qui altario seruiẽrint,
de altario viuant. Viuant, (inquit) sed non
fiant diuites. Vndè & æs nobis excutitur è
zona, & vna tantùm tunica induimur, vt nõ
de crastino cogitemus. Turpis lucri appe-
titio est, plus de præsentibus quàm futuris
cogitare. Hucusquè, quid non debeat habe-
re episcopus siue presbyter, Apostoli sermo-
ne præceptum est: nunc ecõtrariò, quid ha-
bere debeat, explicatur. Sed hospitalem, bo
norum amatorem, castum, iustum, sanctũ,
continentem, abstinentem, obtinentem eũ,
qui secundùm doctrinã est, fidelem sermo-
nem, vt potens sit consolari in doctrina sa-
na, & contradicentes arguere. Ante omnia
hospitalitas futuro episcopo denunciatur.
Matth.25.d Si enim omnes illud de Euangelio audire
desiderãt, Hospes fui, & suscepistis me: quã-
to magis episcopus, cuius domus omnium
commune esse debet hospitium? Laicus enim
vnum, aut duos, aut paucos recipiens, im-
pleuit hospitalitatis officiũ: episcopus, nisi
omnes receperit, inhumanus est. Quomo-
dò itaque mãsuetudo, patientia, sobrietas,
moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas
quoquè, & benignitas præcipuè esse debẽt
in episcopo, & inter cunctos laicos eminen-
tia, sic & castitas propriè, & (vt ità dixerim)
pudicitia sacerdotalis, vt nõ solùm ab ope-
re se immundo abstineat, sed etiàm à iactu
oculi & cogitatiõis errore, mẽs corpus Chri-
sti confectura, sit libera. Iustus quoquè epi-
scopus debet esse & sanctus, vt iustitiam in
populis, quibus pręest, exerceat, reddens vni-
cuique quod meretur, nec accipiat personã
in iudicio. Inter laici aũt & episcopi iustitiã
hoc interest, quod laicus potest apparére iustus
in paucis: episcopus verò in tot exercere iu-
stitiam potest, quot & subditos habet.

Eiusdem doctoris sancti ex epistola ad Oceanum. Cap. xj. Circa finem epistolæ quæ incipit, Nũquàm fili Oceane.

SI quis episcopatum desiderat, bonum opus de-
siderat. Opus, non dignitatem: laborẽ,
1.Tim.3.a non delicias. Opus, per quod per humilita-
tem crescat, nõ intumescat fastidio. *Oportet
ergò episcopum irrepræhensibilem esse.* Idipsum
Tit.1.b quoquè ad Titum: Si quis est sinè crimine.
Omnes virtutes in vno sermone comprehen-
dit, & penè rem contra naturã exigit. Si enim
omne peccatum, etiàm in ocioso verbo, re-
præhensiõe dignum est: quis est ille, qui absq;
peccato, id est, sinè repræhensione versetur
in hoc mundo? Sed futurus pastor ecclesiæ
talis eligatur, ad cuius cõparationem rectè
grex cæteri nominentur. Definiunt rhetores
rhetorẽ, qui sit vir bonus, dicẽdi peritus. An-
tè vita, quàm lingua, irrepræhensibilis quæ-
ritur, vt doctus meritò suscipiatur. Perdit enim 1.Tim.3.a & Tit.1.b
authoritatem dicẽdi, cuius sermo opere de-
struitur. *Vnius vxoris virum.* Certè de bapti-
zatis sermo Apostoli est, nemo dubitet. *So-
brium, prudẽtem, ornatum, hospitalem, doctorem,* 1.Tim.3.a
pudicum, &c. Sacerdotes, qui ministrãt in tẽ-
plo Dei, prohibentur vinum & siceram bi-
bere, nè crapula & ebrietate aggrauentur cor- Leu.10.
da eorum, & vt sensus officium exhibens,
Deo vigeat semper & tenuis sit. Quòd aũt
infert *prudentem,* excludit eos, qui sub nomi 1.Tim.3.a
ne simplicitatis excusant stultitiã sacerdo-
tum. Nisi enim cerebrũ sanũ fuerit, oĩa mem-
bra in vitio erunt. *Ornatum.* Qui vitia nõ ha 1.Tim.3.a
bet, irrepræhensibilis appellatur. Qui virtu
tibus pollet, ornatus est. Possumus & aliud
intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij:
Caput est artis, docere quod facias. Sunt enim
quidam ignorantes mensurã suam, & tantæ
stoliditatis ac vecordiæ, vt & in motu, & in
incessu, & in habitu, & in sermone commu-
ni risum spectantibus præbeãt. Et quasi in-
telligentes, quid sit ornatus, comunt se ve-
stibus & mũditijs corporis, & lautioris mẽ-
sæ epulas parant, cùm omnis istiusmodi or-
natus & cultus, sordibus fœdior sit. Quòd
autem doctrina à sacerdotibus expetatur,
& veteris præcepta sunt legis, & ad Titum
pleniùs scribitur. Innocens enim & absque
sermone cõuersatio, quantùm exemplo pro- Tit.1.b
dest, tantùm silentio nocet. Nam & latratu
canum baculoque pastoris, luporum rabi-
es deterrẽda est. *Non vinolentum, non percusso-
rem.* Virtutibus vitia opposuit. Didicimus,
quales esse debeamus: discamus, quales nõ
esse debeant sacerdotes. Vinolentia, scurra-
rum

rũ eſt & comeſſatorũ. Venterq; mero æſtuans, citò deſpumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia eſt. Qui luxuriatur, viuens mortuus eſt. Ergò qui inebriatur, & mortuus eſt &
Gen.9.c ſepultus. Noe ad vnius horę ebrietatem nudat femora ſua, quæ per ſexcentos annos ſobrietate contexerat. Loth per temulẽtiam,
Gene.19.g neſciens libidini miſcet inceſtum, & quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. Percuſſorem autem epiſcopum ille condemnat, q̃ dorſum poſuit ad flagella, & maledictus, nõ remaledixit. *Sed modeſtum.* Duobus malis vnum oppoſuit bonum, vt temulẽtia & ira, modeſtia refrenẽtur. *Non litigioſum, non auarum.* Nihil enim impudẽtius arrogantia ruſticorum, qui garrulitatem authoritatẽ putant, & parati ſemper ad lites, in ſubiectum ſibi gregẽ tumidis ſermonibus tonãt. Aua-
1.Reg.12.a ritiam in ſacerdote vitãdam & Samuel docet, nihil cuiquam eripuiſſe ſe coram populo probans, & apoſtolorum paupertas, qui refrigeria ſumptuũ à fratribus accipiebant, & præter victum atque veſtitun nihil ſe aliud nec habere, nec velle gloriabantur. Quã
1.Tim.3.a & Tit.1.b ad Timotheum auaritiam, ad Titum turpis lucri cupiditatem apertiſſimè notat. *Domũ ſuam benè regentem.* Non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, nõ vt celatas patenas ſtruat, non vt phaſides aues lentis vaporib⁹ coquat, qui ad oſſa perueniãt, & ſuperficiẽ carnis non diſſoluant artificij temperamento: ſed vt, quod populis præceptur⁹ eſt, priùs à domeſticis exigat. *Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate,* nè ſcilicet imitentur fi-
1.Reg.2.c lios Eli, qui in veſtibulo templi cum mulieribus dormiebãt. *Non neophytum, nè in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli:* Herì catechumenus, hodiè põtifex: Herì in amphitheatro, hodiè in eccleſia: Veſperè in circo, manè in altario: Dudùm fautor hiſtrionũ, nunc virginum conſecrator. Quòd autem ait, *Nè elatus, in iudicium incidat diaboli,* quis nõ exemplo verũ probet? Ignorat momentaneus ſacerdos humilitatem & manſuetudinem ruſticorũ, ignorat blanditias Chriſtianas, neſcit ſeipſum contemnere. De dignitate transfertur ad dignitatem, non ieiunauit, non fleuit, non mores ſuos ſæpè repræhendit, nec aſſidua meditatione correxit. Non ſubſtantiam pauperibus erogauit, de cathedra quodãmodò ducitur ad cathedrã, id eſt, de ſuperbia ad ſuperbiam. Iudicium autem & ruina diaboli, nulli dubium, quin arrogantia ſit. Incidunt in eam, qui in pũcto horę necdùm diſcipuli, iam magiſtri ſunt. *Oportet autem eum & teſtimonium habere bonũ ab his, qui foris ſunt.* Quale principiũ, talis & clauſula. Qui irrepræhenſibilis eſt, nõ ſolùm à domeſticis, ſed & ab alienis conſono ore laudatur. Alieni & extra Eccleſiam ſunt Iudæi, hæretici, atque gentiles. Talis ergò ſit pontifex Chriſti, vt qui religioni detrahunt, vitę eius detrahere non audeant. Hos in ſacerdotibus eligendis canones obſeruare oportet.

EX LIBRO BEATI AVGVſtini epiſcopi ad Paſtores. Cap. 12.

Habetur liber in operibus tomo 10.

QVi paſtorum nomina audire volunt, & paſtorum officium implere nolũt, quid ad eos per prophetam dicatur, ſicut lectum audiuimus, recenſeamus. Audite vos cum intẽtione, audiamus nos cum tremore. Et factum eſt verbum Domini (inquit Ezechiel) ad me, dicens: Fili hominis, Ezech. prophetiza ſup paſtores Iſrael, & dic ad paſtores Iſrael. Hanc lectionem modò cùm legeretur, audiuimus. hinc cum veſtra ſanctitate aliquid loqui decreuimus. Adiuuabit Dominus ipſe, vt vera dicamus, ſi non noſtra dicamus. Nam ſi noſtra dixerimus, paſtores erimus paſcentes nos, non oues. Si autem illius ſunt quæ dicimus, per quemlibet ipſe vos paſcet. Hæc dicit Dominus Deus: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſe ſolos. Nunquid oues paſcunt paſtores? id eſt, non ſe paſcũt paſtores, ſed oues. Hęc prima cauſa eſt, quarè arguantur iſti paſtores, quia ſeipſos paſcũt, nõ oues. Qui ſunt, qui ſeipſos paſcunt? De quibus Apoſtolus dicit: Oẽs Philipp. enim quæ ſua ſunt, quærunt, non quę Ieſu Chriſti. Nos enim, quos in loco iſto (de quo periculoſa ratio redditur) Dominus ſecundùm dignationem ſuam, non ſecũdùm meritum noſtrum conſtituit, habemus duo q̃dam: Vnum, quòd Chriſtiani ſumus: alterum, quòd præpoſiti ſumus. Illud, ꝙ Chriſtiani ſumus, propter nos eſt: quòd aũt præpoſiti ſumus, propter vos eſt. In eo, ꝙ Chriſtiani ſumus, attẽditur vtilitas noſtra: in eo, quòd præpoſiti ſumus, non niſì veſtra. Et ſunt multi, qui Chriſtiani, & non prępoſiti, perueniunt ad Deum faciliori fortaſsè itinere, & tanto fortè expeditiùs ambulãtes, quãto minorem ſarcinam portant. Nos autem, excepto quòd Chriſtiani ſumus, vndè rationem reddemus Deo de vita noſtra, ſumus etiàm prępoſiti, vndè rationem reddemus Deo de diſpenſatione noſtra. Ad hoc iſtam difficultatem proponimus, vt compatientes nobis, oretis pro nobis. Veniet Eccleſ. enim dies, quo cuncta adducantur in iudicium. & ille dies ſi ſeculo longè eſt, vnicuiq; homini ſuæ vitæ vltimus propè eſt. Tamen vtrunque latẽre voluit Deus, & quandò veniat finis ſeculi, & quandò ſit in vnoquoq; homine huius vitæ finis. Vis non timere diem occultum? Dum venerit, inueniat te paratum. Cùm ergò præpoſiti ad hoc ſint, vt his qui ſubiecti ſunt, conſulant: nec in eo, ꝙ præſunt, omninò vtilitatem ſuam attendãt, ſed eorum, quibus miniſtrant: quiſquis ità prępoſitus eſt, vt in eo, quòd prępoſitus eſt, gaudeat, & honorem ſuum quærat, & commoda

moda ſua ſola reſpiciat, ſe paſcit, non oues. Ad hos ſermo dirigitur: Audite. tanquàm oues Dei, & videte, quemadmodùm vos ſecuros fecerit Deus. Qualeſcunque ſunt, qui vobis præſunt, id eſt, qualeſcunque nos ſumus, vobis Deus ſecuritatem dedit, qui paſcit Iſrael. Nam ſi Deus non deſerit oues ſuas, & mali paſtores debitas pœnas luent, & oues promiſſa percipient. Videamus ergò, q̃d alloquaẽ paſtores, ſeipſos paſcẽtes, non
Ezech.34.a oues, ſermo diuinus neminem palpans: Eccè lac cõſumitis, & lanis vos tegitis: & quod craſſum eſt, interficitis, & oues meas non paſcitis. Quod infirmum eſt, non confortâſtis: & quod ægrotat, non corroborâſtis: & quod contribulatum eſt, non colligâſtis: & quod errabat, non reuocâſtis: & quod perijt, non requiſiſtis: & quod forte fuit, confregiſtis, & diſpſæ ſunt oues meæ, eò quòd non ſit paſtor. Dicitur ad paſtores paſcentes ſemetipſos, non oues, quid diligant, quid negligant. Quid ergò diligunt? Lac
1.Cor.9.a conſumitis. Propter quod Apoſtolus dicit: Quis plantat vineam, & de fructu eius non ſumit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non percipit? Inuenimus ergò eſſe lac gregis, quicquid à plebe diſtribuitur præpoſitis, ad eorum ſuſtentandum victum temporalem. Indè enim loquebatur Apoſtolus cùm hæc diceret, quæ commemoraui. Et quidem Apoſtolus, quanquàm elegerit manibus ſuis tranſigi, & nec ipſum lac quærere ab ouibus, tamen lactis percipiendi poteſtatem habere ſe dixit, & ſic Dominum diſpoſuiſſe, vt qui euangelium annunciant, de euangelio viuant. Et dicit, alios coapoſtolos ſuos vſos fuiſſe hac poteſtate, non vſurpata, ſed data. Plùs ille fecit, vt nec, quod debebatur, acciperet. Ipſe ergò donauit & debitum, ſed alius non exegit
Luc.10.f indebitum. Ille plùs fecit. Fortaſsìs enim illum ſignificabat, qui, ęgrum cùm adduceret ad ſtabularium, dixit: Si quid ampliùs erogaueris, in redeundo reddam tibi. De his ergò, qui non indigẽt lacte gregis, quid plura dicamus? Miſericordiores ſunt, vel potiùs ipſius miſericordiæ officium largiùs impendunt. Poſſunt enim, & quod poſſunt, faciunt. Laudentur hi, nec damnentur illi. Nam & ipſe Apoſtolus datum non quærebat. Fructuoſas tamen oues ſuas eſſe cupiebat, non ſteriles, ſinè lactis vbertate. Itaque cùm eſſet quodam in tempore in magna indigentia vinctus in confeſſione veritatis, miſſum eſt illi à fratribus, vndè neceſſitati
Phil.4. & indigentiæ illius miniſtraretur. Reſpondit autem, illis gratias agens, & dixit: Benefeciſtis, communicantes neceſſitatibus meis: ego enim didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe. Scio & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Veruntamen vos benefeciſtis, vſibus meis mittere. Sed vt oſtenderet in eo, quod illi benefecerunt, quid ipſe quæreret, nè inter illos eſſet, qui ſeipſos paſcũt, non oues: non tam ſuæ gaudet ſubuentum eſſe neceſſitati, quàm illorum gratulatur fœcũditati. Quid ergò ibì quęrebat? Non quia quęro (inquit) datum, ſed requiro fructum. Non vt ego (inquit) explear, ſed nè vos inanes remaneatis. Qui ergò non poſſunt facere quod Paulus, vt manibus ſuis ſe tranſigant, accipiant de lacte ouium, ſuſtentent ſuam neceſſitatem, ſed non negligant ouium infirmitatem. Non hoc ibì quærant tanquàm commodum ſuũ, vt ex neceſſitate penuriæ ſuæ, videantur adnunciare euangelium, ſed hominibus illuminandis præbeant lucem ver- Luc.12.c
bi veritatis. Sunt enim tanquàm lucernæ, ſicut dictum eſt: Sint lumbi veſtri accincti, Matth.5.b
& lucernæ ardentes. Et, Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cælis eſt. Si ergò tibi lucerna accenderetur in domo, nónne adijceres oleum, nè extingueretur? Porrò ſi lucerna accepto oleo non luceret, non erat planè digna, quæ in candelabro poneretur, ſed quæ continuò frangetur. Vndè ergò viuitur, neceſſitatis eſt accipere, charitatis eſt præbere: non tanquàm venale ſit euangelium, vt iſtud ſit precium eius, quod ſumunt qui adnũciant, vndè viuant. Si enim ſic vendunt, magnam rem vili precio vendũt. Accipiant ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis à Domino. Non enim eſt idoneus populus reddere mercedem illis, qui ſibi in charitate euangelij ſeruiunt. Non expectẽt illi mercedem, niſì vndè & iſti ſalutẽ. Quid ergò iſti increpantur? vndè arguũtur? Quia cùm lac ſumerent, & lanis ſe tegerent, oues negligebant. Sua ergò tantùm quærebant, non quæ Ieſu Chriſti. Sed quoniam diximus, quid ſit lac conſumere: quæramus, q̃d ſit lanis ſe tegere. Qui præbet lac, * potum *victum
præbet: & qui præbet lanam, honorem præbet. Iſta ſunt duo, quæ à populis quærunt, q̃ ſemetipſos paſcunt, nõ oues. Cõmodum ſupplendę neceſſitatis, & fauorem honoris & laudis quærunt. Etenim veſtimentum propterea benè intelligitur in honore, quia nuditatem contegit. Eſt enim vnuſq̃ſque homo infirmus. Et quid eſt, quiſquis vobis præeſt, niſì quod vos eſtis? Carnem portat, mortalis eſt. manducat, dormit, ſurgit, natus eſt, moriturus eſt. Si ergò cogites, quid ſit, ſecundùm ſeipſum homo eſt: tu tamen honorando eum velut angelum, cõ- Gal.4.b
tegis quod infirmũ eſt. Videte cuiuſmodi indumentum acceperat à bona DEI plebe idem Paulus, cùm diceret: Sicut angelũ Dei excepiſtis me. Teſtimoniũ eñ vobis perhibeo, q̃a ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſe-

tis & dedissetis mihi. Sed cùm tantus illi honor exhibitus esset, nunquìd propter ipsum honorem sibi exhibitum, nè fortè negaretur, & minùs ille, cùm argueret, laudaretur, pepercit errantibus? Nam si hoc fecisset, esset inter illos, qui seipsos pascunt, nõ oues. Diceret apud seipsum, Quid ad me ptinet? quisque quod velit, agat: victus meus saluus est, honor meus saluus est, & lac & lana satis est mihi. eat quisque quà potest. Ergò integra tibi sunt omnia, si eat quisque, quà potest? Nolo te præpositũ facere, vnum te constituo de ipsa plebe. [1.Cor.12.d] Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Proindè ipse Apostolus, cùm cõmemoret quales fuerint erga illum, nè quasi oblítus eorũ honorificentiæ videretur, [Gal.4.d] testimonium phibet, quòd sicut angelum Dei susceperint illũ: quòd si fieri posset, oculos suos vellent eruere, & illi dare: & tamẽ accedit ad ouem languidam, ad ouem putridam, secare vulnus, non parcere putredini. Ergò (inquit) inimicus vobis factus sum, prædicans veritatem? Eccè & accepit de lacte ouium, sicut pauloantè cõmemorauimus, & indutus est lanis ouium, sed tamen oues non neglexit. Non enim sua quærebat, sed quæ Iesu Christi. Absit ergò, vt dicamus vobis, Viuite vt vultis, securi estote, Deus neminem perdet, tantummodò fidem Christianã tenete: non perdet ille, quod redemit: non perdet, pro quibus sanguinem fudit: & si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite, quid mali est? Et festa ista, quæ celebrantur p vniuersas ciuitates in lætitia conuiuantium & publicis mẽsis, seipsos (vt putant) iocundãtium, reuerà perdentium, ite, celebrate securi: magna est Dei misericordia, quæ totum ignoscat. [Sap.2.b] Coronate vos rosis, anteq̃ marcescant. In domo Dei vestri, quandò volueritis, conuiuamini: implemini cibo & vino cum vestris. Ad hoc enim data est ista creatura, vt ea perfruamini. Non enim paganis & impijs eam dedit Deus, & vobis non dedit. Hęc si dixerimus, fortè congregabimus turbas ampliores. Et si sint quidam, qui sentiant, nos hęc dicẽtes non rectè sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Quod si fecerimus, non verba DEI, non verba Christi dicentes, sed nostra, erimus pastores, pascentes nósmetipsos, non oues. Cùm autem dixisset, quæ diligant isti pastores, dicit & quæ negligant. Vitia enim ouium latè iacent. sanæ atque crassæ oues, perpaucæ sunt, id est, solidæ in cibo veritatis, vtentes pascuis benè de munere Dei. Sed mali illi pastores, non parcunt talibus. Parùm est, quòd illas languentes, & infirmas, & errantes, & perditas nõ curãt: etiàm istas fortes & pingues necant, quantùm in ipsis est: & si illę viuunt, de misericordia Dei viuunt: tamen, quãtùm ad pastores malos attinet, occídunt. Quomodò (inquit) occídunt? Malè viuendo, malum exemplum pbẽdo. An frustrà dictum est seruo Dei, eminenti in membris summi pastoris: Circa oẽs [Tit.2] teipsum bonorum operum præbe exemplum, & forma esto fidelibus? Attẽdit enim ouis etiàm fortis plerunquè præpositum suum malè viuentem. Si declinet oculos à regulis Domini, & intendat in hominem, incipit dicere in corde suo: Si præpositus meus sic viuit, ego qui sum, qui nõ faciam, quod ille facit? Occídit ouem fortẽ. Si fortem ergò occídit ouem, iam de cęteris quid facit, quandò illud, quod non ipse fructificauerat, sed forte aut robustum inuenerat, malè viuendo interficit? Dico charitati vestræ, iterùm dico: Etsi viuunt oues, etsi fortes sunt oues in verbo Domini, & tenẽt illud, quod audiêrunt à Domino suo, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: tamen qui in cõspectu populi malè viuit, [Matth.23] quantùm in illo est, eum, à quo attenditur, occídit. Non sibi ergò blandiatur, quia ille non est mortuus: & ille viuit, & iste homicida est. Quomodò cùm lasciuus homo intendit in mulierem ad concupiscendam eam, eccè illa casta est, & mœchatus est iste. Domini enim vera & aperta sententia est: [Matth.5] Quisquis viderit mulierem ad concupiscẽdam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Non peruenit ad illius cubiculum, & in interiore iam suo cubiculo volutatur. Sic omnis, qui malè viuit in conspectu eorum, quibus præpositus est: quantùm in ipso est, occídit & fortes oues. Qui imitatur, moritur: q nõ imitat̃, viuit. Tñ, quantùm ad illũ ptinet, ambos occídit. Et quod crassum est, inqt, interfecistis, & oues meas nõ pascitis. Iam audîstis, qd diligãt: audite, qd negligãt. Quod infirmatũ est, nõ cõfortâstis: & quod malè habuit, nõ corroborâstis: & quod cõtribulatũ est, i. quod cõfractũ est, non colligâstis: & quod errabat, non reuocâstis: & quod pijt, non inqsistis: & quod forte fuit, cõfregistis, interfecistis, occidistis. Infirmũ qppe animum gerit ouis, quãdò tẽtationes sibi pfuturas non credit. Pastor negligens, quãdò sic credit talis infirm⁹, non illi dicit: Fili, accedẽs ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia & [Eccli.2.a] timore, & præpara animam tuam ad tẽtationem. Qui enim hæc loquitur, cõfortat infirmum, & ex infirmo firmum facit, vt nõ ille, cùm crediderit, prospera huius seculi speret. Si enim doctus fuerit sperare prospera seculi, ipsa prosperitate corrumpitur: superuenientibus aduersitatibus sauciatur, aut fortassè extinguitur. Non ergò eum ædificat super petram, qui sic ædificat, [1.Cor.10] sed super arenam. petra autem erat Christ⁹. Christi passiones imitandæ sunt, nõ à Christianis deliciæ conquirendæ. Confortatur [1.Tim.] infirm⁹, cùm ei dicit̃: Spera: imminẽt qdem tentationes huius seculi, sed ab omnibus te éruet Dominus, si ab illo nõ recesserit retrò cor tuum. Nam ad cõfortandum cor tuum venit ille pati, venit ille mori, venit sputis illiniri, venit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremò ligno configi. Om̃ia hæc ille pro te: tu nihil pro illo, sed pro te. Quales autem sunt, qui timẽtes hos lędere, quibus loquuntur, nõ solùm non pręparãt ad imminentes tentationes, sed etiàm promittũt felicitatem huius seculi, quam Deus ipsi seculo non promisit? Ille prædicit labores super labores vsq; in finem venturos ipsi seculo, & tu vis ab ipsis laboribus exceptũ esse Christianum? Quia Christianus est, aliquid plus passurus est in hoc seculo. Etenim [2.Tim.3.c] (ait Apostolus) omnes, qui volunt in Christo piè viuere, persecutionem patiẽtur. Iam si tibi placet pastor sua quærens, nõ quæ Iesu Christi, ille dicat: Omnes qui volunt in Christo piè viuere, persecutionem patiẽtur: & tu dic: Si in Christo piè vixeris, abundabunt tibi om̃ia bona. Et si filios non habes, suscipies & enutries omnes, nemo tibi morietur: Hæccine est ædificatio tua? Attende, quid facias, vbì ponas: super arenã est, quod cõstituis. Venturus est imber, influxurus est fluuius, flaturus est ventus, & impingent in domũ istam, & cadet, & fiet ruina eius magna. Leua de arena, & pone super petram: in Christo sit, quem vis esse Christianum. Attendat ad passiones Christi indignas: attendat illum sinè vllo peccato, quæ nõ rapuit, exoluentem. [Psalm.68.] Attendat scripturam, dicẽtem [Hebr.12.b] sibi: Flagellat autem omnem filium quẽ recipit. Et para te flagellari, aut certè nõ quæras recipi. Flagellat autem omnẽ, inquit, filium, quem recipit. Et tu dicis, Fortè exceptus eris? Si exceptus à passiõe flagellorum, exceptus à numero filiorum. Itáne, inquies, flagellat omnem filiũ, vt & vnicum? Vnicus ille de patris substantia natus, æqualis patri in forma Dei, verbum per quod facta sunt omnia, nõ habebat cur flagellaretur: ad hoc carne indutus est, vt sinè flagello non esset. Qui ergò flagellat vnicũ sinè peccato, relinquit cum peccato adoptatum? In adoptionem [Gal.4.a] vocatos nos esse dicit Apostolus. Adoptionem filiorum accepimus, vt essemus vnico cohæredes, essemus etiàm hæreditas [Psalm.2.] illius. Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam. Exemplum nobis proposuit in passionibus suis: sed planè, nè in futuris tentationibus deficiat infirmus, nec falsa spe decipiẽdus est, nec terrore frangẽdus. [Eccli.2.a] Dic ei, Præpara animam tuam ad tentationem: & fortè incipit labi, contremiscere, [1.Cor.10.c] nolle accedere. Habes & aliud: Fidelis Deus, qui nõ sinit vos tentari suprà quàm potestis ferre. Illud enim promittere, & prædicere venturas passiones, infirmum confirmare est. Timenti autem nimiùm, & ex hoc deterrito, cùm polliceris misericordiã Dei, non quia tentationes deerunt, sed quia non permittit tentari suprà quàm ferre potest, fractum conligare est. Sequitur: Quod infirmatum est, inquit, non confortâstis. [Ezech.34.a] pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quærentibus, non quæ Iesu Christi, & commodo lactis & lanę gaudentibus, oues omninò non curantibus. Et quod malè habuit, non corroborâstis. Inter infirmũ (id est, non firmum) & ægrotum (id est, malè habentem) hoc mihi videtur interesse: Etenim, fratres, ista quæ distinguere vtcunquè conamur, fortè & nos possumus maiori diligentia meliùs distinguere, & alius peritior vel lumine cordis plenior. Interìm nè fraudemini, quod sentio, loquor. Infirmo, nè accidat tentatio & eum frangat, timendum est. Languens autem iam cupiditate aliqua, ægrotat, iam cupiditate aliqua impeditur ab intranda via Dei, & subeundo iugo Christi. Qui ergò videntur feruere in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle, aut non posse, infirmi sunt. Qui verò aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus reuocantur, languidi & ægroti iacent, quippe qui in ipso languore tãquàm sinè vllis viribus nihil boni possunt operari. Sequitur: Et quod errabat, nõ reuocâstis: & quod perijt, non quæsistis.

Hîc inter manus latronum & dentes luporum furentium vtcunquè versamur, & contumaces sunt oues, quia quæruntur errantes. Alienas se à nobis dicunt errore suo & perditione sua. Quid nos vultis, inquiunt? quid nos quæritis? Si in errore (inquit) sum, si in interitu, quid me vis? quid me quæris? Quia in errore es, reuocare volo: qa perîsti, inuenire volo. Sic volo errare, sic volo perire. Sic vis errare? sic vis perire? Quanto meliùs ego nolo? Prorsùs audeo dicere, Importunus sum. Audio dicentem Apostolũ: Prędica verbum, insta opportunè, importunè. [2.Tim.4.a] Quib⁹ opportunè? quibus importunè? Opportunè vtiquè volentibus, importunè nolentibus. Prorsùs importunus sum, audeo dicere: Tu vis errare, tu vis perire: ego nolo. Reuocabo errantem, requiram perditam: velis nolis, id agam. Et si me inquirentem lanient vepres syluarum, per omnia angusta me coarctabo, omnes sepes excutiam: quantum mihi virium terrẽs Dominus donat, omnia peragrabo. Reuocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire. Parùm est, quòd doleo te errantem atque pereuntem. Timeo, nè negligens te, etiàm quod forte est, occídam. Vide enim quid sequitur: Et quod forte fuit, confregistis. Si neglexero errantem atq; pereuntem, & eum qui fortis est, delectabit errare atq; perire. [Ezech.34.b] Cupio lucra exteriora, sed timeo plùs damna interiora. Si indifferentẽ habuero errorem tuũ, attẽdit qui fortis est, cùm te perditũ non quęro, & pu-

tat nihil esse,ire in errorē.Non frustrà ergò,
cùm iam dixisset superiùs: Quod crassū est,
interfecistis:hîc iterùm in nouissimo posu-
vbì suprà. it,Et quod forte fuit,confregistis. Proindè
audi quid sequitur de ista negligētia malo-
rum,immò falsorum pastorum:Et dispersæ
sunt oues meæ,eò quòd non sit pastor,& fa
ctæ sunt in comestură omnibus bestijs agri.
Furantur lupi insidiantes,rapiūt leones fre-
mentes,cùm oues adhęrent pastori. Nam p̃-
sens est pastor,sed malè viuentibus non est
pastor:Et inhærēt pastoribus,nō pastorib⁹,
seipsos videlicet,non oues,pascentibus. Et
lœtalis error cōsequitur.Eunt in bestias de-
prædantes se,& de morte illarū se satiare cu-
pientes.Tales enim sunt omnes,qui gaudēt
de errorib⁹ alienis.Dispersæ sunt,& errauerunt oues meæ in omnem montē,& in oēm
collem altū,hoc est,in oēm tumorē terrenę
superbiæ.Mons enim & collis,tumor terre-
nus & superbia seculi intelligitur. Sunt em̄
& montes boni, de quibus propheta dicit:
Psalm.120. Leuaui oculos meos in mōtes, vndè veniet
auxiliū mihi.In oēm montem,& in omnem
collē,& in oēm faciem terræ lucēt,& in oēm
faciem terræ dispersæ sunt,om̄ia terrena se-
ctantes. Ea,quæ in faciem terræ lucent,ipsa
amant,ipsa diligunt.Nolunt mori,vt abscō-
Ezech. 34.c datur vita eorum in Christo.Propterea,pa-
stores,audite sermonē Dñi. Viuo ego,dicit
Dñs Deus:Eccè ego ipse requirā oues meas,
& visitabo eas,sicut visitat pastor gregē suū.
Non curauerūt mali pastores:Non enim suo
sanguine redemerunt. Sicut visitat, inquit,
pastor gregem suū in die.In quali die?Cùm
fuerit nimbus & nubes,i.in pluuia,& in ne-
bula.Pluuia & nebula,error seculi huius,&
magna caligo surgēs de cupiditatib⁹ homi-
num,& nebula valida conterens terram. Et
difficile est,vt non errēt oues in ista nebula.
Sed pastor non deserit eas, penetrat nebulā
oculis acutissimis,nō impeditur caligine nu
bium.Videt vndiquè,errantē reuocat,intā-
Ioan.10.c tùm vt fiat,quod dicit in euāgelio:Quę sunt
oues meæ,audiunt vocem meā, & sequūtur
me.In medio ouium dispersarū: sic inquirā
oues meas,& reducā eas ab omni loco,quò
disp̃sæ sunt illic in die nubis & nimbi.Quā-
dò difficile est eas inueniri,tūc ego inueniā.
Crassa nebula est,pinguis nimb⁹ est, oculos
eius nihil latet.Et educam eos de gentibus,
& colligam eos de regionibus,& inducā eas
in terram earum, & pascam eas super mōtes
Israel.Constituit mōtes Israel,authores scri-
pturarum diuinarū:ibì pascite,vt securè pa-
scatis. Quicquid indè audiêritis,hoc vobis
benè sapiat:quicquid extrà est,respuite, nè
Subintellige,ab Ecclesia, non ab hoc aut illo schismatico,expositę erretis in nebula.Audite vocē pastoris, col-
ligite vos ad montes scripturæ sanctæ. Ibì
sunt deliciæ cordis vestri.Ibì nihil veneno-
sum,nihil alienum. Vberrima pascua sunt,
vos tantùm sanæ venite,sanæ pascimini. In
mōtibus Israel,& in riuis, & in om̄i habita-
tione terræ.A montibus enim, quos osten-
dimus,manauerūt riui pr̨edicatiōis euāge-
licæ,cùm in om̄em terrā exiuit sonus eorū,
& facta est omnis habitatio terræ pascendis
ouibus lęta atq; fœcunda. In pascuis bonis
pascā eas,& in montibus altis Israel. Et erūt
stabula earum illic,hoc est,vbì requiescant,
vbì dicant,Benè est:vbì dicant,verùm & ma
nifestum,non fallimur.In gloria Dei requi-
escent tanquàm in stabulis illis, & dormiēt,
hoc est,requiescent in delicijs suis bonis,&
in pascuis pinguibus pascentur super mōtes
Israel.Sequitur: Quod enim primùm cura-
uit,iterùm dicit:Hęc dicit Dñs Deus:Quod
perijt,requirā:& quod errauit,reuocabo:&
quod cōminutū est,colligabo:& quod exa-
nime est,confortabo: & quod pingue est &
forte,custodiā.Quod non faciebāt mali pa-
stores,seipsos pascentes,non oues. Non ait
Dñs,constituā alios bonos pastores, qui fa-
ciant hæc:sed,ego(inquit)faciā,& oues me-
as nulli cōmittam.Securi vos fratres,securę
vos oues.nobis videtur timendū, quasi de-
sit pastor bonus.Et addit sic:Et pascā eas cū
iudicio.Vide,quia solus pascit,cum iudicio
pascit.quis enim homo iudicat de homine?
Temerarijs iudicijs plena sunt omnia. De
quo desperauimus,subitò cōuertitur, & fit
optim⁹.De quo præsumpsimus, subitò de-
ficit,& fit pessimus:Nec timor noster certus
est,nec amor noster certus est. Quid sit ho-
diè quisq; homo,vix nouit ipse homo.tamē
vtcunq; ipse,quid hodiè: quid aūt cràs,nec
ipse.Pascit ergò ille cum iudicio, dispertiēs
propria proprijs: nouit em̄, quid agat: quia
cum iudicio pascit,quos iudicatus redemit.
Seqtur: Absit, vt desint modò boni pasto-
res:absit à nobis,vt desint:absit à misericor
dia ipsius,vt non eos gignat atq; constituat.
Vtiquè si bonę oues sunt, sunt & boni pa-
stores.nam de bonis ouib⁹ fiūt boni pasto-
res. Sed omnes boni pastores in vno sunt,
vnum sunt. Illi pascāt, Christus pascit. Sint
ergò omnes in pastore vno,& dicant vocem
pastoris vnam,quā audiant oues,& sequan-
tur pastorem suum,& non illum aut illum,
sed vnum:& omnes in illo vnam vocem di-
cant,diuersas voces non habeant.

De pastoribus animarum, quales in Ecclesia eligi debeant. Cap.13.

CVm rerum necessitas exposcit,pensan
dum valdè est,ad culmē quisq; regimi
nis qualiter veniat:atq;,ad hoc ritè perueni-
ens,qualiter viuat: & benè viuens, qualiter
doceat:& rectè docens, infirmitatem suam
quotidiè quanta cōsideratione cognoscat,
nè aut humilitas accessum fugiat,aut perue-
tioni vita cōtradicat,aut vitā doctrina desti
tuat,aut doctrinā p̃sumptio extollat. Priùs
ergò appetitū timor temperet, pòst autem
magisterium,quod non à quęrente suscipi-
tur,vita commendet:ac deindè necesè est,

vt pastoris bonum,quod viuendo ostendi-
tur,loquēdo propagetur.Ad extremū verò
superest,vt perfecta quęq; opera considera-
tio propriæ infirmitatis deprimat, nè hęc
ante occulti arbitri oculos,tumor elatiōis
Esa.58.a extinguat.Esaias quoquè propheta ait:Cla-
ma,nè cesses,sicut tuba exalta vocem tuam.
Præconis quippe officiū suscipit, quisquis
ad sacerdotium accedit,vt ante aduentū iu-
dicis,qui*terribilis sequitur,ipse scilicet cla
*terribiliter mando gradiatur.Sacerdos ergò si prędica-
tionis est nescius,quam clamoris vocem da-
Pastoral. li. turus est pręco mutus?Fortes pseuerantesq;
doctores velut imputribilia ligna quęrendi
sunt,qui instructioni sacrorum voluminū
semper inhęrentes,sanctæ Ecclesiæ vnitatē
denuncient,& quasi intromissis circulis ar-
cam Domini portēt. Vectibus quippe arcā
portare,est,bonis doctoribus sanctā Eccle-
siam ad rudes infidelium mentes prędicādo
deduci. Qui auro quoquè iubētur operiri,
vt cùm sermone alijs insonant,ipsi etiàm vi-
tæ splēdore fulgescant.De quibus aptè sub-
iungitur: Qui semper erunt in circulis, nec
vnquàm extrahentur ab eis.Quia nimirùm
necesè est,vt qui ad officium prędicationis
excubant,à sacræ lectionis studio non re-
cedant. Ad hoc nanq; vectes esse in circulis
semper iubentur,vt cùm portari arcam op-
portunitas exigit,de intromittendis vectib⁹
portandi tarditas nulla generetur, quia vi-
delicet cùm spirituale aliquid à subditis pa-
stor inquirit, ignominiosum valdè est, si
tunc quęrat discere,cùm quęstionem debet
enodare.Sed circulis vectes inhęreāt,vt do-
ctores semper in cordibus suis eloquia sacra
meditantes,testamēti arcam sinè mora ele-
uent,si quicquid necesè est, protinùs do-
cent.Vndè benè primus pastor Ecclesię,pa-
stores cæteros admonet,dicens:Parati sem-
per ad satisfactionē de ea, quæ in vobis est,
spe.Ac si apertè dicat: Vt ad portandam ar-
cam mora nulla præpediat, vectes à circulis
lib.21. Moralium cap. 11.in Iob ca. 31. nunquàm recedāt.Sancti viri,dum pręsunt,
non in se potestatem ordinis, sed æqualita-
tem conditionis attendūt.Nec præesse gau-
dent hominibus,sed prodesse.Sciunt enim,
quòd antiqui patres nostri nō tam reges ho
minum,quàm pastores pecorum fuisse me-
Gen.9.a morantur.Et cùm Noæ Dominus filijsq; ei⁹
post diluuium diceret:Crescite,& multipli-
camini, & implete terram: subdit,Et terror
vester ac tremor sit super cuncta animalia
terræ.Homo quippe animalibus irrationa-
libus,non autem cęteris hominibus natura
prælatus est.Idcircò ei dicitur, vt ab anima-
libus, & non ab homine timeatur: quia cō-
tra naturam superbire est,ab æquali velle ti-
Libr. Pastoral.2.cap. 6. meri.Cuncti,qui præsunt,nō in se potestatē
debent ordinis,sed æqualitatē pensare con-
ditionis. Nam(sicut pręfati sumus)antiqui
patres nostri,pastores pecorum, & nō reges
hominum,fuisse memorātur.Necesè est er-
gò,vt rectores à subditis timeantur, quādò
ab eisdem Deum minimè timeri depręhen-
dunt: vt humana saltem formidine peccare
metuant,qui diuina iudicia nou formidāt.
Nequaquàm nanq; præpositi ex*subiecto- * hoc q̃sito
rum timore superbiunt,in quo non suā glo
riam,sed subditorum iustitiam quęrunt. In
eo enim ꝙ metum sibi à peruersè viuētibus
exigunt,quasi non hominibus,sed animali-
bus dominantur:quia videlicet ex qua par-
te bestiales sunt subditi, ex ea debent etiàm
formidini iacere substrati. Facies sanctæ ec-
clesiæ sunt hi,qui in locis regiminum positi
appārēt primi, vt ex eorum specie honor sit
fidelis populi,etiàm si quid in corpore latet
deforme.Qui nimirùm p̃lati plebibus,plan
gunt culpas infirmantium,seq; sic de alienis
lapsibus,àc si de proprijs,affligunt.Sępè re-
ctores boni,dum quosdam vident ad veniā
post culpas redire,quosdā verò in iniquita-
te persistere, occulta omnipotentis Dei iu-
dicia mirantur,sed penetrare nequeūt.Ob- Pastoral. li. 1.cap.10.
stupescunt enim,quę nō intelligūt.Ille mo-
dis omnibus debet ad exemplū viuēdi per-
trahi,qui cūctis carnis passionibus moriēs,
iam spiritaliter viuit, qui prospera mundi
postposuit,qui nulla aduersa pertimescit; q
sola æterna cōcupiscit,cuius intentioni be-
nè congruens,nec omninò per imbecillita-
tem corpus,nec valdè per cōtumaciam spi-
ritus repugnat.Ille nihilominùs ad dignita-
tem pastoralis officij debet prouehi, qui ad
aliena cupienda non ducitur,sed propia lar
gitur,qui per pietatis viscera citiùs ad igno-
scendum flectitur,sed non plùs quàm decet
ignoscens,ab arce rectitudinis inclinatur.
Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata
ab alijs,vt propria,deplorat. Qui ex affectu
cordis alienæ infirmitati compatitur, sicq;
in bonis proximi,sicut in suis prouectibus,
lætatur.Ad dignitatem pontificalis excellē-
tiæ rectè peruenit, qui ità se imitabilem cæ-
teris, in cunctis quæ agit, insinuat, vt inter
eos non habeat, quod saltem de transactis
mens erubescat: Qui sic studet viuere,vt p̃-
ximorum quoquè corda arentia, doctrinæ
valeat fluentis irrigare: Qui orationis vsu
experimento iam didicit, quòd obtinere à
Domino,quæ poposcerit,possit. Cui pro-
phetica voce iam quasi specialiter dicitur:
Adhuc loquente te,dicam: Eccè adsum. Si Esa.58.c
fortasè quis veniat, vt pro se ad intercedē- Pastoral. li. 1.cap. 11.
dum nos apud potentem quempiam vi-
rum, qui sibi iratus,nobis verò incognitus
est, ducat, protinùs respondemus: Ad in-
tercedendum venire non possumus,quia fa
miliaritatis eius notitiam non habemus. Si
ergò homo apud hominem, de quo mini-
mè præsumit,fieri intercessor erubescit:qua
mente apud Dominum intercessionis lo-
cum pro populo arripit, qui familiarem se
eius gratiæ esse per vitæ meritum nescit?
Aut ab eo quomodò alijs veniam postu-
lat,

lat, qui, vtrùm sibi sit placatus, ignorat? Qua in re est adhuc aliud solicitiùs formidandũ, nè, qui placare iram posse creditur, hâc ipse ex reatu proprio mereatur. Cuncti liquidò nouimus, quia cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergò adhuc desiderijs terrenis adstringitur, caueat, nè districti iram iudicis grauiùs accendens, dum loco delectaĩ gloriæ, fiat subditis author ruinæ. Solerter ergò se quisq; metiatur, nè locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter regnat, nè is, quem crimen deprauat propriũ, intercessor fieri appetat pro culpis aliorum.

Vt indigni & imperiti, ad pastorale magisterium accedere non præsumant. Cap. 14.

Greg. lib. 1. pastoral. in prologo.

SVnt pleriq; pastorum, qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt, docere concupiscunt. qui pondus magisterij tantò leuius æstimant, quantò vim magnitudinis illius ignorant: *Et quia indocti ac præcipites doctrinæ arcem tenere appetunt, à præcipitationis suæ ausibus in ipsa locutionis ianua repelluntur. (Ibidẽ cap. 1.) Nulla ars doceri præsumitur, nisì intenta priùs meditatione discatur. Ab imperitis ergò pastorale magisteriũ qua temeritate suscipitur, quãdò ars artium, regimen est animarum? Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Et tamẽ sæpè, qui nequaquàm spiritualia præcepta cognouerũt, cordis se medicos profiteri non metuunt, dum, qui pigmentorum vim nesciunt, videri carnis medici erubescunt. (Ibidèm post pauca.) Sunt nonnulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis, gloriam affectant honoris: videri doctores appetunt, transcendere cæteros cõcupiscunt: attestante veritate, primos recubitus in cœnis, primas in cõuentionibus cathedras quærũt. (Matth. 23. a) Qui susceptum curæ pastoralis officium ministrare dignè tantò magìs nequeunt, quãtò ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenerũt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quandò aliud discitur, aliud docetur. Contra quos indignos pastores Dominus per prophetam queritur, dicens: (Oseę 8. a) Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Ex se nanque, & non ex arbitrio summi rectoris, regnant, qui nullis fulti virtutib', nequaquàm diuinitùs vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regiminis rapiunt potiùs quàm assequuntur. Quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoscit: quia quos permittẽdo tolerat, profectò per iudicium reprobationis ignorat. Vndè ad se quibusdam & post miracula venientibus, dicit: (Luc. 13. c) Recedite à me operarij iniquitatis, nescio qui estis vos. Pastorum imperitia, voce veritatis increpatur, cùm per prophetã dicitur: (Esaiæ 56. d) Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiã. Quos rursùs Dominus detestatur, dicẽs: Et tenentes legem, nesciêrunt me. (Hiere.) Et nesciri se ergò ab eis veritas conqueritur, & nescire se principatum nescientium se protestatur: quia profectò hi, qui ea quæ sunt Domini nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestãte, qui ait: Si quis autem ignorat, ignorabitur. (1. Cor.) Quæ nimirùm pastorum imperitia meritis congruit sæpè subiectorum, quia quãuis lumen scientiæ, sua culpa exigente, nõ habeãt: districto tamen Dei iudicio agiĩ, vt per eorum ignorantiam hi etiàm, qui sequuntur, offendãt. Hinc nanq; in euãgelio per semet ipsam veritas dicit: (Matth.) Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadũt. Hinc Psalmista non optantis animo, sed prophetãtis mysterio, denunciat, dicens: (Psal.) Obscurentur oculi eorum nè videant, & dorsum eorum semper incurua. Oculi quippe sunt, qui in ipsa honoris *summa facie positi, prouidẽdi itineris officium susceperũt. (*summa) Quibus hi nimirùm qui subsequẽter inhærẽt, dorsa nominantur. Obscuratis ergò oculis dorsum flectitur, quia cùm lumen scientiæ perdũt, qui præeunt: profectò ad portãda peccatorum onera curuãtur, qui sequuntur. (Ibid.) Indigni aũt quiq; tanti reatûs pondera fugerent, si veritatis sententiam solicita cordis aure pensarent, quæ ait: (Matth.) Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credũt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. (Ibid. ca.) Nè temerare sacra regimina, quisquis his impar est, audeat, & per cõcupiscentiam culminis, ducatum suscipiat perditionis. Hinc enim piè Iacobus perhibet, dicens: (Iacob.) Nolite plures magistri fieri, fratres mei. Hinc ipse Dei hominumq; mediator regnum percipere vitauit in terris, (Ioan.) qui supernorum quoquè spirituũ scientiam sensumq; transcendens, ante secula regnat in cælis. Plerũquè aduersitatis magisterio sub disciplina cor premitur, quod, si ad regiminis culmen eruperit, in elationẽ protinùs vsu gloriæ permutatur. Sic Saul, qui indignum se priùs considerãs, fugerat: mox vt regni gubernacula suscepit, intumuit. Honorari nanq; coram populo cupiens, dum reprehendi publicè noluit, ipsum, qui *in regno se vnxerat, scidit. (*regem) Sic Dauid propheta authoris sui iudicio penè in cunctis actibus placẽs, mox vt pressuræ põdere caruit, in tumorẽ vulneris erupit: factusq; est in morte Vriæ crudeliter rigid', qui in appetitu fœminæ eneruiter fuerat fluxus. (2. Reg.) Et qui malis ante nouerat piè parcere, in bonorũ quoquè necem pòst didicit sinè obstaculo retractatiõis anhelare. (1. Reg.) Priùs quippe ferire dephensum persecutorẽ noluit, & post cum dãno desudantis exercitûs, etiàm deuotum militem extinxit. (2. Reg.) Quẽ profectò ab electorum numero culpa lõgiùs raperet, nisì hũc ad veniã flagella reuocãssent. (Ibid. cap.) Plerunquè, qui subire magisteriũ pastorale cupiũt, nõnulla quoq; bona opera animo proponunt: & quanuìs hoc elationis intentione appetant, operaturos tamẽ se magna pertractant: fitq; vt aliud in imis intentio supprimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sibi ipsa de se mens sæpè mentitur, & fingit se de bono opere amare, quod non amat: de mũdi autem gloria non amare, quod amat: quæ principari appetens, fit ad hoc pauida, cùm quærit: audax, cùm peruenerit. Tendẽs enĩ, nè non perueniat, trepidat: sed repentè perueniẽs, iure sibi hoc debitum, ad quod peruenerit, putat. Cumq; percepto principatûs officio perfrui seculariter cœperit, libenter obliuiscitur, quicquid religiosè cogitauit. Necesse est enim, vt dũ cogitatio extra vsum ducitur, protinùs mentis oculus ad opera transacta reuocetur. ac penset quisq; quid subiectus egerit, & repẽtè cognoscet, si prælatus bona agere, quæ proposuerat, possit: quia nequaquàm valet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus, non desinit superbire. Nescit laudem, cùm suppetit, fugere: qui ad hanc didicit, cùm deesset, anhelare. Nequaquàm vincere auaritiam potest, quandò ad multorum sustentationẽ tendit is, cui sufficere propria nec soli potuerunt. Exanteacta ergò vita se quisq; inueniat, nè in appetitu se culminis imago cogitationis illudat. Plerũquè in occupatione regiminis ipse quoquè boni operis vsus perditur, qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari, rectè nauim & imperit' nauta dirigit: turbato autem tempestatum fluctibus, etiàm peritus nauta se cõfundit. Quid est potestas culminis, nisì tempestas mentis, in qua dum cogitationũ semper procellis nauis cordis quatitur, huc illucq; incessanter impellitur, vt per repẽtinos excessus oris & operis, quasi per obuiantia saxa frangaĩ? Inter hæc itaq; quæ protulimus, quid sequendum, quid tenendum est, nisì vt virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat: virtutibus vacuus, nec coactus accedat? Ille, si omĩnò renititur, caueat, nè acceptam pecuniam in sudario ligans, de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare, est, percepta dona sub ocio lenti torporis abscõdere. At contrà iste cùm regimen appetit, attendat, nè per exemplum boni operis, Pharisæorũ more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat. (Matth. 23. b) Qui iuxta summi magistri vocem nec ipsi intrãt, nec alios intrare permittunt. Considerãdum quoquè est, quia cùm causam populi electus præsul suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergò adhuc in eius opere passiones viuũt, qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat?

De indignis præpositis. Cap. 15. *Isidorus.*

(Isidorus li. de summo bono, ca. 34.)

NOn sunt promouẽdi ad regimen Ecclesiæ, qui adhuc vitijs subiacẽt. Hinc est, quòd præceptũ est Dauid, non ædificare visibile templum, quia sanguinum vir belli frequentia esset. (1. Paral. 22. b) Qua figura illi spiritaliter admonentur, qui vitiorũ adhuc corruptioni sunt dediti, nè templum ædificẽt, hoc est, ecclesiam docere præsumãt. Non debet ducatûs honorẽ suscipere, qui nescit subiectis tramite vitæ melioris præire. Neq; enĩ quisq; ad hoc præficitur, vt subditorũ culpas corrigat, & ipse vitijs seruiat. Qui se indignum ad episcopatum existimat, locum eius, qui dignus est, occupare non præsumat. Nam tã sanctum est sacerdotij nomen, vt nulla vitiorum nota maculari se sinat. Grauiùs enim cõdemnabitur, qui indignus suscipit quod non meretur. Qui regimen sacerdotij contendit appetere, antè in se discutiat, si vita honori sit congrua. Quod si non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat. Reatum quippe culpæ geminat, si quis cum culpa ad sacerdotale culmen adspirat. Vniuscuiusq; casus tanto maioris est criminis, quãto, priusquàm caderet, maioris erat virtutis. Præcedentium nanq; magnitudo virtutum, crescit ad cumulum sequentium delictorum. Pleriq; sacerdotes suæ magìs vtilitatis causa, quàm gregis, præesse desiderant. Nec, vt prosint, præsules fieri cupiũt, sed magìs, vt diuites fiant & honorentur. Suscipiunt enim sublimitatis culmen, non pro pastorali regimine, sed pro solius regiminis vel honoris ambitione, atq; abiecto opere dignitatis, solam nominis appetũt dignitatẽ. Dum mali sacerdotes, Deo ignorante, non fiant, tamen ignorantur à Deo, ipso per prophetam testante: (Osee 8. a) Principes extiterũt, sed nõ cognoui. Sed hîc nescire Dei, reprobare est: nam Deus omnia nouit.

De indoctis præpositis. Cap. 16.
Idem Isidorus.

SIcut iniqui & peccatores ministeriũ sacerdotale assequi prohibentur, ità indocti & imperiti à tali officio retrahuntur. (Vbì suprà, cap. 35.) Illi enim exemplis suis vitam bonorũ corrumpunt, isti sua ignauia iniquos corrigere nesciũt. *Quid enim docere poterũt, quod ipsi non didicerunt? (*quomodô) Desinat locum docẽdi suscipere, qui nescit docere. Ignorantia quippe præsulum, vitæ non cõgruit subiectorũ. Cæcus enim si cæco ducatum præbet, ambo in foueam cadunt. (Matth. 15. b) Sacerdotes indoctos per Esaiam prophetam ità Dominus improbat: (Esa. 56. d) Ipsi (inquit) pastores ignorauerunt intelligentiam. Et iterùm: Speculatores eius cæci omnes, (Ibidèm.) id est, imperiti episcopi, nesciêrunt (inquit) vniuersi, canes muti, nõ valẽtes latrare, hoc est, plebes cõmissas nõ valentes, resistẽdo malis, per verbũ doctrinæ defendere.

De his qui in regimine prodesse possunt, sed idẽ officium per quietem propriam refugiunt.
Cap. 17. *Gregorius papa I.*

(Pastoral. li. 1. cap. 5.)

SVnt nonnulli, qui eximia virtutũ dona percipiunt, & pro excitatione cæterorũ

magnis

magnis muneribus exaltantur, qui ſtudio caſtitatis mundi, abſtinentiæ robore validi, doctrinæ dapibus referti, patientiæ longanimitate humiles, authoritate fortitudinis erecti, pietatis gratia benigni, iuſtitiæ ſeueritate diſtricti ſunt. Qui nimirùm culmẽ regiminis, ſi vocati ſuſcipere renuunt, ipſa ſibi plerunquè dona adimunt, quæ non pro ſe tantùmodò, ſed etiàm pro alijs acceperunt. Cumq; ſua, & non aliorum lucra cogitant, ipſi ſe, quæ priuata habere appetunt, bonis priuant. Hinc itaq; ad diſcipulos veritas ait:

Matth. 5. b Non poteſt ciuitas ſupra montem poſita, abſcondi: & nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio: ſed ſuper candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Hinc Petro ait: Simon Ioãnis, amas me? Qui cùm

Ioan. 21. ſe amare protinùs reſpondiſſet, audiuit: Si diligis me, paſce oues meas. Si ergò dilectionis eſt teſtimoniũ, cura paſtionis: quiſquis virtutibus pollẽs, gregem Dei renuit paſcere, paſtorem ſummum cõuincitur non amare. Si ergò vt noſtrũ, ſic curam proximi gerimus, quaſi vtrunq; pedem per calceamentum munimus. qui verò ſuam cogitans vtilitatem, proximorum negligit, quaſi vnius pedis calceamẽtum cum dedecore amittit. Sunt nõnulli, qui magnis muneribus ditati, dum ſolius cõtemplationis ſtudijs inardeſcunt, parére vtilitati proximorũ in prædicatione refugiunt, ſecretum quietis diligũt, ſeceſſum ſpeculationis appetunt: de quo, ſi diſtrictè iudicentur, ex tantis proculdubiò rei ſunt, quantis, venientes ad publicũ, prodeſſe potuerunt. Qua enim mente is, qui, proximis profuturus eniteſceret, vtilitati cæterorum ſecretum præponit ſuũ, quandò ipſe ſummi patris vnigenitus, vt multis prodeſſet, de ſinu patris egreſſus eſt ad publicum

Ibidẽ cap. 6. noſtrum? Sunt nonnulli, qui ex ſola humilitate refugiũt, nè his, quibus ſe impares eſtimant, præferãtur. Quorum profectò humilitas, ſi cæteris quoquè virtutibus cingitur, tunc ante oculos Dei vera eſt, cùm ad reſpuendum hoc, quod vtiliter ſubire præcipitur,

*nutũs arbitrio pertinax nõ eſt. Neq; enimuerò humilis eſt, qui ſuperni*nutu arbitri, vt debeat præeſſe, intelligit, & tamẽ contẽnit. Diuinis diſpoſitionibus ſubditus, atq; à vitio obſtinatiõis alienus, cùm ſibi regiminis culmẽ imponit, ſi iam donis ꝓuentus eſt, quib⁹ & alijs ꝓſit, & ex corde debet fugere, & inuit⁹ obedire.

De præpoſitis eccleſiæ. Cap. 18. *Iſidorus.*

Iſidorus li. 3. de ſummo bono, ca. 33. VIr eccleſiaſticus & crucifigi mũdo per mortificationem propriæ carnis debet, & diſpenſationem Eccleſiaſtici ordinis, ſi ex Dei voluntate prouenerit, nolẽs quidẽ, ſed humilis, gubernandam ſuſcipiat. Multis intercipit ſatanas fraudibus eos, qui ſenſũs & vitæ vtilitate præſtantes, præeſſe & ꝓdeſſe alijs nolunt. Et dum eis regimen animarum imponitur, renuunt, conſultiùs arbitrantes, ocioſam vitam degere, quàm lucris animarum inſiſtere. Quod tamen decepti agunt ꝓ argumẽtum diaboli, fallentis eos per ſpeciẽ boni, vt dũ illos à paſtorali officio retrahit, nequaquàm proficiãt, qui eorũ verbis atq; exemplis inſtrui poterãt. Sancti viri nequaquàm occupationum ſecularium curas appetunt: ſed occulto ordine ſibi ſuperimpoſitas gemunt, & quanuis illas per meliorem intentionẽ fugiant, tamen per ſubditã mentem portant: quas quidem ſummoperè, ſi liceat, vitare feſtinant, ſed timentes occultam diſpenſationem Dei, ſuſcipiunt, quod fugiunt: exercent, quod vitare noſcuntur. Intrãt enim ad cor, & ibi cõſulunt, quid velit occulta voluntas Dei: ſeſeq; Dei ſubditos debere eſſe ſummis ordinationibus cognoſcentes, humiliant ceruicem cordis iugo diuinæ *diſpenſationis. *diſpoſitionis

Quòd ſacerdotes ſancti contemplatiuæ vitæ fieri participes poſſint. Cap. 19. *Proſper.*

QVI diligenter de vita contemplatiua conſiderat, & ſufficienter inſtructus intelligit, quandò & vbi poſſit eius perfectio comprehendi, non dubitabit, eccleſiarum principes, vitæ contẽplatiuę poſſe & debere fieri ſectatores: quia ſiue ſecundùm opinionem quorũdam, nihil aliud ſit vita contemplatiua, quàm rerum latentium futurorumq; notitia, ſiue vacatio ab omnibus occupationibus mundi, ſiue diuinarum ſtudium literarum, ſiue (quod his probatur eſſe perfectius) ipſa viſio Dei: non video qd impedimenti ſanctis ſacerdotibus poſſit afferri, quõ minùs ad hæc quatuor, quæ commemoraui, perueniant. Duo enim, primum & vltimum, id eſt, rerum latentium futurorumq; notitia, & ipſa viſio Dei, incomparabiliter præſtantiora erunt in illa vita beata, quàm in iſta, diuerſis erroribus implicata: quandoquidem tam rerum omnium notitia, quàm ipſa Dei ſubſtãtia, plenè ac perfectè videbitur. Duo autem media, vacationẽ videlicet ab omnibus occupationibus mũdi, & diuinarum ſtudium literarũ, etiàm hîc poſſunt habere pontifices. Sed illi qui ſe ab omnibus implicamentis negociorũ ſeculariũ remouentes, nõ torpent ocio, ſed inſiſtunt perfectionis ſuæ negocio, & ab ſtultitia ſapiẽtiæ ſecularis auerſi, verbo Dei infatigabiliter vacant: ſapientes veraciter fiũt, cæleſtia ſapiunt, terrena deſpiciũt, cõtradicentes ſanæ doctrinæ redarguũt, obediẽtes inſtruunt: ſanctis virtutibus, quibus in dies ſingulos fiunt Deo propinquiores, incumbunt: & tam ſuis, quàm oñium, qui per eos eruditur, prouectibus clari, hîc quidem velut guſtum quendam cõtemplatiuæ vitę, quõ ad eam feruentiùs prouocentur, accipiunt: ſed ibi iam in ęternum felices effecti, de eius perfectione gaudebunt. Proindè nõ inflantur, quia hîc oñium fidelium catholicorum honorantur vt capita: ſed lætantur potiùs,

potiùs, quia ibi Chriſti, qui eſt ſacerdotum ac fidelium omnium caput, clariora mẽbra ſunt futuri. At ſi (quod abſit) ſecularib⁹ negocijs implicati, fundorum terminos ſinè termino cupiditatis extendant, ac ſe paſsim exquiſitis delicijs dedãt, quæ animum corpusq; debilitant, ſi gloriam non Chriſti, ſed ſuã, decepti vulgi adulãtis honoribus, quærant: plusque de ſe alienæ linguæ, quàm ſuæ conſcientiæ credant: ſi omne gaudiũ ſuum, nõ in futurorum remuneratione, nec in ſanctitate vitæ, ſed in ſua tãtùm dignitate conſtituant: & dum tales eſſe, quales creduntur, amant, nunquàm ſibi diſpliceant: ac placentes ſibi, non ſint de ſua correctione ſoliciti: quis non intelligat, tales, ſi in talibus perſeuerent, nec ſe ante finẽ vitę præſentis emendent, contemplatiuæ vitæ participes eſſe nõ poſſe? ad quam non peruenient, nisì qui ſtuduerint eſſe, quod facti ſunt: nec affectãt videri, ſed eſſe quod ſunt: nõ alienis laudibus, ſed moribus ſuis eximij: nec ſolùm de ſua dignitate, ſed potiùs de ſacerdotalis vitę nobilitate conſpicui. Qui ſunt non appellatione tenùs, ſed virtute pontifices, vitæ contẽplatiuæ capaces, & gaudiorum cæleſtiũ cohæredes.

Iſidor⁹ li. 3. de ſummo bono, ca. 36

De doctrina & exemplis præpoſitorum. Cap. 20. *Iſidorus.*

TAm doctrina, quàm vita, clarere debet Eccleſiaſticus doctor. Nam doctrina ſinè vita, arrogãtem reddit: vita ſinè doctrina, inutilẽ facit. Sacerdotis prędicatio operibus cõfirmanda eſt, ità vt, quod docet verbo, inſtruat exemplo. Vera eſt euim illa doctrina, quam viuendi ſequitur forma. Nam nihil turpius eſt, quàm ſi bonum, quod ſermone quiſq; prædicat, explere opere negligat. Tunc em̃ prędicatio vtiliter profertur, quandò efficaciter adimpletur. Vnuſquiſq; doctor & bonæ actionis & bonę prędicationis habere debet ſtudium. Nam alterũ ſinè altero nõ facit perfectum. Sed præcedat iuſtus benè agere, vt ſequẽter poſſit benè docere. Sicut in nomiſmate metallũ, figura & pondus inquiritur, ità in omni doctore Eccleſiaſtico, quid ſequatur, qd doceat, quomodò viuat. Per qualitatem igitur metalli doctrina, per figuram ſimilitudo patrũ, per pondus humilitas deſignat̃. Qui ergò ab his trib⁹ diſcrepauerit, nõ metallũ, ſed terra erit.

De humilitate præpoſitorum. Cap. 21. *Gregorius papa.*

Paſtoral. li. 1. cap. 4. SIt rector diſcretus in ſilentio, humilis in verbo, nè aut tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Nam ſicut in cauta locutio in errorem pertrahit, ità indiſcretum ſilẽtium hos, quos erudire poterat, in errore derelinquit. Sit rector benè agentibus per humilitatẽ ſocius, cõtra delinquentiũ vitia per zelũ iuſtitiæ erectus, vt & bonis in nullo ſe præferat, & cùm prauorum culpa exigit, poteſtatẽ protinùs ſui prioratũs agnoſcat: quatenùs & honore ſuppreſſo, æqualem ſe ſubditis benè viuentibus deputet, & erga pueſos iura rectitudinis exercere nõ formidet. Oñes homines natura æquales genuit: ſed variante meritorũ ordine, alios alijs culpa poſtponit. Ipſa etiàm diuerſitas, quæ acceſſit ex vitio, diuino iudicio diſpẽſatur, vt quia oñis homo æquè ſtare non valet, alter regatur ab altero. Vndè cuncti, qui præſunt, non in ſe poteſtatẽ debẽt ordinis, ſed ęqualitatem penſare conditionis: nec præeſſe ſe hominibus gaudeant, ſed prodeſſe. Quam videlicet potentiam benè regit, qui ſcit per illam ſuper culpas erigi: ſcit cum illa cęteris ęqualitate componi. Quam tamen poteſtatem rectè diſpenſat, qui ſolicitè nouerit & ſumere ex illa, quod adiuuat, & expugnare, quod tentat, & æqualem ſe cum illa cæteris cernere, & tamen ſe zelo vltionis peccãtibus anteferre. Prædicator quiſq; ſtudeat, vt minas potentium *ratione mitiget, & oppreſſorum anguſtias, quantùm prævalet, ope leuet: vt foris reſiſtẽtibus opponat patientiã, & intùs ſuperbientibus exhibeat cum patientia diſciplinam: vt erga errata ſubditorũ ſic mãſuetudo zelum temperet, quatenùs à iuſtitiæ ſtudio non eneruet: ſic ad vltionem zelus ferueat, nè tamẽ pietatis limite feruẽdo tranſcendat. Rectoris officiũ eſſe debet, vt ingratos, beneficijs ad amorẽ prouocet: vt gratos quoquè, miniſterijs in amore ſeruet: vt proximorũ mala, cùm corrigere non valet, taceat: & quęcunq; corrigi loquendo poſſunt, ſilentiũ cõſenſum eſſe pertimeſcat.

*ratiocinatione

De humilitate præpoſitorũ. Cap. 22. *Iſidorus.* Iſidor⁹ li. 3. de ſummo bono, cap. 42.

QVi præficitur ad regimen, taliter erga diſciplinam ſubditorum præſtare ſe debet, vt non ſolùm authoritate, verùm etiàm humilitate clareſcat. Sed tamen ità erit in eo virtus humilitatis, nè diſſoluat̃ vita ſubditorum in vitijs: atq; ità authoritas aderit poteſtatis, nè per tumorẽ cordis, ſeueritas exiſtat immoderationis. Hęc eſt in Dei ſacerdotib⁹ vera diſcretio, quæ nec per libertatem ſuperbi, nec per humilitatẽ fiunt remiſſi. Hinc eſt, ꝙ ſancti cum multa conſtantia redarguerũt etiàm principum vitia: in quibus cùm ſumma eſſet humilitas, loco tamen neceſſario liberè tranſgreſſores iuſtitiæ increpabant. Aliquandò etiàm ſubditis nos oportet animo eſſe humiliores, quoniã facta ſubditorum iudicãtur à nobis, noſtra verò Deus iudicat. Agnoſcat epiſcopus, ſeruum ſe eſſe plebis, non dominum. Verùm *hæc charitas, non conditio, exigit. *hoc

De doctrinæ diſcretione. Cap. 23. *Iſidorus.* Iſidor⁹ vbì ſuprà, ca. 43

NOn omnibus vna eademq; doctrina eſt adhibenda: ſed pro qualitate morum, diuerſa exhortatio erit doctorũ. Nam quoſdam increpatio dura, quoſdam verò

exhortatio corrigit blanda. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diuerſo medicamine ſeruiũt,ità vt iuxta vulnerum varietates medicina diuerſa ſit:ſic & doctor eccleſiæ,ſingulis quibuſq; hominib⁹ congruũ doctrinæ remediũ adhibebit:& quod cuiq; oporteat,pro ætate,pro ſexu ac profeſſione adnunciabit. Non omnibus ea,quę ſunt clauſa,aperienda ſunt. Multi enim ſunt,qui capere nõ poſſunt: quibus ſi indiſcretè manifeſtentur,ſtatim aut detrahũt, aut negligũt. Prima quippe prudentię virtus eſt,eam,quã docere oporteat,exiſtimare perſonam. Rudibus populis ſeu carnalibus plana atq; cõmunia,non ſumma atq; ardua, prædicanda ſunt:nè immẽſitate doctrinę opprimantur potiùs,quàm erudiantur. Vndè & Paulus
1.Cor.3.a apoſtolus ait: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus: tãquàm paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam. Carnalibus quippe animis nec alta nimis de cæleſtibus,nec terrena conuenit prædicare, ſed mediocriter, vt initia eorum mores q; deſiderant edoceri. Coruus, dum ſuos pullos viderit albi coloris, nullis eos cibis alit:ſed tantundèm attẽdit, donèc paterno colore nigreſcãt,& ſic illos frequẽti cibo reficit.Ità & eccleſiæ doctor ſtrenu⁹, nisì eos,quos docet,viderit ad ſuam ſimilitudinem pœnitentiæ confeſſione nigreſcere, & nitore ſeculi depoſito, lamentationis habitũ de peccati recordatione induere,vtpotè adhuc exterioribus,hoc eſt, carnalib⁹, non aperit intelligentiæ ſpiritualis profundiora myſteria:nè, dum audita non capiũt, priùs incipiant contemnere,quàm venerari mãdata cęleſtia. Aliter eſt agendũ circa eos, qui noſtro committuntur regimini,ſed offendunt:atq; aliter cum his,qui nobis commiſſi non ſunt. Qui ſi iuſti ſunt,venerandi ſunt:ſi verò delinquunt, pro ſola charitate, vt locus eſt,corripiendi ſunt:non tamẽ cum ſeueritate, ſicut hi, qui nobis regendi ſunt cõmiſſi.Priùs docendi ſunt ſeniores plebis, vt per eos infrà poſiti,facilìùs doceãtur.Vn-
2.Tim.2.a dè & Apoſtolus:Hæc,inquit,commenda fidelibus hominibus,qui idonei ſunt & alios docere. Ingeniũ boni doctoris eſt, incipere à laudibus eorum,quos ſalubriter obiurga-
1.Cor.1.a b tos corrigere cupit,ſicut Apoſtolus ad Corinthios facit, quos à laudibus inchoat, & increpationibus probat.Sed erãt apud Corinthios,qui & laude & increpatione digni eſſent.Ille verò ſic diſcretè,ſic vtraq; omnibus loquitur, vt omnibus vtraque conuenire videantur.

Qualiter prælati ſubiectos doceant, atq; ſemetipſos diſcreta circunſpectione prouideant.
Cap. 24. Gregorius papa.

In Prologo lib.3. Paſtoral. QVia igitur, qualis eſſe debeat paſtor, ſuperiùs oſtendimus: nunc, qualiter doceat,demonſtremus. Vt enim lon-

gè ante nos reuerẽdæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit,nõ vna eademq; cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas adſtringit.Sæpè nanq; alijs officiunt, quæ alijs proſunt: quia plerunquè herbæ,quæ hæc animalia nutriunt, alia occidũt. Et lenis ſibilus equos mitigat, catulos inſtigat. Et medicamentum,quod hunc morbũ imminuit, alteri vires iungit: & panis,qui vitam fortium roborat,paruulorum necat.Pro qualitate ergò audientiũ, formari debet ſermo doctorum,vt & ad ſua ſingulis congruat,& tamẽ à communis ędificationis arte nũquàm recedat. Quid enim ſunt intentæ mentes auditorum, nisì(vt ità dixerim)quædam in cithara tẽſiones tractę chordarum? Quas tangendo artifex,vt non ſibimetipſi diſſimile canticum faciat, diſſimiliter pulſat:& idcircò chordæ conſonam modulationem reddunt,quia vno quidem plectro,ſed non vno impulſu,feriũtur. Doctor quiſq;,vt vna cunctos virtute charitatis ędificet,ex vna doctrina,non vna eadẽq; exhortatione tangere corda audiẽtium debet. Doctor etenim,qui loci ſui neceſſitate exigitur ſumma dicere,hac eadẽ neceſſitate compellitur ſumma monſtrare. Illa nanque vox libentiùs auditorum cor penetrat, quã dicentis vita cõmendat:quia quod loquendo imperat,oſtẽdendo adiuuat vt fiat.Hinc enim per prophetam Dominus dicit:Super montem exceſſum aſſcende tu,qui euangelizas Sion, vt videlicet, qui cæleſti prædicatione vtitur,ima iam terrenorum operũ deſerens,in rerum culmine ſtare videatur:tanto q; faciliùs ſubditos ad meliora pertrahat, quanto per vitæ meritũ de ſupernis clamat. Rectè etiàm & ſacerdos ſuperhumerale ex auro,hyacintho,purpura,bis tincto cocco, & torta byſſo habere præcipitur, vt quanta virtutum diuerſitate clareſcere debeat, demonſtretur. In ſacerdotis quippe habitu ante omnia aurum fulget,vt in eo intellectus ſapientiæ principaliter emicet.Cui hyacinthus,qui aëreo colore reſplendet,adiungit: vt per omne quod intelligẽdo penetrat, nõ ad fauores infimos,ſed ad amorem cęleſtiũ ſurgat:nè,dum incautus ſuis laudibus capiatur,ipſo etiàm veritatis intellectu vacuetur. Auro quoquè & hyacintho,ac purpurę,bis tinctus coccus adiũgitur,vt ante interni iudicis oculos,omnium virtutum bona ex charitate decorentur,& cuncta,quę coram hominibus rutilant,hæc in conſpectu occulti arbitri flamma intimi amoris accẽdat. Quæ ſcilicet charitas,quia Deum ſimul ac proximũ diligit, quaſi ex duplici tinctura fulgeſcit. Qui igitur ſic ad authoris ſpeciem anhelat,vt proximorum curã negligat: vel ſic proximorum curam exequitur, vt à diuino amore torpeſcat:quia vnũ horũ quodlibet negligit,in ſuperhumeralis ornamẽto habere coccum bis tinctum neſcit. Cęterùm cùm rector

rector ſe ad loquẽdum præparat,ſub quãto cautelæ ſtudio eloquatur,attendat:nè ſi inordinatè ad loquẽdum rapitur, erroris vulnere audientium corda feriãtur:& cùm fortaſſè ſapiens videri deſiderat,vnitatis compagem inſipienter abſcindat. Hinc nanq; in euangẽlio veritas dicit:Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos. Per ſal quippe, verbi ſapientia deſignatur. Qui ergò loqui ſapienter nititur,magnoperè metuat, nè in eius eloquio audientium vnitas confundatur.Hinc Paulus ait:Non plus ſapere, quàm oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatẽ. Nè igitur lector incautus ad loquendum proruat,hoc,quod iam præmiſimus,per ſemetipſam veritas diſcipulis clamat: Habete ſal in vobis,& pacem habete inter vos. Ac ſi figuratè per habitum ſacerdotis dicat: Mála punica tintinnabulis iũgite, vt per oĩa quæ dicitis,vnitatẽ fidei cauta obſeruatione teneatis. Sacerdos ſemper vocem prędicationis habeat,nè ſuperni ſpectatoris iudicium exſilentio offendat. Scriptum quippe eſt: Audiatur ſonitus, quãdò ingredit̃ aut egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini,& non moriatur. Sacerdos nanq; in tabernaculum ingrediens vel egrediens,moritur,ſi de eo ſonitus non auditur: quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſinè prædicationis ſonitu incedit. Aptè autẽ tintinnabula veſtimentis põtificis deſcribuntur inſerta. Veſtimẽta etenim ſacerdotis,quid aliud quàm recta opera debemus accipere,Propheta teſtante,qui ait:Sacerdotes tui induantur iuſtitiam?Veſtimentis ita q; illius tintinnabula inhærent,vt vitę viã cum linguæ ſonitu, ipſa quoquè bona opera ſacerdotis clamẽt. Nos, quia infirmi homines ſumus, cùm de Deo hominibus loquimur, debemus primùm meminiſſe,quid ſumus, vt ex propria infirmitate penſemus,quo docendi ordine infirmos fratres cõſolemur. Conſideremus igitur,quia aut tales ſum⁹, quales nõnullos corrigimus:aut tales aliquandò fuimus,etſi iam diuina gratia operãte non ſumus, vt tãto eos temperantiùs corde humili corrigamus,quãto noſmetipſos veriùs in his,quos emẽdamus,agnoſcimus. Si nos ſacerdotes, tales nec ſum⁹,nec fuimus,quales adhuc illi ſunt,quos emẽdare curamus: nè cor noſtrũ fortè ſuperbiat,& de ipſa innocentia in pei⁹ ruat: quorum mala corrigimus, eorũ bona nobis ante oculos reuocemus. Quę ſi omninò ſunt nulla,ad occulta Dei iudicia recuramus:qa ſicut nos nullis meritis hoc ipſum bonum,quod habemus,accipimus: ità illos quoquè poteſt gratia ſupernæ virtutis infundere,vt excitati poſteriùs,etiàm ipſa poſſent bona,quæ nos ãtè accepimus,præuenire. Quis enim crederet,quòd apoſtolatũs merito Saulus lapidatũ Stephanũ pręcurſurus erat,qui in morte eius lapidãtium veſtimenta ſeruabat?His ergò primùm cogitati-

onibus humiliari cor debet,& tunc demùm delinquentium iniquitates increpare.

De doctorum ſilentio. Cap.25. Iſidorus.

Iſidor⁹ li. 3. de ſummo bono, cap. 44. PRo malo merito plebis, auferẽ doctrina prędicationis:Pro bono merito audientis,tribuitur ſermo doctoris. In poteſtate diuina conſiſtit,cui velit Deus doctrinæ verbum dare,vel cui auferre: & hoc aut pro dicentis,aut pro audientis fit merito,vt modò,p culpa plebis auferatur ſermo doctoris,modò verò pro vtilitate rectoris tribuatur.Nam & bonus docet bonum,& malus malum: & bonus malum,& malus bonũ: quod tamen fit iuxta meritum populorum. Non omnia tempora congruunt doctrinæ, ſecundùm Salomonis ſententiam,dicentis: Eccẽs 3.a Tempus tacendi & tempus loquendi. Non quidem per timorem,ſed per diſcretionem, propter malorum incorrigibilem iniquitatem,nõnunquàm electos oportet à doctrina ceſſare.Interdùm doctores eccleſię,calore charitatis ardẽtes, cõticeſcunt à docẽdo, quia non eſt qui audiat, teſtante propheta: Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui Hiere.13.c aperiat. Qui docẽdi accipit officium,interdùm ad tempus facta proximi taceat, quæ ſtatim corrigere nequaquàm exiſtimat.Nam ſi corrigere poteſt, & diſſimulat, verum eſt q; conſenſum erroris alieni habeat. Pleriq; ſancti doctores pro mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt,his tacere diſponunt:ſed calorem ſpiritũs, quo aguntur, ferre non ſuſtinentes,iterùm in increpationem profiliunt impiorum.

Quòd nihil proſit ſacerdoti, etiàm ſi benè viuat, ſi malè viuentes, tacendo non arguat.
Cap. 26. Proſper.

Proſper lib. de vita contemp. lib.1. cap.20. QVòd verò dicit Apoſtolus,vt nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, ſi is, cui vel exhortandi 2.Theſſ. 3.b bonos, vel caſtigandi malos cura commiſſa eſt,benè viuendo ſe imitandum bonis exhibeat,& malos,tacendo non arguat? Ad hoc enim(nisì me fallit opinio) ſanctè viuendũ eſt ſacerdoti,nè dicta ſua repugnantibus factis euacuet,ſi, quod prædicat fieri debere, non faciat:aut ſi,quod non facit,prædicare præſumpſerit,nihil apud eos,qui eius vitam nouêre,proficiat. Quia ad hoc eſt Eccleſiæ Dei præpoſitus, vt non ſolùm benè viuẽdo alios exemplo ſuæ cõuerſationis inſtituat: ſed etiàm fidutialiter prædicando, ſingulis ante oculos peccata ſua conſtituat,quę pœna maneat duris,quæ gloria obedientibus, oſtendat.Nullius ſalutem deſperando contemnat,animas emendari nolentiũ plangat, imitatus Apoſtolum qui ait: Vt lugeã mul- 2.Cor.12.g tos ex his,qui ãtè peccauerũt, & non egẽrunt pœnitentiam.Et iterùm: Quis infirma- 2.Cor.11.g tur,& ego nõ infirmor?quis ſcãdalizatur, & ego non vror? Quapropter ſciens,q; ſi quibuſlibet diuitibus ac potentibus malè viuẽ-

tibus parcat,aut foueat,eos perdat, simul & pereat: & sanctè debet viuere propter exēplum,& piè docere propter suę administrationis officium,certus, quòd ei sua iustitia nihil suffragetur,de cuius manu anima pereuntis exigitur. Quādò quicūq; alius periêrit,quem nulla docēdi necessitas manet,solus pœnas sui sceleris dabit. Ille autem cui dispensatio verbi cōmissa est,etiàm si sanctè viuat, & tñ perditè viuētes arguere aut erubescat,aut metuat:cum omnibus,qui eo tacente periêrint,perit.Et quid ei proderit nō puniri suo,qui puniēdus est alieno peccato? Mentior,nisì hoc Dñs per Ezechielem prophetā sub cuiusdā terroris denūciatione loquitur,dicēs ad eum: (Ezech. 3.d) Et tu fili hominis,speculatorē dedi te domui Israel.Nec hoc trāseunter debemus audire, quòd sacerdotem speculatorem appellat, vt sicut speculatoris est,de loco editiore prospicere,& plùs omībus contemplari:ità sacerdos debet esse ꝓpositi sublimitate celsior cūctis, ac maioris sciētiæ habere gratiam,qua possit sub se viuētes instruere. Videamus iam,qđ diuinus sermo contineat. (Ezech.3.d) Audies (inquit) sermonē ex ore meo,& annūciabis eis ex me. Vt hoc dicat sacerdos,quod ex diuina lectione didicerit,quod illi Deꝰ inspirauerit, nō quod præsumptiōe humani sensûs inuenerit. Adnunciabis,inquit,eis ex me. Ex me,& nō ex te,Mea verba loquéris eis. Non est quòd ex eis,tanquàm de tuis,iusseris.Ex me(inquit) eis adnuncia.Sed iam quid adnunciet,audiamus,Si me dicēte ad impium, Impie, morte morieris,non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem verò eius de manu tua requiram.Hoc est dicere:Si ei sua peccata non adnunciaueris, si eum non argueris,vt ab impietate sua cōuertatur,& viuat,& te,qui non increpâsti,& ipsum,qui te tacente peccauit, flammis perennibus perdam. Quis,rogo,tam saxei pectoris,quis tā ferreus erit,quem sententia ista non terreat? Quis tam alienus à fide,qui sententię isti nō credat?

(Pastoral. li. 1.cap.2.)

De pastoribus non rectè gradientibus.

Cap. 27. *Gregorius.*

SVnt nonnulli, qui solerti cura spiritalia præcepta perscrutantur: sed quæ intelligendo penetrant, viuendo cōculcant. Repentè docent, quæ non opere,sed meditatione didicerant: & quod verbis prædicant, moribus impugnāt. Vndè fit,vt cùm pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. (Ezech. 34.c) Hinc nanq; per prophetam Dñs contra contemptibilem pastorum sciētiam querit̃,dicens: Cùm ipsi lympidissimā aquā biberetis, reliquā pedibus vestris turbabatis.Et oues,quæ conculcata pedibus vestris fuerant,pascebātur: & quæ pedes vestri turbauerant,hæc bibebant. Aquam lympidissimam pastores bibunt, cùm fluenta veritatis,rectè intelligentes hauriunt: Sed eādem aquā pedibus perturbare, est,sanctę meditationis studia malè viuendo corrumpere. Aquam scilicet pastorum turbatā pedibus oues bibunt,cùm subiecti quiq; nō sectantur verba quę audiūt,sed sola,quę conspiciunt,eeempla prauitatis imitantur. Qui cùm dicta sitiunt,& per opera peruertūtur,quasi corruptis fontibus,in potibus lutū sumūt. Nemo ampliùs nocet in Ecclesia, quàm qui peruersè agens,nomen vel ordinē sanctitatis habet.Delinquentē nanq; hūc redarguere nullus pręsumit, & in exemplū culpa vehementer extenditur,quandò pro reuerentia ordinis peccator honoratur.Qui ergò ad sanctitatis speciē deductus, vel verbo cęteros destruit vel exēplo:meliùs profectò fuerat,vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent, quàm sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent. Quia nimirùm si solus caderet,vtcunquè hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret. (Ibid.ca.) Sæpè suscepta cnra regiminis cor per diuersa intuendo diuerberat, & impar qsq; inuenitur ad singula,dum confusa mēte diuiditur ad multa. Vndè quidam sapiens ꝓuidè admonet,dicens: Fili,nè in multis sint actus tui. (Eccli.11.) Quia videlicet nequaquàm plenè in vniuscuiusq; operis ratiōe colligitur, dū mens per diuersa sparsa partitur. Cumq; foràs per insolētem curam trahitur, à timoris intimi soliditate vacuatur. Dum etiàm mēs in exteriorū fit dispositione solicita,suî est solūmodò ignara, & scit multa cogitare, se nesciens:Nam cùm plùs quàm necesse est,se exterioribus implicat,quasi occupata in itinere, obliuiscit̃ quò tendebat, ità vt ab studio suæ inquisitionis alienata,nec ipsa,quæ patitur,damna cōsiderat: & per quanta delinquat,ignorat.Neq; enim peccare se Ezechias credidit,(Esa.39.) cùm venientibus ad se alienigenis cellas aromatum ostēdit: sed in dānationē secuturæ prolis ex eo iram iudicis ꝓtulit,quod se facere licenter ęstimauit.Sępè enim dum multa suppetunt,dumq; agi possunt quæ subiecti quia acta sunt admirētur, in cogitatione se animus eleuat, & plenè in se iram iudicis prouocat, quāuìs per iniqua foràs opera non erumpat. Intùs quippe est qui iudicat,intùs quod iudicat̃. Cùm ergò in corde delinquimus,latet homines,quod apud nos agimus,sed tamē ipso iudice teste peccamus.Hæc proferentes, non potestatē regiminis reprǽhendimus:sed ab appetitu illius,cordis infirmitatem munimus,nè imperfecti quiq; culmē arripere regiminis audeant,& qui in planis stantes titubant,in ꝓcipitio pedem ponant. (Ibid.cap.) Cęcus pastor est,qui supernæ lumen contēplationis ignorat:qui præsentis vitæ tenebris pressus,dum venturam lucem nequaquàm diligendo conspicit,quò gressum operis ponat,nescit. (Ibidem.) Claudus verò rector est,qui quidē, quò pergere debeat,

debeat,adspicit:sed infirmitate mentis,vitę viam perfectè non valet tenere,quam videt, quia ad virtutis statum,dum fluxa cōsuetudine non erigitur,quò ex desiderio innitit̃, illuc gressus operis efficaciter nō sequūtur. Paruo autem naso est,qui ad tenēdam mensurā discretionis idoneus non est.Naso qppe odores fœtoresq; discernimus.Rectè ergò per nasum discretio exprimitur,per quā virtutes eligimus,delicta reprobamus.Sunt nonnulli,qui dum ęstimari hebetes nolunt, sępè se in quibusdam inquisitiōibus plùs q̃ necesse est, exercentes, ex nimia subtilitate falluntur. Vndè hîc quoquè subditur: (Leuit.21.d) Vel grandi & torto naso. Nasus etenim grandis & tortus,est discretionis subtilitas immoderata:quę dum plùs,quàm decet,excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. Fracto autem pede vel manu est, qui viā Dei pergere omninò nō valet,atq; à bonis actibus funditùs exors vacat, quatenùs hęc nō vt claudus,saltē cum infirmitate teneat, sed ab his omīmodò alienꝰ existat. Gibbus est, quē terrenæ solicitudinis pondus deprimit, nè vnquàm ad supna respiciat, sed solis his, quæ in infimis calcantur,intendat: Qui etsi aliquandò aliquid ex bono patriæ cælestis audiêrit,ad hoc nimirùm peruersæ cōsuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciē nō attollit:quia cogitationis statum erigere nō valet,quem terrenę vsus solicitudinis curuū tenet.Lippus nanq; est,cuius quidem ingenium ad agnitionem veritatis emicat,sed tñ hoc carnalia opera obscurāt. In lippis qppe oculis pupillæ sanæ sunt,sed humore defluente,infirmatæ palpebræ grossescunt. Quæ quia infusione crebra atterūtur,etiàm acies pupillæ vitiatur.Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis vitæ opatio sauciat,qui videre recta per ingenium subtiliter poterāt, sed vsu prauorum actuum caligant. Lippus itaq; est,cuiꝰ sensum natura exacuit, sed cōuersationis prauitas cōfundit, cui benè per angelū dicitur: (Apoc.3.d) Collyrio inunge oculos tuos,vt videas. Collyrio quippe oculos,vt videamus, inungimus, cùm ad cognoscendū veri luminis claritatē,intellectûs nostri aciē medicamine bonæ operationis adiuuamus. Albuginem tolerans,nihil videt. Albuginē habet sacerdos in oculo,qui veritatis lucem videre non sinitur,qui arrogantia sapientiæ siue iustitiæ cæcatur.Pupilla nanq; oculi nigra videt,albuginē tolerās nihil videt, quia videlicet sensus humanæ cogitatiōis,si stultum se peccatoremq; intelligit, cognitionē intimę claritatis apprǽhendit.Si autem can☞dorem sibi iustitiæ siue sapientiæ tribuit, à luce se supernę cognitiōis excludit,& eo claritatem veri luminis nequaquàm penetrat, quo se apud se per arrogātiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur: (Rom.1.c) Dicētes enim se esse sapientes,stulti facti sunt.Iugem verò habet scàbiem in corpore,cui carnis petulantia sinè cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quā rectè luxuria designatur:quia si cordis tentatio vsq; ad operationē prosilit, nimirùm feruor intimus vsq; ad cutis scabiem prorūpit,& foris iam corpus sauciat: quia dum in cogitatione voluptas nō reprimitur, etiàm in actiōe dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere,cùm dicebat: (1.Cor.10.c) Tentatio vos non apprǽhendat nisì humana.Ac si apertè diceret: Humanū quidem est,in corde tentationem perpeti, dæmoniacum verò est,tētationis certamine & in operatione superari.Impetiginē quoquè habet in corpore,quisquis auaritia vastatur in mente.Quæ si interiùs non compescitur, nimirùm sinè mensura dilatatur. Impetigo quippe sinè dolore corpus occupat,& absq; occupati tædio excrescēs,membrorū decorem fœdat:quia & auaritia capti animū, dū quasi delectat, exulcerat, dum adipiscenda quæq; cogitatiōi obijcit, ad inimicitias accendit:& dolorem in vulnere non facit, qa æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Decor membrorum per impetiginē perditur,quia aliarū quoquè virtutum per auaritiam pulchritudo deprauatur.Et quasi totum corpus exasperat, quia per vniuersa vitia animū supplantat, Paulo attestāte,qui ait:Radix omnium malorum est cupiditas. (1.Tim.6.b) Ponderosus est, qui turpitudinē nō exercet opere,sed tamē ab hac cogitatione cōtinua sinè moderamine grauatur in mente. Qui nequaquàm vsq; ad opus quidem nefarium rapitur, sed eius animus voluptate luxurię sinè vllo repugnationis obstaculo delectat̃. Vitiū quippe est pōderis,cùm humor viscerum ad virilia labitur,quæ ꝓfectò cùm molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergò est,qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde:& quanuìs praua nō exerceat opere, ab his tamen nō euellit̃ mente, nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere, quia grauat hunc in abditis turpe pondus. Quisquis ergò quolibet horum vitio subigitur, panes Dño offerre prohibetur, nè profectò diluere aliena delicta nō valeat is,quē adhuc propria deuastant. (Gregor.lib. Moral.11. cap.9.) Cùm sacerdos non agit bona q̃ loquitur, ei etiàm sermo subtrahit̃, nè loqui audeat quod nō operat̃, sicut per prophetā dicitur: (Psalm.49.) Peccatori aūt dixit Deus, quarè tu enarras iustitiā meā, & assumis testamentum meum per os tuū? Vndè etiā deprecat̃,dicēs: (Psalm.118.) Et nè auferas de ore meo verbum veritatis vsq;quaquè. Perpendit nāq; ꝙ omnipotēs Deus veritatis verbū facientibus tribuit,& nō facientibus tollit. Qui ergò hoc de ore suo nō auferri petijt, qđ aliud quàm gratiam bonæ operationis quęsiuit? Ac si apertè diceret: A bono opere errare me nō sinas,nè,dum amitto ordinē benè viuendi,rectitudinē perdam loquendi. Ple-

Lib. Moral. 11. cap. 10.

runquè doctor, qui docere audet quod negligit agere, cùm desierit bona loqui, quæ operari contempsit, docere subiectos incipit praua, quæ agit: vt iusto omnipotentis Dei iudicio, in bono iam nec linguam habeat, q habere bonã vitam recusat: quatenùs dum mens eius terrenarum rerum amore incẽditur, de terrenis reb⁹ semper loquatur. Vndè

Matth. 12. c

in euãgelio veritas dicit: Ex abundantia em̃ cordis os loquit̃. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro, pfert mala. Hinc & Ioãnes ait: Ipsi

1. Ioan. 4. a

de mundo sunt, ideò de mũdo loquuntur.

De negligẽtia sacerdotis, q doctrinæ suæ agendo contraria, personam non potest implere doctorum. Cap. 28. Prosper.

De vita cõtemplat. lib. 1. cap. 15.

REcolite ergò, quanta & qualia, me audiente atq; probante, dicere solebatis de administratiõe põtificis, qui populi sibi commissi cura posthabita, ardentiùs bona præsentia desiderat, quàm futura: & oblitus quòd nõ solùm de se, sed etiàm de grege sibi credito rationem pastori pastorum omnium reddat, sua suorum q; detrimenta nõ cogitat, quem non delinquentiũ peccata contristant, nec proficientium bona lætificant, sed de se tantùm, plerũquè autem nec de se omninò solicitus, quid à suis boni malíve geratur, ignorat. Qui non prædicat perseuerantiam iustis, pœnitentiam prauis, cõtemptum mũdi cõuersis, futuras pœnas auersis. Qui non potest dicere contemptoribus admonitionis suæ, Futurum cogitate iudicium, quod ipse fortè nõ cogitat: amatorib⁹ mundi, Nolite diligere mundum, si eum mundi

1. Ioan. 2.

amor oblectat: ambitiosis, Ambitioni iam finem imponite, si eum ambitio ruinosa precipitat: ebriosis, Ebrietatẽ cauete, si se mero vsq; ad alienationẽ mentis ingurgitat: sumptuosis dapibus *grauidus, non potest suis abstinẽtiam laudare, quam calcat: vitio cupiditatis addictus, cupidis amorem nõ potest dissuadere pecuniæ: inimicitiarũ tenax, non valebit animos dissidentiũ sacerdotali tranquillitate componere: iustitiam prædicare iudicib⁹ erubescit, quam ipse personę potentis fauore corrũpit. Nec defendit oppressos, si psonas aut honorat, aut despicit. Et quicquid boni non facit, aut mali committit: nec iubebit fieri, nec vetabit: quia necessariam docendi authoritatem, contrarietate suæ actionis aut amittit, aut minuit.

*crudus,

De his qui benè docent, & malè viuunt. Cap. 29. Isidorus.

Isidor⁹ li. 3. de summo bono, cap. 37.

INterdùm doctoris vitio etiàm ipsa verax doctrina vilescit: & qui nõ viuit sicut docet, ipsam, quam prædicat veritatẽ, contemptibilẽ facit. Arcus peruersus, est lingua magistrorum docentium benè & viuentiũ malè: & ideò quasi ex puerso arcu sagittã emittunt, dum suam prauam vitam proprię linguæ ictu cõfodiunt. Qui benè docet, & malè viuit, tanquàm æs aut cymbalum sonitũ facit alijs, ipse tamen sibi manet insensualis. Qui benè docet, & malè viuit, quòd docet, benè viuẽtibus proficit: quòd verò malè viuit, seipsum occidit. Sicut sacerdos, qui si dignè se agit, vt sacerdotem decet, ministeriũ eius & ipsi & alijs vtile est: indignè autẽ viuens, alijs quidem vtilis est loquendo, sed ipse interficit prauè viuendo. Ac per hoc quod in illo mortuum est, propriũ eius est: quod verò viuit in eo, id est, sacrum ministerium, alienum est. Qui benè docet, & malè viuit, videtur vt cereus, qui alijs bonam nouit lucem præstare, se verò in malis suis cõsumere atq; extinguere. Qui benè docet, & malè viuit, videtur bonũ malo coniungere, lucẽ tenebris pmiscere, veritatẽ mendacio mutare.

De exemplis prauorum sacerdotum. Cap. 30. Isidorus.

SAepè per quos iustitia docet, per ipsos [illegible] peccati morbus incipit, & mors ad plebes pertransit, scilicet vel dum mala docent, vel dum praua faciunt. Pleriq; sacerdotes & clerici prauè viuentes, forma cæteris in malum existũt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscunq; exemplo malæ conuersationis suæ perdũt, de illis rationem sinè dubio reddituri sunt. Ex carnalium præpositorum exemplo, plerunquè fit vita deterior subditorum: & plebis merito fiũt tales sacerdotes, qui exemplo deteriore populum destruant, non ædificent. Ex merito enim plebis nonnunquàm episcopi deprauantur, quatenùs procliuiùs corruãt, qui sequuntur. Capite languescente, cætera corporis membra inficiuntur. Vndè & scriptũ est: Omne caput languidũ, & omne cor mœstum: a planta pedis vsq; ad verticem, nõ est in eo sanitas. Caput enim languidũ, doctor est agens peccatum: cuius malum ad corpus peruenit, dum eo vel peccãte, vel prauè docente, pestifer languor ad plebes subditas transit. Deteriores sunt, q siue doctrinis siue exemplis vitam moresq; bonorum corrumpunt, his qui substãtias aliorũ prędiaq; diripiunt. Hi enim ea, quæ extra nos, sed tamen quæ nostra sunt, auferunt: corruptores verò morũ, propriè nosipsos diripiũt: quoniam diuitiæ hominum iustorũ, mores eorum sunt. Multùm ergò distant damna morum, à damnis temporalium rerũ, dum ista extra nos sint, mores verò in nobis.

De præpositis carnalibus. Cap. 31. Isidorus.

PRouidentia plerunquè diuini consilij ordinantur præpositi mũdana & exteriora sectantes, vt dum temporalibus rebus se totos impendunt, spirituales tutiorẽ vitã contemplationis exerceant: quia durę sunt quietè viuere volẽtibus sarcinæ curarũ episcopalium. Prouidet sæpè Deus curis deditos secularibus, ad susceptionem regiminis: vt dum hi exteriora sinè tædio procurant, spiritua-

Isidor⁹ vbi supra, cap. 38.

spirituales rebus interioribus sinè impedimento rerum terrenarum deseruiant. Dei ergò * ordinem accusant, à quo instituuntur, qui episcopos condemnãt, dum minùs spiritualia, sed magìs terrena sectantur. Ex diuini enim constat tabernaculi dispositione, ob iniurias mundi ferendas & turbines, quosdam institui episcopos secularib⁹ curis insistentes, vt hi, qui interiùs supèrna desiderant, nullo terreno obsistente negocio, liberiùs hoc quod amant, intendant. Non est itaque iudicãdus à plebe rector inordinatus, dum magìs nouerint populi, sui fuisse meriti, puersi regimen suscepisse pontificis. Nam pro meritis plebium, disponitur à Deo vita rectorum. Exemplo Dauid peccant ad comparationem principum, qui ex merito plebis præuaricantur. Sententia damnãtur Cham filij Noę, qui suorum prępositorum in publico culpas produnt, sicut Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstrauit. Habituri sunt Sem meritum & Iaphet, qui reuerẽter operiunt, quæ patres suos excessisse cognoscũt. Si tamen patrum facta non diligant, sed tãtùm operiant, nec imitentur. Nam sunt, qui præpositos suos peruersè iudicant, dum terrenis studijs eos plùs viderint esse intentos, si vel parùm iam ipsi de spiritualib⁹ cognouerint. Rectores ergò iudicandi à Deo sunt, à suis autem subditis nequaquàm iudicandi sunt, exemplo Domini, qui per se vendentes columbas & nummulariorum mensas proprio euertit flagello, & proiecit à tẽplo. Vel etiàm, sicut dicit Psalmista: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos * dijudicat. Quòd si à fide exorbitauerit rector, tunc erit arguendus à subditis: pro moribus verò reprobis toleraudus magis, quàm distringendus, à plebe est.

Luctuosa descriptio carnaliter viuentium sacerdotum. Cap. 32. Prosper.

SEd nos præsentib⁹ delectati, dum in hac vita commoda nostra & honores inquirimus, non vt meliores, sed vt ditiores: nec vt sanctiores, sed vt honoratiores simus, cęteris præesse festinamus. Nec gregem Domini, qui nobis pascendus tuendusque commissus est, sed nostras voluptates, dominationem, diuitias, & cætera blandimenta carnaliter cogitamus. Pastores dici volumus, nec tamen esse contendimus. Officij nostri vitamus laborem, appetimus dignitatem. Immundorum spirituum feras à grege dilacerando non pellimus, & quod eis remanserit, ipsi consumimus, quandò peccantes diuites vel potentes non solùm non arguimus, sed etiàm veneramur, nè nobis aut munera solita offensi non dirigant, aut obsequia desiderata subducant: Ac sic muneribus eorum & obsequijs capti, immò per hæc illis addicti, loqui eis de peccato suo aut de futuro iudicio formidamus. Et ideò minaciter superbiam nostram diuinus sermo contundit, sed noster auditus nihil, vndè proficiamus, admittit: quia præsentis vitæ captus dulcedine, quæ pœna negligentiam nostrã maneat in æternum, nolumus cogitare. In pastores ergò ista dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blandimur. Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israel, q

Ezech. 34. a

pascebant semetipsos. Nónne greges pascũtur à pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini. Quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidâstis: & quod ægrotum, non sanâstis. Quod fractũ est, non alligâstis: & quod abiectum, nõ reduxistis. Quod periẽrat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarũ agri. Et paulò pòst: Propterea, pastores, audite verbum Domini. Viuo ego, dicit Dominus, quia pro eo, quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meę in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quòd non esset pastor: neque enim quæsiẽrunt pastores gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & gregẽ meum non pascebant: Propterea, pastores, audite verbum Domini: Hæc dicit Domin⁹ Deus: Eccè ego ipse sup pastores requiram gregẽ meũ de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltrà non pascant gregem, nec pascant ampliùs pastores semetipsos. Quis ad hæc non contremiscat? Quis ista sinè intolerabili metu futur; ræ examinationis accipiat, nisi qui aut nõ intelligit, aut futura non credit? Sed quia omnia, quę Deus obseruari voluit, tam aptè posuit, & ità sui nominis authoritate firmauit, vt ea faciliùs, (quod dictu quoquè nefas est) conténamus, quàm nos nõ intelligere, vel nõ credere tam aperta & diuina fingamus, quandò audimus, Hæc dicit Dominus: quis non futurum esse credat, quod dicit Domin⁹, nisi qui Deo non credit? Quod autem dicit, Væ pastoribus: istud væ, pro maledicto poni, & pastorum nomine nos significari, quis non intelligat, nisi qui futurum non cogitat? Greges Domini pascendos, pastores facti, suscipimus: & nos ipsos pascim⁹, quandò non gregum vtilitati prospicimus, sed quid foueat & augeat nostras voluptates, attendimus. Lac & lanas ouium CHRISTI, oblationibus quotidianis ac decimis fidelium gaudentes, accipimus: & curam pascendorum gregum ac reficiendorum, à quibus peruerso ordine volumus pasci, deponimus. Non sanamus spirituali consilio peccatis infirmum, non sacerdotali ope consolidamus ac reficimus diuersis tribulationibus fractum, non ad viam salutis reuocam⁹

errantem, non requirimus solicitudine pastorali veniæ desperatione iam perditum, ad hoc potentes tantùm effecti, vt nobis in subiectos damnationem tyrannicam vẽdicemus, non vt afflictos, contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more sæuiũt, defendamus. Indè est, quòd tam à potentibus huius mundi, quàm à nobis, quod peius, nonnulli grauiter fatigati depereunt, quos se de manu nostra Dominus requisiturum terribiliter comminatur, dicens: Requiram oues meas de manu pastorum, & cessare eos faciam, vt vltrà iam non pascant greges meos. Quod quid est aliud, quàm, pastores qui semetipsos, non greges meos, pascunt, sublimitate suæ dignitatis expoliabo, & inter reprobos, quia honorem suum noluerunt custodire, proijciam? Horum & his similiũ

Psalm. 54. consideratiõe perterritus Propheta, Timor & tremor, inquit, venerunt super me, & contexerũt me peccatorum meorum tenebræ, & dixi: Quis dabit mihi pennas sicut colũbæ, & volabo, & requiescam? Et hoc est totum, propter quod imperitię meæ ac futuri finis recordatus, ingemui: & volui, sarcina episcopatûs mei deposita, elongare fugiens, & manere in solitudine: & ibi expectare

Ibidèm. Deum, qui saluum me faceret à pusillanimitate mea, & ab ipsa intolerabilium mihi solicitudinum tempestate.

De iracundis doctoribus. Cap. 33. Isidorus

Isido. lib. 3. de summo bono, cap. 40.

IRacundi doctores per rabiem furoris disciplinę modum ad immanitatem crudelitatis conuertunt, & vndè emendare subditos poterant, indè potiùs vulnerãt. Ideò sinè mẽsura vlciscitur culpas præpositus iracundus, quia cor eius dispersum in rerum curis, non colligitur in amorem vnius Deitatis. Mens enim soluta in diuersis, catena charitatis nõ adstringitur: sed malè laxata, malè ad omnem occasionem mouetur.

De zelo pastoralis officij erga subditos. Cap. 34. Gregorius.

Greg. lib. 1. super Ezec. homil. 12. circa finem.

OMnis spiritalis zelus doctoris animũ frigit, quia valdè cruciatur, dum infirmos quosque æterna deserere, & rebus temporalibus delectari conspicit. Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificiũ, quale est zelus animarum, sicut Psalmista ait: Zelus domûs tuæ comedit me. Paulus apostolus zelo animarum cruciatus, dicebat: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Ipsum suum cor, quod animarum zelo succenderat, quid aliud quàm quasi sartaginem fecerat, in quo amore virtutum cõtra vitia ardebat? Quòd enim vrebatur, sartago erat. Inardescebat enim, & coquebat, quia incẽdebatur amaritudine, sed virtutum alimenta pręparabat ex sua afflicta cogitatione. Quid est, quòd Ezechiel propheta sartaginem inter se & ciuitatem murum ferreum ponit, nisi quòd idem fortis zelus, qui nunc in mẽte doctoris agitur, in die extremi iudicij inter eum & animam quam à vitijs zelatur, testis est: vt etsi audire is, q docere, noluerit, doctor tamen pro zelo, quem exhibet, de authoris negligentia reus non sit? Murum ergò ferreum propheta inter se & ciuitatem ponit, quia in vltionis tempore indè doctor à damnationis periculo munitur, vndè nũc per zelũ custodię cordis frixurã patitur. Quantum verò frixura cordis, q spiritali zelo agitur, omnipotenti Deo placeat, apertè ostenditur, cùm offerri per legem simila in sacrificium iubetur. Scriptum quippe est: In sartagine oleo conspersa frigetur, offeretque eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos, qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari. Tunc simila in altari frigitur, cùm munda mens iusti, per zeli sancti ardorem crematur. Quæ conspergi oleo præcipitur, id est, charitatis misericordia misceri, quæ in conspectu omnipotentis Dei ardet & lucet. Conspergatur ergò oleo mens, quæ in sartagine frigitur: quia sancti zeli districtio, necessè est, vt ex misericordię virtute & ardeat & clarescat. Amat enim eũdem ipsum, quem insequi videtur. Vndè & calida in odorẽ suauissimum Domino offerri præcipitur: quia si amorem zelus non habet, ea, quę de sartagine offertur, calorem simila amisit. Notandum valdè est, quis similam offerre præcipitur, videlicet sacerdos qui patri iure successerit. Ille enim sacerdos patri iure succedit, qui esse se omnipotentis Domini filium moribus demonstrat, atque à nobilitate intima, operum suorum ignobilitate nõ discrepat. Quæ in altari tota cremari præcipitur, vt videlicet holocaustum fiat. Simila itaque in sartagine, est munda mens iusti in zeli spiritualis afflictione, quæ per solicitudinem animarum frigitur, & nõ solùm sacrificium, sed etiàm holocaustũ Domino esse deputatur. Sumamus igitur sartaginem ferream, & ponamus eam murũ ferreum inter nos & ciuitatem, id est, assumamus zelum fortem, vt inter nos & auditoris nostri animum, inueniamus hãc postmodùm fortem munitionem. Tunc ẽim hunc murum ferreum inuenturi sumus, si nunc eum fortiter tenemus, videlicet docẽdo, custodiendo, suadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquandò leniter, aliquandò verò & seueriùs agendo. De qua seueritate per Ezechielẽ rectè subditur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem. Quid est, obfirmare faciem ad Hierusalem in latere descriptam, nisi vt ei animæ, cui cęlestis pacis visionem doctor denũciat, si adhuc eã infirmari in suis actibus conspicit, remissiorẽ & clemẽtiorem se minimè ostendat? Vndè scriptum est: Filiæ tibi sunt? serua corpus illarũ, & nõ ostẽdas hilarẽ faciem ad eas. Infirmæ quippe animę, atque appetitui mundi deditæ, aliquandò meliùs ex seueritate seruantur, vt obfirmata facies, id est, per seueritatis custodiam ab omi spe friuolæ remissionis obducta, inconstantem animam terreat, atque à delectatione vitiorum, districtionis vigore constringat. Quod cùm à doctore agitur, semper necessè est, vt dulcedo & humilitas in corde teneat: quatenùs & multùm amet, & nunquàm contra eum per elationẽ superbiat, cui tamen amorem suum & humilitatẽ, pro vtilitate eius, prodere recusat. Sequitur, & circũdabis eã. Circundat doctor auditoris animam, cùm in omẽ quod in hac vita agitur, tentationũ laqueos apponi posse denunciat: vt dũ vbiquè fit mens pauida, vbiquè circunspecta, quanto timidior, tanto vigilantior viuat.

Psal. 68. — 2. Cor. 11. g — Eze. 4. a — Greg. moral. lib. 5. ca. 33.

Ipse nanque zelus rectitudinis dum inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, vt altiora in commotione non videat, quæ benè priùs tranquilla cernebar. Sed indè subtiliùs ad alta reducitur, vndè ad tẽpus, nè videat, reuerberatur. Nam ipsa recti æmulatio, æterna post paululum in tranqllitate largiùs aperit, quæ hîc interìm per cõmotionem claudit. Et vndè mens turbatur, nè videat: indè proficit, vt ad videndum veriùs clarescat. Sicut infirmãti oculo cùm collyrium immittitur, lux penitùs negatur: sed indè eam post paululum veraciter recipit, vndè hanc ad tẽpus salubriter amittit. Nunquàm verò commotioni cõtemplatio iungitur, nec præualet mẽs perturbata conspicere, ad quod vix tranquilla valet inhiare: quia nec solis radius cernitur, cùm commotæ nubes cæli faciem obducunt. Nec turbatus fons respiciẽtis imaginem reddit, quam tranquillus propriè ostendit: quia quo eius vnda palpitat, eo in se speciem similitudinis obscurat. Sed cùm per zelum animus mouetur, curandum summoperè est, nè hęc eadẽ, quæ instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur. Nec quasi Domina pereat, sed velut ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo nunquàm recedat. Tunc enim robustiùs contra vitia erigitur, cùm subdita rationi famulatur. Nam quãtumlibèt ira ex zelo rectitudinis surgat, si immoderata mẽtem vicerit, rationi protinùs seruire contemnit: & tãtò se impudentiùs dilatat, quãtò impatiẽtiam vitiorum, virtutem putat. Vndè necessè est, vt hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, nè ira extra mentis dominiũ transeat: sed in vltione peccati tẽpus modumque considerans, surgentem animi perturbationem subtiliùs retractando restringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub ęquitate disponat, vt eo fiat iustior vltor alienus, quo priùs extitit victor suus: quatenùs sic culpas delinquentium corrigat, vt antè ipse, qui corrigit, per patientiã crescat, vt feruorẽ suũ trãscendẽdo dijudicet, nè intẽperãter excitatus, ipso zelo rectitudinis, lõgè à rectitudine aberret.

Quòd sacerdotes nihil proprij habere debeant, & ecclesiæ facultates tanquàm communes, vtpotè de quibus Deo rationem reddituri, suscipiant. Cap. 35. Prosper.

Prosper lib. de vita contemplatiua 2. ca. 9.

EXpedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore cõtemni. Non enim propriæ sunt, sed communes ecclesiæ facultates. Et ideò quisquis omibus, q̃ habuit, dimissis aut vẽditis, fit rei suæ contemptor: cùm ꝑpositus fuerit factus ecclesiæ, omium q̃ habet ecclesia, efficitur dispensator. Deniquè sanctus Paulinus (vt ipsi meliùs nôstis) ingentia ꝑdia, q̃ fuerant sua, vendita pauperibus erogauit. Sed cùm posteà factus fuisset episcopus, non cõtempsit ecclesiæ facultates, sed fidelissimè dispensauit. Quo facto satìs ostendit, & propria debere ꝓpter perfectionẽ contẽni, & sinè impedimento pfectionis, posse q̃ sunt cõmunia ecclesiæ, possideri. Quid sanctus Hilarius? nónne & ipse omia sua aut parẽtibus reliqt, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen cùm merito pfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatẽ episcopus, quod illa tunc habebat ecclesia, nõ solùm possedit, sed etiàm acceptis fidelium numerosis hæreditatibus, ampliauit. Isti ergò tam sancti, tamque perfecti pontificis, factis euidentibus clamãt, posse & debere fieri, quod fecerunt. Qui vtiquè homines tam seculariũ q̃ diuinarum literarum sinè ambiguitate doctissimi, si scirent res ecclesię debere contẽni, nunq̃ eas haberent, q omia sua reliquerant. Vndè datur intelligi, ꝙ tales ac tanti viri, q volentes fieri Christi discipuli, renunciauerant omnibus q̃ habebant, non vt possessores, sed vt ꝓcuratores, facultates ecclesiæ possidebant. Et idcircò, sciẽtes nihil aliud esse res ecclesiæ, nisì vota fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperũ: nõ eas vendicauerũt in vsus suos, vt proprias, sed vt commendatas, pauperibus diuiserunt. Hoc est enim possidendo contemnere, nõ sibi, sed alijs possidere: nec habẽdi cupiditate ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniẽdi suscipere. Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus cõmune habet: nec aliquid indè eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogat, quandò nihil aliud sit habentibus dare, quàm perdere.

De disciplina sacerdotum in his, qui delinquunt. Cap. 36. Isidorus

Isido. lib. de summo bono, cap. 46.

SAcerdotes pro populorũ iniquitate damnanẽ, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testãte Domino ad prophetam: Speculatorem dedi te domui Israel. Si non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ille in iniqtate sua morieẽ, sanguinẽ verò eius de manu tua requiram. Sic enim Heli sacerdos pro filiorũ iniqtate dãnatus est: & licèt eos delinquentes admonuit, sed tamen, vt oportuit, nõ redar-

Eze. 3. d — 1. Re. 2. & 4.

darguit. Sacerdotes exqrere debẽt peccata populorum,& sagaci solicitudine vnumquenque probare, iuxta testimonium Domini,ad Hieremiam loquentis: Probatorẽ, inquit,dedi te in populo meo robustum,& scies & probabis vias eorum. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debẽt subiectorum,vt emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorem cõuenit argui, ità iustum non exulcerari. Sacerdotes curã debẽt habere de his, qui pereũt, vt sacerdotali redargutiõe aut corrigãtur à peccatis, aut si incorrigibiles existũt,ab ecclesia separẽtur. Atrociter arguunt, q̃ decipiẽdo peccantes, non solùm non atguũt pro peccato,sed etiàm adulanter decipiunt, dicente propheta: Et erunt, qui beatificãt populum istum, seducentes:& qui beatificantur, præcipitati. Atrociter iterùm arguũtur, qui peccantem non recipiunt, sed despiciunt & spernunt, nec alterius delictum tanquàm propriũ ingemiscunt. De talibus per Esaiam Dominꝰ comminans,dicit: Qui dicunt,recede à me, non appropinques mihi, quia immũdus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardẽs tota die. Indè est, quòd & Apostolus omnibus omnia factus est, non imitatione erroris,sed miseratione compassionis,scilicet vt ità vitia aliena fleret,quemadmodùm si tali & ipse implicaretur errore. Boni pastores, populi debent peccata deflere, & totos se planctibus tradere, imitãtes Hieremiã prophetam,dicentem: Quis dabit aquam capiti meo, & oculis meis fontem lachrymarũ, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei? Tanq̃ ppria igitur delicta, plebis peccata sacerdos flere debet, sed affectu compatiendi,non actione commissi. Nonnulli præsules gregis,quosdam pro peccato à cõmunione eijciũt,vt pœniteãt: sed quali sorte viuere debeant, ad melius exhortãdo nõ visitant. Quibus congruè increpans sermo diuinus,comminatur: Pastores, qui pascũt populum meum, vos dispersistis gregẽ meum:eiecistis,& non visitâstis eum. Eccè ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. Bonorum studia sacerdotũ,multa diligentia etiàm parua plebium facta perqrũt, vt dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos præstant,maiori malo cautos sibi subditos ac solicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiũt,futuros verò, nè irrepant, medicinæ obiectu quadam præscientia antecedunt: ità & doctores boni sic ea,q̃ malè acta sunt, resecant,vt ea,quæ admitti possunt,nè perpetrentur, doctrina sua succurrente præueniant. Qui blando verbo castigatus,nõ corrigitur, acriùs necesse est arguat. Cum dolore enim abscindenda sunt,quæ leniter sanari nõ possunt. Admonitꝰ secretìm,si corrigi de peccato negligit, publicè arguendus est, vt vulnus, quod occultè sanari nescit, manifestè debeat emendari. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Palàm enim sunt arguendi, qui palàm nocent,vt dum aperta obiurgatione sanantur,hi qui eos imitando deliquerant,corrigantur. Dum vnus corripitur,plurimi emẽdantur. Necesse est enim, vt pro multorum saluatione vnus condemnetur, quàm pro vnius licentia multi periclitentur. Ità erga delinquentem sermo est proferendus,sicut eius,qui corripitur,expostulat salus. Quòd si opùs est aliquam medicamenti salutem verbo increpationis adspergere, lenitatem tamen corde opùs est retinere. Doctores nonnunquàm duris feriunt increpationibus subditos,qui tamen à charitate eorum; quos corripiunt, non recedunt. Ecclesiæ censura, arrogantibus sæpè videtur esse superbia: & quod à bonis piè fit, crudeliter fieri putatur à prauis: quia non discernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo. Notandum ab omni pontifice vehemẽter, vt tanto cautiùs erga commissos agat, quãto duriùs à Christo iudicari formidat. Nam sicut scriptum est, In qua mensura mensi fueritis,remetietur vobis. Quotidiè nanque omnes delinquimus, & in multis erroribus labimur. qui enim in nostris delictis clemẽtes sumus,in alieno peccato rigorem tenere nequaquàm debemus. Multi aliorum vitia cernunt,sua non adspiciunt. Et cùm ipsi maximis criminibus obnoxij teneãtur, minora peccata fratribns non dimittunt. Hypocritæ trabem in oculo suo consistentem non sentiunt, & hærentem festucam in lumine fratris intendunt. Faciliùs repræhendimus vitia aliena,quàm nostra. Nam sæpè, quæ peruersa in alijs iudicamus, in nobis nocibilia esse minùs sentimus: & quod in alijs repræhendimus, agere ipsi non erubescimus. Faciliùs vitia vniuscuiusque, quàm virtutes,intendimus: nec quid boni quisq; gesserit, cupimus agnoscere: sed, quid mali egerit,perscrutamur.

Hier.6.g

Esa.9.e

Esa.65.a

1.Cor.9.d

Hiere.9.a

Hiere.23.a

De collata episcopo potestate ligandi atque soluendi. Cap. 37. Gregorius.

PRædicatores sancti, qui districtum dei iudicium metuunt, animarũ iudices fiunt: & alios damnant & liberãt, qui semet ipsos damnari metuebãt. Horum profectò nunc in ecclesia episcopi locum tenẽt. Soluendi atque ligandi authoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur. Grãdis honor, sed graue pondus istius est honoris. Durum quippe est, vt, qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ. Et plerunquè contingit, vt ipse iudicij locum teneat, cui * ad locũ vita minimè cõcordat. Ac proindè sępè agìtur, vt vel damnet immeritos, vel ipse ligatꝰ, alios soluat. Sæpè in soluendis ac ligandis subditis, suæ voluntatis motus, nõ autem causarum merita, sequitur. Vndè fit, vt ipsa hac ligandi ac soluendi potestate se priuet, qui hanc p̃ suis voluntatibus, & non pro subiectorũ meritis, exercet. Sæpè fit, vt erga quemlibet p̃ximum odio vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem dignè de subditis nequeunt, qui in subditorũ causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Vndè rectè per prophetam dicitur: Mortificabant animas, quæ nõ moriuntur: & viuificabant animas, quæ nõ viuunt. Non morientẽ quippe mortificat, qui iustum damnat: & non victurum viuificare nititur, qui reũ à supplicio conatur absoluere. Deus omnipotens vt nos à p̃cipitatę sententiæ prolatione compesceret, cùm oĩa nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, q̃ ait: Clamor Sodomorum & Gomorrh̃orum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimìs: descendam,& videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ità, vt sciam. Omnipotens itaque Dominus & omnia sciens, cur ante probationem quasi dubitat, nisì vt grauitatis nobis exemplum proponat, nè mala hominũ antè p̃sumamus credere, quàm probare? Quid hoc exemplo nisì nos admonemur, nè ad proferendam sententiã vnquàm p̃cipites esse debeam⁹, nè temerè indiscussa iudicem⁹, nè quælibet mala audita nos moueant, nè palsìm dicta sin̄ probatione credamus? Causæ ergò pensandæ sunt, & tunc ligandi atque soluendi potestas exercenda. Videndum est, quæ culpa, aut quæ sit pœnitentia secuta post culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiã visitat,illos pastoris sententia absoluat. Tunc em̃ vera est absolutio p̃sidentis, cùm interni arbitriũ sequitur iudicis. Quod benè quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quæ videlicet demonstrat, quia priùs mortuum Dominꝰ vocauit & viuificauit, dicẽs: Lazare, veni foràs,& postmodùm is, qui viuus egressus fuerat, à discipulis est solutus, sicut scriptum est: Cumque egressus esset, q̃ fuerat ligatus institis, tunc dixit discipulis suis: Soluite eum, & sinite abire, scilicet, vt pastores ecclesiæ ei pœnam debeant amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. Sub magno ergò moderamine, pastores ecclesiæ vel soluere studeãt, vel ligare: sed vtrùm iustè vel iniustè obliget pastor, pastoris tamen sentẽtia gregi timenda est, nè is qui subest, & cùm iniustè forsitan ligatur, ipsam obligationis suę sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor itaq; quisque vel absoluere indiscretè timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniustè, nec pastoris sui iudicium temerè repræhendat, nè etsi iniustè ligatus est, ex ipsa tumidæ repræhensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat.

De episcopis, qui pro ordinatione sacerdotij, munera libenter accipiunt. Cap. 38.

greg.homi. 4.sup euan. Matth.10. Misit dominus Iesus.

NOnnulli episcoporum donum accepti spiritũs in vsum solent negotiationis inflectere, & miraculorum signa ad auaritiæ obsequium declinare. Hinc est em̃, quòd Simon per impositionẽ manũs edita miracula conspiciens,percipere donum spiritussancti per pecuniam voluit, scilicet, vt deteriùs venderet,quod malè comparâsset. Hinc de templo redemptor noster flagello de resticulis facto turbas eiecit, cathedras vendentium columbas euertit. Columbas quippe vendere, est, per impositionem manũs, qua spiritussanctus accipitur, nõ ad vitæ meritum,sed ad præmium dare. Sed sunt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia largiũtur, atque delargitate eadem laudis solummodò retributionem quærunt. Hi nimirùm, quod gratìs acceptum est,gratìs non tribuunt: quia de impẽso officio sanctitatis, nũmum expetunt fauoris. Vndè benè,cùm iustum virum describeret Esaias p̃pheta, ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Neque enim dicit, Qui excutit manus suas à munere: sed adiũnxit,ab omni: quia aliud est mun⁹ ab obseq̃o,aliud mun⁹ à manu,aliud mun⁹ à lingua. mun⁹ quippe ab obseq̃o, est subiectio indebitè impẽsa: Munus à manu, pecunia est: Mun⁹ à lingua, fauor. Qui ergò sacros ordines tribuit, tunc ab oĩ munere mun⁹ excutit, quãdò in diuinis reb⁹ nõ solùm nullam pecuniã, sed etiàm humanã gratiam nõ requirit. Plerunquè fit, vt quisque eorum vel bona corporalia ab hominib⁹ accipere contemnat: sed quia hęc non accipit, maiòres ab eis recipere laudes quęrat: & fortasse è munus se accepisse non æstimat, q̃ bona corporalia accipere recusat. Sicut scriptũ est superiùs, aliquandò munus à manu, aliquandò verò ab ore porrigitur. Nam qui nummũ tribuit, à manu munus dedit: Qui autem verbum laudis impendit, munus ab ore protulit. Plerunquè sacerdos etsi exteriora dona, quæ terrenę forsitan necessitati congruunt, pro impositione manuum accipere recusat, plus est, quod sibi retribui appetit, cùm vltra meritum laudari desiderãs, munus ab ore quærit.

Act.8.d

Esai.33.c

De subintroductis mulieribus. Ex Niceno concilio. Cap. 39.

Nic.cõ.c.3.

INterdixit per omnia magna synodus nõ episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omninò, qui in clero est, licere, subintroductam habere mulierem, nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantùm personas, quæ suspiciones effugiunt.

Dist.32. Interdixit per omnia.

De clericis vsuras accipientibus. Ex eodem concilio. Cap. 40.

Nic.cõ.c.17.

14.q.4. Qñ multi cle. Et dist. 47. Qñ multi sub regula. Psalm. 14.

QVoniam multi sub regula cõstituti, auaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique diuinæ scripturę, dicẽtis: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: mutuũ dantes, centesimã exigunt: iustè censuit sancta & magna synodus, vt si quis inuẽtus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negocium transigens, aut hemiolia (id est, sescupla) exigens, vel aliquid tale, prsùs excogitãs turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus existat à regula.

De priuilegijs presbyterorum. Ex eodem concilio. Cap. 41.

Nic. cõ. c. 18.

dist. 93. Peruenit ad sanctum

PEruenit ad sanctum magnumque concilium, quòd in quibusdam locis & ciuitatibus presbyteris gratiam sacræ cõmunionis diaconi porrigant: quod nec regula, nec consuetudo tradidit, vt ab his, qui potestatem non habent offerendi, illi qui offerunt, Christi corpus accipiant. Necnon & illud innotuit, quòd quidã diaconi ante episcopos oblata contingant. Hæc igitur omnia refecẽtur, & in sua diaconi mensura permaneant, sciẽtes, quòd episcoporum quidem ministri sint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per ordinem ergò post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiãt, aut episcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec sedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia, si hoc fiat, prẽter regulam & ordinem probatur existere. Si quis autem etiàm post has definitiones obedire noluerit, à ministerio cessare debebit.

De excommunicatis, quomodò tractandi sint: & quomodò concilia quotannis celebranda. Ex eodem concilio. Cap. 42.

Nice. cõ. c. 5.

11. q. 3. Seruetur ista sententia.

DE his qui communione priuãtur, seu ex clero seu ex laico ordine ab episcopis, per vnamquanque prouinciam sententia regularis obtineat, vt hi, qui abijciũtur, ab alijs non recipiantur. Requiratur autem, nè pusillanimitate, aut cõtentione, aut alio quolibet Epi vitio videat à congregatione seclusus. Vt ergò hoc decentiùs inquiratur, bis è placuit, annis singulis per vnamquanque prouinciam bis in anno concilia celebrari, vt communiter simul omnibus episcopis prouinciæ congregatis, discutiãtur huiuscemodi quæstiones. Et sic, qui suo peccauerunt episcopo euidenter, excommunicati rationabiliter ab omnibus æstimentur, vsquequò vel in cõmuni, vel episcopo placeat, humaniorem pro talibus ferre sententiam. Concilia verò celebrentur, vnum quidem ante quadragesimam Paschæ, vt omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum. Secundum verò circa tempus autumni.

Quòd non oporteat demigrare. Ex eodem concilio. Cap. 43.

Nic. cõ. c. 15.

PRopter multam perturbationem & seditiones, quæ fiunt, placuit cõsuetudinem omnimodis amputari, quæ præter regulam in quibusdam partibus videtur admissa, ità vt de ciuitate in ciuitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus trãsferatur. Si quis autem post definitionẽ sancti & magni cõcilij tale quid agere tentauerit, & se huiuscemodi negocio mancipãrit, hoc factum prorsùs in irritum ducatur, & restituatur ecclesiæ, cui fuit episcopus, aut presbyter, vel diaconus ordinatus.

Non transmigrandum de ciuitate in ciuitatem. Ex Chalcedonensi concilio. Cap. 44.

DE his, qui transmigrant de ciuitate in ciuitatem, episcopis aut clericis, placuit vt canones, qui de hac re à sanctis patribus statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

De his, qui in ecclesijs, in quibus producendi sunt, minimè perdurant. Ex Niceno concilio. Cap. 45.

QVicũque temerè ac periculosè, neq; timorem DEI præ oculis habentes, nec agnoscentes Ecclesiasticam regulam, discedunt ab ecclesia sibi cõmissa, presbyteri aut diaconi, vel quicunque sub regula prorsùs existunt, hi nequaquàm debẽt in aliam ecclesiam recipi: sed omnem necessitatem conuenit illis imponi, vt ad suas parochias reuertantur. Quod si non fecerint, oportet eos communione priuari. Si quis autem ad alium pertinẽtem audacter inuadere, & in sua ecclesia ordinare tentauerit, non consentiente episcopo, à quo discessit is, qui regulæ mancipatur, ordinatio huiuscemodi irrita comprobetur.

De flectendo genu. Ex eodem concilio. Cap. 46.

QVoniam sunt quidam in die dominico genu flectentes, & in diebus pentecostes, vt omnia in vniuersis locis consonanter obseruẽtur, placuit sancto cõcilio, stantes dño vota dignissima psoluere,

De damnatis, & ministrare tentantibus. Ex Antiocheno concilio. Cap. 47.

SI quis damnatus à synodo, vel presbyter aut diaconus à suo episcopo, aussi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes ei, oẽs abijci de ecclesia, & maximè, si posteaquàm didicerint, aduersùm memoratos prolatã fuisse sententiam, eisdem communicare tẽtauerint.

De clericis damnatis. Ex Africano concilio. Cap. 48.

Etil-

ET illud petendum vt statuere dignetur, vt si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocunq; crimine fuerit damnatus, non liceat eum siue ab ecclesijs, quibus præfuit, siue à quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quõ nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipiant.

Antio. con. cap. 7.

De peregrinorum susceptione. Ex Antiocheno concilio. Cap. 49.

NVllus peregrinorum sinè pacificis, i. cõmendatitijs, suscipiatur epistolis.

Chal. cõ. cap. 10.

Quòd non liceat clericis duarum ciuitatum ecclesijs ministrare. Cap. 50.

21. q. 1. Clericũ in duarum

NOn licere clericum in duarum ciuitatum conscribi simul ecclesijs, sed in qua ab initio ordinatus est, nõ ad quã confugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes, reuocari debere ad suam ecclesiam, in qua primitùs ordinati sunt, & ibi tantummodò ministrare. Si verò iam quis translatus est ex alia in aliam ecclesiam, prioris ecclesiæ vel martyriorum, quæ sub ea sunt, aut Ptochodochiorum, aut prochiorum, aut xenodochiorum rebus in nullo communicet. Eos verò, qui ausi fuerint post definitionem magnæ & vniuersalis huius synodi, quicquam ex his quæ sunt prohibita, perpetrare, decreuit sancta synodus, à proprio huiuscemodi gradu recidere.

21. q. 2. Si quis iam translatus

Chal. con. cap. 13.

Quòd non oportet peregrinos clericos sinè commendatitijs literis ministrare. Ex eodem concilio. Cap. 51.

PEregrinos & clericos & lectores, in alia ciuitate præter commendatitias literas sui episcopi, nusquàm penitùs ministrare debere.

Laodicen con. cap. 41.

Quòd non sinè literis sacro ministerio subditi proficiscantur. Ex Concilio Laodicensi. Cap. 52.

QVòd non oporteat sacerdotem vel clericum sinè literis proficiscì canonicis.

Sardicen cõ. cap. 16.

De clericis à communione summotis, ab alio non recipiendis episcopo. Ex Concilio Sardicensi. Cap. 53.

OSius episcopus dixit: Hoc quoquè omnibus placet, vt siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterũ perrexerit episcopum, & sciẽrit ille, ad quem confugit, eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet vt ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se conuocatis episcopis causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt: Hoc statutum & pacem seruabit, & concordiam custodiet.

Si quis excommunicatus, ante audientiam communicare præsumpserit, ipse in se damnationem protulit. Ex Carthaginensi concilio. Cap. 54.

ITem placuit vniuerso concilio, vt qui excommunicatus fuerit, pro suo neglectu siue episcopus siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.

De non solicitandis clericis alienis. Ex Sardicensi concilio. Cap. 55.

Sardi conc. cap. 18.

IAnuarius episcopus dixit: Illud quoquè statuat sanctitas vestra, vt nulli episcopo liceat alterius Episcopi ciuitatis ministrum ecclesiasticum solicitare, & in suis parochijs ordinare. Vniuersi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia, & ideò prohibet omnium sententia, nè quis hoc facere audeat.

Si qui clerici ab episcopis suis promoti contempserint, nec illic maneant, vndè recedere noluerunt. Ex Carthag. concilio. Cap. 56.

Afric. con. can. 57.

ITem placuit, vt quicunque clerici vel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum nõ obtemperauerint episcopis suis, volentibus eos ad honorem ampliorem in sua ecclesia promouere, nec illic ministrent in gradu suo, vndè recedere nõluerunt.

De his, qui semèl legerint in ecclesia, non eos posse promoueri. Ex Africano Concilio Cap. 57.

Afric. cõ. c. 2

ITem placuit, vt quicunque in ecclesia vel semèl legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt hæc: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginen̄, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & cæteri episcopi subscripserunt.

Vt nullus alienum clericum solicitare vel tenere præsumat, sui episcopi non præueniente consensu. In decretalibus epistolis Leonis Papæ. Cap. 58.

Leo in epis. 82. ad Anastasiũ Thessalon. cap. 9.

19. q. 2. Alienum cleri cum

ALienum clericum, inuito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo solicitet, nisì fortè ex placito charitatis id inter dantem accipientemque conueniat. Nam grauis iniuriæ reus est, qui de fratris ecclesia id, quod vtilius est aut preciosius, audet vel allicere, vel tenere. Itaque si intra prouinciam res agatur, transfugam clericũ, ad suam ecclesiam metropolitanus redire compellet. Si autem longiùs *processit, tui præcepti authoritate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitiõi occasio relinquatur.

*excessit

Vt in ecclesijs conuiuia minimè celebrentur.
Ex Africano concilio. Cap.59.

Africa. con. cap.9.

VT nulli episcopi vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisì fortè transeuntes hospites necessitate reficiantur. Populi etiàm ab huiusmodi conuiuijs, quantùm fieri potest, prohibeantur.

Quòd nullus ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.
Ex Laodicensi Concilio Cap.60.

Laodicen cõc. cap. 24.

Dist. 44. Non oportet cleric.

QVòd non oporteat sacro ministerio deditos, à presbyteris vsque ad diaconos & reliquum ecclesiasticum ordinẽ, id est, vsq; ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, & ostiarios, & ex numero cõtinentium & monachorum, ingredi tabernas.

De auaritia. Ex concil. Carthag. Cap.61.

AVrelius episcopus dixit: Auaritiæ cupiditas, quam rerum omnium malarum matrẽ esse nemo est qui dubitet. Proindè inhibenda est. Et nè quis alienos fines vsurpet, aut per præmium terminos patrũ statutos transcendat. Nec ominò cuiquam clericorum liceat de qualibet re fœnus accipere. Quod si & sanctitati tuæ, & huic cõcilio videatur, præsenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Nouellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ à nobis, formam accipient. Cæterùm, de quibus apertissimè diuina scriptura sanxit, non differenda sententia est, sed potiùs exequenda. Proindè, quod in laicis repræhenditur, id multò magis in clericis oportet prædamnari. Vniuersi dixerunt: Nemo contra prophetas, nemo contra euangelia facit sinè periculo.

Carthagin. con. 1. ca. 13.

Quòd vsuram non solùm clerici exigere non debent, sed nec laici Christiani.
Ex decretalibus epistolis Leonis Papæ. Cap. 62.

Leo epist. 1. 14. q. 4. Nec hoc præteundum

NEc hoc quoquè prætereundum esse duximus, quòsdam turpis lucri cupiditate captos, vsurariam exercere pecuniã, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos, cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acriùs in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

De his, qui esum carnium in clero constituti diffugiunt.
Ex Concilio Ancyrano. Cap.63.

Ancyra. cõ. cap. 13.

DE his, qui in clero sunt presbyteri & diaconi, & à carnibus abstinent, placuit eas quidem contingere: & ità, si voluerint, continere. Quòd si intantùm eas abominantur, vt nec olera, quæ cum eis coquuntur, existiment comedenda: tanquàm non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

De numero certo diaconorum.
Ex Neocæsareensi concil. Cap.64.

Neocæsa. con. cap. 14. Dist. 93. Diaconi debent

DIaconi septem debent esse, iuxta regulam, licèt & valdè magna sit ciuitas. Idipsum autem & Actuum Apostolorũ liber insinuat.

De his qui abominantur eos, qui carnibus vescuntur.
Ex concilio Gangrensi. Cap.65.

Gangren cõc. cap. 2

Dist. 30. Si quis carnẽ

SI quis carnes edentem, præter sanguinẽ & idolis immolatum & suffocatum, cum religione & fide, condemnat velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

De his, quæ in vsus pauperum conferuntur.
Ex eodem concilio. Cap.66.

Gangren cõc. cap. 4

SI quis dederit vel acceperit oblata, pter episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.

De his, qui pro virginitate superbiunt.
Ex eodem Concilio. Cap.67.

Gang. concil. cap. 10. Dist. 30. Si quis propter Deum

SI quis ex his, qui virginitatem propter Deum seruant, extollitur aduersùm coniugatos anathema sit.

De his, qui Dominico die ieiunant, tanquàm nihil præ cæteris differente.
Ex eodem concilio. Cap.68.

Gang. con. cap. 18. Dist. 30. Si quis tanq; hoc

SI quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam, in die Dominico ieiunat, anathema sit.

De his, qui ecclesiastica ieiunia absque necessitate dissoluunt.
Ex eodem concilio. Cap.69.

Gang. con. cap. 19.

SI quis eorum, qui continentiæ student, absque necessitate corporea, tradita in quis comm. quis in quis commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita, superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

De his, qui se à perceptione sacræ communionis auertunt.
Ex Antiocheno concilio. Cap.70.

Antioc. de cil. cap. 2.

OMnes, qui ingrediuntur ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratiõe cum populo, sed pro quadam intemperantia se à perceptiõe sanctæ communionis auertunt, hi de ecclesia remoueantur, quàm diù per confessionem pœnitentiæ fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur.

De his, qui ab alia parochia præter conscientiam episcoporum suorum, in alijs commorantur.
Ex eodem concilio. Cap. 71.

Antio. con. cap. 3.

Si

7. q. 1. Si qs presbyter vel diacon.

SI quis presbyter aut diaconus, & omninò quilibet ex clero, parochiam propriam deserens, ad aliam properauerit: deindè omninò demigrans, in alia parochia p multa tempora nititur immorari, vlteriùs ibidèm non ministret, maximè si vocanti suo Episcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempserit. Quòd si in hac indisciplinatione perdurat, à ministerio modis omnibus remoueatur, ità vt & nequaquàm locum restitutionis inueniat. Si verò pro hac causa damnatum alter episcopus suscipiat, hic etiàm à communi coërceatur synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissoluat.

Antio. con. cap. 6.

De clericis & laicis excommunicatis.
Ex eodem concilio. Cap.72.

11. q. 3. Si qs à proprio episcopo.

SI quis à proprio episcopo communione priuatus est, non antè suscipiatur ab alijs, quàm suo reconcilietur episcopo, aut certè ad synodum, quæ congregatur, occurrens, pro se satisfaciat.

Antio. con. cap. 11.

De episcopis & clericis adeuntibus Imperatorem.
Ex eodem concilio. Cap. 73.

11. q. 3. Si qs episcopus

SI quis episcopus aut presbyter, aut quilibet regulæ subiectus ecclesiæ, præter consilium & literas Episcoporum prouinciæ, & præcipuè metropolitani, adierit Imperatorem, hũc reprobari & abijci oportere non solùm à communione, verùm & ab honore cuius particeps videtur existere, quia venerandi principis auribus molestiam tentauit inferre contra leges Ecclesiæ. Si igitur adire principem necessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & cõsilio metropolitani, & cæterorum episcoporum, qui in eadem prouincia commorantur, qui etiàm proficiscentem suis epistolis prosequantur.

Antioc. cõcil. cap. 12.

De damnatis episcopis aut clericis adeuntibus Imperatorem.
Ex eodem Concilio Cap. 74.

11. q. 3. Si qs à proprio episcopo presb.

SI quis à proprio episcopo presbyter aut diaconus, aut à synodo fuerit episcopus fortè damnatus, & Imperatoris auribus molestus extiterit, oportet ad maius episcoporum conuerti concilium, & quæ putauerint habere iusta, plurimis episcopis suggerat, eorumque discussiones & iudicia præstolentur. Si verò hæc paruipendentes, molesti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitùs opperiri dijudicamus.

Laodicen conc. cap. 5. Dist. 46. Nõ licet scenerari.

Vt hi, qui sacrario seruiunt, vsuras non exigant.
Ex Laodicensi Concilio Cap. 75.

QVòd non oporteat sacerdotes & clericos fœnerantes, vsuras, vel quæ dicuntur sescupla, i. summam capitis & dimidium summæ, percipere.

De his, qui debeant in ambone, id est, in pulpito psallere.
Ex eodem concil. Cap.76.

Laod. conc. cap. 15.

QVòd non oporteat ampliùs pter eos, qui regulariter cantores existunt, qui & de codice canunt, alios in pulpitum conscendere, & in ecclesia psallere.

De honore, quem presbyteris diaconi, & diaconis hi, qui ipsis sunt inferiores, debeant exhibere.
Ex eodem concilio Cap.77.

Laod. cõ. cap. 20. Dist. 93. Nõ oportet.

QVòd non oporteat, diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autem & diaconis honor habeatur ab obsequentib⁹, id est, à subdiaconis & omnibus clericis.

Quòd subdiaconi non debeant benedicere, vel benedicta tribuere.
Ex eodem concilio. Cap.78.

Laod. conc. cap. 25. Dist. 93. Nõ oportet subdiacon.

QVòd non oporteat subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

De exorcistis, qui non sunt ab episcopis ordinati.
Ex eodem Concilio. Cap.79.

Laod. con. can. 26. Dist. 69. Nõ oportet ex.

QVòd hi, qui nõ sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesia quàm in domibus exorcizare non possunt.

In ecclesia prandia fieri non debere.
Ex eodem concilio. Cap. 80.

Laod. conc. cap. 28.

QVòd non oporteat in domicilijs diuinis, id est, in Dominicis Ecclesijs conuiuia, quæ vocantur agapæ, fieri, nec intra domum Dei comedere vel accubitus sternere.

Dist. 42. Nõ oportet in basilicis

Quòd præter episcopum clericus proficisci nõ debeat. Ex eodem concilio. Cap. 81.

Laod. con. cap. 42.

QVòd non oporteat sacerdotem vel clericum præter iussionem sui episcopi proficisci.

Vt ad sacrarium mulieres non introeant.
Ex eodem concilio. Cap.82.

Laodicen cõc. cap. 44.

QVòd non oporteat ingredi mulieres aliquas ad altare.

Non licere clericis, publicis spectaculis interesse. Ex eodem concilio. Cap.83.

Laodic. cõc. cap. 54.

QVòd non oporteat sacerdotes aut clericos quibuscunq; spectaculis in scenis aut in nuptijs interesse: sed antequàm thymelici ingrediantur, exurgere eos cõuenit, aut indè discedere. Nec oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis vel comessationibus conuiuia celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.

De consec. dist. 5. Non oportet ministros

Oblationes in domibus offerri non debere.
Ex eodem concilio. Cap. 84.

Laodicen con. 1. ca. 55.

QVòd non oporteat in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris.

Dist. 44. Nõ oportet in.

Laod. conc. cap. 58. Chalc. cõcil. cap. 7.

De clericis & monachis non manentibus in suo proposito.

Ex Chalcedonensi concilio Cap. 85.

20. q. 3. Eos qui semèl.

QVi semèl in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiuerunt, statuimus, neque ad militiam, neq; ad dignitatem aliquam venire mundanam: aut hoc tentantes, & non agentes pœnitentiam, quô minùs redeant ad hoc, quod primitùs elegerunt, anathematizari.

Chalc. con. cap. 9.

Quòd non oporteat clericos, habentes aduersùs inuicèm negocia, proprium episcopũ relinquere, & ad secularia iudicia euocari.

Ex eodem Concilio. Cap. 86.

11. q. 1. Si clericus.

SI quis clericus aduersùs clericum habet negocium, non deserat episcopum proprium, & ad secularia percurrat iudicia: sed priùs actio ventiletur apud episcopum proprium, vel certè consilio eiusdẽ episcopi, apud quos vtræque partes voluẽrint, iudicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quòd si clericus habet causam aduersùs episcopũ proprium, vel aduersùs alterum, apud synodum prouinciæ iudicetur. Quòd si aduersùs eiusdem metropolitanum episcopus vel clericus habet querelam, petat aut primatem diœceseos, aut sedem regiæ vrbis Constantinopolitanæ, & apud ipsum iudicetur.

Chalc. con. cap. 20.

Quòd minimè clericos transmigrari conueniat.

Ex eodem Concilio Cap. 87.

Dist. 71. clericos in singulis.

CLericos in ecclesia ministrantes, sicut iam constituimus, in alterius ciuitatis ecclesiam statutos fieri non oportet, sed cõtentos esse, in quibus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes prouincias, ex necessitate ad aliã ecclesiam transiêrunt.

In Chalc. con. cap. 22.

Quòd non liceat clericis, post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes, diripere.

Ex eodem concilio. Cap. 88.

12. q. 2. Non liceat clericis.

NOn licere clericis, post obitum sui episcopi, res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoq; est canonibus constitutum. Quòd si hoc facere tentauerint, graduum suorum periculo subiacebũt.

Si quis clericorum pauper promotus in ordine posteà habuerit aliquid, Ecclesiæ potestati subijciat.

Carthag. cõc. cap.

Ex Carthaginensi Concilio. Cap. 89.

ITem placuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur: & tempore episcopatûs vel clericatûs sui, agros vel quæcunque ꝑdia nomine suo comparant, tãquàm rerum Dominicarum inuasionis crimine teneantur, nisì admoniti in ecclesia eadem ipsa cõtulerint. Si autem ipsis propriè aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis obuenerit, faciant indè, quod eorum proposito congruit. Quòd si à suo proposito retrorsùm exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni, tanquàm reprobi iudicentur.

Africani con. cap.

Vt clerici tabernas non ingrediantur.

Ex Africano concilio. Cap. 90.

Dist. 44. Clerici.

VT clerici edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisì peregrinationis necessitate compulsi.

Africani con. cap.

Vt alienus clericus minimè suscipiatur ab alio.

Ex eodem concilio. Cap. 91.

EPigonius episcopus dixit: In multis concilijs hoc statutum est, etiàm nunc hoc confirmandum est à vestra prudentia, beatissimi fratres, vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus.

Vt clericus nec suo nec alieno nomine fœnus exerceat.

Epist. 1. cap.

Ex decretalibus epistolis Leonis papæ I. Cap. 92.

ILlud etiàm duximus præmonendum, vt sicut non suo, ità nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum adspicere & exercere debemus, vt quod hîc misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

Vt clerici nullas negociationes inhonestas aut turpia lucra sectentur.

Epist. 1. cap. 15. Dist. 88. Consequens. &c. canõ. apost. 44.

Ex decretis Gelasij papæ. Cap. 93.

COnsequens fuit, vt illa quoq;, quæ de Piceni partibus nupèr ad nos missa relatio nunciauit, nec nunc prætereunda putaremus, id est, plurimos clericorum negociatiõibus inhonestis & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes Euangelicam lectionem, qua ipse Dominus noster negociatores è templo verberatos, flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Psalmistam quoquè Dauid surda dissimulantes aure decantantem: Quoniam non cognoui negociationes, introibo in potentias Domini. Proindè huiusmodi aut ab indignis posthàc quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negociationis ingenio, vel cupiditate cessandum, aut in quocunq; gradu sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, nè officina negociationis & spelunca potiùs sit latronum.

Matt. 21. b / 2. Tim. 2. a / Psal. 70. / Ioh. 2. / Matt. 21.

De

De vita clericorum Ex epistola Hieronymi ad Nepotianum. Cap. 94.

PEtis à me, Nepotiane charissime, literis transmarinis, & crebrò petis, vt tibi breui volumine digeram præcepta benè viuendi: & qua ratiõe is, qui seculi militia derelicta, vel monachus cœperit esse vel clericus, rectum Christi tramitem teneat, nè ad diuersa vitiorum diuerticula rapiatur. Scio quidem ab auunculo tuo beato Heliodoro, qui nunc pontifex Christi est, te & didicisse, quæ sancta sunt, & quotidiè discere, normamq; vitæ eius exemplum habere virtutum. Sed & nostra, qualiacunq; sunt, suscipe, & libellum hunc libello illius copulato, vt cùm ille te monachum erudiêrit, hic clericum doceat esse perfectum. Igitur clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros Græcè, Latinè sors interpretatur: propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus ipse, sors (id est, pars) clericorũ est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & ipse possideatur à Domino. Qui Dominũ possidet, & cum propheta dicit, Pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest. Quòd si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia, si aurum, si argẽtum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri nõ dignatur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius, nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi Leuita & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor, habens victum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaq; te, & repetens iterùm iterumque moneo, nè officium clericatûs, genus antiquæ militiæ putes: id est, nè lucra seculi in Christi quæras militia, nè plus habeas, quàm quandò clericus esse cœpisti, & dicatur tibi, Cleri eorum non proderunt eis. Mensulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit. Negociatorem clericum, ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ. Tu aurum contemnis, alius diligit. Tu calcas opes, ille sectatur. Tibi cordi est mansuetudo, silentium, secretum: illi loquacitas, attrita frons, fora placent & plateæ, & medicorum tabernæ. In tanta morum discordia, quæ potest esse cõcordia? Hospitiolum tuũ aut rarò, aut nunquàm mulierum pedes terant. Omnes puellas & virgines Christi, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Nè sub eodem tecto manseris, nec in præterita castitate confidas. Nec Dauid sanctior, nec Salomone sapientior potes esse. Memento semper, quòd paradisi colonum de possessione sua mulier eiecit. Aegrotanti tibi sanctus quilibet frater adsistat, & germana, vel mater, aut ꝓbatæ quælibet fidei apud oẽs. Quòd si huiuscemodi non fuerint consanguinitatis castimoniæque personæ, multas anus nutrit Ecclesia, quæ & officium præbeant, & beneficium accipiant ministrãdo, vt infirmitas quoq; tua fructum habeat eleemosynæ. Scio quosdam conualuisse corpore, & animo ægrotare cœpisse. Periculosè tibi ministrat, cuius vultum frequenter attendis. Si propter officium clericatûs aut vidua visitatur, aut virgo, nunquàm domũ solus introẽas: talesque habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si lector, si acolytus, si psaltes te sequitur, non ornentur veste, sed moribus: nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola, secretò & absque arbitro vel teste non sedeas. Si familiariùs est aliquid loquẽdum, habet nutricem maiorem domûs, virginem, viduam, maritatã: non est tam inhumana, vt nullum præter te habeat, cui se audeat credere. Caueto omẽs suspiciones, & quicquid probabiliter fingi potest, nè fingatur, antè deuita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicitas, & degustatos cibos, blandasq; & dulces literas sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum, meumq; desiderium Christus est. Natus in paupere domo & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane rugientem satiare ventrem poteram, nunc similã & mella fastidio. Noui & genera, & nomina piscium: in quo littore concha lecta sit, calleo: saporibus auiũ; discerno prouincias: & ciborum me raritas, ac nouissimè damna ipsa delectant. Tu quidem diuinas sæpiùs scripturas lege, immò nunquã de manibus tuis sacra lectio deponatur. Disce, quod doceas: obtine eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonẽ, vt possis exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, Paratus semper ad satisfactionẽ omi poscenti te rationem de ea, quæ in te est, spe & fide. Non confundant opera tua sermonem tuum, nè cùm in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, Cur ergò hæc, q̃ dicis, ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiunijs disputat. Accusare auaritiam & latro potest. Sacerdotis Christi os, mens, manusq; concordent. Esto subiectus pontifici tuo, & quasi animæ parentem suspice. Amare, filiorum: timere, seruorũ est. Si pater ego sum, inqt, vbì est honor meus? Si Dominus ego sum, vbì timor meus? Melius est, charissime, non habere,

Ibid. post multa. / Psalm. 72. / 1. Cor. 15. d / Gene. 3. / paulô post priora. / Mal. 1.

quod tribuas, quàm impudenter petere, quod des. Sed & genus arrogantiæ est, clementiorem te vellevideri, quàm pontifex
Virg. ecl. 8. Christi est. Non omnia possumus omnes. Alius in ecclesia oculus est, alius lingua, alius manus, alius pes, auris, venter, & cætera.
1. Cor. 12. b Lege Pauli epistolam ad Corinthios, quomodò diuersa membra vnum corpus efficiunt. Nec rusticus tamen & simplex frater ideò se sanctum putet, si nihil nouerit: nec peritus & eloquens, lingua æstimet sanctitatem. Multoque melius est, è duobus imperfectis rusticitatè habere sanctam, quàm eloquentiam peccatricem. Multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ substruunt: marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur: & ministrorum Christi nulla electio est. Nunc verò portemus crucem Christi, & diuitias lutum putabimus. Quid miramur, quòd Christus vo-
Luc. 16. c cat iniquum mammona? Quid suspicimus & amamus, quod Petrus se non habere te-
Acto. 3. statur? Turpe est, ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui cibo quoq; vescebatur alieno, lictores consulum & milites excubare, iudicemque prouinciæ melius apud te prandere, quàm in palatio. Quòd si obtenderis te facere hæc, vt roges pro miseris atque subiectis, iudex seculi plus deferet clerico continenti quàm diuiti, & magis sanctitatem tuam venerabitur quàm opes. Aut si talis est, qui non audiat clericos, nisi inter phialas: libenter carebo huiusce modi beneficio, & CHRISTVM rogabo pro iudice, qui magis potest & citius subuenire, quàm iudex. Melius enim est confidere in Domino, quàm confidere in
Psalm. 117. homine. Melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Nunquàm redoleas vinum, nè audias illud philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum
1. Tim. 5. a propinare. Vinolentos sacerdotes & Apo-
Leuit. 10. b stolus damnat, & vetus lex prohibet: Qui altario deseruiunt, vinum & siceram non bibant. Sicera Hebræo sermone, omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest, siue illa quæ frumento conficitur, siue pomorũ succo, aut cùm saui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinum. Nec hoc dico, quòd
Matt. 11. c DEI creatura à nobis damnetur: siquidem
1. Tim. 5. d & Dominus, vini potator est appellatus, & Timotheo dolenti stomachum, modica vini sorbitio relaxata est: sed modum pro ætatis & valetudinis & corporum qualitate, exigimus in potando. Quòd si absque vino ardeo adolescentia, & inflammor calore sanguinis, & succulento validoq; sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est. Pulchrè dicitur apud

Græcos, sed nescio vtrùm apud nos æquè
resonet: Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Tantum tibi ieiuniorum impone, quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa. Quid prodest oleo non vesci, & molestias quasdam, difficultatesque ciborum quærere, carycas, piper, nuces, palmarum fructus, similam, mel, pistacia? Tota hortorum cultura vexatur, vt cibario non
Luc. 10. g vescamur pane. Audio prætereà, quosdam contra hominum rerumque naturam, aquâ non bibere, nec vesci pane, sed sorbitiunculas delicatas, & contrita olera, betarumq; succum non calice sorbere, sed cõcha. Fortissimum ieiunium est, aqua & panis: sed qa gloriam non habet, & omnes pane & aqua viuimus, quasi publicum & commune, ieiunium non putatur. Caue, nè hominum rumusculos aucuperis, nè in offensam Dei, populorum laudem commutes. Si adhuc (inquit Apostolus) hominibus placerem, Galat. 1
CHRISTI seruus non essem. Desijt placere hominibus, & seruus factus est Christi: per bonam & malam famam, à dextris & à sinistris CHRISTI miles graditur, nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur. Non diuitijs tumet, non contrahitur paupertate, & læta contemnit & tristia. Per diem sol non vrit eum, neque luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearum, nè rectum iter precum tuarum frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias, & ostentui habere phylacteria: & conscientia repugnante, pharisaica ambitione circundari. Indè pendet Euangelium, indè lex & prophetæ. Fidelis mecum lector intelligis, quid taceam, & quid magis tacendo loquar. Tot te regulæ, quot species gloriarum percurrant. Quanto melius erat, hæc non in corpore, sed in corde gestare, Dominum habere fautorem, non adspectus hominum? Vis scire, quales Dominus quærat ornatus? Habeto iustitiam, prudentiam, temperantiam, fortitudinem. His cæli plagis includere: quadriga hæcte, velut aurigam Christi, ad metam concita ferat. Nihil hoc monili preciosius, nihil hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris, atque protegeris, & ornamento tibi sunt & tutamini: gemmæ vertuntur in scuta. Caue quoquè, nè aut lin guam, aut aures habeas prurientes, id est, nè aut ipse alijs detrahas, aut alios audias
Psalm. 14. detrahentes. Sedens, inquit, aduersùs fratrem tuum loquebaris, & aduersùs filium matris tuæ ponebas scandalum. Parce à detractione linguæ, custodi sermones tuos, & scito, quia per cũcta, quæ de alijs loqueris, tua sententia iudicaris: & in hisipsis fortè reprehendendus eris, quæ in alijs arguebas. Neq; verò illa iusta est excusatio, Referẽtibus alijs iniuriam facere non possum. Nemo inuito audi-

auditori libenter refert. Officij ergò tui sit, charissime, non solùm oculos castos seruare, sed & linguam. Nunquàm de mulierum formis disputes, nec quid agatur in cuiusquam domo, alia domus per te nouerit. Omnium Christianorum domos, quasi proprias, amare debemus. Facilè contemnitur clericus, qui sæpiùs vocatus ad prandium, ire non recusat. Nunquàm petentes, rarò accipiamus rogati. Beatius enim est magis dare, quàm accipere. Nescio enim, quo modo etiàm ipse, qui deprecatur vt tribuat, cùm acceperis, viliorem te iudicat, & mirum in modum, si eum rogantem contempseris, plùs te posteriùs veneratur. Procuratores ac dispensatores domorum alienarum atque villarum, quomodò possunt esse clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? Amico quippiam rapere, furtum est: Ecclesiam fraudare, sacrilegium est. Accepisse pauperibus erogandum, & esurientibus plurimis vel cautum esse velle, vel timidum, aut (quod apertissimi sceleris est) aliquid indè subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat.

Ego fame torqueor, & tu iudicas, quantum ventri meo satis sit? Aut diuide statim, quod acceperis: aut si timidus dispensator es, dimitte largitorem, vt sua ipse distribuat. Nolo, sub occasione mea sacculus tuus plenus sit. Nemo mea meliùs me seruare potest. Optimus dispensator est, qui nihil sibi reseruat. Coëgisti me, Nepotiane charissime, talia scribendo confodiendũ me omnium prodere linguis. Aut enim nihil scribendum fuit, nè hominum iudicium subiremus, quod tu facere prohibuisti: aut scribentes nõsse cunctorum aduersùm nos maledicorum tela torquenda. Quos obsecro, vt quiescant, & desinant maledicere. Non enim vt aduersarijs, sed vt amicis scripsimus, nec inuecti sumus in eos qui peccant, sed, nè peccent, monemus. Neque in illos tantùm, sed & in nosipsos seueri iudices fuimus. Volentesque festucam de oculo alterius tollere, nostram priùs trabem eiecimus. Nullum læsi, nullius nomen mea scriptura designatum est, neminem specialiter meus sermo pulsauit. Generalis de vitijs disputatio est. Qui mihi irasci voluerit, ipse de se, quòd talis sit, confitebitur.

De institutione Clericorum. Ex Epistola Hieronymi ad Paulinum presbyterum. Cap. 95.

OBsecro te charissime, vt multitudines hominum, & officia, & salutationes, & conuiuia, velutì quasdam catenas fugias voluptatum. Sit vilis tibi & vespertinus cibus, olera & legumina, interdumque pisciculos pro maximis ducas delicijs. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, non quærit magnoperè, quàm de preciosis cibis stercus conficiat. Quicquid post gulam non sentitur, idem tibi sit, quod panis & legumina. Semper in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum flexo corpore, & mens erigenda ad Dominum. Crebræ vigiliæ, & ventre vacuo sæpiùs dormiendum. Rumusculos, & gloriolas, & palpantes adulatores, quasi hostes fuge. Pauperibus & fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. Humilitatem vestium tumenti animo non appetas. Secularium, & maximè potentium, consortium deuita. Habeto simplicitatem columbæ, nè cuiquam machineris dolos: & serpentis astutiam, nè aliorum supplanteris insidijs. Non multùm distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi Christianum. Templum verum CHRISTI, anima est credentis. Illam exorna, illam vesti, illi offer donaria, in illa CHRISTVM suscipe. Nescio enim, quomodò plùs placeat mundo, qui CHRISTO displicet.

De viuendi forma. Ex Hieronymo ad Rusticum. Cap. 96.

DIco autem, si clericatûs titillat te desiderium, disce quod possis docere, & rationabilem hostiam offeras Christo: nè miles antequàm tyro, nè priùs magister sis, antequàm discipulus. nõ est humilitatis meę neq; mensuræ, iudicare de clericis, & de ministris ecclesiarum siniſtrum quippiam dicere. Habeãt illi ordinem & grãdum suum. Quem si tenueris, quomodò tibi in eo viuendum sit, editus ad Nepotianum liber, docere te poterit. Volo ergò, vt sinè intermissione & vigil tibi sit sensus, nec vanis cogitationibus patens. Corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam scripturarum, & vitia carnis non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus. Quæ si pectori insederint, dominabuntur tuî, & te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid operis, vt te semper diabolus inueniat occupatum. Memento quia & Apostoli Christi ha- 1. Co. 9.
bentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, nè quem grauarẽt: & alijs tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia. Ità ergò age, & viue in monasterio, vt clericus esse merearis, vt adolescentiam tuam nulla sorde commacules, vt ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas, & habeas deforis bonum testimonium, fœminæq; nomen tuum nouerint, & vultum nesciant. Cùm ad perfectam ætatem véneris, si tamen vita comes fuerit, & te vel populus vel pontifex ciuitatis in clerum elegerit: agito, quæ clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores, quia in omni conditione & gradu optimis mixta sunt pessima. Multo tempore discе, quod doceas. Nè credas laudatoribus

tuis, immò irrisoribus aurem nè libenter accommodes.

Quid distet inter monachum & clericum.

Ex Hieronymo ad Heliodorum.

Cap. 97.

MOnachum autē perfectum esse nolle, delinquere est. Sed hoc de gradu pulsus, prouocabis ad clericos, an de his aliquid audeam dicere, qui certè in suis vrbibus commorantur. Absit autem, vt quicquā de his sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedētes, Christi corpus sacro ore ☞ conficiunt, per quos nos etiàm Christiani sumus, qui claues regni cælorum habentes, quodammodò ante iudicij diem iudicant, qui sponsam Domini sobria castitate conseruant. Sed alia (vt antè perstrinxi) monachorum causa est, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor. Illi de altario viuunt: mihi, quasi infructuosæ arbori, securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatē,
Luc.21.a cùm in Euangelio Christi anum viduam, duo, quæ sibi sola supererant, æra mittentem, laudauerit Dominus. Mihi ante presbyterum sedere non licet. Ipsi, si peccauero,
1.Cor.5. licet tradere me satanę in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu.
Deut.17.c Et in veteri quidem lege, quicunq; sacerdotibus non obtemperâsset, aut extra castra positus lapidabat à populo, aut gladio ceruice subiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens, spirituali mucrone truncatur: aut eiectus de Ecclesia, rabido dæmonum ore discerpitur.

De vita Clericorum.

Ex Hieronymo ad Oceanum.

Cap. 98.

DEprecatus es, vt tibi breuiter exponerem, qualiter clerici victitare debeāt: hinc me pleriq; maledictis ęmuli pręstolantur, quia non sileo veritatem. Prima qudem tentamenta sunt clericorum, fœminarum frequentes accessus. Iste sexus repræhensibiles exhibet clericos. Quid tibi reuerà cū fœminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te in publico cuncti, te in agro rustici, aratores, ac vinitores quotidiè lacerabūt, si cōtra depositum fidei cum fœminis habitare contendis. Et quia (vt arbitror) concupiscis irrepręhensibilis inueniri, testimonio bono munire. Nunquìd in choro Apostolorum fœminæ affuerunt? Prohibe virgines tecum commorari, etiàm quę de genere tuo sunt. Dilige eas, exteriùs ordina, frequenter visita, iunctus obsequio clericorum, nè, dum secretaliter ac solus ingrederis, macules testimonium tuum. Aliter nanque con-
*virgines iugati, aliter * continentes edocentur Ecclesiasticum subire ministerium & onus. Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta præcipitur conuersatio. Ianua diaboli, via iniquitatis, scorpionis percussio, nociuumq; genus est fœmina. Cùm proximat stipula, incendit ignem. Flammigero igne percutit fœmina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium. Ego iudico, si cum viris fœminæ habitent, viscarium non deerit diaboli. Ex eis aucupatum est ab initio peccatum. Ferreas Gen. mentes libido domat. Si alligauerit quis ignem in sinu suo, vestimenta eius non comburētur? Aut si ambulauerit quis super carbones ignis, pedes suos non comburet? Mihi crede, non potest toto corde habitare cū Domino, qui fœminarum accessibus copulatur. Sed dicis: Qui ambulat (inquit) simpliciter, ambulat confidenter. Benè & argu- Prou. tè. Sed oportet te testimonium habere ab his, qui foris sunt. Licèt coram Domino incedas, tamen coram hominibus bona prouidenda sunt, quia astutiores sunt filij tenebrarum super filios lucis. Cùm à te hoc genus nō amputatur, das locum repræhendentibus te. Ipse te detrahentium morsibus tradidisti, si agapetarum consortium non dimiseris. Benignus es, gaudeo. Pudicus, falsum est. Si pudicitiam quæris, fœminam, quam videris conuersantem benè, mente dilige, non corporali frequentes ornatu. Non vestis tenera clericum facit aut sacerdotem, sed casta mentis intentio. Hæc enim deuotionem honoris in te custodit. Honorem quidem gloriosum boni operis fama conseruat. Sacerdotes quippe decet, vel cæteros quidem clericorum gradus (vt suprà dictum est) à fœminis segregari. Si igitur generis gratia iudicas easdem nullo pacto dimittere, memento Thamar, quòd ab 2.Reg. Amnon fratre suo corrupta sit. Idipsum prosequor, dilectissime: vbì vnius est tabernaculi conuersatio, carnis non facilè tollitur delectatio. De duobus enim quod vnus desiderat, si loqui non potest, vel tentatur. Remotio igitur viri, castitatis collocat arma, construit in melioribus castra, pudoris honorē consolatur. Potuit enim & Maria mater Iesu, de choro Apostolorum non discedere, si liceret. Tecla post tentationem passionis Antiochiæ à Paulo prohibetur pariter pergere. Nemo miles cū vxore pergit ad bellum. Non inuideo charitati. Sit tibi cum castis virginibus dilectio longæua. Tunc in bono meritum collocabis, & famam meliorabis. Sed de congregatione puellarum pulchrè censeo, in hebdomada secunda visitatione ad benedicendam congregationem conuenias: sed non solus, nè rumigeruli linguis te lacerantibus macerent. Alienam enim cupiunt vicini discutere vitam, non suam. Propterea dignè accipe nostrorum præcepta verborum, & monita

nita humilitatis, quæ fraterno affectu calamo imperāte expressimus, dulciter lege. Iam verò vt repræhensibilis diuini altaris sacerdos non sit, pauca de reliquis Apostoli testimonijs, quantùm Dominus donat, exponam. Sufficiant superiores causæ, quæ dictę sunt. Verùm nè aliquis minùs intelligens, ad Episcopos sentiat Apostolum fuisse locutum, quod de diaconibus ad Timotheum præceptum est, quid de presbyteris ad Titum, commemorare delectat? Sed prætereundum non est, superiorem explanare sententiam. Vnius vxoris virum, & noua & vetus prę ceptio sacerdotum censuit eligendum. Quia digamos ad ministerium pleriq; Episcopi applicuerūt, sic asseruerunt: Concubina fuit illa, hæc vxor: quasi non hæc eadem sint commercia fœditatis in illa, quæ in hac exercentur, quæ vxor asseritur. Aut quia coniugij tabulas non fecit, concupiscentia alia non fuit? Nullo pacto digamos, vel concubinarum catenis insertos, decet
Leuit.21.c subire sacerdotij ministerium. In Leuitico scriptum est ac præfinitum, quales eligi debeant sacerdotes. Si ergò clericus monogamus fuerit, & vxor eius digama, noli eum
Tit.1.b ad ministerium applicare. Hæc Tito præcepta idem Apostolus de ordinandis clericis dedit. Et quia liber finem expectat, ad id redeamus, vndè digressi sumus. Nec si duæ aut tres pariter Dei ancillæ morentur, solum ad eas decet ingredi sacerdotem. Si quis hæc præcepta non obseruârit, hostis est animæ suæ. Quòd si post monita nostra aliquis clericus agapetas ampliùs quæsiērit amare, quàm Christum, secundùm synodalem regulam conueniatur, & præcepta patrum in Nicea definita, ei legantur. Iam verò, si conuentus prędicta fugerit & reliquerit, consequuti sumus maximum lucrum. Alioquin talis ab Ecclesia anathematizandus est. Germinant enim fœminæ spinas, cum viris habitantes, & arcana mentium acuto mucrone percutiunt. Proh nefas, dolor est dicere, sed præterire non decet. Christo istæ nubere nouerunt, non clericis. Clericum solitudo facit, non publicum. Lege, quia talis debet esse solitarius, qualem Hieremias esse
Threno.3.c descripsit. Ait enim: Sedebit solitarius & ta-
Matt.14.b cebit. Et quia Iesus, relictis Apostolis, ibat
Luc.1.c solus orare. Mariam in penetralibus quoq; solam inuenit angelus, non cum agapeta lo-
Tit.1.b quentem, & illa virilem introitum trepidauit. Hospitalem præcepit Apostolus cleri-
Gene.18.a cum ordinandū. Hoc præcepto pater Abra-
Gene.19.a ham & Lot angelos susceperunt, quia hospites dilexerunt. Sic & Onesiphorus Paulum doctrinæ fontem suscepit. Hæc imitationis sint vestræ. Et nè sinatis incolam prę terire, qui apud vos non comederit panem. Sequitur: Non percussorem, scilicet qui conscientias non percutiat singulorum, sed modestum. Non infletur, non inebrietur, suæ domui benè præsit. Perquàm erit horribile, si domui clerici detrahatur. Lædit sacerdotis opinionem in plebe, quandò de proximis eius malè loquitur populus. Super omnia hæc præcipit Apostolus, boni testimonij clericos fundamenta componere, vt bonorum operum testificatio casto confirmetur affectu.

De Clericis. Ex Isidoro Hispalensi.

Cap. 99.

ITaque omnes, qui in ecclesiastici mini- Isidorus de
sterij gradibus sunt ordinati, generaliter officijs lib.
clerici nominātur. Cleros autem vel cle- 2.cap.1.
ricos, hinc appellatos doctores nostri dicunt, quia Matthias sorte electus est, quem
primum per Apostolos legimus ordinatum. Acto.1.d
Sic & omnes, quos illis temporibus ecclesiarum principes ordinabant, sorte eligebāt. Nam cleros, sors interpretatur. Vndè & hæreditas Græcè, cleronomia appellatur, & hæres cleronomos. Proindè ergò clericos vocari aiunt, eò quòd in sorte hæreditatis Domini dentur, vel pro eo quòd ipse Dominus sors eorum sit, sicut de eis scriptum
est, loquente Domino: Ego hæreditas eo- Num.18.c
rum. Vndè oportet, vt qui Deum hæredita- Deut.18.a
te possident, absque vllo impedimento seculi, Deo seruire studeant, & pauperes spiritu esse contendant, vt congruè illud Psal-
mistæ dicere possint: Dominus pars hære- Psal.15.
ditatis meæ.

De regulis Clericorum.

Ex Isidoro.

Cap. 100.

HIs igitur lege patrum cauetur, vt à vul- Isidorus de
gari vita seclusi, à mundi voluptati- officijs lib.
bus sese abstineant. Non spectaculis, non 2.cap.2.
pompis intersint: conuiuia publica fugiant: priuata non tantùm pudica, sed & sobria colant. Vsuris nequaquàm incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudísve cuiusquam studium appetant. Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant: secularia officia negociaque abijciant, honorum gradus per ambitiones non subeant. Pro beneficijs medicinæ DEI, munera non accipiant: dolos & coniurationes caueant: odium & æmulationem, obtrectationem atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, nec infreni lingua, aut petulanti tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis, simplici habitu incessuque ostendant. Obscœnitatem etiàm verborum, sicut & operum, penitùs execrentur. Viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant: contubernia extranearum fœminarum nullatenùs appetant: castimoniam quoquè inuiolati corporis perpetuò conseruare studeant, aut certè vnius matrimonij vinculo fœderentur. Senioribus

quoquè

quoquè obedientiam debitam præbeant, neque vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant. Poſtremò, in doctrina, in lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio iugi incumbant. Tales em̃ eſſe debent, quicunq; diuinis cultibus ſeſe mancipandos ſtudent, ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

De generibus Clericorum.
Ex Iſidoro.
Cap. 101.

Iſidorus de officijs li.2. cap.3.

DVo ſunt genera clericorum. Vnum Eccleſiaſticorum, ſub regimine epiſcopali degentium: Alterum acephalorum, id eſt, ſinè capite, qui, quem ſeqũatur, ignorant. Hos neque inter laicos ſecularium officiorum ſtudia, neq; inter clericos religio retentat diuina: ſed ſolutos atque oberrantes, ſola turpis vita complectitur & vaga. Quiq́ue dum nullum metuentes, explendæ voluptatis ſuæ licentiam conſectãtur, quaſi animalia bruta, libertate ac deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignum religionis, non religionis officium. Hippocentauris ſimiles, nec equi, nec homines, mixtuḿque (vt ait Poëta) genus, proles q́ue biformis: quorum quidem ſordida atque infami numeroſitate, ſatis ſuper q́ue noſtra pars occidua

Aeneid.6.

*pollet. *polluitur.

Quales oporteat eſſe Clericos.
Ex Gregorio papa.
Cap. 102.

Paſtoralis lib.5.cap.5. ferè.

CLericus admonendus eſt, quatenùs ſic viuat, vt bonum exemplum vitæ ſuæ ſecularibus præbeat. Et in clerico ſi quid iuſtè reprehenditur, ex eius vitio ipſa religionis noſtræ æſtimatio grauatur. Clerici diſcant, vt quæ à ſenioribus ſuis iubentur, impleant, vt humiliter eorum imperijs ſubiaceant, vt nec ſubiectio eos conterat, nec locus ſuperior extollat. Clerici diſcant, quomodò ante occulti arbitri oculos per humilitatem & obedientiam ſua interiora componant, quatenùs non cum reprobis puniantur, ſed cum electis æterna præmia ſortiantur. Admonendi ſunt clerici, vt tantò circa ſe ſolicitiùs viuant, quantò eos aliena cura non implicat. Dicendum eſt clericis, nè præpoſitorum ſuorum vitam temerè iudicent, ſi quid eos fortaſsè agere repræhenſibiliter vident: nè vndè rectè mala redarguunt, indè per elationis impulſum in profundiora mergantur. Admonendi ſunt clerici, nè, cùm culpam ſuorum præpoſitorum conſiderant, contra eos audaciores fiant: ſed ſic eorum praua apud ſemetipſos dijudicent, vt tamen diuino timore conſtricti, ſub eis iugum ferre reuerentiæ non recuſent: quia præpoſitorum facta oris gladio ferienda non ſunt, etiàm cùm rectè repræhendenda iudicantur. Pleroſque clericos, impudentiæ vitio, non nisi increpatio dura compeſcit: quia dum ſe delinquere neſciunt, neceſsè eſt vt à plurimis increpentur.

De ſubiectis bonis, ſub paſtorali regimine conſtitutis.
Ex Gregorio papa.
Cap. 103.

ADmonendi ſunt ſubditi, nè præpoſitorum ſuorum vitam temerè iudicent, ſi quid eos fortaſsè agere repræhenſibiliter vident, nè vndè rectè mala redarguunt, indè per elationis impulſum in profundiora mergantur. Admonendi ſunt, nè cùm culpas præpoſitorum conſiderant, contra eos audaciores fiant: ſed ſic, ſi qua valdè ſunt eorum praua, apud ſemetipſos dijudicent, vt tamen diuino timore conſtricti, ferre ſub eis iugum reuerentiæ non recuſent. Quod meliùs oſtendimus, ſi Dauid factum ad medium deducamus. Saul quippe perſecutor, cùm ad purgandum ventrem ſpeluncam fuiſſet ingreſſus, illic cum viris ſuis Dauid inerat, qui iam tam longo tempore perſecutionis eius mala tolerabat. Cumq́ue eum viri ſui ad ferien-dum Saul accenderent, fregit eos reprehenſionibus, quia manum mittere in chriſtum Domini non deberent. Qui tamen occultè ſurrexit, & oram chlamydis eius abſcidit. Quid per Saul, nisi mali rectores, quid per Dauid, nisi boni ſubditi deſignantur? Saul igitur ventrem purgare, eſt, prauos præpoſitos conceptam in corde malitiam vſque ad opera miſeri odoris oſtendere, & cogitata apud ſe noxia, factis exterioribus exequendo monſtrare. Dauid nanque Saul ferire metuit: quia piæ ſubditorum mentes ab omni ſe peſte obtrectationis abſtinentes, præpoſitorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt, etiàm cùm de imperfectione repræhendunt. Boni ſubditi pro infirmitate quandò ſeſe continere vix poſſunt, vt extrema quædam atque exteriora præpoſitorum mala, ſed tamen humiliter, loquantur, quaſi oram chlamydis ſilenter incidunt: quia videlicet dum prælati dignitati, ſaltem innoxiè & latenter, derogant, quaſi regis ſuperpoſiti veſtem ſecant: ſed tamen ad ſemetipſos redeunt, & ſe vehementiſſimè vel de tenuiſſima verbi laceratione repræhendunt. Vndè benè & illic ſcriptum eſt: Poſt hæc Dauid percuſſit cor ſuum, eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul. Facta quippe præpoſitorum, oris gladio ferienda non ſunt, etiàm cùm rectè repræhendenda iudicantur. Si quandò verò contra eos vel in minimis lingua labitur, neceſsè eſt, vt per afflictionem pœnitentiæ cor prematur, quatenùs ad ſemetipſum redeat, & cùm præpoſitæ poteſtati deliquerit, eius contra ſe iudicium, à quo ſibi

ſibi prælata eſt, perhorreſcat. Nam cùm præpoſitis delinquimus, eius ordinationi, qui eos nobis prætulit, obuiamus. Vndè Moſes cùm contra ſe & Aaron conqueri populum cognouiſſet, ait: Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Deum. Admonendi ſunt beneuoli ſubditi, vt ſic alienis bonis congaudeant, quatenùs habere & propria concupiſcant: ſic proximorum facta diligendo laudent, vt etiàm imitando multiplicent, nè ſi in hoc præſentis vitæ ſtadio ad certamen alienum deuoti fautores, ſed pigri ſpectatores aſſiſtant, & poſt certamen ſinè brauio remaneant, qui nunc in certamine non laborant: & tunc eorum palmas adflicti reſpiciant, in quorum nunc laboribus ocioſè perdurant. Valdè peccamus, ſi aliena benè geſta non diligimus: ſed nil mercedis agimus, ſi ea quæ diligimus, inquantùm poſſumus, non imitamur. Dicendum eſt beneuolis ſubditis, quia ſi imitari bona minimè feſtinant, quæ laudantes approbant, ſic eis virtutum ſanctitas, ſicut ſtultis ſpectatoribus ludicrarum artium vanitas placet. Illi nanq; aurigarum achiſtrionum geſta fauoribus efferunt, nec tamen tales eſſe deſiderant, quales illos conſpiciunt eſſe, quos laudant. Mirantur eos placita egiſſe, ſed tamen deuitant ſimiliter placere. Dicendum eſt beneuolis ſubditis, vt cùm proximorum facta conſpiciunt, ad ſuum cor redeant, & de alienis actibus non præſumant, nè bona laudent, & agere recuſent. Grauiùs quippe extrema vltione feriendi ſunt, quibus placuit, quod imitari noluerunt.

De Subditis. *Ex Iſidoro.*
Cap. 104.

PRopter peccatum primi hominis humano generi pœna diuinitùs illata eſt ſeruitutis, ità vt quibus adſpicit non congruere libertatem, his miſericordiùs irroget ſeruitutem. Et licèt peccatum humanæ originis per baptiſmi gratiam cunctis fidelibus dimiſſum ſit, tamen æquus Deus ideò diſcreuit hominibus vitam, alios ſeruos conſtituens, alios dominos, vt licentia malè agendi ſeruorum, poteſtate dominantium reſtringatur. Nam ſi omnes ſinè metu fuiſſent, quis eſſet quià malis quempiam prohiberet? Indè & in gentibus reges principes q́ue electi ſunt, vt terrore ſuo populos à malo coërcerent, atque ad rectè viuendum legibus ſubderent. Quantùm attinet ad rationem, non eſt perſonarum acceptio apud Deũ, qui mundi eligit ignobilia & contemptibilia, & q̃ nõ ſunt, vt ea q̃ ſunt, deſtrueret, nè glorietur omnis caro, hoc eſt, carnalis potentia coram illo. Vnus enim Dominus, æqualiter & dominis fert conſultum & ſeruis. Melior eſt ſubiecta ſeruitus, quàm elata libertas. Multi enim inueniuntur DEO liberè ſeruientes ſub dominis conſtituti flagitioſis: qui etſi ſubiecti ſunt illis corpore, prælati tamen ſunt mente.

De inuidis & proteruis ſubditis.
Ex Gregorio papa.
Cap. 105.

PLerunq̀ue ſubditi, ſub paſtorali regimine conſtituti, dum valdè de ſe elati præſumunt, exprobrando cæteros dedignantur, dum ſingulariter ſumma exiſtimant cuncta quæ agunt. Subtiliter itaque ab arguente diſcutienda ſunt opera proteruorum, vt in quo ſibi placent, oſtendantur quia Deo diſplicent. Tunc proteruos meliùs corrigimus, cùm ea quæ benè egiſſe ſe credunt, malè acta monſtramus: vt vndè adepta gloria creditur, indè vtilis confuſio ſubſequatur. Nonnunquàm ſubditi, cùm ſe vitium proteruiæ minimè perpetrare cognoſcunt, compendioſiùs ad correctionem veniunt, ſi alterius culpæ manifeſtioris, & ex latere requiſitæ improperio confundun-tur, vt ex eo quod defendere nequeunt, cognoſcant ſe tenere improbè, quod defendunt. Cùm proteruè Paulus Corinthios aduerſùm ſe temerè inuicèm videret inflatos, vt alius Apollô, alius Pauli, alius Cephæ, alius Chriſti ſe eſſe diceret: inceſtûs culpam in medium deduxit, quæ & apud eos perpetrata fuerat, & incorrepta remanebat, dicens: Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes; ità vt vxorem patris quis habeat. Et vos inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, vt tolleretur de medio veſtrûm, qui hoc opus fecit. Ac ſi apertè dicat: Quid vos per proteruiam huius vel illius dicitis, qui per diſſolutionem negligentiæ, nullius vos eſſe monſtratis? Admonendi ſunt inuidi ſubiecti, vt perpendant, quantæ cæcitatis ſunt, qui alieno profectu deficiunt, aliena exaltatione contabeſcunt: quantæ infelicitatis ſunt, qui melioratione proximi, deteriores fiunt, duḿque augmenta alienæ proſperitatis adſpiciunt, apud ſemetipſos anxiè adflicti, cordis ſui peſte moriuntur? Quid inuidis infelicius, quos dum conſpecta felicitas afficit, pœna nequiores reddit? Aliorum verò bona quæ habere non poſſunt, ſi diligerent, ſua feciſſent. Noſtra nimirùm ſunt bona aliorum, quæ & ſi imitari non poſſumus, amamus in alijs, & amantium fiunt, q̃que amantur in nobis. Hinc ergò penſent inuidi, charitas quantæ virtutis eſt, quæ alieni laboris opera, noſtra ſinè labore facit. Dum ſe inuidi à labore minimè cuſtodiunt, in antiquam verſuti hoſtis nequitiam demerguntur. De illo nanque ſcriptum eſt: Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarũ. Quia enim ipſe cælum perdidit, cõdito hoc homini inuidit, & damnationẽ ſuam perditus,

Gregor. in paſtorali libro 3. ca.9.

Ibid.cap.11.

Ibidé paulo poſt, & li.6. Moralium cap.34.

Sap.2.d

tus, adhuc alios perdendo, cumulauit. Cognoscãt inuidi, quãtis lapsibus subcrescentis ruinæ subiaceant, qui dum liuorem à corde non proijciunt, ad apertas operũ nequitias deuoluuntur. Nisi enim Cain inuidisset acceptam fratris hostiã, minimè peruenisset ad eius extinguendam vitam. Vndè
Gene.4.a scriptum est: Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain verò & ad munera eius non respexit. Iratusq; est Cain, & concidit vultus eius. Itaq; liuor sacrificij, fratricidij seminarium fuit. Nam quem meliorem se esse doluit, nè vtcunq; esset, amputauit. Dicendum est inuidis, quia dum se ista intrinsecùs peste consumunt, etiàm, quicquid in se aliud boni habere videntur, in-
Prou. 14.d terimunt. Vndè scriptum est: Vita carnium, Ibidẽ parũ pòst. sanitas cordis: Putredo ossium, inuidia. Per liuoris vitium ante Dei oculos pereunt etiàm, qui humanis oculis fortia vidẽtur. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est, quædã etiàm robusta deperire. Ille est verè humilis
Moralium Greg.li.26. cap.1. subiectus in bonis, qui non est defensor in malis. Nam dum de malis suis subiectus arguitur, & contra verba arguentis accenditur: quandò de bonis suis, quasi humiliter titubat, per humilitatis vocem ornari appetit, non doceri.

Quòd secundùm sermonẽ prophetiæ, culpa sua pereunt, qui sacerdotum increpationes peruersa voluntate contemnunt.

Cap. 106. *Prosper.*

Prosper de vita cõtemplatiua lib. 2. cap. 22. ADhæc, quæ prædicta sunt, ego tũc sic inquam: Ista inuidiosis questibus iactas, & in sugillationem pontificum, vel certè ipsius pontificatûs exaggeras, quasi non vbi ista legisti, quibus rationabiliter permoueris: ibi & illi sint, quæ à vobis prætermissa, breuiter in excusationem officij sacerdotalis attingemus. Post illa verba, quibus negligentium sacerdotum finis ostenditur, de pontifice officium suum curante,
Ezech. 33.b & Ezec. 3. Propheta sic loquitur: Si autem annunciante te ad impium, vt à vitijs suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberâsti. Hic certè satis euidẽter ostenditur, quòd siue proficiant, siue non proficiant auditores, tacere eis nõ debeãt sacerdotes. Nec ideò rei sunt, si fortè eorum verba populi nõ audiũt, vel audita conténunt, sed si ab eis corrigẽdis absistunt: quia si nec exemplo vitæ præpositorum suorum, nec verbo doctrinæ populi contumaces emendati proficiunt, ipsi sibi causa suæ perditionis existunt, & doctores suos, quorũ exempla simul ac verba despiciunt, inuoluere criminibus suis omninò non poterunt. Quod idem propheta euidentiùs alio loco prosequitur, dicens:
Ezec. 33.b Speculator cùm viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: Audiens autem (quisquis ille est) sonitum buccinæ, & se non obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum, sanguis eius in ipso erit. Si autem se custodiêrit, animam suam saluabit. Hîc quoquè, quid agere debeat, qui fungitur speculatoris officio, diuinus sermo satìs ostendit, vt quandò viderit venientem gladium super terram, iram scilicet Dei super peccatores, operibus terrenis addictos, omninò non taceat: atque eis, quandiù inhæserint iniquitatibus suis, imminere diuinæ indignationis interitum denunciare non desinat, sed clarè & publicè arguat, cùm hoc buccinæ nomen insinuet, vt se à suis criminibus emendantes, supplicium futuræ damnationis effugiant. Quòd si corripientem, si iram futuram (quæ contemptoribus imminet) nunciantem, homines terreni despiciant, sanguis eorum in ipsis erit: & sacerdos, qui eis peccata eorum non tacuit, pœnæ, quæ eos expectat, particeps ẽsse non poterit.

Cum quo damno animæ suæ, ab Ecclesia (quæ pauperes pascit) accipiunt illi, qui de suo sibi sufficiunt.

Cap. 107. *Prosper.*

NEc illi, qui sua possidentes, dari sibi Deut. 15. aliquid volunt, sinè grandi peccato suo, vndè pauper victurus erat, accipiunt. De clericis dicit per Prophetam Spiritussanctus: Peccata populi mei comedunt. Oseæ 4. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta (quibus indigere videntur) suscipiunt: ità possessores, non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt. Ipsi quoq; pauperes si se possint suis artificijs aut laboribus expedire, non præsumant, quod debet debilis & infirmus accipere: nè fortè ecclesia, quæ potest omni solatio destitutis necessaria ministrare, si omnes etiàm nihil indigentes accipiant, grauata, illis, quibus debet, subuenire non valeat. Qui autẽ ecclesiæ seruiunt, & labori suo velut debita reddi oportere credentes, ea, quibus opùs non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt: nimis carnaliter sapiunt, si putant, quòd ecclesiæ fideliter seruientes, stipendia terrena, ac non potiùs præmia æterna, percipiant. Secularis quippe militia, quia cælestia non habet, terrena strenuè militantibus præstat. Vndè satìs indignum est, si fidelis & operosa deuotio clericorum, propter stipendium temporale præmia æterna contemnat. Quòd si quilibet minister Ecclesiæ non habet vndè viuat, non ei reddit hîc, sed necessaria præstat Ecclesia, vt in futuro præmium laboris sui recipiat, quod in hac vita iam spe Dominicæ promissionis expectat. Illi quoquè, qui velut idonei, nihil sibi quidem dari velut debitum poscunt, sed tamen eccle-

clesiæ sumptibus viuunt, non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum præsumendo suscipiunt, qui ecclesiam quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant, suis expensis insupèr grauant: propter hoc fortassis in congregatione viuentes, nè aliquos pauperes pascant, nè aduenientes excipiant, aut nè suum censum expensis quotidianis imminuant. Quòd si aliquid de fructibus suis ecclesiæ velut pro ipsa expensa contulerint, non se præferant inani iactantia illis, quos nihil habentes pascit, & vestit ecclesia: quia perfectior est ille, qui, cùm nihil habuerit, nec habere desiderat: quàm ille, qui ex multis, quæ possidet, ecclesiæ aliquid præstat, ac se de eo, quod præstiterit, forsitan iactat. Dura sunt, quæ dico, nec ego diffiteor: dura sunt, sed obseruare nolentibus. Cæterùm si faciant ista, quæ difficilia non facientibus sunt, statìm facilia facientibus fiunt. Non ergò ea, quæ nolumus obseruare, impossibilitas nobis facit dura, sed nouitas. in vsum veniant, & neminem frequentata conturbant. Nam quæro, quid sit eorum, quæ dixi, difficile? vt homo id quod opùs non habet, ab ecclesia non accipiat: an vt, quod habet, sinè causa contemnat? Si propter hoc non vult sua quisque relinquere, vt habeat, vndè viuat, vt quid accipit, vndè rationem reddat? vt quid peccatis alienis sua multiplicat?

Quisnam, qui etiàm cum profectu animæ suæ, opibus sustententur ecclesiæ.

Cap. 108. *Prosper.*

Prosper de vita cõtemplatiua lib. 2. cap. 21. ITaque sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solùm sinè cupiditate, sed etiàm cum laude pietatis accipit à populo dispensanda: & fideliter dispensat accepta, qui omnia sua aut parentibus reliquit, aut pauperibus distribuit, aut ecclesiæ rebus adiunxit, & se in numero pauperum paupertatis amore constituit, ità vt vndè pauperibus subministrat, indè & ipse, tanquàm pauper voluntarius, viuat. Clerici quoquè, quos pauperes aut voluntas aut natiuitas fecit, cum perfectione virtutis, vitæ necessaria siue in domibus suis, siue in congregatione viuentes accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas.

Quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non potest sua contemnere.

Cap. 109. *Prosper.*

Prosper de vita cõtemplatiua lib. 2. cap. 22. ILli autem qui tam infirmi sunt, vt possessionibus suis renunciare non possint, si ea quæ accepturi erant, dispensatori relinquant, nihil habentibus conferenda, sinè peccato possident sua: quia & ipsi quodammodò sua relinquunt, quãdò proprijs contenti rebus, nihil eorum, quæ labori vel ordini suo deberi arbitrãtur, accipiunt. Quòd si putant ideò accipi debere eorum, quæ conferuntur Ecclesiæ, portionem, nè eam videantur abijcere: se verò non posse sua relinquere, quòd eis deforme sit, inter suos pauperes reddi: nouerint esse deformius, possessores de eleemosynis pauperũ pasci.

Quæ sint vera gaudia, vel veræ diuitiæ, & quid impedimenti afferant bona præsentia amatoribus futurorum.

Cap. 110. *Prosper.*

Prosper de vita cõtemplatiua lib. 2. cap. 13. HEu quàm subtiliter nos ille decipiendi artifex fallit, quanta cæcitate oculos nostræ mentis obducit, nè discernamus gaudendi auidi, vndè iustiùs gaudeamus: aut nè, cupientes augeri diuitijs, nouerimus quas quibus incomparabiliter præferamus. Nam gaudere quidem, bonum est: sed qui gaudet, si non indè gaudeat, vndè debet, non potest bonum esse quòd gaudet. Siquidem gaudet & raptor, cùm desiderata rapuerit. Gaudet & ebriosus, cùm exoptatæ occasionem potationis inuenerit. Gaudet & adulter, cùm ad delectationem fruendi corporis concupiti peruenerit. Sed cùm sit gaudere bonum, de his atque de huiusce modi gaudere. grande est malum. Hæc & his similia sunt, vndè nos gaudere vult mundus, cum suis amatoribus periturus. Hæc sunt quæ repudiare debemus, vt de bona conscientia, de sanctitate morum, de acquisitione virtutum, de dono Dei, & de promissione futuri regni ineffabiliter gaudeamus. Ditari quoquè diuitijs, grande est bonum: sed indè ditari, vndè non debeas, non est habenda facultas, sed detestãda calamitas. Nihil est enim calamitosius, nihilq; miserius eo, qui iniquis accusationibus crescit, quem locupletem fraudes faciunt & rapinæ. Illę nobis sunt diuitiæ ambiendæ, quæ nos ornare possunt pariter & munire, quas nec acquirere possumus inuiti, nec perdere. Quæ nos contra impetus hostiles armãt, à mundo disterminant, Deo commendant, ditant animas nostras, atq; nobilitant. Nobiscum sunt, intra nos sunt. Diuitiæ nostræ credendæ sunt, pudicitia, quæ nos facit pudicos: iustitia, quæ iustos: pietas, quæ pios: humilitas, quæ humiles: mansuetudo, quæ mansuetos: innocentia, quæ innocentes: puritas, quæ puros: prudentia, quæ prudentes: temperantia, quæ temperantes: & charitas, quæ nos facit Deo & hominibus charos, virtutum potentes, seculi contemptores, ac bonorum omnium sectatores. Hæc sunt non omnium, sed sanctorũ sanctæ virtutes: non diuitum superborum, sed humilium pauperum facultates, patrimoniũ cordium, diuitiæ incorruptibiles morum: quibus non abundant, nisi qui illis carnalibus ex corde renunciant. Quæ quanuis & ipsa sint bona, vtpotè à bono Deo creata, tamen

quia sunt bonis malisq; communia, studeant ea spirituales viri contemnere, quò possint ad illa incomparabiliter meliora, quæ sunt bonorum omniũ propria, peruenire. Quoniam non est tale bonum, quod habent & mali, quale illud est, quod non habent nisi boni. Corporale bonum, quandò habent iniqui, ipsorum est præmium: quandò habent iusti, non est eorum præmium, sed temporale solatium. Item boni tẽporalis amissio, sit exercitium iusti, & iniusti supplicium: quia & iustus desiderio cælestium captus, omnia temporalia siue habeat, siue amittat, omninò non sentit, & iniquus id quod cum delectatione habuit, sinè dolore non perdit. Propterea igitur eis, qui militãt Deo, fugiendæ sunt ex toto corde diuitiæ: quas qui habere volunt, sinè labore non quærunt, sinè difficultate non inueniunt, sinè cura non seruant, sinè anxia delectatione non possident, sinè dolore non perdũt. Apostolus autem Christi militibus dixit:

1.Cor.7.f. 1.Tim.6.b Volo vos sinè solicitudine esse. Et radix omnium malorum est cupiditas seu auaritia. Quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Ac sic census iste terrenus eis, à quibus vitiosè diligitur, non est voluptatum materia, sed dolorum. Quapropter expedit facultates ecclesiæ possideri, vt indè viuant, qui nõ seculo, cuius gaudia fugitiua repudiant, sed Deo deseruiunt, cuius ineffabilia bona desiderant.

1.Cor.9.c *Qualiter intelligatur quod dicit Apostolus: Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt.*

Cap. iii. *Prosper.*

Prosper de vita cõtemplatiua lib. 2.cap.14. DE talibus dicere videtur Apostolus: Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant. Qui, nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, nunquàm secutus adiungeret: Ità & Deus ordinauit his, qui Euangelium adnunciant, de Euangelio viuere. De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volunt, qui nec habẽt, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud, de Euãgelio viuere, nisi laborantem indè, vbi laborat, necessaria vitæ percipere? Apostolus tamen, qui sic Euangelium prædicauit, vt nec de Euangelio viueret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur: Ego autem nullo horum vsus sum. Et quarè hoc dixerit, secutus aperuit, dicẽs: Expedit mihi mori magìs, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Euacuari dicit gloriam suam, si ab eis, quibus prædicabat, voluisset accipere vitæ temporalis expensam. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere. Si ergò ille, qui nihil habebat, noluit de Euangelio, vbi laborabat, sed suis manibus viuere, nè gloriam suę mercedis amitteret: quid nos, qui & propria nolumus amore possidendi, nõ viuendi necessitate, relinquere, & accipere insuper volumus, nõn vndè viuamus, sed vndè censum nostrum incrementis damnabilibus augeamus?

2.Cor.9.c

Ibidem.

De vita & moribus clericorum, sermo B. Augustini. Cap. iii.

PRopter quod volui & rogaui hesterno die, vt hodiè frequentiùs conueniretis: hoc est quod dicturus sum: Vobiscum hìc viuimus, & propter vos viuimus, & intẽtio votumq; nostrum est, vt apud Christum vobiscum sinè fine viuamus. Credo autẽ ante oculos vestros esse conuersationem nostrã, vt & nos dicere fortassìs audeamus, quàuis multùm impares illi, quod dixit Apostolus: Imitatores meî estote, sicut & ego Christi. Et ideò nolo, vt aliquis de nobis inueniat malè viuendi occasionem. Prouidemus enim bona (vt ait idem Apostolus) non solùm coram Deo, sed etiàm coram hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis: propter vos, fama nostra nõ pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi. Duę res sunt, fama & conscientia. Conscientia tibi, fama proximo tuo est necessaria. Qui fidens conscientiæ suæ, negligit famam suã, crudelis est, maximè in loco isto positus, de quo dicit Apostolus, scribens ad discipulũ suum: Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplum. Vt ergò vós non diù teneam, præsertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis, nõstis omnes, aut penè omnes, sic nos viuere in ea domo, quæ dicitur episcopi, vt quantùm possumus, imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apost. Nemo dicebat aliquid proprium, sed erant illis omnia cõmunia. Quia & qui fortè aliqui vestrûm non sunt tam diligẽtes vitæ nostræ scrutatores, vt hoc sic nouerint, quomodò volo vos nõsse: dico, qd fit, quod breuiter dixi. Ego, quẽ Deo propicio videtis episcopũ vestrum, iuuenis vèni ad istã ciuitatẽ, vt multi vestrûm nouerunt. Quærebam, vbì constituerem monasteriũ, & viuerem cũ fratribus meis. (Spem quippe omnẽ seculi reliqueram, & quod esse potui, nolui) nõ quæsiui tamẽ, quod sum. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magìs q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ. Ab eis qui diligunt seculũ, segregaui me: sed eis, qui præsunt populis, non me coæquaui: nec in cõuiuio populi mei superiorem locum elegi, sed inferiorem & abiectũ. Et placuit illi dicere mihi, Ascende sursùm. Vsqueadeò autẽ timebam episcopatum, vt quoniã cœperat iam esse alicuius momenti inter Dei seruos fama mea, in quo loco sciebam nõ esse episcopũ, non illò accederem. Cauebã hoc, & agebã, quantùm poteram, vt in loco humili saluarer,

Titus 1.

Actus 4.

Philip. 4.

rer, nè in alto periclitarer: sed, vt dixi, domino seruus contradicere non debet. Vèni ad istam ciuitatem propter videndum amicũ, quem putabam me lucrari posse Deo, vt nobiscum esset in monasterio. Quasi securus peruèni, quia locus habebat episcopũ. Apprehensus, presbyter factus sum, & per hunc gradum ad episcopatum peruèni. Nõ attuli aliquid, non vèni ad hanc ecclesiã, nisì cum his indumẽtis, quibus illo tẽpore vestiebar. Et quia hoc disponebã, esse in monasterio, beatæ memoriæ senex Valerius dedit mihi hortũ illum, in quo nunc est monasterium. Cœpi boni propositi fratres colligere, compares meos, nihil habentes, sicut nihil habebam, & imitantes me, vt quomodò ego tenuem paupertatulã meam vendidi, & pauperibus erogaui, sic facerent & illi qui mecũ esse voluissent, vt de cõmuni viuerem⁹. Commune autẽ erat nobis magnũ & vberrimum prædiũ ipse Deus. Peruèni ad episcopatum, & vidi necesse habere episcopum, exhibere humanitatẽ assiduã quibusq; veniẽtibus siue transeuntibus: Quod si non feciſſet eps, inhumanus diceretur. Si autẽ ista consuetudo in monasterio missa esset, indecens esset. Et ideò volui habere in ista domo epm mecũ monasteriũ clericorũ. Eccè quomodò viuimus. Nulli licet in societate nostra habere aliquid propriũ: sed fortè aliqui habẽt, nulli licet: & si habent, faciunt quod nõ licet. Benè autem sentio de fratribus meis, & semper benè credens, ab hac inquisitione dissimulaui: quia & ista quærere, quasi malè sentire mihi videbatur. Nouerã enim, & noui oẽs, qui mecũ viuerent, nõsse propositũ nostrũ, nõsse legem vitæ nostræ. Venit ad nos etiàm presbyter Ianuarius, qui videbatur sua honestè erogando quasi cõsumpsisse, sed non cõsumpsit. Remansit illi quædã pecunia, id est, argentum, quod diceret esse filiæ suæ. Filia ipsius Deo propicio in monasterio fœminarũ est. Filius ipsi⁹ in monasterio virorum est. Ambos exhæredauit, illã videlicet cum laude, istum cum elogio, id est, cum vituperatione. Commendaui autẽ Ecclesię, vt nõ accipiant ipsas portiunculas, quæ pertinent ad exhæredatos, nisì cùm ad legitimã ætatem peruenerint. Hoc eis reseruat Ecclesia. Deindè litem dimisit inter filios suos, in qua laboro. Puella dicit: Meum est, Nõstis quia hoc dicebat semper pater meus. Puer dicit: Credatur patri meo, quia moriẽs mentiri non potuit. Et ista cõtentio quale malũ est? Sed si pueri ipsi serui Dei sunt, litem hãc inter illos citò finimus. Audio illos vt pater, & fortè meliùs quàm pater ipsorum. Videbo, quid sit in re (sicut Dñs voluẽrit) cum paucis fratribus fidelibus honoratis (Deo propicio) de numero vestro, id est, de plebe ista. Audio inter illos causam, & si Dñs donauerit, finio. Tamẽ rogo vos, nemo me repræhendat, quia eius hæreditatem nolo suscipiat Ecclesia: primò, quia factũ illius detestor: deindè, quia institutum meum est. Multi laudãt, quod dicturus sum, sed & aliqui repræhendunt. Vtrisq; satisfacere valdè difficile est. Audistis modò, cùm Euangeliũ legeretur, Cantauimus vobis, & nõ saltãstis: lamentauimus vobis, & non luxistis: Venit Ioannes baptista, non manducans neq; bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis, manducans & bibens, & dicũt, Eccè homo vorax, potator vini, publicanorum & peccatorũ amicus. Quid ergò facio inter illos, qui parant me repræhẽdere, & dentes in me ducere, si suscepero hæreditates ipsorũ, qui filios suos irati exhæredant? Iterùm quid sum facturus eis, quibus cãto, & nolũt saltare? qui dicũt, Eccè quarè nemo donat ecclesiæ Hipponensi aliquid? Eccè quarè nõ eam faciunt, qui moriuntur, hæredẽ? Quia eps Augustinus de bonitate sua (laudando eũ mordent, labijs mulcẽt, & dentem figunt) donat totũ, nõ suscipit. Planè suscipio. Profiteor me suscipere oblationes bonas, oblationes sanctas. Si quis autẽ iratscitur filio suo, & moriens exhæredat eũ, si viueret, nõ eum placarem? non ei filiũ suũ recõciliare deberem? Quomodò ergò cũ filio suo volo vt habeat pacem, cuius appeto hæreditatem? Sed planè, si faciat, quod sæpè hortatus sum. Vnũ filium habet? alterũ pu-

Matt.11.b.c

13.q.2.Si quis iratscitur

tet Christum. Duos habet? putet Christum
tertium. Decem habet? vndecimum faciat,
& suscipio. Quia ergò feci hoc in quibusdã
rebus, iam volunt meam bonitatẽ vel com-
mendationem famæ meæ in aliud vertere,
vt alio modo me repræhendant, quia obla-
tiones deuotorum hominũ nolo suscipere.
Considerẽt, quàm multa susceperim. Quid
opùs est ea numerare? Eccè vnum dico: Filij
Iuliani hæreditatem suscepi. Quarè? Quia
sinè filijs defunctus est. Bonifacij hæredita-
tem suscipere nolui, non misericordia, sed
timore. Nauiculariam nolui esse Ecclesiam
Christi. Multi sunt quidẽ, qui etiàm de na-
uibus acquirunt. Tamen vna tentatio si es-
set, si iret nauis & naufragaret, homines ad
tormenta daturi eramus, * vt de submersio-
* & ne nauis secundùm consuetudinem quæ-
reretur, & torquerentur à iudice, qui essent
de fluctibus liberati? Sed non eos daremus.
11.q.1.Nolo vt Nullo pacto enim hoc facere deceret Eccle-
siam. Onus ergò fiscale persolueret. Sed vn-
Entheca, est gazę reposi-torium. dè persolueret? Enthecam nobis habere nõ
licet. Non est episcopi seruare aurum, & re-
uocare à se mendicantis manum. Quotidiè
tam multa petunt, tam multa gemunt, tam
multa inopes nos interpellant, vt plures tri-
stes relinquamus: quia quod possumus da-
re omnibus, non habemus. Non habemus
ergò enthecam. Propter naufragium ergò
hoc vitando feci, non donando. Nemo me
ibì laudet, sed nemo etiàm vituperet. Planè
quandò donaui filio, quod iratus pater mo-
riens abstulit, benè feci. Laudent, qui volũt:
parcant, qui laudare nolunt. quid plura fra-
17.q.4.Quicunque tres mei? Quicunque vult exhæredato filio,
hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum
qui suscipiat, nõ Augustinum, immò (Deo
propicio) neminem inueniat. Quàm lauda-
bile factum sancti & venerãdi episcopi Au-
relij Carthagineñ? quomodò impleuit eos
omnes, qui sciunt, laudibus Dei? Quidam,
cùm filios non haberet, neque speraret, res
suas omnes, retento sibi vsufructu, tradidit
☞ Ecclesiæ. Nati sunt illi filij, & reddidit epi-
scopus nec opinanti, quæ illi donauerat. In
potestate habebat episcopus non reddere,
sed iure fori, non iure poli. Sanè etiàm hoc
nouerit charitas vestra, dixisse me fratribus
meis, qui mecum manent, vt quicunque ha-
bet aliquid, aut vendat, aut eroget, aut do-
net, aut cõmune illud faciat. Ecclesiam ha-
bet, per quam nos Deus pascit. Et dedi dila-
tionem vsq; ad Epiphaniam, propter eos, q
vel cum fratribus suis nõ diuiserunt, quod
habent apud fratres suos, vel nõdùm de sua
re aliquid egérunt, quia expectabatur ætas
legitima. Faciant indè quod volũt, dum ta-
men sint pauperes mecum simul expectan-
tes misericordiam Dei. Si autem nolunt, qui
fortè nolunt, certè ego sum, qui statueram
12.q.2.Certè (sicut nôstis) nullum ordinare clericum,
nisì qui mecum vellet manere, vt si vellet

discedere à proposito, rectè illi tollerem
clericatum, quia desereret sanctæ societatis
promissum, cœptumque consortium. Eccè
in conspectu Dei & vestro muto consilium.
Qui volunt habere aliquid proprium, qui-
bus non sufficit Deus & Ecclesia eius, ma-
neant, vbì volunt, & vbì possunt, non eis
aufero clericatum. Nolo habere hypocri-
tas. Malum enim esse quis nesciat? Malum
est, cadere à proposito: sed peius est, simula-
re propositum. Eccè dico, audite. Qui so-
cietatem communis vitæ iam susceptã, quæ
laudatur in Apostolorum Actibus, deserit, [Acto.4.g]
à voto suo cadit, à professione sancta cadit,
obseruet iudicem, * sed DEVM, non me. [*scilicet]
Ego ei non aufero clericatum. Quantum sit
periculum, ante oculos eius posui. Faciat
quod vult. Noui enim, quia si aliquem hoc
facientem degradare voluero, non ei dee-
runt patroni, non ei deerunt suffragatores
& hìc & apud episcopos, qui dicant, Quid
mali fecit? Non potest tecum tolerare istam
vitam. Extra episcopatum vult manere, de
proprio viuere. ideò non debet perdere cle-
ricatum. Ego scio, quantum mali sit profi-
teri sanctum aliquid, nec implere. Vouete, [Psal.75.]
inquit, & reddite Domino Deo vestro. Et [Eccles.5]
melius est, nõ vouere, * & non reddere. Vir- [*q vouere & non]
go etsi nunquàm fuit in monasterio, & vir-
go sacra est, nubere illi non licet, quanuìs es-
se in monasterio non compellitur. Si autem
cœpit esse in monasterio, & deseruit, & ta-
men virgo est, dimidia ruit. Sic & clericus
duas res professus est, & sanctitatem, & cle-
ricatum. Interiùs sanctitatem. Nam clerica-
tum, propter populum suum, Deus impo-
suit ceruicibus ipsius. Magìs onus est, quàm
honor. Sed quis sapiens, & intelliget hæc? [Osea.14.]
Ergò professus est societatem, professus est
communem viuendi sanctitatem, professus [Psal.132.]
est, quàm bonum & quàm iocundum sit ha-
bitare fratres in vnum. Si ab hoc proposito
ceciderit, & extrà manens clericus fuerit, di-
midius cecidit & ipse. Quid ad me? Non eũ
iudico. Si foris seruat sanctitatem, dimidius
cecidit: si intùs habuerit simulationem, to-
tus cecidit. Nolo habeat simulandi necessi-
tatem. Scio, quomodò ament homines cle-
ricatum. Nemini eum tollo nolenti mecum
communiter viuere: sed habet Deum, qui
mecum manere vult. Si paratus est pascià
Deo per Ecclesiam ipsius, non habere ali-
quod proprium, sed aut erogare pauperi-
bus, aut in commune mittere, maneat me-
cum. Qui hoc non vult, habeat libertatem:
sed videat, vtrùm habere possit felicitatis
æternitatem. Sufficiant hæc nunc interim
charitati vestræ. Quod egero cum fratribus
meis, annunciabo vobis. Spero enim bona,
quòd omnes mihi libenter obediant: nec
inuenturus sim aliquos habere aliquid, nisì
aliqua necessitate religionis, nõ occasione
cupiditatis. Quod ergò egero, post Epipha-
niam

niam charitati vestræ in Domini voluntate
nunciabo: & quomodò litem finiêro inter
duos fratres, filios presbyteri Ianuarij, non
vobis tacebo. multa locutus sum, date veniã
loquaci senectuti, sed timidæ infirmitati.
Ego, sicut videtis, per ætatẽ iã senui, sed per
infirmitatẽ corporis olìm senex fui. Tamẽ,
si Deo placet quod dixi, modò ipse det vi-
res, non vos desero. Orate pro me, vt quan-
tùm inest anima in hoc corpore, & quales-
*seruiam cunque vires suppetunt, in verbo Dei * ser-
uiant vobis. Amen.

Eiusdem Augustini sermo alius de vita & moribus clericorum. Cap. 113.

CHaritati vestræ hodiè de nobisipsis
sermo reddendus est. Quia enim, vt
1.Cor.4.b ait Apostolus, Spectaculũ facti umus smun-
do & angelis & hominibus: qui nos amant,
quærunt quod laudent in nobis: qui autem
nos oderunt, detrahunt nobis. Nos autẽ in
vtroq; medio constituti, adiuuante Domi-
no Deo nostro, & vitam nostram & famam
nostram sic custodire debemus, vt non eru-
bescant de detractoribus laudatores. Quo-
modò autẽ viuere velimus, quomodò Deo
propicio iam viuamus, quanuìs de scriptu-
ra sancta multa noueritis, tamẽ ad comme-
morandos vos, ipsa de libro Actuum Apo-
stolorum vobis lectio recitabitur, vt videa-
tis, vbì descripta sit forma, quam deside ra-
mus implere. Dum ergò recitatur, vos in-
tentissimos esse volo, vt post eius recitatio-
nẽ, quod institui, loquar, Domino donan-
te, intentioni vestræ. Et Lazarus diaconus
Acto.4.f legit: Cùm orâssent, motus est locus, in quo
erant cõgregati. Et impleti sunt omnes Spi-
ritusancto, & loquebãtur verbum Dei cum
fiducia omni volenti credere. Multitudinis
autem credentiũ erat cor vnũ & anima vna:
Et nemo, eorũ quæ possidebat, dicebat ali-
quid esse suum, sed erant illis omnia cõmu-
nia. Et virtute magna reddebãt Apostoli te-
stimonium resurrectiõis Domini Iesu, gra-
tiaque magna erat super illos. Neque enim
egens quisquam fuit inter illos. Quotquot
enim possessores prædiorum vel domorum
erant, vendentes afferebant precia illorum,
& ponebant ante pedes Apostolorũ. Distri-
buebatur autem singulis, prout cuiq; opùs
erat. Cumq; Lazarus diaconus recitâsset, &
episcopo codicẽ tradidisset, Augustinus eps̃
dixit: Et ego legere volo. Plùs enim me de-
lectat, huius verbi esse lectorẽ, quàm verbi
Acto.4.f mei disputatorem. Cùm orâssent, motus
est locus, in quo erant cõgregati. Et impleti
sunt omnes Spiritusancto, & loquebantur
verbum Dei cum fiducia omni volenti cre-
dere. Multitudinis autem credentium erat
cor vnũ & anima vna: & nemo, eorum quę
possidebat, dicebat aliquid suum esse, sed
erant illis omnia communia. Et virtute ma-
gna reddebant Apostoli testimoniũ resur-
rectionis Dñi Iesu, gratiaq; magna erat super

oẽs illos. Neq; eñ egens quisquã erat inter
illos. Quotquot eñ possessores prædiorum
vel domorũ erant, vendentes afferebãt pre-
cia eorum, & ponebãt ante pedes Apostolo-
rũ. Distribuebatur autẽ singulis, prout cuiq;
opùs erat. Cumq; eps̃ legisset, dixit: Audîstis,
quid velimus: orate, vt possimus. Cõtigit au-
tem quædã necessitas, vt hæc diligẽtiùs age-
rem. Qm̃, sicut nôstis, presbyter in nostra so-
cietate constitutus, quali societati perhibet
testimoniũ lectio, quã modò, cùm recitare-
mus, audîstis, moriẽs testamentũ fecit: quia
habuit, vndè faceret. Erat, quod diceret suũ,
cùm in ea societate viueret, vbì nemini lice-
bat dicere aliquid suũ, sed essent illis omnia
cõmunia. Si quis dilector & laudator noster
apud detractorẽ nostrũ prędicaret istam so-
cietatẽ, & diceret, Cũ epõ Augustino sic vi-
uunt oẽs cohabitatores eius, qũò scriptũ est
in Actibus Apost. cõtinuò ille detractor ca-
put mouẽs, dentẽ promouẽs diceret: Ità ve-
rè sic viuitur, qũò dicis tu? Quarè mentiris?
quarè falsa laude honoras indignos? Nõnne
ibì modò in eorũ societate positus presby-
ter testamentũ fecit, & quod habuit, qũò vo
luit, disposuit & reliqt? Certę oñia ibì sunt
cõmunia? certè nemo dicit aliquid suũ? Sub
his verbis quid ageret laudator meus? Nõne
os eius quasi plũbo oppilaret ille detractor?
Nõnne illũ laudâsse pœniteret? Nõne reue-
rentia perfusus, & illius sermõe cõfusus, vel
nobis vel testatori illi malediceret? Hęc fuit
necessitas, vt ad istã diligentiam veniremus.
Nuncio ergò vobis, vndè gaudeatis. Oñes
fratres & omnes clericos meos, qui mecum
habitant, presbyteros, diaconos, subdiaco-
nos, & Patriciũ nepotem meum tales inuẽ-
ni, quales desideraui. Sed sunt, q de sua qua-
licunque paupertate, quod statuerant, non-
dùm fecerũt: (hi duo sunt, Valẽs subdiaco-
nus, & paulò antè dictus nepos meus sub-
diaconus) & matris vita impediebat, quia
indè viuebat. Expectabatur in illo etiàm le-
gitimæ ætatis accessus, vt, quod faceret, fir-
missimè faceret. Nondùm autem fecit, quia
ipsos agellos habet cũ suo fratre cõmunes,
& sub indiuiso eos possident. Si autẽ diuisi
fuerint, cupit eos Ecclesiæ conferre, vt indè
alãtur, qui sunt in ꝓposito sanctitatis, quo-
usq; in hac vita degũt. Scriptũ est eñ, & hoc
Apostolus loquitur: quisquis autem suis & 1.Tim.5.a
maximè domesticis nõ prouidet, fidẽ dene-
gat, & est infideli deterior. Adhuc aũt man-
cipia sunt ei similiter cum fratre cõmunia,
nondùm diuisa. Disponit ea manumittere,
sed nõ potest, antequàm diuidantur. Quid
eñ ad se pertineat, adhuc ignorat. Ad ipsum
sanè, quia maior est, pertinet diuisio, & ad
fratrem eius electio. Et ipse frater eius Deo
seruit, & Subdiaconus est sub sancto fratre
meo & coëpiscopo Seuero in Ecclesia Mi-
leuitana. Hoc agitur, hoc sinè dilatione
peragendum est, vt illi seruuli diuidantur,

& manumittantur, & ſic det eccleſiæ, vt eorum excipiat alimentum. Nepos autem meus, ex quo conuerſus eſt, & mecum eſſe cœpit, impediebatur & ipſe aliquid de agellulis ſuis agere, inuita vſufructuaria matre ſua, quæ hoc anno defuncta eſt. Inter ipſum & ſorores eius ſunt quædam Chriſti adiutorio citò finienda, vt & ipſe faciat, quod ſeruum Dei decet, & quod ipſa profeſſio, & iſta exigit lectio. Diaconus Fauſtinus (ſicut penè nôſtis omnes) hîc de militia ſeculi ad monaſterium conuerſus eſt, hîc baptizatus, indè diaconus ordinatus. Sed quia exiguũ eſt, quod videtur poſſidere, ſicut Iuriſperiti loquuntur, iure, non corpore, reliquerat illud, & ab eius fratribus tenebatur, Nũquàm indè cogitauit, ex quo cõuerſus eſt, nec ipſe aliquid quæſiuit à fratribus ſuis, nec ab illo aliquid eſt quæſitum. Modò quia ventum eſt ad hunc articulum temporis, cum conſilio meo diuiſit ipſam rem, & dimidiam donauit fratribus ſuis, dimidiam eccleſiæ pauperi in loco eodem conſtitutæ. Diaconus Seuerus ſub qua DEI diſciplina & flagello ſit, nôſtis, lumen tamen non perdidit mentis. Vnam domum hîc emerat propter matrem & ſororẽ ſuam, quas de ſua patria huc deſiderabat adducere. Emerat autem non ſua pecunia, quam non habebat, ſed ex collatione religioſorum virorum, quos mihi quærẽti etiàm nominans indicauit. De ipſo non poſſum dicere, quid fecerit, aut quid diſponat. nisi quia totum & ipſe in mea poſuit voluntate, vt quicquid ipſe vellem, hoc indè fieret. Sed habet quaſdam cauſas cum matre ſua, quarum cauſarum me iudicem poſcit, vt cùm illæ cauſæ fuerint terminatæ, fiat de ipſa domo, quod ipſe voluẽro. Quid autem velle potero, Deo regente, nisi quod iuſtitia ſua iubet, & pietas poſtulat? Habet etiàm in patria ſua uliquos agellos. Diſponit eos ſic diſtribuere, vt etiàm illic in ipſo loco poſitæ pauperi largiatur eccleſiæ. Diaconus Hipponeñ homo pauper eſt, quod alicui conferat, non habet. Tamen de laboribus ſuis, antequàm eſſet clericus, emerat aliquos ſeruulos. Hodiè illos in conſpectu veſtro manumiſſurus eſt epiſcopalibus geſtis. Diaconus Heraclius ante oculos veſtros verſatur, & opera eius lucent corã oculis noſtris. De opere eius & expenſa pecunia memoriam ſancti martyris habemus. De pecunia ſua etiàm emit poſſeſſionem ex conſilio meo. nam ipſam pecuniam volebat per manus meas erogare, ſicut mihi placeret. Ego ſi pecuniæ auidus eſſem, aut neceſſitates ipſas meas, quas pro pauperibus habeo, in hac cauſa plùs curarem, pecuniam acciperem. Quarè (dicit aliquis) illa poſſeſſio, quæ ab illo empta & eccleſię donata eſt, adhuc nihil præſtat eccleſiæ? Minùs habebat ad precium, & quia mutuatus fuerat, hoc de eius adhuc fructibus redditur. Homo ſum ſenex, quantus mihi de illa poſſeſſione poteſt fructus accedere? Nũquid promitto mihi tot annos eſſe victurum, donèc ſuum precium illa perſoluat? quod ergò vix diù partibus reddit, de proximo haberem totum, ſi accipere voluiſſem. Nõ feci. Aliud attendi. Fateor enim vobis, & ipſa ſuſpecta mihi adhuc eius ætas fuit, & verebar, nè fortè, vt ſunt homines, matri eius hoc diſpliceret, & diceret inductum à me fuiſſe iuuenem, vt bona eius paterna conſumerem, & eum egentem relinquerem. Ideò volui eius pecuniam in illa poſſeſſione ſeruari, vt ſi aliquid (quod Deus auertat) aliter, quàm volumus, eueniſſet, redderetur villa, nè culparetur epiſcopi fama. Scio enim, quantùm ſit vobis neceſſaria fama mea: nam mihi ſufficit conſcientia mea. Emit etiàm ſpatium ab iſta poſteà eccleſia notum vobis: & ſua pecunia ædificauit domum, & hoc nôſtis, ante paucos dies, priuſquàm ſermonem de hac re haberem vobiſcum, eam donauit eccleſiæ. Expectabat enim, vt eam perficeret, & perfectam donaret. Fabricãdi autem domum neceſſitas illi nulla erat, nisi quia cogitauit matrem ſuam huc eſſe venturam. Si autem veniſſet, in re filij ſui habitaret. Modò ſi venerit, in opere filij habitabit. Teſtimonium ei perhibeo, pauper remanſit, ſed in charitatis poſſeſſione permanſit. Aliqui ſeruuli eius reliqui fuerant, iam quidem in monaſterio viuentes, quos tamen geſtis eccleſiaſticis manumiſſurus eſt hodiè. Nemo ergò dicat, Diues eſt: Nemo exiſtimet, nemo malè loquatur, nemo ſeipſum & animam ſuam ſuis dentibus laniet. Pecuniam nullam habet ſeruatam: vtinàm, quam debet, reſtituat. Cæteri, id eſt, ſubdiaconi, pauperes ſunt, Deo propicio, & miſericordiam Dei expectant. Vndè ipſi faciant, non habent. Nullas habentes facultates, finiẽrunt mundi cupiditates. Viuunt nobiſcũ in ſocietate cõmuni. Nemo eos diſtinguit ab illis, qui aliquid attulerũt. Charitatis vnitas præponenda eſt terrenæ cõmodo hæreditatis. Reſtant presbyteri. Sic eñ ad eos gradatim aſſcẽdere volui. Citò dixerim, pauperes Dei ſunt. nihil ad domũ ſocietatis noſtrę attulerũt, nisi ipſam, qua nihil eſt charꝰ, charitaté. Verũtamẽ qm̃ ſcio, natos fuiſſe rumores de diuitijs ipſorũ, nõ à me ad aliquid cõpellendi, ſed vobis meo ſermõe purgãdi ſunt. Vobis dico, q̃ fortè neſcitis. (Nã veſtrũm plurimi ſciũt) Presbyterũ Leporiũ, q̃uis ſeculi natalibꝰ clarũ, & apud ſuos honeſtiſſimo loco natũ, tñ iam Deo ſeruientẽ, cunctis q̃ habebat relictis, inopẽ ſuſcepi: nõ quia nihil habuit, ſed qa iã fecerat, quod lectio iſta pſuadet. nñc nõ fecit, ſed nos ſcimꝰ vbi fecit, Vnitas Chri eſt, Eccleſia vna eſt. Vbicunq; fecit bonũ opus, pertinet ad nos, vt ſibi congaudeamus. Hortus eſt vnus, vbi nôſtis, ibi monaſteriũ ſuis cõſtituit, quia & ipſi neo ſeruiunt.

unt. Ille hortus ad eccleſiam non pertinet, nec ad ipſum. Et, ad quem, dixerit aliquis? Ad illud, quod ibi eſt, monaſteriũ. Sed verum eſt, ꝙ vſq; ad hoc tempus curã pro illis ſtã gerebat, vt ſumpticulos, quibus ſuſtentantur, apud ſe haberet, & eis ipſe, vt videbatur, impenderet. Sed nè propter hoc daretur locus hominibus ſuſpiciones ſuas rodentibus, & ventrem non implentibus, hoc placuit & mihi & ipſi, vt ſic ſe illi trãſigant, quaſi iſte iam de ſeculo exiẽrit. Nunquid enim, cùm obiẽrit, ipſe illis diſpenſaturus eſt aliquid? Melius eſt, vt videat illos ibi benè conuerſantes, & regente Deo, in diſciplina Chriſti ſic viuẽtes, vt de illis tantummodò gaudeat, non eorum neceſſitatibus occupetur. Pecuniã non habet, quã ſuã dicere poſſit. Habebat xenodochium ædificandũ, quod modò videtis ædificatũ. Ego illi iniunxi, ego iuſſi. Obtemperauit mihi liberrimè, &, ſicut videtis, operatus eſt, quõ etiàm meo iuſſu baſilicã ad octo martyres fabricauit, de his, q̃ per vos Deus donauit. Cœpit enim de pecunia, q̃ data erat eccleſię ꝓpter xenodochium. Et cùm cœpiſſet ædificare, vt ſunt religioſi deſiderantes opera ſua in cælo ſcribi, adiuuerunt, ꝓut quiſque voluit, & fabricauit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo, quid factum ſit, videt. De pecunia, quia non habet, mihi credant: Dentẽ cõpeſcant, nè frangãt. Emerat de ipſa pecunia xenodochij quãdam domũ in Carraria, quam ſibi exiſtimabat propter lapides ꝓfuturam: ſed lapides eius domũs, fabricæ neceſſarij non fueruut, qm̃ aliundè ꝓuiſi ſunt. Domus ergò ipſa ſic remanſit. Penſionem pſtat, ſed eccleſiæ, non presbytero. Nemo ampliùs dicat, in domum presbyteri, ad domũ presbyteri, ante domum presbyteri. Eccè vbi eſt domus presbyteri: vbi eſt domus mea, ibi eſt domus presbyteri. Alibi non habet domum, nisi vbicunq; habet Deũ. Quid ampliùs q̃ritis? nisi quia me illud memini etiã ꝓmiſiſſe, vt ad vos pferrẽ, quid egiſſem inter duos, fratrẽ videlicet & ſororẽ, filios Ianuarij presbyteri, quia orta inter illos fuerat controuerſia pecuniaria: Sed tamen quia ſicut inter fratres ſalua (Deo ꝓpicio) charitate ꝓmiſeram audire, vt inter illos quicquid eſſet iudicandum finirem, parauerã me iudicẽ. Sed antequàm iudicarem, ipſi, quod iudicaturus eram, finiẽrunt. Non inuéni vndè iudicarẽ, ſed vndè lętarer. Acquieuerunt omninò concorditer voluntati meæ & conſilio meo, vt eſſent pares in pecunia, quã reliquit pater eorum, eccleſia renunciante. Poſt ſermonem meum locuturi ſunt homines, ſed & quodlibet homines loquantur, qualicunq; aura flante, ꝓducetur indè aliquid ad aures meas. Et ſi fuerit tale, vt ſit iterùm neceſsè nos purgare, reſpondebo detractoribus, reſpõdebo maledicis, reſpondebo incredulis, nõ vobis credentibus presbyteris ſuis, reſpondebo vt potero, quod Dñs dederit. Interim modò non eſt neceſsè, quia nihil fortè dicturi ſunt. Qui nos amant, liberè gaudebũt: qui nos oderunt, tacitè dolebunt. Tamen ſi linguas exercuerint, audiẽt, Deo ꝓpicio, vobiſcũ reſponſionem meam, non litẽ meam. Non enim homines nominaturus ſum, & dicturus, Ille hoc dixit, ille ſic detraxit, cùm fortaſsè etiàm ad me falſa, quia & hoc poteſt fieri, perferantur. Veruntamẽ q̃cunque plata fuerint, ſi opportunè videbitur, loquar indè charitati veſtræ. Ante oculos veſtros, volo, ſit vita noſtra. Scio quia q̃rentes licentiã malè faciendi, q̃runt ſibi exempla malè viuentiũ, & multos infamant, vt ſocios inueniſſe videantur. Ideò quod noſtrũ eſt, fecimus: plus, quod faciamus, nõ habemus, Nullius aliquid deſideramꝰ, nisi bona opera veſtra. Et vos exhortor, fratres mei, ſi aliquid vultis clericis dare: ſciatis, quia non debetis vitia eorũ fouere contra me. Oñibus offerte, quod vultis, offerte de voluntate veſtra. Quod cõmune erit, diſtribuetur vnicuique, ſicut cuiq; opùs erit. Gazophylacium attendite, & omnes habebimus benè. Valdè me delectat, ſi ipſum fuerit præſepe noſtrum, vt nos ſimus iumenta Dei, vos agerꝰ dei. nemo det byrrũ vel lineã tunicam, nisi in commune. De communi accipiã mihi ipſi. cùm ſciam commune me velle habere quicquid habeo. Nolo, talia offerat ſanctitas veſtra, quibus ego ſolus quaſi decentiùs vtar. offeratur mihi, verbi gratia, byrrũ precioſum, fortè decet epiſcopum, q̃uis nõ deceat Auguſtinum, i. hominem pauperem de pauperibus natum. Modò dicturi ſunt homines, quia inuéni precioſas veſtes, quas non potuiſſem habere vel in domo patris mei, vel in illa ſeculari profeſſione mea. Nõ decet. Talẽ debeo habere, qualem poſſim, ſi non habuerit, fratri meo dare. Qualem poteſt presbyter habere, qualẽ poteſt habere decenter diaconus & ſubdiaconus, talẽ volo accipere, quia in cõmune accipio. Si quis meliorẽ dederit, vẽdo, quod & facere ſoleo: vt qñ nõ poteſt veſtis eſſe cõmunis, preciũ veſtis poſſit eſſe commune. Vẽdo, & erogo pauperibꝰ: ſi aũt hoc eũ delectat, vt ego habeã, talẽ det, de qua nõ erubeſcã. Fateor eñ vobis de precioſa veſte erubeſco, qa nõ decet hanc ꝓfeſſionem, non decet hanc admonitionem, non decet hæc membra, non decet hos canos. Etiàm illud dico, ſi fortè in noſtra domo, in nña ſocietate æger eſt aliqs, vel poſt ægritudinẽ, vt neceſsè ſit eum ante horã prandij reficere, non ꝓhibeo religioſos vel religioſas mittere eis quod videtur vt mittant. Prandiũ tñ & cœnã nemo extrà habebit. Eccè dico, audiſtis. Audiunt. Qui habere voluerit propriũ, & de ꝓprio viuere, & cõtra iſta ꝓcepta noſtra facere: parũ eſt vt dicã, nõ mecum manebit, ſed nec clericus eric.

Non licuit habere ꝓpriũ, apud D. Auguſt.

erit. Dixeram enim, & scio me dixisse, vt si nollent susc̃ipere socialem vitam mecũ, nõ illis tollerem clericatum: seorsùm manerẽt, seorsùm viuerent. Quõ nõssent, Deo viuerent. Et tamen ante oculos posui, quantum mali sit à proposito cadere. Malui enim habere cæcos vel claudos, quàm plãgere mortuos. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodò ergò, quicunque voluisset extrà manere, & de suo viuere, non ei tollerẽ clericatum: ità modò, quia placuit illis, deo propicio, socialis hæc vita, quisquis cũ hypocrisi vixerit, quisquis fuerit habens proprium, non illi permitto, vt indè faciat testamentum, sed deleo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille concilia, nauiget contra me quò voluẽrit, sit certè vbi potuerit: adiuuabit me Dñs, vt vbi ego episcopus sum, ille clericus esse non possit. Audistis, audiẽrunt. Sed spero in Deum nostrum & misericordiam eius, quia sicut dispositionem meam istã hilariter acceperunt, sic eam purè fideliterq; seruabunt. Dixi, aliquid suum non habere presbyteros cohabitatores meos, inter quos est & presbyter Barnabas: sed & de illo audiui quædam fuisse iactata, ante omnia, quia emit villam à dilecto & honorabili filio meo Eleusino. Hoc falsum est. Monastẽrio donauit ille, nõ vẽdidit. Ego sum testis. Quid ampliùs quæratis, ignoro. Ego sum testis. Donauit ille, non vendidit. Sed dum non creditur donare potuisse, creditus est vendidisse. Beatus homo qui tam bonum opus fecit, vt non crederetur. Tamen vel modò credite, & detractores audire libenter definite. Iam dixi, Ego sum testis. Dictum est de illo, q̃ anno ꝓposituræ suæ per industriam debita fecerit, vt dum ego volo reddi debita, darem illi poscendi fundum Victorianeñ licentiã, tanq̃ dixisset mihi, vt reddam debita mea, da mihi in decem annos fundum Victorianensem. Et hoc falsum est. Sed fuit, vndè rumor nasceretur. Fecit debita reddenda. A nobis sunt partìm reddita, vndè potuerunt. Remansit aliquid, quod non debebatur, etiàm monasterio illi, quod per ipsum Deus instituit. Cùm ergò remansisset, cœpimus quærere, vndè debitũ redderemus. Ad conductionẽ ipsius fundi nullus accessit, nisì 40. solidorũ offerens pensionẽ. Sed vidimus fundũ ampliùs posse dare, vt celeriùs debitũ redderet. Et commisi fidei eius, vt de ipsa conductione lucra non requirerent fratres: sed quicquid daret fundus, de ipsis fructibus imputarent ad debitũ. Fide agitur: Paratus est presbyter, vt aliũ cõstituam, qui de fructibus fratribus debitũ reddat. Ex numero vestro sit aliquis, cui hoc cõmittam, ex numero ipsorũ, qui ad nos talia ptulerunt. Sunt enim in vobis homines religiosi, qui eum rumorem falsò reprehensum esse doluerũt, & tũ crediderũt factum.

Ex ipsis ergò aliqs veniat ad nos, susc̃ipiat possessionẽ eius, oẽs fructꝰ precij suis fideliter vẽdat, vt reddi possit faciliùs, quod debeẽ, & hodiè recedit indè cura presbyteri. Locus etiã ipse, vbì monasteriũ constitutũ est à memorato honorabili filio meo Eleusino, ipsi presbytero Barnabæ donatus est. Anteq̃ ordinaretur presbyter, in ipso loco monasterium instituit: sed tñ quia nomine ipsius donatus erat locus, mutauit instrumenta, vt nomine monasterij possideatur. De fundo Victorianeñ ego rogo, ego hortor, ego peto, vt si quis religiosus est, fide agat, & exhibeat ecclesiæ istã operã, vt citò debitum reddã. Quòd si nemo de laicis fuerit inuentus, ego ꝓpono aliũ, iste illucnõ accedet. Quid vultis ampliùs? Nemo laceret seruos Dei, quia non expedit lacerantibus. Seruis Dei quidẽ merces falsis detractionibus crescit, sed crescit pœna etiàm detrahẽtium. Non sinè causa dictum est: Gaudete & exultate, q̃n detrahũt de vobis dicentes falsa, quia merces vestra magna est in cælis. Nolumus cum detrimento vestro magnam habere mercedem. Minùs ibì habeamus, & tñ vobiscũ ibì regnemus. Amen. Quia ergò constat, sanctã ecclesiã ꝑdictorum patrum exempla sequi debere, quorũ noscitur documentis post aliqua instituta vbertìm coruscare, debent non solùm plati, imitando, verùm etiã subditi obsequẽdo vsquequaq; studere, qualiter eorum exẽplis & doctrinis parentes, ad felicitatis gaudia, quò illi pceſserunt, valeant puenire. Q̃n sicut hi, qui eorum veris doctrinis & exẽplis summa deuotione obediunt: æternis gaudijs inferuntur, ità nimirùm ea sectari nolentes, æternis supplicijs mancipantur. Memoratas itaq; sanctorum patrũ sententias, quibus ordo clericalis ad benè viuendũ instruitur, sedulò plegãt, & diligẽter ptractet, quisquis canonicã professus est vitam. Quas cùm benè perscrutatus fuerit, patenter inueniet, q̃ illi non eneruiter, sed religiosè viuendum sit.

Quæ præcepta specialiter monachis, quæ generaliter cæteris conueniant Christianis. Cap. 114.

PRopter quorundam simplicium verba, qui religiosis & eruditis viris se admonentibus ac redarguentibus plerunq; obijcere solent, solos monachos scripturarum sanctarum præcepta obseruare debere: operæprecium duximus, quædam euangelica atq; apostolica q̃, breuissimè ad mediũ deducere ꝑcepta, vt hæc huiuscemodi imperiti homines audientes, hisque auré cordis accommodantes, intelligant, quæ sibi, q̃ monachis conueniat obseruare præcepta. Qui enim mente & corpore vult cõtemnere seculum, & pauper sequi Christũ, audiat ipsum dicẽtem in euãgelio: Si vis perfectus esse, vade, vende oñia quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me. Et iterùm: Oĩs qui reliquerit domum, aut fratres, aut patrem, aut matrẽ, aut agros propter me: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ad discipulos autem: Vos, inquit, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes 12, iudicantes 12 tribus Israel. Hæc & huiusmodi præcepta, solis specialiter congruunt monachis: & quãtò singularia, tantò & præcipua. Dicit etiàm idem Saluator generaliter omnibus: Omnis qui venit ad me, & non odit patrẽ suum, & matrem, & vxorem, & filios, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et iterùm: Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Et iterùm: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Et iterũ: Oñia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et iterùm: Attẽdite, nè iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem nõ habebitis. Item: Attendite vobis, nè fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Item: Dico autem vobis, non resistere malo: sed si quis percusserit te in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Itẽ: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit, racha, reus erit concilio. Qui dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Item: Nolite iurare neque per cælum, neq; per terram: sit autem sermo vester, Est Est, Non non. Item: Omne verbum ociosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Item: Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Item: Si peccauerit in te frater tuus, dimitte ei septiès. Et non solùm septiès, sed vsque septuagiès septiès. Item: Si non remiseritis hominibus de cordibus vestris, nec pater vester cælestis dimittet vobis peccata vestra. Item: Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et cuidam diuiti: Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mandata. Idem: Non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui. Honora patrem & matrem. Et cuidam legis doctori, interroganti quod esset maximum mandatum in lege, ait: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximũ & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Paulus quoq; Apostolus ait: Qui diligit proximum, legem implevit. Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces rem proximi tui, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Item idem: Patientes estote ad oñes. Videte nè quis malũ ꝓ malo alicui reddat, sed semper, quod bonũ est, sectamini in inuicèm, & in oñes. Hæc est eñ volũtas Dei. Oñia autẽ probate, quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Item idem: Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiã, libidinem, concupiscentiã malam, & auaritiam. Item idem: Nunc autẽ deponite & vos iram, indignationẽ, malitiam, blasphemiam. Et turpis sermo de ore vestro non procedat. Item idem ipse: Induite vos viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, modestiam, patientiã, supportantes inuicèm. Itẽ idem: Nolite mentiri inuicèm. Item idem: Si consurrexistis cum Christo, q̃ sursùm sunt, q̃rite. Item idẽ: Estote inuicèm benigni, misericordes, donantes inuicèm, sicut & Deus donauit vobis. Itẽ idẽ: Oñis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum oñi malitia. Item idẽ: Fornicatio, & omnis immunditia, aut auaritia, non nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium aut scurrilitas. Item idẽ: An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, Deus non irridetur. Quia neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neque rapaces regnum Dei possidebũt. Item idẽ: Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non habet hæreditatẽ in regno Christi & Dei. Item idem: Imitatores meĩ estote, sicut & ego Christi. Item idem: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sinè qua nemo videbit Deum. Item idem ad Timotheum: Discedat (inquit) omnis ab iniquitate, qui nominat nomen Dñi. Apostolꝰ quoq; Iohãnes ait: Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo sunt: quia si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Item idem: Qui dicit se in Christo manere, debet, quomodò ille ambulauit, & ipse ambulare. Item idem ipse: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Iacobus Apostolus ait: Quicunq; voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei cõstituitur. Multa quidem & innumera legalia, prophetica, & Euangelica atque Apostolica poterant proferri documenta, quibꝰ infatigabiliter atq; inexcusabiliter deuotio famulari debet Christiana: sed propter eos, quos suprà memorauimꝰ, hæc pauca breuiter adnumerare studuimus, qui insipienter asserunt, solos monachos arctam sectari debere

Ephe. 5. b
1. Thess. 5. c
Coloss. 3. a
Ibid. b
Coloss. 3. b
Ibid. a
Ephe. 4. g
Ibid. d
Ephe. 5. a
1. Cor. 6. b
Ephe. 5. b
1. Cor. 4. d
11. a
Heb. 12. d
2. Tim. 2. c
1. Iohan. 2. b
Ibidẽm a
1. Ioan. 3. c
Iacob. 4. b

bere viam,cùm vtiquè Dominus arctam &
anguſtam viam dicat eſſe, quæ ducit ad vi-
tam,& nemo,niſi per eam,in vitam ingre-
di poſſit æternam.Non ſolùm igitur mona-
chis & clericis, verùm etiàm omnibus, qui
Chriſtiano cenſentur vocabulo, per hanc
arctã & anguſtam intrãdum eſt viam. Quid
Matt. 5.g enim arctiùs,q̃ id, quod p̃cipitur, Diligite
Ibidèm. f inimicos veſtros: &, Nolite reſiſtere malo:
Ibidèm c. &,Qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio:
&,Qui viderit mulierem ad concupiſcendã
Ibidèm. d eam,iam mœchatus eſt eam in corde ſuo?Et
cætera talia.Hæc quippe arcta, ſed ſaluber-
rima ſunt:& quanto arctiora,tanto potiora
& eminentiora. Oportet itaque omnes, qui
iuxta Apoſtolum in Chriſto baptizati ſu-
Rom.6.a mus,Chriſtumq́; induimus, in nouitate vi-
tæ ambulare, ſemperq́ue ante oculos po-
nere pactum, quod cum Domino in bapti-
ſmate fecimus, vbì abrenunciauimus ſata-
næ & omnibus pompis eius, & omnibus
operibus eius. Quod pactum tunc irritum
fit,cùm in fide quis permanendo,vitijs,aut
(à fide exorbitando)idolorum cultibus,aut
hæreſum erroribus implicatur. Quia ergò
Sap.9.c (ſicut ſcriptum eſt)corpus quod corrumpi-
tur,aggrauat animam, & deprimit terrena
inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ,& fra-
gilitas humana poſt baptiſmi gratiam pec-
catorum ſordidatur illecebris, eademq́ue
peccata,baptiſmatis iteratione nequaquàm
deleri poſſunt:neceſsè eſt,vt pœnitentię la-
mentis,& eleemoſynarum largitionibus,&
cæteris bonorum operum executionibus,
quàm celerrimè deleri procurẽtur. Et quia
vnus eſt pater noſter & magiſter & Domi-
nus,vna fides, vnum baptiſma, vna mater
ſancta Eccleſia, inſtanter & vigilanter ab
omnibus certandum eſt,quanquàm diuer-
ſorum donorum modis curratur, qualiter
vnà ad ſanctam & ſupernam Hieruſalẽ ma-
trem noſtram tendamus,quô ſinè fine cum
Domino viuere mereamur.Illud quoq; ſci-
endum,quia quanto quiſque ſe in præſenti
ſeculo pro Chriſti amore abiectiorem fece-
rit,tanto magìs in futuro feliciorem remu-
nerationem percipiet.

Quòd canonica inſtitutio euangelica & apoſtolica authoritate fulta,cæteris ſuperemineat inſtitutionibus. Cap. 115.

QVia euidenti authoritate liquet, ca-
nonicã inſtitutionum p̃ſtare cæteris
inſtitutionibus: debẽt, neceſsè eſt,
qui huius profeſſionis cenſentur nomine,
procurare, qualiter iu ſemetipſis eandẽ in-
ſtitutionem vita & moribus exornent, po-
tiùs quàm dehoneſtent:qm̃ qui tãtæ autho-
ritatis inſtitutione pollent,& ſe alijs imita-
biles p̃ſtare debent,verendũ eſt,nè ſi(quod
abſit)à p̃poſito exorbitauerint, regno Dei
indigni fiant. Quanq̃ enim canonicis, quia
in ſacris canonibus illis prohibitum non le
gitur,liceat linum induere, carnibus veſci,
dare & accipere, proprias res & Eccleſiæ cũ
humilitate & iuſtitia habere, quod mona-
chis,qui ſecundùm regularem inſtitutionẽ
arctiorem ducunt vitam,penitùs inhibitum
eſt:tamen in cauendis vitijs & amplectẽdis
virtutibus,eorum & monachorum diſtare
non debet vita.Monachi nanque, qui euã-
gelicum præceptum ſequentes, diſtractis
atque renunciatis patrimonijs, ſua Chriſto
dedêre,meritò de facultatibus eccleſię ſub-
ſidium accipiunt temporale, vt quia tanto
mentis deſiderio cæleſtia appetunt, ſic in
hac peregrinationis via ſumptibus domi-
nicis ſuſtententur,quatenùs ad ea,quę con-
tempſerunt,minimè redire qualibet neceſ-
ſitatis cauſa compellantur.Et quia nihil ſi-
bi proprium reliquerunt, manifeſtum eſt,
illos copioſiùs eccleſiæ ſumptibus,quàm ca
nonicos, qui ſuis & eccleſiæ licitè vtuntur
rebus,indigere. Vnuſquiſque enim (vt ait 1.Cor.7.
Apoſtolus) proprium donum habet à Deo.

Quid ſint res Eccleſiæ. Cap. 116.

RES eccleſiæ, ſicut à ſanctis patribus
traditur, & in ſuperioribus capitulis
cõtinetur,vota ſunt fidelium, precia pecca-
torum, & patrimonia pauperum. Fideles
nanq; fidei ardore, & Chriſti amore ſuccẽ-
ſi, ob animarum ſuarum remedium, & cæ-
leſtis patriæ deſiderium, ſuis proprijs facul
tatibus ſanctam locupletem fecerunt eccle-
ſiam,vt his & *milites Chriſti alerentur, & *miniſtri
eccleſiæ exornarentur,pauperes recrearen-
tur,& captiui pro temporum opportunita-
te redimerentur. Quapropter vigilanti ac
ſolerti cura prouidendum eſt his, qui eius
facultates adminiſtrant, nè eas in ſuos ſo-
lummodò vſus conuertant,ſed magìs iuxta
poſſibilitatem rerum, Chriſto famulantiũ,
immò eorũ in quibus Chriſtus paſcitur &
veſtitur,curã gerere penitùs non negligant.
Sed & ſententia B. Hieronymi non ſolùm
p̃latis,ſed etiàm cæteris, qui rebus vtuntur
eccleſiæ,vigilãter perpẽdenda eſt,qui ità in
commentario Matthæi Euãgeliſtæ ait: Oẽs Matth.
igitur qui ſtipendijs templi,& his quæ con-
feruntur ad vſus Eccleſiæ,abutuntur in ali-
js rebus, quibus ſuã expleant voluntatẽ, ſi-
miles ſunt ſcribarũ & ſacerdotũ,redimenti-
um mendaciũ & Saluatoris ſanguinẽ. Ergò
res Eccleſiæ, pauperibus & militibus Chri
ſtipendiariæ debẽt intelligi. Vndè totis ni-
ſibus prælatis ſatagẽdum eſt, vt ſanctorum
patrum dictis & exemplis obſequentes, de
rebus commiſſis(vt p̃termiſſum eſt) & ſub-
ditos gubernent, & pauperes foueãt, cun-
ctiſq́; vtilitatib⁹ ac neceſſitatib⁹ eccleſiæ fi-
deliter adminiſtrãdo cõſulãt, quaten⁹ de fi-
deli adminiſtratiõe ab ipſo, cui⁹ miniſtri eſ-
ſe noſcunt,ineffabiliter remũerari mereant.

Quòd diligenter munienda ſint clauſtra canonicorum. Cap. 117.

PRæpoſitorum officij eſt, vt ſubditorũ
mentes, ſanctarum ſcripturarũ lectio-
ni-

nibus aſſiduè muniant, nè lupus inuiſibilis
aditum inueniat,quo ouile Domini ingre-
di,& aliquam ouium ſubripere valeat. Et
quanquàm ab his hoc inſtantiſſimè ſpiri-
taliter fieri oporteat, neceſsè eſt tamen, vt
clauſtra in quibus clero ſibi commiſſo ca-
nonicè viuendum eſt, firmis vndiquè cir-
cundent munitionibus, vt nulli omninò
intrandi aut exeundi, niſi per portam, pa-
teat aditus.Sint etiàm interiùs dormitoria,
refectoria,cellaria, & cæteræ habitationes,
vſibus fratrum in vna ſocietate viuentium
neceſſariæ. Qui verò hæc,quæ p̃miſſa ſunt,
iuxta quod poſſibilitas ſuppetit, agere re-
nuerit:impar minuſq́ue idoneus ad cætera
eccleſiaſtica officia peragenda habendus
eſt.Et quanquàm diuina vltione ſit dignus,
ſynodali tamen eſt ſententia feriendus.

Vt in congregandis canonicis modus diſcretionis ſit tenendus. Cap. 118.

CAuendum ſummoperè præpoſitis Ec
cleſiarum eſt,vt in Eccleſijs ſibi com-
miſſis non plures admittant clericos, quàm
ratio ſinit,& facultas eccleſiæ ſuppetit, nè
ſi indiſcretè & extraordinariè plures aggre-
gauerint,nec ipſos gubernare, nec cæteris
eccleſiæ neceſſitatibus,vt oportet, valeant
adminiculari. Sunt nanq; nonnulli vanam
gloriam ab hominibus captãtes,qui nume-
roſam clericorum congregationem volũt
habere,cui nec animæ,nec corporis curant
ſolatia exhibere: Hi nanque taliter aggre-
gati,dum à prælatis ſtipendia neceſſaria nõ
accipiunt,neque canonicum ſeruant ordi-
nem,nec diuinis officijs inſiſtunt, clauſtra
ſocietatemq́ue cæterorum relinquentes,
efficiuntur vagi & laſciui,gulæ & ebrieta-
ti & cæteris ſuis voluptatibus dediti, quic-
quid ſibi libitum eſt,licitum faciunt.Proin-
dè præpoſitis ſolerter prouidendum eſt, vt
in hoc negocio modum diſcretionis tene-
*plures ant,ſcilicet vt nec *plus, quàm oportet, &
poſſibilitas eccleſiæ ſuppetit,in congrega-
tionem admittant:nec eos,quos rationabi-
liter gubernare poſſint, cauſa auaritiæ ex-
cludant.

De his,qui in congregatione ſibi commiſſa ſolummodò ex familia eccleſiæ clericos aggregant. Cap. 119.

SVnt nonnulli, qui tantùm ex familia ec-
cleſiaſtica clericos in ſibi commiſſis cõ-
gregant eccleſijs.Et hoc ideò facere viden-
tur,vt ſi q̃n eis aliquod incommodum fece-
rint,aut ſtipendia opportuna ſubtraxerint,
nihil querimoniæ contra ſe obijcere præ-
ſumant, timentes ſcilicet, nè aut ſeueriſſi-
mis verberibus afficiãtur, aut humanæ ſer-
uituti denuò crudeliter addicãtur.Hoc au-
tem non ideò dicitur, vt ex familia eccleſiæ
probabilis vitæ in congregatione non ſint
admittendi,præſertim cùm apud Deum nõ
ſit perſonarum acceptio: ſed potiùs, vt p̃-
pter, quam intulimus, occaſionem nullus
p̃latorum, ſecluſis nobilibus, viles tantùm
in ſua congregatione admittant perſonas.

Qui clerici in congregatione canonica conſtituti, eccleſiaſtica accipere debeant ſtipendia. Cap. 120.

QVia ſanctorum patrum ſuprà notatę
ſententiæ,docent clericos non diui-
tiarum ſectatores eſſe, nec res eccleſiarum
inofficioſè accipere debere:non ab re puta-
uimus,nonnulla exempla libri Proſperi ad De vita cõtemp. lib. 2. cap. 10.
medium exempli cauſa deducere,in quibus
ità legitur:Qui eccleſiæ ſeruiunt,& ea, qui-
bus opùs non habent, aut libenter accipi-
unt, aut exigunt, nimìs carnaliter ſapiunt.
Item ibì:Satìs quippe indignum eſt,ſi fide-
lis & operoſa deuotio clericorum, propter
ſtipendium ſeculare præmia ſempiterna cõ-
temnant.Item ibì: Si propter hoc non vult
ſua quiſque relinquere,vt habeat vndè vi-
uat:vt quid accipit, vndè rationem reddat?
vt quid peccatis alienis ſua multiplicat?His
igitur & cæterorum ſanctorũ patrum dictis
diligenter animaduerſis, ſtudeant, neceſsè
eſt,clerici,in accipiendis eccleſiaſticis ſum-
ptibus ſuum vitare periculum. Proindè qui
& ſuas & eccleſiæ habent facultates, & vti-
litatem Eccleſiæ aut interiùs aut exteriùs
conferunt,accipiant in congregatione cibũ
& potum & partes eleemoſynarum, & his
contenti ſint,nè plus accipientes,pauperes
grauari videantur, perpendentes ſententiã
Proſperi,qua dicitur: Qui ſua poſſident, & De vita cõtemp. lib. 2. cap. 11.
dari ſibi aliquid volunt, ſinè grandi pecca-
to ſuo,vndè pauper victurus erat,non acci-
piunt.Hi verò, qui nec ſuis rebus abundãt,
nec eccleſiæ habent poſſeſſiones, & magnã
vtilitatem eccleſiæ conferunt, accipiant in
canonica congregatione victum & veſtitũ
& eleemoſynarum partes, quia de talibus
ità in libro Proſperi ſcribitur: Clerici, quos De vita cõtemp. lib. 2. cap. 12.
pauperes aut voluntas aut natiuitas fecit,in
congregatione viuentes,neceſſaria vitę ac-
cipiant:quia ad ea accipienda non eos ha-
bendi ducit cupiditas,ſed cogit viuendi ne-
ceſſitas.Porrò ſi tales fuerint, qui nec ſuas
nec eccleſiæ velint habere poſſeſſiones,ho-
rum neceſſitatibus prouidentiſſima guber-
natione de facultatibus eccleſiæ debẽt ſub-
uenire prælati, attendentes illud Proſperi: De vita cõtemp. lib. 2. cap. 9.
Qui habet (inquit) aliquid Eccleſiæ, cum
omnibus nihil habentibus commune ha- *Quod habet (inquit) eccleſia
bet.Sed & illorum curam nihilominùs ge-
rere debent, quos aut infirmitas aut ſene-
ctus aggrauat, quos etiàm conſtat olìm in
vtilitatibus Eccleſiæ deſudâſſe.

Vt in congregatione canonica æqualiter cibus & potus accipiatur. Cap. 121.

SOlet in pleriſque canonicorum congre-
gationibus irrationabiliter atque indiſ-
cretè fieri,vt nonnulli clerici,qui in diuiti-
js affluunt,& aut parùm aut nihil vtilitatis
eccleſię conferunt,maiorem cæteris diuinũ
ſtre-

strenuè peragentibus officium, annonam accipiant, cùm hoc ità fieri debere, nusq̃, nec in authoritate scripturarum, nec in traditionibus sanctorum patrum, possit quoquo modo sancitum reperiri. Sed quia huiuscemodi factum nulla authoritate fulcit̃, sed magìs gulæ, immò auaritiæ causa constat esse inolitum, restat, vt falce iustitię resecetur, & æquitatis censura ab eisdem locis, in quibus fit, prorsùs abdicetur. Est nẽpe rationabile, iustumq́; coram Deo & hominibus, vt in vnaquaq; canonica congregatione à minimo vsque ad maximum, cibum & potum omnes æqualiter accipiant, hi etiàm videlicet, qui propter aliquam vtilitatem, in numero canonicorum fuerint admissi. Quanquàm enim plerique subditorum à prælatis, rebus quibuslibet alijs plùs cæteris meritò soleant honorari, in hac tamen societate, seclusa personarum acceptione, vna debet cibi & potûs æqualitas esse.

De mensura cibi & potûs. Cap. 122.

ILlud congruentissimè & rationabiliter tenendum esse censuimus, vt in singulis locis, in quibus socialiter canonicè Domino militatur, panem & pulmentum, & eleemosynarum partes æqualiter canonici accipiant. Et quanquàm decẽtissimum foret, vt similiter æquè potum acciperent, non tamen id æqualiter in omnibus locis nec ecclesiarum diuersissimę facultates, nec terrarum qualitates, nec euentuum sinunt fieri posse varietates. Vndè necessarium duximus, vt in hoc negocio modum discretionis tenendum describeremus. Quapropter communi voto communiq́ue consensu sacro conuentui statuere placuit, vt omĩbus locis, maioribus scilicet & minoribus, accipiant singuli canonici per singulos dies quatuor libras panis. In locis verò, vbì maiores facultates sunt Ecclesiæ, verbi gratia, tria aut quatuor, aut certè octo, & eo ampliùs millia mansi, si eadem regio vini ferax fuerit, accipiant per singulos dies quinque libras vini, si tamen sterilitas impedimento non fuerit temporis. Si verò vinifera plenè non fuerit, tres libras vini & tres ceruisiæ: & si penitùs vini ferax non fuerit, accipiant libram vini, & quinque libras ceruisiæ. In mediocribus enim locis, mille aut mille quingentos, vel certè duo millia mansos habentibus, si regio (vt præmissum est) vini ferax fuerit, quatuor libras vini. Et si plenè vini ferax non fuerit, duas libras vini, & tres potûs ex diuersis materijs confecti. quòd si etiàm vinifera minimè fuerit, quatuor libras memorati potûs, & libram vini accipiant. Porrò in minoribus locis ducentos aut trecentos mansos habentibꝰ, accipiãt duas libras vini. Quòd & si eadem regio, vt iam dictum est, vineis caruerit, tribuantur eis tres libræ ceruisiæ: & si facultas suppetit, libra vini. Licèt in nonnullis prouincijs copia desit vini, satagendum est tamen prælatis, vt ex circuniacentibus viniferis prouincijs vinum habeant. Quoniam quanquàm in plerisque regionibus vineæ non sunt, abundat tamen sancta Dei Ecclesia, Domino attribuente, aliarum rerum copijs, è quibus industria prælatorum ex alijs prouincijs vinum adipisci, sibiq́ue & subditis iuxta facultatem pocula conferre possunt. In locis igitur, vbì permodicæ sunt res Ecclesiæ, aut fortè quorundam abstractu valdè attenuatæ: pauci numero, magni tamen constituantur officio, quibus saltem præmissa minor mensura sinè difficultate dari possit. Diebus verò festis, sicut moris est Ecclesiæ, iuxta quod meliùs prælati possunt, fratribus cibum potumq́; ministrent. In his itaque locis, vbì fortè nonnulli prælati, piorum prælatorum imitantes exemplum, magìs subditis dare soliti sunt: nullatenùs bonum, quod faciunt, omittant: sed & sicut ob æternam retributionem magìs subditis supererogare libuerit, hilariter quod poterit tribuat. Sin autem, nullatenùs mensuram prædictam absque ineuitabili causa eis subtrahat. Quandò igitur tẽpus sterilitatis vini extiterit, sicut crebrò peccatis præpedientibus euenire solet, & p̃lati, quantùm debent, dare vinum canonicis nequiuerint, id, quod dederint, sic discretè & temperatè distribuant, vt omnes communiter *contententur. Non autem id murmurantes, sed magìs cum gratiarũ actione, quod dari potest, accipiant, & socialiter in sancto proposito perseuerent. Idcircò prospicere sibi debent canonici, vt vinũ aut quemlibet alium potũ, in eleemosyna datum, in communi recondãt cellario, quatenùs imminente huiuscemodi sterilitatis tempore, suis eo suffragentur communiter necessitatibus. Non tamen eis propter hoc à prælatis potus debitus penitùs subtrahatur, si est, vndè detur. Qui verò & suis & ecclesiæ abundant rebus, instante sterilitatis tempore, eis, quos pauperes pascit Ecclesia, suis facultatibus cum charitate & humilitate suffragari procurent, vt iuxta Apostolum frater fratrem adiuuet, & ambo consolentur. Non tamen ob id se superbiẽdo extollãt, quia (sicut in lib. Prosperi legit̃) nõ se debent huiuscemodi inani iactantia p̃ferre his, quos nihil habẽtes pascit ac vestit Ecclesia. Illud intereà semper caueant p̃lati, nè id, quod dare debent, aut possunt, qualibet dissimulatione aut tenacitate subditis subtrahant, nè paupertatis occasione compulsi, per diuersa vagari, aut turpibus se implicare negocijs cogãtur, & relicto ecclesiastico officio incipiãt indisciplinatè viuere, & p̃prijs voluptatibus deseruire. Et prælati, qui eis necessaria largiẽdo, à Domino remunerari poterant, districtè & seuerè iudicẽtur. Dent quippe eis pulmentũ, iuxta quod vires suppetunt, & loca eis congrua attribuant, in quibus nutrimina fiant, vndè necessaria pulmenta habeant, exceptis his, quæ de ecclesiæ villis vel oblatiõibus fidelium accipiunt. Habeant itaque ijdem canonici hortos olerũ, vndè cum cæteris additamẽtis aliquod pulmẽtum quotidiè in refectorio sibi vicissìm ministrent. Propter diuersitates nanque & inęqualitates mensurarũ, quæ apud plerosque non æquè secundùm Domini legem, sed secũdùm vniuscuiusq; prouinciæ vsum habentur, mensuram cibi & potûs ponderis ratione canonicis dandam esse censuimus. Et hoc ideò, quia cùm huiuscemodi mensuræ diuersissimæ & inæquales soleant haberi, publicum tamen pondus prouincijs, ciuitatibus, metallisq́; inditum, nihil diuersitatis aut inæqualitatis pati debet, quatenùs sicut idem pondus æquum permanet, ità etiàm eadem mensura æquè illis tribuatur. Nouerint tamen generaliter omnes, libram non ampliùs q̃ duodecim vncijs constare debere.

** eo vilam* (margin note)

Rom. 15. g (margin note)

Quòd à prælatis gemina pastio sit subditis impendenda. Cap. 123.

SOlerter prælatis satagẽdum est, vt eos, quibus præsunt, verbis & exemplis ad benè viuendum informent: fixoq́ue corde tenẽdum, nè eos quasi proprios, sed vt Domini sui gregem, tractare meminerint, iuxta illud quod Petro dicitur: Si diligis me, pasce oues meas. Meas, inquit, non tuas. Et hoc ideò dicimus, quia sunt nonnulli, qui oues Christi, nõ amore Christi, sed suæ vel gloriæ, vel dominationis, vel quæstûs gratia, pascunt. Sed & hoc vigilanter perpendere debẽt, quòd eadem pastio gregis Dominici, non vniformi, sed multimoda est solicitudine gerenda: scilicet, quia & terrena subsidia diligenter illis præbere, & exẽpla virtutis simul cum verbo prædicationis debent solicitè impendere. Quapropter studeat vnusquisque prælatus, vt familiæ Christi annonam spiritualem carnalemq́ue fideliter subministret, vt effici mereatur ille euangelicus seruus, de quo dicitur: Fidelis seruus & prudens, quẽ constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Ergò sicut subditis necessaria corporis tribuunt, ità nihilominùs studere debent, vt ijdem religiosissimè ordinem canonicum seruẽt, & pręlatis suis ac magistris honorem debitũ humiliter impendant: vt Horis canonicis diuinum officium deuotissimè expleant: intùs forisq́ue non solùm habitu & actu, sed etiàm ipso incessu inrepræhensibiles existant: vt non ocio vacent, non vaniloquio inseruiant, non detractionibus & cæteris vitiorum illecebris incumbant, sed potiùs aut orationi, aut lectioni, aut quibuslibet ecclesiæ, aut certè proprijs vtilitatibus vacent, aut etiàm doctrinis sanis, & diuersarum artium erudiantur disciplinis, ità videlicet, vt nullus in congregatione inutilis aut ociosus existens, stipendia ecclesiæ inofficiosè accipiat: vt quotidiè ad collationem veniant, vbì & hanc institutionem & aliarum scripturarum sanctarum lectiones perlegant, & pro admissis veniam postulẽt, & sententiam pro qualitate admissi suscipiant: vbì etiàm de communi profectu & vtilitate ecclesiæ pertractent, & omnes in dormitorio, nisì quem infirmitas aut senectus id facere prohibuerit, dormiant. Item in refectorio quotidiè vnà reficiantur, nisì fortè quem necessitas abesse compulerit, & hoc non sinè licentia magistri fiat. Illis quoquè comedentibus, & silẽtium religiosè tenentibus, cõtinuatìm legatur lectio, & ab eis intentissimè audiatur, & vicissìm in refectorio & cæteris communibus necessitatibus sibi fraternitatis officio seruiant, & nullus foràs, nisì per licentiam, egrediatur. Egressus quoquè, nullum de se detractioni locum det, sed magìs imitabilem se cunctis exhibeat. Hanc igitur geminam pastionem, prælati sibi cõmissis ouibus impendere instanter p̃curent, vtpotè pro animabus eorum Domino rationem reddituri, quatenùs eas pastori omnium Christo, videlicet summo pontifici, secum in tremendi examinis die inlæsas præsentantes, non cum reprobis & diuina vltione feriendis damnentur, sed potiùs cum electis pastoribus perpetua felicitate à Domino remunerentur.

Ioan. vlt. c (margin note) — *Matt. 24. d* — *Luce 12. c* (margin notes)

Vt canonici sicut in cæteris, ità etiàm in cultu vestium modum teneant discretionis. Cap. 124.

QVærere potiùs Dominum cultũ cordis, quàm corporis, euidẽtibus scripturæ sanctæ patet indicijs. Proindè canonicis totis viribus elaborandum est, vt & indumenta virtutum habeant interiùs, & per immoderatum cultum caueant dehonestare religionis dignitatem exteriùs. Quantùm etiàm à superfluo & immoderato cultu vestium se compescere debeant, multis sanctorum patrum documẽtis perdoceri potest. Dicit enim beatus Hieronymus in epistola ad Eustochiũ: Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura est de vestibus, si benè oleant, si pes laxa pelle nõ folleat: crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant, & nè plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia. Tales (inquit) cùm videris, sponsos magìs existimato, quàm clericos. Et beatus Gregorius: Nemo, inquit, existimet, in fluxu atq; studio preciosarum vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti sui asperitate laudâsset. Si cultus vestium

Cuius epistolę principium est, Audi filia. (margin note)

Homil. 6. in Euangelica. (margin note)

ſtium culpa non eſſet, nequaquàm Petrus Apoſtolus per epiſtolam fœminas à precioſarum veſtium appetitu compeſceret, di-
Eſt 1.Ti.2. cens: Nõ in veſte precioſa. Penſandum nobis ſummoperè eſt de cultu veſtium, quæ culpa ſit, hoc etiã viros appetere, à quo curauit paſtor eccleſiæ & fœminas prohibere. Quapropter oportet canonicos ſanctarum ſcripturarum authoritati parére, ſanctorumque patrum documenta vigilanter perpendere, vt humilitatem quam corde geſtant, actu, habitu, inceſſu, ipſa etiã equitatione religioſiſſimè demonſtrent, pluſq; velint ſancta conuerſatione, eximijſq; moribus, quàm ornatu veſtium, fulgere. Si enim more coniugatorum in ſe ornandis nitore veſtiũ, phaleris equorum, cæteriſq; humanæ vanitatis rebus abuſi fuerint, ſcilicet vt ſe ſimilibus vti debere contendãt, in quo eorum conuerſatio à laicorũ diſtare videbitur? Decet porrò, vt eorum talis ſit veſtium cultus, qui occaſione vanitatis careat, & nihil nouitatis, nihil ſuperfluitatis redoleat, nihilque repræhenſionis aut detractionis habeat. Nõ enim ſpecialiter præſumi debet ab aliquo, quod non generaliter teneatur ab omnibus, id eſt, nec plùs iuſto cultior veſtis, nec inſolita atque deformis: quia in vtroque illorum aut electiõis, aut certè ſimulationis noxa pateſcet. Inter vtrunque enim, virtus diſcretionis moderatiſſimè tenenda eſt. Quæ pleniſſimè in vita beati Auguſtini, in laudem illius pro-
Cap. 22. lata, ità legitur: Veſtis eius & calceamenta vel lectualia, ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimiùm, nec abie-
* quia his cta plurimùm: *quibus plerique vel iactare ſe inſolenter homines ſolent, vel abijcere, ex vtroque nõ quæ Ieſu Chriſti, ſed quę ſua ſunt, quærentes. At iſte beatus (vt dixi) medium tenebat, neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinans.

Vt canonici cucullas monachorum non induant. Cap. 125.

Reprehenſibilem & eccleſiaſtica emẽdatione dignum, apud pleroſque canonicos inoleuiſſe comperimus vſum, eò quòd contra morem eccleſiaſticum cucullas, quibus ſolis monachis vtendum eſt, induant: cùm vtiquè illorum habitum penitùs vſurpare non debeant, à quorum propoſito quodammodò diſtant: quia ſicut & indecens eſt, vt arma militaria more laicorum geſtent, ità nimirùm inhoneſtum eſt & valdè indecorũ, vt alterius propoſiti in-
Habitus diuerſus ſingulorũ ordinum quarè. dumenta ſibi imponant. Habitus nanque ſingulorum ordinũ, idcircò in Eccleſia ab inuicèm diſcreti ſunt, vt his viſis, cuius ꝓpoſiti ſit geſtans, vel in qua profeſſiõe Domino militet, liquidò cognoſcatur. Nam & Domini lege vir muliebrem, & mulier vi-
Deut. 22. rilem prohibetur induere veſtem, ſcilicet, vt vterque ſexus ſibi conuenienti veſte incedat. Sicut enim turpe eſt, virum veſtem muliebrem, & mulierem veſtem virilẽ induere: ità valdè indecorum eſt, canonicum veſtem monachicam induere, niſi tamen cum veſte etiàm propoſitum voluerit aſſumere. Et quia huiuſcemodi vſus nulla authoritate approbatur, ſed potiùs ab his, qui ſanum ſapiunt, meritò repræhẽditur & repudiatur, oportet vt abhinc, nè fiat, penitùs inhibitum ſit.

Qua authoritate horæ canonicæ celebrentur, quas ſcire ac religioſè obſeruare canonicos oportet. Ex Iſidoro. Cap. 126.

Horam tertiam & ſextam & nonam, Daniel & tres pueri ſupplicatiõibus deuouerunt, ſcilicet, vt ab ortu diei in tempus ſupplicationis tres horæ porrectæ, Trinitatis nobis reuerentiam declararent, pariliter à tertia ad ſextam, atque indè ad nonam, per paria lucis interualla ratis dimenſionibus terminata, Trinitas ter in die rogata coleretur. Illud etiàm occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, quòd ſpiritusſanctus hora tertia, hoc eſt, ſuo loco & numero & tempore, deſcẽdit ad terras, impleturus gratiam, quam Chriſtus promiſit. Nam & ſexta hora Chriſtus paſſus, in nonã patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim ſacramento legitimis ad precem temporibus, per ternas horas Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur: & ſi computetur diurna celebritas, per quaternarium vſque in veſpertinum officium, hoc eſt, quater ternis ſignificatur: quia mundus quadrifariò diuiſus, in Trinitate ſaluatur. Siquidem & in nocte ſtatiões & vigiliæ militares, in quatuor partes diuiſæ, ternis horarum ſpatijs ſecernũtur, vt & in ipſis nocturnis mundialibuſq; officijs, Trinitatis myſterium veneretur.

De Veſpertinis. Cap. 127. *Ex Iſidoro.*

Veſpertinũ diurni finis officium, diurnæ & alternę lucis occaſus eſt, cuius ex veteri teſtamento ſolennis celebratio eſt. Deniquè hoc tempore veterum ſacrificia offerri, adolerique altario aromata & thura, mos erat. Teſtis eſt hymnidicus ille, regio ac ſacerdotali perfunctꝰ officio, dicens: Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinũ. In nouo quoq; teſtamento eo tempore Dominus & Saluator noſter, cœnantibus apoſtolis myſterium ſui corporis & ſanguinis initiò tradidit, vt tempus ipſum ſacrificij, veſperũ oſtẽderet ſeculi. Proindè in honore ac memoria tantorum ſacramentorum, his temporibus adeſſe nos decet Dei conſpectibus, & perſonare in eius cultibus, orationũ noſtrarũ illi ſacrificium offerẽtes, atq; in eius laudibus pariter exultantes. Veſperum autem

tem nominatur à ſidere, quod Veſper vocatur, & decidente ſole exoritur. De quo
Iob 38.d propheta dicit: Et veſperũ ſuper filios hominum conſurgere facis.

De Completorio. Cap. 128. *Ex Iſidoro.*

Iſidorus de officijs li. 1. ca. 2. De completis autem celebrandis, id etiàm in patrum inuenitur exemplis,
Pſal. 131. Dauid propheta dicente: Si aſſcendero in lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donèc inueniã locum Domino, tabernaculũ Deo Iacob. Quis non ſtupeat, tãtam in Dei amore animi deuotionem, vt ſomnum ſibi, ſinè quo vtiquè corpora humana deficiunt, penitùs interdixerit, donèc locum ac templum Domino fabricandũ in pectore ſuo rex & propheta reperiret? Quæ res nos debet fortiter admonere, vt ſi ipſi locus Domini eſſe volumus, & tabernaculũ eius aut templum cupimus haberi: inquãtùm poſſumus, exẽpla ſanctorum imitemur, nè de nobis dica-
Pſal. 75. tur, quod legitur: Dormiêrunt ſomnũ ſuũ, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.

De Matutinis. Cap. 129.

De Matutinorũ antiquitate & authoritate, teſtis eſt idem Dauid prophe-
Pſal. 62. ta, dicens: In matutinis meditabor in te,
Pſal. 118. quia fuiſti adiutor meus. Et alibì: Pręuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Caſſianus autem dicit: Matu-
De Inſtitut. cœnobiorum li. 3. cap. 4. tinæ ſolennitatis officio nouo adhuc tempore inſtituto, primitùs in Bethleem monaſterio, vbì Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro redemptiõe ſalutis ex virgine naſci dignatus eſt, ſicq; ex illa per vniuerſum mundum eiuſdem celebrationis inualuit conſuetudo. Diluculo autem proindè oratur, quòd reſurrectio Chriſti celebretur. Matutina autem luce radiante, Dominus & ſaluator noſter ab inferis reſurrexit, qñ cœpit oriri fidelibus lux, quæ moriente Chriſto occiderat peccatoribus. Siquidem & eo tempore cunctis ſpes futuræ reſurrectionis creditur, cùm iuſti & omnes ab hac temporaria morte, quaſi à ſopore ſomni reſurgentes, euigilabunt.

De vigiliarũ antiquitate. Cap. 130.

Iſidorus de officijs li. 1. ca. 22. Antiqua eſt vigiliarum deuotio, familiare bonum omnibus ſanctis. Eſaias deniquè propheta exclamat ad Dominum, dicens: De nocte vigilat ſpiritus meus ad te
Eſa. 26. Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram. Item Dauid & regio & prophetico ſan-
Pſal. 118. ctificatus vnguento, ità canit: Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Hoc nanque tempore vaſtator angelus trãſiens, primogenita Aegyp-
Exo. 12. d tiorũ ꝑcuſſit. Vndè & nos vigilare oportet, nè periculo Aegyptiorũ admiſceamur. Iiſdem etiàm horis venturũ ſe eſſe, in euangelio Saluator aſſeruit: vndè & ad vigilandum auditores ſuos exuſcitans, dicit: Beati ſerui illi, quos, cùm venerit, Dominus inuenerit vigilantes. Matt. 12. d Et ſi veſpertina (inquit) hora venerit, & ſi media nocte, & ſi in Lucæ 12. c galli cantu, & inuenerit eos vigilantes, beati ſunt ſerui illi. Itaque & vos eſtote parati, quia neſcitis, quã hora filius hominis vẽturus eſt. Siquidem nec verbis ſolùm docuit vigilias, ſed etiàm confirmauit exemplo. Nam teſtatur euangelium, quia erat Ieſus pernoctans in oratione DEI. Paulus Acto. 16. d quoquè & Silas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, vincti dixiſſe memorantur: vbì repentè terræmotu facto, & concuſſis carceris fundamẽtis, & ianuæ ſpontè apertæ, & omnium vincula ſunt ſoluta. Vndè oportet his horis pſallendi, orandique frequentiam nos in ſanctis habere officijs, finemque noſtrum, vel ſi aduenerit ſub tali actu, expectare ſecuri. Eſt autem quoddã genus hæreticorum, ſuperfluas exiſtimantium ſacras vigilias, & ſpiritali opere infructuoſas, dicentium iura temerari diuina, qui noctem fecit ad requiem, ſicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco ſermone, Nyctazontes, hoc eſt, ſomniculoſi vocantur.

Vt horas canonicas canonici religioſè obſeruent. Cap. 131.

Studeant ſummoperè canonici prædictas horas vigilantiſſima cura cuſtodire, & in his diuinum officium humiliter ac deuotè perſoluere. Mox enim, vt datũ fuerit ſignum, feſtinatò omnes ad Eccleſiam conueniant. Quam nõ pompaticè, vel inhoneſtè vel incompoſitè, ſed cum reuerentia & Dei timore ingrediantur. Nec cũ baculis in choro, exceptis debilibus: ſed religioſiſſimè illis ſtandum & pſallendum eſt. Sunt etenim quidam clericorum, qui in ſecularibus negocijs & diſceptationibus penè totum infatigabiliter deducũt diem, & mox in eccleſiam ad diuinum officiũ peragendum vt intrauerint, ità fatigari videntur, vt nec orationi vacare, nec ad pſallendum ſtare queant: ſed potiùs ſedentes, nõ diuinis, ſed vanis ſolent inſtare loquelis: & ſecularia verba, & (quod dictu nefas eſt) turpia & obſcœna inuicẽ proferũt. Oportet nanque, vt ab his qui id faciunt, & ab illis qui eos fortè imitari volunt, iſte execrabilis vſus radicitùs euellatur: quia ſecundũ Matt. 21. b Domini ſententiam, domus eius, domus orationis vocanda eſt. Omnes igitur ab ocioſis ſermocinatiõibus auditum pariter caſtigent & linguam: in eccleſia cum timore & veneratione ſtantes, aut orent, aut cãtent, aut audiant. Verba verò turpia ac liuida & ſecularia nec ipſi proferant, nec alios

pferre sinãt: quinimmò laudes deo in cõmune persoluentes, pro suis populorumq;, quorum oblationibus viuunt, delictis Dominum exorent. 1. Tim. 2. a Debent quoquè, iuxta Apostolum, primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones ab omnibus hominibus, pro regibus & omnibus, qui in sublimitate sunt cõstituti, vt quietam & tranquillam vitã agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim, Ibidem b inquit Apostolus, bonum est & acceptum corã saluatore nostro deo. Caueant etiàm, nè pro requie sibi in locis diuino cultui mancipatis cõcessa, ocio torpeant: sed magis in persoluendis diuinis laudibus promptiores ac deuotiores existant, vt per hanc quietem benè operantes, ad eam, quæ fine caret, peruenire valeant. Qui verò has horas frequẽtare, & in his (vt dignum est) cæleste neglexerit officium persoluere, digna inuectione corripiatur, vt & ipse emendetur, & cæteri timorẽ habentes, huiusce modi negligentiam caueant. Sed quoniã aliud est ex toto omittere, aliud pigrè occurrere: qui segniter aut tardè ad matutinum, aut aliud quodlibet diuinum obsequium peragendum occurrerit, dignũ est, vt non cum alijs in choro, sed omnium vltimus (vt certè erubescere discat) in loco huiusce modi negligentibus à prælatis constituto, stet: foris verò nullatenùs remanere præsumat, nè ocio & fabulis vacet, & à DEI laudibus penitùs alienus existat. Custodes præterea ecclesiæ, harum horarum distinctiones benè nõrint, vt scilicet signa certis temporibus pulsent. Luminaria verò cum omni diligentia concinnanda prouideant, sitq; eorum studij, vt nihil de sibi commissis rebus ecclesiæ pereat.

Quòd cantantibus & psallentibus Domino, angelorum assint præsidia. Cap. 132.

1. Co. 14. c PSallentium in ecclesia Domino mens, cõcordare debet cum voce, vt impleatur illud Apostoli: Psallam spiritu, psallam & mente: quoniam quanùs vbiquè dominum per potẽtiam diuinitatis nouerimus esse, præcipuè tamen eum, cùm diuino assistimus officio, per gratiam nobis credimus adesse. De qua re venerabilis Beda presbyter in expositione euangelij Lucę, ità dicit: Beda in expositione Lucę. Non latet, angelos crebrò electis inuisibili adesse præsentia, vt eos vel ab hostis callidi defendant insidijs, vel maiori cęlestis desiderij gratia sustollant, Apostolo attestante, Heb. 1. d qui ait: Nónne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis? Maximè tamen angelici nobis spiritus adesse credõdi sunt, cùm diuinis specialiter mãcipamur obsequijs, id est, cùm ecclesiam ingressi, vel lectionibus sacris aurem accommodamus, vel psalmodiæ operam damus, vel orationi incumbimus, vel etiàm Missarum solennia celebramus. Vndè ait propheta: In conspectu angelorum psallam tibi. Nec dubitare licet, vbi corporis & sanguinis Dominici geruntur mysteria, supernorum ciuium ad. esse conuentus. Vndè studendum solerter est, vt cùm ecclesiam, vel ad diuinæ laudis debita soluenda, vel ad agenda Missarum solẽnia, intramus, semper angelicæ præsentiæ memores, cum timore & veneratione competenti cæleste compleamus officium, nè si (quod absit) id negligenter, aut inhonestè vel tepidè expleuerimus, & ad perficiendum pigri aduenerimus, in sentẽtiam, qua dicitur, Maledict⁹ homo, qui opus Dei fecerit negligenter, miserabiliter labamur. Ergò solerti industria nobis obseruãdum est, nè quid in ecclesia Dei ineptũ, nè quid peruersum, nè quid indecens, aut cogitatione, aut actibus, aut verbis perpetremus: quatenùs & conspectu Domini digni efficiamur, & Dominus ad nos veniens, non quod cõdemnet in nobis, sed potiùs, quod remuneret, inueniat.

Quales ad legendum & cantandum in ecclesia constituendi sunt. Cap. 133.

TAles ad legendum, cantandum & psallendum in ecclesia constituantur, qui non superbè, sed humiliter debitas Domino laudes persoluant: & suauitate lectionis ac melodiæ, & doctos demulceãt, & minùs doctos erudiant: plusq; velint in lectione vel cantu populi ædificationem, quàm popularem vanissimam adulationem. qui verò hæc doctè peragere nequeunt, erudiantur priùs à magistris, & instructi hæc adimplere studeant, vt audientes ædificent.

Qui sit modus correptionis. Cap. 134.

QVanquàm contemptores canonicarum institutionum, episcopali præcipuè iudicio plectendi sint, qua pœna (vt ait B. Augustinus) in ecclesia nulla maior esse potest: demonstrandum tamen est, qualem cæteri prælati, qui illis dignitate inferiores esse noscuntur, in locis sibi commissis, in quibus canonicè viuitur, erga subiectos quosque delinquentes, & ea quæ propriè ad eorum propositum pertinent, obseruare nolentes, adhibere debeãt correptionis modum. Sed quia omnis ætas, vel vniuscuiusque intelligentiæ capacitas, proprias debet habere mensuras: & iuxta modum culparum, mensura extẽdenda est correptionum: & hæc omnia iurè pendent in prælatorum iudicio, quo & discretissimè temperanda sunt, necesse est, vt ijdem prælati circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum, scilicet, vt adhibita magnæ discretionis cura, quod cuique congruat, quódve conueniat, adhibeant. Hoc summoperè perpendentes, vt iuxta quantitatem vulnerum, exhibeant fomenta curatio-

rationum, quatenùs nec alteri dent, quod noceat, nec alteri subtrahant, quod iuuat. Omissis igitur his, quorum ætati delinquẽti parcendum non est, sed potiùs (iuxta Salomonem) eorum latera, nè indurescant, Eccl. 30. b virgis assiduè tundenda sunt: qualiter erga cæteros delinquentes, iuxta authoritatem diuinam & sanctorũ patrum exempla traditionesque id fieri oporteat, strictim breuiterque ostendatur. Si quis frater in congregatione canonica constitutus, horas canonicas frequentare neglexerit, ecclesiaq; non religiosè, sed pompaticè vel incompositè intrauerit, & opus Dei negligenter executus fuerit, ad collationem venire distulerit, obedientiã à magistris sibi iniunctam agere recusauerit, in legendo vel cãtando, vel in cæteris ecclesiasticis disciplinis iuxta vires studium non exhibuerit: ad Missam non necessitate, sed vitio tardè occurrerit: è claustris sinè licentia exierit: per licẽtiam verò egressus, extra constitutum siue placitum moras fecerit: in plateas ire, aut in biuijs residere tentauerit: in dormitorio aliquid indecens aut inhonestum, verbis aut actibus perpetrauerit: alicubi, nisi in dormitorio, cum cæteris absque causa ineuitabili dormire præsumpserit: fratribus charitatis officio obedièter seruire neglexerit: discordiam, quam (dicente scriptura) Pro. 6. c Dei anima detestatur, inter fratres seminauerit: & huic institutioni contumax, aut superbus, aut murmurans seu in aliquo contrarius extiterit, cæteraque huiusce modi agere tentauerit: hic primò secundùm nomini præceptum non solùm semèl, aut secundò ac tertiò, quinimmò crebriùs admoneatur: Et si his admonitionibus non cesserit, publica obiurgatione corripiatur. Quòd si & his renisus fuerit, cęteris sibi alimentis interdictis, pane tantùm, vsque ad dignam satisfactionem, vtatur & aqua. Si verò nec sic se correxerit, separetur à mensa, & à societate fratrum in choro psallentium remoueatur: & seorsùm in loco, huiusce modi negligẽtibus à prælatis constituto, stare cogatur, vt saltem rubore sequestrationis emendetur. Deindè si his modis Prou. 18. a & 19. c correptus, incorrigibilis extiterit, & ætas permiserit, quia (iuxta Salomonis vocem) stultus verbis non corrigitur, congrua ei verberum adhibeatur castigatio, quibus vtpotè filius verberetur: quatenùs (secundùm beati Gregorij sentẽtiam) qui iubentis verba non audiunt, verberibus admoneantur: vt ad bona desideria pœnę trahãt, quos præmia non inuitant. Cæterùm si talis fuerit, quem aut ætas aut qualitas personæ verberari non siuerit: publica obiurgatione, & ieiuniorum continua afflictione, & sequestrationis rubore huiusmodi corripiatur, vsque dum digna pœnitentiæ satisfactione veniã consequatur. Si verò vterq;, & qui flagellatur, & quę flagellari ætas aut qualitas personæ prohibent, adhuc incorrigibiles extiterint, sit locus intra claustra canonicorũ, sicut multis in locis noscitur esse, quo ad tempus retrudantur, & secundùm modũ culpæ castigẽtur: vt iuxta Apostolum, traditi satanę in interitũ carnis, spiritus saluus sit in die Domini. 1. Cor. 5. b Quòd si etiã tot saluberrimis admonitionibus & castigationibus necdùm paruerint, fiat eis ab omni congregatione communis oratio, vt à Domino sanentur. Postremò, si inemendabiles & incorrigibiles apparuerint, nè per plures eorum dira serpant contagia, necesse est, vt à cæterorum societate (vtpotè oues morbidæ) secreti, ante præsentiã deducãtur episcopi, vt ab eo canonica authoritate publicè damnentur. Si verò quis in collegio canonicorum culpam criminalem admiserit, huic nulla est dãda dilatio, quin aut sponte pœnitentiam pro admisso crimine gerat: aut si id agere resultauerit, coram episcopo deducatur, vt ab eo publica mulctetur pœnitẽtia. Meminisse enim oportet Cant. 6. a rectores, quia columba est in diuinis scripturis Ecclesia appellata, quæ nõ vnguibus lacerat, sed alis piè percutit. Vndè etiàm illis summoperè obseruandum est, vt (sicut præmissum est) iuxta modum culparum & personarum atq; ætatum, omninò ipsa temperata sit correptio, vt nec vitium desidiæ inolescat, nec correptio mãsuetudinis modum excedat: nè (vt ait beatus Maximus) aut solutior lenitas conniuentiam prębeat peccanti, aut immoderata seueritas, à lapsu non reuocet delinquentem. Sed & hoc illis nihilominùs cauendum est, nè errata delinquẽtium, alicuius rei liuore feriant: sed potiùs (vt ait beatus Augustinus) sint criminum persecutores, & hominum liberatores. Oderint vitia, diligãt homines. Oderint, quod instinctu diaboli ingestum est: diligant, quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum, & virgam: baculum videlicet, quo aliorum viriũ imbecillitates spiritaliter sustententent: virgam verò, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. Delinquẽtibus intereà & excõmunicatis fratribus nequaquàm debent cæteri fratres fauere, aut eos suis adulationibus decipere, aut eorum errata defendere: sed potiùs opem ferre, vt æquitatis censura districtè corrigantur.

Vt erga pueros, qui nutriuntur vel eruditur in congregatione canonica, instantiss. ma sit adhibenda custodia. Cap. 135.

SOlerter rectores ecclesiarum vigilare oportet, vt pueri & adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur vel eruditur, ità iugibus ecclesiasticis disciplinis corrigantur, vt eorum lasciua ętas & ad peccandum valdè procliuis, nullum

possit reperire locũ,quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemodi custodiendis & spiritaliter erudiendis, talis à prælatis constituendus est vitæ probabilis frater,qui eorum curã summa gerat industria, eosq; ità arctissimè constringat, qualiter ecclesiasticis doctrinis imbuti, & armis spiritalibus induti,& Ecclesiæ vtilitatibus decenter parére,& ad gradus ecclesiasticos quandoq; dignè possint promoueri. Libuit prætereà ob ædificatiònem cógruã, & instructioné negocij de quo agitur,quãdam sanctorum patrum sententiam huic operi inserere, quæ ità se habet: Prona est omnis ætas ab adolescentia in malũ. Nihil incertius,quàm vita adolescentiũ. Ob hoc constituendum oportuit, vt si quis in clero puer est,aut adolescentes existunt, omnes in vno conclaui atrij commorentur: vt lubricæ ætatis annos nõ in luxuria,sed in disciplinis ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori,quem & magistrum doctrinæ,& testem vitæ habeant, &c. His ità præmissis,oportet vt probatissimo seniori pueri ad custodiendum,licèt ab alio erudiantur,deputentur. Frater verò,cui hęc cura committitur,si eorum curam parui penderit,& aliud,quàm oportet, docuerit, aut eis in aliquo cuiuslibet læsionis maculam ingesserit,seuerissimè correptus, ab officio amoueatur: & fratri alij id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet,& ad opus bonũ peragendũ excitet. Genes.8.d

Vt omnes canonici ad Completorium veniant. *Cap.* 136.

EXpletis,religiosissimo obsequio horis competentibus, diurnis officijs, ab omnib⁹ canonicis, dato signo,deuotissimè ad Cõpletorium celebrãdum veniendũ est. Quo completo,oportet, vt non epulis, non potationibus,vanisq; inseruiãt loquelis:sed his penitùs postpositis, humiliter & honestè dormitorium petant. Et nequaq̃ duo in vno, sed singuli in singulis lectis quiescant. Lucerna quoq; in eodem dormitorio noctis tempore iugiter ardeat. Nihil deniquè inhonestum aut indecens in dormitorio geratur ab aliquo, nec quispiã aliquem inquietare præsumat,nec ad verba inutilia & ociosa prorũpere cogat. Huius verò capituli contemptor,specialiter à prælatis & magistris seuerissimè corripiatur.

De cantoribus. *Cap.* 137.

STudendũ summoperè cantoribus est, nè donum sibi diuinitùs collatum, vitijs fœdent:sed potiùs illud humilitate, castitate & sobrietate,& cæteris sanctarũ virtutum ornamentis exornent:quorum melodia animos populi circunstantis ad memoriam amoremq; cælestium, non solùm sublimitate verborum,sed etiàm suauitate sonorum,quæ dicuntur, erigat. Cantorem autem,sicut traditũ est à sanctis patribus, & voce & arte præclarum, illustremq; esse oportet,ità vt per oblectamenta dulcedinis,animos incitet audientium. Cantores itaq; non propter donum sibi collatum, se cæteris superbiendo præferant,sed humiliter socios exhibeant. Et prouidendum est illis,quandò temperatè,quãdóve submissè diuinum agatur officium:scilicet,vt secundùm numerum clericorum & officij qualitatem,cantum protendant,& voces moderentur cæterorum. Sonum etiàm vocalium literarum benè atq; ornatè perstrepãt. His verò, qui huius artis minùs capaces sunt, donèc erudiantur,meliùs conuenit vt sileant,q̃ cantare volẽdo quod nesciunt, aliorum voces dissonare compellant. Psalmi nanq; in ecclesia nõ cursìm & excelsis atq; inordinatis seu intemperatis vocibus sed planè ac dilucidè & cũ compunctione cordis recitentur:vt & recitantium mens,illorũ dulcedine pascatur: & audientiũ aures, illorũ pronũciatione demulceantur: quoniam quanuìs cantilenæ sonus in alijs officijs excelsa soleat edi voce, in recitandis tamẽ psalmis huiuscemodi vitãda est vox. Constituantur prætereà seniores fratres, probabilioris scilicet vitæ,qui tempore statuto vicisìm *cum cantorum schola sint: nè hi,qui discere debent, aut ocio vacent, aut inanibus & superuacuis fabulis instẽt. Si verò cantores superbi extiterint, & artem,quam diuinitùs adiuti didicerint,alijs insinuare renuerint, grauiter ac seuerè iudicentur,vt emendati atq; correcti, talentum sibi à Deo collatum,alijs erogare procurẽt. Huiuscemodi aũt correptionis modus erga eos,qui quarumlibet artiũ disciplinis eruditi sunt,& de talento sibi diuinitùs collato,magìs se alijs superbiendo præferre,quàm id cum charitate insinuare gestiunt,à prælatis obnixè tenendus est.

Psalmi cantandi. *for. sic.

Quales vice prælatorum in congregatione canonica fungi debeant. *Cap.* 138.

OPortet ecclesiæ prælatos, vt de congregatione sibi cõmissa tales eligant boni testimonij fratres, in quib⁹ onera regiminis securè possint partiri. Quibus etiã talem cõferant potestatem, vt vice illorum fungentes,& inobedientes canonica censura corripere,& obedientes hortando ad meliora valeant prouocare. Non enim cõstituendi sunt personaliter, aut eo ordine, quo in collegio fratrum admissi sunt: sed secundùm vitæ meritum,& spiritualiũ donorum prærogatiuam:qui & in congregatione assidui sint, & fratrum curam peruigili studio gerant:& sicut alios præcedunt magisterio, ità nimirùm innocentis vitæ informent exemplo, vt iuxta Apostolum, exemplo sint cæteris in verbo, in cõuersatione,in charitate,in fide, in castitate,&c. qui etiàm si prioratûs sui causa intumesce- 1. Tim. 4.

re cœperint, & curam fratrum nihili penderint:si crebrò admoniti, incorrigibiles extiterint, à monasterio propellãtur, alijq; in loco illorũ, qui id strenuè peragere possint, substituantur.

De præpositis. *Cap.* 139.

QVanuìs omnes,qui pręsunt,pręposití ritè dicantur: vsus tamen obtinuit, eos vocari præpositos,qui quandam prioratûs curam sub alijs prælatis gerunt. Hi tamen,qui iuxta hunc morem pręposití vocãtur, tales & tam strenui à prælatis sunt constituendi, qui & vitæ probabilis sint, & ea,quæ sibi iniuncta sunt, fideliter humiliterq; expleant. Et pro eo,quòd alijs prælati sunt, nequaquàm paruipendant canonica instituta:sed quanto plùs implicãtur in fratrum curis, tãto magis studeant cælestibus obtemperare monitis. Debent igitur cunctæ cõgregationi præpositi, esse vtiles,& de ministerio commisso fideliter prodesse. Ea verò,quę fratribus dare debent,cũ charitate tempore opportuno incunctanter præbeant,quatenùs à Domino de fideli administratione gradum bonum acquirãt. Erga huiuscemodi verò delinquẽtes,& obediẽtiam sibi cõmissam benè non administrantes,modus superiùs compræhensus,tenendus est.

Qualis sit cellerarius constituendus. *Cap.* 140.

DEbet procurare pręlatus,vt fratribus cellerarium nõ vinolentũ vel violẽtum,non superbum,nõ tardum,nõ prodigum,sed moribus honestũ ac Deum timẽtem constituat:qui & stipendia fratrum fideliter seruet, & diligẽti cura administret, & in administrãdo nullatenùs fratres contristet. Cui etiàm pistrinũ fratrũ cõmittendum est, vt illud ità vigilantissima cura custodiat, nè ministri ibidèm deputati annonam fratrũ aut furtìm subripiẽdo, aut alio quolibet modo negligenter viuendo dissipent. Hi verò famuli,eligantur de fidelissima Ecclesiæ familia: & his officijs diligẽter erudiantur, vt scilicet & pistoria arte,& fidei puritate necessitatibus fratrũ opportunissimè valeãt suffragari. Eadẽ quoquè forma de cocis seruanda est. Inutiles deniquè atq; inobedientes cellerarij, secundùm superiùs cõpræhensam sententiam iudicent.

Cui committi stipendia pauperum debeant. *Cap.* 141.

Hospitalitas sectanda. Matt. 25.c

EVangelicis atq; apostolicis instruimur documentis, in colligẽdis hospitibus ante omnia dari debere operam, vt meritò de nobis à Dño dicatur: Hospes fui,& collegistis me, &c. Proindè oportet, vt prælati Ecclesiæ, præcedentium patrum exempla sectantes, aliquod præparent receptaculũ, vbi pauperes colligãtur, & de rebus Ecclesię tantùm ibidèm deputent, vndè sumptus necessarios,iuxta possibilitatem rerum, habere valeant,exceptis decimis, quæ de Ecclesiæ villis ibidèm conferuntur. Sed & canonici tam de frugibus, q̃ etiàm de omnibus eleemosynarum oblationibus, in vsus pauperũ decimas libẽtissimè ad ipsum cõferant hospitale. Et boni testimonij frater cõstituatur, qui hospites & peregrinos aduentantes, vtpotè Christũ in membris suis suscipiat, eisq; necessaria libenter pro viribus administret. Qui etiàm ea, quæ in vsus pauperum cedere debent, nequaquàm in suos vsus reflectat, nè cũ Iuda loculos Domini furante, sententiã damnationis excipiat. Sed & prælatorũ debet vigilare industria, nè eum,cui hospitale cõmittitur, pauperum res pauperibus deputatas, in aliquo minuere, aut his quasi beneficiario munere concessis sinant vti: quod à prælatis quibusdam, curam pauperũ paruipendẽtibus, fieri cõperimus. Clerici nanq;,si alijs temporibus nequeunt, saltem Quadragesimæ tempore pedes pauperum in cõpetenti lauent hospitali,iuxta illud Euangelicum: Si ego Dñs & magister vester, laui vobis pedes: quãto magìs vos debetis alter alterius lauare pedes? Et cætera. Quapropter expedit,vt in competenti loco hospitale sit pauperum,vbì perfacilis ad illud veniendi cõuentus fieri possit fratrum. Quòd si is, cui hospitale cõmissum est, curam pauperum neglexerit, eorumq; res in suos vsus retorserit: quanquàm diuina vltione dignus sit, seueriùs tamen,quàm cęteri delinquentes, à præpositis iudicandus, & à ministerio remouẽdus est. Nec immeritò: quippe qui & precia peccatorum, & alimenta pauperum, & thesaurum cælo recondendũ,suis (quod fas non fuit) aptauit vsibus.

Ioan. 13.

Pedes pauperum lauandi.

Ioan. 13.b

De infirmorum ac senum fratrum cura. *Cap.* 142.

QVanuìs canonicis proprias licitũ sit habere mãsiones, debet tamẽ à prælato mansio infirmorũ & senum intra claustra canonicorũ fieri, vt qui suã fortè nõ habent, in eadem suam possint aptissimè tolerare imbecillitatem, quatenùs ibidèm & subsidijs ecclesiasticis,quibus indigent, & fratrũ adminiculis misericorditer sustententur. Erga quos oportet,vt cæteri fratres magnam exhibeant charitatem, scilicet vt eis cõpatiendo subueniant, & assiduis visitationibus & scripturarũ sanctarũ consolationibus, necnõ & propriarum rerum facultatibus adminicula necessaria præbeant, vt impleatur in eis illud euangelicum: Infirmus fui,& visitâstis me. Matt. 25.d

Qualiter porta canonicorum custodiatur. *Cap.* 143.

ELigatur, necesse est,à prælato ex congregatione sibi cõmissa frater proba-

 bilis

bilis vitæ, cuius officij sit, portā canonicorum cum summa obedientia & humilitate competenti tempore claudere ac reserare, vt nulli per eam, nisi per licentiam, aditus pateat intrandi aut exeundi. Cui etiàm obseruandū est, nè quibus cordi est plùs ocijs vacare, quàm diuinis obsequijs incubare, foràs euagandi locum præbeat, & eorū nugarū, quod nefas est, particeps fiat. Debet prætereà aduenientes quosq; cum charitate suscipere, & Priori aduentū eorum, causamq; nunciare. Expleto nanq; vespertino & completorio officio, obseratisq; portis, claues earum idem portarius ei, qui vicem prælati tenet, ferat, vt nulli horis incompetentibus intrandi aut exeundi maneat facultas. Quas etiàm ab eodem in crastinum tempore accipiat cōstituto. Si verò inobediens atq; proteruus idem repertus fuerit portarius, sicut de alijs ministris negligentibus superiùs dictum est, iudicetur.

Vt claustra canonicorū diligenter custodiātur.
Cap. 144.

OPortet claustra canonicorū ità diligenter custodiri, vt grex Dominicus fraterna concorditer fruat pace. Et si quēlibet prælatus, aut qui eius vice fungit, aut fortè quilibet alius spiritualis frater, intra claustra quippiam inhonestè agentem, aut extra in biuijs, aut in plateis ocio vanisq́ cōfabulationibus vacantē repererit: primò secreta admonitione eū corripiat, & post, si necesse fuerit, coram fratribus idem negligens acriùs iudicetur, vt deincèps emendatus, in melius proficiat. Fœminis nanq; nō solùm in mansionibus & claustris canonicorum prandēdum aut requiescendum nō est: quin potiùs nec in ea intrandi, excepto in Ecclesiam, vltrà tribuenda facultas: quia valdè hoc à sanctis patrib⁹ legitur inhibitū. Si qd verò charitatis officio illis attribuēdum est, extra claustra cōstituatur locus in quo id accipiant. Qui verò secùs, q̄ præmissum est, agere tētauerit: ità seueriter à prælatis & à magistris corrigatur, vt cæteris, nè quid tale agere pertētent, exemplo correptionis sibi exhibitæ, terrorem incutiat.

Epilogus breuiter digestus.
Cap. 145.

QVanq̄ à sanctis patribus in superioribus huius libelli partibus satis sit dilucidatū, qualiter clerici viuere debeāt, adeò vt qui hæc, quæ superiùs cōprehensa sunt, sedula meditatione perlegerit, perspicuè in his reperire valeat, qualis ei⁹ debeat esse fidei deuotio, actuum morumq́; exornatio, ac diuinorum cultuū executio: propter plerosq; tamen simplices, minusq́; capaces, hæc strictim breuiterq́; replicanda, perneccssariū duximus, vt qui hæc aut legere, aut fortè ab alijs lecta, plenè intelligere nequiuerint, vtanī hac defloratiuncula, vtpotè calatho, diuersorū florū vernātium nectare referto, & discant, quid illis agendum, quídve vitandū sit. Legalibus interea instítutis, & euangelicis saluberrimis monemur præceptis, vt Dñm Deum nostrum totis præcordijs diligamus, & proximum tanq̄ nosipsos. Et cętera. Si igitur ab omnibus fidelibus, his salutiferis præceptis, totis nisibus est fauendum: quāto magìs ab hīs, qui diuinis cultibus mancipati sunt, & alijs exēplo virtutum cōdimentum esse debēt? Proindè oportet primò omnium, vt Dñm Deum diligant ex toto corde, tota anima, tota virtute, & proximos tanquàm seipsos: & nôsse, quia in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Nō occídant, neq; fratrē suum oderint: quia vt ait Apostolus, qui fratrē suum oderit, homicida est. Non adulterent, nō faciant furtum, non concupiscant rem alienā, non falsum testimoniū dicant: & quod sibi nolunt fieri, alteri non faciant. Non sint superbia tumidi, non detractionibus assueti, non ebrietati seruientes, non luxuria eneruati, nō iracundia turbidi, non quibuslibet alijs vitijs substrati, non vaniloqui, non inuidi, nō somnolenti, non pigri, non murmuratores, nō susurrones, non vinolenti, non multùm edaces. Fraudes & dolositates caueant, vsuris nequaquàm inseruiant: non iurent, nè fortè periurent: malum pro malo non reddant. Cùm in se aliquid boni viderint, DEO, & malum cùm viderint, sibi deputēt. Discordiam fugiant, & quos discordātes inuenerint, ad charitatis concordiam reuocent, & iuxta Psalmistę vocem, declinent à malo, & faciant bonum. Attendant & Apostolum prohibentem: Non (inquit) in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum IESVM Christum. Animaduertant etiàm, quòd ab his vitijs ab Apostolo prohibitis, omnium vitiorū seges emergat: & quòd horū morborum mater, superbia sit. Oportet etiàm, vt animam corpusq́; suum ab omni inquinamento carnis & spiritūs custodiant, vt iuxta Apostolum, integer spiritus eorum & anima, & corpus sinè querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Sobriè & iustè & piè viuant, secularia negocia prorsùs abijciant: quia iuxta Apostolùm, Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Ieiuniū ament, hospites colligant, pauperes recreent, nudos vestiant, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positis opem ferant, dolentem consolentur, amori Christi nihil præponant, charitatem non derelinquant: pacem, si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant: diem iudicij timeant, vitam æternam spiritaliter concupiscant,

piscant, spem suam Deo committant, proprio episcopo in omnibus secūdùm canonicam institutionem obtemperent, magistros suos non temerè repræhendant: postremò, in doctrinis spiritalib⁹ operā dent: lectionibus, psalmis, hymnis, cāticis, & cæterorum bonorum operum exercitio iugiter incumbant: in dormitorio, nisì quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant: in refectorio pariter reficiantur, quotidiè ad collationem veniant: mox, vt signum datū fuerit, ad Ecclesiam festinatò veniant: & horas canonicas non negligenter, sed cum omni religione pariter celebrent: Ecclesiā non pompaticè, sed reuerenter ingrediantur: in choro non cum baculis stent: vaniloquijs nequaquàm insistāt, sed cum omni deuotione & veneratione diuinæ seruitutis opus peragant, scientes angelorum præsentiam semper illic adesse, è claustris non, nisì per licentiam, egrediantur: egressi, inrepræhensibiliter viuant, vt ab his, qui foris sunt, bonum testimonium habeant, & religionem ac propositum suum actibus illicitis nequaquàm maculent, sed potiùs omnes, quibus se iunxerint, sale sapientiæ & bonorum operum exemplis condiant: contubernia fœminarum nullatenùs appetant, non vanis oculis, aut petulanti tumidoq; gestu ac dissolutis renibus incedant: non spectaculis, non pompis secularibus intersint: nō aleæ, nō quibuslibet venationibus inseruiant. Apostoli quoquè instructi documento, quo ait, Non in veste preciosa, nequaquàm preciosis delectētur vestibus. Caueant summoperè, nè extra claustra moras faciant, nisì vt sibi à Priore constitutum fuerit, & opportunitas temporis dictauerit. Intra claustra positi, non ocio vacent, sed aut diuinis officijs, aut proprijs vtilitatibus, aut certè magistrorum iussionibus pareant, nè ocio torpentes, ab Apostolo audiant, Qui nō vult operari, nec mā ducet. Seniores spiritualiter iuniores diligant: iuniores seniorib⁹ obsequium dignū exhibeant: doctiores, minùs doctis nequaquàm se præferant, sed magìs eos cum charitate ædificent: neque hi, qui nobilitate generis aut virtutum donis pollent, cæteris se tumidè superextollant. omnes in cōgregatione vicissìm sibi charitatis officio seruiant: quibus etiàm in refectorio comedentibus, & religiosè silentium tenētibus, continuatim legatur lectio. Delinquentes, zelo rectitudinis pariter arguant & castigent: pueros & adolescentes negligentes, verborum disciplinis corripiant: singuli, iuxta capacitatem suam, diuersarū artium erudiantur disciplinis, vt nullus in collegio canonico inutilis appareat, nec vota fidelium ociosus comedat: tales quippe esse, immò taliter conuersari decet omnes, qui diuinis officijs se mancipārunt. Quapropter studeant hæc, breuiter collecta, sedula meditatione perlegere, & memoriæ cōmendare: & adiuuante diuina gratia, iuxta vires adimplere, quò faciliùs & liberiùs maiora, à sanctis patribus edita, exequi valeant. Vocatione ergò, qua vocati sunt, nec ad dextram nec ad sinistram declinantes, ambulent: quatenùs diuinis iussionibus obtemperantes, ad Christum, in cuius sorte esse noscuntur, qui via, veritas & vita est, Ioan. 14.a eo opitulante, peruenire mereantur. Amē.

Finit in Dei nomine feliciter regula Canonicorum, similiter & concilium Aquisgrani celebratum anno Domini 816. indictione 10. anno imperij Ludouici Imperatoris, filij Caroli Magni, tertio.

DECRETA
EVGENII PAPAE SECVNDI.

Ex libro Pontificali.

EVgenius secūdus, patria Romanus, ex patre Boemundo, sedit annos quatuor, menses sex, dies viginti quatuor. Hic etenim venerabilis & præclarus vir fuit, & magnæ humilitatis, doctus scientia, sermone præcipuus, forma pulchrior, largus petentibus, mundum respuens, sola quæ Christo erant placita, diebus ac noctibus cogitabat. Huius præclari pōtificis tempore vbertas nō modica totam non solùm Romam, sed etiàm penè totum inuaserat orbē: quia quicquid iusto percipiebat pondere, pupillis ac viduis incessanter distribuebat. Maxima autem pax & requies eius diebus vniuerso fuit orbi Romano. Archipresbyter huius sacratissimæ Lateranensis Ecclesiæ fuit, in qua per non modica tempora mirificè probeq́; Archipresbyteratūs officiū executus est. Posteà post sanctissimi dñi Paschalis papæ transitū, à cunctis Romanis pro suis meritis erectus ad sublimiora, pontifex factus est summus. Tenuit autem ante archipresbyteratūs sui tēpus, beatæ Sabinæ martyris Ecclesiam in Auentino monte positam, quam Deo dispensante, ad meliorem cultum post pontificalem sibi attributam gratiam, perduxit, & picturis vndiquè decorauit. Huius diebus Romani iudices, qui in Francia tenebantur captiui, reuersi sunt: quos in propria ingredi permisit, & penè omnibus facultatib⁹ destitutis, nō modicas res de Lateranensi patriarchio impartitus est. Fecit aút in ecclesia B. Sabinę martyris supradictæ ciboriū ex argento purissimo.

ANNO Dñi 819.

Moritur

Moritur pontifex optimus collachrymantibus omnibus, & suâ vicem potiùs quàm mortem sanctissimi viri dolentibus, sepeliturque in basilica sancti Petri Apostolorum principis.

EIVSDEM EVGENII PAPÆ Decreta ex concilio Rhemensi.

PRIMVM.

Qui excommunicato, donèc ab eo qui eum excommunicauerat, vel ab alio authoritate sedis Apostolicæ absoluatur, scienter communicare præsumpserit, excommunicationis sententia ipsum teneri censemus.

2. Præcipimus obseruari, vt qui in ordine subdiaconatûs aut suprà, vxorẽ duxerint, aut concubinas habuerint, officio ecclesiastico & beneficio careant.

3. Statuimus, vt sanctimoniales & mulieres, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxta beatorum Benedicti & Augustini regulam, vitâ suam in melius corrigant & emendent, superfluitatẽq; vestium & inhonestatem deserant. Quod si non impleuerint, si qua ipsarum mortua fuerit, Christianorum careat sepultura. Prohibemus etiàm, nè in earundem collegijs aliqua, nisì quæ regulariter fuerit victura, recipiatur.

4. Decreuimus, vt Laici Ecclesiastica negocia terminare non præsumant.

5. Authoritate Apostolica prohibemus, vt nullus aduocatus præter ius & beneficiũ antiquitùs, aliquid sibi arripere vel vsurpare præsumat. Quòd si quis contra hoc attentauerit, Christianorum careat sepultura.

6. Nullus in decanum vel archidiaconum, nisì diaconus vel presbyter, ordinetur. Qui si ordinari contempserint, honore susceptо priuentur.

7. Temerariam multorum audaciam, qui ad detestabiles nundinas ex condicto venire solent, ad ostentationẽ virium suarum, omninò & sub anathemate fieri prohibemus. Quòd si quis ibidèm mortuus fuerit, pœnitentia & viaticum ei non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura.

8. Decreuimus, vt si quis in clericum vel in monachum violentas manus iniecerit, anathemati subiaceat, & nullus Episcoporum illũ præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donèc apostolico presentetur adspectui.

9. Innouamus, vt si quis pro vindicta vel odio ignem appositurit, vel apponifecerit, non absoluatur, nisì damno, cui intulerit, secundùm facultatem suam resarcito, iuret se vlteriùs ignem non appositurum: & pœnitentia ei detur, vt Hierosolymis aut in Hispania in seruitio Dei per annum pœniteat.

10. Præcipimus, vt pro chrismatis & olei sacri & sepulturæ acceptione, nullum precium exigatur.

11. Præcipimus, nè cõductícijs presbyteris Ecclesiæ committantur.

CONCILIVM PARISIENSE, CELEBRATVM SVB LVDOVICO ET LOTHARIO IMPERATORIBVS,

IN TRES VELVTÌ LIBROS SINGVLARES DIVISVM.

INCIPIT EPISTOLA CÆSAREA.

ANNO 829.

IN nomine Domini DEI & Saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus & Lotharius diuina ordinãte prouidentia, Imperatores Augusti, omnib⁹ fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris: Recordari vos credimus, qualiter hoc anno, cõsilio sacerdotum & aliorum fidelium nostrorum, generale ieiunium per totum regnum nostrum celebrare iussimus, Deumq; tota deuotiõe deposcere, vt nobis propitiari, & in quibus illum maximè offenderimus, nobis manifestare, & ad correctionem nostram necessariam, tranquillum tempus nobis tribuere dignaretur. Voluëramus siquidem tempore congruo, placitum nostrum generale habere, & in eo de communi correctione agere: & ità DEO miserante fieret, nisì commotio inimicorum, sicut nõstis, præpedîsset. Sed quia tunc fieri nõn potuit iuxta voluntatem nostram, visum nobis fuit, præsens placitum cum aliquibus ex fidelibus nostris habere, & in eo de his, quæ propter prædictum impedimentum remãserunt, qualiter ad effectum perueniret, DOMINO adiuuante, considerare. Quapropter nõsse volumus solertiam vestram, quòd in isto præsenti placito, cum fidelibus nostris considerauimus, vt primò omnium Archiepiscopi cum suis suffraganeis, in locis congruis tempore opportuno conuenirent, & ibì tam de sua, quàm de omnium

Epiſcoporum officium.

omnium nostrûm correctione & emendatione, secundùm Diuinam authoritatem quærendo inuenirent, & nobis atque fidelibus nostris, secundùm ministerium sibi commissum annunciarent. Quis enim non sentiat Deũ nostris prauissimis actibus esse offensum, & ad iracũdiam prouocatũ, cùm videat tot annis multifarijsq; flagellis iram illius in regno nobis ab eo commisso, desęuire, videlicet in fame continua, in mortalitate animalium, in pestilẽtia hominum, in sterilitate penè omnium frugum, & vt ità dixerim, diuersissimis morborum cladibus, atque ingentibus penurijs, populum istius regni miserabiliter vexatum & afflictum, atque omni abundantia rerum quodammodò exinanitum. Nec illud etiàm dubitamus ex iusta vindicta illius euenire, quòd sæpè scandala per tyrannos in hoc regno exurgunt, qui pacem populi Christiani, & vnitatem Imperij, sua prauitate nituntur scindere. Nam & illud nihilo minùs peccatis nostris deputãdum est, quòd inimici CHRISTI nominis, præterito anno in hoc regnum ingressi, deprædationes, incendia Ecclesiarum, & captiuationes Christianorum, & interfectiones seruorum DEI, audenter & impunè, immò crudeliter fecerunt. Agitur siquidem iusto iudicio Dei, vt qui in cunctis delinquimus, interiùs simul & exteriùs flagellemur. Beneficijs quippe DEI euidenter existimus ingrati, quoniam his non ad voluntatem Dei, sed ad libitum nostrum carnalem vti inuenimur: & idcircò meritò creaturæ Dei nobis diuinitùs concessæ, pro DEO, contra nos ingratos, pugnant, iuxta illud:

Sap. 5. d Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Verùm quia tot modis vexamur atque percutimur, ad eum à quo percutimur, toto corde dignum necessariumq; est vt reuertamur, quatenùs illud Propheticum in nobis impleatur, quo dicitur:

Eſaiæ 28. c Sola vexatio intellectum dabit auditui. Sed quia pius & clemens nr̃s sic ipsum flagellũ moderatur, vt non ad interitum, sed potiùs ad correctionem nostrã inferre videatur:

Pſal. 94. debemus in conspectu eius veraciter humiliari, & faciem illius in confessione præuenire, eiusque pietatem pronis mentibus exorare, vt qui fecit nos iustissima dispensatione flagella sentire, faciat nobis peccata nostra, pro quibus iustè ab eo flagellamur, cognoscere: & in quibus maximè illũ offendimus, & iram illius prouocauimus, manifestiùs intelligere, vt pòst, eo miserãte, praua deserendo & corrigendo, bona etiàm sectãdo, & tota cum deuotione exequendo, valeamus per spiritum humilitatis & animam contritam, sacrificium DEO debitum offerre, iramq; illius indignationis euadere, & per dignam congruamque correctionem, & bonorum operum exhibitionem, gratiam eius propitiationis, licèt indigni, promereri. At quia nos magis in hoc peccâsse cognoscimus, qui forma salutis omnibus esse debuimus, & omnium curam gerere, & per authoritatem Imperialem prauorum acta, nè tantùm adcrescerẽt, corrigere cupimus, Domino nobis propitio, in conspectu pictatis illius, per dignam satisfactionem veniam adipisci, & per saluberrimam correctionem vel perbonũ studium, quod nostra desidia & ignorantia hactenùs neglectum est, consultu fidelium tempore opportuno, quãtùm in nobis est, studiosissimè emendare, & nostram in hoc voluntatem omnibus manifestam facere. Quapropter statuimus atque decreuimus, cum consultu sacerdotum, cæterorumque fidelium nostrorum, huius rei gratia, ob placandum scilicet contra nos, nobisque subiectos DOMINI furorem, conuentus eorundem Episcoporum in quatuor imperij nostri locis, congruentissimè fieri.

Quatuor ſynodi indicuntur.

Primò scilicet in Moguntiacensi vrbe, vbì conueniant metropolitani Autgarius, Adubaldus, Hetto, Bernuinus, cum suffraganeis suis. Secũdò quoquè in Parisiorum vrbe, vbì Futurus antistes Senonicus, & Ebbo, Ragnoardus & Landranus metropolitani cum suffraganeis suis conueniant.

Tertiò verò apud Lugdunum, vbì Agobardus, Bernardus, Andreas, Benedictus, Agericus, cum suffraganeis suis similiter conueniant. Quartò etiàm apud Tolosanam vrbem, quò simul cõueniant Notho, Bartholomæus, Adalelmus, Agiulfus, cum suffraganeis suis. In quibus conuentibus tractare, quærere, & cum DEI adiutorio inuenire debent de causis ad religionem Christianam & eorum curam pertinentibus, quid à principibus & reliquo populo, vel ità vt diuina authoritas docet, aut aliter teneatur, vel quid indè ex parte vel ex toto dimissum sit, vt non teneatur. Deindè quid in ipsorum, qui pastores populi constituti sunt, moribus, cõuersatione, & actibus inueniri possit, quod Diuinæ regulæ atque authoritati non concordet, simulq; inueniant, quæ occasiones in vtroque ordine id effecerint, vtà recto tramite deuiatum sit. Et quicquid de his causis inuentum fuerit, tam solerti cura custodiatur, vt nullatenùs ad aliorum notitiam peruenire permittant ante tempus constitutum. Et ideò vnus notarius inter omnes eligatur, qui quod ipsi inuenerint, describat: & ipse sub iuramento constrictus, ea quę inuenta & digesta fuerint, diligenter fideliterq; conseruet.

IN-

INCIPIT

PRAEFATIO SYNODI, APVD PARISIORVM VRBEM, IVSSV glorioſiſſimorum Imperatorũ Ludouici filijq́; eius Lotharij, habitæ.

SICVT humanæ infirmitati in proſperis non conuenit erigi, ità nec in aduerſis deijci. Cùm igitur proſpera mundi ſibi ſuccedũt, meminiſſe debet humanæ cõditionis, foueamq́; pertimeſcere elatiõis: nè ſcilicet intumeſcendo, in barathrum incidat damnationis, perpẽdens illud Apoſtoli, ità dicentis: [1. cor. 10. c] Qui ſe putat ſtare, videat nè cadat. Quandò autem meritò pondere malorum ſuorum premitur, frangi nõ debet, ſed potiùs remota ſalutis ſuæ deſperatione, illud Dauidicũ decantare: [Pſal. 129.] De profundis clamaui ad te Domine, Dñe exaudi vocem meã. Vndè prophetico atq; Apoſtolico oraculo hincindè animus armari iubetur Chriſtianus, vt neq; ad dextram, neq; ad ſiniſtrã ei declinare fas ſit. In tribulatione ergò multifarijsq́ue aduerſitatibus & calamitatibus mundi, nõ diſſimulanter, ſed humiliter veraciterq́; ſunt expetenda ſuffragia diuina. Legimus quippe Niniuitis diuina vltione dignis, [Ion. 3.] humiliter in tribulatione ad Dñm clamãtibus, diuinitùs ſubuentum. Nam & Achab & Manaſſes reges idololatræ, pœnitentię ſatisfactione diuinę obuiauêre vltioni. [3. Reg. 21. 2. Para. 36.] Meretrix porrò illa euangelica, Maria nomine, profuſione lachrymarum, carere meruit enormitate multorum peccaminũ. [Luc. 7.] His, & his ſimilibus ſalutiferis documentis datur intelligi, quòd DEVS bona cuncta iubens, malaq́; omnia vetans, ſæpiſſimè humanæ fragilitatis peccatis offẽſus, & ad iracundiam prouocatus, per pœnitentię tamẽ dignam ſatisfactionem, ab humanis erratibus, ſuæ ſeueritatis debitã ſuſpenderit vindictam, adeò, vt quem moles peccaminum prouocauerat ad vltionem, actuum prauorum correctio flexerit ad miſericordiſſimã propitiationem. Oportet ergò, immò neceſſè eſt, vt quia humanæ fragilitati tot tãtaq́; ſalutis ſuæ recuperandæ prorogantur exẽpla, flagella pro peccatis ſuis diuinitùs ſibi illata æquanimiter ferat: caueatq́; nè in his aut ad murmurationem, aut ad deſperationem proruat, ſed deuotè feruenterq́; in tribulationibus, quas merito ſuæ prauitatis patitur, cæleſtem opem ſibi humiliter ſubuenire flagitet. Quòd autem Deus nolit mortem peccatoris, [Eze. 18.] ſed potiùs vt conuertatur & viuat, Propheticis ſatìs abũdeq́; inſtruimur oraculis. Cùm igitur hæc ità fideliter ſe habeãt, & liquidò pateat, Eccleſiã

quam Chriſtus, qui eam ſuo proprio ſanguine redemit, [Act. 20.] ſuisq́; orthodoxis famulis Ludouico & Lothario glorioſis Auguſtis, regendam tuendamq́; committere occulta ſua diſpenſatione voluit, diuerſorum morborum generibus affici, multifarijsq́ue cladibus conteri, diuinum contra ſe mucronem interiùs exteriusq́;, meritis exigentibus graſſari, plagasq́ue quas Dominus ſuis iuſſis obedire nolẽtibus, ſed potiùs ad mala quæ vetuit, labentibus interminatus eſt, inceſſanter experiri: Iſdem Deo pleni principes, cælitùs inſpirati, conſultò ad Dominum congruam dignamq́; conuerſionem iudicauerũt eſſe faciendam, iuxta illud regis Niniuitæ, quod legitur: Cõuertatur vir à via ſua mala, [Ion. 3.] & ab iniquitate quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Per Iohel quoquè prophetam Dominus ait: Conuertimini [Iohel. 2.] ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu & planctu, & ſcindite corda veſtra, & nõ veſtimenta veſtra. Item per Eſaiam: Quærite [Eſaiæ 55.] Dominũ dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt. Derelinquat impius viam ſuã, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum. Item per Hieremiam: [Hier. 13.] Date Domino Deo veſtro gloriam antequàm cõtenebreſcat, & antequàm offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. Et Dominus in Euangelio: Ambulate, [Ioan. 12.] inquit, dum lucem habetis, nè tenebræ vos compræhendant. [Matth. 25.] Item: Vigilate, quia neſcitis diem neq; horã. Et Apoſtolus: Eccè, [2. Cor. 6.] inquit, nunc tempus acceptabile, eccè nũc dies ſalutis. Quatenùs hæc & huiuſmodi innumera ſalubria documenta ſectando, mores ſcilicet & actus corrigendo, dignáq́; pro tot ſcelerũ admiſſis pœnitentiam agendo, Deum quem peccando conſtabat eſſe iratum, ſibi ſuoq́; populo mererentur facere placatum. Verùm totius Eccleſię ſibi cõmiſſæ generalitati cõſulere geſtientes, tantæq́; neceſſitatis negocium iuſtæ diſcretionis trutina præponderantes, idq́; ſui officij non eſſe humiliter dijudicantes, [Epiſcoporũ eſt tractare religionis negocium.] conſultu ſacerdotum & optimatum cæterorumq́ue fidelium ſuorũ, idem negocium ſuper placando furore Domini, his dignè cenſuerunt eſſe committendum, per quos homines de infidelitatis tenebris liberantur, & in lucem fidei transferuntur, & de filijs iræ filij adoptionis efficiuntur. Per quos etiàm homines de his quæ poſt baptiſma cõmittunt, pœnitentię ſatisfactione peracta, Deo reconciliari merentur. Ad quorum imperium ſecundùm ſanctæ legis decretum, qui [Leuit. 13. & 14.] leprę immunditia ſordebant, emaculabantur, cæteraque eorum iudicio in legalibus inſtitutis decernenda prorogabãtur. Quibus

bus & in Euangelio à DOMINO tanta [Matth. 18.] confertur poteſtas, vt quæ ſtatuerent in terra, ſtatuta ſint & in cælo: & quæ ſoluerent in terra, ſoluta ſint & in cælis: & quorum [Ioan. 20.] remiſerint peccata, remittantur eis. Hos quippe conſtat vicarios eſſe apoſtolorum & luminaria mundi: per hos igitur eorumq́ue doctrinam, tales tantiq́ue pijſſimi principes, ſibi ſuisq́; fideliter crediderunt, miſericordiam propitiari poſſe diuinam: Nec immeritò, quippe qui agnouerant Dominum [Agg. 2. b] præcepiſſe per Aggæum prophetam, vt ſacerdotes de lege Domini interrogarentur. Ait nanque: Interroga ſacerdotes legem. [Hierony.] Quod B. Hieronymus ità exponit: Simul (inquit) conſidera, ſacerdotũ officij eſſe, de lege interrogatos, reſpondere. Si ſacerdos eſt, ſciãt legem Domini. Si ignorat legem, ipſe ſe arguit nõ eſſe Domini ſacerdotem. Sacerdotis enĩ eſt, ſcire legem, & ad interrogationẽ reſpondere de lege. Quod quidem & in Deuteronomio legimus, vt [Deut. 17.] ſicubì in vrbibus Iſrael quæſtio fuerit nata inter ſanguinem & ſanguinem, iudicium & iudicium, lepram & non lepram, contradictionem & non contradictionem, eant ad ſacerdotes atque Leuitas, & ad pontificem qui in diebus illis fuerit conſtitutus, & quærant ab eo legem Domini: quibus reſpondentibus, faciant quod iubetur. His igitur legalibus & propheticis inſtitutis inſtructi, non ab re duxerunt ſuper ſuis populiq́ue ſibi ſubiecti erratibus, ſacerdotes legem Domini ſcientes, cõſulendos. Quapropter ſtatuerunt in quatuor congruentiſſimis Imperij ſui locis, conuentus Epiſcoporum vno eodemq́; tempore fieri debere. In quibus conuentibus, DOMINO inſpirante, diligenter ſtuderent quærere & inueſtigare de cauſis ad religionem Chriſtianam, eorumq́ue curam pertinentibus, quid à principibus & reliquo populo, vel ità vt Diuina authoritas docet, aut aliter teneretur, vel quid indè ex parte aut ex toto dimiſſum ſit, vt non teneretur. Deindè quid in ipſorum qui paſtores populi conſtituti ſunt, conuerſatione & actibus inueniri poſſet, quod diuinæ regulæ atque authoritati non concordaret, ſimulq́; inuenirent quæ occaſiones in vtroque ordine id effecerint, vt à recto tramite deuiãſſent. Et quicquid de his cauſis inuentum fuiſſet, correctionis gratia, iuxta miniſterium ſibi iniunctum patenter denunciarent: attendentes illud, quod per Malachiam [Malach. 2.] prophetam Dominus ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. [Hieron.] Quod beatus Hieronymus ità exponit: Angelus autem, inquit, id eſt, nuncius ſacerdos DEI veriſſimè dicitur, quia DEI & hominum ſequeſter eſt, eiusq́ue ad po-

pulos nunciat voluntatem. Eorũdem itaq́; glorioſorum & Orthodoxorum principũ iuſſionibus obedientes, immò non ſolùm noſtrę, ſed etiàm eius totiusq́ue populi ſibi commiſſi ſaluti, iuxta miniſterium nobis collatum, conſulere cupientes, Anno incarnationis Domini octingenteſimo viceſimo nono, imperantibus eiſdem præcellentiſſimis ac glorioſiſſimis Deoq́ue dilectis Auguſtis, Ludouico videlicet filioq́ue eius Lothario, ſub die VIII. Iduum Iuniarum, nos indigni Epiſcopi ex diœceſi ſcilicet Durocortum, necnon & diœceſi Senonica, & Turonica, atque Rothomagica, [Durocortum, oppidũ eſt Rhemorum, cuius meminit Cæſar belli Gal. lib. 6. cap. 19.] apud Pariſiorum vrbem conuẽnimus, & qualiter de paulò ſuperiùs præmiſſis cauſis, iuxta admonitionem eorundem principum egerimus vel tractauerimus, atq; ſtatuerimus, in ſubſequentibus breuiter capitulatìm adnotare curauimus: non auſu temerario ſanctorum Patrum terminos tranſgredientes, ſed potiùs his diligenter perpenſis atque perſpectis, per eos noſtram cæterorumq́ue fidelium vitam corrigere, & in melius informare cupientes. Eadem porrò capitula nequaquàm prolixa aut ſuperflua iudicanda ſunt. Idcircò enim prolixitas eorum tanta eſt, quoniam nè ex noſtro corde facta eſſe viderentur, diuinorum eloquiorum oraculis & ſanctorum patrum dictis ea muniri non ab re iudicauimus.

CAPVT PRIMVM.

QVID PROPRIE AD RELIGIONEM CHRISTIANAM PERTINEAT.

CAVSAE ad religionem Chriſtianam pertinentes ſunt, credere in patrem & filium & Spiritumſanctũ, Domino in Euangelio Ioannis dicente: Hęc eſt autem vita ęterna, vt cognoſcant te verum DEVM, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM. [Ioan. 17.] Item diſcipulis ait: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. [Mar. 16.] Et in Euangelio Matthæi: Data eſt, inquit, mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. [Matth. 28.] Ite ergò, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Paulus: Sinè fide enim, inquit, impoſſibile eſt placere DEO. [Hebr. 11.] Itemq́;: Credere enim oportet accedẽtem ad Deũ, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

ſit. Extant & alia huius rei innumera documenta, quib⁹ perdocetur, qualiter fidem Chriſti primùm expetẽda ſit, deindè opera fidei exercenda, quoniam fides nisì opera habeat, mortua eſt in ſemetipſa, Apoſtolo Iacobo teſtãte: Sicut enim (inquit) corpus ſinè ſpiritu mortuũ eſt, ità & fides ſinè operibus mortua eſt. Licèt itaq;, ità vt Diuina authoritas docet, eadẽ percipiatur fides, à plerisq; tamẽ quia operib⁹ nõ adimpletur, eidẽ authoritati diuinæ, immò Apoſtolicis documentis ſuperbiendo, renititur: quorũ exempla in promptu ſatìs abundeq́; habẽtur. Quorundam etiàm peruerſiſſimæ cõſuetudines propriæque voluntatis multimoda adinuentio contumaciter, quod valdè periculoſum eſt, efficiunt, vt opera fidei magna ex parte negligantur. Qui dum legis diuinæ tranſgreſſores exiſtunt, eaſdem cõſuetudines ſibi legem faciunt, & ſecundùm eas ſe viuere abſque ſuî diſcrimine & poſſe & debere cõtendunt, ſua quærentes, non quæ IESV CHRISTI. Quod quantùm diuinæ authoritati cõtrarium ſit, aut non aduertunt, aut certè animaduertere detrectant: quantùm etiàm ob hoc religio Chriſtiana in eis periclitetur, facilè qui ſanum ſapit, aduertit. Quapropter vnuſquiſque fidelis, ſi ſaluus eſſe vult, oportet vt remotis peruerſis conſuetudinibus, quæ periculum animarum generant, fidẽ Chriſti quam percepit, bonis operibus exornare non negligat.

Iaco. 2. Philip. 2.

Fundamẽtum Chriſtianæ religionis.

Conſtat ergò quòd fundamẽtum Chriſtianæ religionis fides ſit Catholica, hoc eſt, credere in patrem & filium & ſpiritumſanctum, vnum DEVM & verum Deum, trinum in perſonis, & vnum in ſubſtantia. Credere etiàm quòd ſola perſona filij pro ſalute noſtra carnem aſſumpſerit, in qua & paſſus eſt, & reſurrexit, & in cælos aſſcendit, cum qua etiàm ad iudicium venturus eſt. Et credere quòd per Spiritumſanctum remiſſio peccatorum in baptiſmate confeÂratur, & quòd fidelibus in Eccleſia Chriſti, eiuſdem Sanctiſpiritûs dono per miniſterium ſacerdotale, & per pœnitentiam remiſſio peccatorum indubitanter attribuatur. Et quòd generalis omnium in vera carne in aduentu CHRISTI reſurrectio futura ſit. Et quòd nôſſe vnumquenq; fidelem oporteat, quia hæc fides vera & fructuoſa eſſe non poteſt, nisì bonis operibus exornetur, id eſt, fide, ſpe, & charitate, humilitate, caſtitate, continentia, ſobrietate, vnanimitate, cõcordia, iuſtitia, pietate, miſericordia, innocentia & ſimplicitate, & cæteris his ſimilibus, quæ omnia in dilectione DEI & proximi conſiſtunt. Sinè his enim nemo poteſt DEO placere, nec ſaluus eſſe, quia teſte Apoſtolo, fides ſinè operibus mortua eſt in ſemetipſa. Proindè neceſsè eſt vt vnuſquiſq; Chriſtianus diligenter perpẽdat, vtrùm in eo fides viua ſit, bona opera agendo, an mortua, bona opera negligendo. Et ſi iuxta documentum Apoſtoli ipſa fides ſinè operibus bonis mortua eſt, qua damnatione plectendi ſunt illi, qui non ſolùm eandem fidem bonis operibus non exornant, ſed etiàm diuerſis flagitijs eam cõmaculant? Inter cætera quippe mala, quæ eandem fidem commaculant, quatuor nobis vitia ſpiritalia meritò exaggeranda videntur. Quæ quanto occultiora ſunt, tanto pernicioſiora, id eſt, Superbia, per quam angelus diabolus effectus, de cælo eiectus eſt. Inuidia, per quam idem diabolus hominem de paradiſo eiecit. Odium & diſcordia, quæ charitatem inter proximos extinguunt, & dilectionem euacuant, & omnia bona peruertunt, & non ſinunt proximos in mutua dilectione conſiſtere, nec quietam tranquillamq́; vt decuerat Chriſtianos, vitã degere. Quæ ideò periculoſiora, immò mortifera, diximus, quoniam ſectatores illorum ea aut non intelligunt, aut certè intelligere dedignãtur, & q̃ ea paruipendẽtes, pro his ad cõfeſſionẽ nõ veniũt, idcircò nec correctionẽ merentur.

Fides quibus ornãda. Iaco. 2. Vitia 4 maximè pernicioſa. Eſaiæ 14.

CAP. II.

Quòd vniuerſalis ſancta Dei Eccleſia vnum corpus, eiusque caput Chriſtus ſit.

PRimùm igitur, quòd vniuerſalis ſancta Dei Eccleſia, vnum corpus manifeſtè eſſe credatur, eiuſque caput Chriſtus, Apoſtolicis oraculis approbamus. Vndè Paulus: Vos autem eſtis (inquit) corpus Chriſti, & membra de membro. Itemque: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ità multi vnum corpus ſumus in Chriſto. Item: Cuius caput Chriſtus, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum, creſcit in templum ſanctum in Domino. Sunt & alia huiuſce rei innumera exempla, quæ hîc ob prolixitatem vitandam prætermittuntur. Quiſquis ergò per aliqua illicita, ex membro Chriſti ſe fecit membrum diaboli, nouerit ſe non in corpore Chriſti, ſed in corpore eſſe diaboli. Proindè neceſsè eſt, vt corpori Chriſti, à quo aſtu diabolico ſeparatus eſt, ſe incunctanter dum tempus pœnitentiæ in promptu habetur, reſtituere nõ negligat.

1. Cor. 12. Rom. 12. Coloſſ. 2.

CAP. III.

Quòd eiuſdem Eccleſiæ corpus in duas principaliter diuidatur eximias perſonas.

PRincipaliter itaque totius ſanctæ Dei Eccleſiæ corpus, in duas eximias perſonas, in ſacerdotalem videlicet & regalẽ, ſicut à ſanctis patribus traditũ accepimus, diuiſum eſſe nouimus. De qua re Gelaſius Romanæ ſedis venerabilis Epiſcopus, ad Anaſtaſium Imperatorem ità ſcribit: Duo ſunt quippe, inquit, Imperator Auguſte, quibus principaliter mundus hîc regitur: authoritas ſacrata põtificum, & regalis poteſtas. In quibus tanto grauius pondus eſt ſacerdotum, quãto etiàm pro ipſis regibus hominum, in diuino reddituri ſunt examinerationem. Fulgentius quoquè in libro de veritate prædeſtinationis & gratiæ, ità ſcribit: Quãtùm pertinet (inquit) ad huius temporis vitam, in Eccleſia nemo Pontifice potior, & in ſeculo, Chriſtiano Imperatore nemo celſior inuenitur. Cùm hæc quippe ità ſe habeant, primùm de ſacerdotali, pòſt de regali perſona dicendũ ſtatuimus.

Eſt in Tomo 2. Concil. pa. ...

CAPVT IIII.

Quòd in ſucceſſoribus Apoſtolorum religio Chriſtiana vigere, & ſaluatio ſubiectorum debeat conſiſtere.

QVia cõſtat religionem Chriſtianam per ſucceſſores Apoſtolorum ſaluÂbriter adminiſtrari, populiſque ad vitam æternam ducatum exhiberi debere: primò neceſſarium iudicauimus, vt quicquid in nobis repræhenſibile, ſacriſq́; miniſterijs, quibus indigni mancipamur, incõueniens & indecens, contrariumq́; videbatur, toto annisu, Domino opem ferente, corrigeremus: & per exempla ſanctorum ſacerdotũ, quorum vice Eccleſiæ CHRISTI ſanguine redemptæ, prælati ſumus, vitam & actus moreſque noſtros in melius componere ſatageremus: Quoniam prædicatio ſacerdotalis contemnitur, quandò quod verbis prædicat, operibus non adimplet. Proindè qui cæteris forma & exemplum debent eſſe, primò facere debent quod docent, & euitare quæ fieri prohibent. Vndè beatus Gregorius in libro Paſtorali, cùm per gallum boni prædicatoris ſpeciem tractando exponeret, inter cætera ſic ait: Gallus cùm iam edere cantus parat, priùs alas excutit, & ſemetipſum feriens, vigilantiorẽ reddit. Quia nimirùm neceſsè eſt, vt hi qui verba ſanctæ prædicationis mouent, priùs ſtudio bonæ actionis euigilẽt, nè in ſemetipſis torpentes opere, alios excitent voce. Priùs ſe per ſublimia facta excutiãt, & tũc ad benè viuendum alios ſolicitos reddant: Priùs cogitationum alis ſemetipſos feriãt, & quicquid in ſe inutiliter torpere ſolicita inueſtigatione depræhẽdunt, diſtricta animaduerſione corrigãt, & tũc demùm aliorum vitam loquendo componant. Priùs punire propria fletibus curent, & tunc quæ aliorũ punienda ſunt, denuncient: & antequàm verba exhortationis inſonent, omne quod locuturi ſunt, operib⁹ clamẽt. Laudẽ autem verorum ſacerdotum eorumq́; officium Proſper in libro quem de cõtemplatiua & actuali vita ſcripſit, compræhendit. Ipſis enim, inquit, id eſt, ſacerdotibus, propriè animarum curandarum ſolicitudo cõmiſſa eſt, qui pondus populi ſibi commiſſi viriliter ſuſtinentes, pro peccatis omnium, velut pro ſuis infatigabiliter ſupplicãt Deo ac velut quidam Aaron, incenſum contriti cordis & humiliati ſpiritûs offerentes, quo placatur Deus, auertunt iram futuræ animaduerſionis à populo, qui per Dei gratiã fiunt diuinæ voluntatis indices, Eccleſiarũ Chriſti poſt Apoſtolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis adſertores, prauæ doctrinæ hoſtes, omnibus bonis amabiles, & malè ſibi conſcijs etiàm ipſo viſu terribiles, vindices oppreſſorum, patres in fide catholica regeneratorum, prędicatores cæleſtium pręmiorum, exempla bonorum operum, documẽta virtutum, & forma fideliũ. Ipſi ſunt Eccleſiæ decus, in quibus anpliùs fulget Eccleſia: ipſi columnæ firmiſſimæ, quib⁹ in Chriſto fundatis innititur omnis multitudo credentium. Ipſi ianuæ ciuitatis æternæ, per quas omnes qui credũt, ingrediuntur ad Chriſtum. Ipſi ianitores, quibus claues datæ ſunt regni cælorum, ipſi etiàm diſpenſatores regiæ domûs, quorum arbitrio in aula regis æterni diuiduntur gradus & officia ſingulorum. Hi ſunt, qui non ambiendo, ſed ſpiritaliter viuendo, ſacerdotium meruerunt, quiq́; non fauoris humani ſuffragio, ſed diuino munere ſublimati, nihil ſibi de præſtantia ſui principatûs applaudunt. Quos nõ inflat honor acceptus, ſed exercet labor impoſitus: qui nõ excellentiam ſuam cogitant prouecti, ſed ſarcinam: nec gloriãtur de officij dignitate, ſed ſudãt potiùs cõſtituti ſub onere. Tales ſcriptura diuina ſpeculatores appellat, qui ſpeculanẽ actus omniũ, & qualiter vnuſquiſq; cum ſuis in domo, qualiter in ciuitate cum ciuibus viuat, intentione religioſæ curioſitatis explorant: quos bonos probauerint, honorando cõfirmant: quos depræhenderint vitioſos, arguẽtes emẽdant: aut ſi emẽdare nequiuerint, æquanimiter portãt, habituri vberrimum fructum aut de ſua diſtrictione, ſi correcti profecerint, aut de ſua patientia, etiamſi illi quos ſuſtinent, emendari noluerint. Eccè laus dignitasq́; verorũ ſacerdotũ, eorùmq́; miniſterium breuiter eſt digeſtũ. Decet quippe ſacerdotes Chriſti tãta dignitate donatos, quos vtiquè cõſtat ianitores cæleſtis aulæ exiſtere, exẽpla deceſſorum ſuorum qui Deo placuerunt, infatigabiliter ſectari, quatenùs terrena deſpiciendo, & cæleſtia amando, primùm ipſi atria ſupernæ ciuitatis ſubire, deindè auditorib⁹ ſuis dictis & exẽplis ea ſtudeãt aperire, nè quod abſit, audiant à Domino: habentes clauem ſcientiæ, vos ipſi non intratis, & alios intrare nõ ſinitis. Quãdò verò vita ſacerdotum cum doctrina non cõcordat, & auditoribus infirmis ſcandalum, & animarum prouenire periculum, nõ eſt

Lib. 3. cap. vltimo. Lib. 1. ca. 2. Exod. 30. Leuit. 16. Nume. 16. Matth. 16. & 18. Iſa. 21. 52. & 56. Ezec. 3. 33. Lucæ 11.

dubium. Proindè ſummoperè cauendũ eſt ſacerdotibꝰ, nè offendiculũ fiãt his quibus ꝑſunt. Tũc em̃ offendiculũ fiũt illis, quãdò quod verbis prædicãt, moribus impugnãt. Vndè fit, vt, ſicut in ſuprà memorato libro
Paſtoral. lib. 1. ca. 2. B. Gregorius ſcribit, Cùm paſtor per abrupta graditur, ad præcipitium grex ſequatur.
Ibidem. Nemo quippe, vt idẽ ait, ampliùs in Eccleſia nocet, quàm qui peruersè agens, nomen vel ordinẽ ſanctitatis habet. Pertimeſcẽda porrò nihilominùs ſacerdotibus ſententia
Matth. 18. Euangelica eſt, qua dicitur: Qui ſcãdalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria in collo eius, & dimergatur in profundum maris. Quod quibuſdam interpoſitis idem Doctor ità exponit: Qui ergò ad ſanctitatis ſpeciem deductus, vel verbo cæteros deſtruit vel exemplo, melius profectò
Ibidem. fuerat, vt hunc ad mortẽ ſub exteriori habitu terrena acta cõſtringerẽt, quàm ſacra officia in culpa cæteris imitabilem demonſtrarent: Quia nimirùm ſi ſolus caderet, vtcunquè hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Quibus terribilibꝰ verbis liquidò datur intelligi, quòd melius fatiusque fuerat ſacerdotibus negligẽtibus, nõ ſubſiſtere, quàm acceptis diuinis officijs, per reprobam vitam prauaq; exempla, his quibus prodeſſe debuerũt, offendiculum iniquitatis & laqueum perpetuæ damnationis exiſtere.

Cap. V.

De periculo quod ſacerdotibus imminet, & quòd vnuſquiſque in parochijs ſuis populo ſpecialiter denuncietur, vt ſe corrigant, & ad Dominum ex toto corde conuertant, & propericulis merito noſtræ iniquitatis imminentibus, necnon & pro vita coniugum, proleque Imperatorum, populique eis ſubiecti, Domini miſericordiã humiliter exorent.

STatuimus pari voto, pariq; cõſenſu, vt vnuſquiſq; noſtrũm dictis & exemplis, plebes parochiæ ſuæ attentiùs ad meliora incitare ſtudeat, easq; vt ſe à malis cohibeant, & ad Dñm ex toto corde conuertant, ſolicitè admoneant, Deumq;, quem peccãdo ſibi iratum fecerant, digna pœnitentiæ ſatisfactione, & eleemoſynarum largitione ſibi placabilẽ facere ſatagant. Necnõ & pro vita pijſſimi Deoq; amabilis Ludouici Imperatoris, cõiugis, proliſq; eius incolumitate, imperijq; ſibi cõmiſſi ſtabilitate, Dei immenſam miſericordiã cernuis precibus implorẽt. Simulq; eis oſtendendũ, quoniã quandiù quis malis operibus deditus eſt, nec ſibi nec alijs Deum propitiari meretur.

Et quòd vnuſquiſq; eleemoſynã & cætera bona opera à ſemetipſo incipere debeat. Cùm itaq; prædicatores ſinè ceſſatione populo Dei prædicare neceſsè ſit, iuxta illud
Eſa. 58. Eſaiæ: Clama, nè ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum: tum maximè id eis facere neceſsè eſt, quãdò iram Dñi contra populum Dei, meritis exigentibus, graſſari perſpexerint, iuxta illud quod Dominus per Ezechielem prophetam loquitur: Terra cùm induxero ſu-
Ezec. 33. per eam gladium, & tulerit populus terræ & ꝓ virũ vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſupra ſe ſpeculatorem, & ille viderit gladium venientem ſuper terrã, & cecinerit buccina, & annũciauerit populo. Audiens aũt quiſquis ille eſt, ſonum buccinę, non obſeruauerit, veneritq; gladius & tulerit eum, ſanguis ipſius ſup̃ caput eius erit: ſonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit: ſanguis eius in ipſo erit. Si aũt ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit tuba, & populus ſe nõ cuſtodierit, veneritq; gladius & tulerit de his animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ aũt eius de manu ſpeculatoris requiram. Item per eundem prophetã Dominus ait: Fili hominis, ſpeculatorem dedi
Ibidem. te domui Iſraël, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non fueris locutus, neq; annunciaueris ei vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinẽ aũt eius de manu tua requiram. Formidoloſa valdè & tremenda hæc ſententia ſacerdotibus eſt, qua dicitur, ſanguinẽ aũt eius de manu tua requiram. Vndè idem Doctor Proſper in memorato lib. ſcribit: Ille (inquit) cui diſ-
De vita contem. lib. 1. ca. 11. penſatio verbi cõmiſſa eſt, etiãſi ſanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubeſcat, aut metuat, cum omnibꝰ qui eo
Roma. 6. tacente periẽrint, perit: & quid ei proderit nõ puniri ſuo, qui puniẽdus eſt alieno peccato? Item idem poſt pauca propheticam
Ibidem. ſententiam exponens, qua dicitur: Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris, non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem verò eius de manu tua requiram, ait: Quid potuit expreſſiùs, quid apertiùs dici? Si impio (inquit) non locutus fueris, vt ſe ab iniquitate ſua cuſtodiat, & ille periẽrit, ſanguinem eius de manu tua requiram, hoc eſt, dicere: Si ei peccata ſua non adnunciaueris, ſi eum non argueris, vt ab impietate ſua conuertatur, & viuat, & te qui non increpãſti, & ipſum qui te tacente peccauit, flãmis perennibꝰ perdã. Sed ex eo quod idẽ ꝓpheta infert: Si aũt tu adnũciaueris impio, & ille nõ fuerit conuerſus ab impie-

impietate ſua, & à via ſua mala, ipſe quidem in impietate ſua morietur, tu autem animã tuam liberãſti, &c. Liquidò claret, quia ſi prædicator adnunciauerit impio, vt ſe conuertat à via ſua impia, & viuat, & impius ſe non correxerit, eiuſdem impij pœnæ particeps non erit. Vndè idem Proſper: Quòd
Lib. 1. cap. 11. de Vita contemp. ſi, inquit, corripientem, ſi iram futurã, quæ contemptoribus iam imminet, nunciantẽ homines terreni deſpiciunt, ſanguis eorũ in ipſis erit: & ſacerdos qui eis peccata eorum non tacuit, pœnæ quæ eos expectat, particeps non erit. Eccè quale periculum prædicatoribus, nisì ſtrenuè vtiliterq; prædicauerint, & auditoribus, nisì id quod ſibi prædicatũ fuerit, obedienter impleuerint, inſtat. Quòd autẽ per negligentiam & deſidiam prædicatorum, & per contemptum quorundam auditorum tranſgreſſio fit diuinorum præceptorum, periculumq; animarum, manifeſtum eſt. Quapropter neceſsè eſt, vt hæc prophetica, immò cæleſtis
Iáiæ 58. a tubá qua præcipitur: Clama, nè ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & adnuncia populo mea ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, & prædicatores, & auditores à ſomno torporis & negligentiæ tandèm excitet, vt hi de vtili ſua prædicatione, & illi de obedienti impletione æterna à Domino donentur remuneratione.

CAP. VI.

Quòd inter cætera ad curam epiſcoporum ſpecialiter pertineat, vt hi qui fidem Chriſti expetunt, inſtruantur & fidei & baptiſmatis Sacramento.

IN primordio ſanctæ Dei Eccleſiæ nemo ad perceptionem ſacroſancti baptiſmatis admittebatur, nisì priùs & fidei & baptiſmatis Sacramento fuiſſet inſtructus: quod verba B. Pauli Apoſtoli probant, ità ſcribentis: An ignoratis, inquit, fratres, ga quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? & cætera, quæ Apoſtolicus ſermo de baptiſmatis Sacramento exequitur. Scribitur quoquè in Concilio Laodicenſi, tit. xlvj. quòd oporteat eos, qui ad baptiſma veniunt, fidẽ diſcere, & 5. feria ſeptimanæ maioris epiſcopo aut presbyteris reddere. Item in eodem capitulo xlvij. quòd oporteat eos, qui in ægritudine percipiunt baptiſma, poſtquàm conualuerint, fidẽ perdiſcere, & ſcire cuius muneris participes facti ſint. Quibus verbis apertè datur intelligi, ꝙ ad fidẽ Chriſti venientes, eiuſdem fidei & baptiſmatis inſtruebantur ſacramentis. Verùm quoniam fides Chriſti vbiquè pollet, & paruuli de Chriſtianis parentibus nati, antequàm ad intelligibilem ætatem veniamt, baptiſmatis ☞ ſacramenta percipiunt, neceſsè eſt, vt quod imbecillis ætas nequiuit, intelligibilis diſcere ſatagat. Quod quia ab vſu Chriſtianæ religionis propter quorundã incuriam receſſit, quantæ eſt negligentiæ, quantique diſcriminis, ſatìs dici non poteſt.

CAP. VII.

Quòd tempus baptiſmatis à nonnullis non ità vt canonicus ordo edocet, obſeruetur.

SAnè à quibuſdam, quãuis fides Chriſti inhianter expetatur, aliter tamẽ agitur, quàm diuina authoritas teſtetur. Præfixa tempora canonum ſuper celebratione baptiſmatis, à multis partìm ignorãtia, partìm preſumptione violantur. Secundò, quia illi qui in ſua ſponſione eos, quos de ſacroſancto fonte ſuſcipiunt, nec fidei, nec baptiſmatis ſacramento ſunt inſtructi: & idcircò eos quos ſuſcipiunt, & ſecundùm ſanctorum Patrum documenta docere debuerãt, erudire nequeant. Quod ad negligentiam ſacerdotum, necnõ & auditorum pertinere, dubium non eſt. Quo itaq; tempore baptiſmus celebrari debeat, Gelaſius in Decretalibus cap. x. ſcribit: Baptizãdi, inquit, ſibi quiſquam paſsìm quocunq; tempore nullã credat ineſſe fiduciam, præter paſchale feſtum & Pentecoſtes venerabile ſacra-
Hæc epiſt. eſt in to-mo 2. Cõ-cil. pagi-na 293. mentum, excepto duntaxàt grauiſſimi languoris incurſu, in quo verendum eſt, nè morbi creſcente periculo, ſinè remedio ſalutari fortaſsìs ægrotans, excidio præuentus, abſcedat. Item Leo in Decretis ſuis: Vndè quia manifeſtiſſimè patet baptizandis in Eccleſia electis hæc duo tempora, de quibus loquuti ſumus, eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus, vt nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis. Quiſquis igitur huius conſtitutionis ſuperbiendo tranſgreſſor exiſtit, nequaquàm ſibi ſuper hoc facto impunitatem, nisì ſe humiliter correxerit, promittat. Qualiter autem hi, qui de ſacro fonte alios ſuſcipiũt, inſtruere debeant, B. Auguſtinus in ſermone habito ad populum demonſtrat, dicens: Qui-
S. Auguſt. cunq; igitur viri, quæcunq; mulieres de ſacro fonte filios ſpiritualiter ſuſceperunt, cognoſcant ſe pro eis fideiuſſores extitiſſe apud Deum. Et ideò neceſsè eſt, vt ſemper illis ſolicitudinem veræ charitatis impendant: admoneant & caſtigent, atque corripiant, vt caſtitatem cuſtodiant, virginitatem vſq; ad nuptias ſeruent, & cæteris bonis operibus dediti ſint. In hoc quippe facto de quo agitur, quantùm à religione Chriſtiana digreſſum ſit, ignorari fas non eſt.

CAP. VIII.

Quòd hi, qui extra ſtatuta tempora canonum baptizantur, ad gradus Eccleſiaſticos prouehendi non ſunt.

SIcut in plerisque & hæc authoritas à nonullis sæpè violatur canonica, quandò scilicet hi, qui in ægritudine baptismatis susciplant sacramenta, ad gradus Ecclesiasticos cõtra fas prouehũtur. Is vsus quia authoritati canonicæ resultat, oportet vt corrigatur, quoniam huiusce modi baptizatos, quos vulgaris sermo grabatarios vocat, canonica authoritas à gradibus Ecclesiasticis patenter repellit. Vndè in Concilio Neocæsareensi capit. XII. legitur: Si quis in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorem presbyterij non potest promoueri, quia non ex proposito fides eius, sed ex necessitate descendit, nisi fortè propter sequens studium eius & fidem atque hominum raritatẽ talis possit admitti. Quòd si hi qui in ęgritudine baptizantur, à gradibus arcentur Ecclesiasticis: multo magìs illi arcendi sunt, qui aut per cupiditatem, aut per temeritatem, contempta canonica authoritate, baptizantur, & postèà similiter ad gradus Ecclesiasticos prouehuntur. Quia ergò hactenùs in hac re, siue propter negligentiam Sacerdotum, siue propter incuriam laicorum minùs cautè, immò aliter quàm authoritas Ecclesiastica doceat, actũ est, docet vt ab hinc obseruetur, nè ampliùs ad iniuriam Canonicæ institutionis, & dehonorationẽ Ecclesiasticorum graduũ, hæc transgressio iteretur.

CAP. IX.

Quòd summoperè omnes fideles meminisse oporteat pacti, quod in baptismate cum Deo fecerunt.

Baptismi pactũ quãdò violetur ex toto, itemq; ex parte.

PActum quod cum DEO in baptismate fit, à multis ex toto, à multis ex parte transgreditur. Ex toto quippe transgreditur, quandò quis post acceptam baptismatis gratiam, aut ad infidelitatem, aut ad hæresim, aut certè ad schisma prolabitur: Ex parte verò, quandò quis aut ad superbiam, aut ad inuidiam, aut ad cætera vitia spiritalia, quæ ex radice superbiæ prodeunt, labitur. Vndè DOMINVS in Euangelio: Qui autem, inquit, super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione aut persequutione propter verbum, continuò scandalizatur. Constat igitur vnumquenque fidelem DEO in baptismate duarum pactionum nexibus se obligare: Altera, qua abrenunciare diabolo & omnibus operibꝰ eius, & omnibus pompis eius: Altera verò qua se in patrem & filium, & spiritumsanctum credere profitetur. Vndè etiàm sub eiusdem sanctę Trinitatis inuocatione baptismatis gratiam consequitur. Cùm ergò post huiuscemodi abrenunciationem quibuslibet illecebris vitiorum illectus, ad ea quibus renunciauit, redit, necnon & post tantę fidei perceptionem in apostasiam aut infidelitatis, aut hæreticæ prauitatis, aut fraterni schismatis prolabitur: proculdubiò vtriusque pactionis transgressor efficitur: quarum altera, quia baptismi iteratione nequit, pœnitentiæ lamentis, eleemosynarum largitionibus, cæterisque bonorum operum exhibitionibus dilui potest. Altera verò, quæ prædictæ contagionis lepra commaculata fuerit, nisi hac primùm per CHRISTI caruerit gratiam, & ad vnitatem Ecclesiæ rediérit, mundari, & pristinæ fidei colorem, sanitatisque vigorem recuperare non poterit. Quia ergò flammeus ille gladius, qui propter peccatum primi hominis ianuam paradisi obice mortalibus immobili oppilauerat, in sacro sancto baptismatis fonte extinguitur, & eadem ianua credentibus aperitur: omnibus fidelibus studendum est, vt pactionis & sponsionis, quam cum DEO in baptismate fecerunt, semper memores existant, caueantque nè quibuslibet vitiorum sordibus se maculantes, non solùm eundem sibi reaccendant ignem, verùm etiàm immundum spiritum à se tempore baptismatis expulsum, cum septenario dæmonum numero sibi addito, ad se quoquo modo redire faciant: fiantque illis (vt Dominus ait) nouissima peiora prioribus, & implea- Luc. 11
tur in eis quod beatus Petrus Apostolus ait: Melius enim erat illis non cognoscere 2. Pet. 2.
viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsùm conuerti ab eo, quod traditum est illis, sancto mandato: apteturque eis illud, Ibidem. Prou. 26.
quod idem ait: Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Nulli quippe dubiũ est, quin religio Christiana baptismum CHRISTI fideliter expetat, & salubriter percipiat. Sed valdè periculosum est, & à religione Christiana alienum, quòd post tanti doni perceptionem, vnusquisque fidelis cùm ad intelligibilem ætatem venit, mysterium baptismatis discere & intelligere negligit, atque eo intellecto, secundùm illud viuere nõ satagit. Quod periculum & ad negligentiam pertinere sacerdotum, qui id solerter debent adnunciare, & ad auditorũ incuriam, qui hoc & intelligere, & adimplere parui pendunt, nulli dubium est.

CAPVT X.

Quid sit abrenunciare diabolo, operibus eius & pompis eius.

Sicut

SIcut studẽdum est sacerdotibus, vt auditores sui mysterium sacri baptismatis intelligant, & Deo opem ferente, operibus compleant: ità nihilominùs procurare debent, vt abrenunciationes, quas in diabolum, suaq; opera, eiusque pompas fecerunt, intelligant, & his intellectis, nè ad eas denuò redeant, solicitè inuigilẽt. Quibus etiàm admonendo sæpiùs inculcãdum est, nè iugo satanæ, quod reiecerant, eiusq; dominatiõi, quam aspernati sunt, quoquo modo succumbant. Magna quippe ex parte Christianum decus vilescit, quandò renati in Christo, ea quibus in baptismate renunciauerunt, nec intelligere curant, nec abhis se, vt Christo polliciti sunt, abstinere satagũt. quæ si intellexissent, proculdubiò, adiuuante Christi gratia, se ab his vigilantiùs custodissent. Vndè necesse est, vt prædicatores in admonendo, & auditores in discendo & opere complendo, abhinc, vt suum cauere periculum possint, maius adhibeant studium. Abrenunciare igitur diabolo, est, penitùs eum respuere, spernere, reijcere, eiq́ue contradicere, seq́ue & vnũquenque ab eo alienare, siue aliud quid, quod hoc verbo in hoc sensu exprimi potest. Opera eius sunt, quæ vtiquè operibus Saluatoris contraria existunt. Primùm superbia, cuius ille author est, & quæ eum ex angelo dæmonem fecit, quæ est etiàm initium omnis peccati, & cætera vitia, quæ ex radice prodeunt superbiæ. Pompa Diaboli hæc est, quæ & pompa mundi, id est, ambitio, arrogantia, vana gloria, omnisq; cuiuslibet rei superfluitas in humanis vsibus. Vndè crescit elatio, quæ multotiès honestati solet adscribi, & cætera huiusmodi. quę de fonte superbiæ procedere noscuntur. Hæc & his similia sunt, quæ vnusquisque fidelis tempore baptismatis à se reiecit, Christoq; se mancipauit, pactumq́ue cum Deo fecit, nè penitùs ad ea, quibus abrenunciauit, rediret. Verùm si iura humanæ pactionis firmiter conseruantur, fixiùs tamen atq; feruentiùs Iura tanti pacti, quę cum Deo facta sunt, inuiolabiliter sunt obseruanda.

Abrenunciare satanæ qd. sit.

Opera satanæ.

Pompæ.

Ecclio. b

CAPVT XI.

Qualiter obseruandum sit de Electione & promotione eorum, qui ad formã & exemplum alijs præficiuntur.

PRouidẽdum ac summoperè cauẽdum est, vt hi per quos & religio Christiana constare, & cæteri ab offensione debẽt saluari, tales posthabita Simoniaca peste, eligãtur, quales & apostolicus sermo & canonicus ordo, & beati Gregorij pastoralis regula docet, scilicet vt nullius terrenæ rei gratia, nisi Dei solius, eligantur; Quoniam si pro aliquo munere præsentis, futuræque retributionis, vel pro qualibet aliare, quæ contraria esse possit veritati, diuineq́ue authoritati, eligitur: liquet profectò, quòd ex toto aliter agitur, quàm diuina authoritas testetur, & quòd in huiusce modi facto Deus offendatur, & aliter electo, & his quibus præficitur, quin scandalum generetur, dubium non est. Proindè oportet vt in electione & ordinatione sacerdotis, valdè execranda Simoniaca hæresis, quæ propter quorundam auaritiam & ambitionem, modernis temporibus dignitatem sacerdotalem fuscare comprobatur, nihil sui detestandi iuris habeat, quæ in primordio sanctæ DEI Ecclesiæ à beato Petro principe Act. 8.
Apostolorũ cum authore suo damnata est, quæ etiàm Deo odibilis pestis, primùm necesse est, vt Imperiali authoritate & potestate, cum consensu venerabilium sacerdotum, à Romana Ecclesia amputetur: Quoniam si caput languẽrit, membra incassùm vigeant necesse est. Qualiter verò eadem hæresis à beato Petro damnata sit, liber Actuum Apostolorum docet, vbi scribitur: Act. 8.
Cùm vidisset autem (inquit) Simon, quia per impositionem manũs Apostolorũ daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritumsanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditiõem: quoniam donum Dei existimãsti pecunia possideri. Non enim est tibi pars neque sors in sermone isto. cor enim tuum non est rectũ coram DEO. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse. Et in Concilio Chalcedonensi capitulo 2. scribitur: Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationẽ, & sub precio redegerit gratiam, quę nõ potest vendi, ordinaueritq́ue per pecuniã episcopum aut presbyterum aut diaconum, vel quemlibet ex his qui cõnumerantur in clero, aut promouerit per pecuniam dispẽsatorem aut defensorem, vel quęquam qui subiectus est regulę, ꝓp sui turpissimi lucri commodo is, qui hoc attentare probatus fuerit, proprij gradũs periculo subiacebit: & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ est per negociationem facta, proficiat, sed sit alienus ea dignitate vel solicitudine, quam pecunijs acquisiuit. Si quis verò mediator tam turpibus & nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidẽ clericus fuerit, proprio gradu dẽcidat: si verò laicus vel monachus, anathematizetur. Gregorius in Homilia Euangeliorum 16. Vobis enim, inquit, sacerdotibus lugẽs loquor: quia nõnullos vestrũm cum præmijs facere ordinationes agnoui-

mus, ſpiritualem gratiam vẽdere, & de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergò ad memoriam veſtram non redit, quod vox Dominica præcipiens dicit, Gratìs accepiſtis, gratìs date? Cur nõ ante mentis oculos reuocatis, quod templum redemptor noſter ingreſſus, cathedras vẽdentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs? Quinanque ſunt in templo Dei hodiè qui columbas vendunt, niſi qui in Eccleſia precium de impoſitione manûs accipiunt, per quam impoſitionem Spirituſſanctus cælitùs datur? Columba ergò venditur, quia manûs impoſitio, per quam Spiritusſanctus accipitur, ad preciũ præbetur. Sed redemptor noſter cathedras vendentiam columbas euertit, quia talium negociatorum ſacerdotium deſtruit. Hinc eſt, quòd ſacri canones Simoniacam hæreſim damnant, & eos ſacerdotio priuari præcipiunt, qui de largiendis ordinibus precium quærunt. Cathedra ergò vendentiũ columbas euertitur, quandò hi qui ſpiritalem gratiã vendunt, vel ante humanos, vel ante Dei oculos ſacerdotio priuantur. Et in Apologetico Gregorij Nazanzeni: Religioni, inquit, ac doctrinæ noſtræ opprobriam naſcitur, quòd ſacerdotia vel miniſteria ambitione potiùs & ad gratiam, quàm meritorum iudicio deferantur. Cuius rei vitium vel labẽ etiàm ſi prohibere ſupra nos eſt, at certè erubeſcere & auerſari, pars aliqua pietatis eſt. Si quis igitur copioſiùs pleniusq́ue de vitanda ac deteſtanda Simoniaca hæreſe ſcriptum nôſſe cupit, librum Epiſtolarum beati Gregorij legat. In quibus manifeſtè appáret, quòd eo tempore, quãdò eaſdem epiſtolas idem doctor ad Gallias mittebat, ſedes beati Petri, cui prælatus erat, ab eadẽ lue immunis erat. Orandus eſt ergò Deus, vt eandem peſtem, quæ Eccleſiam ſuã multifariè commaculat, ità abhinc ab omnium fidelium ſuorum corde, ore & manu procùl amoueat, vt ampliùs tot animas in laqueum & perditionem non ſubruat.

Matth. 10. — Iohan. 2. — Matth. 21.

CAPVT XII.

De acceſsione ad paſtorale magiſterium, & perſona ſacerdotis, eiusq́ periculo.

Qualiter ad culmen regiminis veniẽdum, qualiter in eo viuendum, qualiterq́ue docendũ, vel qualiter quotidiè propriæ infirmitatis conſideratio ſacerdoti ante oculos ſit ponẽda, præfati beati Gregorij regula pleniſſimè docet. A cuius doctrina, quod valdè dolendum & cõtremiſcẽdum eſt, multi noſtrorum, qui paſtorum nomine cenſemur, longè peccatis præpedientibus diſtare conuincimur. Vndè & noſtrum & eorum, quibus prodeſſe debumus, magnum periculum imminere cognoſcimus. Quapropter ſolicitè vigilanterq́ue nobis ſatagendum eſt, vt per eiuſdẽ doctoris & cæterorum ſanctorum dicta & exempla, vitam noſtram in melius componamus, quatenùs nobis & illis, quib⁹ ad vitam æternam ducatum præbere debemus, Domino auxiliante, ſalutiferum cõſultum ferre poſſimus. Perſona quoq; ſacerdotis, qualis eſſe debeat, in memorato Paſtorali libro, & in Apologetico Gregorij Nazanzeni copioſè taxatũ eſt. Sed & in libro Leuitico, ità perſonam ſacerdotis Dominus deſcribit loquens ad Aaron: Vinum & om̃e quod inebriare poteſt, non bibes tu & filij tui, quandò intrabitis in tabernaculum, nè moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, & vt habeatis ſcientiam diſcernẽdi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisq́ue filios Iſrael om̃ia legitima mea, quæ locutus ſum ad eos per manum Moiſis. In Ezechiele: Victimam igitur & pro peccato & pro delicto ſiue pro ignorantia comedẽt ſacerdotes. Hieronymus: Nec tantùm, inquit, gaudẽdum eſt ad oblationem munerum, quantùm timendum ad honoris condemnationẽ, ſi eo abutamur indignè. Item poſt pauca: Hoc autem facimus vt reponat ſacerdos benedictionem & oblationẽ noſtram in domo ſua, ſiue vt ad imprecationem eius Dominus benedicat domibus noſtris. Grandis dignitas ſacerdotum, ſed grandis ruina, ſi peccent. Lętamur ad aſſcẽſum, ſed timeamus ad lapſum. Non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quàm mœroris, de ſublimibus corruiſſe. Nec enim ſolùm pro delictis noſtris reddemus ratiõem, ſed pro omnium, quorum abutimur donis, & nequaquàm ſumus de eorum ſalute ſoliciti. In Aggęo: Interroga ſacerdotes legẽ. Idẽ Hieronymus: Conſidera ſacerdotum eſſe officij, de lege interrogatos reſpondere. Si ſacerdos eſt, ſciat legem Domini: ſi ignorat legem, ipſe ſe arguit nõ eſſe Domini ſacerdotem. Sacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege. Item in Malachia: Lex veritatis in ore eius, hoc eſt, doctrina populorum, quæ in ſacerdote nullo debet mendacio deturpari, ſed tota de veritatis fonte procedere. Et poſt pauca: Et multos auertit ab iniquitate. Qui ſacerdos eſt, & nõ corripit delinquentes, ſacerdotis officium præterit. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam. Non dixit, proferent, ſed cuſtodient. Et poſt non multa: Sicut non ſeruâſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. Inter omnia peccata Leui, ſiue eorum qui ex Leui ſunt ſacerdotum Dei, illud & vltimũ & maximum ponitur, quarè accipiant faciem in lege, vt non cauſam, ſed perſonam conſiderent, iuſtumque pauperem deſpicientes, iniquos diuites ſuſcipiant & honorent. In Euangelio Paſtor bonus animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Hanc

Leu. 10. — Ezec. 44. — Lib. 11. in hoc cap. Ezechiel. — Agg. 2. — Mala. 2. — Ioan. 10.

Hanc ſententiam beatus Gregorius exponens, ait: Qui non dat pro ouibus ſubſtantiam ſuam, quandò pro eis daturus eſt animam ſuam? Primùm itaque noſtrum eſt, exteriora noſtra ouibus eius impendere: Poſtmodùm verò, ſi neceſsè ſit, pro eiſdem ouibus animam ponere. Paulus ad Timotheum, necnon ad Titum, quid ſit Epiſcopatum deſiderare, & qualis perſona Epiſcopi eſſe debeat, regẽte eius calamum ſancto ſpiritu, affatìm ſalubriterq́ue deſcribit. Hęc igitur quæ prælibata ſunt, quiſquis ad paſtorale magiſterium adſpirat, ſobriè diligenterq́ue perpendat, ſeq́ue ſagaciter metiri ſtudeat, nè (quod abſit) terrenis deſiderijs ſuccenſus, proprijsq́ue reatibus adſtrictus, dum loco (vt beatus Gregorius ait) delectatur glorię, fiat ſubditis author ruinæ. Omnibus igitur ſacerdotibus illa ſpecialiter ſententia beati Gregrorij ante oculos conſtituenda eſt, in qua inter cætera, Cùm rerum, inquit, neceſſitas expoſcit, penſandum valdè eſt, ad culmen quiſque regiminis qualiter veniat, atq; ad hoc ritè perueniens, qualiter viuat, & benè viuens qualiter doceat & rectè docens, infirmitatem ſuam quotidiè quanta valet cõſideratione cognoſcat.

1. Tim. 3. — Tit. 1. — In Præfatione 1. li. Paſtoral.

CAPVT XIII.

Vt auaritiam ſacerdotes cauere ſtudeant.

Quia verò nonnullos ordinis noſtri ſocios auaritiam turpiter ſectari & meritò à multis repræhendi, & ob id innoxios cum noxijs, hac occaſione infamari comperimus: abhinc in cõmune nos & ſocios noſtros mutua exhortatione corrigendos eſſe iudicauimus. Ità videlicet, vt nec nos in huiuſcemodi peſte auaritiæ coram Deo peccaremus, nec alijs per noſtrũ malum exemplum detrahendi, & in nobis peccãdi locum daremus. Verùm cùm nullus Chriſtianus theſauros in terra, ſed potiùs, ſecundùm Domini ſententiam, in cœlo recondere debeat, cauendum ſummoperè ſacerdotibus eſt, vt ab auaritiæ peſte, quæ eſt idolorum ſeruitus, & cupiditate, quæ radix omnium malorum eſt, ſuosq́ue ſectatores à regno Chriſti excludunt, ſe compeſcant. Quoniam dignè non poſſunt ſubditis prædicare, vt ab his ſe abſtineant, quum ipſi his, quod valdè dedecus, immò periculoſum eſt, ſe mancipauerint. Grauiùs quippe, atrociusq́ue hæ peſtiferæ lues in illis damnantur, quàm in his, qui eorũ dictis & exemplis ab his coërceri debuerũt. Solent nanque à nonnullis multifariæ occaſiones obtendi, quæ neceſſitatis nomine palliantur. Et reuerà dum exteriùs neceſſitas prætenditur, interiùs auaritia tegitur. Ait itaque Dominus in Euangelio: Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbì ærugo & tinea demolítur, & vbì fures effodiunt & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cælo, vbì neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbì fures nõ effodiant, nec furantur. Vbì enim eſt theſaurus tuus, ibì eſt & cor tuum. Econtrà. Iacobus Apoſtolus diuites alloquitur: Agitè nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs, quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, aurum veſtrum & argentũ æruginauit, & ærugo eorum vobis in teſtimonium erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Scribit etiàm Beda, in expoſitione tabernaculi ità inquiens: Neque hoc, quòd primi filiorum Aaron poſt ordinationem cùm ignem alienum offerrẽt coram Domino, igne cæleſti periẽrunt, à ſignificatione miſerabilis noſtri temporis abhorret, vbì nonnulli ſacerdotum ac doctorum loco potiti, quod dictu quoquè graue ac lugubre ſatìs eſt, dum ignem cupiditatis, igne ſupernæ dilectionis anteponunt, igne ſupernæ vltionis abſumuntur: quorũ perpetua dãnatio, temporali eſt filiorũ Aaron morte figurata. Scribit & Proſper: Nõ poteſt dicere ſacerdos contẽptoribus admonitionis ſuæ, Futurum cogitate iudicium, quod ipſe fortè non cogitat: Amatoribus mundi, Nolite diligere mundum, ſi eũ mũdi amor oblectat: ambitioſis: Ambitioni finem imponite, ſi eum ambitio ruinoſa precipitat: Ebrioſis, Ebrietatem cauete, ſi ſe mero vſq; ad alienationem mẽtis ingurgitat: Sumptuoſis dapibus crudus, nõ poteſt ſuis abſtinentiam laudare, quam calcat: vitio cupiditatis addictus, cupidis amorem non poteſt diſſuadere pecuniæ: Inimicitiarum tenax, non audebit animos diſſidentium ſacerdotali trãquillitate componere. Iuſtitiã prædicare Iudicibus erubeſcit, quã ipſe perſonæ potentis fauore corrũpit: Nec defendet oppreſſos, ſi perſonas aut honorat, aut deſpicit: & quicquid boni nõ facit, aut mali committit, nec iubebit fieri, nec vetabit, quia neceſſariam docendi authoritatem contrarietate ſuæ actionis aut amittit, aut minuit. In vita beati Ambroſij legitur: Ingemiſcebat enim vehementer, cùm videlicet radicem omnium malorum auaritiam, quæ neq; copia, neq; inopia minui poteſt, magìs magisq́; increſcere in hominibus, & maximè in his qui in poteſtatibus erant conſtituti, ità vt interueniendi illi apud illos grauiſſimus labor eſſet, quia oĩa precio diſtrahebantur. Quę res omne malũ primò inuexit Italię, & exindè omnia vergũt in peius. Et quid dicam, ſi in huiuſmodi perſonis ità rabiẽ ſuam exercent, qui ſolent aut filiorũ aut propinquorum cauſas pretendere ad excuſandas excuſationes in peccatis, quãdoquidẽ pleroſq; ceperit etiã cæca labes ſacerdotes & Leuítas, quibus portio DEVS eſt, vt illam etiàm ipſi appetant? Et væ mihi miſero, quia nec fine mundi

Matt. 6. — Ephe. 5. Col. 3. 1. Tim. 6. — Matt. 6. — Iac. 5. — Leu. 10. — De vita cõtemp. li. 1. cap. 15. — 1. Iohan. 2. — Pſal. 140.

mundi prouocamur, vt tam graui iugo seruitutis liberari velimus, quo demergimur ad profundum inferni, vt faciamus nobis
Luc.16. amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. His ità præmissis, oportet sacerdotes Domini, vt ab appetitu auaritiæ & cupiditatis se cohibentes, sibi subiectis in omnium virtutum profectibus imitabiles exhibeant, quibus pro omnibus diuitijs solus Christus abun-
Phil.1. dat, iuxta illud Apostoli: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Quòd autem oblationes fidelium non ad suam auaritiam, sed ad Christi honorem, Ecclesiæque vtilitatem retorquere debeant, subtèr adnotandum est.

CAPVT XIIII.

Vt hospitalitatem maximè ab his, qui alijs præsunt, sectari oporteat.

QVia ergò propter communem, immò necessariam correctionem pariter, diligenterque inquisiuimus, & ex oraculis diuinis, & sanctorum patrum dictis manifestum fecimus, qualiter ad pastorale magisterium veniendum, qualiter in eo viuendum, qualiter docendum sit, & qualiter sacerdotes Domini auaritiam, qui alijs forma & exemplum esse debent, cauere debeant, operepretium duximus, nos exhortando admonere, & admonendo exhortari, vt hospitalitatem, præcipuè sacerdotes Domini, sectari meminerint: Quoniam hactenùs à quibusdam ordinis nostri socijs minùs iusto & indecenter hospitalitas sectata est, & ideò à multis nō solùm ipsi negligentes, verùm etiàm hospitalitati studentes, tali repræhensione sunt denotati. Cùm ergò hospitalitas in tremendi examinis die ab æterno iudice sit remuneranda, qui dictu-
Matt.25. rus est, Hospes fui, & collegistis me, & ob id ab omnibus Christianis summoperè sit sectanda, multo magìs tamen vigilantiusq; ab his, qui dictis & exemplis ad vitam ęternam alijs ducatum prębere debent, postposita auaritiæ peste & alia qualibet occa-
1.Tim.3. sione, prorsùs est exequenda. Ab Apostolo quippe inter cætera virtutum præconia, quæ Episcopo inesse debent, hospitalitas etiàm habenda prædicatur. Episcopi nanque do-
In Commentar. in cap.1. ad Titum. mus, vt beatus Hieronymus scribit, omnium commune debet esse hospitium. Laicus enim vnum aut duos aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium: Episcopus nisì omnes recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas porrò, quam Dominus remuneraturum se esse asseruit, illa est intelligenda, quæ membris CHRISTI, tecto scilicet indigentibus, & diuersas necessitates patientibus, exhibetur. Vndè ait
Iob 31. Iob: Foris non mansit peregrinus, ostium
1 Pet. 4. meum viatori patuit. Petrus: Hospitales in-
Heb.13. uicèm sinè murmuratione. & alibì: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospi-
Gen.18. & 19. talitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, angelis hospitio rece-
Rom.12. ptis. Paulus: Hospitalitatem, inquit, sectantes. Origenes in Epistolam ad Romanos: Quàm dignè, inquit, hospitalitatis magnificentiam vno sermone compræhendit? Dicens enim hospitalitatem sectandam, non illud solùm ostendit, quòd venientem ad nos hospitem suscipiamus, sed requiramus, & soliciti simus, & sectemur, ac perquiramus vbiquè hospites, necubì fortè in plateis sedeant, aut extra tectum iaceant: recordare Loth, & inuenies quòd non il-
Gen.19. lum hospites, sed ipse quæsierit hospites: & hoc erat, hospitalitatem sectari. De hospitalitate etiàm sectanda vberiora sunt exem-
Homil. pla, & beati Gregorij, in Homilia Euangelij, copiosissima dicta. Proindè studendum summoperè Episcopis est, vt cùm hospitalitatem subditis habendam prædicant, ipsi eam ante omnes primùm factis adimpleant: scilicet vt quod verbis prædicant, operibus ostendant.

CAPVT XV.

Qualiter tractandæ, vel quid sint res Ecclesiæ.

QVòd nulli sacerdotum liceat res Deo dicatas, sibique commissas, vtpotè proprias tractare, & ad multifarios secundùm libitum suum eas vsus retorquere, sed potiùs secundùm canonicam authoritatem, sanctorumque patrum dicta & exempla, administrare vel dispensare: ea quæ sequuntur, perspicuè manifestant. Quòd autem ea quæ Domino sanctificabantur, ad ius pertinerent sacerdotum, legalia instituta sanciunt. In nouo quippe testa-
Acto.4. mento, in initio videlicet sanctæ nascentis Ecclesiæ, vota fidelium ante pedes ponebantur Apostolorum, eorumque iudicio vnicuique, prout opùs erat, distribuebantur. Et licèt crescente fidelium deuotione copiosissimis ac munificentissimis eorum liberalitatibus sancta donata sit Ecclesia, eundem tamen vsum Apostolorum successores in tractandis & dispensandis ecclesiasticis rebus se seruare debere meminerint: Quoniam qui stipem Ecclesiæ, iuxta
Hieron. documentum beati Hieronymi, in suos conuertit vsus, scriba est & pharisæus, similisque Iudæ perdito. Scribitur in Concilio Antiocheno capitulo decimoquinto: Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reuerentia & timore DEI. Participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget, tam suis, quàm fratrum qui ab eo suscipiuntur, necessarijs vsibus profuturis, ità vt in nullo, quali-

libet occasione fraudentur, iuxta sanctum
1.Tim.6. Apostolum sic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti sumus. Quòd si contentus istis minimè fuerit, conuertat autem res Ecclesiæ in suos vsus domesticos, & eius commoda vel agrorum fructus non cum presbyterorum conscientia diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis aut fratribus, filijsque committat, vt per huiusmodi personas occultè cæteræ lędantur ecclesię, Synodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur Episcopus aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quòd ea quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Ecclesiastica facultate sibimet vsurpent, ità vt ex hoc affligantur quidam pauperes, criminationi verò & blasphemijs tam sermo prædicationis, quàm hi qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sancta Synodo id, quod condecet, comprobante.

In Concilio Chalcedonensi, capitulo xxvj. Quoniam in quibusdam ecclesijs, vt rumore comperimus, præter œconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant, placuit omnem Ecclesiam habentem episcopum, habere œconomum de clero proprio, qui dispenset res Ecclesiasticas secundùm sententiam Episcopi proprij, ità vt Ecclesię dispensatio præter testimonium non sit, & ex hoc dispergantur Ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quòd si hoc minimè fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit. In canonibus qui Apostolorum titulo prenotantur, capitulo 41. ità legitur: Præcipimus vt in potestate sua episcopus Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum preciosæ illi sunt creditæ, multò magìs oportet eum curam pecuniariam gerere, ità vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore, omnique
Epistol. est in Concil. Tomo 2 pag.293. solicitudine ministrentur. Gelasius in Decretalibus capitulo vicesimonono: Quatuor autem, inquit, tam de reditu quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet Ecclesiæ facultas permittit, sicut dudùm rationabiliter est decretum, conuenit fieri portiones: quarum sit vna pōtificis, altera clericorum, pauperum tertia, quarta fabricis applicanda ecclesię: De quibus sicut Sacerdotis erit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, ità clerici vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerint expetendum. Ea verò, quæ ecclesiasticis ædificijs attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum. Quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his designata conuertat. Ipsam nihilominùs adscriptam pauperibus portionem, quanuis diuinis rationibus se dispensâsse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scri-
Matt. 5. ptum est, Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est, oportet etiàm præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ pręconijs non taceri.

Prosper cùm de sanctis perfectisq; pon-
De vita Contempl. lib.2. ca.9. tificibus tractaret, qui facultates Ecclesiæ non vt proprias, sed vt commendatas tractauerunt, ait: Et idcircò scientes nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisì vota fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicauerunt in vsus suos, vt proprias, sed vt commendatas, pauperibus diuiserunt. Hoc est enim possidendo contemnere, non sibi, sed alijs possidere: nec habendi cupiditate Ecclesiæ facultates ambire, sed eas pietate subueniendi, suscipe-
Soph.3.a re. Hieronymus in expositione Sophoniæ prophetæ: Iudices quoquè eius, quasi lupi Arabię, occidentes vesperè, & nil relinquentes in manè: non adspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris, & possessiunculas Ecclesiæ, & ea quæ in DEI donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, vt non habeant pauperes quod manè comedant: qui quasi in nocte & nullo vidente populantur, & cùm luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt. Sicut igitur præmissa documenta declarant, non sunt res Ecclesiæ vt propriæ, sed vt dominicæ, & à Domino commendatæ, tractandæ. Quicunque ergò eas ad suos proprios vsus, terrenosque honores & delectationes retorquet, quanti sit discriminis, quantęque transgressionis, apertè animaduerti potest.

CAPVT XVI.

Vt in rebus Ecclesiæ circa propinquos suos expendendis, modum Episcopi teneant discretionis.

QVoniam multi Episcoporum amore propinquorum suorum de rebus sibi commendatis, suo aut quorumlibet amicorum nomine prædia aut mancipia emunt, & vt in suorum propinquorum ius cedant, statuunt, & ob hc - & iura Ecclesiastica conuelluntur, & ministerium sacerdotale fuscatur, immò à subditis detrahitur & contemnitur: Placuit omnibus, vt deincèps hoc auaritiæ genus caueatur, fixumque abhinc & perpetuò mansurum esse decreuimus, vt Episcopus res sui Iuris, quas aut ante Episcopatum, aut certè in Episcopatu hæreditaria successione acquisiuit secundùm authoritatem canonicam, quicquid vult faciat, & cui vult conferat. Postquàm autem Episcopus factus est, quascunq; res de facultatibus Ecclesię, aut suo

ſuo aut alterius nomine qualibet conditione comparauerit, decreuimus, vt non in propinquorum ſuorum, ſed in Eccleſię, cui præeſt, iura deueniant. Similiter & de presbyteris, qui de Eccleſiarum rebus, quibus præſunt, prædia eo modo emunt, faciẽdum ſtatuimus: Quoniam multos presbyterorũ occaſione taliter emptarum rerum, eccleſias quibus præſunt, expoliâſſe, & à ſuo miniſterio multis modis exorbitâſſe, & ſe diabolo mancipâſſe, multosque laicorum ex hoc facto in ſcãdalum damnationis & perditionis protraxiſſe cognouimus.

CAPVT XVII.

Quòd nulli Epiſcoporum liceat, res Eccleſiæ extra conſtituta canonum paſſim in alterius iura transferre.

CAnonica cenſura decernit, vt res Eccleſiæ, niſi ob nimias neceſſitates quas deſcribit, nemo diſtrahat. Quòd ſi quiſpiam imminente nimia neceſſitate, inconſulto primate prouinciæ, aut certè maiori vrgente neceſſitate, non adhibitis teſtibus vicinis Epiſcopis, id facere attentauerit, ità Canonico iudicio percellitur, ſcilicet, vt amiſſo honore, reus Deo & concilio teneatur. Et licèt moderno tẽpore neceſſitas non compellat, vt apertè res diſtrahantur Eccleſiæ, verendum eſt tamen, nè clanculò vendãtur, & canonica interminatio ſubeatur. Quandò enim quiſpiam prælatorum aut muneris, aut amoris, aut amicitiæ, aut certè timoris, vel cuiuſlibet alterius rei gratia res Eccleſiæ in commutationem dat, commoda ſcilicet & vtilia dans, & incommoda & inutilia Eccleſię ſuæ accipiens, venditorem temerarium eccleſiaſticarum rerum ſe eſſe nouerit, reumq; Deo & concilio contremiſcat. Quod quia in cõmutandis rebus id perſæpè eueniſſe dubiũ non eſt, cauẽdum ſummoperè abhinc prælatis eſt, nè in commutandis Eccleſiaſticis rebus incauti exiſtant. De non alienandis verò rebus Eccleſiaſticis Papa Symmachus in decretis ſuis inter cætera ità ſcribit: His ergò perpenſis, manſuro cum DEI noſtri conſideratione decreto, ſancimus, vt nulli Apoſtolicę ſedis præſuli à præſenti die, donèc diſponente Domino catholicæ fidei manſerit doctrina ſalutaris, liceat prædium ruſticum, quantæcunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione vel commutatione ad cuiuſlibet iura trãsferre: nec cuiuſlibet excuſentur publicæ neceſſitatis obtentu, quippe cùm nõ ſit perſonale quod loquimur, nec aliquis clericorum vel laicorũ ſub hac occaſione acceptа tueatur: Sed nec in vſufructuario iure aliquibus dare liceat, nec data retinere, præter clericos & captiuos atque peregrinos. His verbis apertè monſtratur, quia quod idem Papa Apoſtolicæ ſedis præſul perpetuò obſeruandum cenſuit, nihilominùs præſulibus Eccleſiarum obſeruandum perdocuit.

(Margin: Eſt tertię Romanæ Synodi ſub Symmacho habitæ ca. 4.)

CAPVT XVIII.

Quòd res Eccleſiæ non ſint ſacerdotibus, ſi eas ſtrenuè diſpenſauerint, cauſa peccati.

COnuenit Paſtoribus Eccleſiarum res Eccleſiæ poſſidere, nõ ab his poſſideri, & vt Proſper ſcribit, eas poſſidendo debent contemnere, & non ſibi, ſed alijs, poſſidere. Cõſtat autem ſanctiſſimos pontifices, qui cũ Chriſto remuneratore ſuo regnant, quorum nos indigni locũ tenemus, res Eccleſiæ non ſibi, ſed alijs, poſſediſſe, & non ad ſuam gloriam & delectationem, ſed potiùs ad Dei honorem & fidelium cõmoditatẽ eos his vſos fuiſſe. Vndèliquet, quia nihil eis obfuerunt ad nanciſcendam æternæ patrię gloriam res Eccleſiaſticę cõmodiſſimæ atq; ampliſſimæ, quas fideliter adminiſtrauerunt. Quicunque ergò ſecũdùm eorundem ſanctorum exempla, res ſibi creditas diſpenſauerit, ſeque ab illecebris mundialibus & incentiuis carnalibus cuſtodiẽrit, ad eorum conſortium ſe pertinere dubitare non poterit. Si autem ſecùs fecerit, eorum conſortio ſe indignum fore pertimeſcat. Miſerabiliores planè cunctis mortalibus nonnulli exiſtũt põtifices, qui in breuiſſimo huius mortalitatis interuallo ſuę miſerę fragilitatis immemores, ſacerdotalis honoris culmine vltra metas ſubuecti, amore mũdi decepti, cupiditate terrenarum rerum illecti, pro caducis & citò præterlabentibus rebus, quas vtiliter fideliterque expendere negligunt, ſanctorum ſacerdotum cõſortio ſe priuant. Ceſſet ergò ambitio quæ dicere ſolet, Nimis rerum habere Eccleſias Chriſti: & perpendat, quia quantæcunque ſint res Eccleſiæ, ſi eo modo, quo diſpenſandæ ſunt, diſpẽſentur, nimiæ non ſunt: cupiditas quippe, immò negligentia quorundam diſpenſatorum, non Eccleſiæ amplæ res, in vitio ſunt. Mira náq; res: ambitio mundialis ſatis non habet, & Eccleſia Chriſti nimium habet?

(Margin: De vi. temp. 2. cap.)

CAPVT XIX.

Quòd vitam conuerſationemque quorundam ſacerdotum nonnulli ſubiecti, liuore potiùs, quàm zelo charitatis, repræhendant.

SIcut per Saul reprobi prælati, ità & per Dauid ſubiecti ſunt humiles ſignificati. Quapropter vnuſquiſque ſubiectus, nõ ſuperbum Semei, qui cõuicia & maledictiones iniecit in Dauid, ſed magìs eundem humilem imitari debet Dauid, dicentem: Propitius ſit mihi Dominus: non mittam manum meam in Chriſtum Domini. Chriſtos domini ſacerdotes appellari, dubium non eſt. De quibus in Pſalmo diuina voce canitur: Nolite tangere Chriſtos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. Quanquàm autem, quod valdè dolendum eſt, multi prælatorum adinſtàr Saul ſint reprobi effecti, non ſunt tamen manu reprehenſionis & detractionis tangendi. Quia vt Iſidorus in libro Sententiarum ſcribit, Rectores à Deo ſolummodò, non à ſubditis, ſunt iudicãdi, & pro moribus reprobis tolerandi magìs, quàm à plebe ſunt * diſtinguendi. *In Eccleſiaſtica hiſtoria Conſtãtinus Imperator Epiſcopis ait:* Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoquè iudicandi, & ideò nos à vobis rectè iudicamur: vos autem nõ poteſtis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium, vt veſtra iurgia quæcunque ſunt, ad illud diuinum referãtur examen. Vos etenim nobis à Deo dati eſtis dij. Et conueniens non eſt, vt homo iudicet deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt, Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit. Cùm hæc ità ſe habeant, vtrinquè non mediocriter delinquitur, & animarum periculum generatur: Quia dum prælati exemplo ſuæ peruerſitatis ſubditis detrahendi locum dant, ſe & illos proculdubiò ad perditionẽ pertrahunt: Subditi verò dum præpoſitorum praua facta non compaſſionis, ſed inſultationis ac liuoris voto mordent, quantum animæ ſuæ periculum incurrant, diligenter animaduertant, & abhinc ſuę ſaluti proſpicientes, ab huiuſcemodi detractionibus ſe cohibere non negligant. Irrepſit ſanè in nonnullis Eccleſiarum præſulibus miſerabilis temporis noſtri inepta, immò corrigenda cõſuetudo, quæ iam ità pro lege tenetur, vt ſanctitatis & religionis nomen ſibi adſcribere nõ vereatur, ſcilicet ſuper diuerſarum rerum innumeris ſuperfluitatibus & vanitatibus, quas dinumerare longum eſt, necnon in auaritia & tenacitate, improbaq; intentione, & in turpi inhoneſtaq; conuerſatione, morumque improbitate, & vanæ gloriæ appetitu, & quod his perículoſius eſt, ſui offícij cura poſthabita, in diuinorum præceptorum tranſgreſſione, ità vt illud Salomonicum impletum videatur, quo dicitur: Lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſimis. Non igitur mirum eſt, ſi propter hæc, & his ſimilia Deus offendatur, & infirmorum animis ſcandalum generetur, ſtatusque ſanctæ Dei Eccleſiæ periclitetur. Proindè omnibus ſtudendum eſt ſacerdotibus, vt ab his deincèps ſe caueãt, & his rebus inſiſtant, quibus ſibi & his quibus præſunt, Dominum propicium facere mereãtur. Quàm moderata autẽ diſcretio in veſtium cultu & mẽſæ apparatu ſacerdotibus tenenda ſit, dicta beati Gregorij in expoſitione Euangeliorum, necnon & vita ſanctorum virorũ Auguſtini & Ambroſij pleniſſimè docent.

(Margins: 1. Reg. 16. — 1. Reg. 24. — Pſal. 104. — * diſtringendi. — Lib. 10. ca. 1. authore Ruffino. — Pſal. 81. — Prou. 2.)

CAPVT XX.

Vt conuerſatio ſacerdotalis, teſtes vitæ probabilis habeat.

QVòd moderni pontifices ſanctorum decedentium patrum exempla vſq; quaq; ſectari debeant, in præcedentibus iam dictum eſt. Sed quia nonnullos ſocios ordinis noſtri ſinè his perſonis, quas ſua religioſa conuerſatio teſtes habere, & quibus exemplum bonũ debuit præbere, cubilia ſecreti ſui didicimꝰ incolere, id nõ ſinè magna turbidaque indignatione ferre potuimus. Et nè deincèps quiſpiam prælatorum id facere pertentet, pari conſenſu inhibuimus: Quia in hoc facto cõuerſatio ſacerdotalis commaculatur, & detrahentibus locus præbetur, & animarum perditio generatur. Vt ergò ſacerdos diſcipulis ſuis de ſeipſo exemplum bonum debeat præbere, Apoſtolus ſcribẽs ad Titũ docet, dicens: In omnibus teipſum præbe exemplũ bonorum operum, in doctrina, in integritate, in caſtitate, & reliqua. Beatus quoquè Gregorius in decretis ſuis ità ait: Verecundus mos torpore indiſcretiõis inoleuit, vt huiùs ſedis põtificibus ad ſecreta cubiculi ſeruitia laici pueri ac ſeculares obſequantur, & cùm paſtoris vita eſſe diſcipulis ſemper debeat in exemplum, plerunquè clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui põtificis, neſciunt, & (vt dictum eſt) ſeculares pueri ſciunt: De qua reprę́ſenti decreto cõſtituo, vt quidam ex clericis, vel etiàm ex monachis electi, miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is qui in loco eſt regiminis, habeat teſtes tales, q vitæ eiꝰ in ſecreto cõuerſationẽ videant, & ex viſione ſedula exemplum profectûs ſumant. Hæc igitur beatus Gregorius ſcripſerit. Cæterùm ſi qui de hac re copioſiora exempla quærere voluẽrit, vitas beati Auguſtini & Ambroſij, & cæterorum aliorum ſanctorum virorum legant, & perſpicuè inueniẽt quòd vita & conuerſatio Pontificis ſemper teſtes vitæ probabilis habere debeat.

(Margins: Titum. 2. — vide Tom. 2. Cõc. pagina 688.)

CAPVT XXI.

Vt Epiſcopi cæterique prælati, niſi id neceſſitas ineuitabilis impediẽrit, maximè cum clericis ſuis Horas canonicas cuſtodiant, & ſcripturas diuinas quotidiè in collatione tractent, eisque in conuictu participes exiſtant.

HOc quoquè correctione, congruaq; emendatione dignum comperimus, eô quòd nonnulli prælatorum, nulla interueniente neceſſitate, nõ cum clericis, ſed potiùs ſeorsùm cum laicis & quibuſdã familiaribus ſuis ſermocinari & conuiuari delectentur: ſimiliterque & à quibuſdam Abbatibus & Abbatiſſis fieri didicimus. Quæ res quia valdè à paterna ſolicitudine abhorret, & ſubditos in contemptum magiſtrorum

gistrorum,murmurationemque, & in diuinorum obsequiorum trãsgressionem pertrahit, prorsùs resecandam esse statuimus, & vt abhinc prælati in his quæ præmissa sunt,quantùm facultas permiserit,sibi subditis participes existant,censuimus,de qua etiàm re in Actibus Apostolorum, & in vita beati Augustini,& in Concilio Sardicẽsi capitulo quartodecimo,copiosa habentur exempla,Socios verò ordinis nostri in gubernandis congregationibus sibi subiectis,canonicis videlicet, monachis & sanctimonialibus,hactenùs valdè negligentes extitisse,&ob id multos in suí*detrectationem & contemptum prouocâsse,itàvt nonnulli alij prelati in eorũ parochijs cõstituti, eorũ praua exẽpla secuti,suas similiter congregationes neglexerint: Quos & fraterno & synodali conuentu admonẽdos esse necessariò duximus,vt ab hac negligentia deincèps se cohibeant, & cæteris se imitabiles præbeant, nè fortè propter illorum incuriam,& diuinæ seruitutis contemptus,& pericula proueniant animarum, & auribus excellentiæ vestræ molestia ingeratur, & nostræ mediocritati in sacris conuentibus tædium & opprobrium inferatur. Comperimus etiàm quosdam socios ordinis nostri,non causa necessitatis aut vtilitatis, sed potiùs auaritiæ & propriæ delectationis,sępissimè propria ciuitatis suæ sede relicta, cleroq; neglecto,remotiora loca frequentare,de qua re & destitutio diuini cultûs,& prædicatio in plebibus, & cura subiectorũ postponitur, & hospitalitas negligitur. Quod nè vlteriùs à quoquã sinè ineuitabili necessitate, & certa vtilitate fiat, pari consensu inhibuimus.

*detractionem

CAPVT XXII.

De laicorum clericis,eorumque examinatione & promotione.

DE clericis verò laicorum, vndè nonnulli conqueri videtur,eó quòd quidam Episcopi ad eorum preces nolint in ecclesijs suis eos,cùm vtiles sint, ordinare: visum nobis fuit, vt in vtrisq; partibus pax & concordia seruetur, & cum charitate & ratione vtiles & idonei eligantur. Et si laicus idoneum vtilemque clericum obtulerit,nulla qualibe occasione ab Episcopo, sinè certa ratione repellatur, & si reijciendus est, diligens examinatio, & euidens ratio,nè scãdalũ generetur,manifestũ faciat.

CAPVT XXIII.

Vt pastores gregem sibi commissum, non vt proprium,sed vt Dominicum tractare meminerint.

QVia sunt pleriq; qui non paternum affectum circa gregem sibi commissum, sed quendam exercere videntur dominatum,eumque non vt Dominicum, sed flatibus ventosæ arrogãtiæ inflati, vt suum proprium tractare non verentur. Quantùm à paternitatis officio aberrent, subtèr collecta documenta declarant. Dominus in Euangelio: Si diligis me, pasce oues meas. Meas,inquit,non tuas. Item: Qui maior est vestrũm, erit minister vester. Et non post multa: Nõ ità erit,inquit,inter vos: Sed qui voluẽrit inter vos maior fieri,erit vester seruus. Petrus: Neq; dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Salomõ: Principem te constituerunt? nolli extolli, sed esto in eis,quasi vnus ex ipsis. Fulgentius in libro de veritate prædestinationis & gratię: Non ideò,inquit, se solùm quilibet episcopus vas misericordiæ putet in gloria præparatum, quia pontificali militia fungitur,sed si pro grege sibi reddito solicitus semper inuigilet, & prædicet verbo, instet opportunè, importunè, arguat, obsecret, increpet in omni patientia & doctrina. Nec sibi dominatum superbus vsurpare contendat, sed Apostolicis informatus eloquijs & exemplis, seruum se cunctis exhibeat: neq; sedis illius altitudine,collatũ sibi gaudeat temporale fastigium,sed humili corde fidelibus præbeat bonæ conuersationis exemplum. Quicunque igitur sacris officijs seruituri, sub quolibet ordine applicantur, dignum est, vt illius dicantur, cuius seruitio mancipantur. Qua ergò temeritate, immò præsumptuosa vanitate quilibet prælatorum dicere præsumit, Illa congregatio mea est,aut Ille presbyter vel clericus meus est, cùm non illius sit, sed illius,cui dicatus est? Proindè quia is inolitus vsus ecclesiasticæ non concordat regulæ, corrigatur necesse est.

Iohan. 21.
Matth. 20.
1. Petri 5.
Eccles. 32.
for. 4 in tra
2. Tim. 4

CAPVT XXIIII.

Vt prælati carnalem spiritalemque cibum sibi subiectis impendere studeant.

SVnt quidam prælatorum, qui vtranque annonam, spiritualem videlicet & carnalem, sibi subiectis strenuè administrant. Sunt econtrariò,quod emendatione opùs habet, qui neutrum cibum vtiliter eis administrent. Sũt etiàm qui carnalem cibum sufficienter eis administrent, & spiritalem aut scienter eis subtrahant, aut quia nesciunt, non subministrant, pascentes solummodò carnem citò perituram, cibumque vermium futuram, animarumque salutem in æternum victurarum negligentes. Non igitur erunt prælati excusabiles & immunes à periculis apud Dominum, cui pro sibi commissis rationes sunt reddituri, si eis carnalia solummodò,& non spiritalia fideliter subministrauerint, cùm de manu eorum, sanguinem eorum,si perierint, sit exacturus,testante Ezechiele prophęta,& expositione beati Augustini super eodẽ prophęta,plurimùm huic rei adstipulãte. Grãdis porrò miseria,cæcaque cupiditas, dum huiusce modi prælati in locis sibi subiectis, cupiditatem suam potiùs explere, quàm animarum suarum periculum contendunt vitare.

Ezech. 34.

CAPVT XXV.

Vt Episcopi non rapaces, sed auaritiam odientes,vice sua ministros per parochias suas constituant.

NOn solùm rumore,sed etiàm euidẽtibus factis comperimus quorũdam Episcoporum ministros,non solùm in presbyteris, sed etiàm in plebibus parochiæ suæ auaritiam potiùs exercere, quàm vtilitati Ecclesiasticæ dignitatis inseruire, populíque saluti consulere. Quam negligentiam,immò & execrabile ac damnabile cupiditatis vitium,omnibus in commune deincèps vitãdum statuimus. Pertimescenda porrò & vigilanter cauenda est Domini sacerdotibus,Heli sacerdotis ruina,qui filios suos indignè agẽtes, Dominumque in suis prauis actibus ad iracundiam prouocãtes, sacrificioque Domini iniuriam irrogãtes, quia verbis tantùm,& non verberibus corripuit,eis diuina iustaq; vltione ruentibus, ruit. At si fortè,quod absit,vllus Episcoporum deincèps sectatores auaritię ministros in parochia sua constituerit, & eorum cognitam prauitatem authoritate pastorali acriter ferire detrectauerit, exemplum negligentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat: sciatque quia quicquid prauitatis vel auaritiæ huiusce modi subiecti in plebibus Christi egerint,si eos corrigere iuxta facti qualitatem neglexerit, in eum proculdubiò,à quo constituti sunt, ea quæ admiserint,redundabunt, & synodali se correptioni modis omnibus subijciendum. Nam & in communi consensu statuimus, vt vnusquisq; Episcoporum super Archidiaconis suis deincèps vigilantiorem curam adhibeat,quoniam propter eorum auaritiam,& morum improbitatem multi scandalizantur, & ministerium sacerdotale vituperatur, & in Ecclesijs à sacerdotibus multa propter eos negliguntur.

1. Reg. 2.
1. Reg. 4.

CAPVT XXVI.

Quid dehonorationis & detrimenti Ecclesiastica iura patiantur,pro eo quòd secundum Canonicam authoritatem,Episcoporũ Cõcilia bis in anno nõ celebrãtur.

OFficij est Ecclesiasticæ authoritatis, vt quicquid noxium in agro sanctæ Dei Ecclesiæ excreuerit, falce æquissimæ discretionis resecet,quatenùs status ipsius inconuulsus persistens, rectè & inconfusè per tramitem ordinis sui incedere valeat. Quod cùm ità sit, irrepsit inter cætera quæ Ecclesiasticæ authoritati,immò diuinę cõtra eunt,miserabilis ac periculosa temporis nostri consuetudo,quæ valdè ab authoritate canonica abhorret, eó quòd Episcoporum concilia bis in anno, sicut mos canonicus docet, per vnamquanq; prouinciam non fiunt,& ob id Ecclesiasticæ vtilitati magnum dispendium, & principalibus auribus insolens impedimentum, & multorum impúnitas nascitur flagitiorũ. Proindè omnibus nobis perneccssarium visum est, vt ab Imperiali celsitudine libertas tẽporis imploretur, quòd hæc ad honorem Dei,& vtilitatem sanctæ Dei Ecclesię,multorumque correctionem,congruenter decenterque fieri possint. Et si hæc aliqua præpediente necessitate bis fieri nequeũt, saltem in anno semèl fiant: quoniam si hęc semèl,vt dictum est,in anno per vnamquãque prouinciam celebrata fuerint, & honor Ecclesiasticus vires ordinis sui obtinebit,& impudentia quorundam superborũ clericorum,quæ passim, authoritate canonica calcata,auribus Imperialib' molestiã ingerit,cessabit, & impúnitas diuersorum flagitiorũ locum delitescẽdi,quẽ nunc habet,non habebit,& alia multa quæ hactenùs secùs,quàm Ecclesiastica disciplina docet,incesserunt, ordinem suum, Domino auxiliante,seruabunt: Visum siquidem nobis & valdè profuturum sanctæ Dei Ecclesiæ fuit, vt quia ordo canonicus docet, vt in ipsis concilijs adsint presbyteri & diaconi, & omnes qui se læsos existimant, & synodi experiantur examẽ, vt adsint etiàm vniuscuiusque Episcopi eruditi viri, quos ad Christi militiam, eiusque Ecclesiæ honorem,vtilitatemque præparat, quatenùs & cæteris Ecclesijs noti sint, & studium ac prouidentia Episcopi,ad aliorum exempla manifesta fiant.

CAPVT XXVII.

Vt chorepiscopi modum mensuræ suæ, qui in sacris canonibus præfixus est, non excedant.

EPiscopos locum Apostolorum, Chorepiscopos autem exemplum & formã tenere septuaginta discipulorum, & liber Actuum Apostolorum,& Canonica authoritas apertè demonstrat. Cùm hęc ità se habeant, emersit quidam repræhensibilis & valdè iam inolitus vsus, eó quòd quidam chorepiscopi vltra modum suum progredientes, & donum sancti Spiritûs per impositionem manuum tradãt, & alia quęq;, quæ solis pontificibus debentur, contra fas peragant, præsertim cùm nullus ex septuaginta discipulis, quorũ speciem in Ecclesia gerunt, legatur donum sanctiſpiritûs per manûs impositionem tradidisse. Quòd autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritumsanctum,liber Actuum Apostolorum docet:

docet: in quo legitur, cùm Apollos esset Corinthi, & Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos, dixitque ad eos: Si spiritumsanctum accepistis credentes? Et illi dixerunt ad eum: Sed neque si spiritussanctus est, audiuimus. Ille verò ait: In quo ergò baptizati estis? Qui dixerunt: In Iohannis baptismate. Dixit autem Paulus: Iohánes baptizauit baptismo pœnitétiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent: hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Iesu. Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit spiritussanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabát. Item in eodem: Cũ audíssent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepit Samaria verbũ dei, miserunt ad eos Petrum & Iohánem: qui cùm venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritumsanctum. Nondùm enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Iesu: Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctum. Eccè apertè demonstratur, quòd nõ septuaginta discipuli, quorum formam tenent Chorepiscopi, sed Apostoli, quorum successores sunt Episcopi, tradebant Spiritumsanctum. In Concilio verò Cæsareensi, ità de Chorepiscopis habetur scriptum: Chorepiscopi quoquè ad exemplum quidem & formam septuaginta videntur esse: vt comministri autem, propter studium quod erga pauperes exhibent, honorantur. Item in Concilio Antiocheno capite decimo: qui in vicis vel possessionibus chorepiscopi nominantur, quanuis manús impositionem Episcoporum perceperint, & vt Episcopi consecrati sint, tamen sanctæ Synodo placuit, vt modum proprium recognoscant, & gubernent subiectas sibi Ecclesias, earumq; moderamine, curaque contenti sint. Ordinatio porrò chorepiscoporum qualiter fieri debeat, & qualiter qualésve ipsi, ordinationes iubentibus Episcopis suis, facere debeant, iura canonum liquidò decernunt. Vndè quia hactenùs quidam chorepiscopi secùs quàm authoritas canonica doceat, in officijs Ecclesiasticis minùs cautè egérunt, prouidendum summoperè Episcopis est, vt vlteriùs eorum chorepiscopi tale quid, quod nec eorum ministerio, nec authoritati diuinæ concordat, facere pertentent, nec Episcopi sui eis aliud agendũ permittãt, nisi quod ad eorũ officiũ ꝓpriè ptinet, & in sacris canonibus prefixũ habetur.

Acto. 19.

Acto. 8.

CAPVT XXVIII.

Vt presbyteri nullo modo fiant villici, & conductores agrorum, vel negociorum secularium sectatores, atque per diuersa vagantes: quod & de monachis similiter conuenit obseruari.

QVi sacris officijs ob meritorum prærogatiuam sunt applicati, dedecus & valdè periculosum est, terrenis actionibus, turpibusque lucris eos implicari. Cõperimus igitur nonnullos presbyteros & monachos desertores ordinis sui, quod nõ sinè magno animi mœrore prosequimur, adeò villicationes & negociationes, diuersaque turpia lucra spectare, vt illud videatur completum, quod dicitur: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Quod & leges diuinæ & iura canonica condemnant, quantumq; etiàm id religioni Christianæ contrarium sit, manifestum est. Quòd verò ab huiusce. modi illicito actu vterq; ordo, & sacerdotalis & monasticus se cohibere debeat, subtèr breuiter collecta testimonia declarant. Ait nanque dominus in Euangelio: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Et Paulus: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat, cui se probauit. Quanquàm ergò hæc Euangelica & Apostolica sententia generaliter de omnibus Christianis sit dicta, & ab omnibus obseruanda: specialiùs tamẽ atque religiosiùs ab his obseruari conuenit, qui se diuinæ militiæ deuotiùs strictiusq; mancipárunt. In Concilio quoquè Chalcedonensi titulo tertio legitur: Peruenit ad sanctam Synodum, quòd quidam qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & secularia negocia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministeria paruipendentes, secularíũ verò domos discurrentes, & propter auaritiam patrimoniorum solicitudines sumentes. Decreuit itaque sanctum hoc magnũq; concilium, nullum deincèps non Episcopum, nõ clericum vel monachum aut possessiones conducere, aut negocijs secularibus se miscere, præter pupillorum, si fortè leges imponant, inexcusabilem curam, aut ciuitatis Episcopus Ecclesiasticarum rerũ solicitudinẽ habere præcipiat, aut orphanorum, aut viduarum, earumque quæ sinè vlla prouisione sunt personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adiutorio, propter timorem Domini causa deposcat. Si quis autem transgredi decæterò statuta tétauerit, huiusce modi Ecclesiasticis increpationibus subiacebit. Hæc sacerdotibus simul & monachis dicta sunt. Cæterùm de monachis ità specialiter in eodem cõcilio, titulo quarto, inter cætera legitur: Monachos verò per vnamquanq; ciuitatem aut regionem subiectos esse Episcopo, quieté diligere, & intentos esse tantummodò ieiunio & orationi, in locis quibus renunciauerunt *sedulò permanentes, nec Ecclesiasticis verò, nec secularibus negocijs communicent, vel in aliquo sint molesti, propria monasteria deserentes, nisi forte eis præ-

Esa. 24. Ose. 4

Luc. 9

2. Tim. 2

*secula.

cipiatur propter opus necessarium ab Episcopo ciuitatis. His ità præmissis, oportet vt Episcopi suæ parochiæ sacerdotes & monachos à memoratis illicitis actiõibus, sua authoritate compescant: transgressones verò censura canonica corripiant, qua dicitur: Transgrediẽtem verò hanc definitionem nostram, excommunicatũ esse decreuimus, nè nomen Dei blasphemetur.

CAPVT XXIX.

Vt presbyteri in Ecclesijs constituti, non sint passim, vt quibusdam prælatis moris est, per diuersa mittendi.

INter cætera quæ religioni Christianæ aduersa sunt, hoc nihilominùs contrarium & periculosum extat, quòd quorũdam prælatorum temerario ausu, qui sibi licere putant, quod non licet, & expedire, quod non expedit, ecclesiæ suis ad tempus viduantur sacerdotibus: quoniam si quid eis in forensibus negocijs agendum, si quid iam in diuersis alijs partibus nunciandum, occasiõ necessitatis opponit, id potiùs per sacerdotes Domini currentes & discurrentes, quàm per alios effici præcipiunt: Non attendentes quòd eorum absentia & loca Deò dicata sibi cultu debito priuentur, & homines sinè confessione, & infantes sinè baptismatis regeneratione plerunquè moriantur. Quanti autem sit discriminis & persona mittentis, & eius quæ mittitur, animarum pericula, quæ subindè in huius rei causa fiunt, liquidò produnt. Proindè omnibus prælatis cauendum est, nè illicita sibi presbyterorum transmissione, animarum suarum habeant damnationem. presbyteri porrò, qui non sui prælati imperio coacti, sed potiùs voluptatum suarum delectatione, immò auaritiæ æstuatione succensi, id facere præsumunt, perpendant necessè est, quàm luctuosam descriptionem Hieremias propheta DEI, sub significatione auri, eiusque coloris optimi, lapidumque sanctuarij personam carnalium sacerdotũ describat. Ait nanq;: Quomodò obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Quod beatus Gregorius in libro Pastorali ità exponit: Quid nanque auro, quod metallis cæteris præeminet, nisi excellentia sanctitatis: quid colore. optimo, nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur? quid sanctuarij lapidibus, nisi sacrorum ordinum personæ signãtur? Quid platearũ nomine, nisi præsentis vitæ latitudo figuratur? Et non post multa: Aurum igitur obscuratur, cùm terrenis actibus sanctitatis vita polluitur: Color optimus commutatur, cùm quorũdam qui degere religiosè credebantur, æstimatio anteacta minuitur. Nam cùm quilibet post sanctitatis habitum, terrenis se actibus inserit, quasi colore permutato ante humanos oculos eius reuerentia despecta pallescit. Sanctuarij quoq; lapides in platea dispergũtur, cùm causarum secularium foràs lata itinera expetunt hi, qui ad ornamẽtum ecclesiæ internis mysterijs, quasi in secretis sanctuarij vacare debuerunt. Item paulopòst: Sanctuarij lapides dispersi per plateas iacent, cùm personæ sacrorum ordinum voluptatum suarum latitudini deditæ, terrenis negocijs inhærent. Sunt & alia multa diuinæ legis præcepta, & sanctorum patrum dicta, quæ sacerdotes Domini à terrenis & secularibus negocijs expedire, cælestique militiæ liberè sanciant seruire: quisquis igitur presbyterorum se ab his cohibere detrectauerit, dignum est, vt ab Episcopo suo rigida corripiatur inuectiõe.

Thre. 1.

lib. 1. ca. 7.

CAPVT XXX.

Vt ab omnibus Episcopis propter honorem & vtilitatem Ecclesiasticam, solicitior circa habendas scholas cura adhibeatur.

IAmdudùm à pio & orthodoxo principe domino Ludouico Deo amabili Imperatore iussum & admonitũ est, vt rectores Ecclesiarum, in Ecclesijs sibi cõmissis strenuos milites Christi, quibus Deus placari posset, præpararent & educarent, attendentes illud Danielis prophetæ: Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt sicut splendor firmamẽti: & qui ad iustitiam erudiunt alios, sicut stellæ in perpetuas æternitates. Sed sup hac eiusdem principis admonitione, immò iussione, à nonnullis rectoribus tepidè ac desidiosè hactenùs actum est. Vndè omnibus nobis visum est, vt abhinc postposita totius torporis negligentia, ab omnibus diligentior in educandis & erudiendis militibus Christi, vigilantior adhibeatur diligẽtia, & quãdò ad prouinciale episcoporũ cõcilium ventum fuerit, vnusquisque rectorum, sicut iam in præcedentibus memoratum est, scholasticos suos eidem Concilio adesse faciat, vt suum solers studium circa diuinum cultum omnibus manifestũ fiat.

Dan. 12.

CAPVT XXXI.

Vt quandò Episcopi parochias suas circumeunt, hoc summoperè studeant, nè his, quibus prodesse debent, oneri sint.

SI cupiditas, quæ radix est omnium malorum, in membris radicitùs est amputanda, multò magis à capite, nè in eo aliqd suum vindicet, longè est propellenda: quoniam valdè turpe fœdumque est, vt si quid in membris reprehenditur, in capite quoquo modo inueniatur. Euangelica nanque prædicatio, & alia diuinæ seruitutis executio, non terrenarum pecuniarum quæstu, nec cuiuslibet alterius turpis lucri gratia, sed solius Christi amore à discipulis eius est peragenda. Quisquis igitur sui quæstũs,

1. Tim. 6.

non Dei causa, euangelicam prædicationē implet, longè se à discipulatu Christi seiūgit. Qualiter autem à discipulis Christi exequi debeat, & Euangeliorum documenta, & sanctorum patrum monumenta testātur. Didicimus sanè quorundam relatu, nonnullos coëpiscoporum nostrorum in peragrandis parochijs suis, non solùm cōsacerdotibus, verùm etiàm quibusdam alijs fidelibus, quibus consultum ferre debuerant, oneri existere, & ob hanc causam multos in sui detrectationem, detestationemque pertrahere. Idcircò in commune statuim⁹, nè vlteriùs à quoquā episcoporū tale quid fiat. Statuimus etiàm, vt tempore congruo vnusquisq; parochiam suam circumeat. Et quanquàm authoritas Canonica doceat, vt quarta pars decimarum & redituū ex oblationibus fideliū in vsus Episcoporum cedat, vbicunq; tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit: vbi autem nihil rerum Ecclesiæ suæ habet, accipiat de memorata quarta parte sibi suisque, non quod auaritia (quod absit) suaserit, sed potiùs quod necessitas compulerit. Cæterùm si accipiendi nulla necessitas vrserit, nihil de memorata quarta parte accipiat, sed vsibus Ecclesiarum, & pauperibus Christi impartiendam secundùm suam dispositionē relinquat.

CAPVT XXXII.

Vt codicilli, quos pœnitentiales vocant, quia canonicæ authoritati refragantur, penitùs aboleantur.

QVoniam multi sacerdotum partìm incuria, partìm ignorantia modum pœnitentiæ reatum suum confitentibus secùs, quàm iura canonica decernāt, imponunt, vtentes scilicet quibusdam Codicillis contra canonicam authoritatē scriptis, quos pœnitentiales vocant: & ob id nō vulnera peccatorum curant, sed potiùs fouentes palpant, incidentes in illud propheticum: Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manûs, & faciunt ceruicalia ad decipiendas animas: omnibus nobis salubriter in commune visum est, vt vnusquisq; Episcoporum in sua parochia eosdē erroneos codicillos diligenter perquirat, & inuentos igni tradat, nè per eos vlteriùs sacerdotes imperiti homines decipiant. Sacerdotes porrò qui aut muneris, aut amoris, aut timoris, aut certè fauoris causa tempora modumq; pœnitentię ad libitum pœnitentium indicunt, audiāt quid Dominus per Ezechielem prophetam terribiliter dicat: Hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, eccè ego ad vos, ait Dominus Deus, & erit manus mea super prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium: in Concilio populi mei non erunt, & in scriptura domûs Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur, & scietis quia ego Dominus Deus, eò quòd deceperint populum meum, dicentes, pax pax, & non est pax. Et post non multa: Cùm caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum, & violabāt me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmentum panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur: & viuificarēt animas, quę non viuunt, mentientes populo meo credēti mēdacijs. Presbyteri etiàm imperiti solerti studio ab Episcopis suis instruendi sunt, qualiter & confitentiū peccata discretè inquirere, eisque congruum modum, secundùm canonicam authoritatem, pœnitentiæ nouerint imponere: quoniam hactenùs eorum incuria & ignorantia, multorum flagitia remanserunt impunita: & hoc ad animarum ruinā pertinere, dubium non est.

(Ezec. 13.) (Ezec. 13.) (Ibidem.)

CAPVT XXXIII.

Quòd Episcopis conueniat, vt ieiuni per impositionem manuum tradant Spiritumsanctum.

PErlatum est ad nos, quòd in quibusdā prouincijs plerique Episcopi post perceptionem cibi & potûs solenniter soleāt per impositionem manuum tradere Spiritumsanctum: quod tam excellēti ministerio prorsùs non conuenire, & ità deinceps fieri non debere, omnibus nobis visum est: Quoniā credibile est, & authoritas Ecclesiæ ità se habet, vt sicut Apostoli vnanimes existentes, Dominumque collaudantes & benedicentes, ità nimirùm ieiunātes accipere, meruerint paracletum Spiritum sanctum, eosque non nisì ieiunos, sicut eorum acta docent, alijs eum tradidisse manifestum est. Sicut enim baptismus, excepta infirmorum causa, non nisì à ieiunis celebratur sacerdotibus, ità etiàm traditio spiritûs sancti, excepta præmissa causa infirmorum, non nisì à ieiunis celebranda est pontificibus. Dignum quippe est, vt pontifices CHRISTI primùm ieiunando & orando, in cordibus suis domū præparent Spirituisancto, & sic per impositionem manuum cæteris fidelibus eum tradant orando. Sicut autem duobus temporibus, pascha videlicet & pentecoste, baptismum: ità etiàm traditio sancti spiritûs per impositionem manuum fidelibus traditur, exceptis videlicet, vt dictum est, infirmis & morte periclitantibus, quibus sicut baptismatis gratia succurrendum, ità incunctanter donum sancti spiritûs est tradendum.

(Confirmationis sacramentū quandò cōferendum.)

CAP. XXXIIII.

Quòd patratores diuersarum pollutionū, quas cum masculis & pecoribus admittunt, iudicio canonico, quod in Ancyritano concilio sub titulo sextodecimo continetur, plectendi sint.

CVM miseria humana multifarijs fragilitatis suæ excessibus, creatoris sui incomparabilem dulcedinem sępissimè ad amaritudinem prouocet, tunc grauiùs sceleratiusq; in eum delinquit, quandò contra naturam peccat: hoc quippe peccatum, tribus modis Dominum, vt res humanas curare videretur, terribiliter vindicâsse legimus: Inter cætera nanque peccata, quæ in exordio creationis mundi genus humanum inretractabiliter admiserat, hoc maximè peccato, vt quidam tradunt doctores, ad iracundiam prouocatus dixisse creditur: Pœnitet me hominem fecisse super terram. Nam & ob id cataclysmo, exceptis octo animabus, cunctam generis humani funditùs deleuerit stirpem, pro quo etiàm scelere igni cælesti conflagratæ, infernique hiatu quinq; absorptæ sunt ciuitates, necnon & quadraginta, & eo ampliùs millia stirpis Beniaminææ mucrone fraterno cōfossa sunt. Hæc porrò iudicia, & euidentes vindictæ declarant, quàm detestabile & execrabile apud Diuinam maiestatem hoc vitium extet. In lege quoquè Dominus authorem huius sceleris & turpitudinis morte puniri iubet. Et Apostolus dignum morte adstruit. Quod quia aqua & sanguine & igne inpræsentiarùm ad correctionem mortalium à Domino constat esse vindicatum, restat vt quisquis tanti sceleris patratorem se esse meminit, dum tempus acceptabile, diesq; salutis existit, per confessionem & pœnitentiæ satisfactionem sibi cōsulere nō differat; attendentes illud Pauli. Si nosmetipsos iudicaremus, à Domino nō iudicabimur. Verùm si hoc, antequàm diē claudat extremùm, facere detrectauerit, nouerit, quia nō iam cataclysmo, nec igne cælesti, nec mucrone Israelitico, sed igne perpetuo in eo idem vitium per infinita secula seculorum punietur. Proindè omnib⁹ nobis valdè necessarium visum est, vt quidam sacerdotes, qui hoc vitiū aliter quàm sacri canones sanciant, non ad salutem, sed ad deceptionem animarum puniunt, corrigantur & instruantur, vt codicibus pœnitentialib⁹ prorsùs abdicatis, per quos multi inani spe & promissione decepti sunt, & decipiuntur, abhinc patratores tam nefandissimi, Deoq; detestabilis vitij, secundùm iudicium canonicum, quod in Ancyritano concilio sub titulo sextodecimo continetur, iudicentur. Hoc nanq; peccatum sancti patres, Diuino Spiritu afflati, meritò in sacris canonibus acriùs cæteris iudicandū decreuerunt: quoniam eo regnante, & statum Christi Ecclesiæ infirmari, & regnum periclitari apertè cognouerunt.

(Gene. 6.) (Gen. 19.) (Iudic. 10.) (Leuit. 20.) (1. Cor. 6.) (1. Cor. 6.) (1. Cor. 11.)

CAPVT XXXV.

De presbyteris gradum amittentibus.

MVltos à corpore Christi veræ religionis inimicus seiungere certat, vt eos filios Belial efficiat. Ipse quippe in sacris literis meritò Belial, id est, absque iugo dicitur, eò quòd sub iugo Dei esse superbissimè refugerit. Et idcircò vt alij, maximeque hi, qui eminentiorem locum in Ecclesia tenent, filij efficiantur Belial, elaborat: Quoniam per quos religionem Christianam constare debere cernit, eos nimirùm in ima subruere festinat. Vndè periculosa & dolenda valdè res est, quòd quidam presbyterorum eius astu decepti, gradum, quò diuinæ seruituti mancipati sunt, amittere nihili pendūt: quoniam eo amisso, adeò filij Belial efficiuntur, vt nec publicis, quia fas non est, nec canonicis, propter quorundam Episcoporum incuriam, legibus constringuntur, & ob id à quibusdam ministerium sacerdotale non diuino amore appetitur, & irreuerenter tractatur, & impudenter amittitur, & quod his maius est, vilius habetur. Quòd verò hæc res periculosa sit, & emendatione digna, manifestum est. Proindè vt in hac re corrigenda, abhinc solicitius studium adsumeremus, omnes in commune decreuimus, scilicet vt vnusquisque Episcoporum, non solùm presbyterorum, verùm etiàm sequentium ordinum parochiæ suæ gradum amittentium vitam & conuersationem, morumq; emendationem tam per se, quàm per ministros suos nouerit, eosq; canonicæ pœnitentiæ subdere non negligat. Iuxta quod in concilio Neocęsareensi titulo primo dicitur: presbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur: Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetrauerit, ampliùs pelli debet, & sub pœnitentia redigi.

(Iudic. 19.)

CAP. XXXVI.

Quòd in recipiendis alterius parochiæ clericis, à quibusdam statuta canonum violentur.

PRiscis temporibus quandò iura canonum suum seruabant vigorem, nullus clericorum parochiam suam, in qua diuinę militiæ deuinctus erat, relinquere, & ad aliam sinè Episcopi sui commendaticijs literis & epistolis, quas mos Canonicus Formatas appellat, audebat quoquo modo pergere: Nostri verò temporis miserabilis, dignaq; emendatione inoleuit consuetudo, eô quòd multi Ecclesiasticę regulę subiecti, propositi & loci sui desertores effecti, pasśim, quocunquè eis voluntas suaserit, posthabita authoritate canonica, pergunt, & non solùm ab alijs Episcopis & Abbatibus, verùm etiàm à Comitibus, & nonnullis alijs nobilibus viris recipiuntur. Quod quantùm & à DIVINA & à Canonica authoritate discordet, in promptu est. Quod nè vlteriùs fiat, & ab Episcopis, & à cæte-

cæteris Eccleſiaſticis prælatis obnixè eſt obſeruandum, & à celſitudine Imperiali humiliter petendum, vt poteſtate regali prohibeatur, nè quiſpiam laicorum ſolicitare aut recipere præſumat alterius clericum. Sed & hoc ſpecialiter ab eius magnitudine flagitandum neceſſitas expoſcit, vt ſua authoritas inhibeat, nè Italici Epiſcopi, abbatesq́ue & comites, ac cæteri nobiles viri aliorum clericos ex Germania, Galliaq́; illuc fugientes, recipere præſumant: quia in hoc facto valdè Eccleſiaſticus honor læditur & violatur, & regula canonica confunditur. Quantùm autem hoc ſacri canones prohibeant, omnibus legentibus manifeſtum eſt.

CAPVT XXXVII.

Quòd Abbates canonicorum, forma & exemplum ſanctæ religionis debeant eſſe ſibi ſubiectis.

DEcet, immò neceſsè eſt, vt Abbates Canonicorũ attendant, vt quid Abbates vocentur. Si patres ſpirituales ſunt, & filios ſpirituales Domino gignant, iuxta illud Apoſtoli: Secundùm Euangelium meũ
1.Cor.4. ego vos genui, meritò patres appellãtur: Si verò ſecùs inceſſerint, tãto nomine ſe indignos faciũt. Quapropter oportet, vt memores ſint illius Apoſtolici, quo dicitur: Nemini
2.Cor.6. dantes vllã offenſionẽ, vt non vituperet miniſterium noſtrũ: ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros: & religioſè, caſtè ac pudicè viuere ſatagãt, venationibus, turpibusq́ue lucris, cęterisq́; vanitatibus paternitati ſuæ non cõuenientibus, nullatenùs inſeruiant, nè per ſuum malum exemplũ ſubditos ad ruinam pertrahant: quia in huiuſcemodi prælatorum illicitis factis, & magnum animarum periculum generatur, & religio clericalis à multis vituperatur. Vndè etiàm ſummoperè Epiſcopis, ad quorũ curam pertinent, prouidendum eſt, vt huiuſcemodi Abbates ab illicitis ſe abſtineant, & dictis & exemplis ſibi ſubditis ad vitam æternam ducatum præbere contendant. Quòd ſi Epiſcopo ſuo obedire ſuperbiendo renuerint, ſynodali iudicio aut corrigantur, aut certè principali authoritate interueniente, honore prælationis priuentur.

CAP. XXXVIII.

De ſtultiloquio & ſcurrilitate cauenda.

Ephe.5. CVM ab omnibus Chriſtianis, iuxta Apoſtoli documentum, ſtultiloquiũ & ſcurrilitas ſit cauenda, multo magìs à ſacerdotibus nomini, qui alijs exemplum & condimentum ſalutis eſſe debent, caueri oportet. Hæc quippe à ſanctis viris penitùs ſunt propellenda, quibus magìs cõuenit lugere, quàm ad ſcurrilitates & ſtultiloquia, & hiſtrionum obſcœnas iocationes, & cæteras vanitates, quæ animam Chriſtianam à rigore ſuæ rectitudinis emollire ſolent, in cachinnos ora diſſoluere. Neque enim decet, aut fas eſt, oculos ſacerdotum Domini huiuſcemodi ſpectaculis fœdari, aut mẽtem quibuſlibet ſcurrilitatibus, aut turpiloquijs ad inania rapi. Ait quippe Do- Matth.
minus in Euangelio: Omne verbum ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddẽt de eo rationem in die iudicij. Paulus ad Epheſios: Omnis, inquit, ſermo malus ex Epheſ.4.
ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus, & nolite cõtriſtare ſpiritum ſanctum DEI, in quo ſignati eſtis in die redemptionis. Et non poſt multa: Fornicatio autem, inquit, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quę ad rem non pertinent, ſed magìs gratiarũ actio. Et Eſaias: Eſaiæ 5.
Cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs veſtris, & opus Domini nõ reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Sunt & alia huiuſce rei innumera exempla, quæ proſpecta & diligenter animaduerſa, non ſolùm ſacerdotibus, verùm etiàm cæteris fidelibus magno terrori ſint neceſsè eſt, nè, dùm his contra fas ſe ſubdunt, animæ ſuæ ſalutem negligant. Proindè nobis omnibus in cõmune viſum fuit, vt ſi qui ſacerdotum hactenùs his vanitatibus vſi fuerunt, ab his deincèps, Domino adiuuante, prorsùs ſe cauere debere meminerint.

CAP. XXXIX.

De fœminis, quas non cõtigit diſcipulas fuiſſe, ſanctimonialibus, nè repentè matres ſpirituales præficiantur.

ALiter quàm Diuina authoritas & religio Chriſtiana docet, agitur, quandò fœminæ amiſſis viris eatenùs carnaliter viuentes, repentè & ſinè probationis examine ad regimen animarum pertrahuntur, præficiunturq́ue ſanctis monialibus, vtpotè matres ſpirituales, quas nunquàm contigit eiuſdem propoſiti diſcipulas extitiſſe. Fitq́; vt quæ fortè feliciter incedebant, earum prauis exemplis miſerabiliter ruant. Dum his igitur aut generoſitatis, aut honoris tẽporalis, aut certè mundanarum diuitiarum cauſa, huiuſcemodi prælationis honor cõmittitur, verendum eſt, nè animarum illarum fouea ruinæ præparetur, dicente Domino in Euangelio: Cæcus autem ſi cæco Matth.
ducatum præbeat, ambo in foueam cadũt. Oſe.4.
Et per Prophetam: Ipſi, inquit, regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & Eſaiæ 54.
non cognoui. Itẽq́; Ipſi paſtores ignorauerunt intelligẽtiam. Gregorius in lib. paſtorali titulo 1. Nulla ars doceri præſumitur, Lib.1.reg.
niſi intenta priùs meditatione diſcatur.

Ab imperitis ergò paſtorale magiſterium, qua temeritate ſuſcipitur, quandò ars eſt artium regimen animarum? Sunt & alia multa prophetica & Euangelica teſtimonia, & ſanctorum patrum dicta, quæ huiuſcemodi perſonas, paſtorale magiſterium ſubire non nisi ad ſuam ruinam manifeſtant. Quia ergò hæc res diuinæ authoritati non concordat, neceſsè eſt, vt caueatur, nè fortè & committenti, & his quibus committitur, læſura animarum proueniat.

CAP. XL.

Vt viduæ inconſultis Epiſcopis non velentur.

COmperimus quòd quidam presbyterorum incautè & extraordinariè velum viduarum, inconſultis Epiſcopis ſuis, conſecrarent: & ob id eidem religioni macula ingereb atur, quia eiſdem velatis per diuerſa vagandi occaſio præbebatur. Vt autem nullus pontificum viduas velare attentet, canonica authoritas inhibet. Quòd verò presbyteri, inconſultis Epiſcopis ſuis, velum viduarũ conſecrare non præſumant, prorsùs interdicimus. Quòd ſi quiſpiam presbyterorum, huius conſtitutionis contumaciter tranſgreſſor extiterit, canonicæ correptionis pœnas luet.

CAP. XLI.

De puellis virginibus, à presbyteris non conſecrandis.

QVorundã relatu didicimus, quoſdã presbyteros ſuę menſurę immemores, immò canonicæ authoritati reſultantes, in tantam audaciã prorupiſſe, vt ſacrarum virginum conſecratores exiſterent. Et hoc ad negligentiam Epiſcoporum pertinere dubium non eſt. Quod quia canonicæ authoritati minimè concordat, nè vlteriùs quiſpiam presbyterorum id facere præſumat, prorsùs inhibemus. Quod ſi fortè, quod nõ optamus, aliquis presbyterorum id facere præſumpſerit, vtpotè canonicæ authoritatis tranſgreſſor, irretractabiliter feriatur.

CAP. XLII.

De fœminis, quæ ſinè conſenſu ſacerdotum, velum ſibi indiſcretè imponunt.

INuenimus quòd quædam fœminæ, maximè hæ quæ valdè ſenſu tenues ſunt, ſinè conſenſu ſacerdotum, idcircò ſibimetipſis velũ imponant, vt ſub prætextu huius velaminis, Eccleſiarum excubatrices & adminiſtratrices fieri poſſint. Hæc igitur incauta velatio, vnuſquiſque Epiſcopus prouideat, nè in parochia ſua fiat. Et quia in pleriſq; locis huiuſcemodi velatas laqueũ ſacerdotibus extitiſſe cognouimus, prohibemus, nè quiſquam presbyterorũ huiuſcemodi perſonas, in baſilicis ſibi commiſſis pro huiuſmodi obſequio admittere præſumat: talis verò velatio nè vlteriùs indiſcretè fiat, inhibeatur: & huiuſmodi mulierculæ examinentur & inſtruantur, qualiter ſi propter Deum ſe ſacrari volunt, velandæ ſint, qualiterq́ue eandem velationem ſub caſtitatis & humilitatis propoſito conſeruẽt, diligenter admoneantur.

CAP. XLIII.

Vt abbatiſſæ & cæteræ ſanctimoniales, neque viduas neque puellas virgines velare præſumant.

INTER cætera, quæ contra religionem Chriſtianam in Eccleſia Chriſti fieri cognouimus, non minùs emendatione & congrua correctione dignum inuenimus, quòd quædam Abbatiſſæ & cæteræ ſanctimoniales, non ſolùm viduas, ſed etiàm virgines puellas velare ſolitæ ſint: quod quãtùm ſexui fœmineo illicitum, & à religione Chriſtiana ſit alienum, omnis qui ſanũ ſapit, facilè aduertit. Penè igitur in omnibus monaſterijs puellaribus huiuſcemodi velatas inuenies. Idcircò etenim huiuſmodi hoc modo potiùs, quàm à ſacerdote velari volunt, quia dum clanculò ſe corrumpunt, nihil ſibi obeſſe ad peccandum tale velamentum putant. Ità ergò idem illicitum & temerarium factum habetur in vſu, vt vix aut viduæ velari à presbyteris, aut puellæ virgines conſecrari expetant à pontificibus. Nulli quippe dubium eſt, quin hoc factum ex toto à Diuina abhorreat authoritate, & ad negligentiam quorundam pertineat ſacerdotum: verùm nè deincèps fieri præſumatur, omnes in commune inhibendum decreuimus. Ac ſi fortè aut Abbatiſſa, aut alia quælibet ſanctimonialis poſt hãc definitionem in tantam audaciam proruperit, aut viduam, aut puellam virginem velare præſumat, congrua ab Epiſcopo ſuo correctione coërceatur, & pœnitentiæ canonicæ vſque ad ſatisfactionem ſubdatur.

CAPVT XLIIII.

De nobilibus fœminis, quæ amiſſis viris velantur, & in proprijs domibus reſidere delectantur.

NObiles fœminæ quæ amiſſis viris velantur, & non in monaſterijs ſub ſpiritalis matris regimine, ſed potiùs in domibus proprijs occaſione liberorum, rerumq́; ſuarum reſidere, delicijsq́; affluere delectantur: quia iuxta Apoſtolũ, 1.Tim.5.
viuen-

viuentes mortuæ ſunt, neceſsè eſt vt ab Epiſcopis paſtorali ſolicitudine admoneãtur & inſtruantur, quatenùs ſuæ ſaluti conſulant, nè ſic indiſcretè viuẽdo, & terrenis actionibus, ſexui ſuò nõ cõuenientibus, ſe implicãdo, vitã perpetuã amittãt. Et abhinc ab omnibus obſeruandum ſtatuimus, vt huiuſcemodi viduæ, amiſſis viris, repentè nõ velentur, ſed cum conniuentia Epiſcopi ſui triginta diebus, vt à glorioſo principe domino Ludouico, cum conſenſu venerabilium ſacerdotum iamdudùm conſtitutum eſt, expectent: quibus peractis, aut nubant, aut ſi potiùs DEO ſe ſacrari expoſtulauerint, admoneantur & inſtruantur, vt non in domibus proprijs, ſed in monaſterijs ſub ſpiritalis matris regimine DEO ſe ſeruituras ſubdant: quoniam huiuſcemodi adoleſcentulas viros amittentes, & in ſanctimoniali habitu in proprijs domibus reſidentes, perſæpè in laqueum diaboli lapſas eſſe didicimus. Quales autem viduæ eligendæ ſint, Apoſtolico inſtruimur documento:

1. Tim. 5.

qualiter etiàm DEO ſacratis viuendum ſit, & Apoſtolicus ſermo, & ſanctorum patrum, Cypriani videlicet, Hieronymi, Auguſtini, cæterorumque copioſa extant monimenta, & liquidò demonſtrant, viduas & delicijs, & accuratione ſuperfluarum veſtium, & cæteris carnalibus delectationibus, ſi vitam æternam veraciter compræhendere voluërint, omninò carere debere.

CAP. XLV.

Vt illicitus acceßus fœminarum ad altare, ſacraque vaſa contrectantium, fieri prohibeatur.

QVidam noſtrorum, verorũ virorum relatu, quidã etiàm viſu didicimus, in quibuſdam prouincijs contra legem diuinam, canonicamq; inſtitutionem fœminas ſanctis altaribꝰ ſe vltrò ingerere, ſacrataque vaſa impudenter contingere, & indumenta ſacerdotalia presbyteris adminiſtrare,

Effrenis fœminarũ impudentia.

& quod his maius, indecentius, ineptiusque eſt, corpus & ſanguinem Domini populis porrigere, & alia quæque, quæ ipſo dictu turpia ſunt, exercere. Miranda ſanè res eſt, vndè is illicitus in Chriſtiana religione irrepſerit vſus, vt quod viris ſecularibus illicitum eſt, fœminæ, quarum ſexui nullatenùs competit, aliquandò contra fas ſibi licitum facere potuerint: quod quorundam Epiſcoporum incuria & negligentia proueniſſe nulli dubium eſt. Vndè væ nobis ſacerdotibus, ad quòs illorum ſacerdotum vitia tranſiẽrunt, quæ in Machabæorum libro ſecundo leguntur, quãdò ſcilicet ſacerdotes delegatum ſibi religionis officium poſtponentes, templo Dei ſacris officijs deſtituto, ipſi adeò carnali-

bus deſiderijs & illicitis actionibus vacabant, vt mulieres ſacratis ædibus ſe, nullo prohibente, ingererẽt, introferẽtes ea, quæ non licebat. Quòd autem mulieres ingredi ad altare nõ debeant, & in cõcilio Laodicenſi capitulo quadrageſimo quarto, & in Decretis Gelaſij Papæ, titulo viceſimo ſexto, copioſè inuenitur. Hoc ergò tam illicitum factum, quia ex toto à religione Chriſtiana abhorret, nè vlteriùs fiat, inhibendum eſt. Proindè vnuſquiſque Epiſcoporum ſolicitè ſagaciterque prouideat, nè in ſua parochia tale q̃d fieri deincèps ſinat.

CAPVT XLVI.

Vt acceßus canonicorum & monachorum ad monaſteria ſanctimonialium, niſi cauſa vtilitatis, non fiat.

COmperimus etiàm quoſdam canonicos & monachos, poſthabito religionis ſuæ pudore, monaſteria ſanctimonialium tam monacharum quàm canonicarum, inconſulto Epiſcopo ſuo, imprudenter atque irreuerenter adire: qui obtendere ſolent, ſe non ob aliud illuc accedere, niſi aut propinquitatis, aut familiaritatis, aut certè neſcio cuius collocutionis gratia. Quod factum quia nec canonico, nec monaſtico conuenit propoſito, prorsùs interdicimus, niſi fortè cauſa prædicationis, aut certè ineuitabilis neceſſitas, id facere coẽgerit: Et hoc nullatenùs ſinè licentia Epiſcopi aut illius qui vice illius fungitur, fieri præſumatur. Quòd ſi ſermo prædicationis faciendus eſt, cõgruo in loco coram omnibus fiat. Si verò colloquendum cum aliqua ſanctimonialium ratio expoſtulat, id non aliubì, niſi in conſtituto loco, id eſt, in auditorio, ſub teſtimonio virorum religioſorum & religioſarum fœminarum fiat. Quandò verò ſacerdotibus in monaſterijs puellaribus Miſſarum celebrationes faciẽdæ ſunt, cum miniſtris ſibi deputatis illuc ingrediantur, quibus ritè peractis, non ad ſecretas collocutiones ſanctimonialium ſe vllo modo diuertant, ſed cum miniſtris ſuis ilicò egrediantur. Porrò ſi ſacerdotibus ſanctimoniales peccata ſua confiteri voluërint, id non niſi in Eccleſia coram ſancto altari, adſtantibus haud procùl teſtibus, faciant. Si autem infirmitas præpediẽrit, vt in Eccleſia eadem confeſſio fieri nequeat, in quacunqualibet domo facienda eſt, non niſi teſtibus ſimiliter haud procùl adſtantibus fiat. Nullo modo quippe videtur nobis conuenire, vt monachus relicto monaſterio ſuo, idcircò ſanctimonialium monaſteria adeat, vt confitentibus peccata ſua modũ pœnitẽtiæ imponat. Nec etiàm illud nobis videtur congruum, vt Clerici & laici Epiſcoporum & presbyterorum

canonicorum iudicia declinantes, monaſteria monachorum expetant, vt ibì monachis ſacerdotibus cõfeſſionẽ peccatorum ſuorum faciant, præſertim cùm eiſdem ſacerdotibus monachis id facere fas non ſit, exceptis his duntaxàt, qui ſub monaſtico ordine ſecum in monaſterijs degunt. Illis nanque eſt confeſſio peccatorum facienda, à quibus ſubindè & modus pœnitentiæ, & conſilium ſalutis capiatur, vt à quibus poſt tempora pœnitentiæ peracta, ſecundùm canonicam inſtitutionem, ſi Epiſcopus iuſſerit, reconciliatio mereatur. Pœnitentia porrò non in multitudine annorum, ſed potiùs in contritione cordis & corporis eſt æſtimanda. Epiſcopis ſanè idcircò ſummoperè prouidendum eſt, nè canonicorum aut monachorum acceſſus indiſcretus in monaſterijs puellaribus paſſìm fiat: quia perſæpè hac occaſione multos vtriuſque ordinis canonici videlicet & monaſtici viros, muſcipulam diaboli incurriſſe cognouimus.

Chalced. Syn. ca. 4.

Cùm igitur canonicis illicitum ſit, ſuprà memoratæ rei gratia monaſteria puellarum adire, vndè tantæ tranſgreſſionis mos inoleuit, vt monachi hanc ſibimet licentiam faciendi vſurpare tentauerint, cùm canonica authoritas doceat monachos quietem debere diligere, & intentos eſſe tantummodò ieiunio & orationi, in locis, quibus renunciauerunt *ſedulò permanentes, vt nec Eccleſiaſticis, nec Secularibus negocijs communicent:

*ſeculo,

nec in aliquo ſint moleſti, propria monaſteria deſerentes, niſi fortè eis præcipiatur propter opus neceſſarium ab Epiſcopo ciuitatis? His ità ex canonica authoritate præmiſſis, oportet vt canonici & monachi ſe ab hoc illicito facto cohibeant, nè contingat eos canonica cenſura percelli: qua dicitur: Tranſgredientem verò hanc definitionem noſtram, excommunicatum eſſe decreuimus, nè nomen DOMINI blaſphemetur. Qualiter autem collocutiones fœminarum his, qui ſacris officijs mancipati ſunt, vitandæ ſint, vita beati Auguſtini & beati Ambroſij, & dicta ſanctorum Cypriani atq; Hieronymi, & aliorum plurimorum apertè oſtendunt.

CAP. XLVII.

Quòd Miſſarum celebrationes in locis incongruentibus fieri non debeant.

COnſuetudines ad quorundam libitũ repertæ, licèt contra authoritatem Eccleſiaſticam exiſtant, non facilè tamen correctionem accipiunt: è quibus eſt illud, quòd plerique presbyteri, neglectis baſilicis DEO dicatis, in domibus & hortis Miſſarum celebrationes, contra Diuinam authoritatem & canonicam inſtitutionem

facere præſumunt. Et hoc ſimiliter ad Epiſcoporum culpam pertinere perſpicuum eſt. Proindè neceſsè eſt, vt vnuſquiſque Epiſcoporũ huiuſcemodi temerariam conſuetudinem à parochia ſua penitùs amoueat. Et ſi quis presbyterorum abhinc, excepto quandò in itinere pergitur, & locus baſilicæ procùl eſt, & id in altaribus ab Epiſcopo conſecratis fieri neceſſitas compellit, nè populus DEI ſinè Miſſarum celebratione, & corporis & ſanguinis Dominici perceptione maneat, Miſſarum celebrationes in huiuſcemodi illicitis locis, poſt tot tantaſque prohibitiones facere attentauerit, dignum eſt, vt gradûs ſui periculum incurrat. Laicos nanque pleroſque meminiſſe oportet pœnæ regis Oziæ,

2. Par.

qui pro eo, quòd contra fas ſacerdotale miniſterium arripuit, lepræ immunditia ilicò mulctari meruit. Et diligenter perpendant, non eſſe ſui officij, vt relictis baſilicis DEO dicatis, & Epiſcopali authoritate contempta, ad libitum ſuum in hortis & domibus vel certè ædiculis, quas iuxta domos ſuas conſtruunt, & pallijs exornant, in quibus altaria erigi faciunt, Miſſarum celebrationes presbyteros facere compellant. Satiùs igitur illis eſt, Miſſam non audire, quàm eam, vbì non licet, nec oportet, audire. Sed & presbyteri (ſi tamen presbyteri vocandi ſunt) qui inconſultis Epiſcopis ſuis altaria in talibus locis erigere præſumunt, iuxta cenſuram canonicam gradûs ſui periculum incurrere merentur. Recenti quippe tempore de celebrãdis in talibus locis Miſſis, emerſit contra authoritatem Eccleſiaſticam hæc (vt quibuſdam videtur) religioſa conſuetudo: quæ, quia apertè Eccleſiaſticæ antiquæ traditioni videtur reniti, non debet noua adinuentione, & qualibet pertinaci intentione defendi. Quandò enim in itinere pergitur, non induſtria, ſed neceſſitas alicubì, quàm in Eccleſia, Miſſarum celebrationem fieri vrget: quãdò verò in domibus & hortis abſque præmiſſa neceſſitate fit, apertè humana præſumptio & præcepto Diuino, & authoritati canonicæ contraire comprobatur. Vbì autem DEO ſacrificium offerendum ſit, lex Diuina docet, DOMINO docente: Nõ offeras holocauſtum tuum in omni loco, ſed in loco quem elegit DOMINVS DEVS tuus, ibì offeras holocauſtum tuum.

Deut. 12.

Et in Concilio legitur: Non oportet, inquit, in domibus oblationes fieri.

Concil. Laodiceni cap. 58.

Quandò ergò quod DOMINVS prohibet facere, humana præſumptio non metuit, procul dubio præceptum DEI tranſgredi non pertimeſcit. Quapropter neceſsè eſt, vt conſuetudines prauæ poſtponantur, & iuſſionibus Diuinis obtemperando, Eccleſiaſtica authoritas amplectatur.

CAP. XLVIII.

Quòd nullus presbyterorum, ſolus Miſſam celebrare debeat.

IRrepſit in pleriſq; locis partìm incuria, partim auaritia repræhenſibilis vſus, & congrua emendatione dignus, eô quòd nônulli presbyterorum ſinè miniſtris Miſſarum Solennia frequentent: quod nec verba Domini Saluatoris, quibus myſteria corporis & ſanguinis ſui diſcipulis celebranda tradidit: nec Apoſtoli Pauli documenta declarant, nec etiàm in ipſis Actis Apoſtolorum, ſi enucleatìm legantur, ità fieri debere, vllo modo inuenitur. Vndè conueniendus, immò interrogandus nobis videtur huiuſmodi corporis & ſanguinis Domini ſolitarius conſecrator, quibus dicit, DOMINVS VOBISCVM: & à quo ill reſpondetur, ET CVM SPIRITV TVO: vel pro quibus, ſupplicãdo Domino, inter cætera, MEMENTO DOMINE ET OMNIVM CIRCVNSTANTIVM, cùm nullus circunſtet, dicit. Quæ conſuetudo, quia Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ authoritati refragatur, & tanto myſterio quãdam dehonorationem irrogare videtur, omnibus nobis in commune viſum eſt, vt deincèps huiuſcemodi vſus inhibeatur. Prouideatq; vnuſquiſque Epiſcoporum, nè in ſua parochia quiſquam presbyterorũ Miſſam ſolus celebrare præſumat: Et ſi hanc definitionem ſuperbiendo tranſgreſſus fuerit, canonicę correctioni ſubiaceat.

CAP. XLIX.

De presbyteris, duas aut eo ampliùs baſilicas habentibus.

SIcut vnicuique ciuitati conuenit, proprium habere Epiſcopum, ità & vnamquanq; baſilicam DEO dicatam decet & oportet proprium habere presbyterum. Auaritia ſanè, quæ eſt idolorum ſeruitus, quod non ſinè magno pudore proſequimur, quoſdam inuaſit presbyteros, ſuiſq; retinaculis adeò vinxit, captiuoſque effecit, vt inſtàr cæcorum effecti, neſciant quò eant, neſciantque quid eſſe, vel quid agere debeant. Hi nanque ignibus auaritię æſtuantes, ſacerdotaliſq; dignitatis immemores, curamque baſilicarum, in quibus promoti ſunt, poſtponentes, datis quibuſdam xenijs aut pollicitis non ſolùm à clericis, verùm etiàm à laicis, alias baſilicas, contra fas, ad Chriſti famulatum peragendum ſuſcipiunt, vtrùm conſultis, an inconſultis Epiſcopis id faciant nécne, ignoratur. Si conſultis id faciunt, eorum tranſgreſſioni ijdem Epiſcopi procul dubio communicant: Si verò eis inconſultis id facere præſumunt, nihilominùs Epiſcoporum negligentiæ id adſcribendum eſt. Vix enim quiſpiam presbyterorum in baſilica, in qua diuinæ ſeruituti mancipatus eſt, dignè atq; ſtrenuè militare inuenitur, quanto minùs id in duabus aut tribus, aut eo ampliùs, baſilicis dignè exequi valet? In quo facto & religio Chriſtiana fuſcatur, & ſacerdotalis ordo confunditur, immò auaritia ſacerdotum à ſubditis denotatur, locaque Deo dicata cultu ſibi debito priuantur, & (vt in ſuperioribus capitulis iam dictum eſt) animarum pericula generantur. Quod nè vlteriùs vnuſquiſque Epiſcoporum in parochia ſua fieri ſinat, omnes in commune ſtatuimus, decernentes vt ſingulæ baſilicæ, plebes & res, quibus conſiſtere poſſint, habentes, ſingulos habeant presbyteros. Si verò plebes habuerint, & rebus quibꝰ cõſiſtere poſſint, caruerint: in arbitrio Epiſcoporum pendet, vtrùm ità conſiſtere debeant, aut poſſint, nécne: Hoc tamen ſpecialiter eorum ſolertiæ prouidendum eſt, vt hac occaſione nullus presbyter duas aut tres auaritiæ cauſa, quibus ſufficere ſecundùm diuinum cultum nullatenùs poteſt, habere audeat baſilicas.

Gal. 5. Epheſ. 5.

CAP. L.

De obſeruatione diei Dominici.

NVllo modo diuinæ authoritati concordat, quòd religio Chriſtiana, ſicut à ſanctis patribus traditum accepit, & Eccleſiæ authoritas ſe habet, diem Dominicum, in quo author vitæ à mortuis reſurrexit, reuerenter, venerabiliterque non colit. Vtcunquè enim à quibuſdam dominis venerando cuſtodiri videtur, ſedà conſeruis ſeruitio eorum preſſis, perraro debito honore coli inuenitur. Paganis autem moris fuit, ob memoriam & reuerentiam deorum ſuorum dies colere. Nam & Iudæis carnalibus moris eſt, ſabbatum carnaliter obſeruare. Chriſtianorum porrò religioſæ deuotionis, quæ (vt creditur) ex Apoſtolorum traditione, immò Eccleſiæ authoritate deſcendit, mos inoleuit, vt ob memoriam Dominicę reſurrectionis, diem Dominicum venerabiliter atque honorabiliter colat, quoniam eo die, DEVS lucem mundi cõdidit, eo die (vt dictum eſt) Chriſtus à mortuis reſurrexit, eo die paracletum Spiritum ſanctum Apoſtolis miſit de cælis: eo die, vt à quibuſdam Doctoribus traditur, manna pluit de cælo. Hæc & his ſimilia liquidò demonſtrãt, hunc diem cæteris diebus celebriorem & venerabiliorem fore. Vndè conſtat, quoniam ſicut nonnulla alia à religione Chriſtiana propter amorem & delectationem mundi, propriaſq; humanas delectationes & prauiſſimas, immò periculoſiſſimas conſuetudines, quæ iam pro lege habentur, receſſerunt: ità quoquè tanti diei veneratio, ab vſu Chriſtianitatis magna ex parte receſſerit. Multi nanque noſtrorum viſu, multi etiàm quorundam relatu didicimus, quoſdam in hac dię ruralia opera exercentes, fulmine interemptos, quoſdam artuum contractione mulctatos, quoſdam etiàm viſibili igne, corporibus oſſibuſque ſimul ſub momento, abſumptis, in cinerémve ſubitò reſolutis, pœnaliter occubuiſſe, vt multa alia terribilia indicia extiterunt, & hactenùs exiſtunt. Quibus declaratur, quòd DEVS in tanti diei dehonoratione offendatur. Proindè omnibus nobis viſum eſt, vt primùm ſacerdotes, poſteà reges & principes, cunctique fideles ſummoperè procurent, vt tanti diei debita obſeruatio, religioſaq; deuotio, nunc vſque magna ex parte neglecta, abhinc ob inſigne Chriſtianitatis, deuotiùs exhibeatur. Si ergò Iudæi, quorum adhuc iugum legis carnaliter ceruices premit, à quo, quia nolunt, CHRISTI eos gratia non liberat, Sabbatum carnaliter cuſtodientes, eo die nulla poteſtate terrena compellere ab operibus ruralibus ſe abſtinent: quantò magis Chriſti gratia redemptis cõuenit, vt eo die quo author vitæ reſurrexit, eiſque ſpem reſurgẽdi cõceſſit, ab his, quæ præmiſſa ſunt, ſe abſtineant, & ſolũmodò ſpiritalibꝰ gaudijs repleri, canticiſque hymnigeris & laudibus cęleſtibus toto cordis adniſu vacare ſatagant? Quapropter ſpecialiter atque humiliter à ſacerdotibus Imperialis celſitudo flagitanda eſt, vt eius à DEO ordinata poteſtas, ob honorem & reuerentiam tanti diei, cunctis metum incutiat, nè in hac ſancta & venerabili die, mercatus & placita & ruralia quæque opera, necnon & quaſlibet corrigationes vllius conditionis homines facere præſumant: Quoniam dum hæc agant, & decus Chriſtianitatis obfuſcant, & nomen CHRISTI blaſphemantibus locum ampliùs detrahendi attribuũt. Decet igitur, vt eo die Chriſtianus diuinis laudibus, non ruralibus vacet operibus.

Dominici diei inſignia.

Pœnæ quorundam, diem dominicũ violantiũ.

CAPVT LI.

De æquo modio, iuſtoque habendo ſextario.

ILlud quoquè ex toto à Diuina authoritate diſſentit, & afflictionem atque oppreſſionem ingentem pauperibus irrogat, quòd quidam non ſolùm clerici, ſed & laici, Dominici præcepti tranſgreſſores effecti, minorem modium atque ſextarium in vendendo atq; commodando, maioremq; in recipiendo habent, ſimulque ſtateras minores atque doloſas in mutando atque vendendo, maioreſque in recipiendo habentes: & ob hoc, dum ſuæ intolerabili cupiditati ſatisfacere æſtuant, heu proh dolor, miſeros quoſque paupertati addicunt, & mendicos efficiunt: Quoniam his inæqualibus menſuris, & diuerſis fœnerationibus adeò eos obligantes coarctant, vt ex vineolis ſuis, ob mercedem laboris ſui nihil reſidui ſibi, ſuæque coniugi & liberis, nec cyathus nec vua quidem remaneat: ſed vt omnia in cellaria ſua ex aſſe deueniant, ſagaciter elaborant. Quam crudelitatem quidam dominorum tam per ſe, quàm per atroces miniſtros ſuos, in ſibi ſubiectis exercere comprobãtur, ità vt nihil ſibi, ſuæq; coniugi ac liberis, de fructu meſſium, vinearumque ſuarum vſurpare audeant, ſed omne quicquid illud eſt, dominis ſuis ex integro cuſtodire & reddere compellantur. Quod impietatis vitium beatus Iob multùm ſe cauere inſinuat, cũ ait: Si aduersùm me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius deflent: Si fructus eius comedi abſque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina, & clamor ipſorum in aures Domini Sabaoth introibit. Quæ verba Beda ità exponit: Dominum Sabaoth, id eſt, Dominum exercituum appellat, ad terrorem eorũ, qui pauperes conterunt & adfligunt, eoſque nullum putant habere tutorem. Huic enim loco congruit illud Pſalmiſtæ: Tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Et alibì Pſalmiſta in perſona Domini loquitur: Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Et illud, quod in libro beati Iob ſcriptum eſt: Neque enim fruſtrà audiet DEVS, & omnipotens ſingulorum cauſas intuebitur. Et illud Salomonis: Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundet loquelam gemitûs. Nónne lachrymę viduę à maxilla deſcendũt, & exclamatio eius ſup deducentem eas? A maxilla enim aſſcendunt vſque ad cælos, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Multa quoquè his ſimilia, de huiuſcemodi oppreſſione teſtimonia perfacilè proferri poterant, ſed alibì proferenda reſeruantur. De modio autem æquo, iuſtoque ſextario habendo, Dominus in libro Leuitico ità loquitur: Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in menſura: ſtatera iuſta & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquuſque ſit vobis ſextarius: Ego Dominus DEVS veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti. Cuſtodite præcepta mea, & vniuerſa iudicia, & facite ea: ego Dominus. Salomon in Prouerbijs: Pondus & pondus, menſura & menſura, vtrunq; abominabile eſt apud DOMINVM. Item in eodem: Abominatio eſt apud Dominum pondus & pondus, ſtatera doloſa nõ eſt bona. In non faciendo quippe quæ Dominus

Iob 31. Iac. 5. Pſal. 9. Pſal. 11. Iob 35. Eccle. 35. Leuit. 19. Prou. 20. Ibidèm.

minus iubet, delinquimus: in faciendo autem quæ vetuit, procul dubio peccamus. Ergò quandò ea, quæ vetat, facimus, eius procul dubio sancti præcepti transgressores existimus. Quanquàm ergò consuetudines peruersę non facilè corrigantur, hęc tamen consuetudo inæqualium modiorum, & iniustorum sextariorum, atq; ponderum dolosorum, necessè est vt principali metu ocyùs corrigatur, & ad præceptũ diuinum tanta tortitudo reflectatur: quia verendũ est, nè inter cætera mala hoc quoquè non solùm facientibus & consentientibus, sed etiàm non corrigentibus, quod absit, proueniat in damnationem.

CAP. LII.

De interdicto quodam, quo apud pleraſque prouincias, pauperes aggrauantur, ab Imperiali clementia prohibendo.

NOn solùm rumore, sed etiàm venerabilium virorum relatu comperimus, quòd in quibusdam occidentalibus prouincijs, suadente auaritia, Episcopi & comites & cæteri prælati pauperibus sibi subiectis soleant edictum imponere, vt nullus eorũ tempore messis, modium frumenti, nec tempore vindemiæ, modium vini maiori precio, nisì quod ab eis constituitur, vendere præsumat. Quod si quispiam illorum facere præsumpserit, & paupertati suæ magnam iacturam patitur, insupèr etiàm acribus verberibus flagellatur. Vndè fit, vt cùm alijs modius frumẽti duodecim denarijs, & modius vini viginti denarijs venundari possit, huiusce modi seniores modium frumenti ad quatuor, & modium vini ad sex sibi extorqueãt denarios. Quæ res quia impietatis, iniustitiæq; plena est, necesse est, vt pijssimi principis authoritate inhibeatur: Quoniam verendum est, nè, dum his & his similibus grauaminibus pauperes atteruntur, ira interni iudicis nõ solùm facientibus, sed etiàm consentientibus, & corrigere nolentibus, accumuletur, quatenùs pauperibus libertas tribuatur, vt redditis senioribus suis, quæ iustè reddenda sunt, reliqua quæ sibi supersunt, liceat alijs, prout pactio vendentis & emẽtis grata fuerit, absque prohibitione seniorum suorum distrahere.

CAP. LIII.

De multimodis vsurarum adinuentionibus.

CVM multa & innumera sint mala, quibus & DEVS offenditur, & regnum Christianorum periclitatur, extat inter cætera vnum quoddam valdè execrabile, Deoque detestabile auaritiæ genus, quo indubitanter & DEVS ad iracundiam prouocatur, quia eo præceptis eius resultatur, & misericordiæ humanæ, præcepta diuina transgredienti, augmenta damnationis præparantur, eô quòd scilicet quidam clericorum & laicorum obliti preceptionis Dominicæ, qua dicitur: Pecuniã tuam non dabis ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges: Ego Dominus DEVS vester: in tantam turpissimi lucri rabiem exarserint, vt multiplicibus atque innumeris vsurarum generibus, sua adinuentione & cupiditate repertis, adeò pauperes CHRISTI adfligant, vt, exceptis alijs oppressionibus, quibus ad iniuriam DEI atrociter cruciantur, hoc speciali malo multi eorum, fame & egestate confecti, pereant: multi etiàm hac oppressione compulsi, proprijs derelictis, alienas incolatûs gratia terras expetãt. Famis præterea tẽpore, cùm quispiam pauper omnium rerum penuria attenuatus, ad aliquem fœneratorem venit, vtpotè frater ad fratrem, quos constat vno precioso Christi sanguine redemptos, petens ab eo suas miserabiles necessitates subleuari, sibiq; id, quo indiget, commodari: taliter sibi ab eo solet responderi: Non est mihi frumentum, aut aliud quid, quod in cibum tibi sumere vis, ad mutuandum, sed magìs ad venundandum. Si vis emere, fer precium, & tolle. Cui pauper: Non est mihi, inquit, quicquam precij, quo emere id, quo indigeo, valeam: Sed peto abs te, vt miserearis meî, & quomodocunq; vis, mihi quod peto, nè fame peream, mutuum porrige. Fœnerator econtrà, * Quomodò denarijs possum modium frumenti mei vendere, aut tot denarios tempore fructûs noui mihi redde, aut certè eorum precium in frumento & vino, & cæteris quibuslibet alijs frugibus ad plenum supple. Vndè euenire solet, vt pro vno frumenti modio taliter mutuato, tres aut certè quatuor modij à pauperibus tempore messis violenter exigantur. Quod & de modio vini similiter fieri solet. Sunt etiàm alij crudelissimi fœneratores, qui tempore necessitatis nihil commodare pauperibus volunt, nisì messellas suas, & vineolas, & pratella, ea ratione in pignus dederint, vt quicquid frugũ in hisce colligi poterat pro paruo, quod mutuum acceperint, ex asse amittant: Quæ res non minimam pauperibus generat afflictionem & penuriam. Sunt & aliæ multifariæ calliditates quorundam fœneratorum, quibus pauperes exhauriuntur, & pauperati addicuntur, quas hìc enumerare magni est tædij, magnæque prolixitatis. Dominus quippe & in legalibus & in propheticis oraculis vsuram fieri, minaciter atque

* Quomodò

atq; terribiliter inhibet, & præsumptio humana, à summo creatore prohibita, superbiendo perpetrare ad suî discrimen non metuit. Ait nanque in libro Exodi: Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes. In libro Leuitici: Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, nè accipias ab eo vsuram, nec amplius quàm dedisti. Time DEVM tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. In libro Deuteronomij: Si vnus de fratribus tuis, qui morãtur intra portas ciuitatis tuę, in terra quam DOMINVS DEVS tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis ei mutuum, quo eum indigere perspexeris. Item in eodem: Caue nè fortè subripiat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei, quod postulat, mutuum commodare, nè clamet contra te ad DOMINVM, & fiat tibi in peccatum, sed dabis ei, nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuandis, vt benedicat tibi DOMINVS DEVS tuus in omni tempore, & in cunctis, ad quæ manum miseris, non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Idcircò præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Per Ezechielem quoquè prophetam DOMINVS eum, qui ad vsuram dat, & amplius accipit, non viuere protestatur. ait autẽ: Si genuerit quis filium latronem effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis, & hęc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, & vxorem proximi sui polluentem, egenum & pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola leuantem oculos suos, abominationem facientem, ad vsuram dantem, & amplius accipientem, nunquid viuet? non viuet, dicit DOMINVS. Item idem: Munera acceperunt apud te, ad effundendum innoxium sanguinẽ, vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniata es. Amos propheta: Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: Quandò transibit messis, & venundabimus merces: & sabbatum, & aperiemus frumentum, vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus. Iurauit DOMINVS in superbia Iacob: Si oblí-

Exod. 22.
Leuit. 25.
Deut. 15.
Ibidem.
Ezech. 18.
Amos 8.

tus fuero vsque ad finem omnia opera eorum, nunquìd non super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Quis (rogo) tam ferrei pectoris existit, cui tam terribilis sententia terrorem non incutiat, qua dicitur: Nunquìd super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Apertè ergò hac sententia manifestatur, quòd propter vsuras & inæquales mensuras staterasque dolosas atque oppressiones pauperum, commotio terræ, immò periclitatio, & infirmatio regni, luctusque omnium habitatorum eius perueniat. Beatus quoquè Hieronymus hunc locum ità exponit: O tu Israël, audite quæ scelera feceritis: de nocte surgentes pro oratione & hymnis ad Deum. Studium habetis opprimendi siue conterendi pauperes, vt fame & egestate confecti, auferantur è terra: qui expectatis Calendas, vt negociemini, & vsuras augeatis vsuris: & Sabbata, vt aperiatis horrea, detisque frumentum, amplius recepturi: & DEI solennitates, turpis lucri gratia, in vestra compendia vertitis: qui minorem in vendendis mercibus mensuram facitis, & maiora pondera in accipiendis, stateramq; iniquam, vt possideatis pecunia pauperem, & tam viles habeatis homines, vt impleatis illud, quod suprà de vobis dixeram, pro eo quòd vendidistis argento iustum, & pauperem pro calceamentis: & in tantam lucri rabiem prosilîstis vt non frumenta, quorum esu hominum corpora sustentantur, sed quisquilias & purgamenta frumenti vendatis pauperibus, puluerem & paleas tritico commiscentes. Item idem in expositione Ezechielis prophetæ: Putant quidam vsuram tantùm esse in pecunia. Quod præuidens scriptura, omni rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias, quàm dedisti. Solet in agris frumenti & milij, vini & olei, cæterarumque specierum vsura exigi, siue (vt appellat sermo diuinus) superabundantiam: verbi gratia, vt hyemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius q̃ partem mediam: qui iustissimum se putauerit, quartam plus accipiet portionem: & solent argumentari & dicere: Dedi vnum modium, qui satus fecit decem modios: Nónne iustum est, vt medium modium de meo plus accipiam, cùm ille mea liberalitate nouem & semis de meo habeat? Nolite errare, inquit Apostolus, DEVS non irridetur. Respondeat enim nobis breuiter fœnerator misericors, vtrùm habenti dederit, an non habenti: habenti vtiquè dare non debuerat, sed dedit quasi nõ habenti: ergò quarè plus exigit, quasi ab habente? Alij pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diuersi generis, & non

Hierony.
Ezech. 18.
Gala. 6.

intelligunt vsuram appellari & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo quod dederint, plus acceperint. In psalmo quar-
Psal.14. todecimo: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Hieronymus: Primò dicendum iuxta literam, quòd lex indigenis tan-
Deut. 15. tùm & ciuibus prohibuerit fœnus imponi, & alienigenis iusserit fœnerari: Dauid verò Euangelicum describens virum, &
Psal. 14. eum qui habitaturus sit in monte sancto DEI, hoc est, in ECCLESIA DEI, in cunctos generaliter fieri vetârit. Hanc etiàm sententiam, qua dicitur: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, Cassiodorus ità exponit: Duobus modis in scripturis sanctis pecunia probatur intelligi. Vna est ista metallica, quæ ad vsuram dari omninò prohibetur, quoniam vitium cupiditatis est, exigere velle, quod te nescias commodâsse, hanc quidem habuit Dominus IESVS CHRISTVS, quam Iu-
Ioan.13. dæ tradidit erogandam, quam non dedit ad vsuram, quandò illam indigentibus ad informandos nos pia largitate concessit.
Psal.54. Item idem: Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. Intendamus quòd non dixit occultè, sed in plateis talia fuisse commissa, quæ superna damnauit sententia.
Psal.14. De vsura enim dictum est, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram: de dolo autem, Et labia tua nè loquantur dolum. hæc non occultè gessit, sed quodammodò libera commisit iniquitate: Omne enim malum execrabilius redditur, quâdò publica præsumptione tractatur. Iohannes Apostolus conuiua cœnæ Dominicæ strenuus ac fi-
1.Ioan.3. delissimus, Qui habuerit, inquit, facultates mundi, & viderit fratrem suum esurientem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodò charitas DEI manet in eo? Augustinus: Eccè, inquit, vndè incipit charitas. Si nódùm es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viscera tua charitas, vt non delectantia facias, sed de intimo adipe misericordiæ, vt cóssideres illum in egestate positum: Si enim superflua non potes dare fratri tuo, animam tuam potes ponere pro fratre? Item idem post pauca: Vide si misereris, si habes facultates mundi, quid ad me pertinet? fortè dicis: Ego daturus sum pecuniam meam, nè ille molestiam patiatur? Si tibi hoc responderit cor tuum, dilectio patris non manet in te. Si dilectio patris non in te manet, non es natus ex DEO. Quomodò te gloriaris esse Christianum? nomen habes, & facta non habes. Si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisque paganum, tu autem factis ostende te Christianum: nam si factis non ostendis te Christianum, & oês te Christianum vocent: quid tibi prodest nomen, vbi res non inuenitur? Miserabilis planè, & valdè deflenda res est, quandò quis pro facultatibus mundi, quarum momentaneus possessor existit, quia eas fratribus indigentibus, charitate dictante, nó impertit, & gloriam Christiani nominis sibi adimit, & DEVM qui charitas est, amittit. De vsuris porrò non faciendis, & de misericordia fratribus impendenda, supersunt copiosiora vtriusque instrumenti documenta, & sanctorum patrum eximia dicta, quæ sectatores vsurarum non victuros, neque in monte sancto habitaturos, sed potiùs, quia immisericordes extiterũt, cum purpurato & auaro diuite pœnas affirmant luituros.

1.Ioan.

Luc.16.

CAP. LIIII.

Vt hi qui pœnitentia publica sunt multati, neque in baptismate, neque in percipiendo sancti spiritûs dono patrom existant pro alijs.

QVòd hi, qui fidem CHRISTI expetunt, & prouectæ ætatis existunt, priusquàm ad baptismum accedant, instruẽdi sint & fidei, & baptismatis sacramento: necnon & illi, qui alios de sacro fonte suscipiunt, quiq́ue ad percipiendum sancti spiritûs donum, coram pontificibus pro alijs patroni existunt, intelligere debeant, & vim tanti sacramenti, & quid pro alijs spoponderint, iam in præcedentibus capitulis dictum est. Illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officijs remouendos iudicamus, qui propter reatum suum publica pœnitentia sunt multati, videlicet vt nec alios de sacri fontis baptismate suscipiant, nec etiàm ad percipiendum sancti spiritûs donum, aliorum patroni coram pontificibus existant, donèc per dignam pœnitentiæ satisfactionem, reconciliationem mereantur. nec immeritò: quoniam Mum.6.
quos & lex Diuina à castris militaribus, nè ruina sint populi, & authoritas canonica, ab Ecclesiarum sequestrãt liminibus: multo magis à memoratis peragendis officijs, vsque ad tempus pœnitentiæ peractum, dignamq́; perceptam reconciliationem, huiusce modi (vt iam dictum est) meritò sunt excludendi.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

INCI-

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

HACTENÙS de causis ad religionẽ christianã curamq́; pastorũ pertinẽtibus, vel de his, quæ in persona eorũ, emẽdatione digna, vel etiàm de his, quæ ab ipsis vsq; nunc neglecta sunt, in præsenti libello breuiter cõprehensum est. In hoc quoquè qui sequitur libello, specialiter de regibus & principibus, & generaliter de omnibus fidelibus & quòd vbì auaritia, inuidia & odium, & cætera vitia charitati contraria regnant: quia eadem charitas, quæ DEVS est, his inesse non potest, status Ecclesiæ periclitetur: & quòd religio Christiana sub Apostolis deuotiùs, quàm nunc floreat, floruerit, & nostro seculo circa multos marcescat, restat prosequendum.

CAP. I.

Quid sit rex, quid esse, quidve cauere debeat.

Isidorus in lib. Sententiarũ.

Idẽ in lib. Etymolo.

REX à rectè agendo vocatur. Si enim piè & iustè & misericorditer regit, meritò, rex appellatur: si his caruerit, non rex, sed tyrãnus est. Antiqui autem omnes reges tyrannos vocabant, sed postea piè & iustè, & misericorditer regentes, regis nomen sunt adepti: impiè verò, iniustè crudeliterq́ue principantibus, non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Quia ergò rex à regendo dicitur, primò ei studẽdum est, vt semetipsum, suamq́ue domum, Christiadiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisq́ue operibus exuberare faciat, vt ab ea cæteri subiecti bonum exẽplum semper capiant, ipse etiàm salutiferis CHRISTI præceptis fideliter atque obedienter obsecundet, & rectè agendo eos quibus temporaliter imperat, in pace & concordia atque charitate, cæterorumq́; bonorum operum exhibitione, quantùm sibi diuinitùs datur, consistere faciat, & dictis atque exemplis ad opus pietatis & iustitiæ, & misericordiæ solerter excitet, attendens quòd pro his DEO rationem redditurus sit, quatenùs ità agendo, sanctorum regum, qui DEO syncerè seruiendo, placuerunt, post hanc peregrinationem consors efficiatur. De rege autem, qualis esse, vel quid cauere debeat, ità in Deuteronomio legitur: Cùm ingressus Deut.17.
fueris terram, quam DOMINVS DEVS tuus dabit tibi, & possederis eam, habitaueriscque in illa, & dixeris, Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes: eum constitues, quem Dominus DEVS tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Et post pauca: Non habebit vxores plurimas, quę alliciant animũ eius, neque argenti & auri immensa pondera. Postquàm autem sederit in solio regni sui, describat sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribûs, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere DOMINVM DEVM suum, & custodire verba & cæremonias eius, quæ lege præcepta sunt: nec extolletur cor eius in superbiam super fratres suos, neq; declinet in partem dextram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse & filij eius super Israël. Attende quòd timor DEI & custodia præceptorum eius, & humilitas quæ non patitur eum extolli super fratres suos, & iustitiæ rectitudo non solùm regem, sed & filios eius longo faciet regnare tempore. Vt ergò princeps extollentiam cauere debeat, Ecclesiasticus ad- Eccle.32.
monens ait: Principem te constituerunt? noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex ipsis. In Prouerbijs: Rex qui iudicat in Prou.29.
veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Item: Misericordia & veritas Prou.20.
custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Quantæ igitur felicitatis sit bonus rex, quantǽve infelicitatis, si nequam fuerit, beatus Cyprianus eximius martyr CHRISTI, de duodecim abusionibus scribens, inter cætera ità ait: Nonus, inquiẽs, abusionis gradus est rex iniquus: etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Vndè in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet. Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, vt subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, nè iniqui sint, non corrigit. Quoniã iustitia regis exaltatur solium, & veritate solidantur gubernacula populorum. Iustitia verò regis Iustitia re-

& vt venerationem mereatur, virtutem potestas impertiat. Cognoscant principes seculi Deo debere se reddere rationem propter Ecclesiam, quam à CHRISTO tuendam susciпiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit. Sunt & alia vtriusque testamenti oracula copiosa, quibus affatim adstruitur, quòd rex ministerium sibi commissum, secundùm voluntatem Dei exercere, & adimplere debet, quæ hîc ob prolixitatem vitandam prætermittuntur.

CAPVT III.

De periculo regis, & quòd benè agentes remunerare, malè verò agentes sua authoritate comprimere, causamque pauperum ad se ingredi debeat facere.

ADpeccatum regis pertinet, quandò iudicibus, ministrisque iniquis ministerium suum implendum committit: neque enim ministerium suum per alios tantùm administrare, & se ab eo debet alienare. Non ergò dicimus, vt solus iurgia & querimonias populi audiat, & inuestiget & definiat: quoniam nequaquàm ad hæc solus sufficere potest, sed magis vt tales sub se, timentes DEVM, & auaritiam odientes constituat, per quos regem regum non offendat. Quales autem constituendi
Deut.16. sint, liber Deuteronomij manifestat, in quo legitur: Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus DEVS tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Item
Dent.1. ibi: Dixique vobis in illo tempore: Non possum solus sustinere vos, quoniam Dominus DEVS vester multiplicauit vos, & estis hodiè sicut stellæ cæli plurimæ. Dominus DEVS patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & faciat vobis, sicut locutus est. Non valeo solus sustinere vestra negocia, & pondus & iurgia. Date è vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tri-
Iob 29. bubus vestris. Iob: Quandò procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi, videbant me iuuenes, & absondebantur, & senes assurgentes stabant, principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Cùm quibus etiàm rex pondus regiminis sui partiri de-
Exo.18. beat, liber Exodi demonstrat, in quo legitur: Prouide autem de omni populo viros potentes, & timentes DEVM, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodò iudicent, leuiusque tibi sit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini, & præcepta eius poteris sustentare, & omnis hic populus reuertetur cum pace ad loca sua. Quibus auditis, Moises fecit omnia, quæ Iethro ille suggesserat: & electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicabant plebem omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum. Quòd verò rex causam pauperum ad se ingredi facere, & diligèter debeat inquirere, dat intelligi illud quod legimus, antiquitùs iudices idcirco in porta ad iudicandum sedisse, vt nullus accedendi difficultatem, aut quispiam ciuium vim aut calumniam necessè haberet sustinere. Ideò & Hierusalem ciuitas iustitiæ vocata est, quandiù in ea iusta exercebantur iudicia, quia non permittebatur in ea à rectoribus iniquitas permanere. Quòd verò rex bonos sublimare, & malos debeat comprimere, apostolus Petrus docet, dicens: Sub-
1.Pet.2. diti estote omni humanæ creaturæ propter DEVM: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus, tanquàm ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Quæ verba ità Beda exponit: Non quòd omnes, qui à regibus mittuntur duces, vel malefacientes punire, vel bonos laudare nouerint: sed quę esse debeat actio boni iudicis, simpliciter narrat, hoc est, vt malefacientes coërceat, & benè agẽtes remuneret. Hinc in historia gentili refertur, Amelii. moris fuisse Romanis, parcere subiectis, & debellare superbos. Quòd quandò praui Iudices populo Dei præferuntur, ad delictum illius pertineat, à quo constituuntur, dicta Isidori manifestant, quibus ait: Ad delictum pertinet principum, qui prauos Iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferunt. Nam sicut populi delictum est, quandò principes mali sunt: Sic principis est peccatum, quandò Iudices iniqui existunt. Bonus iudex sicut nocere ciuibus nescit, ità prodesse omnibus nouit: Alijs enim præstat censuram iustitiæ, alios bonitate iudicij sinè personarum acceptione suscipit. Non infirmat iustitiam auaritiæ flamma, nec studet auferre alteri quod cupiat sibi. Boni iudices iustitiam, ad solam obtinendam salutem æternam susciпiunt, nec eam muneribus acceptis distribuunt, vt dum de iusto iudicio temporalia lucra non appetunt, præmio æterno ditentur. His quæ præmissa sunt

sunt declaratur, quòd hi qui post regem populum Dei regere debent, id est, duces & comites, necessè est, vt tales ad constituendum prouideantur, qui sinè periculo eius, à quo constituuntur, constitui possint, scientes se ad hoc positos esse, vt plebem CHRISTI sibi natura æqualem recognoscant, eamque clementer saluent, & iustè regant, non vt dominentur & affligant, neque vt populum DEI suum æstiment, aut ad suam gloriam sibi illum subijciant, quod non pertinet ad iustitiam, sed potiùs ad tyrannidem & iniquam potestatem. Valdè enim exigit necessitas, vt quia ipse proculdubiò rex æquissimo iudici, de commisso sibi ministerio rationem redditurus est, vt etiàm singuli qui sub eo constituti sunt ministri, diligentissimè ab eo inquirantur, nè ipse pro eis iudicium incurrat diuinum: Ipsis etiàm ministris denũciandum est, quòd quicquid iudicauerint, in eos redundabit, iuxta illud, quod in li-
1.Para.19. bro Paralipomenon legitur: Habitauit ergò Iosaphat in Hierusalem, rursusq; egressus est ad populum de Bersabee, vsque ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum DEVM patrum suorum, constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iudæ munitis per singula loca, & præcipiens iudicibus: Videte, ait, quid facitis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei, & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud Dominum DEVM nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupído munerum. Hæc & his similia, quæ prælibata sunt, rex eiusque ministri non desidiosè, sed diligenter debent perpendere, & studium de ministerio sibi commisso tale adhibere, vt non pro eo æternaliter damnari, sed potiùs à Domino mereantur feliciter remunerari.

CAPVT IIII.

Quòd æquitas iudicij, stabilimentum regni: & iniustitia, sit eius euersio.

QVòd per iustitiam stet regnum, Solomon in Prouerbijs adstruit, ità inPro.14. quiens: Iustitia eleuat gentem, & Pro.20. miseros facit populos peccatum. Item: Misericordia & veritas custodiunt regem, & roborat iustitia thronus eius. Item: facere misericordiam & iudicium, magis placet DEO, quàm victimæ. Et infrà: Rapinæ impiorum detrahent eos, qui noluerunt facere iudicium. Item ibi: Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitam & iustitiam & gloriam. Quòd verò per iniustitiam cadat, Esaias demonstrat: Tu enim, inquit, terram disperdidisti, tu populum occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum: Non consurgent, nec hæreditabunt terrã, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. Esa. 14.
In Amos: Eccè oculi Domini super regnum Amos 9.
peccans, & conteram illud à facie terræ, dicit Dominus. Daniel loquitur ad Bal- Dan.5.e
thazar: O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, & gloriam, & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificẽtiam, quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quandò autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est in superbiã, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filijs hominum eiec- Dan.4.
tus est. Sed & cor eius cum bestijs positũ est. In libro Sapientiæ: Sedes ducum superbo- Eccl. 10.
rum detraxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Item: Regnum à gente in gen- ibidem
tem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. Quibus verbis liquidò claret, quòd pietas, iustitia & misericordia stabiliant regnum: & læsiones viduarum & pupillorum, calumnięque miserorũ, violentaque iudicia & peruersio iustitiæ, euidenter illud euertant. Vndè & multorum regnorum collapsio, quia pietatis, iustitiæ & misericordiæ non habuerunt stabilimentum, his quæ præmissa sunt, patenter fidem attribuit.

CAPVT V.

Quòd regnum non ab hominibus, sed à Deo, in cuius manu omnia regna consistunt, detur.

NEmo regum à progenitoribus regnũ sibi administrari, sed à Deo veraciPro.8. ter atque humiliter credere debet, dari, qui dicit: Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo: per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes iustitiam decernunt. Quòd autem non ab hominibus, sed à Deo regnũ terrenum tribuatur, Daniel propheta te- Dan. 4.
statur, dicens: In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum & petitio, donèc cognoscãt viuentes, quòd dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humilimum hominem constituet super illud.
Item idem loquens de Nabuchodonosor ad Balthazar: Donèc cognosceret, inquit, Dani.5.
quòd

quòd poteſtatem haberet altiſſimus in regno hominum, & quemcunque voluërit, ſuſcitabit ſuper illud. Et per Hieremiam: [Hier. 27.] Hæc dicit Dominus exercituum DEVS Iſrael: Hæc dicetis ad dominos veſtros: Ego feci terram, & hominem, & iumenta quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extenſo, & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. Hi verò qui à progenitoribus ſibi ſuccedere regnum terrenum, & non potiùs à Deo dari putant, illis aptantur, quos Dominus per [Oſe. 8.] Prophetam improbat, dicens: Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Ignorare quippe DEI, proculdubiò reprobare eſt. Quapropter quiſquis cæteris mortalibus temporaliter imperat, non ab hominibus, ſed à DEO ſibi regnum commiſſum credat. Multi nanque munere diuino, multi etiàm DEI permiſſu regnant. Qui piè & iuſtè, & miſericorditer regnant, ſinè dubio per Deum regnant: qui verò ſecùs, non eius munere, ſed permiſſu tantùm regnant. De talibus Dominus per Prophetam: [Oſe. 13.] Dabo tibi, inquit, regem in furore meo. Et Iob: [Iob 34.] Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Vt enim Iſidorus exponit, Iraſcente DEO, talem rectorem populi ſuſcipiunt, qualem pro peccato merentur. Conſtat ergò quia non actu, non voto, neque brachio fortitudinis humanæ, ſed virtute, immò occulto iudicio diſpenſationis diuinæ regnum confertur terrenum. Et idcircò cuicunque ab eo committitur, ità illud ſecundùm eius voluntatem diſponere & gubernare procuret, quatenùs cum eo, à quo illud ſuſcepit, feliciter in perpetuum regnare valeat: quoniam nihil prodeſt cuipiam terreno regno principari, ſi (quod abſit) contigerit eum æterno extorrem fieri.

CAPVT VI.

Quòd vbi charitas non eſt, nulla bona ineſſe poſſint.

MAgnum in vtroque ordine, clericali videlicet & laicali, periculum eſſe cognoſcimus, quòd charitas, quæ DEVS [1. Ioan. 4.] eſt, ac decus Chriſtianitatis, & in qua ſumma totius fidei noſtræ conſiſtit, in multis vtriuſque ordinis, quod non ſinè magno animi dolore dicimus, non regnare conuincitur. Quæ virtus charitas ſit, & Euangelica & Apoſtolica lectio, & ſanctorum patrum expoſitiones pleniſſimè docent. Expreſſiſſimè nanque Apoſtolus Iohannes [1. Ioan. 4.] ait, quòd DEVS charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & DEVS in eo. Perpendat quiſque, ſi in charitate manet, DEVM manere in ſe: Si charitatem non habet, non Deum, ſed hoſtem animæ ſuæ habitare in ſe: cum charitate quippe cuncta bona, ſinè charitate verò nulla haberi poſſunt. Neque etenim dignè angelicum hymnum, charitate carens, Domino decantare valet. Si quæritur, quarè? Attendatur, quarè: quia non eſt bonæ voluntatis: [Luc. 2.] Definitio quippe charitatis eſt, vt doctores noſtri tradunt, bona voluntas. [Charitas quid.] Ergò quicunque bonam voluntatem non habet, charitatem non habere comprobatur, & ideò pacem, quę CHRISTVS eſt, quia bonæ voluntatis non eſt, habere non meretur. Gloria, inquit multitudo cæleſtis exercitûs, [Luc.] in excelſis DEO, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Miſerabiliter planè decipiuntur plerique, qui ſinè charitate, aut DEO in hac mortalitate placere, aut ad eum ſinè illa ſe putãt peruenire. Verùm ſi in nobis charitas non eſt, ſed odium & inuidia, & auaritia, & diſcordia, & ſimulatio, & luxuria, & cætera mala regnant, quæ omnia à Chriſtianitatis propoſito abhorrent: mirum non eſt, ſi animaduerſiones diuinæ nos interiùs exteriusque diuerſiſſimis modis feriant, & impetum inimicorum aduersùm nos commoueãt. Quapropter ſi pacis tempora quietè & tranquillè ducere volumus, pacis & charitatis amatorem diligamus & timeamus, eiusq; præceptis humiliter colla ſubmittamus. Hi autem qui palatinis honoribus fulciuntur, ſiue Clerici ſint, ſiue Laici, dignum eſt, vt vinculo charitatis connectantur, nè alterutrius iniuriam aut dehonorationem contra fas meditentur, nè deſides & doloſi adinuicèm exiſtant, nè fortè qui doloſi ſunt, incidant in illud Pſalmiſtæ, dicẽtis: [Pſal.] Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum: da illis Domine ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinuentionum ipſorum, & cætera. Qui verò deſides exiſtunt, patenter ab humanitate, quam in CHRISTO Paulus habitare edocet, [Tit.] ſcinduntur: caueantque hypocriſin Iudæ proditoris Domini. Sunt & alia huic rei conuenientia, quæ denumerare longum eſt. Certè cùm dignitatis palatinæ huiuſmodi homines honoribus ſuffulti, morſibus inuidiæ ſe viciſsìm lacerant, & in proximi ruinam & dehonorationem æſtuant, & DEO, cuius muneribus vtuntur, in proximi aduerſitatibus iniuriam inferunt, & regi, cui familiariter inhęrent, & adiutores ſecundùm DEVM eſſe debuerunt, debitam fidem non ſeruant, & honorem palatinum, malum exemplum alijs dantes, commaculant, & (quod his indecẽtius eſt) ad inimicos nominis Chriſti, magnum tripudium tranſmittunt.

CAPVT VII.

Quòd multi profeſſionem Chriſtianam verbis tantùm teneant, ſed operibus negligant.

SImundanarum legum iura, ob iurgiorum forenſium negocia dirimenda à mortalibus edita, homines auidiſſimè diſcere & intelligere acutiſſimè ſatagunt, vt his benè notis, quid verum, quid falſum, quid iuſtum, quídve iniuſtum ſit, in hac terra morientium, liquidò diſcernere queant: quanto magìs iura cæleſtia à ſummo opifice DEO, omnium creatore hominibus promulgata, ſalubriterque collata, quibus cauendum malum, faciendumque bonum perdocetur, quæ etiàm ſectatores ſuos ad terram prouehunt viuentium, cunctis fidelibus diſcere & intelligere intentioni eſſe debet? Lex itaque CHRISTI non ſpecialiter clericis, ſed generaliter cunctis fidelibus eſt à Domino attributa: Licèt in Euangelio quædam ſint præcepta ſpecialia, quæ ſolummodò contemptoribus mundi, & Apoſtolorum ſectatoribus conueniant, cætera tamen cunctis fidelibus, vnicuique ſcilicet in ordine, quo ſe DEO ſeruire deuouit, indiſſimulanter obſeruãda cenſentur. Quòd verò fides ſola neminem prouehat ad regnum cælorum, iam in ſuperioribus capitulis demonſtratum eſt. Verùm profeſſio Chriſtiana à multis, & in multis propter delectationes carnales, & propter diuerſiſſimas huiuſmodi vanitates, & peruerſiſſimas conſuetudines miſerabiliter negligitur: quibus quanto plùs inaniter inſeruiunt, tanto minùs operibus Chriſtianæ profeſſionis vacant. Quòd ſi Acta Apoſtolorum relegamus, & deuotionem Chriſtianæ plebis, quæ ſub eiſdem Apoſtolis floruit, ſubtiliter animaduertamus, multùm noſtri ſeculi Chriſtiani populi deuotionem ab illorum diſtare reperiemus: & quanto illi ardentiùs & deuotiùs eam ſunt ſectati, tanto nonnulli ab eius operibus, torpentiùs ſunt digreſſi. Proindè ſicut tunc initio naſcentis Eccleſiæ, eadem fides operibus floruit, ità nunc iiſdem neglectis apud quoſdam marceſcit. Vt enim [Auguſt.] verbis beati Auguſtini ſcribentis in libro ſermonum vtamur, Chriſtus in nobis idem eſt, qui & in illis: ſed non idem animus in nobis, qui fuit in illis: eadem fides in nobis, ſed non eadem deuotio. In illis enim maior erat fraternitas CHRISTI, quàm ſanguinis: in illis ſicut vna fides, ità erat & vna ſubſtantia: vt quibus erat communis CHRISTVS, communis eſſet & ſumptus. Nefas enim putabant, eum ſibi participem non adſciſcere in ſubſtantia, qui particeps eſſet in gratia. Non ergò verebãtur, nè eſurirent: ſed potiùs timebant, nè alius eſuriret: Nunc autem, vt idem beatus Auguſtinus ait, ità alter de alterius inopia non cogitat, vt illud ſit quod dicit Apoſtolus: [1. Cor. 11.] Alius quidem eſurit, alius ebrius eſt. Et paulò pòſt: Nunc eſt, inquit, illud tempus, quod Dominus in Euangelio ait, [Matt. 24.] Abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum: modò enim abundat auaritia & iniquitas, quę antè largitatis bonitate ceſſabat: & refrigeſcit fraternitatis charitas, quæ priùs Chriſti amore feruebat. Tũc enim ſub Apoſtolis tanta fraternitatis dilectio fuit, vt in cõuentu ſuo nulla inueniretur indigentia: tanta autem modò Chriſtianitatis diſſimulatio eſt, vt in cœtų noſtro vix inuenias locupletem. Locupletem autem vix inueniri dico, non facultatibus, ſed operibus. Ait autem Apoſtolus: [1. Tim. 6.] Diuites ſint in operibus bonis: Locupletem enim in Eccleſia intelligi voluit, qui diues in CHRISTO eſt. Et idem poſt pauca: Raro igitur in hoc tempore in Chriſtiano populo inuenimus locupletem, etſi plerique in domibus auro ſint diuites, in Eccleſia tamen ſunt mendici. Dum enim circa pauperes, non pro eo, quod præualẽt operantur, nec hoc eſt gratum, quod offerunt, nec illud eſt ſatiabile, quod reſeruant. Dixit autem Dominus ad [Gene. 4.] Cain cùm offerret munera: Si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccâſti: quieſce: Sic tu Chriſtiane non rectè diuidis, qui de tanto auro tuo maiorem partem Mammonæ ſeruas, quàm DEO largiris. In primordio igitur ſanctæ DEI Eccleſiæ, circa credentes ardor fidei ità vigebat, vt perſeuerarẽt in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus, & haberent omnia communia, & ſumerent [Acto. 4. & 2.] cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes DEVM: nunc autem deuotio Chriſtianitatis apud pleroſque longè aliter ſe habet: quoniam à quibuſdam doctrinæ Apoſtolorum præponitur amor terrenorum negociorum: communicationi fractionis panis, tenacitas, frigor charitatis, & cupiditas ambiendæ rei alienæ potiùs, quàm propriæ largiendæ: orationibus, delectatio carnalis, curioſitas rerum, ſolicitudo mundi, & multimoda mentis in diuerſa vagatio. Quæ autem illis erant communia, nunc quibuſdam ità ſunt propria, vt perrarò in alterius ex his quicquam, retorqueatur vſum. Illi ſumebant cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes DEVM: nunc autem vix à quibuſdam ſumitur cibus ſinè detractione, ſinè ſimulatione, ſinè inſultatione, ſinè hiſtrionum ſaltatione, & obſcœna iocatione, & turpiloquijs, & ſcurrilitatibus, & cæteris innumeris vanitatibus, quę animum Chriſtianum à vigore ſuî ſtatûs emolliunt. Illi in ſimplicitate cordis, iſti aũt è contrario ſub dolo & duplici aĩo, cùm

Sap. 1. cùm ſcriptura dicit: Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Illi ſumentes cibum, DEVM collaudabant: iſti diuerſorum ciborum genera ad ſuum libitum exigentes, erga lautiſſimos ſibi cibos præparatos, artem collaudant coquorum. Eſt & aliud in Chriſtiana religione, magna admiratione dignũ, eô quòd leges humanæ, quæ plerunquè peccare volentibus, terrorem potiùs, quàm CHRISTI præcepta incutiũt, maiorem vim quàm diuinæ, habere videantur, cùm vtiquè illæ ſibi parentes à temporali, hæ quoquè ab æterna líberét pœna. cùm enim quiſpiam regiæ, aut Imperialis dignitatis apicem tenens, cæteris mortalibus temporaliter imperans, aliquod edictum proponit, quod à ſibi ſubditis & audiri diligenter, & impleri fideliter ſagaciterque velit: quis, rogo, ſubditorum nõ inhianter id audit, illiusque iuſſionibus obtemperare ſatagit? Quis verò in tantam audaciam prorumpere audet, qui id nisi ad ſuí diſcrimẽ contemnere præſumat? Vndè ſatis mirari non poteſt, cur homines tãta cæcitate perculſi exiſtunt, vt creatoris ſui legem, tam temerario auſu poſtponant. Homines cõdunt leges, & à ſubditis cuſtodiuntur: Deus creator omnium æternaliter imperans, qui noſtro augmento non creſcit, nec noſtro detrimento decreſcit: in cuius manu ità ſumus, ſicut lutum in manu figuli: dedit legem ob ſalutem animarum capeſſendam, & audiri contemnitur: & ſi aure cordis auditur, aure cordis non percipitur: & ſi corde percipitur, opere non adimpletur. Quid autem excuſationis Chriſtiani Domino adferre poterunt, qui mundanæ legis cenſuram ob mundialem metum ſuſcipiunt, & iugo CHRISTI, quod ſuaue & leue eſt, & ad vitam ducit æternam, colla ſubmittere renuunt? Dominus dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et idem continuò addit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt: & venire ad talem, tantumque vocantem, & ab eo humilitatem & manſuetudinem diſcere, eiusque iugum ſuſcipere recuſatur? Hoc qui faciunt, quid aliud faciunt, nisi quòd à ſalute propria deficiunt? Quod quàm miſerabile & exitiale ſit, explicari non poteſt: perſpicuè hinc ſanè animaduerti poteſt, quòd profeſſio Chriſtiana modernis temporibus à pleriſque non ſic deuotè ac religiosè colitur, ſicut à priſcis colebatur Chriſtianis. Hanc itaque fidei regulam, de qua ſuperiùs breuiter, & in memoratis Actis apoſtolorum pleniſſimè dictum eſt, Apoſtoli, immò CHRISTVS per Apoſtolos ſi-

Matt. 11.

Matt. 11.

delibus tenendam cenſuit. Si igitur hanc CHRISTVS docuit, immò quia docuit, vt quid tot tantiſque peruerſis conſuetudinibus, ad votum quorũdam repertis contemnitur, quæ quanuis Deo annuente, veraciter percipiatur, operibus tamen à nonnullis, diuerſis negligitur modis? Et hoc idcircò accidiſſe coniiciemus, quia irrepſit inter quoſdam nimium deflenda conſuetudo, qui vtiquè legibus diuinis, quibus ſe per fidem ſubdiderunt, nó vt oportet, animaduerſis, quod libet, & licitum non eſt, ſed & id quod licet, non tamen expedit, legem ſibi faciunt, & ſecundùm id, quod libitum fuerit, viuere poſſe inculpabiliter credunt. His ità præmiſſis, neceſsè eſt, vt vnuſquiſque fidelis penetralia cordis ſui rimetur: & ſi fidem Chriſti, quam percepit, operibus non exornet, pacti, quod cum DEO in baptiſmate fecit, ſe præuaricatorem eſſe cognoſcat. Dum ergò tempus habet, CHRISTI adiuuante gratia, viam ſalutis non verbis tantùm, ſed operibus repetat. Non ergò mirum eſt, ſi mucro diuinus graſſetur, vbi fides CHRISTI non veraciter, ſed ſimulanter tenetur. Semper enim dicimus, nos DEVM velle quærere, & de præteritis admiſſis ab eo veniam poſtulare, & mentimur, quia quod dicimus, adimplere differimus: quotidiè etiàm dicimus, viam DEI, à qua peccando exorbitauimus, nos quærere velle, per quam ad DEVM reuertamur, & DEVS eum ſtrauit in conſpectu oculorum noſtrorum, & per eam ingredi contemnimus. Quis ratione vtens ignorat, nos debere ſemper potiora eligere, & viliora contemnere? Diuerſis quippe diuinæ vltiõis cladibus, merito noſtræ iniquitatis atterimur, & ad eum, à quo percutimur, reuerti contemnimus, adimplentes illud propheticum: Et populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe, & Dominum exercituum non exquiſiẽrunt. Verendum porrò ſatis eſt, nè nobis totiès à Domino per legales & propheticas, atque Euangelicas & Apoſtolicas denunciationes ſiue comminationes admonitis & flagellatis, & ad DEVM veraciter redire contemnentibus, illud tandèm proueniat, quod Iſraelitico populo, Prophetis Domini inſultanti, & ad DEVM reuerti contemnenti prouénit, quorum iniquitates Dominus diù patienter pertulit, & ad extremum his propiciari nolens, eos in Aſſyriorum captiuitatem migrare permiſit: Aſſyrij nanque dæmones ſignificant, & interpretantur captiuantes. Vndè ſatis vigilanter prouidendum eſt, nè ſicut illi corporaliter, ità nos (quod abſit) ſpiritaliter in eorum deueniamus captiuitatem.

CAPVT

CAPVT VIII.

Quòd poteſtati regali, quæ nõ nisi à Deo ordinata eſt, humiliter atq; fideliter cuncti parére debeant.

CONſtat, poteſtatem regalem, omnibus ſibi ſubiectis ſecundùm æquitatis ordinem, conſultum ferre debere, & idcircò oportet, vt omnes ſubiecti fideliter & vtiliter atque obedienter eidem pareant poteſtati: Quoniam qui poteſtati à Deo reſiſtit ordinatæ, DEI vtiquè ordinationi, iuxta Apoſtoli documentum, reſiſtit. Sicut enim ſubiecti, à rege ſibi volunt piè & iuſtè opitulari, ità ſpecialiter ei primùm ad ſalutem animæ ſuæ procurandam, deindè generaliter ad honeſtatem & vtilitatem regni, ſecundùm Dei voluntatem diſponendam atque miniſtrandam indiſſimulanter atque irretractabiliter ſolatium opportunum debent exhibere. Quod cùm faciunt, & diuinum præceptum adimplere, & fidem regi debitam euidenter probantur conſeruare.

Rom. 13.

Huiuſcemodi ergò obſequium à ſubiectis regiæ poteſtati impendi debere, & legalia præcepta apertè teſtantur, & Dominus in Euangelio admonet, dicens: Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Petrus quoquè ait: Subiecti eſtote omni humanę creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquàm ab eo miſſis &c. Et non poſt multa: Deum timete, regem honorificate. Paulus etiàm Apoſtolus in idipſum concordãs, ait: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas, nisi à Deo: quæ autem ſunt, à DEO ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. & cætera quæ de huiuſcemodi poteſtate Apoſtolicus ſermo latiùs exequitur. Idem etiàm ſcribit ad Titum: Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe. Item ad Timotheum, quanti pendat cauſam, immò ſalutem regis, demonſtrat, ità ſcribendo: Obſecro, inquit, primò omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitã agamus in omni pietate & caſtitate: hoc enim bonum eſt & acceptum coram Saluatore noſtro Deo, &c. Si enim Hieremias propheta Dei, pro vita idololatræ regis Nabuchodonoſor orare admonet, quanto magis pro ſalute Chriſtianorum regum, ab omnibus ordinibus Deo eſt humiliter ſupplicandum?

Matt. 22.

1 Pet. 2.

Tit. 3.

1 Tim. 2.

Hier. 29.

Baruch. 1.

Qualiter igitur regiæ poteſtati parendum, qualiterque eius ſaluti conſulendum eſt, breuiter ex authoritatibus diuinis dictum ſit. Quapropter neceſsè eſt, vt vnuſquiſque fidelis, tantæ poteſtati ad ſalutem propriam, & honorem regni, ſecundùm DEI voluntatem, vtpotè membrum capiti opem congruam ferat, plusque in illo generalem profectum, & vtilitatem, atque honorem regni, quàm lucra quærat mundi, quatenùs his ſaluberrimis opitulationibus ſibi viciſsim ſuffragantes, æterno regno pariter mereantur perfrui felices.

CAP. IX.

De tranſgreſſoribus præceptorum Dei.

MAla quibus DEVS offenditur, vel periclitatur regnum, ſi quis liquidò vult cognoſcere, diuinam, id eſt, legalem, propheticam, & Euangelicam atque Apoſtolicam perſpiciat authoritatem: ibi plenè inueniret omnia mandata atque precepta, quibus Dei adimpletur voluntas: ibi etiàm inueniet quę Deus fieri prohibuit, & quibus ad omnem ordinem diuinæ comminationes multæ ſunt, & in quibuſdam qui audire contempſerunt, vltio diuina cõpleta eſt. Primus quippe homo propter tranſgreſſionem diuini præcepti, de paradiſo eiectus, & exilio damnatus, & morte mulctatus eſt. quod malum adhuc hodiè genus humanum, quaſi natura ſibi inſertũ experitur. Indè facta eſt alia generalis damnatio in diluuio, quæ multiplicatis vitijs, & diuerſis malis, naturali lege corrupta, eue niſſe manifeſtè probatur. Quàm ſit etiàm præſumptio grauis & periculoſa, quæ ex contemptu præceptorum Dei naſcitur, ędificatio turris, & confuſio linguarum prodit. Sodoma autem & Gomorrha, & finitimæ ciuitates, quibus flagitijs deletæ, & quomodò æterna damnatione, in exemplum humani generis, ſint perditæ, manifeſtum eſt: & tamen in comparatione earum, Hieruſalem duplum malum feciſſe legitur, eô quòd notitiam & præceptũ DEI habuerit, & ſeruare contempſerit, ſequuta propriam voluntatem. Nam iniquitas Sodomitica, iuxta prophetam, fuit ſuperbia, ſaturitas & abundantia, & ocium: & quia egeno & pauperi manum non porrigebãt, vndè acceſſit obliuio DEI, & operati ſunt adhuc abominationes. Obduratio quoq; Aegyptiorum, qui nullis ſignis, nec prodigijs, ſed neque flagellis corrigi potuerunt, ad quem finem peruenerit, notum eſt. Nam Dathan & Abiron atq; Chore, cum ſocijs eorum, qui cum eis periérunt, quàm horribili terræ hiatu propter contemptum & inobedientiam contra Dominum, conſumpti ſunt, manifeſtum eſt. Quomodò etiàm multitudo populi DEI periêrit in deſerto, propter cõcupiſcentiam & contemptum, & peruerſas conſuetudines à DEO illis prohibitas, donèc diuerſis cladibus cõſumerentur, ità vt nullus eorum ad terram peruenerit repromiſſiõis, præter duos tan-

Gen. 3.

Gen. 6.

Gen. 11.

Gen. 19.

Ezec. 16.

Ibid.

Exod. 14.

Num. 16.

Exod. 32.

Num. 11. 21. 25.

tùm obedientes voci Domini, omibus perspicuũ est. Quotiès autem acciderit populũ corruisse, vel regnũ interijsse propter vnius peccatũ vel inobedientiam, siue plati, siue subiecti, longũ est enumerare, sicutì cótigit in Saul, [1.Reg.15.] pro cuius inobedientia regnũ ab eo ablatum, alteriq; datũ legimus. Nam & filius eius Ionathas, in cuius fidei fortitudine victoria data est de aduersarijs, [1.Reg.14.] posteà sanctificationis votum transgressus, licèt ignarus concupiuit, & victoriam totius populi perturbauit. Sed & Heli de ordine sacerdotali, quia filios suos satìs non correxit, decidit: immò filijs suis meritò ob suas [1.Reg.4.] iniquitates corruentibus, corruit sacerdotium, quod de progenie eius ablatũ est: quorum negligentia & iniquitate populus in bello fugatus ac cæsus est, & gloria cum arca Dei Israël, translata est, simul & locus sanctificatiõis eorum dissipatus est: Achan [Ios.7.] verò propter concupiscentiam inobediens factus, totum populum perturbauit. Pauca quippe de multis prosequuti sumus, vt diligenter animaduertatur, si tot diuinis vltionibus, totq; periculis, tot etiàm damnationibus subiacuerunt contemptores mandatorum Dei, quorum infinitus est numerus, & non solùm illi qui præcepta susceperunt, verùm etiàm qui naturalẽ legem corruperunt: quanto putas reatui subiacebũt gratia Christi redempti, & ab eodem Domino in viam iustitiæ edocti & instructi, si pceptis eius obedire contempserint? Proindè necesse est, vt vnusquisque in ordine suo, p viribus studeat, vt quantùm Deus annuerit, quæ iussit, adimpleat: & quæ vetuit, caueat: vt non cum contemptoribus damnari, sed potiùs cum executoribus diuinorũ præceptorum valeat remunerari: quoniam non est dubium, quin propter inobedientiam & contemptum præceptorum Dei, regni periclitatio, & animarum proueniat damnatio.

CAP. X.

Quòd grauiùs puniantur, qui fidem Christi perceperunt, & in malis vitam finièrunt, quàm illi qui sinè fide mortui sunt, & tamen bona opera egérunt.

Dici solet à nõnullis Christianis, quòd hi qui in Christo renati sunt, quanq̃ scelerate viuant, & in malis operibus diem extremum claudant, diuturno atque purgatorio, non tamen perpetuo, sint igne puniendi. Cùm multi hoc adserant, & nullus id verum esse ex diuinis oraculis adstruere valeat, cauendum est, vt hoc non solùm nõ credant, verùm etiàm nec ex ore proferant, nè fortè hoc dicendo, se & alios quodammodò vana securitate deludant. [Iacob.2.] Quòd ergò neminem sola fides Christi sinè operibus, ad regnum prouehat æternum, in præcedentibus iam dictum est. Quòd autem in flagitijs viuentes, & hæc nec pœnitentię lamentis, nec eleemosynarum largitionibus redimentes, sed in eis potiùs perseuerantes diem obeunt, atrociora sint tormenta passuri, quàm illi, qui licèt lauacro CHRISTI in ecclesia nequaquàm sunt baptizati, bona tamen opera fecerunt, subtèr testimonia collecta declarant. Ait itaque Petrus: [2.Pet.2.] Melius enim illis fuerat, nõ agnoscere viam veritatis, quàm post agnitionem veritatis retrorsùm conuerti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato. contigit enim illis illud veri prouerbij: [Pro.26.] Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Et Dominus in Euangelio: [Matt.12.] Cùm immundus, inquit, spiritus exièrit ab homine, vadit per loca arida, quærens requiem, & non inuenit: Tunc dicit: Reuertar in domum meam vndè exiui, & inuenit eam vacantẽ, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & intrant in domum illam, & habitant in ea, & erunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Origenes quoquè in Homilia de initio decalogi: Habitauit enim in nobis immundus spiritus, antequàm crederemus, antequàm veniremus ad Christũ, cùm adhuc fornicaretũr anima nostra à Deo, & esset cum amatoribus suis dæmonibus: sed posteaquàm dixit, [Osee 2.] Reuertar ad virum meum priorem, & venit ad Christum, qui eam ab initio ad imaginem suam creauit, [Gen.1.] necessariò locum dedit adulter spiritus, vbì vadit ad legitimum virum. Suscepti ergò sumus à CHRISTO, & mundata est domus nostra à peccatis prioribus, & ornata est ornamentis sacramentorum fidelium, quæ nôrant, qui initiati sunt. Item idem post pauca: Non enim domus tantùm, sed templum esse debet, in quo habitet Deus. Si ergò acceptam gratiam negligat, & implicet se negocijs secularibus, continuò ille immundus spiritus redit, & vendicat sibi domum vacantem, & nè iterùm possit expelli, alios secum septem spiritus adhibet nequiores, & fiũt huiusmodi nouissima hominis peiora prioribus. Et Beda in expositione Euangelij Lucæ: Quemcunque enim post baptisma, siue prauitas hæretica, seu mundana cupiditas arripuerit, mox omnium prosternet in ima vitiorum: vndè rectè nequiores tunc in eum spiritus dicuntur ingressi, quia nõ solùm habebit illa septem vitia, quæ septem spiritalibus sunt contraria virtutibus, sed & per hypocrisin ipsas se habere virtutes simulabit, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus: [2.Pet.2.] Melius quippe erat ei, viam veritatis non cognoscere, quàm post agnitionem retrorsùm conuerti. [Matt.27.] Quod in Iuda traditore vel Simone [Act.8.] Mago, cæterisque talibus specialiter legimus

gimus impletum. Augustinus quoquè in libro Enchiridion: [In Enchiri. cap.67.] Credãtur, inquit, in quibusdam etiàm hi, qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in ecclesia baptizantur, nec ab ea vllo schismate vel hæresi pręciduntur, in quantislibet sceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemosynis redimant, sed in eis vsque ad huius vitæ vltimum diem pertinacissimè perseuerent, salui futuri per ignem, licèt p magnitudine facinorum, flagitiorumque, diuturno, non tamen æterno, igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici sunt, humana quadam beneuolentia mihi falli videntur: Nam scriptura diuina aliud consulta respondet. Et paulo pòst: Porrò autem si homo sceleratus, propter solam fidem per ignem saluatur, & sic est accipiendum, quod ait beatus Paulus: [1.Cor.3.] Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: Poterit ergò saluare sinè operibus fides, & falsum erit, quod dixit eius coapostolus Iacobus: falsum erit & illud, quod idẽ ipse Paulus dixit: [1.Cor.6.] Nolite, inquit, errare: neque fornicatores, neque idolis seruientes, neq; adulteri, neque molles, neque masculorum cõcubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Si enim etiàm in istis perseuerantes criminibus, tamen propter fidem Christi salui erunt, quomodò in regno Dei non erunt? Si igitur iuxta Euãgelicam sententiam post agnitionem Christi, quis nequiter viuẽdo, spiritum immundum, [Matt.12. Lucæ 11.] qui à se tempore baptismatis expulsus est, cum dæmonum septenario sibi numero addito ad se redire facit, pristinamq; domum in se quodammodò vindicare sinit, fiunt illi nouissima peiora prioribus: patet profectò, si in ijsdem nequitijs vitam finièrit, grauiùs illum quàm eos, qui licèt fidem Christi non perceperunt, bonis tamen operibus operam dederunt, puniendum. Proindè necesse est, vt vnusquisque fidem CHRISTI, quam percepit, bonis operibus exornet. Et sicut nulli de misericordia Dei desperandum est, ità nemo post hanc vitam iudiciũ DEI, quod nisì iustum esse non potest, sibi alijsque fauorabiliter molliendo temperet, & propter hoc in hac vita, bonis operibus deditus esse negligat. Quapropter procurandum est, vt dùm in hac vita viuitur, bonis operibus insistatur: Admonet quippè Dominus in Euangelio: [Matt.16. & 25.] Vigilate & orate, quia nescitis diem, neque horam. Item: [1.Thess.5.] Dies Domini sicut fur in nocte veniet. Item: [Iohan.12.] Ambulate, dum lucem habetis, nè tenebræ vos comprehendant. Et Apostolus: [2.Cor.6.] Eccè nunc tempus acceptabile, eccè nunc dies salutis. His documentis perdocemur, quòd indulta tempora pœnitentiæ, in vanum non sint deducenda, & quòd fides CHRISTI, bonis semper sit operibus exornanda.

CAP. XI.

Quòd ad ecclesiam orandi gratia frequenter conueniri debeat.

Quia moderno tẽpore Christiani populi deuotio, à deuotione plebium fidelium, quæ sub Apostolis extitit, longè sit impar, in pręcedentibus iam commemoratum est. Procùl nempe quorũdam Christianorum deuotio, sicut & in nonnullis alijs, ità & in eo, quòd ad Ecclesiam tepidè conueniunt, ab illius plebis religiosa deuotione distat. Verùm sicut sunt plerique qui pio religiosoque studio orandi gratia Ecclesiam sæpissimè frequentant, ità econtrariò existunt quidam, qui licèt è vicino habeant basilicam, id tamen perrarò, quod emendatione dignum est, faciant. Vt ergò templa diuinis cultibus mancipata, frequẽter adiri, ibique Deum constanter & deuotè oporteat inuocari, diuinæ scripturæ testimonia subtèr collecta testantur. Legitur itaque in libro Paralipomenon: Apparuit [2.Para.7.] Dominus Salomoni nocte, & ait: Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij &c. Et paulo pòst: Oculi quoquè mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibì in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meũ ibì cunctis diebus. Et in Euangelio Lucæ: [Lucæ 24.] Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum: & ipsi adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum, Et in Actibus [Act.2.] Apostolorum: Erant autem, inquit, perseuerãtes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et paulo pòst: Quotidiè quoquè per- [Ibid.] durantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Item ibì: Petrus & Iohan- [Acto.3.] nes asscenderunt in templum, ad horã orationis nonam. Origenes quoquè in Homilia de Rebecca: Vereor, inquit, nè sitis ma- [Origenes.] tri vestræ Ecclesiæ adhuc in tristitia & gemitu, cùm non conuenitis ad audiendum Dei verbum, & vix festis diebus ad Ecclesiam proceditis, & hoc non tam desiderio verbi, quàm studio solennitatis, & publicæ quodammodò remissionis obtentu. Quid igitur ego faciam, cui dispensatio verbi credita est? Vbì vel quandò vestrum tempus inueniam? Plurimum ex hoc, immò penè totum mundanis occupationibus teritis: in foro aliud, aliud in negociatione cõsumitis: alius litibus vacat, & ad audiẽdum

Dei

Dei verbū, nemo aut pauci admodùm vacant. Sed quid vos de occupationibus culpo? quid de absentibus cōqueror? Præsentes etiàm in Ecclesia positi, non estis intenti, sed communes & ex vsu fabulas teritis, & verbo Dei vel lectionibus diuinis terga cōuertitis. Vereor nè & vobis dicatur à Domino: Iere. 18. Conuerterunt ad me dorsa, & non facies suas. Et post aliqua in eadem: Dicite mihi vos, qui tantummodò festis diebus ad Ecclesiam conuenitis, cæteri dies non sunt festi? non sunt dies Domini? Iudæorum est, dies certos & raros obseruare solennes, & ideò ad eos dicit Dominus: Quia neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum nō Esa. 1. sustineo: ieiunia & ferias & dies festos vestros odit anima mea. Odit ergò Deus eos, qui vna die putant esse festū Domini. Quia ergò Christiani instàr templi Hierosolymitani, vbì sanguis brutorum animalium effundebatur, basilicas in amore & honore Dei construunt, vbì non iam sanguis taurorum effunditur, sed corpus & sanguis CHRISTI conficitur, & à fidelibus percipitur, & Deus tam euidentibus oraculis loca nominī suo dicata inhabitare, ibique supplicum preces se exaudire polliceri dignatur: & pontifices sub tanta inuocatione eas Deo dedicāt, vt omnes qui illuc deprecaturi veniunt, de quacunque tribulatione ad eum clamauerint, consolationis eius beneficia consequantur, oportet vt remoto negligentiæ torpore, huiuscemodi loca ad DEVM exorandum, sibique propicium faciendum, frequenter ac deuotè adeant, dignosque se adspectibus angelorum, quorum conuentus ibì minimè adesse dubitantur, exhibeant. Quòd si etiàm memoratum templum, in quo pecudes mactabantur, tantæ venerationi habebatur, vt ad illud non solùm Iudæi diuinæ legis notitiam habentes, verùm etiàm nationes à testamento Dei longè remotæ, orandi gratia concurrerent, sicut habes in Actibus Apo- Act. 8. stolorum, de viro Aethiope Eunucho, qui venerat adorare in Hierusalem, & reuertebatur, & à Philippo catechizatꝰ & baptizatus est, quantò magìs templa Christi, vbì eius caro & sanguis immolatur à fidelibus, sunt religiosis obsequijs veneranda, & assiduis precibus inexcusabiliter frequentanda? Non igitur, sicut se habet quorundam repræhendenda & emendanda consuetudo, propter ædiculas, quas sibi ad votum suum construunt, ibique DEO sacrificium offerri posse & debere cōtendunt, templa, per sacerdotum ministerium, nomini diuino dicata, penitùs sunt negligenda, ac relinquenda, præsertim cùm Dominus dicat Deut. 12. in lege, Ad locum, quem elegerit Dominus Deus de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibì, & habitet in eo, venietis, & offeretis in illo loco holocausta ac victimas vestras. Et post pauca: Caue nè offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo, quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarum. Et in sacris canonibus, in conciliò scilicet Laodicensi, est institutum, Cap. 58. quòd non oporteat in domibus oblationes ab episcopis & presbyteris fieri.

CAP. XII.

Quòd in Ecclesia CHRISTI non sit ociosis turpibusque fabulis vacandum, & quòd qui hæc faciunt, non solùm sibi peccata non minuant, sed etiàm maiora accumulent.

MVlti Ecclesiam ingressi, non ad Deum puram simplicemque orationē dirigunt, quoniam quod ore precantur, hoc etiàm mente non meditantur. De talibus Beda in homilia Euangelij septimadecima: Beda. Sunt, inquit, qui intrantes Ecclesiam, multis Psalmodiæ vel orationum sermonibus prolongant, sed alibì corde intendendo, nec ipsi quid dicant, recolunt, ore quidem orantes, sed mentem forìs vagantem, omni orationis fructu priuantes, putantes à Deo precem exaudiri, quam nec ipsi qui fundunt, audiunt. Quod antiqui hostis instinctu fieri, nemo est qui animaduertere nequeat. Sciens enim vtilitatem orandi, & inuidens hominibus gratiam impetrandi, immittit orantibus multimoda cogitationum leuium, & aliquandò etiàm turpium nocentiumque, phantasmata, quibus orationem impediat, adeò vt nonnunquàm tales, tantosque discurrentium cogitationum fluctus, prostrati in oratione, toleremus. Sunt itaque plerique, quibus potiùs cordi est, vanis & obscœnis confabulationibꝰ vacare, quàm lectionibus diuinīs aurem accommodare, quibus etiàm nusquàm tam delectabile videtur esse, susurrationes aliorum auribus ingerere, cachinnis ora dissoluere, quàm in ecclesia Dei, vbì cum humiliter deuoteque debuerant inuocare, & peccata sua deflere: sed & hoc eiusdem hostis antiqui instinctu fieri, dubiū non est. Quòd autem domus Dei non sit huiuscemodi illicitarum actionum, sed potiùs orationū locus, Dominus docet in Euangelio, dicens: Matt. 21. Domus mea, domus orationis est, vos autē fecistis eam speluncam latronum. Origenes quoquè vbì de velamine Mosis scribit, ità dicit: Dicendum nobis est priùs, quid sit homo auersus à Domino, vt scire possimus quid sit conuersus. Omnis qui, cùm recitātur verba legis, communibus fabulis occupatur, auersus est: Omnis qui, cùm legitur Moses, de negocijs seculi, de pecunia, de lucris solicitudinem gerit, auersus est: Omnis qui possessionum curis stringitur, & diuitiarum

arum cupiditate distenditur, qui gloriatur seculo, & mundi honoribus studet, auersus est. Sed & alius, qui ab his quidem videtur alienus, assistit autem & audit verba legis, & vultu atque oculis intentus, corde tamē & cogitatiōibus euagatꝰ, auersus est. Quid ergò est conuerti? Si his omnibus terga vertitis, & studio ac mentis solicitudine verbo DEI operam detis, in lege eius die ac nocte meditemini, hoc est conuersum esse ad Deum. Aliqui vestrûm, vt recitari audiērint quæ leguntur, statìm discedunt: nulla ex his q̄ lecta sunt, inquisitio adinuicèm, nulla collatio, nusquā memoria mandati illius, quo te diuina lex cōmonet: Interroga Deut. 32. patres tuos, & dicent tibi: presbyteros tuos, & adnunciabunt tibi. Alij ne hoc ipsum quidem patienter expectant, quòd lectiones in Ecclesia recitentur: alij verò nec, si recitentur, sciunt: sed in remotioribus Dominicæ domûs locis, secularibus fabulis occupantur: de quibus ego ausus sum dicere, quia cùm legitur Moses, iam non velamen super cor eorum, sed paries quidam & murus est August. positus. Augustinus in homilijs ad populū: Quandò conuenitis, inquit, ad Ecclesiam, pro peccatis vestris orate: nolite scandala concitare, aut ociosas fabulas dicere: in ecclesia stantes, nolite verbosare, sed sacras scripturas patienter audire. Qui enim in ecclesia verba vana loquutus fuerit, & pro se, Matt. 12. & pro alijs rationem redditurus est in die iudicij, quia verbum Dei nec ipse audit, nec alios audire permittit. Item idem: Plures sunt, de quorum perditione nimiùm contristor: illos dico, qui venientes ad Ecclesiam, magìs litigare cupiunt, quàm orare: & quandò debent lectiones diuinas in Ecclesia intentis auribus tota pietate suscipere, tunc forìs causas dicere, & diuersis se student calumnijs impugnare: aliquandò etiàm, quod peius est, aliqui nimiùm iracundia succenduntur, amarissimè rixantur, & *Deest dicūt, aut simile. turpiter sibi cōuicia & crimina*, & calcibꝰ & pugnis inuicē collidūtur. Melius em̄ fuerat talibus, ad ecclesiam non venire, q̄ tot malis contra se diuinam iram prouocare. Isti enim etsi cum minoribus peccatis ad ecclesiam veniunt, cum multis criminibus de ecclesia reuertuntur. Item idem: Sunt nanque aliqui, qui in natalibus sanctorum, aut in qualibet festiuitate, causas aut dicere, aut audire volunt, &, quod peius est, non pro veritate, sed pro auaritia & cupiditate. Debent enim causas dicere, & cum iustitia deliberare. Sed alijs diebus, alio tempore, non in sanctorum solennitate, qn̄ omnes homines magìs debent Deo vacare, q̄ se diuersis litibus impugnare. Item idem: Qn̄ ad Ecclesiam conuenitis, nolite vos talibus fabulis occupare, vndè possitis peccata acquirere. Nolite vos occupare ad litigandū, sed potiùs ad orandū, non vt rixando Deū offendere, sed supplicando gratiā illius possitis acquirere. Beda in homilia Euangelij vicesima: Beda. Iohan. 2. Cùm fecisset Dominus quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. Quid ergò fratres mei, quid putatis faceret Dominus, si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos, vel alio quolibet scelere reperiret irretitos, qui hostias, quæ sibi immolarentur, ementes, in templo inuenit, & eliminare festinauit? Hæc propter illos diximus, qui ecclesiam ingressi, non solùm intentionem orandi negligunt, verùm etiàm ea, pro quibus orare debuerant, augent. Insupèr & arguentes se pro huiusmodi stultitia, conuicijs, odijsq́; vel detractionibus insequuntur, addentes videlicet peccata peccatis, & quasi funem sibi longissimum incauta eorum augmentatione texentes, & nec timentes ex eo districti iudicis examinatione damnari. Et paulopòst: Vndè multùm tremenda sunt hæc dilectissìmi, & digno expauescenda timore, sedulaque præcauendum industria, nè veniens improuisus, peruersum quid in nobis, vndè meritò flagellari, ac de ecclesia eijci debeamus, inueniat: & maximè in illa, quæ specialiter domus orationis vocatur, obseruandum, nè quid ineptum geramus, nè cum Corinthijs ab Apostolo audiamus: Nunquìd domos non habetis ad agenda vel loquenda 1. Cor. 11. temporalia? aut ecclesiam Dei contemnitis? Quapropter summoperè oīibus fidelibus procurandū est, vt nihil in ecclesia inhonestum aut cogitatiōe, aut dicto, aut facto gerant, nè fortè peccatis, pro quibus absoluēdis confluxerant, peccata accumulantes, nō absolutionem peccatorum acquirant, sed magìs funes, quibus quodammodò ligentur, sibi accumulent.

CAP. XIII.

Quòd & in alijs cōpetentibus locis, si locus basilicæ procùl fuerit, oratio ad Deū, & cōfessio peccatorū fieri possit & debeat.

SIcut sunt nonnulli, qui orādi gratia Ecclesiæ limina frequentare negligunt, ità econtrariò existunt pleriq; qui pro eo, ꝙ basilicas adire nequeunt, & reliquias sanctorum p̄stò nō habent: idcircò vota precū suarum ad Deum vt oportet, supplici deuotione non fundunt, nō animaduertentes, ꝙ Deus non sit minùs in parte, q̄ in toto, sed vbiq; totus, vbiq; p̄sens, vbiq; mirabilis. Vndè ait Psalmista: Quò ibo à spiritu tuo? & à Psalm. 138. facie tua quò fugiā? Si asscendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernū, ades. Et idem alibì: In oīi loco dn̄atiōis eius bn̄dic anima mea Dn̄o. Legitur itaq; in lib. Regū: 3. Reg. 8. Si egressus fuerit populus tuus ad bellū cōtra inimicos suos p̄ viam, quôcunq; miseris eos, orabunt te contra viā ciuitatis quā elegisti, & contra domum, quam ædificaui nomini tuo, & exaudies in cælo oratiōem eorum,

rum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quòd ſi peccauerint tibi, (non eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum ſuorum longè vel propè, & egerint pœnitentiam in corde ſuo in loco captiuitatis, & conuerſi deprecati te fuerint in captiuitate ſua, dicētes, Peccauimus, iniquè egimus, impiè geſſimus, & reuerſi fuerint ad te in vniuerſo corde ſuo, & tota anima ſua, in terra inimicorum ſuorū, ad quam captiui ducti ſunt, & orauerint te contra viam terræ ſuæ, quam dediſti patribus eorum, & ciuitatis quam elegiſti, & templi quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cęlo in firmamento ſolij tui oratiónem eorū & preces, & facies iudicium eorum. Et in libro Danielis: Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutā legem, ingreſſus eſt domum ſuā, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram DEO ſuo, ſicut & antè facere conſueuerat. Apoſtolus quoque ait: Volo igitur viros orare in omni loco, puras leuantes manus ſinè ira & diſceptatione. Hieronymus ad Euſtochium: Egredientes hoſpitium armet oratio: regredientibus de platea oratio occurrat anteq̄ seſſio, nec priùs corpuſculū requieſcat, quàm anima verbo Dei paſcatur: ad omnem actum, ad oēm inceſſum manus pingat crucem.

Dan. 6.

1. Tim. 2.

Explicit liber ſecundus.

INCIPIT EPISTOLA epiſcoporum ad Imperatores.

DOminis præſtātiſſimis, & pietatis gratia p̄ditis Ludouico & Lothario orthodoxis atq; inuictiſſimis Auguſtis: Noſ famuli veſtri, quanùs indigni, tñ epiſcopi, neo humiliter grates perſoluimus, eiusque immenſam pietatem & benignitatē collaudamus & p̄dicamus, q̄ vos adeò in ſuſ amorem deuotiſſimos famulos ſuos flagrare facit, vt de profectu & exaltatiõe ſanctæ ſuæ eccleſiæ indeſinēter cogitetis, eamq̄; vtpotè matrem ſpiritalem, ſicut fideles & dilecti ſpiritales filij, ad meliora & potiora ſemper proueheretudeatis. Nam cùm mucro diuinus imperiū vobis diuinitùs cōmiſſum, interiùs exteriusq̄; merito noſtræ iniquitatis multifarijs attereret cladibus, prudenter animaduertentes, q̄ hæc non nisi iuſto Dei iudicio euenirent, ilicò ſcriptis ſerenitatis veſtræ, anno præterito cunctos Eccleſiarū paſtores admoniſtis, vt quia conſtabat eos ſpeculatores Dñi exiſtere, & gladiū diuinū ſuper terrā, i. ſuper peccatores Deū graſſari, meminerint ſpeculatiõis ſuæ, & ieiunio triduano ab oñibus generaliter pacto, vnuſquiſq; in quolibet ordine poſitus, diligēter cōſcientiā ſuā conueniret, & vbì ſe Deū offendiſſe cognoſcebat, maturatò per pœnitentiæ ſatisfactionē corrigere nō differret. In quibus etiàm ap̄icibꝰ inſerere vobis placuit, vt ſi Deus pacē vndiq; & ocium vobis tribueret, in hoc, placitum veſtrū generale conſumere voluiſſetis, vt primùm quicquid in vobis, id eſt, in p̄ſona & miniſterio veſtro corrigendū inueniret, Dño auxiliāte, corrigeretis: Deindè quæcunq; in omnibus ordinibus imperij veſtri Deo diſpliceret, inquireretis, & ſecundùm eius volūtatē cum conſenſu fideliū veſtrorum, ad tramitē rectitudinis reuocaretis, ſcilicet vt eū vobis, populoq̄; vobis cōmiſſo propiciū faceretis? Sed quia tēpus optatū exterioribus incurſionibus p̄pedientibus, ſecundùm deſiderium veſtrum nacti non eſtis, libuit ſerenitati veſtræ cum quibuſdā fidelibus veſtris, præterita hyeme placitū habere, & de his q̄ præmiſſa ſunt, diligenter tractare, Deiq̄; voluntatem quærere, & eccleſiæ vobis commiſſæ vtilitatē prouidere. Quapropter de omnibus, quæ ad tempus emendatiõe digna viſa ſunt, congrua capitula ſerenitas veſtra digeſſit, legatoſq̄; ſtrenuos delegauit, vt p eadem capitula & flagitia malorū hoīm punirent, & bonorum laude veſtræ Celſ. notescerent: Inter q̄ etiàm ſtatuiſtis, in quatuor partibus Imperij veſtri, conuentus epiſcoporum vno eodemq̄; tempore fieri, in quibus tractarent, quærerent, atq; cum Dei adiutorio inuenirent de cauſis ad religionem Chriſtianā, eorumq̄; curā p̄tinentibus, q̄dà principibus & reliquo populo. vel ità, vt diuina authoritas docet, aut aliter teneretur: vel q̄d indè ex parte, aut ex toto dimiſſum eſſet, vt non teneretur. Deindè quid in ipſorum, qui paſtores populi cōſtituti ſunt, moribus, conuerſatiõe & actibus inueniri poſſet, quod diuinæ regulæ atque authoritati non concordaret: ſimulq̄; inueniretur, quæ occaſiones in vtroq̄; ordine id effecerint, vt à recto tramite deuiâſſent, & quicquid de his inuentum fuiſſet, veſtræ Celſ. notum facerent: Quod vt Deus poſſe dedit, nos fideliſſimi ac deuotiſſimi ſalutis veſtræ procuratores, iuxta paruitatē ſensûs noſtri, p̄ut breuitas temporis permiſit, ſecūdùm ſanctam deuotionem & ordinationem veſtrā, de cauſis ad religionem Chriſtianam, noſtrumq̄; miniſteriū atq; periculū p̄tinentibus: necnon & de his q̄ ad noſtrā correctionem & emendationē pertinere perſpeximus, ſiue de his, quę populis generaliter annuncianda & admonenda p̄uidimus, capitulatim in præcedentibus adnotauimus libellis, veſtræq̄ue ſerenitati legenda, immò probanda, obtulimus. Et quanquàm de his, quæ præmiſſa ſunt, veſtro ardentiſſimo deſiderio priùs ſatisfacere elegerimus, nequaquàm tamen hæc, quæ ſpecialiter ad veſtram perſonam, miniſterium q̄ue pertinere cognouimus, obliuioni tradidimus, ſed potiùs veſtræ ſaluti proſpicientes, nonnulla

nulla capitula neceſſaria, in ſecundo huius operis libello, ad nomen, miniſterium q̄; veſtrum pertinentia, periculumq̄; cauendum ſolerti ſtudio congeſſimus, & vobis familiariter admonitionis gratia, porrigēda deuouimus, vt ea diligenter inſpiciendo, legendo & audiendo, apertè atq; diſtinctè veſtra cognoſcat celſitudo, de quibus, & pro quibus in memoratis conuentibus noſtris, ſecundùm virium noſtrarum poſſibilitatem, fideliter ſalubriterq; egerimus.

EXPLICIT EPISTOLA EPISCOPORVM:

Abhinc ſequuntur quædam, quæ ex capitulis conuentūs noſtri breuiter decerpſimus, quæ ad noſtram fidelium veſtrorum laicorum obſeruationem & ſalutem pertinentia, neceſſaria eſſe perſpeximus. Dehinc ſequuntur alia, quæ veſtræ pietatis depoſcenda, valdè ſalubria eſſe iudicauimus.

CAPVT I.

Epiſcopi ſunt religionis adminiſtratores.

IGitur quia conſtat, religionem Chriſtianam per ſucceſſores Apoſtolorum ſalubriter adminiſtrari, populisq̄; ad vitam æternam ducatum exhiberi debere: primò neceſſariū iudicauimus, vt quicquid in nobis reprehenſibile, ſacrisq̄; miniſterijs, quibus indigni mancipamur, inconuenions & indecēs, contrariumq̄; videbatur, toto adniſu, Domino opem ferente, corrigeremus: Id eſt, in vita noſtra & doctrina, & conuerſatione & morum probitate, & ſtudio prædicationis, & in conſacerdotum & miniſtrorum, ſubiectorumq̄ue noſtrorum correctione, diligentiorem deincèps cum omni ſtudio & ſolicitudine, curam & prouidentiam adhiberemus. Et vt nos non tantùm in cupiditatibus mundanis & curis & ſolicitudinibus, ſed potiùs in diuinis officijs implicaremus, & in ſcholis habendis, & educandis militibus ſanctæ Dei eccleſiæ operam daremus, quæ nos, DEO miſerante, in omnibus pro viribus imitari, & exercere ad noſtram & vniuerſorum ſalutem cupimus, in quantùm nobis diuina fauente gratia, ſacerdotalis libertas, & optatum ocium attributum fuerit. Nam & in ſtatutis conuentibus primò omnium pari voto, pariq̄; conſenſu decreuimus, vt vnuſquiſq; noſtrûm in parochia ſua dictis & exemplis, plebes ſibi ſubiectas ad meliora incitare ſtuderet, easq̄ue vt ſeà malis cohiberent, & ad Deum ex toto corde conuerterent, ſolicitè admoneret, Deumq̄ue quem peccando ſibi iratum fecerant, digna pœnitentia ſatisfactione, & eleemoſynarum largitione ſibi placabilem facere ſatagerent, necnon & pro vita veſtra, coniugum, prolisq̄ue veſtræ incolumitate, Dei immenſam miſericordiam cernuis precibus implorarent.

Gene. 19.

Iudic. 20.

Leuit. 20.

Exod. 22.

CAPVT II.

De diuerſorum malorum patratoribus.

SVnt ſanè diuerſorum malorum patratores, quos & lex diuina improbat & condemnat, pro quorum etiàm diuerſis ſceleribus & flagitijs, populus fame & peſtilentia flagellatur, & eccleſiæ ſtatus infirmatur, & regnum periclitatur. Contra quos nos eorum malitiam exaggerantes, quanquàm in ſacris eloquijs ſatis ſunt execrati: nos neceſſarium præuidimus, iterùm noſtra admonitione & exhortatione p̄caueri omninò oportere. Sicut ſunt diuerſarum pollutionum patratores, quas cùm maſculis & pecoribus nonnulli diuerſiſſimis modis admittunt, quæ incomparabilem dulcedinem pijſſimi creatoris ad amaritudinem prouocantes, tanto grauiùs delinquunt, quanto contra naturam peccant. Pro quo etiàm ſcelere, igne cæleſti conflagratæ, infernique hiatu quinque abſorptæ ſunt ciuitates: necnon & quadraginta, & eo ampliùs millia ſtirpis Beniaminææ mucrone fraterno confoſſa ſunt. Hæc porrò iudicia & euidentes vindictæ declarant, quàm execrabile & deteſtabile apud diuinam maieſtatem hoc vitium extet. Extant & alia pernicioſiſſima mala, quæ ex ritu gentilium remanſiſſe dubium non eſt: vt ſunt Magi, harioli, ſortilegi, venefici, diuini, incantatores, ſomniatorum coniectores, quos diuina lex irretractabiliter puniri iubet, de quibus in lege dicitur: Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui. Sanctificamini & eſtote ſancti, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Cuſtodite præcepta mea, & facite ea, quia ego Dominus, qui ſanctifico vos. Et alibì: Magos, & hariolos, & veneficos terræ, viuere nè patiamini. Dubium etenim non eſt, ſicut multis eſt notum, quòd à quibuſdam præſtigijs atque diabolicis illuſionibus ità mentes quorundam inficiantur poculis amatorijs, cibis, vel phylacterijs, vt in inſaniam verſi à pleriſque iudicentur, dum proprias non ſentiunt contumelias. Ferunt enim, ſuis maleficijs aëra poſſe conturbare, & grandines immittere, futura prædicere, fructus & lac auferre, alijsque dare, & innumera à talibus fieri dicuntur. Qui vt fuerint huiuſmodi comperti viri ſeu fœminæ, intantùm diſciplina & vigore principis acriùs corrigēdi ſunt, inquātùm manifeſtiùs auſu nefando & temerario, ſeruire diabolo nó metuunt. De his quoquè in concilio Ancyritano tit.

xxiij. ità scriptum est: Qui diuinationes expetunt, & more gentiliū subsequuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt exquirēdi aliquid arte malefica, aut expiscandi causa, sub regula quinquennij lateant, secundùm gradus pœnitentiæ definitos. Oportet enim hęc in omnibus, & maximè in his locis, vbì illicitè & impunè multi se posse hoc perpetrare confidunt, vt studiosiùs & diligentiùs admoneātur, & seueriùs corrigantur. Sunt & alia detestanda vitia, q̃ ità habentur, quasi naturaliter in vsu, vt ea perpetrantes, quanti sint discriminis, non aduertāt: Sicut sunt ea, quæ Apostolus apertè enumerat, id est, Ebrietates, comessationes, contentiones, iræ, rixæ, dissensiones, detractiones, inuidiæ, inimicitiæ, quæ homines, iuxta eundē Apostolū, à regno DEI excludunt: ità enim inquit: Quoniã qui talia agunt, regnū Dei non consequentur. (Galat.5.) Intantùm eñ ea impudenter & fidenter quidā cōmittunt, vt meritò de illis dici possit, Lætantur cùm malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. (Prou. 2.) Vndè oportet, vt omnes Christiani hæc & subtiliter intelligant, & studiosissimè caueant, nè fortè ea perpetrātes, & alia bona perdant quæ agunt: & propter hæc à regno Dei se alienos faciant. Similiter etiàm de ocioso sermone, pro quo iuxta Domini vocē, omnes reddituri sumus in die iudicij rationē: (Matt.12.) de scurrilitate, & stultiloquio, & maledictionibus, quoniam iuxta Apostolum, maledicentes regnū Dei non possidebunt, (1. Cor. 6.) de mēdacio, de periculoso, noxio, assiduoq́; iuramento, & obscœnis turpibusq́; cāticis, omnibus Christianis omninò intelligendū & obseruandū est, vt summoperè ab his se caueant, nè his studentes, per negligētiam detrimentū patiantur suarum animarū. Hęc igitur quæ breuiter præmissa sunt, primùm (adiuuante diuina gratia) à nobismetipsis abdicādo, formam & exemplū alijs præbere volumus, & fidelib⁹ vestris humiliter innotescere, & fideliter denunciare necessariò iudicauimus. Sed & parochias nostras omnes admonēdo instruere cupimus, nè, quod absit, per suam ignorantiā & nostrā negligentiam, huiuscemodi mortiferis subiaceāt periculis. Congessimus etiàm in opere cōuentûs nostri nōnulla alia capitalia ad vestram, fideliumq́; vestrorum obseruationem & salutem pertinentia, quorum hîc, omissa prolixitate, mentionē tantùm facimus: Scilicet quòd nôsse eos oporteat, coniugium à Deo esse constitutum, & quòd nō sit causa luxuriæ, sed causa potiùs filiorū appetendorum. Et vt virginitas, sicut doctores nostri tradūt, vsq; ad nuptias sit custodienda, & ꝙ vxores habentes, neq; pellicem, neq; concubinã habere debeant, quomodò etiàm in castitate vxores suas diligere, eisq́;, vtpotè vasi infirmiori, honorem debitū debeant impendere: Et quòd cōmixtio carnalis cum vxoribus, gratia fieri debeat prolis, nō voluptatis: & qualiter à coitu prægnantium vxorum viris abstinēdum sit, & quòd, nisì causa fornicationis, vt Dominus ait, non sit vxor dimittēda, sed potiùs sustinenda: (Matt.) Et quòd hi, q. causa fornicatiōis, dimissis vxoribus suis, alias ducunt, Domini sententia, adulteri esse notentur: (Ibid.) siue etiàm qualiter incesta à Christianis cauenda sint, & quòd loca Deo dicata frequentiùs deuotiusq́; à fidelibus ad Deum exorandum, sibiq́; propicium faciendum, sint adeunda: & quòd in basilicis Deo dicatis, non sit fabulis ociosis, turpibusq́; & obscœnis sermocinatiōibus vacandum, & negocia secularia, publicaq́; placita habenda: & quòd qui hæc in ecclesia DEI faciunt, maiora sibi peccata accumulent: de iusto iudicio iudicando, & munerum acceptione cauenda, de falso testimonio vitando, & de detractione cauenda, necnon & de cæteris, quæ dinumerare longum est. Sunt etiàm & alia plura flagitia pnecessariò corrigenda, quæ nos ideò hîc inserere non necessariū duximus, quoniam satìs euidenter in vestris capitulis compræhēsa esse scimus, quæ vos vestra authoritate, & fidelium consultu, per strenuos missos vestros corrigenda esse censuistis.

CAPVT III.

De iniustis inæqualibusque mensuris atq; ponderibus.

DE mensurarum nanq; inæqualitate, & modijs iniustis, & sextarijs, quæ Domini lege haberi prohibentur, (Leuit.) qualiter res ad certam correctionem perduci possit, nō satis perspicuè nobis patet, eô quòd in diuersis prouincijs, diuersæ ab omnibus penè habeātur. Hoc tamē modis omnibus optamus & monemus, vt in vnaquaq; prouincia Imperij nostri, iussu atq; terrore celsitudinis vestræ, nullus duplices mensuras in sua dominatione aut habeat, aut haberi permittat: quoniam hac occasione multos pauperes affligi in plerisque locis cognouimus, & ad paupertatem miseriamque deuenisse.

CAPVT IIII.

De presbyteris non passim per diuersa mittendis.

VT presbyteri, sicutì hactenùs factum est, indiscretè per diuersa nō mittantur, nec ab episcopis, nec ab alijs prælatis, nec etiàm à laicis, nè fortè propter eorū absentiã, & animarū pericula, & Ecclesiarū, in quibus constituti sunt, negligantur officia.

CAPVT V.

De diei Dominici obseruatione.

SAlubriter admonemus cunctos fideles, vt diei Dominico debitum honorē & reuerentiam exhibeant: Quoniã huius dehonoratio, & à religione Christiana valdè abhorret, & suis violatoribus animarum periculum proculdubiò generat.

CAP.

CAPVT VI.

Vt Missarum celebrationes in locis incongruentibus non fiant.

IN conuentibus serenitatis vestræ iam admonitum est, quòd consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, per domos & ædiculas quasdam, ad quorundam libitum præparatas, & per alia quęlibet incōgrua loca, fieri non debeat, excepto, quandò in itinere pergitur, & id in alijs locis, quàm in basilicis Deo dicatis, vel etiàm in altaribus ab Episcopo consecratis, nè populus Dei sinè Missarum celebratione, & corporis & sanguinis Dominici perceptione maneat, necessitas fieri compellit. Nunc iterùm atq; iterùm admonemus, vt posthabitis ædiculis, quas vsus inolitus, Capellas appellat, basilicæ Deo dicatæ, ad Missarum celebrationem audiendam, & corporis & sanguinis Dominici perceptionem sumendam, assiduè deuoteque adeantur.

CAPVT VII.

De his quæ amissis viris indiscretè sibi velum imponunt.

DE nobilib⁹ porrò fœminis, quę amissis viris, repentè velantur, & in proprijs domibus diuersas necessitates opponentes, residere delectantur, iamdudùm in alijs conuentibus coram serenitate vestra ventilatum & definitum est, vt nulla illarum taliter se velari, inconsulto Episcopo suo, attentaret: quoniam per huiuscemodi velationem noxiam sibi libertatem acquirere, & per diuersa vagari cupiant. Illudque Apostolicum minimè præ oculis habentes, quo dicitur: (1. Tim. 5.) Vidua quę in delicijs est, viuēs mortua est, animarum suarum salutem paruipendunt. Vndè necesse est, vt quod hactenùs erga eas admonendo sacerdotalis authoritas explere nequiuit, id terror Imperialis atq; potestas ob earum salutem adimpleat.

CAPVT VIII.

Hæc sunt etiàm capitula, quæ à vestra pietate adimpleri flagitamus.

PEtimus humiliter vestram excellentiã, vt per vos filij & proceres vestri, nomē, potestatem, vigorem & dignitatem sacerdotalem cognoscant. Quod ex verbis Domini facilè intelligere possunt, quibus beato Petro, cuius vicem indigni gerimus, ait: (Matth. 16.) Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælo. Et alibì discipulis generaliter dicit: (Ioan. 20.) Accipite Spiritum sanctum: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Illud etiàm ad exemplum eis reducendum est, quod in ecclesiastica historia Constantinus Imperator Episcopis ait: Deus, inquit, constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoq; iudicādi: & ideò nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari: propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunq; sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Vos etenim nobis à DEO dati estis Dij, & conueniens non est, vt homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit. (Psal. 81.)

CAPVT IX.

SEd & hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro, quem de contemplatiua & actuali vita scripsit, laudem sacerdotum compræhenderit: (Lib. 2. ca. 2.) Ipsis enim, inquit, id est, sacerdotibus propriè animarum curandarum solicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinētes, pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron incēsum contriti cordis & humiliati spiritûs offerentes, (Exod. 30. Leuit. 16. Num. 16.) quo placatur DEVS, auertant iram futuræ animaduersionis à populo, qui per Dei gratiam diuinę voluntatis fiunt indices, Ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis assertores, prauæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, & malè sibi conscijs, etiàm ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cælestium præmiorum, exempla bonorū, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsi sunt decus Ecclesiæ, in quibus ampliùs fulget Ecclesia: ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis, innititur omīs multitudo credentiū: Ipsi ianuæ ciuitatis æternæ, per quas, omnes qui credunt, ingrediuntur ad Christum: Ipsi ianitores, quibus claues datæ sunt regni cælorum. Ipsi etiàm dispensatores regiæ domûs, quorū arbitrio in aula regis æterni diuidūtur gradûs & officia singulorum. Licèt enim sanctorū præcedentium sacerdotum vita & meritis longè inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium, quod indigni suscepimus, nō minoris authoritatis & dignitatis existit. Et quanquàm tanto ministerio indigni simus, propter illum tamen, cuius ministerium gerimus, in nobis non est contemnendum.

CAPVT X.

ILlud etiàm specialiter necessariū vestræ suggerere pietati duximus, vt fideles vestri per vos admoneantur & instruātur, quatenùs quãdò aliquid nobis vestra celsitudo de nostra correctione vel vestra, necnō & illorum salute tractādum cōmittit, vt nō per inanem & falsam suspicionem contra nos scandalum sumant, & sinè causa in nos detrahendo Deum offendant. Et vndè sibi salutem sperare & acquirere debuerant, culpam incurrant. Quia nos nihil aliud quærere, aut tractare desideramus: nec nostri officij est,

cij est, vt faciamus, nisì quod ad nostrũ debitum ministerium, & illorũ salutẽ pertinet. Et ideò non debemus ante tẽpus per suspitionẽ iudicari, sed patienter expectari, donèc ipsa veritas manifestũ faciat, vtrùm magìs audiendi, an improbandi simus. Nos em̃ si fortè euenerit, vt aliquid siniſtrę opiniõis de nobis fama sparserit, Deo nobis opẽ ferente, id æquanimiter tolerare & possumus, & debemus. Ipsi verò à culpa immunes esse nõ possunt, dum patrũ & fratrũ intẽtionem sinè causa reprehendere nõ metuunt. Quoniam hoc summoperè elaborandũ est nobis & vobis, vt semper inter pastores ecclesiarũ & gregẽ Christi, pax & cõcordia, vnanimitas q; seruetur. Nisì enim charitatẽ & cõcordiam in inuicèm habuerint, deũ (sicut oportet) propitiũ habere non merebantur. Quapropter sicut præmissum est, cùm Deo inspirante vestra pietas, de ecclesiastica & cõmuni vtilitate aliquid nobis tractare præcipit, nõ est nobis fas mẽtiri: quia aliquãdò veritatẽ sinè graui periculo ad tẽpus reticere, nunq̃ tamẽ interrogati de ipsa veritate, sinè graui discrimine possumus mẽtiri. Sed quia veritas sæpè odiũ generat, & sermo Dei aduersarius à pñõ nostris carnalibus voluptatibus describitur, tũ ei in via, id est, in p̃senti vita cõsentiendũ est. Sic etiàm erga nos agẽdum est, vt quotiescunq; interrogati veritatem p̃ferimus, quan̄ nonnulli infirmi sinè causa scandalizẽtur, nobis tñ consentiendũ est propter ipsam veritatẽ, quorũ saluti atq; vtilitati nullatenùs (quod absit) obesse, sed potiùs iuxta iniunctũ nobis officiũ, cõsultũ vsquequaq; cupimus exhibere: Quoniã nõ rerum, vt quidã arbitrãtur, ambitiõe, sed animarũ magìs delectamur saluatiõe, attẽdẽtes illud Apostoli. Non enim vestra quæro, sed vos.

1.Cor.4.

2.Cor.12.

CAPVT XI.

Nicen. cõc. cap.5.

CVm sacri canones bìs in anno cõcilia celebrari iubeant, illud obnixè à vestra pietate deposcimus, vt saltem vel semèl in anno libertas opportuni tẽporis cõcedatur, quòd hæc ad honorẽ Dei, & vtilitatem sanctæ Dei eccleſię, multorumq; correctionem, congruenter decenterq; fieri possint. Quoniã si hæc semèl (vt dictũ est) in anno, per vnam quanq; prouinciam celebrata fuerint, & honor eccleſiastic⁹ vires ordinis sui obtinebit, & impudẽtia quorundam superborũ clericorũ, quæ passìm, authoritate canonica calcata, auribus Imperialibus molestiam ingerit, cessabit: & impũnitas diuersorum flagitiorũ locũ delitescendi, quẽ nunc habet, nõ habebit: & alia multa, quæ hactenùs, secùs q̃ Eccleſiastica disciplina docet, incesserunt, ordinẽ suũ, Dño auxiliante, seruabunt.

Scholæ publicæ vt instituendæ.

CAPVT XII.

SImiliter etiàm obnixè ac suppliciter vestræ celsitudini suggerimus, vt morẽ paternum sequentes, saltẽ in tribus congruentissimis Imperij vestri locis, Scholæ publicæ

ex vestra authoritate fiãt, vt labor patris vestri, & vester per iniuriã, quod absit, labefactando nõ depereat. Quoniã ex hoc facto, & magna vtilitas, & honor sanctę Dei ecclesiæ, & vobis magnũ mercedis emolumentũ, & memoria sempiterna accresceat.

CAPVT XIII.

SImiliter & hoc à vestra pietate necessariò duximus expetendũ, vt sacerdotes, & Leuitæ, & sequẽtis ordinis clerici, quiin diuersas Imperij vestri partes, maximeq; in Italiæ regionẽ fuga lapsi sunt, vestra authoritate, per missos vestros diligenter perquirantur, & in p̃sentiam vestrã venire cõpellantur, & per vestrã clementiam vnicuique ecclesiæ, à qua per contumaciã defecerunt, restituãtur.

CAPVT XIIII.

ILlud quoq; nihilominùs à vestra pietate suppliciter flagitamus, vt monachi & presbyteri, necnon & clerici, qui postposita canonica authoritate, passìm palatiũ adeũt, & vestris sacris auribus importunissimã molestiam inferunt, vestra authoritate & potestate deterreantur, nè hoc facere præsumãt. Quoniã in huiusce modi facto, & vigor ecclesiasticus conténitur, & religio sacerdotalis, & professio monastica vilior efficitur.

CAPVT XV.

ILlud etiàm obnixè vestram sanctã, pijssimamq; deuotionẽ suppliciter monendo deposcimus, vt ob amorẽ & honorẽ Dei, & animæ vestræ salutẽ, morem paternum sequentes, quasdã sedes Episcopales, quæ rebus proprijs viduatæ, immò adnullatæ esse videntur, dum tẽpus habetis, & opportunitas se præbuerit, de earũ subleuatione & cõsolatiõe cogitetis, memores semper, quomodò progenitores vestri huiusce modi pijssimis studijs intenti fuerint.

CAPVT XVI.

SEd & illud à vestra pietate fieri deposcimus, vt in quadã parte parochiæ angarij & rangarij, vbi turpissimã & nefandissimã, & ipso dictu fœdissimã rem perpetrari audiuimus, nulli vestri fideles existãt, qui per potestatẽ Imperialẽ vestrã, simul cũ eorum authoritate, quorum Parochię sunt, idem malũ ab illo loco, quanto cyùs radicitùs euellãt.

CAPVT XVII.

ITerùm suppliciter admonendo, vestræ suggerimus serenitati, vt vestro solertissimo studio, vestraq; Imperiali authoritate tam temeraria Christianorũ sanguinis effusio, in regno vestro fieri non sinatur, semper illud attendẽtes, quod nñs post diluuiũ dixerit famulo suo Noë: De manu hominis, & de manu viri & fratris eius, requirã animã hominis. Quicunq; effuderit humanũ sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Et in lege: Qui occíderit hominem, morte moriatur. Et Apostolus: Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non

Gen.9.

Leuit.24.

Rom.13.

timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. DEI enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sinè causa gladium portat: DEI enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. De illo enim specialiter diuina authoritas dicit: Gladium Dei portat, ad vindictam malorum, non de quolibet alio. Econtrariò verò, nescimus quapernoxia adinuentione à nonnullis vsurpatum est, vt hi qui nullo ministerio fulciuntur, propter sua odia, & diuersissimas voluntates pessimas, indebitum sibi vsurpant, in vindicandis proximis & in interficiendis hominibus vindictæ ministerium, & quod rex saltem in vno exercere debuerat propter terrorem multorum, ipsi impudenter in multis perpetrare non metuunt propter odium: & putant sibi licere ob inimicitiarum vindictas, quod nolunt, vt rex faciat propter Dei vindictam.

1.Pet.2.

CAPVT XVIII.

DE Abbatibus verò, canonicis & regularibus, & de Abbatissis, quæ sanctimonialibus præesse videntur, siue de laicis quæ monasteria habent, illud tantummodò vestræ pietati deposcimus, vt nunc in præsenti placito, à vestra serenitate expressè admoneantur, vt de seipsis, cæteris bonum exemplum præbeant, & religiosè, sicut decet, conuersentur: & quod vniuscuiusque professioni inconueniens est, & in sacris voluminibus prohibetur, omninò caueant. Et loca sibi à vobis concessa deperire & destruiper negligentiam non dimittant. Et congregationes sibi commissas, siue spiritaliter siue temporaliter paterno affectu gubernare, eisque necessaria stipendia administrare non negligant, nè fortè propter aliquam inopiam & diuina officia negligantur, & ipsæ congregationes irreligiosiùs viuere compellantur. Et vt nostram admonitionem libenter audiant, benignè suscipiant & obedienter adimpleant. Quoniam si illi nostris admonitionibus paruerint, nos, Deo auxiliante, id per nostrum studium pro viribus efficere cupimus, vt ipsa religio semper in melius proficiat, & merces vobis exindè accrescat, necnon & periculum, quantùm fieri potest, caueatur animarum, & ab auribus vestris amoueatur pro hac causa tædium querelarum.

CAPVT XIX.

POstulamus etiàm, vt celsitudo vestra missis vestris specialiter iniungat, vt ad hæc peragenda studiosi & veri adiutores, vbicunquè necessitas poposcerit, nobis existãt. De presbyteris & capellis palatinis, contra canonicam authoritatem, & Ecclesiasticam honestatem inconsultè habitis, vestram monemus solertiam, vt à vestra potestate inhibeantur: Quoniam propter hoc & honor Eccleſiasticus vilior efficitur, & vestri proceres & palatini ministri, in diebus solennibus, sicut decet, vobiscũ ad Missarum celebrationes non procedunt. Nam & obnixè deprecamur, vt in obseruatione diei Dominici, sicutì iamdudùm vos deprecati sumus, debitam adhibeatis curam: quatenùs, nisì magna compellente necessitate, in ipsa die à curis, & solicitudinibus mundanis, quantùm potestis, vos exuatis: Et quod tantæ diei veneration competit, & vos faciatis, & vestros sacro vestro exemplo & doceatis, & agere compellatis.

CAPVT XX.

DE perceptione verò sacri corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, nihilominùs monemus, vt quod Christianæ religioni expedit, & sicut vobis à patribus nostris admonitum est in alijs conuentibus, quandò possibile fuerit, faciatis, & vestro exemplo vobis famulantes, vt hoc faciant, instruatis.

CAPVT XXI.

DE capitulo siquidem, quod propter honorem Ecclesiasticum, in generali conuentu, vestra celsitudo se constitui velle decreuit, tantummodò vestram pietatem deposcimus, vt secundùm Dei voluntatem, quod melius exindè vobis visum fuerit, ad effectum incunctanter perducatis.

CAPVT XXII.

ITerùm monendo, magnitudini vestræ suppliciter suggerimus, vt deincèps in bonis pastoribus, rectoribusque in Ecclesijs Dei constituendis, magnum studium, atque solertissimam adhibeatis curam: quia si aliter factum fuerit, & ordo Ecclesiasticus suam non habebit dignitatem, & religio Christiana in multis labefactando, detrimenti sui iacturam patietur, & animæ vestræ, quod non optamus, periculum generabitur.

CAPVT XXIII.

SImiliter deposcimus, vt in Abbatissis constituendis vestrum specialiter caueatis periculum, sicut vobis sæpè est admonitum, & per diuinam authoritatẽ crebriùs manifestatum. Sed & hoc obsecramus, vt in eligendis adiutoribus vestris, & Reipublicæ ministris, qui vice vestra populum Dei regere, & gubernare atq; iudicare debent, solertissimam prouidentiam habeatis, semper illud attendentes, quod in libro Exodi ad Mosen dicitur: Prouide, inquit, de omni populo viros potentes & timentes Deũ, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui iudicẽt populum omni tempore: Quicquid autem maius fuerit, referent ad te, & ipsi minora tantummodò iudicent, leuiusque tibi sit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium tuum, & præcepta eius poteris sustẽtare. Vndè & in lib. Deuteronomij: Iudices, inquit,

Exod.18.

Deut.1.

quit, & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Item ibi: Dixiq; vobis in illo tempore, non possum solus sustinere vos, quoniam Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodiè sicut cæli stellæ plurimi. Dominus DEVS patrum vestrorum addat ad hûc numerum multa millia, & faciat vobis sicut locutus est: Non valeo solus vestra negocia sustinere, & pondus & iurgia. date è vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribus vestris. Sed & in libro Paralipomenon ità legitur: Constituitque rex Iosaphat iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iudæ munitis per singula loca, & præcipiens iudicibus: Videte, ait, quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud Dominũ Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.

Deut. 16. Exod. 18. Num. 11.

2. Par. 19.

CAPVT XXIIII.

ROgamus etiàm vestram pietatem propter diuinam misericordiã, vestramq; salutem, ac totius populi vtilitatem, necnon & regni honorem atque stabilitatem, vt vestra pietas solertissimam vigilantiam adhibeat, quatenùs consiliarij & dignitatis vestræ ministri, custodesque animæ vestræ & corporis, qui debent esse intra regnum alijs decus & bonitatis exemplum, & in exteris nationibus bonæ opinionis condimentum, charitatem, pacem atque concordiam, omni simulatione & calliditate postposita, adinuicèm habeant, vt secundùm Dei voluntatem & vestram honestatem, atque totius regni profectum communiter decertent, & veri vobis adiutores in omnibus concorditer existant: veriq; adiutores vestri, & totius regni salubriter esse tunc poterunt, si vnanimes extiterint, & inuicèm dilectionem habuerint. Decet quippe, vt sacra domus vestra cunctis spectabilis appareat, & imitabilis existat, & fama sanctæ opinionis, siue alios imperij vestri subiectos, siue exteras nationes abundantissimè perfundat. Vbi igitur omnes dissensiones & discordiæ dirimendæ, & omnis malitia Imperiali authoritate est comprimẽda, necesse est, vt quod in alijs corrigere decernit, in ea minimè reperiatur.

CAPVT XXV.

NAm & hoc humiliter obsecrãdo admonemus, vt liberos vestros, quos vobis diuina pietas largiri voluit, in timore Dei iugiter diligenterq; erudiatis, sicuti & facitis: Et vt in mutuæ dilectionis charitate, & fraternitatis amore atque vnanimitatis concordia vicissim consistant, sedula paternaque admonitione insistatis: Et nè illicitis actibus creatoris sui offensam incurrant, prouida, solertique circunspectione nihilominùs inuigiletis: attendentes beatũ Iob, cuius studium (vt beatus Gregorius in Moralibus libris scribit) circa filios erudiendos talè extitit, vt non solùm eos exteriùs perfectos opere & sermone efficeret, verùm etiàm eorum corda, sacrificij oblatione mundaret. Attendite etiàm Dauid instruentem Salomonem filium suum, de quo in primo libro Malachim legitur: Ego, inquit, ingredior viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir fortis, & obserua custodias Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias cæremonias eius, & iudicia eius, & præcepta & testimonia, sicut scriptum est in lege Mosis. Et in libro Paralipomenon: Tu autem Salomon fili mi scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario. Attendite etiàm Tobiam, de quo legitur, quòd cùm factus esset vir, accepit vxorem Annam ex tribu sua, & genuit ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Item idem alloquens eundem filium suum: Omnibus, inquit, diebus vitæ tuæ, habeto Deum in mente, & caue, nè aliquandò peccato consentias, & prætermittas præcepta Dei nostri. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ità enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodò potueris, ità esto misericors, &c. Item paulopòst: Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nequaquàm patiaris crimen scire. Superbiam nunquàm in tuo sensu dominari permittas: In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et idem non post multa: Consilium semper à sapiente perquire. Omni tempore benedic DEO, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Item idem: Audite ergò filij mei patrem vestrum, Seruite Domino in veritate, & inquirite, vt faciatis quæ sunt beneplacita illi: & filijs vestris mandate, vt faciant iustitias & eleemosynas, vt & sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore, in veritate & in tota virtute sua.

Iob. 1.

Tob. 4.

Tob. 4.

CAPVT XXVI.

HIs omnibus prælibatis, notescimus vobis, quòd ea quæ in capitulis vestris nobis tractanda commisistis, scilicet quid à principibus & reliquo populo, vel ità vt diuina authoritas doceat, aut aliter teneatur, vel quid indè ex parte, aut ex toto dimissum sit, vt non teneatur, fatemur, quia in his capitulis quæ superiùs continentur, necnon in his quæ præsenti anno conscribi, & per missos vestros ob vitia compri-

comprimenda, per imperium vestrum direxistis, multa demonstrata sunt, quæ à pastoribus ecclesiarum, & à principibus & reliquo populo hactenùs neglecta extiterũt, & aliter quàm diuina authoritas se habeat, in ijs eos egisse & agere, deprehendimus. Sed si hęc nostra sacerdotalis admonitio, effectum DEO operante, per vestrum bonum studium ab hinc obtinuerit, credimus, quòd multa quæ à multis aliter quàm diuina authoritas se habeat, dimissa sunt, quæ non tenebantur, corrigentur. Nam & illud quod in eisdem capitulis continetur, vt manifestum fieret, quæ causæ id effecerint, vt sacerdotes & principes à recto tramite deuiâssent, exceptis præmissis capitulis, in quibus, sicut diximus, multa negligebantur: specialiter tamen vnum obstaculum ex multo tempore iam inoleuisse cognouimus, id est, quia & principalis potestas diuersis occasionibus interuenientibus, secùs quàm authoritas diuina se habeat, in causas ecclesiasticas prosiliêrit, & sacerdotes partìm negligentia, partìm ignorantia, partìm cupiditate in secularibus negocijs & solicitudinibus mundi vltrà, quàm debuerant, se occupauerint: Et hac occasione aliter, quàm diuina authoritas doceat, in vtraque parte actum extitisse, dubium non est. Sed quia DEO miserante, à progenitoribus, & genitore vestro, & à vobis multa correcta gratulamur, si ea quæ admonemus, prosperum successum habuerint, credimus, quòd ad perfectionis statum vestra intentio, nostraque deuotio, DEO cooperante, peruenire poterit. Veruntamen quia nouimus statum huius regni, sub tali conditione & tenore creuisse, atque dilatatum esse, & à prudentissimis sanctisque prædecessoribus nostris, siue scilicet ab Episcopis, siue à principibus hanc causam ex toto correctam non fuisse, propter hæc quæ suo tempore dici poterunt, & pondus tantæ considerationis paruitatis nostræ vires excessit, quoniam nec ocium, nec spatium temporis, nec plenitudinem consacerdotum nostrorum, sicut ipsa necessitas expascebat, habuimus. Et ideò hæc, congruentiori tempore, vita comite, si Deus ità annuerit, tractanda ac considerandа distulimus: Quoniam tantæ considerationis perfectio indiget assensu & adiutorio principum, & multitudine atque deuotione, necnon & studio sacerdotum, & obedientia vel concordia populi, & congruentia loci, temporisque spatio.

CAP. XXVII.

POrrò de Episcopali libertate, quam, Deo annuente, vestroque adminiculo suffragante, adipisci ad Dei seruitium peragendum cupimus, suo in tempore vobis dicenda, atque vobiscum conferenda reseruauimus: Quatenùs ità sit, vt & nosmetipsos saluare, populoque nobis subiecto vtiliter, salubriterque prodesse, atque pro vobis, & stabilitate imperij vestri liberiùs valeamus Domini misericordiam exorare, & de vestris obsequijs, & regni adiutorio solatium debitum minimè subtrahatur: sed, si possibile fuerit, potiùs augeatur.

Explicit liber tertius Synodi Parisiensis.

SYNODVS AQVISGRANENSIS SVB LVDOVICO PIO, Imperatore.

IN Nomine sanctæ Trinitatis, cùm conuenissemus Episcopi, quorum nomina subtèr adnectentur, synodali euocatiõe conuocãte nos gloriosissimo & orthodoxo Imperatore Ludouico, inuictissimo Augusto, gratia inspirãte diuina Aquisgrani palatij in secretario basilicæ sanctæ genitricis Dei Mariæ, quod dicitur Lateranis, Anno incarnationis Domini nostri IESV CHRISTI DCCC. XXXIII. Indictione XIIII, anno verò imperij prædicti Cæsaris XXIIII, VIII scilicet Iduum mensis Februarij, & ibi de statu sanctæ DEI Ecclesiæ, admonente sereniss imo, atque totius religiõis deuotissimo præfato Imperatore, tractare cœpissemus: pari consensu Primò visum est, normam vniuersæ religionis atq; ecclesiasticæ disciplinæ in duabus consistere personis, pontificali videlicet atque Imperiali: de qua re Gelasius Romanæ sedis venerabilis Episcopus ad Anastasiũ scripserit ità Imperatorem: Duo sunt, inquit, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, authoritas scilicet sacrata pontificum, & regalis potestas. In quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quanto etiàm pro ipsis regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem. Vndè etiàm Fulgentius in libro de veritate prædestinationis & gratiæ, ità scribit:

Est in Tomo 2. Cõc. pag. 303.

Quantùm pertinet, inquit, ad huius temporis vitam, in Ecclesia nemo pontifice potior, & in seculo Christiano Imperatore nemo celsior inuenitur.

CVm hæc quippe ità se habeant, primò, ô venerande Cęsar, omnipotenti Domino vestræque benignissimæ excellentiæ exultantibus præcordijs immensas referimus gratias, qui nos instinctu diuino per deuotissimum à se electum atq; cõstitutum admonitorem, tam misericorditer tamque clemẽter admonere dignatus es, iuxta consuetudinem beatissimæ memoriæ genitoris vestri: vt memores ministerij nostri, diuinitùs nobis licèt indignis collati, pro modulo possibilitatis, officio sacerdotali secundùm omnipotentis Dei voluntatem operam dare studeremus. Reuolutis igitur à vestra nobis benignissima deuotione collatis tribus capitulis, id est, vt ventilentur, sinè quo Episcopi episcopale ministerium absq; offensione diuina vllo modo perficere non possunt: aut quid vnumquenq; Episcoporum scire oporteat atq; implere, nec omninò ignorare absq; periculo liceat: vel etiàm quid ad ornatum sanctæ Dei Ecclesię & ministerium sacerdotale pertineat, sinè quo nec sacerdotis vita probabilis esse potest, nec competens honor illis à cæteris deuotè impendi: quidq; hoc, sinè quo communis omnium salus ac saluatio esse non potest, sacerdotum videlicet totiusq; populi. Quibus perfacilè, succinctim ac debitè per singula respondere non possumus: sed quia iuxta assertionem vestram primò reperimus temporum varietate, & ordinum confusione perplura, quæ ad sanctæ Dei Ecclesiæ ornatum erigi debebant, quoquo modo neglectu elapsa, quæcunq; in nobis nostrisq; in his neglecta videntur officijs, omni deuotione omniq; exoptatione, prout omnipotens posse annuerit, erigenda, atque vt in perfectiorem statum vertantur, omninò diuina suffragante gratia operam dare desideramus: vestrã siquidẽ nihilominùs supplici admonitione & affectu charitatis excellentiam admonentes, si quæ sunt Ecclesiastici iuris vestra pijssima gubernatione erigenda, vt per vos, vestrosq; Christianæ religiõis commilitones subleuentur. Decæterò nouerit serenitas vestra iam, vt prædictum est, quæ in ecclesiastico ordine confusa videntur, ea nos pro modulo vniuscuiusq; capacitatis perquirere, & inspecta, quantùm ad nos pertinet, Domini opitulante gratia, restaurare cupimus, & vt fiat magno desiderio optamus. Perspicientes ergò deuotionẽ vestrã sanctã, & Deo (vt credimus) amabilẽ, non mediocri laude magnificentiã Dei nostri magnificãdam, eandemq; deuotionem valdè necessariam sanctæ Dei ecclesię duximus, atq; benigno affectu cõmissa consideranda suscepimus, non aliquid nouũ quærentes, nec cõtra veritatis religionem quid statuentes, sed statuta antiquorũ patrum, innouantes, quæ per desidiã quorundã labefactari visa sunt: in quo cũ ordine ac propter inusitatũ vel inueteratũ vsum obliuioni tradita, vt ad pristinũ dño adiuuante gradũ releuentur, capitulis strictim adnectendũ censuimus. De duabus siquidẽ personis, quas principales in hoc mũdo esse nõ dubiũ est, sacerdotalẽ prout sub tanto tẽporis spatio posse nõ denegat, nõnulla, quæ ad hoc pertinere visa sunt, sub breuitate adnexuimus.

I.

Initiũ enim episcopalis culminis post diuinã prædestinationẽ esse videtur, quomodò quisq; ad culmẽ huius honoris peruenerit. Ideoq; placuit cõuentui humilitatis nostræ, vt sicut sæpè authoritate diuinarũ scripturarum, scilicet B. Petri Apostoli in Simonem Magũ damnatione, necnon & canonũ sanctione, sed & B. Gregorij adhortatione sancitũ est, nullus episcopale ministeriũ per ambitionem munerũ attentare præsumat, sed is ad episcopale officium perueniat, si secundùm Apostolũ viuat, id est, irrepræhensibiliter, sobriè, prudenter, pudicè, ornatè cum hospitalitate, cũ doctrina: nõ vinolenter, nõ iniuriosè: modestè, non litigiosè, nõ cupidè. Oportet etiàm pontificem propriæ domui esse benè præpositum, & testimoniũ habere bonum ab his, qui foris sunt, vt doctrinã Dei nostri exornet in omnibus. Nos autem etiàm adiungentes, & ab his, qui intùs sunt conuersantes cum Episcopo, habere testimonium omnẽ Episcopũ oportere. 1. Tim. 3. Tit. 1.

II.

Pòst verò, vt Episcopus, iuxta regulamà B. Paulo Apostolo decretam, ministerium peragat episcopale: At qui secùs gesserit, canonum coërceatur authoritate.

III.

Decernit etiàm Apostolus hospitalitatẽ esse sectandã à Episcopo, quã in pluribus reperimus locis neglectã. Ideoque placet, vt deincèps in singulis ciuitatibus & monasterijs iuxta modũ rerum, hospitalitas ordinetur aduenientiũ: & placuit omnibus episcopis, vt quocunq; sit loco episcopus, corã se adgreget pauperes semper ad refectionem. 1. Tim. 3.

IIII.

Interdicit interea Apostolica authoritas litigiũ omni Epo: quam & nos authoritatẽ benigno amplectẽtes animo, cõstituim⁹, vt null⁹ Episcoporũ se litigiosis immisceat cõtentionibus: sed neq; irreligiosis vel indisciplinatis locutionibus, tã in domibus q̃ in forinsecis conuenticulis omninò indulgeat. Ibid.

V.

Cupiditatem porrò, tanquàm radicem omniũ malorũ, & Apostolica dãnat sententia, & ab omni ordine Ecclesiastico canonica per- 1. Tim. 6.

ca perturbat interdictio: ità vt statuerit nullum clericorum de qualibet re fœnus accipere. Quorum authoritatem & nos secuti decreuimus, immò illorum authoritati adsensum præbuimus, vt nullus Episcoporum vel ministrorum ipsorum deincèps pro distributione sacrorum ordinum, pro dedicatione sanctæ ecclesiæ, seu pro acceptione sacri Chrismatis, vel pro immutatione titulorũ aliquid exigere præsumat: & qui fecerit, cõuictus canonicæ subiaceat disciplinæ. Concil. Sym. apud.

VI.

Sobrietatem verò, quam Apostolus Episcopo habendam docet, adeò nos eam nobis sectandam statuimus, vt nullus sacerdotum ebrietatis deprauatione se aut ministerium suum vilescere faciat, quo meritò reprehensibilis videatur: quia legimus ebrietatem dedecus esse cuiq; Christiano, sectari, quanto magis sacerdotibus? Vndè Apostolus inquit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Legitur & alibi, sic oportere episcopum bibere, vt quasi non bibisse videatur. Quapropter deincèps quicunque huius ordinis huic noxio vitio inseruiens deprehensus fuerit, censuimus, vt secundùm statutum canonicum, Quicunq; ebrietati deseruit, aut desinat, aut deponatur. Epist.

VII.

In ipsa autem vita sacerdotum pensandum est, qualiter quisque doceat, sicut ait egregius doctor beatus Gregorius, vt rectè docens infirmitatem suam quotidiè omni consideratione cognoscat, nè aut humilitas accessum fugiat, aut peruentioni vita contradicat, aut vitam doctrina destituat, aut doctrinam præsumptio extollat. Priùs ergò appetitum timor temperet, pòst autem magisterium quod suscipitur, vitam commendet: ac deindè necessè est, vt pastoralis vitæ bonum, quod viuendo ostenditur, etiàm loquendo propagetur. In Præfat. prior. libr. Pastoralis.

VIII.

Doctrina autem sacerdotalis secundùm cuiusque qualitatem omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta atq; vtilis: nec minùs exemplũ boni operis doctrinæ conueniens in sacerdotibus esse debet, vt quod ore doctrina profert, vitæ meritum iustæ operationis, verba sacerdotis omnibus delectabilia faciat exequenda, vitamq; probabilem commendet.

IX.

In libro Pastorali beatus Gregorius inquit: Tantùm debet actionem populi actio transcendere præsulis, quantùm distare solet à grege vita pastoris. Oportet nanque, vt metiri se solicitè studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergò necessè est cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, benè agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus: internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum solicitudine non relinquens. 2. Lib. 2. cap. 8.

X.

Eiusdem Papæ ex eodem libro: Inter hæc necessè est, vt rector solerter inuigilet, nè hunc cupido placendi hominibus pulset, nè cùm studiosè interiora penetrat, cùm prouidè exteriora subministrat, se magis à subditis diligi, quàm veritatem quærat: nè cùm bonis actibus fultus à mundo videtur alienus, hunc authori reddat extraneum amor suus. Lib. 2. cap. 8.

XI.

Didicimus sanè nonnullos Episcopos in gubernandis congregationibus sibi subiectis, canonicis videlicet, & monachis, & sanctimonialibus hactenùs valdè negligentes extitisse, & ob id multos in suî detractionem & contemptum prouocâsse: ità vt nonnulli alij prælati in eorum parochijs constituti, eorum praua exempla secuti, suas similiter congregationes neglexerint. Quos & fraterno & synodali conuentu admonendos esse necessariò duximus, vt ab hac negligentia deincèps se cohibeant, & cæteris se imitabiles præbeant: nè fortè propter illorum incuriam, & diuinæ seruitutis contemptus, & pericula promoueantur animarum, & auribus excellentiæ vestræ molestia ingeratur, & nostræ mediocritati in sacris conuentibus tædium & opprobrium inferatur.

Comperimus etiàm quosdam socios ordinis nostri, non causa necessitatis aut vtilitatis, sed potiùs auaritiæ & propriæ delectationis sæpissimè propria ciuitatis suæ sede relicta, clero que neglecto, remotiora loca frequentare: de qua re & destitutio diuini cultûs, & prædicatio in plebibus, & cura subiectorum postponitur, & hospitalitas negligitur. Quod nè vlteriùs à quoquam sinè ineuitabili necessitate & certa vtilitate fiat, pari consensu inhibuimus.

COnsultum etiàm est in propositione secundi capituli, commissumque ventilandum, quid vnumquenque Episcoporum scire oporteret atq; implere, nec omninò ignorare absq; periculo liceret.

I.

Primò visum est omnibus, vnumquenq; Pontificum scire oportere fidem synceram, (vt à principio sumamus exordium, omnium bonorum ponentes fundamentum) id est, qualiter illum fidem ac credulitatẽ sanctæ Trinitatis in vnitate Deitatis sibi tenere

atq; credere conueniat, ac cæteros perfectè instruere, qualiter & ipsi credendo salui fieri possint.

II.

Summos itaq; sacerdotes inexcusabiliter nôsse oportet, vt ex veteris nouique Testamenti scriptis, quæ vera sunt, salutiq; omnium proficua proferre doctè sciant, videlicet quantùm diuina gratia cælitùs adspirare cuique dignatur: quia neminem in hac incertitudine positum, assequi omnia posse certum est, quousquè illò perueniatur, vbi erit Deus omnia in omnibus. 1.Cor.15.

III.

Nec minùs medicinam spiritualem consiliumq; salubre animarum pastores populi scire oportet, vti medicos spirituales, Pastoral. li. 1.cap.1. asserente sanctissimo pontifice Gregorio atque dicente, Quia artium ars est regimen animarum. Quis autem *interiora vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? Etideò metuendum est, cordis se esse medicos profiteri sacerdotes, ministerij sui ignaros. *cogitationum

IIII.

Conuenit insuper sacerdotali ministerio scire formam Euangelicã, documenta Apostolica, canonum instituta, normam regulæ pastoralis, à sanctissimo pontifice Gregorio editæ, nè iuxta eundem sanctissimum virum, ab imperitis, quòd absit, pastoralè magisterium aliqua temeritate vsurpetur, aut vilescat.

V.

Sed & hoc scire conuenit, quantùm rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus, iuxta quod in libro Pastorali habetur, id est, quòd omne bonum ritè à rectore agitur, si supernæ formidinis & dilectionis spiritu afflatus, studiosè quotidiè sacri eloquij præcepta meditetur, vt in eo vim solicitudinis & erga cælestem vitã prouidæ circunspectionis, quam humanæ conuersationis vsus indesinenter destruit, diuinæ admonitionis verba restaurent, & qui ad vetustatem vitæ per societatem secularium ducitur, ad amorem semper spiritalis patriæ, compunctionis adspiratione renouetur. Lib.2.ca.11.

VI.

Sic deniquè ignorari non licet, quanta debet esse diuersitas atque discretio in arte prædicationis, prout in libro Pastoralis digestum habetur, ità inquiente S. Gregorio: In Prologo li.3.Pastora. Vt enim ante nos longè reuerendæ memoriæ Gregorius Nazianzenus edocuit, non vna eademq; cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum qualitas adstringit. Sæpè nanque alijs officiunt, q̃ alijs prosunt. Ideoque rector scire debet discretiones personarum, quæ in eodem libro, à pleniùs scire volentibus inueniri possunt.

VII.

Similiter scire conuenit præsulibus res ecclesiasticas non vt proprias, sed à Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas, atque iuxta Prosperi documentum, nihil aliud esse res Ecclesiæ, quàm vota fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum, idcircò summoperè est decertandum, nè aliquis pontificum ea, quæ Ecclesiasticis tradita sunt ministerijs, pro remissione peccatorum, aut alijs aptanda officijs, aut pauperibus eroganda, nè aliquis ea propria cupiditate aut potentum terrore, parentumque procuratione ad alios vsus retorqueat: nè fortè quod alijs extat remissio peccatorum, ipsis sit damnationis augmentum: sed potiùs solerti meditatione indigẽtibus eas, & ecclesiasticis ministerijs distribuat, nè exindè à Domino velut inutilis dispensator damnetur, verùm, quod beatius est, desiderabili voce laudetur, iuxta Euangelicæ parabolæ exemplum: Eugè serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini Dei tui. De vita & tempta. cap.2. Matt.25.

VIII.

Statutum etiàm est, vt vel semèl in anno, id est, in quinta feria, quæ est in cœna Domini, vnctio sancti olei, in quo saluatio infirmorum creditur, per omnes ciuitates ab Episcopis non negligatur, sicut nunc vsque neglecta est, sed omni deuotione iuxta traditionem Apostolicam ac statuta decretalium, in quo de eadem re præcipitur, peragatur. Chrismã confectio. Vide Tom. 1. capit. Adriani pp.

IX.

Vespertinales quoquè in vigilia Paschæ meliùs celebrandæ visæ sunt, propter lætitiam resurrectionis Domini, quàm dimittendæ.

X.

De Litania quoq; maiore, atque de Rogationibus ventilatum est: sed communi consensu ab omnibus electum atque decretum, iuxta morem Romanum, vij. Calendas Maij, illam celebrationem secundùm consuetudinem nostræ ecclesiæ omittendã. Litania maior. Rogatiõ.

XI.

Dignum etiàm duximus, vt vnusquisq; Episcoporum studeat ministros suos, pro modulo possibilitatis, benè instruere, vt si fortè contigerit aliquem Episcoporum tardiloquẽtem esse, aut infirmitate aliqua impeditũ, habeat tamen ministrum doctum, qui eius vice pabula verbi diuini populo administrare possit: vel etiàm si Episcopus de hac mortalitatis luce transierit, vt ecclesia, si à Domino factum fuerit, doctore futuro non indigeat.

XII.

Constat

Constat igitur, quia quicunq; potestati à Domino datæ resistit, iuxta Apostolicum documentum, DEI ordinationi resistit. Et idcircò in commune statuimus, vt si quispiam Episcoporum, aut quilibet sequentis ordinis Ecclesiastici, deincèps timore, aut cupiditate, aut qualibet suasione à Domino & orthodoxo Ludouico Imperatore defecerit, aut etiàm sacramentum fidelitatis illi promissum violauerit, & eius contrarijs maleuola intentione quolibet modo se copulauerit, gradum proprium canonica atq; synodali sententia amittat. Quòd si quisquam laicus superiùs compræhensa facere tentauerit, sciat se ab vniuerso gradu anathematizandum. Quia verò de vita atque doctrina Episcoporum, quæ in posterum seruanda, necnon tenenda de pluribus perpauca diuinę authoritatis documentis prædiximus, necesse est etiàm, vt de sequentibus ordinibus aliqua adiungamus. Deut.13.

Caput primum de ordine Rectorum.

VT Abbates canonici gregibus sibi commissis instanter inuigilent, & geminam eis pastionem impendant, id est, cibi & verbi, quatenùs absque murmurationis vitio Domino seruire valeant. Simul etiàm, vt prædicti Abbates Ecclesiastica iura intemerata custodiant, videlicet vt cognoscant, cuius prænomine notentur, in eo quòd Abbates vocati sunt, quod & intelligitur in typo Christi, nomen spiritalis patris. Ideoque semetipsos nomini, quod accipiunt, conforment, vt subditis & spiritalibus filijs exemplum præeũdo & informando religiosè exhibeant, Ideoque non conuenit ministerio ipsorum aliqua turpia, aut secularia, vel etiàm inania quæque sectari, quæ contra religionem esse noscuntur: sed potiùs canonicè, religiosè, castè, sobriè atq; piè & iustè vita eorum omnibus sibi commissis æternæ felicitatis ducatum præbeat, & inquantùm ipsi abbates, abbatumq; subiecti Episcopis proprijs, pro se suisq; omnibus rationem reddituros nouerint, tanto eorum consilio atque authoritate modis omnibus mancipentur.

CAP. II.

ABbates verò monachorum oportet peruigili studio gregis sibi commissi curam gerere, videlicet, vt sinè quibus esse non possunt, temporalia subsidia administrent, tantoq; id studiosiùs decertẽt agere, quanto sciunt exteriùs nihil contingere licere. Simul etiàm diuinæ lectionis studio iugiter eos informent, nè aut temporali desolati auxilio, diuinum opus explere nequeant, aut torpentes ocio in laqueum tentationis incidãt. Ipsos etiàm monachos passim, & quasi absq; canonicę authoritatis iugo effrenatos, per secularia negocia minimè oportet discurrere, & villicis atq; secularibus curis inseruire: sed secundùm institutionem canonicã, in quibus renunciauerunt, contentos esse, & neq; secularibus, neq; ecclesiasticis negocijs, nisi in causa necessitatis, accepta tamen propriæ ciuitatis Episcopi licentia, intereſſe.

CAP. III.

MOnachi intereà non debent paruipendere pastores suos, in cuiuscunq; parochia consistentes, sicut aliqui faciunt.

CAP. IIII.

EPiscopi ministros non sectantes auaritiam per parochias suas constituant. Comperimus quorundam Episcoporũ ministros, id est, chorepiscopos, archipresbyteros, & archidiaconos, non solùm in presbyteris, sed etiàm in plebibus parochiæ suę auaritiam potiùs exercere, quàm vtilitati ecclesiasticæ dignitatis inseruire, populiq; saluti consulere. quam negligentiam, immò eorum execrabile ac damnabile cupiditatis vitium omnes in commune deincèps vitandum statuimus. Pertimescenda porrò & vigilanter cauenda est sacerdotibus Domini, Heli sacerdotis ruina, qui filios suos indignè agentes, Deumq; prauis suis actibus ad iracundiam prouocantes, sacrificioq; Domini iniuriam irrogantes, quia verbis tantùm & non verberibus corripuit, eis diuina iustaque vltione ruentibus ruit. At si fortè (quòd absit) vllus Episcoporum deincèps sectatores auaritiæ ministros in parochia sua constituerit, & eorum cognitã prauitatem authoritate pastorali acriter ferire detrectauerit, exemplum negligentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat, & synodali correptioni modis omnibus subijciendum. Nam & in consensu communi statuimus, vt vnusquisq; episcoporum super archidiaconos suos deincèps vigilantiorem curam adhibeat, quoniam propter eorum auaritiam & morum improbitatem multi scãdalizantur, & ministerium sacerdotale vituperatur, & in ecclesijs à sacerdotibus multa propter eos negliguntur. 1.Reg.2. 1.Reg.4.

CAP. V.

PResbyterorum verò qui præsunt Ecclesiæ Christi, & in cõfectione diuini corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, ministerium esse videtur, vt in doctrina præsint populis, & in officio prædicandi, nec in aliquo desides inuenti appareant. Item vt de omnibus hominibus, qui ad eorum ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die iudicij, quia cooperatores oneris nostri esse proculdubiò noscũtur. Quapropter ab ortu natiuitatis cuiusque ad se pertinentis prædictam curam habeat, nè aliquis eorum absque renatione sacri baptismatis moriatur. Post acceptum autem sacrum baptisma, sinè manûs impositione Episcopi non remaneat: ac deindè Officiũ presbyterorũ.

imbuatur scire orationem Dominicam, atq; symbolum. Posteà verò, qualiter viuere debeat, doceatur. Si fortè vitiosus vel criminosus apparuerit, qualiter corrigatur, prouideat. Si autem infirmitate depressus fuerit, nè confessione atque oratione sacerdotali, necnon vnctione sanctificati olei, per eius negligentiam careat. Deniq; si finem vrgentem perspexerit, commendet animam Christianam Domino Deo suo more sacerdotali, cum acceptione sacrę communionis, corpusque sepulturę, non vt mos est gentilium, sed sicut Christianorum.

CAP. VI.

DE presbyteris & eorum ecclesijs, vndè multa negliguntur, & scandala generantur, in nostra discussione quatuor nobis pericula apparuerunt. Primò, quia nonnulli eorum, ab ipsis sacerdotibus quadam securitate accepta, nec ea quæ ad cultum diuinum pertinent, faciunt, neq; in restauratione & luminaribus ecclesiæ studium habent, nec etiàm senioribus suis debitam reuerentiam exhibent, & insuper ecclesias suas expoliant, & in prędiola sua propria trăsferunt. Quæ omnia ad negligentiam eorum pertinere deprehendimus. Ob id verò quadam occasione accepta seniores eorum permoti, in tantam audaciam prorumpunt, vt eos etiàm illicitè & inhonestè atque irreuerenter tractare presumăt. Vndè summoperè omnibus modis ab hinc prouidendum iudicauimus, vt ea quæ à domino Imperatore, consensu Episcoporum, ob honorem & amorem Dei ecclesijs concessa sunt, non in auaritiam presbyterorum, aut in rapacitatē episcopalium ministrorum cedant, sed in vtilitatem ecclesiæ, & in vsus clericorum & pauperum deueniant.

CAP. VII.

ILlud quoq; non minùs periculosum esse didicimus, quòd in quorundam episcoporum parochijs quosdă presbyteros contra interdicta sanctorum canonum, fœminas in domibus suis nó solùm habitare, sed etiàm ministrare sibi faciunt, quas & laqueũ sacerdotib⁹ persæpè extitisse, & multos hac occasione in scandalum & in detractionem corruisse cognouimus. Quæ transgressio & tempore genitoris vestri, & vestro in conuentibus episcoporum secundùm authoritatem Canonicam prohibita, sed necdùm ad correctionem plenè est perducta. Vndè in cómune censuimus, vt hi, qui tantę transgressióis incorrectores hactenùs extiterint, si ab hinc huius rei correptores esse neglexerint, iuxta Apostoli sentẽtiam, quasi consentientes malorum coërceantur. Rom. 1.

CAPVT VIII.

SImiliter de illis presbyteris, qui contra statuta canonum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diuersissimis modis vsuris inseruiunt, & alio-

rum domus inhonestè & impudicè frequẽtant, & comessationibus & ebrietatibus deseruire non erubescunt, & per diuersos mercatus indiscretè discurrunt, obseruandum iudicauimus, vt ab hinc districtè seueriterq; coërceantur, nè per eorum illicitam & indecentem actionem, & ministeriũ sacerdotale vituperetur, & quibus debuerant esse in eorum exemplum, deueniant in scãdalum.

CAPVT IX.

NEcessarium etiàm in quibusdam reperimus ecclesijs, vt clericorum ordo maiori adstringatur disciplina & custodia, amplioriq; foueatur stipendiorũ copia, vt occasione temporaliũ subsidiorum, sanctarum non depereat institutio rerum.

CAPVT X.

DE eorundem porrò presbyterorũ vita, quæ (vt vos verè fatemini) ridiculo habetur, quantùm nobis posse est, curabimus, vt minùs perfecti eorũ actus ad debitũ reuocentur statum. Vestrum autẽ erit præcipere laicis, vt ipsi congruum eis & debitum impendant honorem, & in eos, qui contra eos perperàm gesserunt, congrua procedat castigatio, quatenùs & illi corrigãtur, & reliqui terreantur.

CAP. XI.

DEcernimus etiàm, vt presbyteris nulla omninò cohabitet fœminarum: contemnentes autem hanc constitutionem, periculum proprij sustinere gradûs.

CAPVT XII.

ILlud nanq; necessarium visum est de monasterijs puellarum, quæ in quibusdã locis lupanaria potiùs videtur esse, quàm monasteria propter negligentiam stipendiorum, aut certè insolertiam prælatarum. Vndè postulandum est, vt religiosi viri ad hoc dirigantur, vt talia inquirant, & secundùm religionem Deo placabilem emẽndare studeãt, sicutì superiùs de clericis decreuimus.

CAPVT XIII.

ADmonendæ etiàm sunt prælatæ monasteriorũ, vt subditas moribus probis atque exemplis præcedant, & de necessarijs subditarum victualibus ad proprios vsus subditis subtrahere non presumant: nè & illæ indè, occasione videlicet minorationis victûs atque vestimentorum, in laqueum incidant diaboli. Sed deincèps illæ quibus Christi præferendæ sunt, quas contagio vitiorum non coinquinet, sed religionis deuotio commendet. Nam illud perspicuum est, quæ necdùm nouerãt esse filiæ in disciplina religionis, nec in sese religionis normam habentes, matres religiosarum fieri non posse.

CAPVT XIIII.

ADmonẽdæ prælatæ sunt, vt præuideant, nè in ipsis monasterijs multimodi sint

sint anguli, vel talia loca, quæ sint tenebrosa, aut certè visui prælatorũ occulta, in quibus Deus pro sceleribus inibì commissis adiracundiam prouocetur.

CAP. XV.

INcustodijs verò congregationum tam canonicorum, quam que monachorum, necnon sanctimonialium, summoperè studendum censuimus, vt in omnibus locis claustra eis præuideantur, religioni eorum congruentia, sed & habitacula domorum, in quibus religio Deum sequi volentibus perficiatq; augeri possit, potiùs q̃ vitia nutriri. Hoc tamen vt non negligatur à plătis congregationũ, missis dñicis committatur. Modus autem erga ipsarũ congregatiõum disciplinã hic esse debet, id est, vt canonici secundùm id quod cõtinetur in libro, qui de eorũ vita collectus est, religiosè conuersentur: Monachi verò, secundùm traditam à B. Benedicto regulã vnanimiter, quantũcunquè posse est, cuiusq; religionis regularem vitam in omnibus sectentur. Sanctimoniales deniquè secundùm id, quod earundem sexûs fragilitati congruit, religioni cũ omni diligentia subdantur. Hæc nos fideles & deuotissimi famuli & oratores vestri, iuxta paruitatem sensûs nostri, prout breuitas temporis permisit, secũdùm sanctam ordinationem vestram de his, quæ ad nostram, & consacerdotum subiectorum que nostrorum correctionem & emendatiõem pertinere perspeximus, pauca de multis sanctarum scripturarum excerpentes exempla, licèt perplura inibì ad hæc pertinentia non ignorentur: quæ si per singula adnotarentur, nec etiàm anni volutiõem ad hoc posse credimus sufficere: ideoque, vt diximus, pauca succinctè ordinatimque (vt videtur) adnotauimus.

Vin Cano. nicorum.

Monacho. rum.

Sanctimo. nialium.

CAP. XVI.

COmmuni consensu insuper censuimus, vbicunquè possibile fuerit, vnicuique ecclesiæ suus præsideatur ab episcopis presbyter, vt per se eam tenere possit, aut etiàm priori presbytero subiugatus, ministeriũ sacerdotale pficere possit. Quia in multis locis pericula presbyterorũ imminentia perspeximus, videlicet in officijs diuinis, quan q̃ Missarũ celebratiões per omnes ecclesias sibi cõmissas agere possent, cætera officia, q̃ ad diuinũ cultũ pertinent, propter impossibilitatẽ & multitudinem ecclesiarũ, quodammodò neglectu elapsa: similiter & prudentiæ in baptismate infirmorum, & in confessiõe querentiũ, atque in cómunione periclitantiũ, perplura remansisse. Ideoque congruentius, vt suprà dictum est, omnibus videtur, cuiq; congruere ecclesiæ, propriũ habere presbyterum. His itaq; sic se habentibus, nunc quia communium salutem perspiciendam atque considerandam dignum duximus: petimus insuper iam, quia labor ad ea quæ præposita sunt inquirenda, additus est, vt non in tædium auditui vertatur, sed potiùs ad, audiẽdum aures accommodentur, supplici deuotione rogamus.

Tertium quoquè capitulum, duobus superioribus capitulis ex parte conuenire videtur, in vita scilicet atque doctrina sacerdotum: in quibusdam verò pariter cum sacerdotibus principes & omnem populum Christianum tangere non dubitatur, sed & in vtroque ordine partim defecisse. In sacerdotibus enim defecit, authoritate sacerdotalis ministerij labente, quantùm in ipsorum studio aliquid minùs fuit, quàm conueniret. In principibus, scilicet in illis, quos vos benevola intentione enutrire studuistis atque sublimâstis, non permanente dilectione, sed abundante iniquitate, & refrigescente multorum charitate. Sed nunc quia de his, quæ præmissa sunt, vestro ardẽtissimo desiderio priùs satisfacere studuimus: illud tamen, quod ad vestram specialiter personam ministeriumque pertinere cognoscimus, nullatenùs obliuioni tradidimus, sed potiùs vestræ saluti prospicientes, nonnulla capitula necessaria fideliter collegimus, & vobis familiariter admonitionis gratia deuoteque porrigenda deuouimus. Similiter quædam ad filios vestros pertinentia, quædam verò ad commilitones vestros non minùs pertinentia. Nec prætereundum dignum iudicauimus, vt apertè atque distinctè inspiciendo, legendo & audiendo vestra cognoscere possit solertia, filiorumque vestrorum, ac cæterorum omnium industria, de quibus & pro quibus conuenienter humilitatis nostræ secundùm virium possibilitatem nostrarum fideliter tractauimus, pro communi omnium perpetua salute.

CAP. I.

VT quid rex dictus sit. Isidorus in libro Sententiarum scribit: Rex eñ, inquit, à rectè regendo vocatur. Si enim piè & iustè & misericorditer regit, meritò rex appellatur: si his caruerit, non rex, sed tyrannus est. Antiqui autem (vt idem Isidorus in libro Etymologiarum scribit) omnes reges tyrannos vocabant, sed posteà piè & iustè & misericorditer regentes, regis nomen sunt adepti: impiè verò, iniustè, crudeliterque principantibus non regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Vndè & beatus Gregorius ait in Moralibus: Viros nanque sanctos proindè vocari reges in sacris eloquijs didicim⁹, eò quòd rectè agant, sensusque proprios benè regant, & motus resistentes sibi rationabili discretione componant. Rectè igitur illi vocãtur reges, qui tam semetipsos, quam q̃ subiectos benè regendo * pacificare noue-runt.

Rex vndè dictus.

Tyrann⁹ qs

Est Isidori lib. 3. Sentẽ. cap. 48.

* modificare

CAP. II.

AD quid etiàm constitutus sit Imperator, Fulgentius in libro de veritate p̄destinationis & gratię, scribit: Clementissimus quoquè Imperator non ideò est misericordiæ vas, præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatûs accepit, sed si in imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate p̄dit⁹, culmẽ regiæ dignitatis sanctæ religióí se subijciat: si magis in timore seruire Deo, q̄ in timore dn̄ari populo delectet: si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatẽ: si se magis diligendũ q̄ metuẽdum cunctis exhibeat: si subiectis salubriter consulat, si iustitiam sic teneat, vt misericordiam non relinquat: si præ omnibus ità se sanctæ matris Ecclesiæ catholicæ meminerit filiũ, vt eius paci atq; tranquillitati per vniuersum mundum prodesse suum faciat principatum. Magis enim Christianum regitur ac propagatur Imperium, dum ecclesiastico statui per oñem terram consulitur, quàm cùm in parte quacũque terrarum pro temporali securitate pugnatur. Vndè & Isidorus dicit: Principes nanque seculi nonnunquàm intra Ecclesiã potestatis adeptæ culmina tenẽt, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterùm intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod non prævalet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpè per regnum terrenum cæleste regnum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi, contra fidem & disciplinã Ecclesiæ agunt, rigore principum conterãtur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ vtilitas exercere non prævalet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat.

Pro.20. Salomon in prouerbijs: Misericordia & veritas custodiunt regem, & roborat clementia thronum eius.

CAP. III.

REgale nanque ministerium specialiter est, populum Dei gubernare & regere cum æquitate & iustitia, & vt pacem & concordiam habeant, studere. Ipse enim debet primò defensor esse ecclesiarum, & seruorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumque pauperum, necnon & omnium indigentium. Ipsius enim terror & studium huiuscemodi, inquantùm possibile est, esse debet: primò, vt nulla iniustitia fiat: deindè, si euenerit, vt nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescẽdi siue audaciam malè agendi cuiquam relinquat, sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam peruenerit quippiam mali, quod admiserint, nequaquàm incorrectum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatem, erit & modus iustæ correptionis. Vndè oportet, vt ipse qui iudex est, iudiciũ causamq; pauperum ad se ingredi faciat, & diligenter inquirat, nè fortè illi qui ab eo cõstituti sunt, & vicem eius agere debent in populo, iniustè aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. Scire autem vnumquenq; cuiuslibet sit ordinis, oportet, qa si de ocioso sermone Deo rationem redditurus est, Matt.12. multò magis de ministerio diuinitùs sibi commisso.

CAP. IIII.

DE ministerio autem regis ità Iob loquitur: Cumque sederem quasi rex Iob.29. circunstante exercitu, ¦eram tamen mœrentium consolator: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, quòd liberâssem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ cõsolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperũ, & causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Salomon: Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat oñe Prou.20. malum intuitu suo. Item idem in libro Sapientiæ: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. Item ibi: Sap.1. Audite ergò reges & intelligite, discite iudices finium terræ: præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est vobis à Domino potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cùm essetis ministri eius, non rectè iudicâstis, neq; custodîstis legẽ iustitiæ, neq; secundũ voluntatem Dei ambulâstis. Horrẽdè & citò apparebit vobis, qm̃ iudiciũ durissimũ in his q̄ p̄sunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahit personã cuiusquã Dominus, nec reuerebitur cuiusquã magnitudinem: qm̃ pusillum & magnũ ipse fecit, & æqualiter pro omnibus cura est illi. Extant & alia innumera sacrarum scripturarum testimonia, regio nomini & officio cõuenientia, super quibus colligẽdis vestra sancta deuotio idcircò magnũ nobis ademit laborẽ, eò q̄ diuina gratia adeò tot virtutũ p̄rogatiuis vestrũ repleuerit animũ & exornauerit dignitatẽ, vt nõ sit necesse sacerdotibus Dn̄i copiosioribus exemplis, qualibet exaggeratione vestrum animum onerare. Quarè DEO omnipotenti gratias vberrimas ac multiplices referimus, qui ità vos pia religione, sancta deuotiõe, benigna humilitate, amore iustitiæ, operibus misericordiæ, cæterarumq; sanctarũ virtutũ, p̄fectione sua gratuita pietate ditauit, vt meritò ab omnibus amandi & imitandi sitis.

CAP. V.

PEtimus humiliter vestram excellentiã, vt per vos filij & proceres vestri nomẽ, potestatem, vigorẽ & dignitatem sacerdotalem cognoscant, quod ex verbis Domini facilè intelligere possunt, quibus beato Matt.16. Petro, cuius¦ vicẽ indigni gerimus, ait: Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata in cælo: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælo. & alibì discipulis generaliter dicit: Accipite spiritum sanctum: Iohan.20. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Illud etiàm ad exemplum reducendum est, quod in ecclesiastica historia Constantin⁹ Imperator episcopis ait: Deus, inquit, cõstituit vos sacerdotes, & potestatẽ vobis dedit de nobis quoq; iudicandi: & ideò nos rectè à vobis iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia, quæcunque sunt, ad illud diuinum referuentur examen. Vos em̃ nobis à Deo dati estis dij, & conueniens nõ est, vt homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Psal.81.

Sed & hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro, quem de contemplatiua & actuali vita scripsit, laudem sacerdotum comprehenderit. Ipsis enim, inquit, sacerdotibus propriè animarum curandarum solicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes, pro peccatis oñium, velut pro suis, infatigabiliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis & humiliati spiritûs offerentes, quo placatur Deus, auertunt iram futuræ animaduersionis à populo: qui per Dei gratiam fiunt diuinæ voluntatis indices, ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis assertores, prauæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, & malè sibi conscijs etiàm ipso visu terribiles, vindices oppressorũ, patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cælestium præmiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsi sunt Ecclesiæ decus, in quibus ampliùs fulget Ecclesia. Ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis, innititur oñis multitudo credentium. Ipsi ianuæ ciuitatis æternæ, per quas omnes, qui credunt: ingrediuntur ad Christum. Ipsi ianitores, quibus claues datæ sunt regni cælorũ: Ipsi etiàm dispensatores regiæ domûs, quorum arbitrio in aula regis æterni diuiduntur gradus & officia singulorum. Licèt enim sanctis præcedentibus sacerdotibus vita & meritis longè inferiores simus, idem tamẽ sacrum ministerium, quod indigni suscepimus, non minoris authoritatis & dignitatis existit. Et quanquàm ministerio tanto indigni simus, propter illum tamen, cuius ministerium gerimus, in nobis non est contemnendum.

CAP. VI.

ILLud etiàm specialiter necessarium vestræ suggerere pietati duximus, vt fideles vestri per vos admoneantur & instruantur, quatenùs, quandò aliquid nobis vestra cellitudo de nostra correctione, vel vestra, necnon & illorum salute tractandum commitit, vt non per inanem & falsam suspicionem contra nos scandalum sumãt, & finè causa in nos detrahendo Dominum offendant: & vndè sibi salutem sperare & acquirere debuerant, culpam incurrant: Quia nos nihil aliud quærere aut tractare desideramus, nec nostri officij est vt faciamus, nisì quod ad nostrum debitum ministerium, & ad illorum salutem pertinet: Et ideò non debemus ante tempus per suspi- 1. Cor. 4. cionem iudicari, sed patienter expectari, donèc ipsa veritas manifestũ faciat, vtrùm magìs audiendi, an improbandi simus. Nos enim si fortè euenerit, vt aliquid siniſtræ opinionis de nobis fama sparserit, Deo nobis opem ferente, æquanimiter tolerare & possumus & debemus. Ipsi verò à culpa immunes esse non possunt, dum patrum & fratrum intentionem sinè causa reprehendere non metuunt. Quoniam hoc summo operè elaborandum est nobis & vobis, vt semper inter pastores ecclesiarum & gregem Christi pax & concordia vnanimitas que seruetur. Nisì enim charitatem & concordiam inuicèm habuerint, Deum, sicut oportet, propitium habere non merentur. Quapropter, sicut præmissum est, cùm Deo inspirãte vestra pietas de Ecclesiastica & communi vtilitate aliquid nobis tractare præcipit, non est nobis fas mentiri, quia aliquandò veritatem sinè graui periculo ad tempus reticere, nunquàm tamen interrogati de ipsa veritate sinè graui discrimine possumus mentiri. Sed quia veritas sæpè odium generat, & sermo Dei aduersarius à Domino nostris carnalibus voluptatib⁹ describitur, Matt. 5. tamen ei in via, id est, in præsenti vita con- Lucæ 12. sentiendum est. Sic etiàm erga nos agendũ est, vt quotiescunquè interrogati veritatem proferimus, quanquàm nõnulli infirmi sinè causa scandalizentur, nobis tamen consentiendum est propter ipsam veritatem.

Nam sæpè quandò vobis suggerimus, vt fi- Res eccleſi- deles quique res ecclesiarum piè & cum re- alticæ vt uerentia & timore Dei tractent, & cogno- tractandæ. scant illas Deo esse dicatas, quatenùs sic habeant de illis temporalem profectum, vt nõ propter ignorantiam & negligẽtiam, æternum patiantur detrimentum: suspicantur nonnulli, quòd nos causa cupiditatis potiùs hoc admoneamus, q̄ causa salutis, cùm nos veraciter nullis rebus sibi collatis optemus eos expoliari, sed magis eorum cõmuni

ni saluti consultum præbere: quia non rerũ, vt multi arbitrãtur, ambitione, sed animarum potiùs delectamur saluatione.

CAP. VII.

DIdicimus sanè nonnullos episcoporũ à quibusdam personis clàm temeraria detractione accusatos atque detractos, sinè approbatione tamen, in causis repræhensibilibus, q̃ pontificatûs ordini nõ congruere visæ sunt, si approbatæq; fuerint. Idcircò obnixè precamur, vt si aliquis deincèps accusator adnisus fuerit aliquẽ excessum in episcopali ordine ritè repræhẽdere, & ad aures Imperiales perducere, vt nõ facilè p cuiuscunq; personam officium tanti ministerij in aliquo vilescere videatur. Accusator itaque vtì, sicut hactenùs, delitescẽdo se subtrahere locũ non habeat, sed neq; accusat⁹, huius rei veritas synodali conuẽtui pateat, ibidemq́; omni occasiõe remota, vtrorunq; examinatio secũdùm veritatem examinetur, vt quod quisq; meretur, accusatus videlicet siue accusator, ꝓ merito canonicæ disciplinæ subiaceat: nè fortè quisquã sacerdotũ se repræhensibilem exhibere audeat, aut etiã quisq; leuiter inaniterque propriæ intemperantiæ assensum præbens, tanti ordinis viros sinè causa atq; probatione vituperare præsumat.

Capitula de honore Episcopali.

LIcèt enim sacerdotes moderno tẽpore propter imminentes perturbationes in multis sint negligentes, non sunt tamen vituperãdi, nec despiciendi: sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi, & congruo honore venerãdi. Post Apostolos enim ad ipsos hæc Dñi sententia dirigitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. (Lucæ 10.) Quapropter attendendum est, quòd sacerdotum Christi spretio ad iniuriam Christi pertinet, cuius vicem & ministerium gerunt.

Capitulum, De conseruandis rebus, quæ à fidelibus conferuntur.

IN canonibus Niceni Concilij ità roboratum esse constat: Quæ sunt Ecclesiæ, sub omni solicitudine, & cõscientia bona, & fide, quæ in Deum est, qui cuncta considerat, iudicatque, seruentur: quæ etiàm dispensanda sunt iudicio & potestate pontificis, cui commissus est populus, & animæ, q̃ intra ecclesiam congregantur. (Est Antiochenæ Synodi ca. 24.) Item in decretal. papę Symmachi: Synodali igitur cõuentu, prouida sententia, modis omnibus eneruari placuit, & in irritum deduci, nè in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quanuìs religiosis vel potentibus, in quacunque ciuitate quolibet modo de Ecclesiasticis facultatibus aliquid distrahendo, decernere, quarum solis sacerdotibus disponendi in discussa à Deo cura commissa docetur, quoniam vt beatus Prosper (Vide 3. Romanæ synodi sub Symmacho cap. 4.)

ait, res Ecclesiæ non sunt propriæ, sed cõmunes, vota videlicet fidelium, precia peccatorum, & patrimonia pauperum. (De vita contemp. cap. 9.) Ergò quæ à religiosis viris ad substantiam pauperum ac seruorum Dei, & sustentationem ac reparatiõem ecclesiarum sunt derelicta, nulli contra fas sinè aliqua pietatis consideratione licet dispergi. Item vndè suprà ex Concilio Toletano: Quòd ecclesiarum omnium dotes ad episcoporum ordinationem & potestatẽ pertineãt, nec à quoquã aliqua præsumptiõe distrahãtur. Item post pauca: Omnis itaq; rei Ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ità damnum ritè præparat abstrahenti.

CAP. VIII.

ITerùm monendo magnitudini vestræ suppliciter suggerimus, vt deincèps in bonis pastoribus, rectoribusque in Ecclesijs DEI constituendis magnum studium, atq; solertissimam adhibeatis curam: quia si aliter factum fuerit, & ordo Ecclesiasticus suam non habebit dignitatem, & religio Christiana in multis labefactando damna detrimenti sui patietur, & animæ vestræ, quod non optamus, periculum generabitur.

CAP. IX.

SImiliter poscimus, vt in abbatissis constituendis, & rectoribus monasteriorum, vestrum specialiter caueatis periculum, sicut vobis sæpè est dictum, & per diuinam authoritatẽ crebriùs manifestatũ.

CAP. X.

SEd & hoc obsecramus, vt in eligendis adiutoribus vestris & Reip. ministerijs, qui vice vestra populum Dei regere & gubernare atque iudicare debent, solertissimam prouidentiam habeatis, semper illud attendentes, quod in libro Exodi ad Mosen dicitur: (Exod. 18.) Prouide, inquit, de omni populo viros prudentes, & timentes Deũ, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantùmodò iudicent, leuiusque tibi sit, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Domini, & præcepta eius poteris sustẽtare. Vndè & in libro Deuteronomij, (Deut. 16.) Iudices, inquit, & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Item ibì: Dixique vobis (Deut. 1.) in illo tempore: Non possum solus sustinere vos, quia Dñs Deus vester multiplicauit vos, & estis hodiè sicut stellæ cæli plurimi. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerũ multa millia, & faciat vobis

sicut locutus est. Non valeo solus sustinere vestra negocia, & pondus, & iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris. Sed & in lib. Paralip. ità legitur: (2. Par. 19.) Cõstituitq́; rex Iosaphat iudices terrę in cũctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca, & pcipiens iudicibus, videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudiciũ, sed Dei: & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Dñi vobiscũ, & cum diligẽtia cũcta facite. Non eñ est apud Dñm Deum vestrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupído munerum.

CAP. XI.

ROgamus etiàm vestram pietatem ꝓpter diuinam misericordiã, vestramq́; salutem, ac totius populi vtilitatem, necnõ & regni honorẽ, atq; stabilitatem, vt vestra pietas solertissimam vigilantiam adhibeat, quatenùs consiliarij & dignitatis vestrę ministri, custodesq́; animæ vestræ & corporis, qui debent esse intra regnum alijs decus & bonitatis exemplum, & in exteris nationibus bonæ opinionis condimentum, charitatem, pacem, atq; concordiam, omni simulatione & calliditate postposita, ad inuicèm habeant, vt secundùm Dei voluntatem & vestram honestatem, atq; totius regni ꝓfectum communiter decertent, & veri vobis adiutores in omnibus concorditer existant. Tunc etenim veri consiliarij, verique adiutores vestri & totius regni salubriter esse poterunt, si vnanimes extiterint, & inuicèm dilectionem habuerint. Decet quippe, vt sacra domus vestra cunctis spectabilis appareat, & imitabilis existat, & fama suæ bonæ opiniõis siue alios Imperij vestri subiectos, siue exteras nationes abundantissimè perfundat. Vbì igitur omẽs dissensiões & discordiæ dirimendæ, & omnis malitia imperiali authoritate est comprimẽda, necessè est, vt quod in alijs corrigere decernit, in ea minimè reperiatur.

CAP. XII.

NAm & hoc humiliter admonemus, vt liberos vestros, quos vobis diuina pietas largiri voluit, in timore Dei iugiter diligenterq́; erudiatis, sicutì & facitis, & vt in mutua dilectionis charitate, & fraternitatis amore, atque vnanimitatis concordia vicissim consistant, sedula paternaque admonitione insistatis, & nè illicitis actibus creatoris sui offensam incurrant, prouida solertique circunspectione nihilominùs inuigiletis, attendentes beatum Iob, cuius studium, vt beatus Gregorius in Moralibus libris scripsit, circa filios erudiendos tale extitit, vt non solùm eos exteriùs perfectos opere & sermone perficeret, verùm

etiàm eorum corda sacrificij oblatiõe mũdaret. Attendite etiàm & Dauid instruentem Salomonem filium suum, de quo in primo libro Malachim legitur: Ego, inquit, ingredior viam vniuersæ terræ: (3. Reg. 2.) confortare & esto vir fortis, & obserua custodias Domini DEI tui, vt ambules in vijs eius, & custodias cæremonias eius, & iudicia eius, & præcepta. Fili mi, cognoscito DEVM patris tui, & seruias ei corde perfecto, & animo voluntario. Attendite etiàm illum, de quo legitur, quòd cùm factus esset vir, (Tob. 1.) accepit vxorem Annam ex tribu sua, & genuit ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Item idem alloquens eundem filium suum, (Tob. 4.) Omnibus, inquit, diebus vitæ tuæ in mente habeto DEVM, & cauenè aliquãdò peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini DEI nostri. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ità enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodò potueris, ità esto misericors, &c. Item paulò pòst: (Ibid.) Attende tibi fili mi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nequaquàm patiaris crimen scire. Superbiam nunquàm in tuo sensu, aut in tuo corde dominari permittas: Ex ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Et idem non post multa: Consilium semper à sapiente perquire. Omni tempore benedic DEVM, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Item idem: Audite ergò filij mei patrem vestrum: (Tob. 14.) Seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ sunt placita illi: & filijs vestris mandate, vt faciant iustitias & eleemosynas, & vt sint memores DEI, & benedicant eum in omni tempore, in veritate & in tota virtute sua.

CAP. XIII.

HIs omnibus prælibatis innotescimus vobis, quòd ea, quæ in capitulis vestris nobis tractanda commisistis, scilicet, quid à principibus & reliquo populo, vel ità vt diuina authoritas doceat, aut aliter teneatur, vel quid indè ex parte aut ex toto dimissum sit, vt non teneatur: necnon & in his, quæ præsenti anno conscribi, & per missos vestros, ob vitia comprimenda per Imperium vestrũ direxistis: fatemur, quòd in his capitulis, quæ superiùs continentur, multa demonstrata sunt, quæ à pastoribus ecclesiarum, & à principibus, & reliquo populo hactenùs neglecta extiterunt, & aliter, quàm diuina authoritas se habeat, in his eos egisse & agere nouimus. Sed si hæc nostra sacerdotalis admonitio effectum, DEO operante, per vestrum bonum studium ab hinc obtinuerit, credimus, quòd mul-

multa, quæ à multis aliter, quàm diuina authoritas ſe habeat, dimiſſa ſunt, quæ non tenebantur, corrigentur.

CAP. XIIII.

NAm & illud, quod in iiſdem capitulis continetur, vt manifeſtum fieret, quæ cauſæ id effecerint, vt ſacerdotes & principes à recto tramite deuiâſſent, exceptis præmiſſis capitulis, in quibus (ſicut diximus) multa negligebantur, ſpecialiter tamen vnum obſtaculum ex multo tempore iam inoleuiſſe cognouimus, id eſt, quia & principalis poteſtas, diuerſis occaſionibus interuenientibus, ſecùs quàm authoritas diuina ſe habeat, in cauſas Eccleſiaſticas proſiluerint, & ſacerdotes partìm negligentia, partìm ignorantia, partìm cupiditate in ſecularibus negocijs & ſolicitudinibus vltrà, quàm debuerant, ſe occupauerint, & hac occaſione aliter, quàm diuina authoritas doceat, in vtraque parte actum extitiſſe, dubium non eſt. Sed quia DEO miſerante, à progenitoribus & genitore veſtro, & vobis multa correcta gratulamur, ſi ea, quæ admonemus, proſperum ſucceſſum habuerint, credimus quòd ad perfectionis ſtatum veſtra intentio, noſtráque deuotio, DEO cooperante, peruenire poſſit. Veruntamen quia nouimus ſtatum huius regni, ſub tali conditione & tenore creuiſſe atque dilatatum eſſe, & à prudentiſſimis ſanctiſque prædeceſſoribus noſtris, ſiue ſcilicet ab epiſcopis, ſiue à principibus hanc cauſam ex toto correctam non fuiſſe: propter hæc, quæ ſuo tempore dici poſſunt, & pondus tantæ conſiderationis paruitatis noſtræ vires exceſſit, quoniam nec ocium, nec ſpatium temporis, nec plenitudinem conſacerdotum noſtrorum, ſicut ipſa neceſſitas expoſcebat, habuimus.

CAP. XV.

POrrò de epiſcopali libertate, quã Deo annuente, veſtroque adminiculo ſuffragante, adipiſci ad DEI ſeruitium peragendum cupimus, ſuo in tempore vobis dicenda atque vobiſcum conferenda reſeruauimus, quatenùs ità ſit, vt & noſmetipſos ſaluare, populoque nobis ſubiecto vtiliter prodeſſe, atque pro vobis & ſtabilitate Imperij veſtri liberiùs valeamus exorare, & de veſtris obſequijs & regni adiutorio ſolatiũ debitum minimè ſubtrahatur, ſed (ſi poſſibile fuerit) potiùs augeatur.

CAP. XVI.

VEſtram intereà Deo amabilis Auguſte, petimus clementiam, vtì abſq; ineuitabili neceſſitate ſanctum tempus Quadrageſimæ liceat Eccleſiaſticis viris ſub quiete agere, quatenùs tempus illud, quod purificatio debet eſſe aliorum temporum, nõ inquinetur inquietudine perturbationum.

CAP. XVII.

IEiunium diebus Dominicis tenere & canonica interdicit authoritas, & reſurrectionis Dominicæ tanta ſolennitas. Et ideò placita illis diebus neque nuptias pro reuerentia tantæ ſolẽnitatis celebrari viſum eſt.

Gangr. ca. 18. Dist. ... Si quis.

CAP. XVIII.

MOnaſteria diuinis ſolummodò cultibus dicata, non debere ſecularibus dari, & canonica prodit authoritas, & ipſorum deſtructio locorum: ſed quia id erigit Reipub. neceſſitas, ſaltem collapſa loca erigi debent, & clerici locis, in quibus fuerãt, reſtitui, quouſquè opportunitas id permittat emendari pleniùs.

CAP. XIX.

LAici ſanè monendi ſunt, nè ſacerdotes contemptui habeant, néve eorum monita deſpiciant, & tam turpiter tractent, vtì hactenùs nè ſuperueniat quod dicit Propheta: Populus tuus ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti: & corrues hodiè, corruet etiàm propheta tecum.

Osee 4.

CAP. XX.

MEminiſſe etiàm debent, qui res Eccleſiæ atque familiam ſub manu ſua habent, non eos debere ſeuerè & crudeliter cum eis agere, ſed cogitare, quia vtrorúnque Dominus eſt in cælis: & cõſuetum atque antiquum ab eis ſeruitium exigant, nihil ſuperaddentes.

CAP. XXI.

SAnè communicatio corporis Domini omni die Dominico debuit celebrari. Ideoq; neceſſè eſt, quantùm ratio permittit, vt moderna corrigatur conſuetudo, nè fortè qui longè eſt à ſacramentis, quibus eſt redemptus, longè ſit à ſalute, quam fuerat conſecuturus.

CAP. XXII.

SImiliter eſt poſtulandum de presbyteris, qui hincindè de diuerſis parochijs veniunt, & in palatio morantur, vt ſinè proprij epiſcopi conſenſu ibì locum conſiſtendi non habeant, nec recipiantur: quia fieri poteſt, vt intra parochiam metu perpetrati criminis, nè id palàm iuxta Canonum ſanctiões vlciſcatur, palatiñas ædes frequẽtent aut certè, licèt non ſit ordinatus, ipſe tamen abſque literis ordinatum ſe atteſtetur.

CAP. XXIII.

NEc minùs de monachis poſtulãdum eſt, vt & ipſi in publicis locis ſinè ratione decenti diſcurrere prohibeantur, quia hoc à propoſito ipſorum procùl abſiſtit. Fieri etiàm poteſt, vt quidam illorum, ſicut ſuperiùs dictum eſt de presbyteris, perpetrato ſcelere in monaſterio, cauſam vagãdi potiùs eligant, quàm regularibus diſciplinis ſubiacere.

CAP. XXIIII.

DE raptoribus etem̃ viduarũ ac virginũ dignum duximus, vt ab vniuerſis comitibus omni niſu inueſtigentur, & inuẽti, condigna inuectione ex authoritate imperiali caſtigẽtur, vt à tam illicita præſumptionis audacia ipſi coërceantur, & cæteri hoc admittere volentes terreantur.

CAP. XXV.

SI hæc omnia debito dignoque ordine impleantur, opitulante ſuperna gratia, honeſtatem ornatumque Eccleſię adimplere credimus. Qui enim Eccleſiæ in vna atq; indiſcreta Chriſti fide ac dilectione concorditer ad cæleſtia tendens populus dicitur, neceſſè eſt vt prædicatorum benè viuẽdi ac docendi inſtantia, & auditorum obediendi atque exiſtendi inſiſtentia perornetur. Hic verò ornatus fieri vllatenùs nequit, niſì vniuſcuiuſque officium propriè conſeruetur, immò peragatur. Conſtat autem eam peregrinantem duabus (vt dictum eſt) præſentialiter perſonis gubernari, ſacerdotali ſcilicet ac regali, quatenùs authoritate Epiſcopali atque Imperiali cenſura, intrinſecùs & extrinſecùs circũſepta, liberiùs modum proprium valeat conſeruare. Proindè cùm liqueat nos plurimùm ac multifariè exorbitâſſe, atque à miniſterio noſtro non minimè exceſſiſſe, in hoc ſummoperè integritatem, ſynceritatemq; cernimus eſſe cõcuſſam, quòd filiorum veſtrorum defectio atque improbitas, ſed & quorundam procerum peruerſitas atq; infidelitas, in inauditum à ſeculis facin⁹ excreuiſſe cognoſcitur. Quæ omnia nullo modo integra & ad neceſſarium dignumque finem perduci poſſe nobis videntur, niſì miſerante Domino, imperiali poteſtate, paterna hæreditate, immò vigore ſynceriter reſtituta, honor ſanctæ Dei Eccleſię integerrimè reparetur, & Epiſcopalis authoritas proprio, immò à Chriſto Domino ſibi commiſſo officio, denuò ſoluatur. Meminimus enim, in pręteritis conuentibus nonnulla Capitula ab epiſcopis veſtra admonitione fuiſſe tractata atque ſtatuta, pro neceſſitate & communi ſalute vtrorunque ordinum, Eccleſiaſticorum videlicet atque ſecularium: ſed neſcimus, quibus impediẽtibus obſtaculis quaſi obliuioni tradita. Ideoque affectu deuoto, ſupplici admonitione admonemus, & admonendo precamur, nè iſta, quæ nunc, licèt perpauca, prælibauimus ad ſtatum ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſimili modo obliuiõi tradautur, ſed pro ſpeculo ab omnibus inconuulſa habeantur atque conſeruentur.

Lotharius & Pipinus filij Ludouici in patrẽ cõiurarunt. Vide Paulum Aemilium.

Verùm quòd nos, ſi hæc vobis cęlitùs attributa non fuiſſent, cum temporali periculo propter authoritatem miniſterij noſtri vos ad ea peragenda admonere, immò admonendo exigere à vobis quoquo modo debueramus, vos econtrà propter diuinum amorem & honorem, & admonendo nos ad potiora prouocatis, & piam opportunamque nobis * ferre deuotiſſimè curatis. Proindè humilibus precibus ſpecialiter pietati veſtræ ſuggerimus, vt bonum quod cœpiſtis, Deo opitulante, indeſinenter perficere nè grauemini, & in adimplendis operib⁹ iuſtitiæ ac pietatis & miſericordiæ nullatenùs deficiatis, quoniam non inchoantibus, ſed perſeuerantibus præmium æternæ vitæ datur, & iuxta veritatis vocem: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

Authoritas epiſcopalis etiàm in Imperatorem.

*videẽ deeſſe, opem

Matth. 10. & 24.

SYNODVS MOGVNTINA, SVB LVDOVICO REGE HABITA,

præſidente Rabano Moguntinæ ſedis archiepiſcopo.

DOmino ſereniſſimo, & Chriſtianiſſimo regi Ludouico, veræ religionis ſtrenuiſſimo rectori, ac defenſori ſanctę Dei Eccleſiæ, vnà cũ vxore & prole ſua, eiusque fidelibus, vita & ſalus, honor & benedictio, cum victoria ſinè fine manſura.

Digniſſimæ reuerentiæ veſtræ patefecimus nos humilimi famuli veſtri, Rabanus videlicet Moguntiacenſis eccleſię indignus archiepiſcopus, cum coëpiſcopis meis, qui ad prædictæ eccleſiæ diœceſim pertinent: hoc eſt, Samuele, Egorbaldo, Baturato, Hebone, Gorbrahto, Hemmone, Vualtgario, Anſgario, Otgario, Lantone, Salomone & Gebehardo, cum reliquis collegis noſtris chorepiſcopis, abbatibus, monachis, presbyteris, & cæteris eccleſiaſticis ordinibus: quia vénimus ſecũdùm iuſſionem veſtram in ciuitatem Moguntiam, ibique pariter adunati, poſt triduanum ieiunium, quod cum litanijs celebrauimus, diuinam ſuppliciter poſtulantes clementiam, quatenùs ſancta gratia ſua conuentum & actionem ipſius Synodi ſibi acceptabilem facere dignaretur, & Chriſtiano populo proficientem ad ſalutem & vitam perpetuam, vobiſque ad

ad æternum honorem & glorium. Vbi etiàm decreuimꝰ, vt ſingulis parochijs per epiſcopos & clericos, ꝑ abbates & monachos oratio pro vobis, & pro veſtra coniuge, ſimul prole nobiliſſima fieret: (Cuius orationis ſumma eſt, Miſſarum tria millia & quingenta, & pſalteriorum mille ſeptingenta) hoc omni deuotione poſtulantes, vt deus omnipotens diuturnam vobis ſanitatem ac proſperitatem concedat, regnumq́; veſtrum diù ſtabiliat ab omni hoſte defenſum in terra, poſtq́ue huius vitæ terminum in regno cæleſti gloriam vobis ſimul cum ſanctis ſuis concedat ſempiternam. Tunc verò conſidentes in clauſtro ſancti Albani martyris, ſecundùm morem illum, quo priſcis temporibus ſub Carolo Imperatore Hildebaldus & Richolphus cum cæteris epiſcopis & abbatibus illuc conuenientibus fecerũt, cœpimus in dei nomine communi conſenſu & voluntate tractare pariter de ſtatu veræ religionis, atque vtilitate & profectu Chriſtianæ plebis. Conuénit inter nos, de noſtro communi collegio clericorum atque monachorum duas facere turmas, ſicut & fecimus: ità vt in vna turma conſidérent epiſcopi cum quibuſdam notarijs, legentes atque perſcrutantes ſanctum Euangelium, necnon epiſtolas & actus apoſtolorum, canones quoquè ac diuerſa ſanctorum patrum opuſcula, cum cæteris ſacris dogmatibus, diligenti ſtudio perquirendo, quibus modis ſtatum Eccleſiæ DEI, & Chriſtianæ plebis profectum ſana doctrina & exemplis iuſtitiæ inconuulſum, largiente gratia Dei, perficere & conſeruare poſſent: In alia verò turma ſederunt Abbates ac probati monachi, regulam ſancti Benedicti legentes, atque tractantes diligenter, qualiter monachorum vitam in meliorem ſtatum atque augmentum cum Dei gratia perducere poſſent: & vbicunquè per negligentiam atque deſidiam rectorum, regularis ordo dilapſus fuiſſet, rurſùm ſecundùm normã regulæ ſancti Benedicti ad integrũ reſtitueret. His ergò ità diſpoſitis atq; pactis, primò decreuimus vnicuiq; perſonæ vel ſexui cõgruum honorem impendere ſecundùm dictum ſancti Petri, primi paſtoris Eccleſiæ, quo ait: Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deũ timete, regem honorificate. Serui, ſubditi eſtote in omni timore dominis, non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiàm dyſcolis. hæc eſt enim gratia in CHRISTO Ieſu Domino noſtro. Cui paria doctor gentium ad Timotheum diſcipulum ſuum ſcribens, ait: Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis. hoc enim faciens, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt: Seniorem nè increpaueris, ſed obſecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt ſorores in omni caſtitate. Inſuper etiàm congruum eſſe viſum eſt, vt ſacerdotes & eccleſiæ Dei iure legitimo incõuulſo honorarẽtur: de quibus Dominus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos recipit, me recipit: qui autem me recipit, recipit eum qui me miſit. Et Apoſtolus ad Hebræos: Obedite, inquit, præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris. Nam de reuerentia eccleſiarum Dominus ait: Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus. Vndè etiàm legitur in Euangelio, quòd ipſe Dominus cùm veniſſet ad Ieruſalem, & introiſſet in templum, eos, qui negocia terrena & emptiones atque venditiones inlicitas in eodem exercebant, quaſi flagellum de funiculis faciens, omnes indè eiecerit. Pròh dolor, his temporibus nec loca ſancta venerantur, neque miniſtri Dei condignè honorantur: ſed verſa vice, illi, qui honorari debuerant, flagellantur, ſpoliantur, atque diuerſis calumnijs franguntur. Vndè neceſſitas magna nos coëgit pro hac re ad vos reclamare, & petere, vt, ſicut apud anteceſſores veſtros reges atque Imperatores, qui ante vos fuerunt, honorem ſancta Dei Eccleſia habuit, & ꝑ immunitatẽ eorũ poſſeſſiões eccleſiaſticę incõuulſę pſtiterunt, manentesque in eis ſemper inlæſi perſeuerauerunt: ità apud vos modernis temporibus incontaminatę permaneant. Zelo enim dei oportet vos defendere eccleſias Chriſti, qui vobis regnum in terra & dominationẽ tribuit, vt per nullius ſuggeſtiones iniquas, veſtram conceſſionem, quam in eleemoſynam veſtram eccleſijs Chriſti contuliſtis, ſinatis permutari. Quia inhoneſtum eſt, vt hoc, quod non ſolùm Chriſtianis temporibus à Chriſtianis Imperatoribus, ſed etiàm à paganis regibus tempore gentilitatis ad honorem Dei collatum eſt, veſtris temporibus in veſtro regno permutetur. Nam legimus apud Eſdram, quòd Artaxerxes rex Eſdræ ſcribæ legis DEI, per epiſtolam mandauerit, ità dicens: Ego Artaxerxes rex ſtatui atque decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicæ, qui ſunt trãs flumẽ, vt quodcunque petierit à vobis Edras ſacerdos ſcriba legis Dei cæli, quod ad ritum DEI cæli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cæli, nè fortè iraſcatur cõtra regnum regis & filiorum eius. Vobis quoquè notum facimus de vniuerſis ſacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, nathinæis, & miniſtris domũs DEI huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Tu autem Eſdra ſecundùm ſapientiã Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue iudices & præſides, vt iudicent omni populo, qui eſt trans flumen, his videlicet, qui nouerunt legem DEI tui, ſed & imperitos docete liberè.

Preces pro Imperatore Ludouico.

Clauſtrũ S. Albani, hodiè collegium canonicorum.

1. Pet. 2.

1. Tim. 4.

Et omnis, qui non fecerit legem Dei

Dei tui, & legem Regis diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in condemnationem ſubſtantiæ eius, ſiue in carcerem. De Chriſtianis verò regibus, & Imperatoribus non neceſſè eſt aliqua exempla ponere: cùm omnes, qui rectæ fidei & ſani dogmatis fuerint, à Conſtantino Imperatore, qui primus Imperatorum Chriſtianam religionem defendere, atque honorem eccleſiarum DEI amplificare cœpit, vſque ad vos ſemper in hoc ſtudio ſolerter laborauerint, vt Eccleſia DEI pacem & tranquillitatem haberet, quatenùs cultus DEI incontaminatus foret, & ſerui eius ſinè impedimento DEO delectabiliter deſeruirent. Qualis autem vindicta illis, qui contra mandata DEI, & contra iuſſionem veſtram Eccleſiæ CHRISTI per auaritiam moleſtiam inferunt, conueniat, in ſequentibus per ſanctorum patrum canones, & per doctrinam diuinarum ſcripturarum congruo loco demonſtrabimus. Nõ enim formidamus, iuxta exemplum Domini ſaluatoris, corruptoribus templi DEI, & contaminatoribus ſacrorum locorum, iudicium congruum inferre: quia ſi illi à CHRISTO Domino eiecti ſunt foràs de domo DEI, qui per cupiditatem terrenam violabant ſanctum locum: non eſt iniquum inſolentibus & ſe corrigere nolentibus canonicum inferre iudicium, vt ſentiant correpti, quod antè noluerunt ſentire leniter admoniti. Deus omnipotens vos in ſua iuſtitia confortet, & inlæſum ab omni hoſte protegat.

CAP. I.

De fide catholica.

INitium actionis noſtræ de fide eſſe decreuimus, quæ bonorum eſt omnium fundamentum, & quanuis ſinè fide, vt dicit Apoſtolus, impoſſibile ſit placere Deo, fides tamen indiget opere, quia fides ſinè operibus mortua eſt. Ideò beatus Gregorius, Ille, inquit, verè credit, q exercet operando, quod credit. Quapropter de fide noſtra omnes omninò Chriſtianos alterutrùm inter ſe iugiter admonere & docere oportet: maximè tamen Domini ſacerdotes in eo certamine laborare decet, vt firmiter ab omnibus teneatur.

CAP. II.

De dogmate eccleſiaſtico.

CVm igitur omnia concilia canonum qui recipiuntur, ſint à ſacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea ſit eis viuendum & prædicandum: neceſſariũ duximus, vt ea quæ ad fidem pertinẽt, & vbi de extirpandis vitijs, & plantandis virtutibus ſcribitur, hoc ab eis crebrò legatur, & benè intelligatur, vt in populo prædicetur. Et quilibet Epiſcopus * homilias continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubiecti eruditur: id eſt, de fide catholica, prout capere poſſint: de perpetua retributione bonorum, & ęterna damnatione malorum, de reſurrectione quoquè futura & vltimo iudicio, & quibus operibus poſſit promereri beata vita, quibúsve excludi: Et vt eaſdem homilias quiſque apertè transferre ſtudeat in ruſticam Romanam linguam, aut theotiſcam, quò faciliùs cuncti poſſint intelligere quæ dicuntur.

CAP. III.

De ſacramento baptiſmatis.

SAcramẽta itaque baptiſmatis volumus, vt cõcorditer atque vniformiter in ſingulis parochijs ſecundùm Romanum ordinem inter nos celebrentur iugiter, atq; conſeruẽtur: id eſt, Scrutinium ad ordinem baptiſmatis, ſicut in decretis Leonis papæ ſub duobus continetur capitulis. In capitulo 5. Hęc duo tempora, id eſt, Paſcha & Pentecoſte, ad baptizandum à Romano pontifice legitima ſunt præfixa. Item in capitulo 6. Non interdicta licentia, qua in baptiſmo tribuendo quolibet tẽpore periclitantibus ſubuenitur. Et Siricius: In qualibet neceſſitate fuerit opùs ſacri vnda baptiſmatis, omni volumus celeritate ſuccurri. Debent igitur epiſcopi cum magna diligentia presbyteris ſuis tradere baptiſmi ſacramentum, & quid in eodem renũciandum, qd́ve credendum ſit. Renunciatur enim diabolo & operibus eius. Opera verò diaboli, opera carnis eſſe intelliguntur: quæ ſunt, homicidia, fornicationes, adulteria, ebrietates, & multa alia his ſimilia, quę diabolico inſtinctu priùs cogitatione mentis cõcipiuntur, quàm opere perpetrentur. Pompæ verò eiuſdem ſunt, ſuperbia, iactantia, elatio, vana gloria, faſtus, & alia quàm plurima, quæ ex his orivi videntur.

Epiſtola 4.

Epiſtola. 1. ad Himeriũ Tarraconeũ epiſcopum.

Opera ſatanæ.

Pompæ ſatanæ.

CAP. IIII.

De pace & concordia.

SAnè opùs eſt, vt pax & concordia ſit, atque vnanimitas in populo Chriſtiano, quia vnum Deum patrem habemus in cælis, & vnam matrem Eccleſiam, vnam fidem, vnum baptiſma: ideò in vna pace & vnanimitate concorditer viuere debemus, ſi ad vnam & veram hæreditatem regni cæleſtis cupimus peruenire: Quia non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis, vt ipſe ait. Igitur ſi inter omnes fideles pax & concordia habenda eſt, dicente Apoſtolo: Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſinè qua nemo videbit DEVM: multò magis inter epiſcopos & comites eſſe debet, qui poſt imperialis apicis dignitatem populum Dei regũt. Ità eũ inter ſe cõcordare debẽt, vt alterutrùm ſibi ad Dei ſeruitiũ pagendũ & miniſteriũ ſuũ rectè explendũ, nõ ſolùm non noceãt, quin potiùs adminiculo ſint.

1. Cor. 14.

Hebr. 12.

CAP. V.

De conspiratione.

SI verò pax & concordia summum inter homines & maximè Christianos bonũ iudicatur, & præmio summo remunerandum, id est, vt eius merito filij DEI vocemur: nónne è contrario discordiæ & dissensionis summum est malum, & summa pœna plectendum? ità vt Sapiens dicat, animam Domini illum detestari, qui inter fratres discordias seminat: atque ideò filius diaboli non immeritò nominetur. Vndè statuimus, atque authoritate Ecclesiastica confirmamus, eos qui contra regem, vel ecclesiasticas dignitates, siue Reipub. potestates, in vnoquoque ordine legitimas dispositiones constitutas, coniurationes & conspirationes rebellionis & repugnantiæ faciunt, à communione & consortio catholicorum veram pacem amantium summouendos, & nisi per pœnitentiam & emendationem paci se Ecclesiasticæ incorporauerint, ab omnibus filijs pacis sanctimus extorres.

Matth. 5.

Prou. 6.

CAP. VI.

De immunitate rerum ecclesiasticarum.

QVisquis fastu superbiæ elatꝰ, domum Dei ducit contemptibilem, & possessiones Deo consecratas, atque ad honorem DEI sub regiæ immunitatis defensione constitutas, inhonestè tractauerit, vel infringere præsumpserit, quasi inuasor & violator domûs DEI excommunicetur. Decet etiàm, vt indignationem ipsius domini regis sentiat, cuius benevolentiæ contemptor, & constitutionis præuaricator extitit. Nihilominùs tamen rex suæ concessionis immunitatem, ab omnibus ditioni suæ subiectis inlæsam conseruari, præcipiat: assensum verò non præbeat improvidè affirmantibus, non debere esse res Dominicas, id est, Domino dominantium deditas, ità sub defensione regis, sicut propriæ suę sunt hereditates: magisque aduertat, quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstantior est diuina causa mortalium possessione. Quocirca decipit, qꝫquis plùs in ꝓprijs q̃ in dominicis rebꝰ gloriat: quarũ diuinarum rerum defensor & custos diuinitùs statutus, diligenti cura non solùm eas seruare, sed etiàm multiplicare debet, magisque illa quæ diximus præstatiora, quàm sua defendere illum oportet & augmentare. Si quis igitur insanus importunitate improbitatis suæ regem à recto proposito auertere tentauerit, nullisque remedijs mitigari posse visus fuerit, licèt obsequijs aliquibus transitorijs sit necessarius, abijciendus ab eo, proijciendusque est, iuxta illud Euangelicum: Si pes, manus, oculúsve tuus scandalizet te, erue illa, & proijce abs te.

Rex defensor rerum ecclesiasticarum.

Matth. 18.

CAP. VII.

De potestate episcoporum super res ecclesiasticas, eorumque conuenientia cum laicis, deque abominandis peruersis præmijs.

VT episcopi potestatem habeãt res ecclesiasticas præuidere, regere, & gubernare atque dispensare secundùm Canonum authoritatem, volumꝰ: & vt laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regẽdas ecclesias, viduas & orphanos defendendos, & vt obedientes sint eis ad eorũ Christianitatẽ seruandam: cõsentientesque sint comites & iudices ꝑsulibus suis ad iustitias faciendas iuxta præcepta diuinę legis, & nullatenùs per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neq; ꝑ periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauet.

CAP. VIII.

De proprietatibus ab episcopis vel presbyteris post ordinationem acquisitis.

IN Concilio Carthaginensi scriptum est, vt presbyteri, diaconi, vel quicunque de clerici, qui nihil habentes ordinantꝰ & tẽpore ꝓpatꝰ vel clericatûs sui agros, vel qcunque prædia suo nomine cõparant, tanquàm rerum Dominicarũ, inuasionis crimine teneantur, nisi admoniti ecclesiæ eadẽ ipsa contulerint: Si autem ipsis proprij aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant indè, quod eorum ꝓposito conuenit. Quòd si à suo proposito retrorsùm exorbitauerint, honore ecclesiastico indigni tanquàm reprobi iudicẽtur. Presbyteri verò non vendant rem ecclesiæ, vbi sunt constituti, nescientibꝰ epis suis, non habẽtes necessitatẽ. Nec epo liceat matricis ecclesiæ rem tituli sui nomine vsurpare.

Conc. Carthag. 4. can. 36.

CAP. IX.

De manumissionibus.

IN Concilio Carthaginensi ità continetur: De manumissionibꝰ in Ecclesia celebrãdis, si id nostri cõsacerdotes per Italiã facere reperiunt, nostræ etiàm erit fiduciæ istorũ ordinẽ sequi, data planè licentia misso legato, vt qcunq; digna fide, ꝓ statu ecclesię & salute animarũ agere potuerint, nos sciãt laudabiliter in conspectu Dñi accepturos.

Conc. Aphric. can. 34.

CAP. X.

De decimis dandis, & in 4 portiones diuidendis.

VOlumus vt decimæ, quæ singulis dantur ecclesijs, per consulta episcoporum à presbyteris ad vsus ecclesiæ & pauperum, summa diligentia dispẽsentur. quatuor autẽ tam de redditibus, quàm de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesię facultas admittit, sicut dudùm rationabiliter est decretum, cõuenit fieri portiones: quarum sit vna pontificis, altera clericorũ, pauperũ tertia, quarta ecclesię fabricis applicãda iuxta cõstitutionem apiscopalẽ. Admonendũ tamẽ est, vt decima Deo omnìnò dari non negligaꝫ, quã Deus ipse dari sibi cõstituit

tuit, quia timendum est, si quis Deo suum debitum abstrahit, nè fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

CAP. XI.

Vt antiquæ ecclesiæ habeant priuilegia sua.

ECclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec alijs possessionibus pro nouis oratorijs sinè consensu & consilio episcopali priuentur.

CAP XII.

Ne presbyteri sinè consensu Episcoporum per ecclesias constituantur, vel ab his recipiantur.

QVicunque presbyter per precium ecclesiã fuerit adeptus, omnimodò deponatur: quòd cõtra ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dinoscitur, qui aliũ presbyterũ legitimè ad ecclesiam ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicauerit: quod vitiũ latè diffusum, summo studio emendandũ est. Itemq; interdicendum videtur clericis, siue laicis, nè quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam, sinè licentia & consensu episcopi sui.

CAP. XIII.

De clericorum vita, siue monachorum.

PRouidendum necessariò est vnicuique episcopo, qualiter canonici viuere debeant, necnon & monachi, vt secundùm ordinem regularem viuere studeant, vt ait Apostolus: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat: & vt à negocijs secularibus omninò abstineant. Multa sunt enim negocia secularia, de his tamen pauca perstrinximus: ad quæ pertinet omnis libido, non solùm immunditia carnis, sed etiàm in omni carnali concupiscẽtia, quicquid plùs iusto appetit homo, turpe lucrũ, munera iniusta accipere, vel etiàm dare pro aliquo seculari, cum quęstu precio aliquem conducere: contentiones & lites, vel rixas amare, in placitis secularibus disputare, excepta defensione orphanorum aut viduarum: conductores aut procuratores esse secularium rerum, turpis verbi, vel facti ioculatorem esse, vel iocum secularem diligere, aleas amare: ornamentum inconueniens ꝓposito suo quęrere: in delicijs viuere velle, gulam & ebrietatem sequi: pondera iniusta vel mensuras habere, negocium iniustum exercere, (Nec tamen iustum negocium est interdicendum propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos Apostolos negociatos esse, & in regula sancti Benedicti ꝑcipitur præuidere, per quorum manus negocium monasterij transeat) canes & aues seq; ad venandũ, in comessationibꝰ & vinolentijs nimijs incumbere, supfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere. Quæ omnia ministris altaris interdicimus, hortantes eos seruare illud Apostolicum, Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus: Considerare quoquè sententiam Domini, dicentis: Attendite nè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate: moderare cibum & potum, vt, iuxta Apostolum, sobrij sint, parati ad seruitium Domini, ante se ioca secularia vel turpia fieri non permittere, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habere, & lectionem diuinam ibidèm audire, & sumere cibum cum benedictione & laude Domini, secundùm Apostolum, dicentem: Siue manducetis, siue bibatis, omnia in laudem Dei facite.

Negocia secularia quæ fiat.

1. Cor. 7.

2. Tim. 2.

Luc. 21.

1. Tim. 3.

1. Cor. 10.

CAP. XIIII.

De voto monachorum.

NVllus monachorum aliquid proprietatis habeat, & res seculares, quibus renunciauit, nullatenùs sibi vsurpet, nec parochias ecclesiarum accipere præsumat sinè consensu episcopi. De ipsis verè titulis, in quibus constituti fuerint, rationem episcopo vel eius vicario reddant, & conuocati ad Synodum veniant.

CAP. XV.

De clericis comam nutrientibus.

IN decretis Gregorij Papæ scriptum est: Si quis ex clericis laxauerit comam, anathema. Vndè sancimus, vt huiusmodi coërceantur ad pristinum statum reuerti.

CAP. XVI.

De vita sanctimonialium.

ABbatissa, quæ in ciuitate monasterium habet, nequaquàm de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi fortè regali iussione cogatur. Et siquandò foràs pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam & vigilantiam habeat, vt nulla eis detur peccandi licentia, siue occasio. Sed & cùm pergit, in monasterio talem in vice sua constituere debet, quæ de sanctimonialium animabus curam & vigilantiam gerat. Habeat etiàm abbatissa studium in ædificando ea, quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, & in restaurando. Sanctimoniales verò in monasterio constitutæ, habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmorum celebratione siue oratione, & Horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completorium pariter celebrent, & omnes, excepta quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad conlationem veni-

Horæ Canonicæ.

ant,& vt cætera ſeruent, quæ in regula ſanctimonialium continentur,& quę à ſanctis patribus illic conſtituta ſunt.

CAP. XVII.

De pauperibus non opprimendis.

MOnemus regiam pietatē de oppreſſione pauperum liberorum, vt non à potentioribus per aliquod malum ingenium contra iuſtitiam opprimantur, vel cogantur vt res ſuas vendant, ſiue tradant, nè fortè parentes eorum contra iuſtitiam fiant exhæredati, & regale obſequium minuatur, & ipſi propter indigentiam mendici, vel latrones, ſeu malefactores efficiantur, & vt ſępiùs non fiant * manniti ad placita, niſì ſicut in dominico capitulari olìm facto præcipitur.

* id eſt, viritìm vocati

CAP. XVIII.

De rebus pauperum per malam occaſionem non emendis.

PRopter prouiſiones pauperum, quorum curam habere debemus, placuit nobis, vt nec epiſcopi, nec abbates, nec comites, nec vicarij, nec iudices, nullusque omninò ſub mala occaſione, vel malo ingenio, res pauperum vel minùs potentium emere aut tollere audeat: Sed quiſquis ex eis aliquid comparare voluerit, in publico placito, coram idoneis teſtibus, & cum ratione hoc faciat: Vbicunquè autem aliter inuentum fuerit factum, hoc omninò emendari per regiam conuenit iuſſionem.

CAP. XIX.

De his, qui ad ſubuertendam iuſtitiā munera accipiunt.

QVi verò ad ſubuertendam iuſtitiam à duobus munera accipiunt, hoc eſt, ab eo qui quod ſibi iniuſtè ablatum eſt, iuſtè requirit, & ab eo qui eadem iniuſtè inuaſit, admonendi ſunt, & fortiter increpandi, nè regnum Chriſti, quod omnibus iuſtè facientibus patet, ſibi ſinè vlla retractione ſecludant.

CAP. XX.

De parricidis.

PArricidium autem quàm ſit deteſtabile crimen, in iudicio facto inter Cain & Abel fratrem ſuum, Dominus oſtendit ipſe, cùm ad Cain parricidam ait: Maledict⁹ eris Gen. 4.
ſuper terrā, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua: cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & profugus eris ſuper terram. In quo etiàm poſuit ſignum, hoc eſt, vt tremens & gemens profugus ſemper viueret, nec auderet ſedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidę profugi currunt per diuerſa, & varijs vitijs atque gulæ inlecebris deſeruiunt, melius nobis videtur, vt in vno loco manentes, pœnitentia diſtricta ſemetipſos caſtigent, ſi fortè à Domini bonitate indulgentiam facinoris ſui percipere mereantur. Non enim eis licebit vltrà militiæ cingulum ſumere, & nuptijs vel coniugijs copulari, quia ſacri canones hoc eis non conſentiunt.

CAP. XXI.

De mulieribus, quæ partus ſuos necant.

DE mulieribus quæ fornicātur, & partus ſuos necant, vel quæ agunt ſecum, vt vtero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio vſque ad exitum vitæ eas ab Eccleſia remouet: humaniùs autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus ſecundùm præfixos gradus pœnitentiæ largiatur. Item in concilio Eliberitano cap. lxiij. ſcriptum eſt de his, quæ filios ex adulterio necant: Si qua per adulterium conceperit, idque poſt facinus occíderit, placuit * vix in fine ei dandam eſſe communionem, eô quòd geminauerit ſcelus. Iem in cōcilio Ilerdenſi cap. 2. ſcriptum eſt: * *Quæ abortiuum faciunt, vel natos ſuos extinguunt.*: Hi verò, qui malè conceptos ex adulterio fœtus, vel editos necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliſerint, in vtroque ſexu adulteris, poſt ſeptem annorum pœnitentiæ curricula communio tribuatur, ità tamen, vt omni tempore vitæ ſuæ fletibus & humilitati inſiſtant.

Eſt Canon 21. Concil. Ancyrani.

* ei necin

* Qui

CAP. XXII.

De homicidis.

IN Concilio Neocęſareenſi cap. 21. de homicidis ità ſcriptum eſt: Qui voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant, perfectionem verò circa vitæ exitum conſequantur. In concilio verò Agathenſi, cap. 37. de homicidis & falſis teſtibus ità legitur: Itaque cenſuimus, homicidas & falſos teſtes à communione Eccleſiaſtica ſubmouendos, niſì pœnitentiæ ſatisfactione crimina admiſſa diluerint. Item in concilio Agathenſi cap. 72. ſcriptum eſt de his, qui ſeruos extra iudices necant: Si quis ſeruum proprium ſinè conſcientia iudicis occíderit, excommunicatione vel pœnitentia biennij reatum ſanguinis emundabit. Item in concilio Eliberitano cap. 5. ſcriptum eſt *de domina, quæ per zelum ancillam ſuam occíderit.* Si qua fœmina furore zeli accenſa, flagellis verberauerit ancillam ſuam, ità vt intra tertiū diem animam cum cruciatu effundat, eô quòd incertum ſit, voluntate, an caſu occíderit: ſi voluntate, poſt 7. annum: ſi caſu, per quinquennij tempora acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd ſi verò intra tempora conſtituta, fuerit infirmata, accipiat communionem.

CAP. XXIII.

De homicidijs non ſpontè commiſsis.

IN Concilio Ancyrano cap. xxij. ſcriptū eſt: De homicidijs nō ſpontè commiſſis, prior quidem definitio poſt ſeptēnem pœnitentiam perfectionem conſequi pręcepit: ſecunda verò, quinquēnij tempus explere.

CAP. XXIIII.

De occiſis presbyteris in gradu poſitis.

QVi presbyterum occídit, xij. annorū eì pœnitentia ſecundùm ſtatuta priorum imponatur: aut ſi negauerit, ſi liber eſt, cum xij iuret: Si autem ſeruus, per xij. vomeres feruentes ſe purget. Conuictus verò noxæ, vſque ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulum deponat, & vxorem amittat.

CAP. XXV.

De presbyteris poſt degradationem occiſis.

NVnciatum eſt nobis, quòd aliqui qui olìm dixerunt ſe fuiſſe ſacerdotes, & poſteà degradati pro ſuis peccatis, pœnitētiam agendo ſuffragia ſanctorum per diuerſa loca tranſeūtes quæſiērūt, trucidati ſunt. Huiuſcemodi interfectoribus omnem eccleſiaſticā communionem denegamus, donèc dignam pœnitentiam pro reatu ſuo ſecundùm iudicium epiſcoporum exoluant.

CAP. XXVI.

De infirmis in periculo mortis conſtitutis.

AB infirmis in mortis periculo poſitis, per presbyteros pura inquirenda eſt confeſſio, non tamen illis imponēda quantitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda: & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudijs, pondus pœnitentiæ ſubleuandum: vt ſi fortè migrauerint, nè obligati excommunicatione, alieni ex cōſortio * benè fiāt: à quo periculo ſi diuinitùs erepti conualuērint, pœnitentiæ modum à ſuo confeſſore impoſitum diligenter obſeruent. Et ideò ſecundùm canonicam authoritatem, nè illis ianua pietatis clauſa videatur, orationibus & conſolationibus Eccleſiaſticis ſacra cum vnctione DEI animati, ſecundùm ſtatuta ſanctorum patrum communione viatici reficiantur.

* bonorū

CAP. XXVII.

De his, qui ſuſpenduntur in patibulis.

QVęſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis ſuſpendūtur pro ſuis ſceleribus poſt confeſſionem Deo peractam, vtrùm cadauera illorum ad eccleſias deferenda ſint, & oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ, an non. Quibus reſpondimus: Si omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine ſecundùm canonicum iuſſum danda eſt, cur non eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim: Non Naum. 1. iuxta 70.
vindicat Deus bìs in idipſum. Nam ipſe Dominus ait, In quocunque die conuerſus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur ei. & iterùm: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Salutem ergò homini adimit, quiſquis mortis tempore pœnitentiam denegat: & deſperat de clementia DEI, qui eam ad ſubueniendum morienti ſufficere vel in momento poſſe nō credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dexteram pendens, ſi illum vnius Luc. 23.
horæ pœnitentia non iuuiſſet: Cùm eſſet in pœna, pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem, habitaculum paradiſi, Deo promittente, promeruit. Vera ergò ad DEVM conuerſio in vltimis poſitorum, mente potiùs eſt æſtimanda, quàm tempore, propheta hoc taliter aſſerente: Cùm conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Eze. 18. & 33.

Eze. 18. & 33.

CAP. XXVIII.

De inceſtuoſis.

VT epiſcopi inceſtuoſos penitùs inueſtigare ſtudeant, omninò decreuimus: qui ſi pœnitere noluerint, de Eccleſia expellantur, donèc ad pœnitentiam reuertantur. Quòd ſi ſacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſtinis perdurare criminibus, oportet eos per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam praua conſuetudine coērceri.

CAP. XXIX.

De damnatis nuptijs.

SI quis viduam vxorem duxerit. & poſteà cum filiaſtra ſua fornicatus fuerit, ſeu duabus ſororibus nupſerit, aut ſi qua duobus fratribus nupſerit, ſeu cum patre & filio: item ſi quis relictam fratris, quæ penè priùs ſoror extiterat, carnali coniunctione violauerit: ſi quis neptem in coniugium acceperit, ſi quis nouercam aut nurum ſuam duxerit: Si quis conſobrinæ ſuæ impudicè ſe ſociauerit, vel relictæ ſiue filiæ auunculi, aut patris filiæ, vel priuignæ ſuæ concubitu pollutus, vel huiuſcemodi coniunctionis attactu maculatus fuerit: eos diſiungi & vlteriùs nunquàm coniugio copulari, ſed ſub magna diſtrictione fieri volumus.

CAP. XXX.

Quota generatione coniugia copulari debeant.

COntradicimus quoquè, vt in quarta generatione nullus ampliùs coniugio copuletur: vbì autem poſt interdictum factum inuentum fuerit, ſeparetur. Sanè eadē quæ in viri, hæc nimirùm in vxoris parētela

de legenuptiarum regula custodienda est. quia ergò cõstat eos duos esse, in carne vna, communis illis vtrinquè parentela esse credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne vna. Gen. 2. Matth. 19

CAP. XXXI.

De modo dandæ pœnitentiæ.

MOdus tempusq; pœnitentiæ peccata sua cõfitentibus, aut per antiquorũ canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum authoritatem, aut per Ecclesiasticam consuetudinem imponi debet à sacerdotibus. Nam qui pro peccatis grauibus leues quosdam & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt puluillos, secundùm propheticum sermonem, sub omni cubito manûs, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas. Sed discretio seruanda est inter pœnitentes, qui publicè, & qui absconsè pœnitere debeant. Nam qui publicè peccat, oportet vt publica mulctetur pœnitentia, & secundùm ordinẽ canonum pro merito suo & excommunicetur, & reconcilietur. Pœnitentes verò tam expletionem constituti temporis, quàm facinoris remissionem desiderent, nec eis sufficiat, si à quarundam rerum perceptionib' abstineant, ni se etiàm à noxijs delectationibus subtrahant: declinantes autem à malo, faciant bonum, inquirant pacem, acsequantur illam. Multa quidem alia per diuersas quæstiones coram nobis allata sunt: sed pro breuitate temporis in præsenti concilio omnibus respondere, & ea absoluere non potuimus. Hæc verò quæ vobis transmissa sunt, petimꝰ, vt vestra authoritate firmentur: & si quis aduersarius illis existere voluerit, prævalere non permittatur. Dei enim cooperatores vos esse debetis, & adiutores sanctæ eius Ecclesiæ, quatenùs religio Christiana incontaminata temporibus regni vestri vsq; in finem seruetur. Ezech. 13. Pſal. 33

F. LAVRENTIVS SVRIVS
CANDIDO LECTORI.

*HAbes hîc, Candide lector, Synodum sub Rabano archiepiscopo Moguntiæ celebratam, hactenùs non excusam. Esset verò sub illo alia etiàm acta Synodus longè hac celebrior, quã libẽter cõmunicãssemus, si eius nobis copia facta fuisset. Meminit eius D. Ioannes Abbas Tritthemius in Chronico monasterij Hirsaugiensis, his verbis: Rabanus archiepiscopus Moguntinus, iussu Lotharij Imperatoris Synodum apud Moguntiam episcoporum & abbatum conuocauit anno Domini 848. Indictione 11. in qua hæreticum quendam nomine Godscalcum presbyterum condemnauit, & multa ad decorem & vtilitatem Ecclesiasticam constituit. Fuerũt inter alios ibi præsentes celeberrimi viri episcopi, *Hecti archiepiscopus Treuirẽn, Hildeboldus archiepiscopus Colonien, Altfridus episcopus Hildesheimensis, Haymo episcopus Halberstatensis, Ludericus episcopus Bremẽn, Lintbertus primus iste abbas S. Aurelij Hirsaugiẽn, Vualdo abbas Fuldẽn, Einhardus abbas Selgẽstetẽn, Brunuuart abbas Hirsfeldẽn, Bertolphus episcopus *Mediolacensis, Aduentitius abbas Metensis, postea ibidèm episcopus, Radulphus abbas S. Medardi Suessionensis, postea Bituricensis archiepiscopus: & alij multi episcopi, abbates & monachi, inter quos complures erant vita & doctrina famosissimi. Hæc ille.*

*Hetto

AQVENSIS SEV AQVISGRANENSIS SYNODI SVB REGE PIPINO LVDOVICI filio habitæ, libri tres.

TITVLI CAPITVLORVM PRIMI LIBRI AQVISgranensis sub Pipino concilij.

1 Quòd Deus nullum peccatum inultũ dimittit.

2 Cur Deus quædam peccata in hoc seculo iudicat, quædam in futuro iudicanda reseruat.

3 Contra eos qui dicunt, nullum esse discrimen, si rebus Deo oblatis in suis vtantur necessitatibus.

4 Quòd omnia terrarum regna & omnia bona terræ Domini sint, & ex suis sibi sua offerantur.

5 Qualiter Dauid rex de ædificanda domo Domini, Salomonem filium suum instruxerit.

6 De impensis, quas Dauid ad domum Domini construendam præparauit.

7 De diuersis donarijs, quæ in templo Domini consecrauit.

8 Quòd iuxta verba Dauid, peregrini sumus & aduenæ in hac peregrinatione.

9 Quòd nemo quicquam offerre valet, nisi quod de manu Dei accepit.

10 Quòd nemo de iniustè acquisitis Deo gratum quid offerre valet.

11 Qualiter origo & religio Deo offerẽdarum rerum, inchoauerit.

12 Qualiter apostoli post resurrectionẽ Christi,

Christi, tam in Oriẽte quàm in Occidente, ecclesias fundauerint.

13 Quòd memorata origo & religio, primùm sinè altari ab Abel cœperit iusto.

14 Quòd Noë & altare Domino ędificauerit, & holocausta super illud obtulerit.

15 Quid benedictionis Noë pro eo, quòd altare Domino ædificauit, & desupèr holocausta obtulit, consecutus sit.

16 Quid promissionis, quísdve benedictionis Abrahã pro eo q; Deo credidit, eiq; diuersa altaria erexit, consequi meruerit.

17 Quòd facta Abrahæ non imitãtur hi, qui ea, vndè Deo in altaribus suis famulandum est, auferunt.

18 Quòd Abraham propheta, Melchisedech sacerdoti Dei altissimi decimas dederit ex omnibus.

19 Quòd fides & deuotio Abrahæ circa diuinum cultum, intãtùm excreuerit, vt ad filium suum Domino immolandum, paratus fuerit.

20 Quòd imitatores Abrahæ, id est, amatores & exaltatores ac ditatores siue etiàm veneratores diuini cultûs, à Domino & in præsenti seculo tueri & exaltari, & etiàm in futuro mercede æterna mereantur donari.

21 Qualiter Isaac altare Deo ędificauerit, tabernaculumq; extenderit.

22 Quòd in Iacob cultus sanctę religionis amplius augmentatus sit.

23 Quòd Iacob non solùm altaria erexerit, oleũ desupèr fuderit, victimasq; obtulerit: sed & de omnibus, quæ Deus illi dedisset, decimas & hostias se daturum promiserit.

24 Quòd Christiana religio ad instar Iacob, domos in honorem Dei ędificat, ac altaria erigit, eisq; oleum superfudit, ac sacrosancto chrismate ea perungit.

25 Quòd post internecionem Amalech, Moses altare Domino ædificauerit.

26 Quòd post altaria à Mose Domino ædificata, & cætera, quæ ei à Domino iniuncta sunt, peracta, religio diuini cultûs excreuerit.

27 De diuersis donarijs, quę Dominus ad construendum sanctuarium & tabernaculum suum, dari præcepit.

28 Quam expiationem princeps in lege pro reatu suo Domino offerre præcipiatur.

29 Qualiter ignis in altari nutriri iubeẽ.

30 Quid ad sanctuarium Domini pauẽtibus promittatur.

31 Quid aũt ad sanctuarium Domini nõ pauentibus Dominus comminetur.

32 De domibus & agris & hominibꝰ Domino sanctificãdis, & quòd ea quę Domino sanctificantur, ad ius pertineant sacerdotũ.

33 Quid conclusio libri Leuitici innuat. Abhinc ex lib. Numer. & Deuteronomij.

34 De omnibus primitijs, & de his quæ ad sanctuarium Domini offeruntur, quòd ad ius pertineant sacerdotum, necnon & de erectione & dedicatione tabernaculi & altaris, & de his quæ in eadem dedicatione à principibus Domino oblata sunt.

35 Quòd non sit Dominus in ministris suis detrahendus.

36 De partibus prædæ, quam filij Israel ceperãt, sacerdotibus & Leuitis, & tabernaculo Dñi exhibitis. Et q; Dñs in tabernaculo suo proprium ærarium habere voluerit.

37 Quòd vrbes Dominus & suburbana earum Leuitis dari præceperit.

38 De votis Deo reddendis.

CAPITVLORVM TITVLI LIBRI SECVNDI ANtedicti concilij. *Ex lib. Iosuæ.*

1 De Hierichuntinæ vrbis subuersione, & populi Dei propter furtũ Achan peremptióe, & ipsius Achan iusto Dei iudicio horribili internecione.

2 Quòd punito iusto Dei iudicio Achan, populus Israeliticus continuò de hostibus suis triumphare meruerit, & pro eodem triumpho, Iosue altare Domino Deo Israel ędificauerit.

3 De Gabaonitis, quos Iosue tabernaculo Domini mancipauit.

Ex libro Iudicum.

4 Quòd tempore Iudicum cultus diuinus propter peccata populi neglectus, & à quibusdam iudicibus Deo placentibus erectus, & ob id persæpè de hostium dominio populus Dei sit liberatus.

Ex libro Regum.

5 Quid benedictionis Anna pro eo quòd filium suum Domino obtulit, promeruit.

6 Quomodò peccatum, quo in Deum peccatur, sit accipiendum.

7 Quòd ruina Heli sacerdotis, filiorũq; eius, nõ solùm sacerdotibus cultum Dei negligentibus, verùm etiàm patribus & filijs, debitam sibi reuerẽtiam nõ exhibentibus, sit pertimescendum.

8 Quòd sæpè culpa sacerdotum, populi: & populi culpa, ruina extiterit sacerdotum.

9 Quid captoribus arcæ Dei, Deiq; populi cæsoribus prouenerit.

10 Quomodò tempore Samuelis, cultus diuinus per negligẽtiam ministrorum collapsus, & per eius studium, Domino se adiuuante, fuerit erectus, & populus ab idolorũ cultura ad diuinum cultum reuocatus.

11 Quòd obedientia, secundùm verba eiusdẽ Samuelis, præferatur victimis & holocaustis.

12 De reprobatione Saul regis, & electione atque vnctione Dauid regis.

13 Quãta in veneratione idem Dauid arcam Dei habuerit, & cum quãto honore eã in medio tabernaculi posuerit, ibiq; coram Domino holocausta & pacifica obtulerit.

14 Quòd in numeratione populi, idem Dauid Domino peccauerit: & monẽte Gad propheta,

propheta,altare domino cõstruxerit,& oblatis holocaustis & pacificis,non solùm reatûs sui obliterationem,verùm etiàm diuinã repropiciationem,ac populi nancisci meruerit liberationem.

15 Quòd Dauid voluerit ędificare domum Domino,& cur eam ędificare nõ posset,per Nathan prophetam instructus est,iubente Domino.

16 Qualiter Salomon filius Dauid, domum Domini ædificauerit, & cum ingenti gloria dedicauerit,& suis atq; paternis donarijs sublimauerit.

17 Quòd eadem domus ædificata à Salomone,typum gesserit sanctæ Dei Ecclesiæ: & quòd multa bona eiusdem domûs honoratores adepti,multa quoquè eius dehonoratores sint aduersa perpessi.

18 Quòd eadem sacra domus, ab externis gentibus & regibus sit venerata, & multiplicibus donis honorata.

19 Quòd idem templum DEI, propter peccata sacerdotum & regum totiusq; populi,à Chaldæis primùm fuerit destructum & dirutum.

20 De abiectione & humiliatiõe & cum feris habitatione Nabuchodonosor regis, quam propter sacrilegium,quod circa templum Dei commisit,& elationem,qua contra Deum tumuit,perpeti promeruit.

21 De recognitione eiusdem Nabuchodonosor,& Dei in sempiternũ viuentis laudatione & glorificatione.

22 De Balthasar,qui pro eo quòd Deo sacrata vasa,sibi adferri iussit,vt in eis ipse & optimates eius, vxores & concubinæ biberent,eadem nocte regno & vita caruit.

23 De septuagesimo captiuitatis Israelitici populi anno peracto, populo Dei ad ꝓpria reuerso,& ab eis ciuitate & templo cõstructo.

24 De eodẽ templo consecrato,propter peccata sacerdotum & regum totiusq; populi,ab Antiocho prophanissimo rege Grẽcorum rapto,& idolorum sordibus polluto,& de sacratis rebus,quas ab eodem abstulit templo.

25 Quòd idem templũ, expugnatis Antiochi ducibus,Iudas Machabæus purificauerit,& diuersis munerib⁹ ditauerit, Deoq; consecrauerit.

26 De horrenda & inuisibili plaga, quã Antiochus pro eo quòd templum Domini cepit & polluit,& vasa sancta indè abstulit, tormentaq; diuersa populo Dei inflixit, ꝓpessus est.

27 Quæ Menelaum,pro eo,quòd Antiochi regis, ad capiendum & expoliandum templum Domini,ductor & consiliator extitit,pœna consecuta sit.

28 Quid Heliodor⁹ comitesq; ei⁹,ęrariũ (i.templum Dñi)pecunijs Deo oblatis & ab alijs depositis,expoliare tẽtates, ꝓpessi sint.

27 Quòd in locis Deo dicatis, verè sit Dei virtus,eorumq; visitator & adiutor sit Deus, & venientes ad eis malè faciendum, percutiat ac perdat.

30 Quòd Deo oblata, quę vtiquè sanctificata vocantur secundùm verba Iudith, ab his quorum officij non est, nullo modo auferri aut contigi fas sit.

31 Quòd Ozias rex,pro eo quòd sacerdotale ministerium sibi indebitè vsurpauit, lepra mulctari meruit.

CAPITVLORVM TITVLI LIBRI TERTII
præsentis concilij.

1 Quòd Salomon ędificator Iudaici tẽpli,redemptoris nostri: & templũ quod ędificauit,typum gesserit catholicæ Ecclesiæ.

2 Quòd idem rex noster pacificus Christus,Ecclesiã in hoc seculo, quod per septẽ dies euoluitur,constituat:& in futuro,id est, in octauo die,eam dedicaturus sit.

3 Quòd duæ sint confusiones,vna in ꝑsenti,altera in futuro seculo:vna,quę ꝑ pœnitentiam remedium capit:altera,quę ęternam pœnam flebiliter incurrit.

4 Qualiter Ecclesia Christi ab exordio natiuitatis suæ cœperit crescere,dilatari,ac propagari,& fidelium oblationibus munerari.

5 Quòd caput nostrum Christus,oblata fidelium susceptisse non ambigitur.

6 Quòd qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdito comparetur.

7 Quòd idcircò Dominus & redemptor noster loculos habere voluerit,eò quòd Ecclesia ipsius loculos habitura esset.

8 Quòd iuxta beati Hieronymi documentum,qui stipe templi & his quæ conferuntur in vsus ecclesię,abutuntur in alijs rebus quibus expleant suam voluntatẽ, similes sunt scribarum & sacerdotum, redimentium mendacium & sanguinem Saluatoris.

9 De vnguento,quo mulier corpus Domini vnxit.

10 De vidua,duas in gazophylacium stipes mittente,& quid sit gazophylacium.

11 Quid respectio Domini in gazophylacium,significet.

12 Quòd Dominus & redemptor noster, dehonorationem templi sui fieri non velit, factum eius demonstrat,quãdò flagello adhibito,vendentes & emẽtes de tẽplo eiecit.

13 Quòd expositio B.Hieronymi valdè sit terribilis,quã digessit de expulsiõe eiusdem templi, quam Dominus & redemptor noster mirabiliter fecit.

14 Quòd licèt Ecclesia Christi propter peccata nostra diuersis temporibus, diuersisq; modis sæpè sit expugnata,nũquàm tamen à Christo sit deserta.

15 Quid beatus Hieronymus de his,qui possessiunculas ecclesiæ & ea quę in Dei donaria

naria collata sunt,vertunt in lucrum suum, in expositione Sophoniæ prophetæ dicat.

16 Quid idem in expositione eiusdẽ ꝓphetæ sentiat de his,qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia,& elecmosynis ex iniquitate, putant se redimere peccata.

17 Quid idem doctor in expositiõe Esaiæ prophetæ de his, qui plebem sibi subiectam atterunt,& rapina pauperum in domibus eorum est, quãdò ecclesię opibus abuntur in delicias:& publicas stipes, quæ ad sustẽtationem pauperum datæ sunt,vel sibi reseruant,vel filijs distribuunt.

18 Quid significet,quòd Dominus & redemptor noster templum Hierosolymitanum statutis temporibus adiêrit, ibiq; docuerit,signa multa fecerit,& cætera quæ sacra testantur euangelia.

19 Quomodò Ecclesia Christi,post eius passionem & resurrectionem & ad cęlos ascensionem,per apostolos roborata & propagata,atque fidelium oblationibus sit ditata & exornata.

20 Quòd ad prędicationem beati Petri, per Apostolos Ecclesia in Christum cœpit credere,& crescere ac multiplicari, & in exordio suî inchoauerit vota fidelium susciꝑe.

21 Quòd Ananias suaq; vxor, pro eo ꝙ de proprijs rebus quas Deo vouerant,aliqd abstraxerunt vel defraudauerunt, horribili morte mulctati sunt.

22 Quòd Herodes parricida & sceleratissimus rex,(vt cętera eius mala omittãtur) pro eo quòd sacerdotes Domini interemit, eorumq; ministerium & ea quæ ad cultum domûs Domini consecrata erant,surripuit, credatur meruisse & ab angelo percuti, & à vermibus depasci.

23 Quòd Ecclesia Christi per successores apostolorũ,sub orthodoxis Imperatoribus & regibus ac principibus cęterisq; fidelib⁹, sua vota Deo offerẽtibus,in altata sit,ditata ac sublimata.

24 Quòd multa sanctorum patrum Latinorum atq; Grẽcorum documẽta prætermittuntur, quę res Deo dicatas atq; sacratas,impunè auferri non posse testantur.

25 Quòd apertè canones sacri auferendarum rerum ecclesiasticarum inhibeãt audaciam.

26 De duobus capitulis Gangrensis cõcilij,quibus Deo oblata,accipi & dari prohibentur.

In calce huius operis, sit ad dominum regem allocutio sacerdotum humilis atque fidelis.

Finiunt capitulorum tituli.

PRÆFATIO IN CONCILIUM apud Aquasgrani celebratum.

Nclyto, cælestique gratia regio munere insigniter sublimato domino Pipino regi nobilissimo,& per immensum à Deo conseruando, cœtus venerabilium pręsulum & sequentis ordinis religiosorũ sacerdotũ apud Aquasgrani iussu salutifero & ordine prouidẽtissimo pijssimi & orthodoxi genitoris vestri domini nostri Ludouici Cæsaris eximij, ob honorem & decorem sanctæ Dei Ecclesiæ procurandum,& quasdam dignitates ecclesiasticas magna ex parte collapsas atq; fuscatas,ad pristinum statum nitoremq;, Domino opem ferente, reuocandas, synodaliter cõgregatus,ęternæ beatitudinis optans felicitatem. Nos igitur fidelissimi oratores vestri, salutisq; vestræ amatores deuotissimi, misimus celsitudini vestræ per venerabiles fratres Aldricum videlicet Cenomanicę vrbis,& Herchinradum Parisiorum coẽpiscopos nostros,quandam schedulam,quędã ex authoritate ministerij nostri salutaria monita continentem:cui,quia de negocijs,vndè vestram magnitudinẽ admonuimus, testimonia sanctarũ scripturarum,vitantes illius prolixitatẽ,adnectere nequiuimus: vtile necessariumque iudicauimus, vt in hoc opusculo eabreuiter adnotaremus,vestręq; prudentissimæ solertiæ legenda mitterem⁹: vt si fortè quispiam obijcere voluerit, hæc quæ vobis scripsimus,nõ ex authoritate diuina constare, sed potiùs arbitrario cordis nostri,immò cupiditate & quadam adinuẽtione cõmentata esse,his lectis atq; perpensis,euidenter agnoscat,nos quæ Dei sunt,& ad vestram saluationem,hæc & in æternum & ad regni vobis commissi stabilimentum, se autem ea quæ mundi sunt, eiusq; amatores diligunt,& Dei voluntati vsquequaquè contraria existunt,& ad animarum interitũ pertinent,absque dubio loqui.

CAPVT PRIMVM.

SVnt enim nonnulli, qui propterea hæc tam temerè loquuntur,& in barathrum cupiditatum suarum miserabiliter labũtur, eò quòd diuinorum pręceptorum trãsgressores,sanctęq; Dei Ecclesiæ dehonoratores atq; expoliatores,non cõtinuò puniantur: non animaduertentes, neq; animaduertere volentes,quòd Deus nullum peccatum inultum dimissurus sit. Tribus itaque modis peccata mortalium vindicantur: duobus in hac vita,tertio in futura vita. De duobus ità Apostolus inquit:Si nosmetipsos iudicaue- 1 Cor.11.g
rimus,à Domino non iudicabimur. Hęc est vindicta,quam inspirante Deo omnis peccator, pro suis admissis pœnitendo, in seipso vindicat. Quod autem prosecutus idẽ Apostolus infert, Cùm iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo

mundo damnemur: hæc est vindicta, quam omnipotens Deus misericorditer peccatori (Hebr. 12.b; Prou. 3.b) irrogat, iuxta illud: Deus, quem amat, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Tertia aũt extat valdè pertimescenda atq; terribilis, quæ non in hoc, sed in futuro, iustissimo Dei iudicio, fiet seculo, quãdò iustus iudex dicturus est: Discedite à me (Matth. 25.d) maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius.

CAPVT 2.

SI em̃ (vt verbis beati Augustini vtamur) omnipotens Deus omnia mala mortaliũ in hoc seculo iudicâsset, nequaquàm homines malè agentes, diem futuri iudicij pertimescerent. Rursùs, si nulla mortalium ☞ mala in hoc seculo iudicâsset, nõ putaretur res curare humanas. Idcircò quædam iudicat in hoc seculo, vt videatur eius pijssima prouidentia & misericordia gratuita rebus consulere humanis: idcircò quædam non iudicat, sed futuro reseruat iudicio, vt homines de futuro terreantur examine.

CAPVT 3.

SVnt etiàm quidam dignitatem ecclesiasticam non curantes, immò suam cupiditatem explere volentes, sibiq; in Deo oblatis sacratisq; rebus auferendis impunitatem inaniter promittentes, qui contra salutẽ suam hęc temerario, immò perniciosissimo solent dicere ausu: Quid mali, quídve discriminis est, si rebus ecclesiasticis in nostris pro libitu nostro vtimur necessitatibꝰ? Quid curę est Deo sanctisq; eius, ob quorũ amorem & honorem Deo dicuntur oblatę, cùm vtiquè in eorundem sanctorum vsus nihil ex his cedat? Et vbì Deus hæc, quæ ecclesiarum rectores opponunt, iussit sibi offerri, p̃sertim cùm omnia quæ in terris sunt, sua sint, & ille ea ad vsus hominum creauerit? Quorum argumentationi insanissimæ, diuinæq; iniuriæ plenissimæ, prout Dominus annuerit, ex vtriusq; testamenti paginis & sanctorum patrum dictis eximijs, tentabimus respondere.

CAPVT 4.

PRimùm quidem, quòd omnia terrę regna & omnia bona terræ, Domini sunt, & ex suis sua sibi offeruntur, ex verbis Dauid sanctissimi & prophetarum eximij: pòst autem, quòd Deus sua, siue ante legem siue in lege, & ad sanctuarium, & ad templũ sanctum suum iusserit offerri, conabimur demonstrare.

CAPVT 5.

(1.Par. 28.d) LEgitur itaque in libro Paralipomenon: Dixit quoquè Dauid Salomoni filio suo: Viriliter age, & cõfortare, & fac. Nè timeas, neq; paueas. Dominus em̃ Deus meus erit tecum, & non dimittet te neq; derelinquet, donèc perficias omne opus ministerij domûs Domini. Eccè diuisiones sacerdotũ & Leuitarũ adsistunt tibi, & parati sunt tam principes quàm populus, facere omnia pręcepta tua. locutusq; est Dauid rex ad om̃em ecclesiam: Salomonem filium meum vnum (1.Par. 29.a) elegit Deus adhuc puerum & tenerum. opus autem grande est. Neque enim homini pręparatur habitatio, sed Deo.

CAPVT 6.

EGo autem totis viribus meis præparaui impensas domûs Domini Dei mei, aurum in vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, lignum in lignea, lapides onychinos & quasi stibinos & diuersorum colorum, om̃em preciosum lapidem & marmor Parium abundantissimè.

CAPVT 7.

ET super hęc quę obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentũ do in templum Dei mei, exceptis his quę paraui in ædem sanctam, tria millia auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi: Et vbicunquè opùs est, aurum de auro, & argentum de argento, opera fiant per manus artificum. Et si quis spontè offert, (Ibidem) impleat manũ suam hodiè, & offerat quod voluẽrit Domino. Polliciti sunt itaq; principes familiarum & proceres tribuum Israel, tribuni quoquè & centuriones, & principes possessionum regis: dederuntq; in opera domûs Domini auri talenta quinque millia, & solidos decem millia, argenti talẽta decem millia, & æris talenta decẽ & octo millia, ferri quoquè centum millia talentorum. Et apud quemcunque inuenti sunt lapides, dederũt in thesaurum domûs Domini per manum Iahiæ Gersonitis. lætatusq; est populus cùm vota sua spontè promitterent, & corde toto offerebant ea Domino. Sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno, (Ibidem c) & benedixit Domino coram vniuersa multitudine, & ait: Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno in æternum. Tua est Domine magnificẽtia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Cuncta enim quæ in cælo sunt, & quæ in terra, tua sunt: tuum, Domine, regnum: Et tu es super omnes principes: tuæ diuitiæ & tua est gloria, tu dominaris omniũ. Nunc igitur Deus noster, confitemur tibi, & laudamus nomẽ (Ibidem d) tuum inclytum. Quis ego, & quis populus meus, vt possimus tibi hęc vniuersa promittere? Tua sunt om̃ia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.

CAPVT 8.

PEregrini enim sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri: dies nostri quasi vmbra super terrã, & nulla est mora, Domine Deus noster. Omnis hęc copia quã parauimus, vt ædificaretur domus nomini tuo sancto, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio, Deus meus, quòd probes corda, & simplicitatem diligas: vndè & ego in simplicitate cordis mei lętus obtuli vniuersa hęc,

& populum meũ qui repertus est hîc, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre dona- (Ibidem c) ria. Domine Deus Abraham, Isaac & Israel patrum nostrorum, custodi in æternũ hanc voluntatem cordis eorum, & semper in veneratione tuî mens ista permaneat. Eccè q̃bus documentis tanti regis, Deo videlicet (Act. 13.c; Psalm. 88.) pleni, de quo Dñs ait: Inuẽni Dauid virũ secundùm cor meum, & de quo in Psalmo canitur: Inuẽni Dauid seruum meũ, oleo sancto meo vnxi eum, liquidò demõstratur, ꝙ om̃ia quæ in cælis & in terris, Domini sunt.

CAP. 9.

ET quòd nemo Deo quicquam offerre valet, nisì ea quæ de manu eius accipit: & quòd Dominꝰ de his, quæ dedit, sibi preciosa quæq;, suoque nomini sancto sacratis locis offerri non abnuit, immò oblatis delectatur, & oblata auferri nõ patitur. Nam his & alijs diuinarum scripturarum testimonijs luce clariùs extat manifestum, quòd ea, quę Dominus sibi offerri iussit, ad cultum sanctuarij templiq; sui & ad vsum sacerdotum Leuitarumq; omninò cedere voluit. Et sicut in votis spontè offerentium lętatur, ità in non offerentium etiàm quoquo modo tentantiũ *trãsgressoribus periculũ interminatẽ (*ex votis mutatur, &) mortis, sicut in sequentibus demõstrabitur.

CAPVT 10.

NEmo porrò putet, ea quę iniustè acquisiuit, de manu Dei se accepisse, aut q̃cquam ex his Deo gratum offerre posse, cùm (Eccl. 34.d) scriptum sit: Qui offert Deo ex rapina pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Qui ergò ordinatè vult aliq̃d Deo offerre, primùm seipsum offerat, vide- (Rom. 12.) licet (iuxta Apostolum) hostiam viuam, sanctam, Deo placentem. Deindè ex his quæ iustè acquisiuit, id est, quæ de manu Domini Dei accepit, sibi profuturum feliciter fœnus Domino accommodet.

CAPVT 11.

AGgrediamur igitur tãdèm seriem veteris testamenti, & rimando inspiciamus, & inspiciẽdo rimemur, qualiter origo & religio Deo offerendarum rerum, inchoauerit, & qualiter vsq; ad seculum nostrum, per mediatorem Dei & hominũ, Dominum videlicet Iesum Christum redemptorẽ nostrũ, & per eius apostolos, nominis sancti sui prędicatores strenuos, suęq; fidei rudimenta in omnem terram propagantes, eorumq; successores, dilatata & incrementata fuerit.

CAPVT 12.

PEr beatum videlicet Petrum apostolorum principem in Occidentis, per beatum verò Ioannem apostolum & euangelistam in Orientis, id est, in Asiæ partibus, per beatum etiàm Paulum in tota generaliter mundi latitudine fundata, & ex oblationibus fidelium constat ditata atq; honorata. Qualiter autem cęteri coapostoli illorum, in regionibus sibi à Christo Domino ad p̃dicandum cõmissis, Ecclesiam Christi fundauerint, & fidelium donis cõstare fecerint, gesta illorum, quæ in promptu habentur, euidenter testantur: quæ hîc ponere, magnę esset prolixitatis.

CAPVT 13.

MEmorata igitur origo & religio, primùm cœpit sinè altari ab Abel iusto, de quo in libro Geneseos ità legitur: Abel (Gen. 4.a) quoquè obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorũ. Et respexit Dominꝰ ad Abel & ad munera eius, ad Cain verò & ad munera eius nõ respexit. Quibus verbis nõ inconuenienter accipi possunt in persona Abel hi, qui sua sponte, id est, ea quæ de manu Dei acceperunt, Deo creatori suo gratãter offerũt: in persona verò Cain hi, qui malo & inuido animo ex malè acquisitis quicquam Deo offerre gratum putant. Quapropter necesse è est, vt *sanctũ Abel imitetur, & (*factum) factum Cain prorsùs detestetur.

CAPVT 14.

NOë quoquè ingentis cataclysmi periculo, Domino se protegente, liberatus, eoq; iubente de arca egressus, non extra altare, sed iam super altare, ob liberationem suî, holocausta Deo obtulit, sicut in eodem libro Geneseos legitur: Aedificauit autem (Gen. 8.d) Noë altare Domino, & tollens de cũctis pecudibus & volucribus mũdis obtulit holocausta super altare. Odoratusq; est Dominꝰ odorem suauitatis.

CAPVT 15.

PErpendenda sunt hæc verba, quibus dicitur, Odoratusq; est Dominus odorẽ suauitatis. Manifestũ quippe est, & offerentis animum & eadem holocausta Deo vsquequaquè grata extitisse: quoniam nec in offerente, nec in his quę oblata sunt, quicquam Deo odibile ac detestabile creditur extitisse, & propter donum suæ oblationis, continuò benedictionem à Domino eũdem Noë percepisse. Benedixit, inquit, Deus Noæ & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite & multi- (Gen. 9.a) plicamini, & replete terram, & terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & cætera quæ sequuntur. Si enim oblationem Noæ Dominus in odorem suauitatis odoratus est: proculdubiò ablationẽ oblatarũ rerum & detestatur, & detestatus est. Et si p̃ sua oblatione benedictionem à Deo idem Noë promeruit, patet profectò, ꝙ qui Deo oblata sibi subripit, aut alijs distribuit, pro benedictione maledictionem incurrit.

CAPVT 16.

ABraham autem, cuius non natura, sed gratia filij sumus, & in cuius semine, id est, in Christo benedicimur, qui credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam, & qui Domino imperãte, egressus est de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, & vẽnit in terram quam Deus ei demõstra- (Gen. 12.c) uit, cui & Dominus dixit: Faciam te in gen-

tem magnam, & magnificabo nomē tuum,
erisq́; benedictus: benedicam benedicenti-
bus tibi, & maledicam maledicentibus tibi,
atque in te benedicentur vniuersæ cognati-
Ibidèm b ones terræ. Cui etiàm rursùs apparés, dixit:
Semini tuo dabo terram hanc. Qui ędifica-
uit altare Domino, q apparuerat ei: Et ipse
Ibidèm b c (vt in lib. Geneseos legitur) idem transgre-
ditur ad montem, qui erat cōtra Orientem
Bethel, & tetendit ibì tabernaculum suum,
ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente
Hai. Aedificauit quoquè ibì altare Domino,
& inuocauit nomen eius. Item post pauca
Genes, 13. d in eodem libro: Dixit Dominus ad Abra-
ham, postquàm diuisus est Loth ab eo: Le-
ua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc
es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientē
& Occidentem: om̄em terram quam vides,
tibi dabo & semini tuo in sempiternum, fa-
ciamq́; semen tuum sicut puluerem terræ. Si
quis potest hominum numerare puluerem,
& semen quoquè tuum numerare poterit.
Surge, & perambula terram in longitudine
& latitudine sua, quia tibi daturꝰ sum eam.
Mouens igitur Abraham tabernaculum su-
um, venit & habitauit iuxta conuallē Mam-
bre, quod est in Hebron: Aedificauit quo-
què ibì altare Domino. Perpendendū quip-
pe est, quantæ fidei, quantæ've deuotionis
vir iste sanctus fuerit, qui pro eo quòd Deo
credidit, eique altaria erexit, cultumq́; eius
venerando dilexit, & à DEO benedici, se-
menq́; suum propagari, ac multiplicari, eiq́;
amplissima regna terræ dari, & de hostibus
suis triumphum sibi præberi: necnon & in
suo semine, quod est Christus, gentes quæ
nos sumus, benedici, & alia quæ enumerare
longum est, beneficia promeruit nancisci.

CAP. 17.

QVòd si Abraham pro eo, quòd Dei
altaria erexit, cultumq́; eius venera-
tus est, tot à Deo meritorum præro-
gatiuis donatur: dubium non est, quin alta-
☞ rium sanctorum euersores, & sacrarū rerū,
quibus in eisdem altaribus Deo famulan-
dum est, surreptores, damnentur. Reuerso
igitur eodem Abraham à cæde regū, quos,
Deo secum pugnante, superauerat, & egres-
Genes,14.d so sibi obuiàm rege Sodomorum, ità Mo-
ses in eodem sequitur libro: At verò Mel-
chisedech rex Salem, proferés panem & vi-
num, (erat enim sacerdos Dei altissimi) be-
nedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo
excelso, qui creauit cælum & terram: & be-
nedictus Deus excelsus, quo protegente,
hostes in manibꝰ tuis sunt. Et dedit ei deci-
mas ex omnibus.

CAP. 18.

QVòd Melchisedech sacerdos Dei al-
tissimi, typum gesserit Christi, catho-
lica sentit Ecclesia. Quòd ei Abrahā
decimas ex omnibus dedit, ipsius Abrahæ
ingentia commendantur præconia. Quem
imitantur, qui sacerdotibus Christi, ob illi-
us amorem & honorem, decimas dant: & ab
illius merito sequestrantur, qui Deo obla-
tas decimas auferunt.

CAP. 19.

VIdeamus itaq; sequētia, quibus fides
& deuotio Abrahæ quodam admira-
bili modo incrementatur: qui adeò erga di-
uinum cultum timoremque Dei, flagrando
excreuit, & excrescendo flagrauit, vt iuben-
te Deo, non solùm iam altare in honorem
Dei construxerit, sed etiàm in eo vnigenitū
filium suum immolare paratus fuerit. Et ꝗ
nè filium immolaret, angelus ei inhibuit:
arietem tamen in holocaustum Deo pro fi-
lio obtulit, & propterea audire meruit, sic-
ut in præfato libro legitur: Vocauit autem
angelus Domini Abraham secundò de cæ- Genes.22.c
lo, dicens: Per memetipsum iuraui, dicit Do-
minus, quia fecisti rem hanc, & non peper-
cisti vnigenito filio tuo propter me, benedi-
cam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut
stellas cæli, & cætera quæ sequuntur. Perspi-
cuum quippe est, & valdè mirandum, quia
quanto feruentior circa Dei cultum mens
Abrahæ fuit, tanto ampliùs vberiusq́; diui-
na beneficia, & præsentia & futura, sibi pol-
liceri audiuit.

CAP. 20.

VNdè datur intelligi, ꝗ amatores & ex-
altatores siue etiàm veneratores diui-
ni cultûs, à Dño & in pręsenti seculo tueri &
exaltari, & in futuro mercede æterna meré-
tur donari: & qui secùs agūt aut egerint, in-
fernalibus claustris mancipari. Deus itaq;,
sicut iam suprà dictum est, si ea quæ dedit,
sibi suisq́; sacratis locis iubet offerri, & ea q-
dam auferre nō pertimescunt: quid facerét,
rogo, si Deus illis aut semetipsos, aut filios
eorum sibi in holocaustum iuberet offerri?
Certè credendum est, quòd sicut in auferé-
dis sacratis rebus, Deo inobedientes existūt,
ità nihilominùs in semetipsis offerendis aut
filijs suis, inobedientes existerent.

CAP. 21.

AVdiamus etiàm quid Isaac patriarcha
fecerit, de quo ità ī memorato habeť Genes.26.c
libro: Ascendit autem ex illo loco in Bersa-
bee, vbì apparuit ei Deus in ipsa nocte, dicés:
Ego sum Deus Abrahā patris tui: noli me-
tuere, quia tecum sum, & benedicam tibi, &
multiplicabo semē tuum propter seruū me-
um Abrahā. Itaq; ædificauit altare, & inuo-
cato nomine Dñi, extēdit tabernaculū. At-
tende ꝗ Isaac Deus apparére, & nè metuere
debeat, admonere, eiq́, benedicere, ac semē
suū se multiplicaturū polliceri dignatus est:
eiq́; Isaac altare ædificauerit, tabernaculūq́;
extenderit. Et perpende ꝗ pro Dei benefi-
cijs, quibꝰ (largiēte eiꝰ clemētia) immeriti &
ingrati vbertìm in hac mortalitate vtimur,
potiùs debeamꝰ diuinū cultū, ad instar Isaac
& cæterorū sanctorū patriarcharū, in alta-
ribus

ribus erigendis & oblationibus, alijsq́; mu-
neribus offerendis, honorare, quàm his ab-
stractis, nostroq́; libitu vtentes quodammo
dò dehonorare.

CAP. 22.

VIdeamus prætereà quomodò religio
de qua agitur, in Iacob patriarcha am
pliùs exuberauerit, de quo ità in eodem lib.
Genes,28.b legitur: Igitur egressus Iacob de Bersabee, p-
gebat Aran. Cumq́; venisset ad quēdam lo-
cum, & vellet in eo requiescere post solis oc
cubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, &
supponens capiti suo, dormiuit in eodē lo-
co: viditq́; scalam stantem super terrā, & ca-
cumen illius tangens cælū, angelos quoquè
Dei ascendentes & descendentes per eam,
& Dominum innixum scalæ, dicentem sibi:
Ego sum Dominus Deus Abrahā patris tui,
& Deus Isaac. terram in qua dormis, tibi da-
bo & semini tuo, eritq́; semen tuum quasi
puluis terræ. Dilataberis ad Occidentem &
Orientem, & septentrionem &c. vsq;, quô-
cunq; perrexeris, & reducam te in terrā hāc,
nec dimittam, nisì cōpleuero vniuersa quæ
dixi. Cumq́; euigilâsset Iacob de somno, ait:
Verè Dominus est in loco isto, & ego nesci-
ebam. Pauensq́;, quàm terribilis, inquit, est
locus iste. Non est hîc aliud nisì domus Dei
& porta cæli. Surgēs verò manè, tulit lapidē
quem supposuerat capiti suo, & erexit in ti-
Genes,33.d tulum. fundēs oleum desupèr. Appellauitq́;
nomen vrbis Bethel, quæ priùs Luza voca-
batur. Vouit etiàm votum, dicens: Si fuerit
Deus mecū, & custodiêrit me in via per quā
ambulo, & dederit mihi panē ad vescendū,
& vestimentum ad induendum, reuersusq́;
fuero prosperè ad domū patris mei: erit mi-
hi Dominus in Deum, & lapis iste quē erexi
in titulum, vocabitur domus Dei: cuncto-
rumq́; quæ dederis mihi, decimas offerā ti-
Genes,33.a bi. Item post pauca: Transiuitq́; in Salem vr-
bem Sichimorū, quæ est in terra Chanaan,
postquàm egressus est Iacob de Mesopota-
mia Syrię, & habitauit iuxta oppidū, emitq́;
partem agri (in qua fixerat tabernacula) à fi-
lijs Emor patris Sichem, centū agnis: & ere-
cto ibì altari, inuocauit super illud fortissi-
mum Deum Israel. Item paulò pòst: Intereà
locutus est Deus Iacob: Surge & ascēde Be-
thel, & habita ibì. Facq́; altare Deo, qui ap-
paruit tibi quādò fugiebas Esau fratrē tuū.
Iacob verò, conuocata omni domo sua, ait:
Abijcite deos alienos, qui in medio vestrî
sunt, & mundamini: ac mutate vestimēta ve
stra. Surgite, & ascendamus in Bethel, vt fa-
ciamus ibì altare Deo, qui exaudiuit me in
die tribulationis meæ, & fuit socius itineris
mei. Et infrà: Venit igitur Iacob Luzā, quæ
est in terra Chanaan, cognomento Bethel,
ipse & om̄is populus cum eo: Aedificauitq́;
ibì altare, & appellauit nomen loci, domus
Dei. Ibì enim apparuit ei Deus, cùm fugeret
fratrē suum. Item infrà: Apparuit aūt iterùm
Deus Iacob, postq̄ reuersus est de Mesopo-
tamia Syriæ, benedixitq́; ei, dicēs: Nō voca-
beris vltrà Iacob, sed Israel erit nomē tuum
&c. vsq;, Et recessit ab eo. Ille verò erexit ti-
tulum lapideū in loco, quo locutꝰ ei fuerat
Deus, libās super eum libamina, & effundēs
oleum, vocansq́; nomen loci illius Bethel.
Item post multa: Profectus est Israel cū om̄i-
bus quæ habebat, & venit ad puteum iura-
menti. Et mactatis ibì victimis Deo patris
sui Isaac, audiuit per visionem &c. vsque, Et
ego adducam te indè reuertentem.

CAP. 23.

ECcè quomodò maior iā ī Iacob diuini
cultûs amplificatio facta est, qui nō so-
lùm altaria erexit, oleū desupèr fudit, victi-
mas obtulit, & Deo, si prosperè ad ꝓpria illū
redire fecisset, de om̄ibus q̄ illi dedisset, de-
cimas & hostias se illi daturum promisit, lo-
cumq́;, vbì in somnis scalā pertingentē vsq;
ad cęlos, angelosq́; per eā descendētes & as-
cendētes, & Dñm innixū scalę vidit, terribi-
lem & verè domū Dei ac portā cęli esse dixit.

CAP. 24.

VNdè hodiè quoquè Christiana reli-
gio, exemplū sumēs ex antiqua patrū
traditione, domos in honorem Dei ędificat
ac dedicat, & altaria erigit, eisq́; oleum sup-
fundit, ac sacrosancto chrismate perūgit ea,
& de factis dictisq́; eiusdē Iacob, melodiam
Christo canit, & à fidelibus oblationibus &
vota & preciosarū diuersarūq́; rerū, ad de-
corem & honorē diuini cultûs, sacerdotū,
cæterorumq́; ministrorū Christi vsus, pau-
perumq́; receptionē ac recreationē suscipit
donaria. Qui aūt huiuscemodi *doctrinam for. *donaria
ad iniuriam Dei om̄ipotentis, tēplorumq́;
sanctorum suorū dehonorationē & humili-
ationem, sacerdotumq́; Dei vituperationē,
auferre pręsumit, cuius sit discriminis & da-
mnationis, vt perpendat, salubriter admo-
nemus. Quoniam sicut verbis eiusdē patri-
archæ Iacob apertè demonstratur, cuncta
Deo dicata tēpla, & terribilia sunt, & Dei ha-
bitacula, & verè domꝰ Dei sunt, & portę cęli.
Paueat ergò ad instar Iacob humana ꝓsum-
ptio, nè quoquo modo de tā terribilibus &
sacratis locis violādis sibi ꝓueniat dānatio.

CAP. 25.

LIberato quoquè populo Israelitico de
Aegyptia seruitute, quid Dominus per
famulum suum Mosen, sicut in lib. Exod. le-
gitur, pręceperit, videamꝰ. Locutus est Do-
minus ad Mosen, dicēs: Sanctifica mihi om̄e Exod. 13.a
primogenitum quod aperit vuluam in filijs
Israel, tam de hominibus, q̄ de iumētis, mea
sunt enim omnia. Si quęrat aliquis, quid sit
sanctificare, & ex hoc loco & alijs diuinarū
scripturarum locis diligēter animaduertat,
ꝗ nomen sanctificationis, Dñicę sit oblati- Ibidèm b
onis atq; cōsecratiōis. Sequitur in eodē lib.
Cumq́; introduxerit te Dñs in terram Cha-
nanæi, sicut iurauit tibi & patribꝰ tuis, & de-

derit eam tibi, separabis omne quod aperit
vuluã, Dño: & quod primitiuũ est in peco-
ribus tuis, quicquid habueris masculini se-
xus, cõsecrabis Dño. Notãdumq́; quod su-
prà dixit, sanctificare Dño: hîc modò dicit,
cõsecrare Dño. Sequitur in eodẽ lib. Dixit
Exod. 17.d autẽ Dñs ad Mosen: Scribe hoc ob monu-
mẽtum in libro, & trade auribus Iosuę. De-
lebo enim memoriã Amalech sub cælo. Ae-
dificauit Moses altare, & vocauit nomen ei-
us &c. vsq;, in generationẽ. Perpende quòd
famulus Dei Moses, ob gratiarum actionẽ,
suiq́; ac populi Dei liberationẽ, hostiumq́;
suorum internecionem altare Domino ere-
xit. Et si Moses per hæc quæ præmissa sunt,
☞ Domino altare erexit: cauendũ illis est, qui
altaria Dñi obruendo dehonorãt, & deho-
norãdo obruunt, nè, quãdò se aduersùs ho-
stes suos proripiũt, seipsos eisdẽ triumphũ
exhibeant. Sequitur in eodem: Dixit ꝑtereà
Exod. 20.d Dñs ad Mosen: Altare de terra facietis mihi,
& offeretis super illud holocausta & pacifi-
ca vestra, oues vestras & boues: in omĩ loco,
in quo fuerit memoria nominis mei, veniã
ad te, & benedicam tibi. Nota, quòd altare
Dño erigentibus, & holocausta immolanti-
bus aduentus Dei & benedictio promittatur.
Potest & huic loco aptari illud euangelicũ,
Ioan. 14.c quo dicitur: Si quis diligit me, sermonem
meũ seruabit: & pater meus diliget eum, &
ad eum veniemus, & mansionem apud eum
faciemus. Felix porrò & valdè felix illa mẽs,
Exod. 23.c quæ tanto habitatore lætatur. Quapropter
nouerint his, q̃ paulò suprà memorata sunt,
cõtraria agentes, & aduẽtu & benedictione
Dei se indignos vsq;quaquè fore. Sequitur
in eodem post multa: Primitias frugum ter-
ræ tuæ, deferes in domum Dñi Dei tui. Et
Ibidèm. infrà: Quòd si audiêris vocem Dñi Dei tui,
*omnia & feceris * ea quæ loquor, inimicus ero ini-
micis tuis, & affligam affligentes te, præce-
detq́; te angelus meus. item infrà: Si seruiê-
Ibidèm. ritis Dño Deo vestro, benedicam panibus
tuis & aquis, & auferam infirmitatẽ de me-
dio tuî. Vide, quæso, quot quãtáve pro pri-
mitijs frugũ terræ Deo oblatis, & alijs quæ
cominùs iunguntur, beneficia offerentibus
polliceantur, & quãta nõ deferẽtibus pœna
& maledictio interminetur, sicut in subse-
quentibus multis in locis perfacilè inueniri
potest. Sequitur in eodẽ: Scripsit aũt Moses
Exod. 24.a vniuersos sermones Dñi: & manè cõsurgẽs,
ædificauit altare ad radices montis, & 12. ti-
tulos per 12. tribus Israel. Misitq́; iuuenes de
filijs Israel, & obtulerũt holocausta, immo-
laueruntq́; victimas pacificas Domino, &c.
vsq;, erimus obediẽtes. Quòd si quærit ali-
quis, quid mercedis, quídve remuneratiõis
ꝓ altari ædificato, & oblatis holocaustis &
victimis, filij Israel nacti sunt, audiat sequẽ-
tia: Ascenderuntq́; Moses &c. vsq;, & vide-
Exod. 24.c runt Deũ Israel. Quę merces, quę remunera-
tio cultũ Dei venerãtibus potest esse maior,

q̃ Deum suum videre, specie videlicet qua se
videri voluit, & loqui & esse cum Deo suo?

CAPVT 26.

HActenùs de altarib⁹ Deo erectis & ędi-
ficatis, & quibusdam oleo perunctis,
de holocaustis & victimis & hostijs pacificis
Deo oblatis, & primitijs frugum terrę offe-
rendis, & cęteris, quæ enumerare longũ est,
paucis collectum est: nunc autem subtiliter
perpendendũ est, qualiter religio diuini cul
tûs ad maiora & eminẽtiora, Dño iubente, Ibidem.
succrescat. Sequitur enim in eodẽ libro: Di-
xit aũt Dñs ad Mosen: Ascẽde ad me in mõ- Ibidem.
tem &c. vsq;, doceas filios Israel. Et infrà: In-
gressusq́; Moses medium nebulę &c. vsq; &
40. noctibus.

CAPVT 27.

LOcutusq́; est Dñs ad Mosen, dicẽs: Lo- Exod. 25.a
quere filijs Israel, vt tollãt mihi primi-
tias ab omĩ homine &c. vsq;, & oĩm vasorũ
in cultũ eius. Qualiter verò eiusdẽ sanctua-
rij & tabernaculi, omniumq́; ad cultũ & ho-
norẽ ei⁹ pertinentiũ cõstructio, Dño pręci-
piente, celebrata sit, quę've sanctificata pre-
ciosa sacerdotũ indumẽta, necnõ & Leuita-
rum, & cætera ad vsus eorũ pertinẽtia, & di-
uersarũ rerũ, nõ aliarũ nisì preciosarũ, ingẽ-
tia ac multiplicia dona Dño oblata & san-
ctificata seu sacrata sint, q͂a hîc longũ est cõ-
memorare, si q̄s pleniùs ea nôsse vult, sequẽ-
tia legat: & inquirẽdo inueniet, ꝙ ea q̃ Deo
offerunt & sanctificant, in ius sacerdotũ ce-
dere iubeant, & nõ sit externorũ officij, ad
ea accedere, aut quenquã ex his aliquid cõ-
tingere aut offerre. Et qui hoc facere tẽtaue- Leuit. 4
rit, mors ei à Dño cõminetur, sicut habes in
libro Leuitici: Si quis externorũ accesserit,
morte moriat. Plenũ sanè sacramenti est, ꝙ
nõ alibì nisì in mõte, & lex dat, & sanctuari-
um Dñi fieri pręcipit. Quid aũt & lex & san
ctuariũ, & arca & tabulę, q̃ ibì fieri iubẽtur,
significẽt: sanctorũ patrum explanatiõib⁹,
legere & nôsse volẽtibus copiosissimè pan-
ditur.

CAP. 28.

SEquitur in libro Leuitico: Si peccauerit Leuit. 4
princeps, &c. vsq;, offeret hostiã Domi-
no. Et infrà: Rogabitq́; pro eo sacerdos, & Ibidem.
pro peccato eius, & dimittetur ei. Obserua,
ꝙ quilibet reatus principis, nõ nisì oblati-
one facta, & oratione soluatur sacerdotis.
Item in eodẽ: Anima si pręuaricãs cęremo-
nias per errorẽ in his, quæ Dño sunt sancti-
ficata, peccauerit: offeret pro delicto suo ho
stiam. Et infrà: Ipsumq́; quod intulit dãni, Leuit. 5.d
restituet, & quintã partẽ apponet suprà, tra-
dens sacerdoti: q rogabit pro eo, & dimittet
ei. Si anima cęremonias Dñi ꝑuaricans per
errorẽ in his, q̃ Dño sanctificata sunt, pecca-
uerit, expiatiõe holocausti & oratione indi-
get sacerdotũ: quid putas de anima illa, quę
nõ per errorem, sed scienter & per cupidita-
tem & perniciosam ꝑsumptionẽ, in his quæ
Dño sanctificata sunt, peccat, promittitq́; si-
bi impunitatẽ, & iactanter dicit, si ea, q̃ sunt
Domino

Dño sanctificata, abstulerit, hisq́; ad suum
libitum vsa fuerit, se nullo modo peccare?

CAP. 29.

Leuit. 6.b ITem in eodem: Ignis autem in altari sem-
per ardebit, &c. vsq;, q nunquàm deficiet
de altari. Multùm ergò hæc verba legis pon
deranda & pertimescẽda sunt his, qui vndè
ignis perpetuus, id est, luminaria in basilicis
Deo dicatis, concinnari ex fidelium oblati-
onibus debent, auferre præsumũt. Quoniã
Leuit. 10.a si filij Aaron Nadab & Abiu, pro eo quòd ꝑ
suam negligentiam, ignis qui iubetur in al-
tari esse perpetuus, extinctus est, & propter-
eà ignem alienum coram Domino offerre
præsumpserunt: ob id igne egresso à Dño,
deuorati sunt meritò, quod nõ sinè magno
animi mœrore prosequimur: horribili mor
te deuorandi sunt hi, qui ignem Domini in
basilicis sibi dicatis & consecratis, audacter
extinguunt. Et si quæritur, quandò illũ ex-
tinguant, manifestũ est, quòd quandò illud
auferunt, vndè idem ignis Domino nutriri
debet, tunc illum extinguunt.

CAP. 30.

QVòd verò basilicę Deo dicatę & cõ-
secratę, loca sint diuina, sint etiàm Dei
habitacula, & omĩbus in Christiana
religione consistentibus pauenda & vene-
randa: & in superioribus iam dictum est, &
hîc non abs re, repetẽdum est, quia sequitur
Leuit. 26.a in eodem libro: Ego enim sum Dñs Deus
vester, custodite &c. vsq;, Ego Dominus. his
verbis apertè demõstratur, quòd ad sanctu-
arium Domini potiùs sit pauendum, quàm
ꝙ illud dehonorandum sit & expoliãdum.
Quid aũt pauentibus ad sanctuarium Dñi,
& pręcepta eius seruãtibus Dñs promittat,
Ibidem a b sequẽs sermo demõstrat, ità inquiẽs: Si in ꝑ-
ceptis meis &c. vsq;, incederetis erecti.

CAP. 31.

QVòd autem sanctuarium Dñi non pa-
uentibus, sed potiùs id contemnenti-
bus & dehonorantibus, & non fa-
Ibidem c cientibus, quæ ab illo cõstituta sunt, Domi-
nus cõminetur, sequentia manifestant, quæ
ità se habent: Quòd si nõ audiêritis me, nec
feceritis omnia præcepta mea, si spreueritis
leges meas, & iudicia mea cõtempseritis, vt
non faciatis ea quæ à me constituta sunt, &
ad irritũ perducatis pactũ meum, ego quo-
què hęc faciam vobis: Visitabo vos quoquè
velociter in egestate & ardore, qui cõficiat
oculos vestros, & consumat animas vestras:
frustrà seretis sementẽ, quæ ab hostibus de-
uorabitur: Ponã faciẽ meã cõtra vos, & cor-
ruetis corã hostibus vestris, & subijciemini
his, qui oderunt vos. fugietis nemine perse-
quẽte, & cętera quę latiùs stylus legalis exe-
quit. Euidens nanq; est, ꝙ ille populus car-
nalis, pro eo ꝙ legẽ Dei nõ custodiuit, & le-
gis authorem, Dñm videlicet nostrũ Iesum
Christum, sibi à patriarchis & ꝓphetis pro-
missum, nõ solùm nõ recepit, q͂nimmò cru-

ci addixit, hæc quæ à Dño sibi comminata
sunt, perpessus sit. Licèt enim eidẽ populo
carnalia & terrena, si ea quæ à Dño cõstituta
sunt, obseruauerint, ꝓmittantur: & si ea ob-
seruare cõtempserint, auferri cõminetur: tu
tñ ô Christiane, per Christi gratiã spiritalis
effect⁹, cui nõ terrena & caduca, sed cęlestia
& perpetuò mãsura promittunt: nisì ad san-
ctuariũ Dei pauidus fueris, illudq́; venera-
tioni & honori habueris, & sua offerre non
omiseris: quoniam ea quæ idẽ populus carna
lis temporaliter perpessus est corpore tẽpora-
liter, anima verò in ęternis cruciatibus ęter-
naliter te passurum nullo modo dubites.

CAP. 32.

ITem in eodẽ: Homo si vouerit domum Leuit. 27.b
suam & sanctificauerit Dño, cõsiderabit
eam sacerdos, vtrùm bona an mala sit: & iu-
xta precium quod ab eo fuerit cõstitutum,
venundabitur. Sin autẽ ille qui vouerat, vo-
luerit redimere eam, dabit quintam partem
ęstimationis suprà, & habebit domũ. Quòd
si agrum possessionis suæ vouerit, & conse-
crauerit Dño, iuxta mensurã sementis ęsti-
mabitur precium. Et infrà: Si voluerit redi-
mere agrũ ille qui vouerat, addet quintam Ibidèm c
partẽ æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum.
Sin aũt noluerit redimere, sed altericuilibet
fuerit venũdatus, vltrà eum, qui vouerat, re-
dimere non poterit: quia cùm iubilei vene-
rit dies, sanctificatus erit Dño, & possessio
cõsecrata, ad ius pertinet sacerdotũ. Consi-
dera prudens auditor & diligẽs lector, qua-
liter augeatur cultus diuinus. Superiùs nãq;
preciosa quæq; in pecudibus, in auro & ar-
gẽto & gemmis & serico, & cęteris diuersis
speciebus, sibi suoq́; sancto tabernaculo ius
serat offerri: hîc aũt iã inchoãtur & dom⁹ &
agri Dño consecrari, & ea quæ Dño conse-
crantur, ad ius pertineant sacerdotũ. Item in
eodẽ: Omẽ quod Dño cõsecratur, siue ho- Ibidàm d
mo fuerit, siue animal, siue ager, nõ veneet:
nec redimi poterit. Quicquid semèl fuerit
cõsecratum, sanctũ sanctorũ erit Dño. Vide
etiàm in hoc loco, quid de homine sibi cõ-
secrato Dñs pręcipiat: & perpende, ꝙ homi
nes cõsecrari pręcipiantur Dño. Item paulò
pòst in eodẽ: Oẽs decimæ terræ, siue de fru- Ibidèm.
gibus, siuę de pomis arborũ, Dñi sunt, & illi
sanctificant. Et infrà: Bouis & ouis & caprę,
quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid Ibidèm.
decimum venerit, sanctificabitur Dño. Non
eligetur nec bonũ, nec malũ, nec altero cõ-
mutabitur. Si q̄s mutauerit, & quod mutat,
& quod mutatũ est, & pro quo mutatũ est;
sanctificabitur Domino, & non redimetur.

CAP. 33.

HAec sunt pręcepta, quę mandauit Dñs Ibidèm.
Mosi ad filios Israel in monte Sinai:
Obserua quòd & paulò superiùs de oĩbus
decimis terræ, tam de frugibus q̃ de pomis
arborum: hîc autẽ, de decimis pecorũ Dño
offerendis pręcepta dentur. Sed & hoc nihi-

lominùs vigilanter obſerua,quid concluſio libri Leuitici cõtineat,quę ità ſe habet:Hęc ſunt (inquit)præcepta, quæ mandauit Dñs Moſi ad filios Iſrael in mõte Sinai. Videtur itaq; paruitati noſtræ eadem cõcluſio, præcedentium diuinorum pręceptorum quaſi quoddã firmitatis eſſe ſignaculũ. Et ſi parua magnis comparari poſſint, ſicut quidam aut regum aut imperatorum, vt ſua ſtatuta vigorem perpetuum obtineãt,ſuo ſigillo ea ſubtèr firmant,ità & Dominus ſua pręcepta, à ſe conſtituta & promulgata,vera & inuiolanda eſſe demonſtrat.

CAPVT 34.

Num.5.b SEquitur in libro Numerorum:Locutus eſt Dominus ad Moſen,dicẽs: Loquere filijs Iſrael:Oñes primitię,quas offerũt filij Iſrael,ad ſacerdotem pertinent:& quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis,ipſius erit. Attende diligenter lector, quòd & omnes primitiæ, & quicquid ad ſanctuarium Domini à ſingulis aut offertur,aut oblatũ eſt, ſacerdotis ſint,& ad ius eius pertineant. Item in eodẽ:

Num.7.a Factum eſt autem in die qua compleuit Moſes tabernaculum,& erexit illud, vnxitq; & ſanctificauit,cum omnibus vaſis ſuis,altare ſimiliter & vaſa eius, obtulerunt principes Iſrael & capita familiarum, qui erãt per ſingulas tribus pręfecti eorũ,qui numerati fuerant,munera coram Domino.Quid autem in dedicatione altaris,præcipiẽte Domino, principes obtulerint, ſequentia ipſius libri demonſtrant.Item in eodẽ:Locutus eſt dñs

Num.8.c ad Moſen,dicens:Mea ſunt oñia primogenita filiorũ Iſrael,tam ex hominibus, quàm ex iumentis:ex die quo percuſſi omne primogenitũ in terra Aegypti,ſanctificaui eos mihi,& tuli Leuítas,p cunctis primogenitis filiorum Iſrael,tradidiq; eos dono Aaron & filijs eius de medio populi,vt ſeruiant mihi pro Iſrael in tabernaculo fœderis, & orent pro eis,nè ſit in populo plaga,ſi auſi ſint accedere ad ſanctuariũ.In his Dñi verbis,duo nobis videntur pcipuè,neceſſarioq; cõſideranda. Vnũ,quòd idcircò Dñs iubet Leuítas ſibi in tabernaculo,p Iſrael ſeruire,vt orent pro eis.Ad quorũ exemplum conſtituti eſſe videtur ſacerdotes Chriſti in Eccleſia,vt cõtenti oblationibus fideliũ,orẽt ad Dominũ pro eis. Alterum quidem,quo dicitur,nè ſit in populo plaga,ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuarium,dat conuenienter poſſe intelligi eandem acceſſionem,aliquam circa ſanctuarium temerariam præſumptionem, aut quamlibet ſubreptionem.

CAPVT 35.

Num.14.b ITem in eodem: Vſq;quò detrahet mihi populus iſte?Quouſq; nõ credet mihi in omnibus ſignis,quæ feci coram eis?Feriã igitur eos peſtilentia,atq; cõſumam.Et poſt

Ibidem,d pauca:Viuo ego,dicit Dominꝰ, implebitur gloria Domini vniuerſa terra: attamẽ oñes homines,qui viderũt maieſtatem meam,& ſigna quæ feci in Aegypto & in ſolitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obediẽrunt voci meæ,non videbũt terram, pro qua iurauí patribus eorum. Hæc verba cõgruunt his,qui in miniſtris Domini Domino detrahunt.iuxta illud quod Dominꝰ Luca.x discipulis ſuis ait:Qui vos audit,me audit:& qui vos ſpernit,me ſpernit.Congruũt etiàm & ea quæ ſequuntur, his qui errata ſua corrigere promittũt:& quod promittũt,adimplere negligunt.Vndè verendum eſt,nè ſicut ille populus carnalis propter detractiones & tentationes, & pro eo quòd imperio Domini inobediẽs extitit,in terram repromiſſiõis minimè intrauit, ſed potiùs in eremi vaſtitate occubuit: ità populus Chriſti nomine inſignitus,imperijs Domini inobediens factus,à terra viuentium ſit ſecretus. Item in eodẽ ait Moſes ad populum Iſrael: Cur tranſgredimini verbum Domini,quod Ibidem vobis non cedet in proſperum?Nolite aſſcẽdere.Non enim eſt Dominus vobiſcum,nè corruatis coram inimicis veſtris. His verbis deterrendi ſunt hi,qui cùm Dominum ſecũ non habeãt,iure aduersùs inimicos ſuos ſe arma conuertere poſſe putant. Priùs enim enitendum & diligenter procurandum eſt, vt Chriſtiani Dominum ſecũ habeant,quatenùs poſteà ſecuriùs fidẽtiusq;, immò fortiùs hoſtes ſuos ſuperare præualeant. Item in eodẽ:Dixitq; Dominus ad Moſen & Aaron: Recedite de medio huiꝰ multitudinis, Num.16.a etiàm nunc delebo eos. Cumq; iacerent in terra,dixit Moſes ad Aaron: Tolle thuribulum,& hauſto igne de altari mitte incenſum deſuper,pergens citò ad populum,vt roges pro eis:iam enim egreſſa eſt ira à Domino,& plaga deſæuit. Quod cùm feciſſet Aaron,& cucurriſſet ad mediã multitudinem, quam iamvaſtabat incendiũ,obtulit thymiama,& ſtans inter mortuos ac viuentes,pro populo deprecatus eſt,& plaga ceſſauit. His verbis declaratur,quãtùm Dei ſacerdotum deprecatio valeat apud altiſſimũ.Patet quippe,q hi per quorum orationẽ furor Domini placari,& à populo plaga pei poteſt ceſſare,nequaquàm ſint vituperandi & detrahẽdi,ſed potiùs propter eum,cuius miniſteriũ gerũt, Num.18.b honorãdi & venerãdi.Item in eodẽ: Locutꝰ eſt Dñs ad Aaron: Omnia q̃ ſanctificanſ à filijs Iſrael,tradidi tibi & filijs tuis pro officio ſacerdotali legitimã ſempiterna. Et infrà: Ibidem Omnis oblatio & ſacrificiũ, & quicquid p peccato atq; delicto redditur mihi, & cedit Ibidem in ſancta ſanctorũ,tuũ erit & filiorũ tuorũ. Ibidem Itẽ infrà:Primitias aũt quas vouerint,& obtulerint filij Iſrael, tibi dedi & filijs ac filiabus tuis iure perpetuo.Item infrà: Omnem Ibidem medullã olei & vini ac frumẽti,quicqd offerũt primitiarũ Dño,tibi dedi. Vniuerſa frugum initia,quę gignit humus, & deportant Dño,cedent in vſus tuos.Item infrà: Omne Ibidem

quod ex vòto reddiderint filij Iſrael, tuum erit:quicquid primum erumpet è vulua cũctæ carnis,quam offerunt Domino, ſiue ex hominibus,ſiue de pecoribus fuerit,tui iuris erit.Item non poſt multa:Omnes primitias ſanctuarij,quas offerunt filij Iſrael Domino,tibi dedi ac filijs & filiabus tuis: pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino tibi ac filijs tuis. Hæc verba Domini cõtra illos agunt, qui ea quæ Domino aut offeruntur,aut oblata ſunt, ad ſacerdotes Chriſti non pertinere contendunt. Verùm ſi ea diligenter conſiderauerint, ſe non mediocriter errare,immò contra Deum agere, reperient.

CAP. 36.

INpręcedentibus ſatis abũdeq; dictum eſt de diuerſis ſacrificijs, & diuerſorum munerum ſpeciebus, ſiue de his, quæ Dominus ſibi offerri iuſſit,ſiue de his,quæ populus ſpontè obtulit ad tabernaculum Domini,quod typum gerebat futuræ eccleſiæ Chriſti: nunc autem, quia iubente Domino, populus Iſraeliticus contemptum Dei in Madianitis vltus eſt, ità vt ne vnus quidem ex his in bello occubuerit, quid pro gratiarum actione ſuaque liberatione Deo pro ſe pugnanti & vincenti,ſuoq; ſacerdoti donariorum ad ſuum ſanctum contulerint tabernaculum, videamus. Dixit (inquit) Num.31.a Dominus ad Moſen: Tolle ſummam eorũ quæ capta ſunt, ab homine vſque ad pecus, tu & Eleazar ſacerdos, & omnes principes vulgi, diuidesque ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt,& egreſſi ſunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem, & ſeparabis partem Domino ab his, qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis,tam in hominibus, quàm ex bobus & aſinis & ouibus,& dabis ea Eleazaro ſacerdoti, quia primitiæ Domini ſunt.Quòd ità ad iuſſum Domini Moſes fecerit,ſequentia demõſtrant. Eccè pars, quæ Domino ad vſus ſacerdotũ de his quæ capta ſunt,oblata eſt: videamus etiàm,quid in partem Leuitarum de eadem præda, iubente Domino, ceſſerit. Sequitur autem: De media verò parte, quæ contigerat reliquæ multitudini,id eſt, de ouium trecentis triginta & ſeptem millibus quingẽtis, & de bobus triginta ſex millibus, & de aſinis triginta millibus quingentis, & de hominibus ſexdecim millibus, tulit Moſes quinquageſimum caput,& dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, ſicut pceperat Dominus. Eccè pars Leuitarum. Videamus etiàm partem Domini, quam populus,ob ſuam liberationem,de præda quã ceperat,ei ſpontè obtulit: & perpendamus, quòd Dominus in tabernaculo ſancto ſuo theſaurum ſiue ærarium(vtrũque legimus) habere voluerit,& opponamus eis, qui aurum & argentum, & cæteras ſpecies preciofas Deo ſacratas, in theſauris ſanctæ Dei Eccleſiæ repræhendendo aſſerunt fruſtrà inIbidem f.g eſſe.Hi ergò viderint, quid ſequat:Cumque acceſſiſſent principes exercitũs ad Moſen, tribuni & centuriones dixerunt: Nos ſerui tui recenſuimus numerum pugnatorum, quos habuimus ſub manu noſtra:& ne vnꝰ quidem defuit. Ob hanc cauſam offerimus in donarijs Domini ſinguli,quod in præda auri potuimus inuenire, periſcelides & armillas,annulos & dextralia, ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominum. Suſceperũtque Moſes & Eleazar ſacerdos omne aurum in diuerſis ſpeciebus*,pondus ſanctuarij,ſexdecim millia ſeptingentos quinquaginta ſiclos à tribunis & cẽturionibus. Vnuſquiſque enim quod in præda rapuerat, ſuum erat: & ſuſceptum intulerũt in tabernaculum teſtimonij in monumentum filiorum Iſrael coram Domino. Si populus carnalis de præda hoſtium ſuorum, quam cepit,donaria grata Deo obtulit, & his datis,vt pro ſe oraretur,poſtulauit,Deumque ſibi placabilem fecit: cauendum omninò, immò expaueſcendum illis eſt, qui preciofo Chriſti ſanguine ſunt redẽpti, & ab alijs fidelibus Deo oblata & conſecrata, immò ſanctificata, contra fas auferunt, & in ſuos inlicitos vſus retorquent:nè fortè ſicut memoratus populus de donarijs, q̃ Deo contulit,eum ſibi propicium fecit:ità econtrariò (quod abſit) illi de aliorum Deo eccleſiaque ſanctæ ſuæ oblatis rebus, eum ſibi iratum faciant, ſuumque immenſum furorem in ſe prouocent,& (quod plurimùm ptimeſcendũ eſt) iuſto iudicio in prædam hoſtium ſuorum, nõ ſolùm viſibilium, verùm etiàm inuiſibilium,incurrant.

* põdo ſexdecim

CAP. 37.

QVòd ergò Dominus ad ſanctuarium ſuum inter cęteras ſpecies, quas dinumerare longũ eſt, domos & agros & ſeruos ſibi offerri præceperit, in ſuperioribus iam dictum eſt: nunc maiora & copioſiora, quæ in tabernaculo ſancto ſuo famulãtibus Dominus dari iubet, intueamur. Num.35.a Hæc quoquè locutus eſt Dominus ad Moſen,in campeſtribus Moab ſuper Iordanem contra Hiericho: Præcipe filijs Iſrael, vt dẽt Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum, vt ipſi in oppidis maneant, & ſuburbana ſint pecoribus ac iumentis.Et infrà: Ibidem b Ipſę autẽ vrbes,quæ dabuntur ex poſſeſſionibꝰ filiorũ Iſrael,ab his q̃ plus habent,plures auferenſ:& qui minus, pauciores:ſinguli iuxta menſurã hæreditatis ſuæ,dabũt oppida Leuitis, Quod ità Ioſue in terra repromiſſiõis fecerit, textꝰ libri illius liquidò depromit. Perſpicuũ ſanè ſatis eſt,& nõſſe volentibus apertiſſimũ,q̃ deꝰ idcircò populo ſuo de hereditate poſſeſſionũ ſuarũ domos & agros & mãcipia,etiã(quod maiꝰ eſt)ciui- Ioſuę 21.

tates & suburbana sanctuario suo famulantibus dari præceperit, vt ministri sanctuarij sui instantiùs honestiusque atque inexcusabiliùs sacrum suum cultum exercere, suumque famulatum potuissent liberiùs explere. Quibus liquidò colligi potest, quòd quisquis, quę alij fideles de hereditate possessionum suarum, ob remedium aīarū suarum, Deo ad honorem & decorem ecclesiæ suæ, eiusque ministrorum vsus, contulerunt: aut abstulerit, aut auferre præsumit, proculdubiò aliorum data in suarum animarum conuertit pericula. Sequitur enim in eodem: Hęc sunt mandata atque iudicia, Num.36.d quæ præcepit Dominus per manum Mosis ad filios Israel, in campestribus Moab super Iordanem cótra Hiericho. Non est prętereundum, nec negligenter considerandū, quid clausula vel conclusio libri huius, id est, Numerorum, contineat. Sequitur in libro Deuteronomij, in quo inter cętera mul- Deut.11.d ta mandata, quæ Moses locutus est ad filios Israel, ità legit: En (inquit) propono in conspectu vestro hodiè benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodiè præcipio vobis: maledictionem, si non obaudieritis mandatis Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis. Notandum diligenter est, quòd obedientes diuinis præceptis, benedictionem: inobediętes verò, maledictióem mereantur. Luce enim clariùs constat, quòd surreptores ecclesiasticarū rerum, iniuriā & inobedientiam Deo irrogent, suorumque præceptorum transgressores existant. Vndè prouidendum est, nè huiuscemodi maledictionem, quā legifer proponit, pro benedictione subeāt. Qui autem nōsse vult, quæ sit eadem maledictio, scrupulosissimè diligenterque præcedentia & subsequentia diuinæ legis legat eloquia: & pro certo inueniet, quantùm sibi terribilis & horribilis atque pertimescenda sit eadem maledictio. Porrò quòd ad locum quem Dominus elegit, veniendum sit, & quæ offerenda & ibi offerri decernātur, paulò pòst sequentia innuunt. Deut.12.a Ad locum, inquit Moses, quē elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomē suum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in illo holocausta & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria. Et infrà: Transibitis Iordanem, & habitabitis Ibidem.b in terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis: vt requiescatis à cūctis hostibus per circuitum, & absque vllo timore habitetis in loco, quē elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio, offeretis holocausta & hostias, ac decimas & primitias manuum vestrarum, & quicquid præcipuum est in muneribus, quæ vouistis Domino. Et post pauca: Ibidem.

Caue, nè offeras holocausta tua in omni loco quē víderis, sed in eo quem elegerit dominus. His verbis patenter intelligi datur, quòd omnia quæ ex muneribus præcipua & preciosa sunt, sibi Dominus voluerit offerri: & quòd si ea, siue quæ Dominus præcepit, siue ea quæ eius populus sua sponte offerre voluísset, nō alibi, nisì in loco quem Dominus elegisset, vt esset nomē eius in eo, offerri iubebantur: proculdubiò ea, quæ ecclesiæ sanctæ sunt collata, non alienis, sed eiusdem ecclesiæ sunt vsibus applicanda.

CAP. 38.

ITem in eodem: Cùm vóueris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod aūt semèl egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies, sicut promisisti domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Si illi, qui propria volūtate Deo votum vouit, & non reddidit, in peccatum reputatur: quod (putas) peccatū, Domino sibi reputāte, incurrit, qui aliorum vota voluntariè Domino exhibita, auferre præsumit, & tantę comminationis pœnam non formidat? Quia ergò qui votū vouit, & non reddit, Dominus sibi in peccatum reputat, & quisquis ea, quæ Domino vouit, reddidit ei, nullo modo postèà auferre licet: multo minùs ea, quæ alij voluerunt & reddiderunt ei, fas est auferre. Hæc de quinquelibris Mosis congregâsse sufficiat. Cæterùm quicunq; plenius latiusque de his, quę Dominus sibi suoque tabernaculo, sacerdotibusque & ministris suis offerri & dari præcepit, scire voluerit, Pentateuchum eiusdem Mosis enucleatìm legat: & de his quę in hoc opusculo non continentur, quę vtiquè plena sunt authoritate, ad negocium de quo agitur, adstruendum & adstipulandum, patenter reperire valet, quæ huic opusculo, ob suā prolixitatem vitandam, non inserūtur.

Finit liber primus.

SYNODI HVIVS AQVAE GRANENSIS liber II.

PRAEFATIO.

PRæsens opusculum, quod hactenùs ex libris Mosaicæ legis de religione oblatarū Deo siue offerendarum rerum, quantùm dominus donare dignatus est, breuiter congessimus, & abhinc tam de veteri, quàm etiàm de nouo testamento & sanctorum patrum documentis congerere, adiuuante Christi gratia cupimus, ob vtilitatem legere volētium, & fastidiosis tædium auferendum, in tribus libellis distinguendum iudicauimus. Exactè sit

sit ergò primus, & exordiū à libro Iesu Naue sumat secundus. CAP. I.

Iosue 6.c DIxit autem Iosue ad omnem Israel: Vociferamini. tradidit eīm vobis Dominus ciuitatem. Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt, domino. Et infrà: Vos autem cauete, nè, de his quæ præcepta sunt, quippiam contingatis, & sitis prævaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur. Quicquid autem auri aut argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris eius. Nulli quippe dubium est, quin de Hiericho ciuitate subuertēda hæc dicantur. Quapropter obserua diligēs lector, & curiose auditor, quòd duo in his verbis, quæ præmissa sunt, iubeātur. Alterum videlicet, quo cauendū omninò ꝓcipitur, nè de his q̄ Domino consecrata sunt, quippiam contingatur: alterum, quo iubetur, quicqd auri vel argēti, ac ferri omniūq; vasorum æneorum fuerit, Domino consecrari, & in Thesauris eius recondi. Vtandumque tibi est, nè cōtingendo ea quę Domino cōsecrata sunt, ſis prævaricationis reus, & alij propter te sub peccato sint atque turbentur: & sagaciter intēde, qualiter thesauri Domini, eo iubente, incremententur. Sed & hoc diligenter obserua, nè tuo æstu vel cupiditate, ea quæ in thesauris Domini consecrata sunt, auferantur. Quòd aūte, sicut Iosue, Domino imperante, facienda præceperat, postèà sint completa, sequentia testantur. Vrbem autem & omnia quæ in ea erant, succenderunt absque argēto & auro, & vasis æneis ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrârunt. Qui autem ausu quodam temerario inlecti, de his quæ Domino consecrata sunt, palàm atque occultè surripere posse arbitratur, exemplo Achan deterreatur, qui æstu auaritiæ succensus, de his quæ Domino consecranda erant, furtìm sibi surripuit, pallium scilicet coccineum valdè bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta sielorum: & nè deprædēderetur, in tabernaculo sub suffossa humo, cōscijs liberis ac domesticis suis, occuluit, quæ vtiquè Domino consecrata erāt. Ob cuius immane facinus, quædam pars populi Israelitici corā hostibus suis cęsa extitit, & Iosue, cōsulto Domino, hęc audiuit: Surge, cur iaces pronus in terra? peccauit Israel, & prævaricatus est pactum meum, tulerūtq; de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua: nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero vltrà vobiscum, donèc conteratis eū, qui huius sceleris reus est. Nota quòd vnius inlicitum factum, totus Israelitieus populus feciſſe narretur: & quòd propter vnius facinus, in populum D E I, Domini ingens comminatio fiat, videlicet, vt nec Deum secum habere, nec corā inimicis suis stare posset, donèc ille interiret, q̄ huiuscemodi scelere contaminatus erat. Qualiter verò ipse Achan à Iosue, applicato sibi Israel, per tribus suas, solertissimè examinatus ac deprehensus siue reatum suum confessus fuerit, qualiter etiàm lapidum grandine occubuerit, & omnia quæ illius erant, igne cōsumpta sint, sequentia pandunt. Veruntamen valdè pauenda sunt hæc, & omnibus fide Christi insignitis cauenda; nè propter aliorum illicitum, immò sacrilegum factū, nec secum (quod absit) Dominum habeant, nec coram inimicis suis stare prævaleant. Patratores autē tam immanis, immò sacrilegi facti, magnoperè cauere oportet, nè ꝓpter suam cupiditatē, quam erga res Deo sacratas aut exercent, aut exercere cupiunt, sibi ad instar Achan, mortem æternam, alijsque Dei offensam, & coram hostibus suis adquirant miserabilem ruinam. CAP. 2.

PVnito itaque iusto Dei iudicio eodem Achan, continuò (præcipiente Domino) populus Israeliticus de hostibus suis triumphare, quia Dominum iam secum habebat, promeruit, sicut sequētia libri eiusdem Iosuæ manifestant: & ob id ædificatum est altare Domino Deo Israel. Habes igitur ità in eodem libro: Tunc ędificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte, sicut præceperat Moses famulus Domini filijs Israel, & scriptum est in volumine legis Mosis: Deut.27.a Altare de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigit. & obtulit super illud holocausta Domino, immolauitque pacificas victimas. CAP. 3.

Iosue 6.d

Iosue 8.f

Exod. 20.d

QVia igitur sunt plerique, diuersissimis modis argumentantes, & callidè percōtantes, vndè vsus de mācipijs Deo suoq; tabernaculo (quod typum gessit sanctæ Ecclesiæ) delegandis inoleuerit: si præcedentia, in quibus satìs abundeque de hominibus sanctuario Domini mancipādis & mācipatis tractatum est, illis non sufficiūt: attendāt, qualiter Iosue Gabaonitas tabernaculo Domini seruituros delegauerit. Ait enim illis, sicut in eodem libro legitur: Nō Iosue 9.d deficiet de stirpe vestra ligna cędēs, aquasq; comportans in domum Dei mei. Et infrà: Decreuitque in illo die, esse eos in ministerio cuncti populi & altaris Dñi, cędentes ligna aquasq; cōportantes, vsque in præsens tēpus in loco quē Dñs elegisset. Hi nanque Gabaonitę, eorumq; posteritas, ꝙ in tabernaculo Dñi secundùm constitutionē Iosuę deseruiērint, necnō & in tēplo, quod postèà à Salomōe dño ędificatū & dedicatū est, habes planissimè in libro Regū. Quòd verò sacerdotib⁹ cū populo in captiuitatē ductis, & in eadē captiuitate p septuaginta annos detentis, memorati Gabaonitæ eorundē sacerdotū obsequio fuerint mācipati, habes ī libro Esdrę, vbi seorsū sacerdotes, seorsū verò

1.Esd.2.a.b.c

rò numerãtur Leuitæ, ad extremum numerantur Nathinæi. numerantur etiàm & filij seruorum Salomonis. Nathinæi Hebraicè, Latinè quoquè donati vel donaticij appellantur. Hi sunt profectò accipiendi memorati Gabaonitæ, quos Iosue tabernaculo domini seruituros donauit. Porrò quos vocat in eodem lib. Esdræ, filios seruorum Salomonis, hi sunt absque dubiò intelligẽdi, quos Salomon ob honorem diuini cultûs, templo Domini delegauit.

Nathinæi.

Ibidèm c

CAP. 4.

TEmpore igitur Iudicum manifestũ est, populum Israeliticum à cultu diuino recessisse, & ab offerendis Deo sacrificijs & hostijs pacificis, & cæteris quæ in lege præcepta sunt, diuersarum specierum muneribus torpuisse, & ad ritum gentium deflexisse: Quoniam vt in libro Iudicum legitur, In diebus illis non erat rex in Israel, sed quisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Et ideò ob meritum scelerum suorum, earundem gentium dominio subiugatum, & diuersis tribulationibus & angustijs afflictum fuisse. Qui sæpè reatum suum agnoscentes, & luctuosis pœnitentiæ gemitibus deflẽtes, per sacrificia Deo oblata, à quibus diù vacauerant, de inimicis suis extitêre victores, sicut legimus de Gedeon & Manuê. Hæc idcircò ꝓtulimus, vt magnoperè perpendatur, quanti sit discriminis. cultum diuinum, Deoq́ue sacrificia debita aut negligi aut dehonorari, & quanti sit solatij contra hostes visibiles & inuisibiles, magnique muniminis, ea ritè & honestè exhiberi: Veremurq́ue nimiùm, nè hoc quod dicitur, faciebat vnusquisque quod sibi rectum videbatur, possit quoquo modo illis aptari, qui res ecclesiæ aut dant, aut accipiunt, & in suos vsus contra fas retorquent, & hoc sibi rectum iustumq́ue videri putant.

Iudic. 17. c 18. a 21. d

Ibidèm

CAP. 5.

LEgimus itaque in lib. Samuelis primo, quòd pro eo quòd Anna filium suum Samuelem adduxit in domum domini, quæ erat in Silo, eumq́ue cum holocaustis per officiũ Heli sacerdotis obtulit Domino, ità vt cunctis diebus vitæ suæ seruiret domino, idcircò benedictionem meruerit à Domino. Nota prudens lector, quòd tabernaculum Dei vocetur hîc domus Domini, sicut habes in eodem libro: Et adduxit eum, id est, Samuelem in domum domini in Silo. At si fortè quis quærat, quam benedictionem eadem Anna consecuta sit, videat sequentia. Assc̃endit itaque Anna cum viro suo Helchana, vt immolaret hostiam solennẽ, & benedixit Heli Helchanę & vxori eius, dixitq́ue: Reddat Dominus tibi semẽ de muliere hac pro fœnore, quod commodâsti Domino, & abiêrunt in locum suum. Visitauit ergò Dominus Annam, & cõcepit & pepit tres filios & duas filias, & magnificatus est puer Samuel apud Dominum. Si pro filio & hostijs Deo oblatis Anna benedici, & spiritum prophetiæ & sobolẽ meruit adipisci: cauendum illis est, qui hostias ab alijs Deo oblatas auferũt, vt non solùm maledictionem, sed etiàm extinctionem filiorum suorum incurrant, sicutì quosdam incurrisse non ambigimus.

1.Reg.1.d

1.Reg.2.d

CAP. 6.

QVòd autem sequitur in eodem lib. nimiùm est terrible. Si (inquit) peccauerit vir in virũ, placari ei potest Deus: Si autem in Deũ peccauetit vir, quis orabit pro eo? Inter cætera nanque peccata, q̃bus in Deum peccatur, non minimum peccatum extat illud, quo cultus Dei cõtemnitur, aut diminuitur, vel dehonestatur, & idcircò tam ingens peccatum modis omnib' est cauendum. Quicunque ergò ea, quæ diuino nomini consecrata sunt, aufert, in Deum se peccare nullo modo dubitet. Sed & hoc valdè est terribile, quòd Dominus loquens ad Heli sacerdotem, ità inter cætera inquit: Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Cùm multis modis Deus in operibus nostris glorificetur, iuxta illud euangelicum, Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est: specialiter tamen glorificatur Deus in cultu suo, & in his quæ ei consecrantur & sanctificantur. Contemnitur autem ab his, qui in tantam vesaniam prorumpunt, vtilli consecrata, auferre non formidẽt. Quibus valdè pertimescendum est illud, quod sequitur: Qui autem contemnũt me, erunt ignobiles. Magna porrò ignobilitas est, aliquam Deo in suis sacratis rebus iniuriam inferre, & à voluntate & seruitio illius se disiũgere, & hostis sui volũtati & obsequio mancipare.

1.Reg.2.

1.Pet.2

CAP. 7.

RVina quoquè Heli sacerdotis filiorumq́; eius, q̃ in eodẽ lib. Samuelis sequit̃ facta, nõ solùm patribus, sed etiàm filijs est ꝓtimescenda: Quapropter patrib' studendũ est, vt filios suos indignè atq; inlicitè agentes, cõgrua inuectiõe corripiãt: filijs autẽ prouidendũ est, nè circa ea q̃ Dño aut cõsecrata sunt, aut consecrant̃, inlicitũ quid gerãt. Inlicitũ dicimus factũ, quãdò ea, quæ illis fas non est, à cultu diuino abstrahunt, & sinè dubio furorẽ Dñi in se concitãt. Timendumq́; valdè est, nè tandèm in auferendis reb' Deo oblatis, tale gignat̃ peccatum, quod nõ expiet̃ nec victimis nec munerib', sicutì pro iniqtate Heli filiorumq́ue eius, à dño dictũ esse legimus. Vndè in eodẽ libro per Samuelẽ prophetã de Heli Dñs loquit̃: In die illo suscitabo aduersùs Heli omnia, q̃ locutus sum sup domũ eius, incipiã & complebo. Prædixi enim ei, ꝙ iudicaturus essem domũ eius in æternũ, ꝓpter iniquitatẽ eius, eõ ꝙ nouerat indignè agere filios suos, & non

1.Reg.2.

non corripuerit eos. Idcircò iurauí domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs eius victimis & muneribus vsque in æternum. Attendẽdum & pertimescendum valdè est, quale sit facinus vel flagitium, quod nec victimis nec munerib' expiari possit: & agnoscendum liquidò est, quòd tam terribilis diuina interminatio, quæ non modò victimis, verùm etiàm quibuslibet muneribus expiari interdicitur, ex duobus contẽptibus nasci, nullo modo dubitatur. Vno quidem, quo paterna disciplina erga filios delinquẽtes, & Deum in suis actibus ad iracundiam prouocãtes, ex quodam vano carnalis affectûs amore segnior remissiorq́ue efficitur, & filiorum admissa, in semetipsos redundare comprobantur. Altero, quo erga cultum Dei, Deoq́ue diuersa consecrata ac sanctificata donaria, temerario ausu delinquitur, & idem delictum non solùm in prælatis, verùm etiàm in subiectis diuina vltione persꝑè vindicatur. Hæc de Heli filijsque eius transgredientibus præceptũ Domini, dicta sint. Cęterùm obseruandum est, & summoperè vigilanterq́ue cauendum, nè factum Heli filiorumq́ue eius, filij sanctæ Dei Eccleſię imitentur, nè fortè (quod absit) per eorum imitationem, & ipsi animarũ suarum periclitationẽ incurrant, & per eos totus populus deueniat ad temporalem & æternam damnatiõem. Captio deniquè arcæ Dei, in qua erant tabulæ testamẽti, & cætera quæ diuino præcepto inesse memorantur, ꝓpter peccata memorati Heli sacerdotis, filiorumq́ue eius, accidisse minimè dubitatur.

CAP. 8.

POpuli quoquè Dei tam flebilis interẽptio, non solùm propter sacerdotum, verùm etiàm propter sua innumera delicta, quibus cultum DEI nihili ducebant, accidisse manifestum est. Sæpè quippe accidisse legimus, culpam sacerdotum, ruinam extitisse populi: & rursùs populi culpam, ruinam extitisse sacerdotũ, sicut apertè liquet, culpam Heli filiorumq́ue eius, populi extitisse ruinam: & rursùs culpam populi, captiuitatem extitisse sanctorum prophetarum, Ezechielis videlicet, Danielis & Hieremiæ, & aliorum multorum seruorum Dei, secundùm legis præceptum Deo syncerè ac religiosè seruire volentium, sicut in eorundem prophetarũ libris facilimè animaduerti potest. Capturam porrò arcæ Dei, quæ typum gessit capitis nostri Christi, corporisque eius, sanctæ videlicet Ecclesiæ: populique ruinam, propter Heli sacerdotis negligentiã, filiorumq́ue eius transgressionem prouenisse nulli, qui sanum sapit, dubium est.

CAP. 9.

VEruntamen quid eiusdem arcæ DEI captoribus, Deiq́; populi cæsoribus prouenerit, manifestum est. Si ergò ab alienigenis, ꝓpter peccata sacerdotis suorumq́; filiorum, præcepta Dei transgredientium, facta est arcæ diuini testamenti captio, & populi D E I flebilis conlapsio: cauendum omnibus, qui Christi nomine censentur, summoperè est, nè spreto sacerdotũ Christi ministerio, & cultu eius paruipẽso, propter suam cupiditatem & illicitam præsumptionem, arcam Dei, quam vtiquè cum capite suo Christo vnam constat esse personam, eandem arcam in hostium suorum (quod Deus longè faciat) corruere faciant depræ-dationem.

CAP. 10.

QValiter deniquè Dei electus prophẽta Samuel, in cultibus sacris & in altaribus erigẽdis, & in holocaustis offerendis, & in populis ab idolorum cultura ad diuinum cultũ reuocãdis, Deo placuerit, ipsius libri historia legẽtibus apertè demõstrat. Vndè colligi datur, quòd quanquàm cultus diuinus impugnatores nõ solùm indigenas, verùm etiàm externos habeat, nũquàm tamen Domino gubernante, perpetuam desolationem & dehonorationem habebit: quoniã adest & aderit cultûs sui fautoribus & administratoribus ille, qui dixit: Eccè ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

Matth. 28.

CAP. 11.

QVantùm autem obedientia præferatur victimis & holocaustis, eiusdem Samuelis prophetæ verbis apertè demonstratur. Nunquid vult (inquit) Dominus holocausta aut victimas, & non potiùs vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quàm victimæ, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietũ: quoniam quasi peccatũ ariolandi, repugnare: & quasi scelus idololatrię, nolle acquiescere. Iussit enim Dominus sibi suoq́ue tabernaculo diuersa donaria, & nõ alia nisì preciosa, offerri, & ea penitùs non est passus auferri. Ergò offerentes, sunt Domino obedientes: auferentes verò, proculdubiò extant ei inobedientes atque repugnantes. Cauendumq́ue est illis, nè propter suam inobedientiam, imò cupiditatem, peccatum & scelus, quod ipse Samuel commemorat, incurrant.

1.Reg.15.c

CAP. 12.

ABiecto itaque atque reprobato propter inobedientiam Saul rege, Dauid electione diuina à Samuele (Domino præcipiente) vngitur in regem. Qui quantæ fuerit fortitudinis, quantæq́ue erga cultum diuinum amplificandum & exaltandum deuotionis, iam & in præcedentibus commemoratum est, & hîc succinctìm commemorandum.

1.Reg.16.

CAP. 13.

INter cætera quippe circa diuinum cultũ religiosa facta sua, quantæ venerationi arcam Dei habuerit, intueamur. Habes siquidem secundo eiusdem Samuelis libro:

2.Reg.6.c

Cumque transcendissent (inquit) qui portabant arcã Dñi, sex passus, immolabant bouem & arietẽ, & Dauid pcutiebat in organis armigatis, & saltabat totis viribus aete Dominũ. Porrò Dauid accinctus erat ephod lineo. Et Dauid & omnis domus Israel ducebant arcã testamenti Dñi in iubilo & clan-
1.Paral.16.a gore buccinæ. Et infrà: Et introduxerunt arcam Dñi, & posuerunt eã in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat Dauid ei. Et obtulit Dauid holocausta corã Dño & pacifica. Cumq; cõplésset offerẽs holocaustum & pacifica, benedixit populo in nomine Domini exercituum.

CAP. 4.

EVndem porrò Dauid in numeratione populi Domini peccâsse, iramque illiꝰ in populo sibi subiecto expertũ fuisse, perspicuum est. Qui cùm vidisset angelum cædentem populũ, memor transgressionis &
2.Reg.24. fragilitatis suæ, dixit ad Dñm: Ego sum qui peccaui, ego iniquè egi: isti, qui oues sunt, qd fecerũt? Vertat̃ (obsecro) manus tua cõtra me, & contra domum patris mei. Et monente Gad propheta, emit areã ab Areuna Iebusæo. Et cõstructo ibì altari Dño, & oblatis holocaustis & pacificis, & reatûs sui obliterationẽ, & diuinã repropiciationẽ, ac populi pmeruit nancisci liberationẽ, sicut ibì legitur: Et repropiciatꝰ est Dñs terræ, & cohibita est plaga ab Israel. Hæc idcircò posuimus, vt animaduertat̃, quãtùm apud diuinã maiestatem valeat & veneratio diuini cultûs, & erectio sacrorũ altarium, & holocaustorũ & pacificorum, & cæterorum quæ Domino offeruntur, oblatio, & quantùm Deo displiceat eorum ablatio.

CAP. 15.

FEruentissima nanq; eiusdem Dauid erga templũ Dñi eiusq; cultũ, intantùm
2.Reg.7.a excreuit deuotio, vt diceret ad Nathan prophetã: Vidésne ꝙ ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pelliũ? & cætera q̃ sequunt̃. Voluït eñ, sicut sequẽtia docent, ardentissimè ac deuotissimè domũ Deo Israel miræ magnitudinis & admirandæ pulchritudinis, ędificare: sed quia ab eadẽ ędificatiõe à Dño est phibitus, & vt ꝙ filius eius, q egrederet̃ de vtero eius, (Dño sibi reuelãte ac pollicente) eandẽ domũ foret ædificaturus, didicit, oẽs expẽsas eiusdẽ ædificãdæ domûs, quas dinumerane longũ est, pparauit: necnõ & donaria innumera in diuersissimis ac preciosissimis speciebus læto & alacri animo sanctificauit, & in thesauris illius recõdenda cõsecrauit, sicutì in Regnorũ, pręcipueq; in Paralipomenon libris habetur.

CAP. 14.

QValiter autem Salomon filius Dauid potentissimus ac ditissimus regum, domum Domino ex impensis paternis & copiosissimis sumptibus suis ędificauerit, & cum ingẽti gloria dedicauerit, & ea quæ pater suus siue ipse Domino obtulerat, & in thesauris eius recondẽda sanctificauerat, & quid à Domino sibi apparente ac pollicente audiuit: hîc per singula commemorãdum, subcisiuũ duximus, præsertim cùm legẽtibus oĩa memoratis libris in pmptu habeantur.

CAP. 17.

QVòd verò eadem domus typum gesserit sanctæ Dei Ecclesiæ, nullus sanũ sapiens ignorat. Quisquis enim ex asse nôsse cupit, quibus muneribus cæteri reges eãdem honorauerint, & exaltauerint atque amplificauerint domum, & eius cultui debitum exhibuerint famulatũ, & quibus pręconijs veneratores & amatores eius à Domino sint laudati, & de hostium suorum insidijs tuti ac liberati: dehonoratores verò eiusdem templi, & diuinorum præceptorum transgressores, quantùm à Domino sint reprobati, & ab hostibus suis trucidati, seriem eorundem librorum diligẽter legat: & profectò reperiet, quòd nulli Dominicæ domûs dehonoratori, & eorum quę Domino oblata sunt, surreptori impunè cesserit. Hæc de Israeliticis iustis regibus, diuini templi honoratoribus, & diuersa donaria Domino offerẽtibus: necnon & de iniustis secùs agentibus, & eiusdem sacratissimi tẽpli dehonoratoribus, & à cultu diuino sese ipsos populumque Dei alienantibus, & ad idola gentiũ conuertentibus, breuiter congessisse sufficiat.

CAP 18.

IDem igitur Deo sacratum templum externis gentibus cõstat esse veneratum, & multiplicibus donis honoratum, sicut habes de Hiram rege Tyri, & de Seleuco rege 1.Reg. Asiæ, de quo in secundo lib. Machab. ità le- 3.Reg. 2.Mac. gitur: Igitur cùm sancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiàm adhuc optimè custodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem & animas odio habentes mala, fiebat, vt ipsi reges & principes locum summo honore dignum ducerent, & templũ maximis muneribus illustrarent, ità vt Seleucus Asię rex, de redditibus suis pstaret omnes sumptus, in ministerium sacrificiorum pertinẽtes. Obserua diligens lector, quantùm memoratum venerabile templum, non solùm à principibus & regibus diuinam legem tenentibus, sed etiàm à diuersis nationum regibus, eandem Dei legem ignorantibus, propter amorem & honorem Dei maximis muneribus sit illustratum & honoratum. Nam & idem templum ad adorandum Dominũ, & diuersis muneribus honorandũ, multos gentilium adijsse, aduẽtus illius Aethiopis, quem à Philippo legimus baptizatum, nec- Act.8. non & reginę Saba, euidentissimè adstruũt. 3.Reg.10 2.Paral.

CAP. 19.

PRopter peccata quoquè sacerdotũ & regũ, totiusq; populi, idem templum, quod

in magna gloria à Salomone Domino fuerat conditum, & per quadringentos & triginta annos manserat illæsum, immò valdè gloriosum, à Chaldæis fuit incensum atque dirutum, & Hierosolymorũ vrbs destructa, populusque in Babylonicam captiuitatem deductus, & vasa domûs Domini, & quęque in thesauris domûs Domini, Domino fuerant consecrata & sanctificata, in Babylonem sunt deportata. Non tamen eadem vasa Domino sacrata, Nabuchodonosor rex prophanꝰ in suos præsumpsit retorquere vsus, sed ea in locis præcipuis, in delubris videlicet deorum suorum, quę apud illum magnæ habebantur venerationi & religioni, seruanda reposuit. Sciendum verò est, quòd pro eo, quòd templum Domini incendit, vasa Domini in Babylonem transtulit, populo Dei captiuitatem inflixit, ei vllomodo impunè non cessit. Quoniam & propter hoc factum, & pro eo, quòd gloriam & potestatem & honorem regni sui nõ Deo, sed sibi tribuit, cælicam vocem audi-
Dani.4.f uit, quæ ità facta est: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnum transijt à te, & ab hominibus te eijcient, & cum bestijs ferisque erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabũtur super te, donèc scias quòd dominet̃ excelsus in reguo hominũ, & cuicũq; voluêrit, det illud. eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & cuncta quæ dicta ei fuerant, prouenerunt, sicut sequentia testant̃.

CAP. 20.

SEd quia propter sacrilegium, quod circa templum Domini patrauerat, & suam magnam elationem, qua contra Dominum superbiẽdo tumuerat, & Danielis prophetæ consilium, suæ saluti commodum, audi-
Dani.4.c re contempserat, ×quibus ei orsus est: Quãobrem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperũ: fortè ignoscet Deus delictis tuis: tãtam promeruit abiectionem, vt etiàm cum bestijs & feris esset habitatio eius, & fœnum vt bos comederet: videamus, quid post transactum abiectionis suæ tempus, idem Nabuchodonosor humiliatus dixerit.

Ibidèm g CAP. 21.

IGitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum, laudaui & glorificaui, quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generationem & generationem. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta volũtatem enim suam facit tam in virtutibus cęli, quàm in habitatoribꝰ terrę: & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quarè fecisti? In ipso tẽpore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorẽ regni mei decoremque peruẽni, & figura mea reuersa est ad me, & optimates mei & magistratus mei requisiêrunt me, & in regno meo restitutus sum, & magnificẽtia mea amplior reddita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regẽ cæli, quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradiẽtes in superbia, potens est humiliare. Calicem prætereà furoris Domini, qui secundùm vaticinium Hieremiæ prophetæ, propinatus est gentibus, aduersantibus videlicet Israelitico populo, & à testamento Dei procùl secretis, eundem Nabuchodonosor in memorata abiectione pleriq; bibisse arbitrãtur. vndè legitur in Hie-
remia ppheta: Et post eos bibet Sesach. Se- Hiere.25.c
sach eñ Nabuchodonosor fuisse, doctores nostri intelligũt. quòd si Nabuchodonosor tanti sacrilegij, tantæque arrogantiæ, tantæ etiàm impietatis rex, propter suam humilẽ recognitionem, ad honorem decoremque regni sui peruenire, suoque regno restitui, & magnificentiam (Domino tribuente) ampliorem sibi addi promeruit: liquet profectò, & indubitanter accipi potest, quòd hi qui res Deo sacratas in suis audacter abutuntur vsibus, si ad tempꝰ sibi prospexerint, & diguam Deo recognitionem illicitorum factorum suorum humiliter fecerint, veniam delictorum suorum possint promereri, & non solùm in hoc seculo temporaliter à Domino exaltari, verùm etiàm in futuro æternalirer remunerari. Si autem hoc facere præproperè detrectauerint, verendũ est illis, nè ad instar Nabuchodonosor, cum feris bestijs, id est, cum immundis spiritibus, Psal.73.d
de quibus psalmographus ait, nè tradas Domine bestijs animas cõfitentium tibi, sit eorum sinè fine habitatio.

CAP. 22.

POrrò Balthasar, qui filius Nabuchodonosor fuisse discribitur, vino deditus in tantam prorumpere ausus est superbiam, suæq; salutis inimicam, immò sacrilegam præsumptionem, vt in conuiuio suo, Deo sacrata vasa ad libitum suum iuberet adferri, vt biberet in eis ipse & optimates eius, vxores & concubinę eius, & cõlaudaret deos suos: & ob id, ad suum interitũ, articulum scribentis prospexit in pariete, & eadem nocte Medis & Persis sese obsidentibꝰ, regno cum vita caruit, sicut verba Danielis prophetæ de eo & aduersùs eum testantur, quæ ità habent: O rex, Deus altissi- Dani.5.c
mum regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo, & propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant & metuebant eum. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat. Quandò autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiã: depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est. Et infrà: Tu quoquè filius eius Ibidèm f
Balthassar, nõ humiliâsti cor tuum, cùm sci-

Vide Hieronimũ in caput 5. Danielis.

res hæc omnia, sed aduersùs dominatorem cæli elatus es: & vasa domûs eius allata sunt corã te, & tu & optimates tui, & vxores tuæ & concubinæ tuæ vinum in eis bibistis, deos quoquè argenteos & aureos & æreos & ferreos, ligneosque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque sentiũt, laudâsti: porrò Deum qui habet flatum tuum in manu sua & omnes vias tuas, non glorificâstiisidcircò ab eomissus est articulus manûs, qui scripsit hoc quod exaratum est. Et pauIbidem g lò pòst: Eadẽ nocte interfectus est Baltassar rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum. Si Baltassar pro eo quòd vasa Domini sibi adferri iussit, vt in eis biberet, quæ vtiquè postea ad imperium Cyri regis Persarum, templo Domini sunt restituta, & regno priuari, & morte meruit mulctari: quid putas de illis erit, qui nõ solùm sancta vasa, verùm etiàm alias Deo sanctificatas res suis applicãt vsibus? Quapropter obseruandũ est illis, nè (quod absit) ad instar Baltassar, & præsentis & futuræ vitæ subeant mortem.

CAP. 23.

SEptuagesimo itaque captiuitatis Israelitici populi anno pacto, orantibus Daniele & alijs prophetis, idem populus, sicut Hi.25.& 29. Dominus per Hieremiam prophetam prædixerat, permittẽte eodem Cyro rege Persarum, ad propria est reuersus, & omnia vasa templi Domini, quæ Nabuchodonosor absportauerat, ad idem templum sunt relata, & ab his idem templum & ciuitas ad pristinum sunt restaurata statum, adiuuãtibus illis & hortantibus, vt idem templum & ciuitatẽ restaurarent, Aggæo & Zacharia ꝓphetis eximijs: & præfuerunt eidem operi Zorobabel de regio, & Iesus de sacerdotali semine. CAP 24.

HOc igitur templum stabile permansit per trecentos quadraginta sex annos. Quòd rursùs propter peccata sacerdotum & regum atque populi, Antiochus prophanissimus & impurissimus rex Græcorum, fraude capta Hierusalem, sordibus idolorũ polluit, auferens indè altare Domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis, & cætera vasa templi aurea, quę inuenire potuit, & alia plura in eodẽ templo polluendo & expoliãdo, populumque Dei atrociter affligẽdo & interficiẽdo patrauit, 2.Mac.5.a b sicutì in secũdo Machabęorũ libro legiẽ. Nõ tamẽ prętereundũ est, qꝑ de eodẽ Antiocho in eodẽ lib. legitur: Sequitur eñ ibì: Nec ista Ibidẽm c eidem sufficiunt Antiocho. Ausus est enim intrare templum, vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor, & sceleſtis manibus sumẽs sancta vasa, quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erãt posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè. Ità alienatus mente Antiochus, non considerabat, quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicùm Dominus fuerat iratus, propter quod & accidit circa locum despectio. Alioquin nisi contigisset, eos multis peccatis esse inuolutos, sicut Heliodorus, qui missus est à Seleu- 2.Mac.3 co rege ad expoliandum ęrarium, etiàm hic statìm aduenięs flagellatus, repulsus vtiquè fuisset ab audacia. Verùm non propter locum gentem, sed propter gentem dominus locum elegit. Ideoq; & ipse locus particeps factus est populi malorum, posteà autẽ fiet socius & bonorum. Et qui derelictus est in ira Dei omnipotẽtis, iterùm in magni Domini reconciliatiõe cum summa gloria exaltabitur. CAP. 25.

QValiter nanque Iudas Machabæus idem templum purificauerit & ditauerit, Deoque cõsecrauerit, habes in eodem libro.

CAP. 26.

QVid verò idem prophanissimus rex Antiochus pro cõtaminatione eiusdem sacratissimi templi, sacrorumque vasorum absportatione, & cæteris malis, quæ siue erga memoratũ templum, siue erga populum dei exercuit, perpessus sit, videamus. Qui vniuersa cõspicit Dominus Deus Isra- 2.Mach.9 el, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et post pauca: Isque Ibidem b qui sibi videbatur etiàm fluctibus maris imperare, supra humanũ modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in seipso contestans, ità vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiàm illius & fœtore exercitus grauaretur: & qui paulo antè sidera cęli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerãtiam fœtoris portare. Et infrà: Et cùm nec Ibidẽm ipse fœtorem suum iam ferre posset, ità ait: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Et post pauca: Tem- Ibidem d plum etiàm sanctum, quod priùs expoliauerat, optimis donis iam ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus, de redditibꝰ suis se præstaturũ pollicitus est. Iterùm non post multa: Ibidem e Igitur homicida & blasphemus, pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in montibus miserabili obitu vita functus est. Horrida planè, cunctisq; mortalibus est ptimescenda mors tam terribilis scelestissimi regis Antiochi, q pro eo, quòd ausus est tẽplum intrare & cõtaminare, & vasa Deo sacrata indè auferre, atq; sceleſtis manibꝰ sancta vasa, q ab alijs regibus ad ornatũ loci & gloriã Deo fuerãt oblata, indignè cõtrectare, & in suos nefandissimos vsus cõuertere, iusto Dei iudicio tã horribili morte meruit occũbere. In cuiꝰ interitu sagaciter animad-

uertendum, quòd Deus omnipotens inuasionem vel ablationem sibi oblatarum rerum, inultam nec dimittit, nec dimisit, nec dimissurus sit. Quędam tamẽ, vt in superioribus iam dictum est, in præsenti vlciscitur seculo, quædam verò vlciscenda in futuro reseruat seculo. CAP. 27.

QVæ igitur pœna Menelaum ductorẽ & hortatorem memorati regis Antiochi, ad expoliandũ templum Dñi & vasa Deo sacrata auferẽda (qui vtiquè ꝓditor legum & patriæ scribitur extitisse) digna congruaque sit pœna subsecuta, sequẽtia pandunt, quæ ità se habent: Anno autem Ibid.13.a quadragesimonono cognouit Iudas Antiochum Eupatoris venire cum multitudine aduersùs Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negociorũ. Et post pauca: Commiscuit autem se illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabat Antiochum non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed rex rẽgum suscitauit animos Antiochi in peccatorem, & suggerente Lysia, hunc esse causam omniũ malorum, iussit (vt eius est consuetudo) cõprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndiquè habẽs cineris. Hic prospectum habebat in præceps. Indè in cinerem eijci iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum: & tali lege, ptæuaricatorem legis contigit mori, nec terrẽ dari Menelaum. Et quidem satìs iustè: nam quia multa circa aram Dei delicta cõmisit, cuius ignis & cinis erat sanctꝰ, ipse in cinere damnatus est. Notandum, quòd Menelaus ideò sacrilegus dicitur, pro eo quòd Antiocho ductor extitit, & vt sacra vasa tẽpli auferret, consilium dedit. Nam pro eo quòd circa arã Domini in multis deliquerat, tam exitiabili morte periẽrat. Cuius exemplo deterrendi sunt non solùm hi, q circa arcam Dei ad seruiendum Domino, eiq; ministrandum, verùm etiàm hi qui alijs propter suam explendam cupiditatem, in auferendis Deo sacratis rebus consiliũ dãt, & exhortatores fiunt, & facientibus impunitatem promittunt, vt se modis omnibus compescãt, nè tam mortis atrocissimæ Menelai (quod absit) participes existant.

CAP. 28.

QVi autem ærarium Domini, id est, tẽplum eius, pecunijs aut Deo oblatis, aut ab alijs depositis, expoliari impunè posse & debere arbitrantur: perpendant quid Heliodorus, suique comites, ei que parentes, Hierosolymam aduenientes, vt ærarium Domini pecunijs expoliarẽt, ab equo cælesti eiusque terribili sessore, necnon & cælicolis iuuenibꝰ duobus perpessus sit, de quo ità habes in eodem libro Machabęorũ secundo: Cùm venisset Heliodorus Hierosolymam, & benignè à summo sacerdote in

ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarũ, & cuius rei gratia adesset, aperuit. Interrogabat autem si verè hæc ità essent. Tunc summus sacerdos ostendit, depositа esse hęc ad victualia viduarum ac pupillorum. Et infrà: Decipi verò eos, qui crediderant loco & templo, quod per vniuersum mundum honoratur pro sui veneratione & sanctitate, omninò impossibile esse. Ibidem c Et infrà: Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat, eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens. sed spiritus omnipotentis magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ità vt omnes qui ausi fuerant ei parére, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus, terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus. Isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit. Qui autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiàm apparuerũt duo iuuenes, virtute decori, optimi gloria, speciosi que amictu: qui circũsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabãt, sinè intermissione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumq; multa caligine circunfusum, rapuerũt, atque in sella gestatoria positum, eiecerunt. Et is qui cum multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabat, nullo sibi auxilium ferente, manifesta cognita Dei virtute. Et ille quidẽ per diuinã virtutẽ iacebat mutus. Hi autem Dñm benedicebãt, qa magnificauit locum suũ: & templũ, quod paulò antè timore ac tumultu erat plenũ, apparente omnipotente Deo, gaudio & lætitia impletũ est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabãt cõfestim Oniã, vt inuocaret altissimũ, & vitã donaret ei, q in supremo spiritu erat constitutus. Considerãs aũt summus sacerdos, nè fortè rex suspicaretꝰ malitiã aliquã ex Iudæis circa Heliodorũ consummatã, obtulit pro salute viri hostiã salutarẽ. Cumq; summus sacerdos exoraret, ijdẽ iuuenes eisdem vestibus amicti, adstantes Heliodoro, dixerunt: Onię sacerdoti gratias age, nã propter eũ tibi Dñs vitã donauit. Tu autẽ ab eo flagellatus, nũcia oñibus magnalia Dei & potestatẽ. Et his dictis, nõ cõparuerunt. Heliodorus aũt, hostia Deo oblata & votis magnis, ꝓmisit ei, q viuere illi cõcessit. Et Onię gratias agẽs, recepto exercitu, repedabat ad regẽ. Testabaī aũt omnibus ea, q sub oculis viderat, opa magni Dei. Cũ aũt rex interrogãsset, qui: esset aptꝰ adhuc semèl mitti Hierosolymã, ait: Si quẽ habes hostẽ, aut regni insidiatorẽ, mitte illuc, & flagellatũ eum recipies, si tamen euaserit, eõ quòd in loco verè sit Dei quædam virtus. Nam ipse, qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum, percutit ac perdit.

CAP. 29.

DE his itaque quæ erga Heliodorum, Domino in suo ærario suã iniuriam, suamque dehonorationem vlciscẽte, gesta sunt, multa posuimus: quoniam ea ad eorũ audaciam & pestiferam præsumptionem reprimendam, qui loca Deo dicata expoliare non metuunt, valdè necessaria præuidimus. Quib⁹ scire & summoperè discere cõuenit, quòd in locis Deo dicatis verè virtus Dei sit, eorumque visitator & adiutor Deus sit, & veniẽtes ad malefaciendũ percutit ac pdit.

CAP. 30.

QVòd verò Deo oblata, q̃ vtiquè sancta vocantur, ab his quibus officium non est, auferri, immò contingi fas non sit, verba Iudith, loquentis ad Holophernem, patenter innuunt, quę ità inquit: Deniquè hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & sanguinem eorum bibãt, & sancta Domini Dei sui, quæ præcepit non contingi, in frumento, vino & oleo hæc cogitauerunt impendere, & volunt consumere, quæ nec manibus debebant contingere. Ergò quoniam hæc faciunt, certum est quòd in perditionem dabũtur. At si fortè quispiam quærat, ex qua auth oritate Iudith hæc verba protulerit, legat diligenter Leuiticum, & cęteros veteris testamenti libros, in quibus Domino consecrata, ab exteris contingi, p̃hibẽtur: & manifestè inueniet, vndè eadem verba sumpserit.

Iudit.11.c

CAP. 31.

OZias intereà rex, pro eo quòd officiũ sacerdotale, quod solũmodò ad ius pertinebat sacerdotum, arripere præsumpsit, illicò lepra mulctat⁹ est, & terremotus tam illicitum, tamque sacrilegum eius factum subsęcutus est, qui etiàm vsque ad diem mortis suæ leprosus permansit. Hanc igitur lepram, quam Ozias propter suã temerariam præsumptiõem, & alterius officij illicitam arreptionem, in corpore vsque ad diẽ obitûs sui sustinuit, cauere oportet eos, qui ea quę ad suum ministerium non pertinẽt, auferre nõ pertimescũt, nè fortè (quod absit) in anima eandem lepram miserabiliter sustineant. Plura quidem de sanctorum prophetarum dictis & agiographorum libris testimonia, huic opusculo subnectenda fuerant, quæ euidẽter negocium, de quo legitur, multifariè adstruunt: sed ob prolixitatem vitandam, prætermittẽda nobis visa sunt: quæ tamen de veteri testamẽto, breuitatis studio, posuimus, sufficientia vestræ magnitudini fore suppliciter flagitamus. Sed quia iuxta Apostolum, ea quæ carnali populo in figura cõtingebãt, & scripta sunt propter correctionem nostram, in quos fines sęculorum deuenerunt: nos qui iam per Christi gratiam spiritales effecti sumus, debemus ea spirituali ratione discutere: & qualiter illud templum Iudaicum, typum gesse-

4. Reg. 15.b

2. Par. 26.d

1. Cor. 10.

rit Ecclesię catholicæ, & conditor illius Salomon, qui interpretatur pacificus, personã redẽptoris nostri Christi veri & summi regis pacifici designauerit, in sequẽti opusculo ex sanctorum patrum eloquijs demõstrare.

¶ Finit liber secundus.

CONCILII AQVAE-GRANEN. SVB PIPINO LV-douici Pij filio habiti, Liber 3.

PRAEFATIO.

IN FINE PRAECEDENtis libelli nos promisisse meminimus, quòd in huius exordio, prout DEVS posse dedisset, ex sanctorum patrum oraculis breuiter ostẽderemus, quòd templum Domini, quod à Salomone ędificatum & dedicatum Domino est, figura fuerit catholicæ Ecclesiæ per vniuersum orbem diffusæ, & cõditor illius Salomon rex, personam gesserit Christi, quod quidẽ nos, Domino fauente, adimplere conamur. Salua quippe super hac re cæterorum sanctorum eximiorum patrum expositione, quorum dicta in subsequentibus ponẽda sunt, quid venerabilis & modernis temporibus doctor admirabilis Beda presbyter, desupè memorato templo in expositione Euangelij Ioannis, sentiat, videamus.

Lege ma-rabilis.

CAP. 1.

AIt enim inter cætera: Salomõ rex, qui interpretatur pacific⁹, ipsum redemptorẽ nostrum typicè designat. De quo Esaias ait: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Templum quod ædificauit, catholica eius Ecclesia est: quam de vniuersis per orbem credentibus, quasi de viuis lapidibus, in vnam suæ fidei & charitatis compagem aggregat. Hæc idem Beda dixit.

Salomon per Christ.

Esaiæ 9.

CAP. 2.

CAeterùm sciendum est, quòd rex noster pacificus Christus, qui per crucem passionis suæ pacificauit omnia, quæ in cælis & quæ in terris sunt, & q̃ est vera pax nostra, faciens vtraque vnum, eandem Ecclesiam suam per septẽ annos, id est, per septem dies quibus omẽ sęculum euoluitur in hac mortalitate, ædificat: quã octauo anno, id est, resurrectionis tempore dedicaturus est, quandò scilicet mortale nostrum induerit immortalitatem, quandò electis suis dictu-rus est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mũdi: qa esuriui, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & operuistis

Ephes. 2.a

Matth. 25.

me: infirmus & in carcere, & venistis ad me. Hanc pro certo benedictionem audituri sunt, qui in mẽbris Christi, sua largiti sunt Christo. Quid ergò putas audituri sunt hi, qui aliorum largita, & ad honorem Ecclesiæ decorem q̃, & ad vsus ministrorũ Christi, pauperumque refectionem ac recreationem collata, auferre nõ erubescunt? Quia ergò valdè terribile est, quod audituri sunt: caueant, dum sibi viuere cõceditur, nè protam felici benedictione percipiant maledictionem, & illam æternam confusionem, de qua Dauid propheta se liberandum, pro-Psal. 30.70. minum deprecabatur, dicens: In te Domine speraui, non confundar in æternum, &c.

CAP. 3.

CONfusiones nãque duas esse legimus: Vnam temporalem, per quam omnis peccator, pœnitendo Domino peccâsse cõfunditur: alterã ęternalem, & sinè fine mansuram, quam hi qui à sinistris erunt, audituri sunt, quibus dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Qui hanc maledictionem & æternam confusionem non pertimescit, nimiùm ferrei pectoris existit. Quamobrem filijs Ecclesiæ vigilanter satagendum est, vt eandem benedictionem à CHRISTO audire, & ab amicis, id est, pauperibus Christi, in æterna tabernacula recipi, & æternæ beatitudinis felicitate valeant sinè fine perfrui.

Matth. 25.

CAP. 4.

QVaeliter porrò Ecclesia Christi ab exordio natiuitatis suæ cœperit crescere, dilatari, ac propagari, & fidelium oblationibus munerari, in ipso capite nostro Christo intueamur.

CAP. 5.

IDem nanque caput nostrum Dominus ac redemptor noster IESVS CHRISTVS, qui cùm sit cæli & terræ creator, omniumque bonorum largitor, oblationes tamen fidelium susceptisse non ambigitur, vndè erant nummi, quos miser Iudas & non miserabilis, furabatur: & idcircò non qualiscunque fur, sed fur sacrilegus dicitur, qui adeò nummos dilexit, vt pro nummis Dominum & magistrum suum proderet. De quo beatus Augustin⁹ in homilia quadragesimaoctaua euangelij Ioannis ità dicit: Eccè inter sanctos est Iudas, eccè fur est Iudas, & nè contemnas, fur sacrilegus, non qualiscunque fur: fur loculorum, sed Dominicorum: loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscũque furti & peculatûs, (peculatus enim dicitur, furtum de republica) & non sic iudicatur furtũ rei priuatæ, quomodò publicę: quanto vehementiùs iudicandus est sacrilegus fur, non vndecunquè tollens, sed de Ecclesia tollens?

Iudas, fur sacrilegus.

Ioan. 12.a

CAP. 6.

QVi aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur. Nota quòd aliquid de Ecclesia tollere, furtum esse beatus Augustinus asseueret, & patratorem tanti furti, sacrilegum appellet, necnon & Iudæ perdito æquiparet.

vbi suprà.

CAP. 7.

ET post pauca: Quarè, inquit, loculos habuit, cui angeli ministrauerunt, nisi quòd Ecclesia eius loculos suos habitura erat? Eccè quibus tanti doctoris, documẽtis instruimur, quia quod in capite præcessit, in corpore eius quod est Ecclesia, videtur impletum. Porrò Christum & Ecclesiam vnam personam esse, non nescimus: & ideò quæ Ecclesiæ sunt, Christi sunt: & quę Ecclesię offeruntur, Christo offeruntur: & quæ ab Ecclesia eius tollũtur, proculdubiò Christo tolluntur. Esto, erat futurum vt Ecclesia Christi nummos haberet: si nummos, vtiquè & prædia, & mãcipia, & diuersarum specierum innumera ornamenta: & quòd illicitum sit, ea quæ conferuntur Ecclesiæ, auferri, beati Hieronymi, scribẽtis in expositiõe Matthæi euãgelistæ, verba ità testant.

Hieronym⁹ sup Matthæum 28. cap.

CAP. 8.

OMnes (inquit) qui stipe templi, & his quæ conferunt in vsus Ecclesiæ, abuntur in alijs rebus, quibus suam expleant volũtatem: similes sunt scribarum & sacerdotum, redimentium mẽdacium & sanguinẽ Saluatoris. Subtiliter planè, sagaciterq̃; pertractãda sunt ac pendenda verba tanti doctoris, & cunctis fidelibus cauẽdum est, nè in his rebus quæ Ecclesiæ collatæ sunt, auferendis, similes efficiantur pharisæis & pseudosacerdotibus, mendacium sanguinemque Christi redimentibus.

CAP. 9.

SCribit etiàm idem beatus Hieronymus in expositione euangelij Matthæi, ità: Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Quod vos putatis perditionem esse vnguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum, si mihi bonum odorem fidei suæ dederit, cùm ego p̃ ea futurus sim sanguinem meum. Multi sanè sunt hodiè, qui Christiano consentur nomine, qui ad instar Iudæ, dicere solẽt super his, quæ aut Domino consecrata sunt, aut consecrantur, aut consecrari decernuntur, Vt quid perditio hæc? putantes perditionẽ esse, quæ Ecclesiæ ministrisque eius ac pauperibus, ob amorem Dei, sunt commodata. Animaduerti nanque non inconuenienter potest, quòd sicut vnguentum Marię Christus ad officium suæ sepulturæ, ità nimirùm vota fidelium suscipiat ad officiũ sanctæ suæ Ecclesiæ.

Ibi. cap. 26.

Matth. 26.

CAP. 10.

LEgimus ita que secundùm Marcũ, Dominum Iesum Christum contra gazophylaciũ sedisse, & quõmodò turba iacta-

Mar. 12. d Luc. 21. a

ret æs in gazophylaciũ, adſpexiſſe, & viduam duos nummos in gazophylacium mittentem Deo, laudâſſe, eô quòd omẽs ex eo quod illis abundabat, miſerunt, illa autem de penuria ſua miſerit totum victum ſuum.
Beda in Marcũ li.3.ca.12.
Quid gazophylacium ſit, Beda exponente, didicimus. Scribit enim in expoſitione eiuſdem Marci ità: Quia ſermone Græco φυλαττεῖν ſeruare dicitur, & gaza lingua Perſica diuitiæ vocantur, gazophylacium locus appellari ſolet, quo diuitiæ ſeruantur: quo nomine & arcã, in qua donaria populi congregabantur ad vſus templi neceſſarios, & porticus in quibus ſeruabantur, appellant.
Gazophylaciũ quid.
Ioan.8.e
Habes etiàm exemplum de porticibus in Euangelio: Hæc (inquit) verba locutus eſt Dominus in gazophylacio, docens in templo.
4.Reg.12.b
Habes de arca in libro Regum: Et tulit Ioiada põtifex gazophylacium vnum, aperuitque foramen deſupèr, & poſuit illud iuxta altare ad dextram ingredientium domum Domini: mittebantque in eo ſacerdotes, qui cuſtodiebant oſtium, omnem pecuniam quę deferebatur in templum Domini. Hæc de gazophylacio Beda dixit.

CAP. II.

CAeterùm ſuperiùs diximus, Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ nummos habuiſſe, ſuamq; Eccleſiam ſuo exemplo nũmos habituram, & vnguentum Mariæ, quæ typum geſtauit Eccleſiæ. Hîc autem vota offerentium reſpexiſſe, & viduam duo minuta, id eſt, omĩa quæ habebat, in gazophylacium mittẽtem, laudâſſe, reſpectionemq; Domini in gazophylacium, & quo animo quis quid mitteret, ineffabili diſcretiõe (vt nobis videtur) ſignificabat, iam Eccleſiam ſuam, quæ eſt eius, à fidelibus multiplices oblationes accepturam: & ſi tunc reſpiciendo vota offerentium certo examine diſcreuit atque approbauit, dubitãdum non eſt, quin factum ea de Eccleſia ſua auferre volentium, vituperet.
Mar.12.e

CAP. 12.

QVòd Dominus & redemptor noſter, violationem ac dehonorationem tẽpli ſui fieri nullatenùs patitur, monſtrat factum eius valdè admirabile, eô quòd flagello adhibito, videntes & ementes eiecerit de templo, ità dicens: Scriptũ eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.
Mat.21.b Marc.11.e Luc.19.g

CAP. 13.

HAec illum, iuxta hiſtoriam feciſſe, nõ ambigimus: ſed ſuper hac re, vt oportet, expoſitionem B. Hieronymi legamus, & expoſitionem, quam deſcribit, pariter expaueſcamus, & Domino adiuuante caueamus. Quotidiè, inquit, Dominus ingreditur templum patris, & eijcit omẽs, tam epiſcopos & presbyteros & diacones, quàm laicos & vniuerſam turbam de Eccleſia ſua, & vnius criminis habet vendẽtes pariter & ementes. Item idem in eodem poſt pauca: Non ſit in domo pectoris noſtri negociatio, non vendentium ementiumque commercia, nõ donorum cupiditas, nè ingrediatur Ieſus iratus & rigidus, & nõ aliter mũdet templum ſuum, niſi flagello adhibito, vt de ſpelunca latronum & domo negociationis, domum faciat orationis. Terribilia valdè ſunt, quæ à tanto doctore dicũtur: & idcircò omĩbus ordinib⁹ in religione Chriſtiana conſiſtentibus, præcauendum eſt, nè quippiam illicitum in templo Dei agendo, à IESV irato foràs eijciamur, & templum ſuum, quod propter auaritiam noſtram factum eſt ſpelunca latronum, faciat orationis domum.
Hieronymus in Matthæum cap.21.
Ibidem

CAP. 14.

QVoniã licèt Eccleſia Chriſti propter multa peccata, diuerſis temporibus, diuerſiſque modis, à multis ſæpè ſit expugnata, quæ gratulabunda canit: Sæpè expugnauerũt me à iuuentute mea, etenim non potuerũt mihi: hic tamen, qui eam ſuo precioſo ſanguine redemit, nũquàm deſerturus eſt, ità ei pollicẽs: Eccè ego vobiſcum ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſummationem ſeculi.
Pſal.128
Matth.28.d

CAP. 15.

SCribit etiàm idem B. Hieronymus in expoſitione Sophoniæ prophetæ: Vę prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Nõ audiuit vocem, & non excepit diſciplinam, principes eius in medio eius quaſi leões rugientes, iudices eius lupi veſperè, non relinquũt in manè. Inluſtris & redempta ciuitas, iuxta ſuperiora, perſpicuè Eccleſia intelligitur, quæ vocatur columba, propter ſimplicitatem multitudinis in ea credentium: hæc non audiuit vocem Domini, neque ſuſcipere voluĩt diſciplinam: hæc confuſa eſt, quia voluĩt appropinquare Domino Deo ſuo. Fruſtrà enim quis vocem Domini ſui audire ſe dicit, & cõfidere in Domino, quandò operibus fidem deſtruit. Huius principes ſicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu leonum, quandò viderimus principes eius, ità in ſubiectos populos detonare, & voce tyrannica rabidiſque conuicijs plebem conterere, vt non paſtorẽ inter gregem, ſed leonem inter ouiculas putes frendere. Iudices quoquè eius, quaſi lupi rabidi, occidentes veſperè, & nil relinquentes in manè, non adſpicientes ad ortum ſolis, ſed morantes ſemper in tenebris: & poſſeſſiunculas eccleſiæ, & ea quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum ſuum, vt non habeant pauperes quod manè comedant: q quaſi in nocte, & nullo vidente, omnia populantur: & cùm luporum more cuncta rapiant, ne paruos quidem cibos indigẽtibus derelinquunt.
Hieronymus in Sophoniam cap.3.
appropinquare
Arabiæ

CAP. 16.

ITem idem in Hieremiam prophetam: Vt quid mihi thus de Saba offertis, & calamũ ſuauè olentẽ de terra longinqua? Holocauſtomata autem veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ nõ placuerunt mihi. Hoc autem propriè cõuenit his, qui de rapinis & nudatione miſerorum offerunt ſacrificia, & eleemoſynis ex iniquitate ſe putãt redimere peccata, dicente ſcriptura: Redẽptio viri, propriæ diuitiæ, quæ non de iniquitate, ſed de labore & iuſtitia congregantur. Item in Hieremia propheta: Hęc dicit Dominus: Iudicate manè iudiciũ, & ẽruite vi oppreſſum de manu calumniantis, nè fortè egrediatur quaſi ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat. Propriè aũt ſermo fit ad domum regiam, vt emendet errorem pœnitudine, vt clementiam Domini cõſequatur. Iudicate (inquit) manè iudiciũ, non in tenebris iniquitatis, ſed in luce iuſtitię, & ẽruite vi oppreſſum de manu calũniatoris, vt non accipiatis perſonã in iudicio, ſed diuitibus pauperes opprimentib⁹, magìs apud vos Dei imperium valeat, quàm potentia pſequentis. Et ſi (inquit) hoc feceritis, nequaquàm ſuccendet in vobis ignis furoris mei, nec inueniet materiam quam conſumat.
Hiere.6.e Hieronymus ſup Hierem. lib.2.cap.6.
Prou.13.b
Hiere.21.d
Hieronym⁹ ſup Hierem. li.4.cap.21.

CAPVT 17.

ITem in Eſaia propheta: Vos enim depaſti eſtis vineam meam, rapina pauperis in domo veſtra. Quarè atteritis populũ meũ? Manifeſtè ad principes dicitur Iudæorum. Sed & ad noſtros principes referri poteſt, q atterunt ſubiectã ſibi plebem: & rapina pauperum in domibus eorũ eſt, quandò replẽt theſauros ſuos, & eccleſiæ opibus abutũtur in delicias: publicaſq; ſtipes, quæ ad ſuſtentationem pauperum datæ ſunt, vel ſibi reſeruant, vel * filijs ſuis diſtribuunt. Cùm ergò multa eximiorum doctorum noſtrorũ exẽpla proferri potuiſſent, propter tædium tamen legentium, pauca prolata atque congeſta ſunt.
Iſa.3.c
* propinquis

CAPVT 18.

QVòd autem Dominus Ieſus Chriſtus templum Hieroſolymitanũ * futuris tẽporibus adiẽrit, ibiq; docuerit, ſigna multa fecerit, illudq; venerandum atq; honorãdum docuerit, ſacra teſtantur euãgelia: qui factis dictiſq; ſuis atq; exemplis manifeſtè demonſtrauit, Eccleſiam ſuam (quæ vtiquè templum illius exiſtit, vndè ait Apoſtolus: Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos) à fidelibus ſuis fore ſanctæ religionis voto frequentandam ac venerandam, & nihil in ea vel de ea, niſi quod ad cultũ honoremq; eius pertinet, agendum.
* poſtpaſſionis
1.Cor.3.d

CAPVT 19.

QVomodò igitur Eccleſia Chriſti poſt eius paſſionem, reſurrectionẽ, & ad cælos aſſcenſionem, & Spirituſſancti ſuper Apoſtolos miſſionẽ, paulatìm creuerit, & per Apoſtolos roborata & propagata, atq; fidelium oblationibus ditata & exornata fuerit: & Actus eorundem Apoſtolorum, & eorũ geſta, quæ vnuſquiſq; in prouincijs ad prædicandum à Chriſto ſibi cõmiſſis geſſit, pleniſſimè adſtipulantur.

CAPVT 20.

SEd quia in præcedentibus, de hac re ſatìs dictum eſt, ſupereſt nunc, vt de Actibus eorũdem Apoſtolorum, pauca ſuccinctè commemoremus. Petrus verò ait ad illos: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrûm in nomine Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donũ Spirituſſancti. Et poſt pauca: Qui ergò ſuſceperũt ſermones eius, baptizati ſunt. Et appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria millia. Erant autem perſeuerãtes in doctrina Apoſtolorum & cõmunicatione fractionis panis, & orationibus. Fiebat autem omĩ animæ timor. Multa quoquè prodigia & ſigna per Apoſtolos fiebant in Hieruſalẽ, & metus erat magnus in vniuerſis. Omnes etiàm, qui credebant, erant pariter, & habebant omĩa communia. Poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & diuidebant illa omĩbus, put vnicuiq; opùs erat. Quotidiè quoquè perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebãt cibum cum exultatiõe & ſimplicitate cordis, collaudantes Deum, & habentes gratiã ante omnem plebem. Dominus autem agebat, q ſalui fierent, quotidiè in ipſum. Et poſt pauca: Multitudinis autem credẽtium erat cor vnum & anima vna. Nec quiſquã eorũ quæ poſſidebat, aliquid ſuũ eſſe dicebat, ſed erãt illis omnia communia, & virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti Domini noſtri, & gratia magna erat in omĩbus illis: neq; enim quiſquã egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum ac domorum erant inter illos, adferebant precia eorũ quæ vendebãt, & ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis, prout cuiq; opùs erat. Ioſeph autem qui cognominatus erat Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt, interpretatum, filius cõſolationis, Leuítes, Cyprius genere, cùm haberet agrum, vendidit illũ, & attulit preciũ, & poſuit ante pedes Apoſtolorũ. Eccè habes, quomodò p prędicationẽ B. Petri, & Apoſtolorũ Eccleſia in Chriſtũ cœpit credere, & creſcere, ac multiplicari.
Actor.2.e
Actor.4.d

CAPVT 21.

ECcè etiàm habes initium & originẽ in Deo offerendis rebus, & indubitanter crede, quòd in primordio naſcentis Eccleſię cœpit eadem Eccleſia vota fideliũ ſuſcipere. Quorum exemplo laudandi ſunt votorum ac donorum ſuorum vltronei oblatores. Facto verò Ananiæ & Saphiræ deterrẽdi ſunt hi, qui aut ſuorum, aut aliorum votorũ exiſtunt ablatores vel defraudatores. Ipſe quoquè Ananias cũ Saphira vxore ſua agrũ ppriũ vendidit, & eius preciũ, ſicut & cæteri fideles faciebãt, ante pedes Apoſtolorũ poſuerũt: ſed quia de eodẽ precio, cõſcia eadẽ
Actor.5.

vxore sua, quiddam dedit, quiddã verò retinendo occuluit, vterq; Apostolica authoritate perculsus est. Pro qua re, ficut in eisdẽ Actibus Apostolorum legitur, factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnibus, qui audiêrunt hæc. Si enim de proprijs suis rebus, quas ad integrum Deo vouerãt, pro eo quòd indè aliquid abstraxerunt vel fraudati sunt, tam horribili morte mulctati sunt, quid putandum est de his, qui ea quæ alij obtulerunt, Deo auferre prȩsumunt? Hi proculdubiò secundùm verba beati Petri apostoli, non hominibus, sed Deo mentiri conuincuntur. Ibidèm.

CAPVT 22.

HErodes verò parricida & sceleratissimus rex, de quo & in eisdem Actibus Apostolorum legitur, & pleniùs in lib. Egesippi inuenitur, quo regnãte, natus est Christus, cuius etiàm sæuissimus ingentem paruulorum cateruam pro Christo trucidauit gladius, quo quosdam sacerdotes necauit, eorumq; ministerium sibi subripuit, & quæ Deo oblata erant, sicut in eodem Egesippi libro legitur, in suos vsus cõuertit, vt cȩtera eius mala omittamus, pro tam temerario & (vt ità dixerim) crudeli facto creditur quòd meruerit & ab angelo percuti, & à vermib⁹ depasci, & infelicẽ miseramq; vitam digna morte finire.

Iste Herodes, auus est eius Herodis, cuius in Actis ca. 12. fit mentio.

Miscentur hîc aui res rebus nepotis.

Actor. 12.

CAP. 23.

QValiter deniquè Ecclesia Christi per successores apostolorum, pastores videlicet eiusdem Ecclesiæ sub orthodoxis Imperatoribus, & vt de multis vnum ponamus, Constantino, necnõ regibus alijs ac principibus, cȩterisq; fidelibus sua vota Deo offerentibus, eamq; Ecclesiam diuersis donarijs incrementãtibus, atq; ad alta sublimãtibus excreuerit, hîc enumerare & prolixum est, & laboriosum, & huic opusculo incapabile. Gesta tamen singulorum, manifestant eorum studium, & Imperatorum ac regum, principumq; erga cultũ diuinũ amplificandum, & cȩterorũ Christianorũ frequentissimã deuotionẽ, qualiter memoratã Ecclesiam vsq; in prȩsens tempus honorãdo exaltauerint, & exaltando honorauerint, atq; multifarijs donarijs diuitem effecerint.

CAP. 24.

MVlta siquidem sanctorum patrũ, qui nõ solùm Latinè, verùm etiàm Grȩcè scripserunt, documẽta proferri poterũt, quæ ob prolixitatem vitandam omittũtur, qui res Deo dicatas atq; sacratas, nullatenùs impunè auferri posse testantur.

CAP. 25.

SAcri quoquè canones toto orbe venerandi, & sancto spiritu inspirante digesti, immò calamum sanctorum patrum, qui eos de ordine & statu sanctæ Dei Ecclesiæ conscripserunt, regente, cùm in multis locis auferendarum rerum ecclesiasticarũ temerariam inhibeant prȩsumptionem, & tantæ rei temeratores, per eam quæ à Christo illis conlata est, percellãt potestatẽ, libet de multis, breuitatis gratia, duo huic subnectere opusculo: & nõ solùm hæc duo, verùm etiàm vnum illorum ad eorum audaciam, qui hæc quȩ prȩmissa sunt, fecerunt aut faciunt, aut facere præsumunt, vel facientibus impunitatem promittunt, reprimẽdam, satìs abundeq; sufficere potest.

CAPVT 26.

QVorum alterum sub duobus capitulis, videlicet septimo & octauo, in cõcilio Gangrẽsi ità legitur: Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiã accipere vel dare voluerit, prȩter cõscientiam episcopi vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluẽrit agere consilio, anathema sit. Item: Si quis dederit vel acceperit oblata prȩter episcopum, vel eum qui cõstitutus est ab eo ad dispensandũ misericordiã pauperib⁹, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Alterũ etiàm in decretis Symmachi papȩ, quod licèt quibusdã aliter videatur, negocio tamẽ, de quo agiť, & ecclesiasticè & canonicè euidenter adstipulatur, quod ità se habet: Iniquũ est enim & sacrilegij instar, quæ vel pro salute vel requie animarum suarum vnusquisq; venerabili Ecclesiæ pauperũ causa contulerit, aut certè reliquerit, ab his, à quibus maximè conuenerit seruari, auferri, & in aliud trãsferri. Arbitramur intereà, ꝙ his, de quibus & cõtra quos agitur, hæc quȩ paucis cõgesta sunt, possint sufficere. Quòd si hæc parua eis non sufficiunt, neq; si maiora, quȩ vtiquè vberiori & prolixiori opere indigẽt, & perfacilè in diuinis oraculis inueniri possunt, eis sufficiẽt.

Gangrẽsi concil. cap. 7.

Ibidèm c. 8.

In Romana synodo, cap. 5.

CAPVT 27.

TE quoquè nobilissime & gloriosissime, totoq; orbe famosissime, optime rex, humiles ac fidelissimi oratores vestri, vestrȩq; salutis amatores certissimi ac deuotissimi, suppliciter exoramus, & flexis poplitibus vestram excellentiã flagitamus, vt hoc opusculum, quod propter amorẽ cõmunis redẽptoris nostri Iesu Christi, vestrȩq; animæ saluationẽ, & regni vobis cõmissi tuitionem, atq; in longinquũ felicẽ eius protelationem, vestrorumq; hostiũ superandorum digessimus, vestrȩ celsitudinis obtutibus sit gratũ atq; acceptũ, vobisq; proliq; ac populo vobis subiecto, Domino opem ferẽte, ꝓfuturum: quod non ex cœnoso fonte iactãtiæ, vel cuiuslibet præsumptionis elatione emanâsse, sed potiùs ex verissimȩ syncerissimæq; fidei integritate, & sacerdotali curam animæ vestrȩ incõparabiliter gerẽte authoritate, collectum atq; conscriptum esse non dubitetis. Monemusq; salubriter magnitudinem culminis vestri, vt hæc perpendatis, qualiter progenitores vestri, & ditando & exaltando sanctam Dei ecclesiam, regnum hoc longè lateq; dilatauerint, gloriosumq; cunctis

cunctis in circuitu nationibus terribile, atq; Dño se protegẽte insuperabile fecerũt. quapropter fideliter & humiliter vestrã hortando persuademus & persuadẽdo hortamur à Deo sublimatã potestatem, vt qui ecclesias Christi dehonorauerunt & humiliauerunt, rebusq; proprijs expoliauerunt, nullatenùs imitatores, sed magìs progenitorum vestrorum, qui eam ditatam atq; exaltatam, & diuersis muneribus exornatam, ad vos transmiserũt, existatis sectatores, vt iure cum illis & cum cæteris fidelibus Deo syncerè ac deuotè sua offerẽtibus saluari, & hæredes perpetuæ felicitatis mereamini effici. Sancta & indiuidua Trinitas, te bone rex, ad profectũ & exaltationẽ atq; defensionem sanctȩ suæ Ecclesiæ per immensum conseruet, & post huius vitæ lachrymabilem conuallem, sanctorum regum consortem efficiat. Amen.

FINIS.

SYNODVS MELDENSIS HABITA ANNO DOMINI 845. SVB CAROLO iuniore rege Francorum.

PRAEFATIO.

QVIA generis humani fragilitas pronior dilabitur ad corrigenda, quàm studeat conseruare correcta, & diuina testantur oracula, & consuetudine monstratur quotidiana, quia etiàm virtutes faciliùs queãt plantari, quàm vitia possint eradicari: & ager dumosus ruricolarum vsu atq; labore ad cultum feralem perductus ostendit, & propheta sacerdotalem gestans personam, Domino loquente, præmonstrat, dicens: Eccè cõstitui te hodiè super gentes & super regna, vt euellas, & destruas, & dissipes, & disperdas, & ædifices, & plantes. Quatuor enim priùs ponens ad destruenda praua, & duo postmodùm ad statuẽdum recta, ostendit, quid falce sacerdotali duriùs valeat, & sæpiùs debeat recídi. Hier. 1.

Quicquid terrena potestate vel cupiditate, ignorantia seu fragilitate, studio ac subreptione peruersum in Ecclesia, aut in humana cõuersatione pullulauerit, recidendum. Sacerdotum est enim, diuina populo dare mandata, & referre responsa: quia in rationali pectoris Aaron, erant doctrina & veritas. Et sacerdotalis chorus, os Domini appellatur, sicut scriptum est: Si separaueris preciosum à vili, quasi os meum eris. Cui etiàm dictum est: Tu autem annunciabis eis, quin populis vniuersis, ex me, & legem requirent ex ore sacerdotis, quia angelus Domini exercituũ est: & multa alia his similia, quæ vera Christianitas plùs iam penè credendo & venerando, quàm audiendo vel discendo, cognoscit. Sacerdotum est etiàm, imminentem gladium, quæ est animaduersio diuini furoris atq; iudicij, populis nunciare: eorũ est nihilominùs, verbi gladio, acutiore omĩ gladio ancipiti, qui penetrat vsque ad diuisionem animæ & spiritûs, compagum quoquè & medullarum, atque cogitationum & intentionum cordis in vnoquoq; Ecclesiæ filio praua resecare à rectis, prauosq; in omĩ Ecclesia, si ità res poposcerit, vt seculi iudices, & iudicij diuini præcones, segregare de rectis: Quia nulli qui sanum sapit, est dubium, ità Dominum omnia moderâsse, vt clauibus Ecclesiæ datis, aditus ad vitam claudi debeat, vel reserari: & quicquid ordine ordinato à sacerdotibus in Ecclesia geritur, per gratiam sancti spiritûs ab illo geratur, q quòd eis promisit, nullatenùs pro quocũq; in quocunque dimisit: Eccè ego, inquiens, vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Quod certissimè cognoscẽtes Domini sacerdotes, & subtili examine perpendentes, quia eorum erat ad omnem actionẽ populi, vt Dominus per Mosen præceperat, tubis clangere, id est, manifestissima prȩdicatiõne voluntatem Domini insonare, postquàm ab ipsis piæ memoriæ Ludouici diui Augusti tẽporibus, Ecclesia diuersis & aduersis cœperat vexationibus fatigari, in qua (vt propheta longè multò antè defleuerat) à planta pedis vsque ad verticem non erat, immò nec est, desiderabilis sanitas, crebris monitionibus suam, principum quoquè & potentum, ac pauperum, totiusq; Ecclesiæ clamãtes necessitatem, vocem correctionis dederunt, si fortè vel ipsa vexatio, vt scriptũ est, intellectum daret auditui. Hoc verbis, hoc scriptis, hoc publicis, hoc priuatis suasionibus: hoc specialibus, hoc generalibus egérunt, pro Christo legatione fungentes, petitionibus: hoc etiàm, dicta Dominica ꝓponẽtes, hoc propheticis & apostolicis oraculis contestantes: hoc, veterum statuta prȩ oculis demonstrantes: hoc capitulari & petitoria suggestione, sæpiùs & principes & Reipublicȩ potentes atq; * ministros ex diuina insinuatione & voce, blandè ac terribiliter, quia ità diuersi rerum euentus exegerant, monuerunt. Et vt de multis quædam ad memoriam reducamus, ità egérunt scriptis, quæ cõstant, quorum est vnum ex synodo, in pago Andegauensi habita, in villa quæ dicitur Lauriacus. Aliud in reuersione gloriosi regis ac domini nostri Caroli *Aredonis ciuitate, quod idẽ inclytus princeps, & cæteri quique tam Ecclesiastici, quamque ex laicali ordine, qui adfuerunt viri

Ezech. 28. Esa. 28. Malach. 2. Ezech. 33. Hebr. 4.

Matth. 16. & 18. Matth. 28. Leuit. 23. 25. Num. 10. Esa. 1. Esa. 28.

*ministrã

viri manu propria firmauerunt. Tertium in generali Synodo apud Theodonis villã generaliter actum, & generali contestatione propalatum. Quartum ex conuenientia, in prædicto cõuentu cœptum, & in Verno palatio perpetratũ. Sed inuidia ac malitia diaboli seu ministrorum eius, nondùm principis & populi auribus prolatum. Indè verò, quia sicut necessè fuerat, diuinis iussionib⁹ non est sequuta obedientia, dedit Dominus ab Aquilone, vndè iuxta prophetã, pãdetur omẽ malũ, dignos meritis nostris Apostolos, crudeles scilicet & immanissimos Christianitatis persequutores Nortmannos, qui vsq; Parisios venientes, quod iussit Dominus, mõstrauerunt: quorum actus Domini sacerdotes, vt præuenerant ex ore Domini, sermone sunt etiàm subsequuti. Sed & indè Beluacum ciuitatem venientes, quæ ex Domini voluntate cognouerant, & verbo & scripto nullatenùs siluerunt. Tandèm aũt grassante iniquitate, atq; elongante se optata atq; optabili pace, nõ solùm à medio nostrî, verùm (quod est lugubrius) à finib⁹ nostris, perspiciẽtes etiàm diuinam misericordiam, quæ potissimùm in tribulatione suis fidelibus cõsueuerat semper adesse, tot miserorum gemitus, tantasq; lachrymas, & penè intolerabiles, & ĩ hac regni dũtaxàt parte inauditas afflictiones & horribiles calamitates surda (si dici fas est) aure iusto iudicio præterire: Ob hoc iustæ indignationis diuinæ complangendum supplicium, & ecclesiæ Christi deuoto pectore tractandum negocium, præsulum quoquè & sequentis cleri correctionem, & regis ac regni salubritatem atque stabilitatem, & populi, authore & fautore Domino, procurandam salutem, venerabiles episcopi, Vuenilo videlicet Senonicæ Sedis archiepiscopus cum suffraganeis suis, Hincmarus quoquè sanctæ Metropolis Ecclesiæ Rhemorum episcopus cum coëpiscopis suis, & Rodulphus Bituricæ ciuitatis archiepiscopus, cæteris etiàm Domini sacerdotibus legatis vel scriptis suam præsentiam exhibentibus, in Meldẽsem Ecclesiam de suis ciuitatibus conuenerunt, ibique secundùm synodalis ordinis censuram residentes, anno Dominicæ incarnationis DCCC.XLV. pijq; regis Caroli succrescẽtis feliciter vj. cuius cõsensu sub diuino nutu illuc cõuentum est xv. Calend. Iulij, quia occasiones durissimæ iam annis præcedentibus Synodalia tempora religioni abripientes sibi indebitè subripuerant: post compassionis fraternæ & communis miseriæ luctum statuerunt primò aliqua ex his, quæ nupèr ab eodem deuotissimo principe, vnà cum sacro Ecclesiastico ordine, & illustriũ virorum nobilitate decreta sunt, ità vt constituta fuerunt præfigere, vel quæ ab ipsis ac cæteris Christi vicarijs, ex diuina authoritate ad statum sanctæ Ecclesiæ redintegrandum, ad principis ac Reipublicæ & subsequentis Christianitatis salutem, sunt prolata capitula recenti memoriæ & auditui atque adspectui salubriter, Christo propitio, præscribere, & tunc quæ sancti spiritûs gratia ministrauerit, & patrum constitutio roborârat, deuotis mentibus intimare: Quia quæ benè inuenta & semèl statuta sunt, obseruatione indigent, vt ex vestigijs præcedentium didicimus, non retractatione. Nec solùm studendum est noua cudere, sed & vetera conseruare: Quia etiàm mox post absolutam synodum, nec admonitionis episcopalis congruentia, varijs euentibus præpedita, potuit subsequi, nec monitionis efficacia promereri, prædicti venerabiles episcopi vnà cum æquè venerabili Gunboldo Rothomagensi archiepiscopo ac coëpiscopis suis, cõnsensu suprascripti gloriosissimi regis Caroli, anno Incarnationis Dominicę DCCC. XLVI. Calend. Mart. Parisijs conuenerunt, & cœptum diuinum negocium pertractantes, vt ad perfectionem debitam propiciante Christo perduceretur, satagere studuerunt. Sicq; per septiformis spiritus sancti virtutem nos omnes, licèt indigni, Christi tamen vicarij, & apostolorum ipsius successores, omnem hominem, eccè iam non modò septiès, verùm & octiès intuitu meriti stabulario repromissi: Quod supererogaueris, inquit, cùm redièro, reddam tibi, conuenientes vt vel nũc in hac octaua, quæ resurrectionem prętendit, cõuentione à mortuis operibus communiter resurgamus, cõsilium Dei, iuxta Pauli vocem, adnũciamus, & mundos nos à sanguine audientium exhibemus: Indeq; non obedientibus, quam non optamus, iram ac indignationem ac tribulationem, sicut idem sanctus Apostolus docuerat, denunciamus: omni autem obedienti, ac operanti bonum, ac perseueranti in bono, Christi Dei nostri voce promittimus, quam & deposcim⁹ gloriam, & incorruptionem, & vitam æternã in secula seculorum, Amen.

Hier. 1.

Parisijs iterum conuenitur, & hic synodus soluitur.

Luc. 10.

Act. 20.

Rom. 2.

CAPITVLA EX CONVENtu habito in villa, quæ dicitur Holonia, consensu principis & episcoporum, ac cæterorum fidelium prolata & confirmata, & ab omnibus Dei fidelibus necessariò obseruanda.

CAPVT I.

De honore videlicet & cultu Dei, atq; sanctarum Ecclesiarum, quæ authore Deo, sub ditione & tuitione regiminis nostri consistunt, communiter, Domino mediante, decernimus, vt sicut tempore beatæ recordationis domini ac genitoris nostri excultę & honoratæ, atque rebus ampliatæ fuerunt, ità permaneant: Et quæ à nostra liberalitate honorantur atq; ditantur, decæterò sub integritate suî seruẽtur, & sacerdotes ac

tes ac serui Dei vigorem Ecclesiasticum & debita priuilegia, iuxta reuerendam authoritatem obtineant. Eisdẽ verò regalis potestas, & illustrium virorũ strenuitas, seu Reipublicę administratores, vt suum ministerium competenter exequi valeant, in omibus rationabiliter & iustè concurrant.

CAPVT 2.

Honor etiàm regius, & potestas regali dignitati competẽs, atq; synceritas & obtemperantia seniori debita, remota omĩ socordia, & calliditate, seu qualibet indebita quorumcunq; coniunctione, contra honorem & potestatem, atq; salutem nostram, siue regni nostri soliditatem nobis in omĩbus & ab omĩbus, sicut tempore antecessorum nostrorum conuenerat, exhibeatur. Et si quis quemcunq; contra nos, & cõtra hãc pactam synceritatem aliquid moliri manifestè cognouerit, si eum cõuertere nequiuerit, apertè prodat atque denotet, & consilio atq; auxilio episcopalis authoritas, & fidelium vnanimitas, vt honor & potestas regia inconuulsa permaneat, totis nisibus decertare & adiuuare procuret.

CAPVT 3.

Quia verò debitum esse cognoscimus, vt à quibus honorem suscipimus, eos iuxta edictum Dominicum honoremus, volumus, vt omnes fideles nostri certissimum teneant, neminem cuiuslibet ordinis aut dignitatis deincèps nostro inconuenienti libitu, aut alterius calliditate, vel iniusta cupiditate promerito honore debere priuari, nisì iustitiæ iudicio & ratione atq; æquitate dictante. Legem verò vnicuique competentem, sicut antecessores sui temporenostrorum prędecessorum habuerunt, in omĩ dignitate & ordine, fauẽte Dño, nostrã magnificentiã obseruaturam promittimus.

CAPVT 4.

Quod faciliùs atque obnixiùs vestra authoritas valeat obseruare, omnes, sicut in vestra benè memorabili cõuenientia pepigistis, conseruare studebitis: immò etiàm cuncti in postmodùm solicitè pręcauebũt, nè aliquis pro quacunq; priuata cõmoditate, aut reijcienda cupiditate, siue alicuius consanguinitatis vel familiaritatis, seu amicitiæ cõiunctione nobis immoderatiùs suggerat, vel postulationibus, aut quolibet modo illiciat, vt contra iustitię rationem, & nostri nominis dignitatẽ, ac regiminis ęquitatem agamus.

CAPVT 5.

Et si fortè subreptũ nobis quippiam vt homini fuerit, competentem & fideliter, prout sublimitati regiæ conuenit, & necessitatibus subiectorum expedit, vt hoc rationabiliter corrigatũ, vestra fidelis deuotio admonere curabit.

CAP. 6.

Tandèm autẽ visum est nobis adnectere, vt si quis hoc fœdus concordię salubris, quod propter pacis charitatisq; custodiam iniuimus, & chirographi virtute subscripsimus, rebelli atq, animo pertinaci, irruperit, Christiana dilectione admoneatur, & ad incõuulsum veritatis vinculum cõseruandum, (Quod qui tentauerit corrũpere, faciliùs poterit seipsum disrumpere, quàm illud possit irrũpere) iuxta monita diuina, vt resipiscat, horteẽ: & si audièrit, fiat de societate fideli omĩbus gaudium: Si verò obaudire renuerit, tunc põtificalis authoritas, & regalis sublimitas, atq; in charitatis cõnexione persistentium magnanimitas, secundùm quod res & necessitas postulauerit ac ratio expetiuerit, seu qualitati personę conuenerit, zelum suæ deuotionis feruẽtissimè exerat, & quod inspirante Deo, agendum in omnem salutis & vtilitatis atq; honestatis partem iudicauerit, irrefragabiliter peragat. Ex capitulis verò in Synodo apud Theodonis villam habitis, quædam monenda subiungemus, quædã autem pro tempore tunc dicenda, nunc breuitati studentes, recidimus quædam, etiàm necessitati cõsulentes, & ordini prouidẽtes, patrum sequentes cõsuetudinem, interposuimus ità ab episcopis prolata, principũ & cæterorũ fideliũ saluti.

CAPVT 7.

Videtur nobis, si fideliter vultis regnare, & vigorem regium ac seniorale, & super vestros, & super impugnãtes potestatem vestram optatis habere, charitatem illã quã apostolus docuit, de corde puro & cõscientia bona, & fide non ficta, cum fratrib⁹ vestris studete habere: Et quia sic habeatis, & fidelibus & infidelibus omĩ virtute & puritate, quãtùm Deus dederit, curate manifestare, sicut ipse docuit, dicẽs: In hoc cognoscent oẽs, qa mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis adinuicèm.

Seniorale, Gallicũ videtur esse vocabulum.

1. Tim. 1.

De charitate fraterna regum.

Iohan. 13.

CAP. 8.

Quia benè nôstis, ab illo, qui solus rex & sacerdos fieri potuit, ità Ecclesiam dispositam esse, vt põtificali authoritate, & regali potestate gubernetur: Et scriptũ esse liquidò peruidetis, Vbì nõ est gubernator, populus corruit: & tanto periculosiùs, quãto anima plùs est preciosa, quàm corp⁹: Canonum etiàm irrefragabilis authoritas super episcoporum ordinatione euidẽtissimè præcipiat, feruentissimè Dei legatione fungentes monemus, vt quãdocunq; Deo dispensante, quilibet episcopus ad Dominum migrauerit, submota funditùs peste Simoniacæ hæreseos, sinè dilatione iuxta authoritatem canonicam, sedes vacãs episcopum à vobis regulariter designatũ, & gratia sancti spiritûs consecratum, accipiat.

Prou. 11.

CAPVT 9.

Sacrum quoquè monasticũ ordinem à Deo inspiratũ, & ab ipsis apostolis fundatum, seu à nominatissimis ac sanctissimis patribus excultũ, atq; per istud imperiũ à vestris pię memorię pdecessorib⁹ propagatũ,

Ordo monasticus fundatus ab Apostolis.

&

& quædam etiàm loca ſpecialiùs venerabilia contra omnem authoritatem & rationem, ac patrum veſtrorũ ſeu regum præcedentium conſuetudinem, laicorum curæ & poteſtati in maximo veſtro periculo, & illorum perditione, & Dei ac ſanctorum non modica ad iraſcendum prouocatione vos commiſiſſe dolemus. Quapropter pro Chriſto deuotiſſimè obſecramus, vt tam magnã offenſam, & iuſtam repræhenſionem, atque periculoſam ſinè exemplo præcedentium præſumptionem, ab animabus veſtris, & felicitate regni veſtri pellatis, & loca venerabilia, & habitum ac ordinẽ ſacrum, eis qui ad hoc vocati ſunt, viri ſcilicet ex clericali & ecclеſiaſtico vel monaſtico ordine religioſis, ſeu & in ſuo ſexu fœminis Deo dicatis, atq; deuotis, atque in ſchola Chriſti eruditis, ad cuſtodiendum & prouidẽdum cõmittatis,
Matth. 22. qui & quæ Dei ſunt, Deo: & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddant. Qui etſi minùs perfectè, & in diuina religione & in Reipublicæ vtilitate profecerint, aut corripiantur, aut meliores & vtiliores in locis eorum ſubſtituãtur, & non propter prauorum nequitiã, ordo religionis, & loca ſacratiſſima, eis quibus licitum non eſt, committantur: Quia, vt ſancti patres dicunt, nõ debet eſſe in regimine vel in contubernio communis habitatiõ, quorum eſt diuerſa profeſſio. Et magnoperè cauendum eſt, nè tam manifeſta religiõis
2. Reg. 6. deſtructio, regni huius fiat deſolatio, cùm manifeſtiſſimè ſcriptura demonſtret Ozam morte damnatum, qui arcam Domini quaſi cadentem releuare voluit: quam vel contingere illicitam ei fuit. Hęcautem loca ſacrata non ideò ab illis, quia tenere non debent, occupari prohibemꝰ, vt à nobis illa cupidè poſſideri quæramus: ſed vt hi, quibus ea habere non licet, licita habeãt: & illi qui ad regiminis onera portanda à Domino vocati ſunt, diuina miniſteria exequantur.

CAPVT 10.

Nota abuſũ deformem. PEruentum eſt ſiquidẽ ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile, ac nimìs triſte dignoſcitur: quia contra omnem authoritatem, contra patrũ decreta, & totius Chriſtianę religionis conſuetudinem, in monaſterijs regularibꝰ laici in medio ſacerdotum & Leuitarum, ac cæterorum religioſorum virorum, vt domini & magiſtri reſideant, & velut abbates de illorum vita & couerſatione decernant, eosq; dijudicent, ac regimina animarum, ac diuina eis, ſecundùm regulam, non ſolùm ſinè præſentia, verùm etiàm ſinè cõſcientia epiſcopi committãt ſacraria, & ità præſumptiuè doceant, qui noluerunt fieri diſcipuli veritatis, & ſaltu inordinato magiſtri fiant erroris. Quod quàm temerario auſu præſumptum ſit, omnis ſcripturarũ demonſtrat authoritas, adeò vt, ſicut ſcriptum eſt, nec in perſecutione Dominica ſinè miniſtris pontificum Reſpublica ad comprehendendum dominum, quanto magìs ad ordinanda diuina ſeruitia auderent tranſmittere. Ait etiã ſcriptura ſecundùm Iohãnem: Iudas autem Iohan. 18.
cùm accepiſſet cohortem, & à pontificibus & phariſæis miniſtros. Et item: Et adduxe- Ibid.
runt Ieſum ad Annam primùm, & indè ad Caipham pontificem, & poſt examinationem pontificis, ſuſcepit eum Pilatus. Et pau- Act. 4.
lum princeps ſacerdotum ſecundùm legem ſedens, per legem iudicare debebat. Et quibus panes propoſitionis non licet edere, 1. Reg. 21.
etiàm regis à DEO electi petitione, niſi ab immunditia ſua mundẽtur, iudicia ſacerdotum panes proponunt. Quod non eſt aliud, 1. Ioan. 2.
niſi quod Iohannes dicit, cùm venerit, Antichriſtum acturum. Et nunc Antichriſti, videlicet iſti, multi ſunt. Et quod dominus ſecundùm Marcum: Cùm videritis abomina- Marc. 13.
tionem deſolationis ſtantem in loco vbi nõ debet, qui legit, intelligat. Verè enim iſta eſt Dan. 11.
abominatio deſolationis, non ſolùm religionis, ſed etiàm præſentis & perpetuæ ſalutis, & non ſolùm ſubditorum, & talium apocryphorum rectorum, verùm & regis & regni, atq; regni primorũ, huic deteſtabili inordinationi fautorum. Et, quod adhuc habetur flebilius, quidam epiſcoporum è vicino ſedentes, & iuxta prophetam, canes muti Iſa. 56.
non valentes latrare, nec opponere murum pro domo Iſrael, hęc ſcientes ſilent, & ſurda Ezechiel. 33.
aure pertranſeunt. Vndè & zelo diuino accenſi authoritate Dei, ex quo omnis paternitas ſecũdùm Apoſtolum, in cælo & in terra nominatur, decernimꝰ, vt quicquid huiuſmodi hactenùs actũ eſt, ſacerdotali acregali rigore ſeu diſpoſitiõe caſſetur, & ad ſtatum authoritatiuum reducatur, & talis Abbatia, quæ paternitas Latino nomine dicit, funditùs remoueatur. Et ſi quis hoc decẽteròpræſumpſerit, & admonitus à tali ſumptione ſe corrigere non voluerit, & idem, & qui ei fauerit, vel cõſenſerit, à corpore Chriſti ſeparetur & ſanguine. Qui autem demonachis per talem manum, obedientiã regularem ſuſceperit, grauioris culpæ vindicta puniatur. Quod ſi pòſt quiſquam illorũ ſumpſerit, iudicio ſanctiſpiritũs, ꝓſenti decreta authoritate anathematizetur. Si autẽ Monachus cõtemnens, gradũ Eccleſiaſticũ habuerit, eo priuetur: Et ſi nõ habuerit gradũ, pane & aqua cõtentus, ergaſtulo diebus xl. retrudatur, & de miniſterio indebitè adepto vltionẽ canonicã, qui à qualibet ſeculari poteſtate, prędictũ honorem Eccleſiaſticũ vult obtinere, ex hoc decreto ſuſtineat. Epiſcopi verò, qui hactenùs tantã ſilentio conſenſerunt præſumptionis pernicię, duriùs arguãtur. Et ſi deinceps iſtud ſinè vindicta dimiſerint, aut agere in ſuis parochijs conſenſerint, tribus menſibus hoc ſynodali iudicio à Miſſarum ſolennijs ſe abſtineant, & ſuę tãtùm Eccleſiæ communione contenti fiant.

CAP.

CAP. XI.

OCcaſionem etiàm & fomitem, vndè ordo Eccleſiaſticus, & canonica forma, atq; monaſtica religio ſæpè à longè ſuperiori tempore, quum minùs religioſos principes habuit, titubauit & penè collabẽs deperijt, & iterùm, quum deuotos & in Dei zelo feruentes principes accipere meruit, reſurrectiõe quadã reuixit, & vigorem recepit, atq; ſui proceſſũs tempore ambulauit, quod non ſinè graui dolore & metu vltiõis diuinę dicimꝰ, in veſtri regiminis tẽpore, in deſtructionẽ, nõ ędificationẽ, ſicut Paulus docuerat, accidiſſe cõſpicimꝰ. Quod & noſtris peccatis, q̃ diſpẽſatores & paſtores Eccleſiarũ eſſe debuimꝰ, veraciter imputamus, & eorum, quorum factione res iſta adeò malè pullulauit & excreuit, alia pcedẽtia peccata hoc meruiſſe, ꝓ certo authoritate diuina cognoſcimus: vt qui nocebãt, ſicut ſcriptum eſt, nocerent adhùc, vndè deum grauiùs ad iracundiam prouocarent, & ſanctos, quos interceſſores pro ſuis peccatis habere debuerant, infenſos haberent, & ſacerdotes ac viros religioſos, ſeu Chriſti pauperes, quos oratores & reconciliatores ſibi de ſuo promereri neceſsè fuerat, proclamatores aduersùm ſe fieri iritarent, & ad cumulum ſuorum peccatorũ etiàm illa peccata, vndè in conſpectu Dei rationem in die terribilis iudicij redderent, augerent quæ illi commiſerunt: qui eadem ipſa peccata p interceſſionem fideliſſimarum oblatiõum deleuerunt, quibus Eccleſiaſticarum rerum peruaſores inconſultè, & in perniciem ſuĩ ſinè reuerentia abutuntur. Quod ità verum eſſe, vt dicimus, Dominus proteſtatur dicens: Peccata populi mei comedunt. Peccata enim populi comedunt, qui contra authoritatem diuinam res Eccleſiaſticas indebitè peruadunt, & nec interceſſionis ope, necꝑdicationis conſilio, vel quocunq; diuino auxilio pro peccatis eorũ, qui eas dederant, laborant: nec pio operi, ad quod fides fidelium eas tradiderat, inſeruire permittunt. De quo periculoſo facto, vos principes Chriſtianiſſimi, venerabiliter admonemus, & deuotiſſimè obſecramus, vt memores ſalutis veſtræ, præſentis ſcilicet & æternæ, memores etiàm largitatis progenitorum veſtrorum erga ſanctas eccleſias, ꝓpter quam feliciter regnauerunt, & ſibi cõtrarios ſuperauerunt: memores ſiquidem cum quanta religione etiàm ante Chriſti ſanguinẽ, & in tempore famis in Aegypto diſcretione ſancti Ioſeph, apud nefandum regem Pharaonem terra ſacerdotalis extitit: innumera quoq; ſcripturarũ exẽpla, vt lacte eccleſiæ nutriti, & ſcientiæ ipſius vberibus ſufficienter repleti ante oculos reducentes, tunicã Chriſti, qui vos elegit & exaltauit, quã nec milites auſi fuerunt ſcindere, reſarcite, & nec violẽta ablatiõe, nec illicitorum ꝓceptorũ confirmatiõe, res ab eccleſijs vobis ad tuendũ & defenſandũ ac ꝓpagandum cõmiſſis, auferre tentate: ſed vt ſanctæ memoriæ auus, & pater veſter eas gubernandas vobis, fautore Deo, dimiſerunt, redintegrate, & ꝓcepta regalia earundem Eccleſiarum conſeruate & confirmate: nè ſicut intentauit Semeias propheta ad Roboã filium Salomonis in conſciſſione pallij prę- 3. Reg. 12.
ſens regnum, quod abſit, vobis patrum labore acquiſitum & hæreditate relictum, à vobis ipſe Chriſtus diuidat, & æternum regnum quod promiſit, non tribuat. Nec cõtra Dei faciem iratas hominum facies conſideretis: quia ſi ad tempus illis diſplicueritis, cùm vos Deo placebitis, in vobis ille, quod promiſit, implebit: Cùm placuerint, Pro. 16.
inquiens, Deo viæ homiuis, omnes inimicos eius conuertet ad pacem.

CAP. XII.

PEtimus tãdèm, vt ordo Eccleſiaſticus, in quibuſcunque ei fuerit neceſsè rigorem ſalutis humanæ exerere, per poteſtatem veſtram, & per miniſterium miniſtroum dominatiõis veſtræ, ſecundùm antiquam conſuetudinem ſuum vigorem recipiat, & populi generalitatis vnà cum Eccleſiaſtica deuotione iudicium, quod honor regis diligit, & iuſtitiam, qua thronus eius firmatur, per diſpoſitiõem veſtrã ſuſcipiat, Pſal. 95.
ſeu admonitione atq; conſilio ſacerdotali Pro. 16.
veſtra ſublimitas, & quiſq; in quolibet ſta- & 25.
tu vel ordine de rapinis & cæteris q̃ diſcordiæ malo acciderunt, ꝓteritis erroribus pœnitudinem gerat, & Dñi reconciliationem expoſtulet: quam facilè omnis qui quæſierit inueniet, ſi in loco diſcordiæ plãtata fuerit charitas, quæ cooperit multitudinem peccatorum: eumq; potiùs, q̃ nos, in conſi- Iacob. 5.
lio non noſtro, ſed DEI attendatis, qui dixit: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Non enim vos eſtis qui lo- Lucæ 10.
quimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Matt. 10.

CAPITVLA IN SYNODO acta, quæ habita eſt apud Lauriacum in Pago Andegauenſi, anno DCCC. XLIII. Incarnationis Domini noſtri IESV CHRISTI, menſe Octobri, Indictione ſeptima.

CAP. XIII.

SI quis publicus diuinæ legis præuaricator, vel promanifeſtis criminibus erga Eccleſiaſtica iuſta & ratiõabilia iudicia cõtemptor repertus fuerit, vel inflatus ac timidus monitis Eccleſiaſticis ac ſanctorũ patrũ conſtitutionibus contradictor vel ſubſannator cõprobatus fuerit, ſi monitionibus epiſcopalibus obtemperare diſtulerit, anathematizetur.

CAP. XIIII.

SI quis contra regiam dignitatem doloſè ac callidè ac pernicioſè ſatagere cõprobatus fuerit, niſi digniſſimè ſatisfecerit, anathematizetur.

CAP. XV.

SI quis poteſtati regiæ, quæ non eſt, iuxta Apoſtolum, niſi à Deo, contumaci ac inflato ſpiritu contra authoritatem & rationem pertinaciter contradicere præſumpſerit, & eius iuſtis & rationabilibus imperijs ſecundùm Deum & authoritatem Eccleſiaſticam ac ius ciuile, obtemperare irrefragabiliter noluerit, anathematizetur.

CAP. XVI.

QVicunq; ſuperbiæ facibus accẽſi, vel proteruia ſtomachati, hæc quæ pro ſanctæ matris eccleſiæ tranquillitate ſacerdotalique rigore, & regia dignitate à nobis vnanimiter definita, manibusq́; proprijs roborata ſunt, violare, aut quolibet argumẽto irrumpere tentauerint, placet eos omnes anathematizari.

Ex capitulis apud ×Beluacũ ciuitatem in ſynodo habitis.

CAP. XVII.

VT res Eccleſiaſticæ tempore principatûs veſtri ablatæ, ex integro pſentaliter reſtituantur, & reſtitutæ conſeruentur, ſicut tẽpore aui & patris veſtri fuerũt, & excepto ſuppoſito, quod ad vſus poſſidentium abſumptum eſt, quomodò tunc erant, quandò vos illas indè tuliſtis, ſinè refragatione reddantur. Hinc enim in canone Aurelianenſi ſcriptum eſt, titul. xiij. Nè cui liceat res vel facultates Eccleſiæ aut monaſterijs vel xenodochijs pro quacunque eleemoſyna cum iuſtitia delegatas retentare, alienare atq; ſubtrahere. Quod ſi quis fecerit, tanquàm necator pauperum, canonum antiquorum ſententijs conſtrictus, ab Eccleſiæ liminibus excludatur, quandiù ab ipſo ea quæ ſunt ablata vel retenta, reddant.

Conci. Aurelianẽ 5. cap. 13.

CAP. XVIII.

VT præcepta illicita iure beneficiario de rebus eccleſiaſticis facta, à vobis ſinè dilatione reſcindantur, & vt decæterò nè fiant, à dignitate veſtri nominis regij caueatur.

CAP. XIX.

VT ab eccleſijs veſtræ ditioni ſubiectis, indebitas conſuetudines & iniuſtas exactiones decæterò non exactetis, ſed ità eas conſeruetis, ſicut ordo docet canonicus, & tempore aui & patris veſtri cõſeruatæ fuerunt.

CAP. XX.

ET nè magnificentiam veſtram illuc veſtræ dignitati indecens & inhoneſta impellat neceſſitas, quò non trahit volũtas, & partìm neceſſitate, partìm etiàm ſubreptione, quia aliter quàm ſe rei veritas habeat, vobis dictũ vel poſtulatum fuit, maximè, quod ad rempublicam pertinuit, aut præreptione in beneficiario iure, aut in alodio abſumptum habetur, videtur nobis vtile & neceſſarium, vt fideles & ſtrenuos miſſos ex vtroq; ordine per ſingulos comitatus regni veſtri mittatis, qui omnia diligenter inbreuient, quæ tempore aui ac patris veſtri vel in regio ſpecialiter ſeruitio, vel in vaſallorum dominicorum beneficijs fuerunt, & quid vel qualiter aut quantum exindè quiſq; modò retineat, ſecũdùm veritatem renuncietur vobis. Et vbì inueneritis, quia ratio & vtilitas ac ordo ſeu veritas in aſſumptis vel donationibus habeantur, inſtituta permaneant: vbì autem irrationabilitas vel potiùs fraus inuentæ fuerint, vnà cum conſilio fidelium veſtrorum hoc taliter corrigite, vt & ratio aut vtilitas ſeu iuſtitia non deſerantur, & dignitas veſtræ magnificentiæ per neceſſitatem ità vilis non fiat, ſicut vos non decere cognoſcitur. Quoniam domeſtica domus veſtra aliter obſequijs domeſticorum repleri non poterit, niſì habueritis, vndè eis meritum rependere, & indigentiæ ſolatium ferre poſſitis, & ſic demùm reſpublica veſtra de ſuo ſuffragetur ſibi, & eccleſiæ, à quibus nõ expedit, habeantur immunes.

CAP. XXI. De precarijs.

VT precariæ & commutationes tempore viduatarum Eccleſiarum factæ ab his, qui loca epiſcoporum occupauerãt, reſcindãtur, & cum authoritate eccleſiaſtica vel ciuili, ſi finiendæ ſunt, fiant.

CAP. XXII.

PRecariæ autem à nemine de rebus Eccleſiaſticis fieri præſumantur, niſì quãtùm de qualitate conuenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Eccleſiæ in ſuo tantùm qui dederit nomine, ſi res proprias & eccleſiaſticas vſu fructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præſens dimiſerit, ex rebus Eccleſiaſticis triplũ fructuario vſu, in ſuo tantùm quis nomine ſumat: Quia ſic eas quenq; tractare oportet, vt alienarum diſpenſatorem, non propriarum largitorem. Et à nulla poteſtate qs cogatur facere precariam de rebus propriè Deo & ſanctis illius dicatis, cùm ratio & vſus obtineat, neminem cui non vult, contra vtilitatem & rationem, præſtitum de ꝓprio facere beneficium. Præcepta autem regalia ſuper precarijs Eccleſiaſticis fieri, nec ratio ſinit, nec authoritas quolibet modo permittit. Quoniam præcepta in iure Eccleſiaſtico firmare, indignum iudicet neceſsè eſt Maieſtas regia, niſì ab Eccleſiaſtico rectore petãtur. Idem autem cuſtos Eccleſiæ ſolertiſſimè caueat, nè ſui ordinis & eccleſiaſticæ communionis fortè immemor, contra authoritatem præceptum regium pro quacunq; aſſentatione fieri petat: qui etſi fecerit, non audiatur. Si autem & obtinuerit, regia diſcretione & epiſcopali iudicio idem reſcindatur, & petitor iniuſtus pro principis iniuſta ſuggeſtione dignè corripiatur, & precariæ ſecundùm antiquam cõſuetudinem & authoritatem de quinquennio in quinquennium renouentur.

CAP. XXIII.

VT commutationes rerum Eccleſiaſticarum valdè caueantur, & ſubtiliſſimè, ſi aliquo modo fieri debẽt, inſpiciantur: Quę autem incõſultè ſunt factę, iuxta decretum canonicum Papæ Hilarij, q̃ illicitè deceſſor epiſcopus admiſerit, vel ab alijs illicitè commiſſa ſunt, ab eo qui ſucceſſor eſt, emendentur.

CAP. XXIIII.

VT contra deprędatores & oppreſſores eccleſiarum, & rerum ad eaſdem pertinentium defenſores, ſecundùm miniſterium veſtrum, quantùm Deus poſſe dederit, exiſtatis, ac præcepta, quę auus ac pater veſter Eccleſijs ditioni veſtræ ſubiectis, fecerunt, ac firmauerunt, & ſtabilia conſeruauerunt, quæq́; vos confirmâſtis, decæterò rata in omnibus conſeruetis.

Hactenùs ex ſynodis prius habitis allata ſunt capitula: nunc ea ſequuntur, quæ in ſynodo Meldenſi decreta ſunt.

CAPITVLA IN SYNODO acta, quæ apud Meldenſem vrbem diuino nutu habita, anno incarnationis Dominicæ DCCC. XLV. XV. Calend. Iul. Indictione Octaua.

CAP. XXV.

SAlubre & decens eſſe cognoſcitur, atq; Apoſtolicis regulis conueniens, vt non ſolùm ſecundùm Apoſtolũ, domui ſuæ ſpiritaliter epiſcopus benè præſit, verùm etiàm & domum temporalem ornatam & cõpoſitam ſecundùm competẽs miniſterium ſuum, & de vicinitate eccleſiæ, & de conuenientia religionis, & de receptione pauperũ vel hoſpitum habeat: & ità ſit ordinata, vt quicunq; conuerſationem & domos cõuerſationis ipſius viderit, habitacula ea religionis valeat computare, non diuerſoria impudicitiæ, aut alicuius irreligioſitatis, quæ caſtitati vel bonæ opinioni contraria ſint vel officiant, æſtimentur.

1. Tim. 3.

CAP. XXVI.

SVggerendũ eſt etiàm, & ex diuino mãdato intimandum regiæ dignitati, vt epiſcopium, quod domus epiſcopi appellatur, qualiſcunq; ſit in oculis Domini epiſcopus, ipſe tamen à rege regum rex conſtitutus pro ſanctitate ordinis epiſcopalis, ſicut S. Gregorius ad Fortunatum docet epiſcopum, venerabiliter ac reuerẽter introeât, & ſecundùm ſanctam prędeceſſorum conſuetudinem, quandò oratiõis & debitæ ſuſceptionis gratia in tranſitu conuenienti ciuitatẽ ingreſſus fuerit, habitaculis epiſcopalibus reuerenter inhabitet, & non diuerſoria fœminarum, magnificentia ſua & religio venerabilis ibidèm fieri permittat. Quia ſi ſecundùm leges canonicas in manſiões clericorum introitus fœminarum prohibentur, quanto magìs domus epiſcopi ab huiuſmodi inhabitatione & conuerſatione, etiàm & à legitimo connubio coniugatorum debet immunis eſſe & aliena? Sed & immunitates præcedentium Imperatorum ac regum ab huiuſmodi longiori & diuturna conuerſatione & commoratione regũ, & quorumcunq; potentium ac ſecularium perſonarum, in epiſcopio prohibent. Quapropter & diuinitùs & humanitùs ſancitas diuinas & humanas leges, veſtra deuotio & dignitas obſeruare curabit, ſi & in cæleſti regno, & in terreno feliciter cupitis proſperari.

CAP. XXVII.

QVia hactenùs propter diuerſas neceſſitatum incõmoditates aliter vos fieri incõpetentia compulit, q̃ ſalubritas popoſciſſet, & honeſtas atq; vtilitas poſtulâſſent, veſtra ſtudebit magnitudo obnixiùs obſeruare, vt ciuitates per regis tranſitũ nõ deprædentur: vt quãdò tranſitus veſter iuxta ciuitates acciderit, immunes & liberas veſtra dominatio iubeat à deprædationum exactionibus fieri manſiones intra ciuitatẽ: Quia omnes, qui ſua ad ciuitates deferebãt, vt & ſalua quæq; ibì haberent, & illa plùs pacificè venderent: iam & hoc refugiunt, & priſtinæ immunitates & confirmatiões infringuntur, dum & ciues ab hoſpitibus opprimuntur, & ab his à quibus nõ ſolùm opprimuntur, verùm & deprimuntur, ſua non ſolùm vendere prohibentur, ſed & propter direptionem poſt eos cum gemitu clamare coguntur.

CAP, XXVIII.

VT regia magnificentia liberiorem libertatem Epiſcopis ad ſuum peragendum in eorum parochijs miniſterium, q̃ hactenùs propter diuerſas perturbatiões habuiſſent, maximè in ſacratiſſimis temporibus, Quadrageſimæ ſcilicet & Aduentûs Domini, tribuat, quatenùs & periculum & epiſcopi ipſi, & regia dignitas ſalubriùs pro miniſterio ſibi commiſſo & neglecto poſſint euadere, & pro ſtrenuè executo, diuinam miſericordiam ſibi conciliare præualeant. Ipſi autem Epiſcopi conceſſum ſibi ocium, nõ in ſuas voluptates, ſed in diuinũ & officioſum conuertãt negocium, quatenùs ſtudentes prædicationi & correctioni atque confirmatiõi, quod hactenùs per parochias fuit neglectum, ſolerter & deuotiſſimè decæterò ſit correctum & emendatũ, & non propter ſuam quietudinẽ epiſcopi, ad remotiora loca ſecedentes, & ſuũ miniſteriũ negligentes, ꝓprias deſerãt ciuitates, ſed vt parochias ſuas cum officij efficacia circumeant, aut cum religiõe in ſuis ciuitatibus canonicè cum ſuis filijs degant, & hoſpitalitate ornati, (q̃ iam penè ꝓpter diuer-

sas rapacitates adnullata est) non solùm in oculis Domini propter obedientiam mandati diuini reddantur conspicui, verùm & bonum testimonium secundùm sanctū adquirant Apostolum. Presbyteros etiàm sibi commissos & doctrina, & castitate, & sobrietate atq; hospitalitate, secundùm eorum ministerium, ornari compellant. 1. Timo. 3.

CAP. XXIX.

VT quorundam episcoporum repræhensibilis, immò damnabilis, consuetudo omnimodis corrigatur, qui plebes sibi creditas, aut rarò aut nunquàm per seipsos, iuxta ordinem Euangelicum & Apostolicum atque ecclesiasticum, visitant, cùm Dn̄s dicat: Speculatorem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbū, & adnunciabis eis ex me, & cætera quæ diuinus sermo complectitur: omnes etiàm sacerdotes Domini pia vigilātia fidem catholicam indagare, & subditos sibi cum mandatorum Domini obseruantia, episcopi quiq; studiosissimè docere contendant. Eze. 3. & 33.

CAP. XXX.

VT si quis de ordine sacerdotali contemptu minoris ecclesiæ, ambitiosè & improbè ad potiorem adspirare contenderit, canonica erga eum definitio conseruetur.

CAP. XXXI.

VT metropolitanis sedibus antiquitùs statuta iura seruentur, & à comprouincialibus episcopis iuxta regulas Ecclesiasticas eis reuerentia exhibeatur.

CAP. XXXII.

VT principes iuxta decreta canonum per singulas ꝓuincias saltem bìs aut semèl in anno à Metropolitanis & diœcesanis episcopis synodicè conueniri concedant: quia quælibet confusio rerum temporalium, dissoluere non debet collegium & studium sacerdotum.

CAP. XXXIII.

VT si quilibet episcopus ad synodum vocatus, quacunq; occasione venire distulerit, nisì euidens impossibilitas præpediêrit, salua censura ex hoc patrum authoritate decreta, cesset ab officio, donèc satisfaciat fratribus.

CAP. XXXIIII.

VT canonum statuta sinè præiudicio ab omnibus custodiantur, & nemo in actionibus vel iudicijs ecclesiasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur. In exponendis etiàm vel prædicādis diuinis scripturis, sanctorum catholicorum & probatissimorum patrum sensum quisque sequatur, in quorum scriptis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet. Sed & qui in suis Mōasterijs religiosè residere debent, & vocum nouitates, vt innotescāt, studio proferre satagunt, acerrimè vt præsumptores arguantur & comprimantur.

Vocum nouitates hîc intelligunt peregrina dogmata, iuxta Vincētium Liyrinen.

CAP. XXXV.

VT quisq; episcopus talē iuxta sè pro viribꝰ habere decertet, qui iuxta syncerissimum & purissimum sensum catholicorum patrum de fide & obseruatiōe mandatorum Dei, seu & prædicatiōis doctrina, presbyteros plebium assiduè instruat & informet, nè domus Dei viui, quæ est ecclesia, sinè lucerna verbi diuini remaneat. Sed & idem talis existat, quē amor pecuniæ non vexet, aut reprobi mores & conuersatio repræhensibilis periculosè deuastet. Archidiaconus episcopi qualis esse debeat.

CAP. XXXVI.

VT presbyteri nullatenùs vbicunquè hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant, sed assiduè apud suas ecclesias esse studeant, propter sacra mysteria vel ministeria fidelibus exhibenda. Nec etiàm alibì habitare permittantur: neque mulieres quācunq; frequentationem habeant in locis, in quibus presbyteri aliquē recursum habuerint. Quod si obseruare paruipenderint, ità vt transgressores, & qui contra interdicta fecerint, iudicentur.

CAP. XXXVII.

VT quicunque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquàm sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, proprij gradûs amissione mulctentur, quia non possunt simul Deo & seculo militare.

CAP. XXXVIII.

VT nullus deincèps veritatis Episcopus, solitò super sacra iurare præsumat: quod mysterij causa sancti quæsiêrint patriarchæ & fecerint. Non enim in hæsitatione & malitia exigentis, sed in charitate non ficta fides seruatur. Quod qui trāsgredi ausu temerario præsumpserit, quolibet modo illectus, censuræ Ecclesiasticę sinè retractatione subiaceat.

CAP. XXXIX.

VT multiplex iuramentorum & periuriorum confusio, per quam multę fidelium animæ in toto hoc regno ꝑditæ cognoscuntur, q̃ sit detestanda & Deo odibilis, attentiùs omibus adnuncietur, sicut ipse Dominus ostendit, dicens: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui: Ego Dn̄s. Tantum nanq; hoc malum est, vt ad sanctuaria Martyrum, vbì diuersorum ægritudines sanantur, ibì periuri, licèt manifestè interdùm vexari non videātur, iusto Dei iudicio à dæmonibus arripiantur, sicut sanctus dicit Gregorius: Ad horum corpora ægri veniunt, & sanantur: dæmoniaci veniunt, & curantur: periuri veniunt, & à dæmonio vexantur. Leuitic. 19. Homil. 32. in Euang.

CAP. XL.

De hospitalibus.

Ad-

ADmonenda est regia magnitudo de hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorū & ordinata & exculta fuerūt, & modò ad nihilum sunt redacta. Sed & hospitalia Scotorū, q̄ sancti homines gētis illius in hoc regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua adquisitis ampliauerunt, ab eodē hospitalitatis officio funditùs sunt alienata: Et nō solùm superuenientes in eadem hospitalia nō recipiuntur, verùm etiā ipsi, qui ab infantia in eisdem locis sub religione Dn̄o militauerūt, & exindè eijciunt, & ostiatìm mēdicare coguntur. Vndè pertimescenda est canonica sententia, & maximè decretalis Symmachi papæ definitio, qa vt necator pauperū, & Christi traditor Iudas, idē qui huius sceleris author, & ꝑpetrator esse dignoscitur, ꝑsenti & perpetuo est anathemate feriendus: Qui reculam, inquit Symmachus papa, vel quicquid fuerit Ecclesiæ, petunt à regibus, & corrumpēdę pietatis instinctu, egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur q̄ obtinent, & à cōmunione Ecclesię cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur. Item in canone Aurelianeñ: Si quis quolibet tēpore contra hanc constitutionē nostrā venire tentauerit, aut aliquid de cōsuetudine vel facultate xenodochij abstulerit, vt xenodochium (quod auertat Deus) esse desinat, vt necator pauperum, irreuocabili anathemate feriatur. Hospitales domus à Scotis extructæ in Galliis. Aurelian. Conc. 5. cap. 15.

CAP. XLI.

PRouidendum est regiæ Maiestati, vt Monasteria, quæ ab hominibꝰ Deū timētibus, in sua ꝓprietate cōstructa, ꝓdecessores illiꝰ, causa defensiōis & Mūdeburdi susceperūt, vt libera libertate, remota spe hæreditaria de illorū ꝓpinquitate, ibidèm religio obseruaretur, & nunc in allodium sunt data: quapropter omis exindè religio funditùs est euersa: qualiter vota fideliū inconuulsa ꝑmaneant, nè voces eorū cōtra se ante Deū clamantes, adiuncto ꝑiculo de eorū ꝑditione, qui in eisdē locis necessitate naufragantur, cōdemnabiles sentiat. Ibidem

CAP. XLII.

MOnenda est solertia regia, vt strenuos & fideles missos per regnum sibi cōmissum dirigat, & inuestigent, ac diligenter inbreuient res Ecclesiasticas, quas per subreptionē atq; ignorantiā quorumcunq; in allodium ipse aut pater suus donauit, & cōsulens periculo animarū, suę videlicet ac patris sui, hoc ad tempus corrigere studeat, nè fortè, cùm voluērit, minimè possit.

CAP. XLIII.

CAuendum, & summoperè ꝑcauēdum, ac per virtutē Christi sanguinis interdicendū, & episcopis & regibus & omibus sublimioribus potestatibꝰ, atq; cunctis fautoribus & electoribus, quorumcunq; atq; cōsensoribus, seu ordinatoribꝰ in gradu ecclesiastico, vt nemo ꝑ simoniacā hęresim re- Simonia cauenda.

giminis locum obtineat quacunq; factiōe, calliditate, promissiōe seu cōmoditate, aut datione per se, aut per emissam ꝑsonā, cùm spiritus sanctus inter cætera documenta ecclesiastica per os sancti dicat Gregorij: Cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, quiª ad hoc vt fiat hæreticus, ꝓmouetur? Et item: Ementes quippe atq; vendentes par pœna constringit, cùm liqueat hanc hæresim in ipsa sua origine, Apostolica esse detestatiōe damnatam. Et Apostolus docet, nō solùm qui faciunt, sed qui consentiunt faciētibus, digni sunt morte. Et item B. Gregorius: Dolens (inquit) dico, gemēs denuncio, quia sacerdotium, quod apud vos intùs cecidit, foris diù stare non poterit. Itē: Aduersarius animarū callida specie suadet, quasi debere ab habentibus accipi, vt sit, quod possit nō habentibus erogari: sed scriptū est: Hostiæ imꝓrū abominabiles, quia offerunt ex scelere. Lib. 4. epist. 110. Ibidèm Rom. 1. Lib. 4. epist. 95. Lib. 7. epist. 110. Pro. 21.

CAP. XLIIII.

VT chorepiscopus modum suum iuxta canonicam institutionem teneat, & nec sanctum chrisma, nec sanctū paracletum spiritum, solis episcopis, iuxta decreta Innocentij, tribuere debitum, tradere tentet, nec ecclesias consecret, neq; ordines ecclesiasticos, qui per impositionē manûs tribuuntur, id est, non nisì vsque ad subdiaconatum, & hoc, iubēte episcopo, & in locis, quibus canones designāt, agere ꝑsumant. Impositioni autem pœnitētiæ, aut pœnitentiū reconciliationi, per parochiam secundùm mandatum episcopi sui inseruiat. Si verò ciuitatis episcopus obiêrit, nihil ex episcopali ministerio specialiter episcopis debito attentet: quia ex hoc magnum scandalū & diuisionē rerū Ecclesiasticarū, atq; dilationem in canonicè ordinādis episcopis Dei ecclesijs accidisse conspeximus. Nam si episcopus ciuitatis propter desidiam aut secularem peruagationem, vel ꝓpter infirmitatem modum suum chorepiscopis transcendere consenserit, sententiam canonicam debet attendere, qua decretum est, vt qui contra dicta canonum fecerit, gradûs sui periculo sinè retractatione subiaceat.

CAP. XLV.

Nè pro chrismate precium exigatur.

VT nemo episcoporum, vel quilibet minister Ecclesiasticus propter sacrū chrisma aliquid muneris accipiat, neq; denarios, vel quælibet munuscula, q̄ per ministros episcoporum à presbyteris inordinabiliter exigantur. Decet tamen presbyteros cum volūtarijs eulogijs tempore cōgruo visitare & venerari suos episcopos.

CAP. XLVI.

VT nemo sacrū chrisma, nisì in quinta feria maioris septimanę, i. in cœna, q̄ specialiter appellatur Dominica, conficere præsumat.

CAP. XLVII.

VT nemo viuente episcopo, Ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes, inuadere, aut dominari præsumat, neq; sub voluntariæ cleri ac populi electionis obtẽtu, præter voluntatem episcopi, quisquam quacunq; seculari potestate præditus, quasi œconomum constituat. Sed si episcopus ministerium Ecclesiasticũ, propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in archiepiscopi hoc cum voluntate episcopi eiusdem ecclesiæ maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. Obsequium verò ad rempublicam pertinens, qualiter exequatur per tales ex subditis & ecclesiasticis ministris, cum consensu archiepiscopi, propter pacis charitatisq; custodiam episcopus ordinet ac disponat, quos succedendi in episcopatu appetitus indebitus non eleuet, neq; vexet, nisi ità moratus extiterit, vt secundùm instituta beati Gregorij in libro epistolarum, & humiliter in subditione profit, & pòst vtiliter, conueniens sanctis regulis, præsit, quia ob hoc in multis ecclesijs scandalum magnum conspeximus. Sin autem in archiepiscopo talis necessitas acciderit, similiter ipse consilio coëpiscoporum suorum huiusmodi ordinem exhibeat.

CAP. XLVIII.

VT nemo presbyterorum baptizare præsumat, nisi in vicis & ecclesijs baptismalibus atque temporibus constitutis, nisi causa ægritudinis vel certæ necessitatis, sicut sacra canonum docet authoritas, & vici authoritatem & priuilegia debita & antiqua retineant.

CAP. XLIX.

VT nemo laicorum presbyteros ecclesiarum suarum turpi villicationi, & (secundùm Apostolum) seculari & inhonestæ negociationi implicare, nec secum aliorsùm contra authoritatem præsumat ducere, quò ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta præsumpserit, excommunicetur. * Tim. 2.

CAP. L.

VT presbyteri vel quilibet clerici, in alterius parochiam sinè formata non recipiantur, neque retineantur, nec etiàm ministrare sinantur. Criminati autem, ab omnibus excludantur & reijciantur à parochijs, in quibus cupiunt immorari, vsquequò ad eum reuertantur episcopum, à quo aufugisse noscuntur.

CAP. LI.

QVi cum senioribus suis de alijs prouincijs ad nostras parochias veniunt, sinè formata ministrare non permittantur. Quam & si attulerint, & ministrare idonei inuenti fuerint, instruantur, quàm religiosè atque studiosè sacrum ministerium peragant, & in quibus locis illud agere non debeant, & vt excommunicatis nequaquàm communicent. Clerici verò, si ab huiusmodi hominibus ad ordinandum offeruntur, instrui debent, vt ad episcopos, ex quorum parochijs sumpti sunt, eos remittant, & aut ibi ordinẽtur, aut literas canonicas ab episcopo, ex cuius diœcesi sunt, perferant, sicut Canonica docet authoritas.

CAP. LII.

QVi verò ex nostris parochijs aut ad titulum, aut absolutè ordinari petuntur, nullatenùs ordinentur, nisi aut in clero certo & religioso, vel etiàm in ciuitate saltem vno anno immorentur, vt de vita & conuersatione atque doctrina illorum certitudo possit agnosci. Et nemo absolutè quenquam ordinare præsumat, sicut sancti sanxerunt canones. Cõc. Cal. ca. 6.

CAP. LIII.

VT canonici in ciuitate vel monasterijs, sicut constitutum est, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant, & in domo infirmorum necessariò sublleuentur: Et tam sani quàm & infirmi canonicè vestiantur, atque in claustris horis cõgruis degant, & sub custodia canonica lectionibus, & cæteris diuinæ institutiõis insistant officijs. Qui verò episcoporum loci conuenientiam aut facultatem non habuerit, vt hoc perficere & ordinare possit, princeps secundùm cõstitutionem Domini Imperatoris Ludouici annuat, id est, si vicina episcopio terra, de eodem ecclesia esse reperta fuerit, & ab alio possidetur, Ecclesię rectori ad claustra clericorum, vel alia quælibet ecclesiæ commoda facienda reddatur. Si autem de fisco fuerit, regia liberalitas eandem terram ad seruorum Dei habitacula construenda largiri dignetur. Si autem de alia casa DEI, aut de cuiuslibet proprio fuerit, ex conuenientia commutandi licentia tribuatur, & si paupertas loci ad ædificandas domos necessarias nõ sufficerit, eos ad adiutorium, ædificandi potestas regia cogat, qui res de eadem Ecclesia in beneficijs retinent.

CAP. LIIII.

VT titulos cardinales in vrbibus vel suburbijs constitutos, episcopi canonicè & honestè sinè retractatione ordinent & disponant.

CAP. LV.

VT episcopi seipsos atque ministros suos, & maximè ecclesiasticos, cũctosq; Christianos in sua parochia, perpẽdentes ex hoc statuta Niceni concilij & cæterorũ conciliorum, ab vsuris sinè excusatione compescant: & quos compescere aliter non potuerint, canonicam in eos sententiam proferant. Nicen. cap. 18.

CAP. LVI.

VT nemo episcoporũ quemlibet sinè certa & manifesta peccati causa communióe priuet ecclesiastica. Anathema autem sinè consensu archiepiscopi aut coëpiscoporum, prælata etiàm euangelica admonitione, nulli imponat, nisi vndè canonica docet authoritas: quia anathema, æternæ est mortis damnatio, & nõ nisi pro mortali debèt imponi crimine, & illi, qui aliter nõ potuerit corrigi. Mat. 18. Anathema, maranatha.

CAP. LVII.

VT monachi, quibus monasteriorũ cura commissa nõ est, passìm & sinè authoritate palatium nõ adeant. Nec in eo immorentur, vel vbi, & vbi discurrere ac peruagari præsumant: sed si tales quilibet fuerint, vt vtiles & necessarij ecclesiæ ac principi reperiãtur, cũ authoritate episcopi canonicè ac religiosè pergant. Sin autẽ, in monasterijs suis, sicut canonica & regularis docet institutio, religiosè resideant. Quos etiàm nec episcopus, nec abbas, vel quilibet alius veredariorum more in missaticis instanter transmittat. Qui per quosdã illorũ cõtra canonicam authoritatem, & ecclesiastica & ciuilia perturbãtur negocia: nec sub prætextu obedientię, diutiùs villicationibus inseruiãt, sed regulariter obedientiam in vicissitudine sua peragentes, secum, vt de S. Benedicto legitur, in monasterio habitẽt, atq; seipsos recolligant. Hæc aũt transgredientes, siue prælati in faciendo, siue subditi in obtinẽdo, excommunicẽtur. Greg. lib. 2. Dialo. cap.

CAP. LVIII.

CAnonicorum autem, qui in parochijs tonsurantur & erudiuntur, interdùm etiàm & ordinantur sinè authoritate, dignitas regalis in suum periculũ non dignetur recipere, præsertim cùm eos salubriter & authoritatiuè possit habere. Quapter cùm quilibet canonicorũ ad regiã venerit Maiestatem, & suo se voluẽrit mãcipare seruitio, consensu episcopi, ad cuius diœcesim pertinere dignoscitur, eum recipiat. Et si in ordine clericali eum promoueri voluẽrit, manûs ipsius impositiõe ad ecclesiasticum ordinẽ, sancti Spiritûs munere, si dignus fuerit, cõsecretur, quatenùs & diuina authoritas vigeat, & regalis dignitas obsequatur, & salus ordinantis, & ordinati atq; iubentis in omnibus obseruetur. Alioquì hæc statuta transgredientes, canonicæ subigantur sententiæ.

CAP. LIX.

VT monachus de monasterio, sinè cõsultu vel præsentia episcopi aut vicarij eius, ad hoc regulariter deductus, nõ eijciatur, cuius dispositione & authoritate decẽterò vita & conuersatio electi, nè perditus perpetuò fiat, si aliquo modo saluari potest, ordinari debet atque decerni.

CAPVT LX.

VT hi, qui monasteria atq; sacra loca, vel ecclesias infringunt, & deposita vel alia quælibet exindè abstrahunt, & sacerdotes ac viros ecclesiasticos non solùm dehonorant, verùm & diuerso atq; aduerso modo affligũt, velut sacrilegi, canonicę sententiæ, quæ ex his decreta esse dignoscitur, subigãtur.

CAP. LXI.

VT peruasores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res vel contra authoritatẽ non solùm retinere, verùm & crudeliter depopulari noscuntur, quidã etiàm & facultates ecclesiæ in diuersa collaboratione & reditibus eas expoliant, sed & pauperes atque viciños & circummanentes immisericorditer expoliant, deuastant & opprimũt, vt rapaces, qui secundùm Apostolũ à regno Dei excluduntur, ex criminali & publico peccato publica pœnitentia satisfaciant. Quòd si hoc agere noluerint, & potestate regia ad hoc exhortati vel coacti non fuerint, proferatur cõtra eos Apostolica terribilis sententia, qua dicitur: Si quis frater nominatur, & est rapax, cum huiusmodi nec cibũ quisquã præsumat sumere: quia iniquum & sacrilegum, vt Symmachus papa, & post eũ B. Gregorius Sabino subdiacono scribit. Et cõtra leges est, si quis quod venerabilib⁹ locis relinquitur, prauæ voluntasis studijs suis tentauerit compẽdijs retinere. Quapropter secundùm statuta canonum, ab omni ecclesiastica cõmunione, vt sacrileg⁹ debet arceri, donèc studeat digna satisfactione, quod admisit, corrigere. 1. Cor. 6. 1. Cor. 5.

CAP. LXII.

HI verò qui ex rebus ecclesiasticis nonas & decimas persoluere, & sarta tecta ecclesiæ secundùm antiquam authoritatem & consuetudinem restaurare debent, & hoc nõ solùm negligunt, verùm & per contemptum dimittunt, atque clericos fame ac penuria, ecclesiastica quoq; ædificia dissolutione adnullari permittũt, tam diù ab ecclesiastica cõmunione separentur, vsq; dùm diligentia emẽdare studeãt, quod socordia neglexerũt. Quod si iterùm iterauerint, post excõmunicationis satisfactionem regia potestate compulsi, iuxta legale & antiquum edictũ, Qui negligit censum, perdat agrum. Serui autẽ ecclesiarum quibuscunq; potestatibus subditi, vndè melior consuetudo, vel deuotior commendatio ex tempore & iussione domini Ludouici, vel certè domini Caroli siue etiàm Pipini non existit, saltem xx. diebus in anno, eidem ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas absq; molestia seruire sinantur. Vbi autem & amplior commendatio, & melior consuetudo indè habetur, pro hac nostra necessitudinis consideratione non decidat.

CAP. LXIII.

VT secundùm canonicam authoritatem & constitutionem domini Imperatoris Ludouici, de agro ecclesiastico & manso ac mancipijs, quæ ipse suis capitulis constituit, vel si quilibet pro loco sepulturę aliquid largitus ecclesiæ fuerit, neq; de decimis & oblationibus fidelium cuiquā presbytero aliquem censum persoluere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis vel dignitatis exindè quicquam subtrahat, aut redhibitionem quamcunque exigat temporalē. Quod si fecerit, communione vsque ad satisfactionē priuetur, & regia potestate hoc emendare legaliter cogatur.

CAP. LXIIII.

Raptores virginū & viduarū vt plectendi.

RAptores virginum & viduarum, qui etiàm posteà voluntate parentum eas quasi desponsantes, sub dotalicij nomine in coniugium duxerunt, publicæ pœnitentiæ subigantur, & post publicam pœnitentiam, prout præuiderit Episcopus, peractum, nè in peius corruant, iterùm conuenientes, decæterò eleemosynis, & cæteris quibusq; religiosæ & saluificæ conuersationis actionibus inseruire procurent, vsquequò ab opere coniugali ex consensu se valeant abstinere. Filij verò ex huiusmodi vituperabili cōiunctione ante coniugium, etiàm minùs laudabili procreati, ad ecclesiasticam dignitatem nullo modo prouehantur, nec de tali cōiugio generati, ecclesiasticis ordinibus applicētur, nisì fortè eos aut maxima ecclesiæ vtilitas vel necessitas postulet, vel euidēs meritorum prærogatiua commendet.

CAP. LXV.

HI autem, qui necdùm eas, quas rapuerant, cum voluntate parentū sub præfato desponsionis vel dotalitij nomine in coniugiū sumptas habent, quādò in omniū aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur: raptæ autem, legaliter parentibus restituantur. Post peractam verò publicam pœnitentiā, si ætas & incontinentia exegerit, legitimo & ex vtrisq; partibus placito cōiugio socientur. Nam in his non regulam cōstituimus, sed (vt verbis Magni Leonis vtamur) quid sit tolerabilius æstimamus. Quòd si vnus ex coniugatis obiērit, is qui publicam pœnitentiam egit, & superstes extiterit, iterare coniugium nō præsumat, nisì fortè Episcopus præuiderit aliquam concedere indulgentiam, vt grauiorem possit amouere offensam.

CAP. LXVI.

Est concil. Romani sub Greg. 2. ca. 10. & 11.

QVi verò deincèps rapere virgines vel viduas præsumpserint, secūdùm synodalem beati Gregorij diffinitionem, ipsi & complices eorum anathematizentur, & raptores sinè spe coniugij perpetuò maneant.

CAP. LXVII.

QVi sanctimoniales virgines vel viduas rapiūt, & progressu etiàm criminis in coniugiū sumunt, publicæ pœnitentiæ, iuxta modū quē præuiderit Episcopus, subigantur. Ipsæ verò locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitū religionis redire cogātur: vterq; autē sinè vlla spe vxorię copulationis perenniter maneat. Si autem, quod absit, coniugia iterare pręsumpserint, acriori subdantur vindictę, & ampliùs propellātur. Qui si fortè obedire monitis salutaribus non voluērint, anathematizentur.

CAP. LXVIII.

DE his qui sponsas alienas rapiunt, vel consensu parentū accipiunt, antiqua & synodalis sentētia obseruetur. Quòd etsi fortè in ecclesia euētus talis reperiri dignoscitur, vt pro salutis & religionis competentia humanius quiddā debeant tractare pontifices, sicut canonica (vt eisdem verbis vtamur) docet authoritas: quia prior quidē, inquiēs, diffinitio durius, posterior autē quiddam tractauit humanius, nullo modo, vt ad maximā indulgentiā descendamus, alterius sponsæ acceptor sinè publica trāseat pœnitentia, & sponso legaliter * multa cōponat. quòd si his obedire renuerit, sinè vlla refragatione anathematizetur: Fautores verò illius iuxta modū culpæ, episcopali decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus, de gradu ecclesiastico talibus nuptijs se cōsensorē vel interuentorē manifestè prodiderit, à gradu proprio repellatur. Et si verisimilibus exindè suspicionibus fuerit propulsatus, & canonicè nequiuerit approbari, secūdùm sanctorum patrum statuta, se purgare cogatur.

CAP. LXIX.

HIs qui viuente marito, cōiugem illius adulterâsse accusatur, & eo in proximo defuncto, eandē sumpsisse dignoscitur, omnimodìs publicæ pœnitentiæ subigatur: de quo etiàm post pœnitentiā præfata, si expediērit, seruabitur regula, nisì fortè is aut mulier virum qui mortuus fuerat, occidisse notētur, aut propinquitas vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod si probatū fuerit, sinè vlla spe coniugij cum pœnitentia perpetuò maneant. Si autē negauerit se eandem fœminam, viuente viro, nequaquā adulterâsse, & præfati homicidij nemo eorum reus extiterit, & probatis testibus, neuter eorū cōuinci potuerit, purgent legaliter famam suæ opinionis, & sumpto vtantur cōiugio, si alia (vt diximus) non præpedit ratio.

CAP. LXX.

VT illæ quæ quasi sanctimoniales sub velamine religiōis degere cognoscūtur, sed potiùs iuxta Apostolum, in delicijs viuentes, mortuæ in diuinis oculis computantur, libidinibusque & cæteris carnis voluptatibus inseruire accusantur, si manifestè detegi potuerint, Episcopali authoritate & regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, vbì pœnitentiam si fecerint dignam, adsequantur etiàm fructuosam. Si autem manifestè detegi non valuerint, erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & vt religiosiùs decæterò viuant, episcopali decreto & regia potestate coërceantur.

1. Tim. 5.

CAP. LXXI.

VT authoritatem sigillo regio roboratam more tractoriæ Christianissimus princeps singulis donet Episcopis, quam quisque episcoporum penès se habeat, vt quandò ei necessè fuerit, per eādem authoritatem Reipublicæ ministros conueniat, vt ipsi, in quibuscunque ciuili indiguerit adiutorio, Reipublicæ ministris concurrentibus, suum, immò diuinum, possit ritè peragere ministerium.

CAP. LXXII.

VT nemo quemlibet mortuum in Ecclesia, quasi hęreditario iure, nisì quē Episcopus aut presbyter pro qualitate conuersationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat. Nec quisquā ossa cuiuslibet mortui de sepulcro suo eijciat, aut sepulturam cuiusquam temerario ausu quoquo modo violet, sed vnumquenque in loculo sibi à Deo pręparato atque concesso, aduēum sui Iudicis præstolari concedat: maximè cùm non solùm diuinę leges, sed etiàm & humanæ apud humanam Rempublicam sepulcrorum violatores reos mortis dijudicent. Sed & neque pro loco sepulturæ, vt verbis sancti Gregorij vtamur, precium de terra cōcessa putredini quærere, & de alieno vellefacere luctu compendium, aliquo modo tentet. Si quandò autem proximi, vel hæredes spontè aliquid offerre in Ecclesia voluerint, in eleemosyna defuncti, accipere non vetamus: peti verò aut aliquid exigi omninò prohibemus, nè (quod valdè irreligiosum est) aut venalis (quod absit) dicatur Ecclesia, aut de humanis mortibus videamur gratulari, si compendium exindè studemus modo quolibet quærere.

CAP. LXXIII.

VT erga Iudæos à Christianis principibus ac cæteris omnibus Dei fidelibus, tam clericis quàm laicis, viris seu fœminis, sacrorum canonum & antiquorum regum atq; legū iura seruētur, ex quibus pauca de multis subtèr adnotare curauimus.

CONSTANTINVS Flauius Imperator Augustus: Si quis Iudæorum Christianum seruum, vel cuiuslibet alterius sectæ emerit & circuncíderit, à Iudæi ipsius potestate sublatus, in libertate permaneat.

Theodosius & Valentinianus Augusti: Iudæis vel paganis causas agendi, vel militandi licentiam denegamus, quibus Christianæ legis nolumus seruire personas, nè occasione domini, sectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisì his emendatio matura subueniat.

Item ijdem Imperatores Augusti: Hac victura in omne ęuum lege sancimus, neminē Iudæum ad honores & dignitates accedere, nulli administrationem patére ciuilis obsequij, nec defensoris saltem fungi officio. Nec fas quippe credimus, vt supernæ Maiestatis & Romanis legibus inimici, sub specie cuiuslibet officij Christianos, vel etiàm sacerdotes, sub quacunq; occasione iniurijs audeant fatigare, vel legis nostræ aliquos aut condemnare, aut adiudicare præsumāt: nec carcerali custodiæ præsint, nè Christiani (vt fieri assolet) nonnunquàm abstrusi, custodum odijs alterum carcerem patiantur. Nullam denuò audeant struere synagogam: nam si fecerint, nouerint hanc fabricæ Ecclesiæ catholicæ profuturam, & quinquaginta pondera auri authores fabricę esse mulctandos, ruinas tamen synagogarū suarum permissa licentia reparandi. Quicunq; Iudæus seruum seu ingenuū, inuitum vel suasione plectenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam ritúmve traduxerit, amissis facultatibus, capite puniatur, iustissimæ pœnæ sanguinis destinatus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina. Quicunque ex his ad honores irrepsit, habeatur vt antè conditionis extremæ, nè videamur hominibus execrandis contumeliosum immunitatis beneficium præstitisse.

Childebertus rex Francorum: Iudæis à cœna Domini vsque in primum Pascha per plateas aut forum, quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur. Gregorius papa Theodorico & Theodeberto Regibus Francorum, & Brunechildæ Reginæ: Mirati sumus, quod in regno vestro Iudæos Christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt omnes Christiani, nisì membra Christi? Et post pauca: In hoc vos ampliùs petimus Dei cultores demonstretis, quòd fideles eius ab inimicis eius absoluitis? Item idem ad Fortunatum episcopum: Christiana, inquit, mancipia, quæ à Iudæis adducuntur aut possidentur, aut mandatoribus contradantur, aut certè Christianis emptoribus intra diem quadragęsimum venundentur, & transacto hoc dierum numero, nec apud eos quolibet modo remaneāt. Si autem quædam ex ijsdem mancipijs talē ægritudinem fortassìs incurrerint, vt intra statutos dies vendi non valeant, adhibenda solicitudo est, vt dum saluti fuerint pristinæ restituta, similiter modis omnibus distrahantur, & indè fraudis tollatur cuncta occasio, nè Christiana mancipia in domo Iudæi habitare sinantur. Sanctus Alchimus Auitus Ecclesiæ Viennensis episcopus, & sanctus Apollinaris Ecclesiæ Valentinæ, & sanctus Gregorius Lingonicæ Ecclesiæ episco-

Lib. 7. epist. 113. & 114.

Lib. 7. epist. 35.

episcopus, & sanctus Viuentiolus Ecclesiæ Lugdunensis episcopus, cum alijs viginti episcopis in nomine Domini congregatis, ità sanxerunt: Si superioris loci clericus hæretici cuiuscunque conuiuio interfuerit, anni spatio Ecclesiæ pacem non habebit: Quod iuniores clerici si præsumpserint, vapulabunt. A Iudæorum verò conuiuijs etiàm laicos constitutio nostra prohibuit: nec cum vllo clerico nostro panem comedat, quisquis Iudæorum conuiuio fuerit inquinatus. Sanctus Cæsarius Ecclesiæ Arelatensis cum alijs triginta quinque Episcopis: Omnes, inquiunt, deinceps clerici siue laici, Iudæorum conuiuia euitent, & nec eos ad conuiuium quis excipiat, quia cùm apud Christianos cibis communibus non vtantur, indignum est atque sacrilegum, eorum cibos à Christianis sumi, cùm ea
1. Cor. 8. quæ Apostolo permittente, nos sumimus, ab illis iudicentur immunda: ac sic inferiores incipiant esse Catholici, quàm Iudæi, si nos illis, quæ ab eis apponuntur, vtamur, illi verò à nobis oblata contemnant.

Priscus Ecclesiæ Lugdunensis Episcopus, Arthemius Senonicæ, Remedius Bituricæ, & sanctus Siagrius Heduorum episcopus, cum cæteris pluribus statuta Ecclesiastica renouantes, ità definiêrũt: Nè Iudæi Christianis populis Iudices deputentur, aut telonarij esse permittantur, per quod illis (quod Deus auertat) Christiani videantur esse subiecti. Vt Iudæis à cœna DOMINI vsque primum Pascha, secundùm dictum bonæ recordationis domini Childeberti regis, per plateas aut forum quasi insultationis causam, deambulandi licentia denegetur, Et vt reuerentiam cunctis sacerdotibus Domini, vel clericis impendant, nec an-
for. * cõsef. tè sacerdotis * consensum, nisi ordinati sum habere præsumant. Quod si facere fortasse præsumpserint, à iudicibus locorum, prout persona fuerit, distringantur. Et vt nullus Christianus Iudæorum conuiuijs participare præsumat. Quod si facere quicunque (quod nefas est dici) clericus aut secularis præsumpserit, ab omnium Christianorum consortio se nouerit coërcendum, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus. Et licèt, quid de Christianis, qui aut captiuitatis incursu, aut quibuscunque fraudibus Iudæorum seruitio implicantur, debeat custodiri, non solùm canonicis, sed & legum beneficijs iampridèm fuerit constitutum, tamen quia nunc ità quorundam querela exorta est, quosdam Iudæos per ciuitates aut municipia consistentes, in tantam insolentiam & proteruiam prorupisse, vt nec reclamantes Christianos liceat vel ad precium de eorum posse seruitute absolui: idcircò præsenti concilio, DEO authore, sancimus, vt nullus Christianus Iudæos deinceps debeat deseruire, sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicunque Christianus seu ad ingenuitatem, siue ad seruitium licentiam habeat redimendi. Quia nefas est, vt quos CHRISTVS Dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneant irretiti. Quòd si acquiescere his quæ statuimus, quicunque Iudæus noluerit, quandiù ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipio ipsi cum Christianis, vbicunquè voluerit, habitare. Illud etiàm specialiter sancientes, quòd si quis Iudæus Christianum mancipium ad ritum Iudaicum conuictus fuerit persuasisse, & ipso mancipio careat, & legali damnatione plectatur. Sanctus Lupus Trecassenorum Episcopus, & cum eo alij viginti & quatuor Episcopi, vel vicarij episcoporum, similiter in nomine Domini nostri IESV CHRISTI congregati, pro causis corporis eius, quod est Ecclesia, inter multa hoc etiàm statuerunt: Quia (DEO propicio) sub Catholicorum Regum dominatione consistimus, Iudæi à cœna Domini vsque in secundam Sabbati in Pascha, hoc est, ipso quatriduo procedere inter Christianos, neque Catholicis populis se vllo loco, vel quacunque occasione miscere præsumant. In concilio Laodiceno statutum est, quòd non oporteat à Cap. Iudæis vel hæreticis ea quæ mittuntur munera festiua suscipere, nec cum eis festa celebrare: Et quòd non oporteat à Iudæis azyma accipere, & communicare impietatibus eorum. Et in alio concilio: Vt si quis Iudaicæ prauitati, iugali societate coniungitur, id est, si seu Christiano Iudæa, siue Iudæo Christiana mulier carnali consortio misceatur, quique horum tantum nefas admisisse noscuntur, à Christiano cœtu atq; conuiuio, & à communione Ecclesiæ protinùs segregentur.

Ex concilio Toletano quarto, Capitulo LVIII.

De his qui contra fidem Christi, Iudæis munus vel fauorem præstant.

TAnta est quorundam cupiditas, vt quidam eam appetentes, iuxta quod ait Apostolus, etiàm à fide errauerint. 1. Tim. 6
Multi quippe hucusquè ex sacerdotibus atque laicis accipientes à Iudæis munera, perfidiam eorum patrocinio suo fouebant, qui non immeritò ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia contra CHRISTVM faciunt. Quicunque igitur

tur deinceps Episcopus, siue clericus, siue secularis illis cõtra fidem Christianam suffragium vel munere vel fauore præstiterit, vt profanus & sacrilegus anathema effectus, ab Ecclesia catholica & regno Dei efficiatur extraneus: quia dignum est, vt à corpore Christi separetur, qui inimicis Christi patronus efficitur.

Item in eodem concilio, Capitulo LIX.

De filijs Iudæorum, vt à parentibus separati, Christianis debeant deputari:

IVdæorũ filios vel filias, nè parentũ vltrà inuoluãtur erroribus, ab eorũ consortio separari decernimus, deputandos autẽ monasterijs, aut Christianis viris ac mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus, quàm in fide proficiant. Vt mercatores huius regni Christiani, siue Iudæi, mancipia pagana, quæ per tot populos & ciuitates fidelium transeuntes, ad manus infidelium, & fœuissimorum hostium nostrorum perducunt: ex quo & ipsi infelices serui (qui si à Christianis emerentur, poterant saluari) miserabiliter pereunt, & inimicorum regni maximus numerus augetur, coërceantur à pijs principibus nostris, & intra Christianorum fines vendere compellantur, nè tam horrenda crudelitate, & aperta infidelitate, & animarum damnis DEVS exasperetur, & vires hostibus augeantur.

CAP. LXXIIII.

PRouideant viri potentes, & maximè potentes fœminæ, vt in suis domibus adulteria & luxuriæ concubinaticæ, & incæsta adulteria non vigeant. Et suos presbyteros, qui cum eis in capellã vadunt, huiusmodi virtutem habere faciant, quatenùs omnia vitia in domibus suis resecent, ac orationem Dominicam, & Symbolũ cunctos tenere & frequentare compellant, quia parochiani presbyteri & episcoporum ministri, de minoribus & vilioribus personis hoc prouidere studebunt.

CAP. LXXV.

INdignum valdè est, vt qui in regia dignitate cæteros Ecclesię filios, authore Deo, præcellitis, negligentiùs quæ DEI sunt, exequi videamini. Vndè dignum erat, vt capellas villarum vestrarum laicis nõ committeretis, sed potiùs illis, qui & eadem sacrata loca religiosiùs tractarent, & vobis exindè adiuti obsequium debitum impenderent. Sed quia aliter causis interuenientibus res se habere dignoscitur, monemus & hortamur, vt secundùm canonicam authoritatem, * nè quod absit, periculum interdicti anathematis, ex decimis præsumptis incurratis. Si capellas vestras presbyteris aut viris Ecclesiasticis dederitis, & Dominicas decimas acceperint, sarta tecta Ecclesiæ & luminaria exindè competenter prouideant, & presbyteri parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debitè inuigilent. Si autem laici Capellas habuerint, à ratione & authoritate alienum habetur, vt ipsi decimas accipiant, & indè canes aut geniciarias suas pascant: Sed potiùs presbyteri Ecclesiarum eas accipiant, & indè restaurationem Ecclesiarum, & luminaria, & hospitum ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis ac statu regni vestri, Domini misericordiam studiosè implorent.

CAP. LXXVI.

VT Regia Maiestas obseruare præcipiat omnibus Reipublicæ ministris, quod à diuina authoritate, & sanctorum Patrum constitutione cautum esse dignoscitur, videlicet vt nemo comitum, aut quisquam ex iudiciaria potestate, post quartam feriam, quæ caput ieiunij nominatur, (in qua omnes pœnitentes manûs impositionem, ad vacandum solummodò pœnitentiæ & diuinis officijs, accipiunt) placitum aut * mallum tenere præsumant.

CAP. LXXVII.

DIes quoquè octo sacrosanctæ Paschalis festiuitatis, omnibus Christianis feriatos esse decernimus, ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynæceo, cæmentario, pictorio, venatorio, forensi, mercatorio, audientiali, ac sacramentis exigendis, quatenùs eisdem diebus tanto licentiùs, quanto liberiùs omnibus Christianis sanctæ resurrectionis laudibus, & sacrosanctæ prædicationi iugiter insistere liceat. Quod si quis temerare præsumpserit, excommunicetur. Tota Paschę hebdomada feriandum.

CAP. LXXVIII.

VT capitula ecclesiastica à domino Carolo Magno Imperatore, necnon & à domino Ludouico Pio Augusto promulgata, obnixè obseruari præcipiantur, sicut & legalia obseruanda esse noscuntur. Hęc capitula quatuor libris complexus est Ansegisus Abbas.

CAP. LXXIX.

HAec autem constituimus, non præiudicantes, aut paruipendentes, quæ à maioribus, & prædecessoribus nostris fortè seuerius propter rigorem Ecclesiasticæ disciplinæ sunt constituta, sed tempori seruientes, & fragilitati delinquentium, si de multimoda DEI misericordia, si saltem his obedire voluërint, consulentes, præscripta taliter præfiximus, vt quicunque quæ à diuino spiritu per pontificalem authoritatem, & regiam Maiestatem promulgata & prolata atque confirmata sunt, contumaci atque rebelli animo contraire præsumpserit, si Ecclesiastico ordine quælibet

libet persona fuerit honorata, synodali authoritate gradûs proprij amissione mulctetur: Si autem in seculari habitu qualibet potestate vel dignitate fuerit sublimata persona, honore, quo in Republica fruitur, sinè retractatione à Regia maiestate priuetur, & insuper exilij, vel afflictionis cuiuslibet, prout ordo ecclesiasticus, & regalis seueritas decreuerit, vltione plectatur.

CAP. LXXX.

NOs simul cum istis & alijs Dei ac vestris fidelibus, nos atque socios nostros in episcopali authoritate rogâstis, vt propter Deum, & nostrum ministerium, iuxta cognitas necessitates, verum consilium, secundùm Deum & secundùm seculum inuenissemus, quod & fecimus, iuxta quod Dominus inspirare dignatus est, & vestræ Christianę deuotioni verbis & scriptis protulimus. Quòd si illud pleniter, & in omnibus adimplere potestis, sicut verbo & scripto vobis ex diuino mandato innotuimus, Deo gratias agimus. Si autem vultis & adhuc non potestis, quanto plùs perfectioni adproximaueritis, gaudemus. Vt autem capitula, quæ Domino mediatore communiter decreuistis, & manu propria confirmâstis, & nunc obseruatores vos verbis promisistis, vt opere pleniter conseruetis, & adimpleatis, nùc etiàm admonemus. De sponsis quoq; aliorum deincèps quoquo modo accepistis: quia de hoc, quod in prȩterito actũ est, maximam indulgentiam, confisi de Dei multimoda & maxima largitate atq; longanimitate propter quorundã fragilitatẽ reperimus. Et capitula patris vestri sinè refragatione decæterò conseruẽtur, ac capitulis vestræ religioni, ab exiguitatis nostræ ministerio oblatis, hoc diploma, si complacet, adnectatur. Nos autem Dei iudicio, sui ab illo vicarij cõstituti, iuxta ministerium nostrum, & reuerẽdam authoritatem, nisì impossibilitas, aut quæcunq; cõtradictio prædiẽrit, & in locis Deo dicatis, & in eorundem locorum inhabitantibus, atq; in cæteris quibuscunque diuinæ religionis obsequijs, prout Domin⁹ velle, scire, & posse donauerit, vt ipsius voluntas & iussio adimpleatur, pro viribus decertare studebimus.

CAP. LXXXI.

VT ius Ecclesiasticum, & legem canonicam nobis ità conseruetis, sicut antecessores vestri, qui hoc benè & rationabiliter, ità quod sciri poterit, & DEVS vobis posse dederit, nostris prædecessoribus conseruauerunt.

CAP. LXXXII.

QVòd in mea persona, nec in meo ordine, nisi fortè, quod absit, in antè contra Deum & contra vos manifestè fecero, vt damnari canonicè debeam, aduersùm me & meum ordinem, ità damnabiliter nõ faciatis: non pro quacunq; præterita causa aut mihi dehonoratio, aut damnatio veniat.

CAP. LXXXIII.

QVòd res, ad ecclesiam mihi commissam pertinentes, & tempore principatûs vestri ablatas, ità præsentaliter restituatis, & restitutas conseruetis, sicut tempore aui & patris vestri fuerant: Et excepto superposito, quod in vsus possidentium, vel ex ædificijs assumptum est, quomodò tunc erant, quantùm ad hoc quòd res vsitato nomine appellamus, constat, quandò vos indè illas tulistis.

CAP. LXXXIIII.

VT præcepta illicita de rebus Ecclesiæ mihi commissæ à vobis facta rescindantur, & vt decæterò nè fiant, caueatis.

CAP. LXXXV.

VT ab Ecclesia mihi commissa indebitas consuetudines, seu iniustas exactiones decæterò non exactetis, sed sic eas conseruetis, sicut tempore aui & patris vestri conseruatæ fuerunt.

CAP. LXXXVI.

VT contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum nostrarum, & rerum ad eas pertinentium defensionem secundùm ministerium vestrum, quantùm posse dederit Deus, exhibeatis.

CAP. LXXXVII.

VT præcepta quæ auus & pater vester Ecclesijs nobis commissis fecerunt, & firmauerunt, stabilia conseruauerunt, quæ etiàm vos confirmâstis, & decæterò rata conseruetis.

CAP. LXXXVIII.

VT si vos contra hæc capitula, aut nos (quod absit) non malitia, nec peruerso studio, sed aut per humanam fragilitatem, aut per ignorantiam, vel subreptionem non damnabiliter contra vos egerimus, mutuo hoc consilio corrigamus, & firmata deincèps conuenientia maneat.

Explicit Synodus Meldensis.

SYNODVS APVD 469

D. MEDARDVM IN SVBVRBIO

Sueßionenſi acta, Anno ſalutis 853.

REgnante in ſempiternum Domino Deo vniuerſorum, Anno regni glorioſi Caroli filij Ludouici religioſiſſimi Auguſti XIII, Indictione prima, Epiſcopis iuxta canonem Synodum celebrare volentibus, annuit idem rex Carolus, eosq; apud vrbẽ Sueſſionum, in monaſterio ſancti Medardi & Sebaſtiani, 10. Calend. Maij conuenire præcepit, vbì poſthabitis ſecularibus curis, ipſe quoquè rex adeſſe dignatus eſt, vt non ſolùm deuotione eccleſiæ ſe filiũ eſſe oſtenderet, verùm etiàm ſicubì opùs eſſet, protectorem regia poteſtate monſtraret. Cùm itaque præſules diuerſarum eccleſiarum, pio rege multa humiliter & prudenter proponente, tractãſſent potiùs quædam, quàm diffiniuiſſent, 6. Calend. Maij, Synodo preſidentibus Hincmaro Rhemorum, Vuenilone Senonum, Amalrico Turonum Metropolitanis epiſcopis, idem Rhemorũ Metropolitanus Epiſcopus venerabilis Hincmarus oſtendit, non paucos à deceſſore ſuo Ebbone, poſtquàm canonicè depoſitus fuiſſet, nec verò canonicè reſtitutus, irrationabiliter ordinatos. Iam rex abſq; vlla ambitione Synodum ſolus ingreſſus, ſimpliciter cum Epiſcopis reſidebat. Serie igitur depoſitionis memorati Ebbonis pleniſſimè prolata, multis Metropolitanis, pluribusq; alijs epiſcopis, qui authores fuerunt, recitatis, reſtitutionis autem illius paucis admodùm, & aliarum regionum præſulibus nominatim expreſſis, claruit, præfatum Ebbonem Epiſcopale officium illicitè repetijſſe, quosque gradibus eccleſiaſticis æſtimatus fuerit promouiſſe, damnationi potiùs obnoxios effeciſſe. Hincmarum autem ſucceſſorem eius, canonicis ſanctionibus cautè ac ſubtiliter obſeruatis, ad ſedem acceſſiſſe, & præter decreta Maiorum, in hac parte nihil omninò moliri.

Poſtmodùm venerabilis Vuenilonis Senonicæ vrbis Metropolitani Epiſcopi ſuffraganeus Niuernẽſis eccleſiæ, nomine Herimannus, pro ſuis exceſſibus varijs, à ſanctis præſulibus acriter increpatus eſt, quòd priùs frequenter correptus, ordini ſacratiſſimo perſeuerantia leuitatum adhuc iniuriam faceret, & in præſentia principis infirmitatem paſtoris nequaquàm faſtidientis iniunctum eſt Metropolitano eius, vt adiũctis ſecum aliquot epiſcopis, ad oppidum Niuernenſe accederet, & omnia ibì negocia eccleſiaſtica ſapienter componeret: ipſum verò Coëpiſcopum ſuum Herimannum, apud vrbem Senonum ſecum, haberet, donèc abſtinentia competenti aſſuetum, Epiſcopali grauitate inſtructum, Apoſtolicis moribus informatũ, clerus & populus eum ad ſedem propriam vtiliter, fauente Dei gratia, reuocaret. De Burchardo etiàm, qui Carnutum Eccleſiam tenebat, ſtatutum eſt, vt aut ſe idoneum ad aſſumendum epiſcopalem gradum, admonitu Vuenilonis Metropolitani Epiſcopi oſtenderet, aut certè pronam in ſe clementiam cognoſcens principis cederet, in vtroq; Dei iudicium experturus. Igitur ſequenti die cauſa illius ad medium deducta, venerabiles Epiſcopi Rhemorum Metropolitanus Hincmarus, Laudunenſium Pardulus, Aurelianoum Aius, ſeorsùm eum admonere præcepti ſunt, vt ſi abſq; diſcrimine valeret, officium ſe poſſe aggredi fateretur, aut ſi non poſſet, propter Dei timorẽ impoſſibilitatem ingenuè confiteretur. Parte cleri, quæ præſens erat, ac laicorum, bonũ ei teſtimonium perhibente, memoratis præſulibus ſuadentibus, ad concilium intromiſſus, tanto quidem gradu ſe dignum eſſe profiteri, arrogantiæ aſſeruit eſſe, non veritatis: Si quis verò crimen aliquod ſibi vellet objicere, ad id purgandum, ſe paratum eſſe firmauit. Nullo, qui id conaretur, exiſtente, decreuit ſancta Synodus, nè diù Carnutum ſedes vacaret: ſed directis illuc ſecundùm voluntatem Metropolitani Epiſcopi venerabilis Vuenilonis, qui electionẽ præfati Burchardi recognoſcerent, & ipſi referrent, optantibus canonicè ordinaretur Epiſcopus.

CAPVT II.

PRętereà Cenomanicę vrbis Aldric⁹ epiſcopus, paralyſi diſſolutus, epiſtolã direxit, cauſam ſuæ abſentiæ inſinuans, petensque vt maximè ſibi adhuc viuenti, & quãdocunq; defuncto, ſacris precibus opitularentur. Quod exuberantes charitate, ſe facturos omnes promiſerunt, & Metropolitano illius Turonicæ vrbis venerabili epiſcopo Amalrico, vt ad eandem vrbem accederet, iniũxerunt: & quæcunq; eſſent eidem Eccleſiæ proficua, vt ſtrenuè exequeretur, vnanimiter præceperunt.

CAPVT III.

ANte hoc tempus venerandi concilij, obtinente Pipino, Pipini regis filij Ludouici pijſſimi Auguſti filio, Aquitaniã, etiàm conſentiente auunculo eius glorioſo rege Carolo, cui eadem prouincia in partem obtigerat, eccleſiaſtica diſciplina & milita-

ri soluta, eadem regio à suis indigenis valdè vastata est, & multi illic impunè illicita perpetrârunt. Tandèm aliquandò respiciente DEO populum suum, idem Pipinus à suis contemptus & desertus, atq; in potestatem auunculi sui Caroli redactus, consilio reuerendissimorum pontificum & procerũ attonsus, & in habitu monachico ad monasterium sancti Medardi custodiẽdus & docendus deductus. Ibì quidam duo Monachi habitu, propositi sui vix credibiliter transgressores, ardentes immodica cupiditate, eũdem Pipinum abducere conati sunt, & pacem Christiani populi dissipare. Quos præsentibus diuersorum cœnobiorum religiosis Abbatibus, & causam subtiliter iuxta regulam beati Benedicti examinantibus, concors congregatio sancti Medardi à sua vnanimitate præcidit, attestata se ab horum crimine longè abssistere, quod vsitatas culpas iam indè ab initio huius religionis monachorũ omnium, præter duntaxàt Eutychis & aliorum hæreticorum, facilè superaret. Eiectos iussu venerabilis Rothadi Suessionum episcopi, ad synodi audiẽtiam Archidiaconus deduxit, & partìm confessi, partìm conuicti conspirationis malum perpetrâsse, canonum seueritate depositi sunt, (presbyteri quippe erant) & separatìm in monasteria sui ordinis longè distantia relegati, vt deincèps nemo tale quid committere auderet, nisì qui similia perpeti non timeret.

CAP. IIII.

VT in ciuitatibus & monasterijs vtriusque sexûs & ordinis, DEI cultus, quàm proximè fieri posset, instauraretur, statuit sancta synodus, annitente pio principe, vt idonei legati dirigerentur, qui singulorum locorum statum solertissimè perscrutarentur: & quæ ipsi per se non valerent corrigere, iudicio proximè futuri concilij, & potestati regiæ reuelarent.

CAP. V.

DEcreuerunt prætereà sancti pontifices, vt Ecclesiæ, quę olìm indulgentia religiosorum principum, vel aliorum fidelium deuotione immunitatem meruissent, ea in perpetuum perfrui sinerentur.

CAP. VI.

ET vt ex possessionibus, quæ Ecclesiasticę certis indicijs comprobantur, nec plenè propter varias necessitates possunt restitui, saltem nonæ ac decimæ tribuantur: Et vt in locis sacratis, diebus Dominicis vel alijs solennitatibus iudicia publica non exerceantur: neque enim fas esse ibì reos puniri, vbì respectu diuinæ reuerentiæ, misericordiam consensu fidelium consequuntur.

CAP. VII.

ILlud quoquè cunctis volentibus confirmatum est, vt qui disciplina ecclesiastica noxij, siue ingenui, siue serui coërcentur, nulli audeant eos tueri, & vindictam eorum in quoslibet ad potestatem Episcoporum pertinentium retorquere. Quod si qui deincèps præsumpserint, & excommunicationem Ecclesiasticam, & motum indignationis regiæ perpessuros.

CAP. VIII.

OBtẽtum est etiàm à deuotissimo principe, vt incesti & quilibet alij perditi, examen Episcoporum refugientes, per iudices publicos ad eorum præsentiam deducantur, nè alterius illecebram peccandi nutriat impúnitas vitiorum.

CAP. IX.

POstremò, quod à quibusdam conseruabatur, præfixum est generaliter ab omnibus custodiendum, nè vllæ res ecclesiasticæ absque regis * cohibentia commutentur. [* conniuentia]

REsidentibus in Synodo venerabilibus Episcopis, Hincmaro Rhemensis ecclesię archiepiscopo, Vuenilone Senonensi Archiepiscopo, Amalrico Turonensi archiepiscopo, Theodorico Cameracensi episcopo, Rothado Suessionæ vrbis Episcopo, Lupo Catalaunensi Episcopo, Emmone * Nouiomagensi episcopo, Erpuino Siluanectensi episcopo, Erminfrido Beluacensi episcopo, Pardulo Laudunensi episcopo, Hilmerado Ambianensi episcopo, Hucberto, Meldensi episcopo, Aio Aurelianensi episcopo, Prudentio Trecasinæ ciuitatis episcopo, Herimanno Niuernensi episcopo, Iona Augustodunensi episcopo, Godalsado Cabilonẽsi episcopo, Dodone Andegauensi episcopo, Guntberto * Ebrocẽsi episcopo, Hildebranno Sagensi episcopo, Rigbaldo Rhemorũ Chorepiscopo. Residentibus etiàm presbyteris & abbatibus, Dodone abbate Monasterij S. Sabini, Lupo abbate monasterij Bethlehem, quod Ferrarias dicitur, Bernardo abbate ex monasterio sancti Benedicti, quod appellatur * Floriacus, Odone abbate ex monasterio Corbeiæ, Erico abbate ex monasterio Corbionis, Bauone abbate ex monasterio Orbacensi, & quampluribus alijs sacerdotibus & abbatibus, adstantibus diaconibus, adstante quoquè & reliquorum graduum clero. [* Floriac... est nomen monasterij, vt vides, cuius Regino meminit.] Residente etiàm in cœtu Episcoporum glorioso rege Carolo, qui in eadem sacra synodo suam exhibere est dignatus præsentiam apud Suessionis ciuitatem in monasterio sancti Medardi confessoris Christi, quod situm est in suburbio ipsius ciuitatis, in ecclesia, quæ est in honore sanctæ Trinitatis sacrata, Anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCCLIII, anno etiàm regni iam dicti pij principis Caroli XIII, Indictione prima, 6. Calend. Maij. Dum

Dum quædam Ecclesiastica & pernecessaria negocia in eadem synodo ventilarentur & diffinirentur, venit Sigloardus seruans locum archidiaconi Rhemensis Ecclesiæ, dixitque filios eiusdem Rhemensis Ecclesiæ & Hincmari archiepiscopi stare pro foribus, qui se pro sua necessitate in synodum introduci petebãt. Hincmarus archiepiscopus dixit: Recita illorum nomina, & audiat dominus noster Rex gloriosus Carolus, & sacra Synodus illorum cõscripta nomina: & tunc quod iussum fuerit, in nomine Domini fiat. Et recitauit idem Sigloardus, seruans locum archidiaconi Rhemensis Ecclesiæ, hæc nomina: Rodoldus, Gislaldus, Vulfridus, Fredebertus ex canonicis ipsius sanctæ matris Ecclesiæ: Sigismundus ex monasterio sancti Theodorici, ex monachis autem de monasterio sancti Remigij, Nortuinus, Heinradus, Mauringus, Anteus, Teutlandus, Harouualdus, Radulfus, Vuicbertus. Quibus iussu synodi & principis introductis, videlicet (vt prædiximus) ex canonicis ipsius matris Ecclesiæ, * Radoldo, Gislaldo, Fredeberto, ex monasterio sancti Theodorici Sigismundo, ex monachis de monasterio sancti Remigij, Nortuino, Heinrado, Mauringo, Anteo, * Teuthlando, Harouualdo, Radulfo, Vuicberto, Hincmarus archiepiscopus dixit: Quæ est vestra petitio, fratres? Illi autem responderunt: Misericordiam petimus nobis à vestra paternitate impendi, de ministratione ordinum Ecclesiasticorum, ad quos à domino Ebbone quondàm prouecti, à vestra autem authoritate suspensi sumus. Hincmarus archiepiscopus dixit: Habetis libellum reclamationis aut postulationis, sicut Ecclesiastica se habet traditio? Illi autem responderunt, se præ manibus nullum habere libellum. Hincmarus archiepiscopus dixit: Legum ecclesiasticarum consuetudo & authoritas talis est, vt in causis gestorum semper scripturam requirant, adeò vt qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur: qui ad summum sacerdotium prouehitur, decreto manibus omnium roborato eligitur: ordinatus autem, à suis ordinatoribus literas accipere iubetur: qui etiàm ab Ecclesiastica societate quolibet excessu discinditur, libellari scriptione aut recipitur, aut deijcitur. Sed qui accusatur vel qui excommunicatur, reconciliatus, per scripturam accusari, vel reconciliatus commendari iubetur. Et sic in cæteris huiusmodi intantùm scriptura deposcitur, vt sicut beatus Gregorius in commonitorio ad Iohannem defensorem, ex Romanis legibus sumens, scribit: Sententia quæ sinè scriptura profertur, nec nomen sententiæ habere meretur. Quapropter, fratres & filij, oportet vos secundùm Ecclesiasticam authoritatem reclamationem vestram libelli serie allegare, eumque vestris manibus roboratum synodo sacræ porrigere, vt conuenienter & canonicè vobis valeat responderi. Et tunc ipsi fratres libellum conscribentes, eique sua nomina subscribentes, porrexerunt Hincmaro archiepiscopo, qui tunc vnà cum Vuenilone archiepiscopo, & Amalrico archiepiscopo, sub præsentia gloriosi regis domini Caroli, Synodo præsidebat.

Relegens verò Hincmarus archiepiscopus libellum porrectum & subscripta nomina, comperit deesse nomẽ Vulfadi, quod antè * Sigloaldus prædictorum relegens nomina, recitârat. Tunc Hincmarus archiepiscopus, audiente sacra Synodo, dixit: Tu frater Sigloarde, anteà nomen Vulfadi fratris nostri inter præfatorum nomina recitâsti, & modò hîc illius non videmus præsentiam, nec nomen libello subscriptum inuenímus. Sigloardus seruans locum archidiaconi Rhemensis ecclesiæ, respondit: Frater noster Vulfadus, de quo veneratio vestra dicit, hîc in monasterio iacet infirmus, & ideò vestris sanctis adspectibus, & sacræ Synodo, gloriosoque principi suam non potest exhibere præsentiam. Hincmarus archiepiscopus coram omni Synodo dixit: Tu frater Sigloarde, accipe libellum, & adhibe tecum Liudonem archidiaconum venerabilis fratris & Coëpiscopi nostri Parduli Laudunensis Ecclesiæ, & Isaac diaconum sanctæ Rhemensis Ecclesiæ, & vade ad iam dictum fratrem Vulfadum, & dic ei ex parte gloriosi principis nostri ac sacræ synodi, nostræque humilitatis voce, vt si in hac causa, quam præsens libellus continet, his fratribus nostris vult participare, huic libello, sicut se habet authoritas, nomen suum propria manu subscribat, & per suam subscriptionem, nobis suam studeat repræsentare personam. Tunc Sigloardus seruans locùm archidiaconi Rhemensis Ecclesiæ, & Liudo archidiaconus venerabilis Parduli episcopi Laudunensis Ecclesiæ, & Isaac diaconus Rhemensis Ecclesiæ, vt in ore duorum vel trium testium veritatis verbũ confirmetur, perrexerunt ad iam dictum fratrem Vulfadum, qui nomen suum libello subscripsit, & Synodo sacræ cum cæteris fratribus, voto suo, & voce fratrum prædictorum, qui ad eum transmissi fuerant, libellum roboratum porrexit. [Matth. 18.] Quem suscipiens Hincmarus archiepiscopus, & relegẽs coram synodo, excelsa voce dixit: Istorum fratrum sententia manifestè me tangit, qui si contra aliquem Coëpiscoporum nostrorum clamâssent, ad nostræ humilitatis authoritatem ab eo prouocare debuerant: nunc autem quia de iudicio nostro queruntur, oportet vt libellari subscriptione ad electos prouocent iudices, quatenùs causa

illorum debitum & certum finem accipiat. Sic enim scriptum est in concilio Africano, cap. LXIII. Si autem fuerit prouocatum, eligat qui prouocauerit, iudices, & cum eo & ille contra quem prouocauerit, iudices, vt ab ipsis deincèps nulli liceat prouocare. Item in eodem concilio cap. LXXXVIIII. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocare. Item in libro primo capitulorum synodalium domini Caroli Imperatoris, cap. XLIII. vt probati à Metropolitano iudices, qui nostram rationem audiant, & consultu ac sententia synodali diffiniant. Vndè & relegit, & porrexit hunc libellum idem Hincmarus Archiepiscopus, in quo hæc scripta continebantur: Libellus Hincmari archiepiscopi de electione iudicum: Ego Hincmarus sanctæ metropolis ecclesię Rhemorum episcopus, in hac duntaxàt causa quæ ventilatur, de his qui se à domino Ebbone post depositionem suam asserunt ordinatos, eligo mihi Iudices, quos canones electos appellant, Vuenilonem Senonēsem archiepiscopum, Amalricum Turonensem archiepiscopum, Pardulum diœceseos nostræ Laudunensem Coëpiscopum, seruantem locum in hoc iudicio nostræ authoritatis, saluo in omnibus primatu metropolis Rhemorum ecclesię, & manente in suo statu iure, quod cum alijs metropolitanis mihi à sacris canonibus est collatū: Salua etiàm reuerentia Apostolicæ sedis, cui in omnibus causis debet reuerentia exhiberi, sicut Innocentius papa ad Victoricium Rhotomagensem scribit episcopum, & sancti etiàm canones præfigere dignoscuntur. Et recedens de loco suo, posuit sedere Coëpiscopum suum Pardulum Laudunensem in hoc iudicio, vt præscriptum est, quòd seruaret locum primatûs metropolis Rhemorum Ecclesiæ. Deindè licèt à Metropolitano iudices electi sufficerent secundùm canonicam authoritatem, nè quererentur proclamantes se illius opprimi authoritate, dedit eis licentiam, si vellent eosdem, vel alios quoslibet & quantoslibet ex cōsensu suo eligere iudices, q elegerūt prænominatos reuerendos viros, & superaddiderunt sibi velle constitui iudicē Prudentiū Trecassinæ ciuitatis Episcopū, quod & præfatus non abnuit Rhemensis archiepiscopus. Et sic missum est scriptum illorum de electione Iudicum per præfatos fratres, Sigloardum videlicet seruantem Archidiaconi Rhemensis ecclesiæ locum, & Liudonem archidiaconū Laudunensis ecclesiæ, & Isaac diaconum Rhemensis ecclesiæ, ad Vulfadum eorum consortem, quem iacere in eodem monasterio infirmum prædiximus, vt si eorum consensui in eadem iudicum electione consentiret, propria voce edicere procuraret: à quo ijdem fratres in responsis synodo retulerunt, quòd præfatę electioni iudicum vsquequaquè idem Vulfadus prębere assensum, eosdemque sibi iudices deuotè expeteret. Et sic prima actione finita, in primordio actionis secundæ iudices synodum iussu principis, & in conspectu ipsius scilicet gloriosi regis domini Caroli, sic sunt voce promptissima allocuti: Fratres & consacerdotes nostri, manifestum est, quia si Ebbo quondàm episcopus in suo statu canonicè manens, hos fratres canonicè ordinauit, debent vtiquè ministrare. Si etiàm iniustè deiectus est, & canonicè restitutus, & post suam canonicam restitutionem hos fratres studuit ordinare, sinè vlla quæstione debent etiàm ministrare. Qua de re ordinatores fratris & Coëpiscopi nostri Hincmari doceant, si iusta & rationabiliter, quia tunc canonicè fuerat Ebbo deiectus, & non secundùm ecclesiasticas regulas extitit restitutus, & ante canonicam audientiam ministrare, & istos quasi ordinare præsumpsit, quin etiàm vsurpauit, facilis patet respōsio, quoniam ministrare nec debent, nec potuerunt. Tunc surgens Theodoricus episcopus ecclesiæ Cameracensis, porrexit in conspectu principis & synodi scriptum, dicens: Sicut audiui & vidi depositionem canonicam Ebbonis episcopi, ità & vestræ reuerentiæ profiteor voce & scriptum porrigo, & authoritate confirmo. Et reuelatum est volumen illud synodo coram principe glorioso Carolo, à Lupo venerabili presbytero & abbate in monasterio sancti Petri, quod Bethleē vel Ferrarias dicitur. In quo volumine continebatur, qualiter idem Ebbo voce propria & iudicum, peccatorum suorum, videlicet Episcoporum iudicio, Aiulfi scilicet archiepiscopi, Badaradi episcopi, Modoini episcopi, & testificatione testiū, Nothonis archiepiscopi, ipsius Theodorici, quem prædiximus, episcopi, & ipsius libelli subscriptione, qui relectus est in Synodo, quem ipse propria manu in conspectu prænominatæ synodi subscripserat, & synodo ipsi porrexerat, pro reatibus & criminibus confessis, à ministerio episcopali alienum se reddēs, & quadragintaquatuor episcoporum sententia, vt à ministerio episcopali recederet, & sub pœnitentię modo Domino deseruire studeret, suscipiens se condemnauit, & condemnatus recessit. In quo etiàm volumine continebatur, quia & taliter se episcopus à ministerio exuens, administratione episcopali spoliatus manere deberet: & edoctus est sacris authoritatibus, qualiter exauthoratus episcopus restitui deberet. Et quia idem Ebbo restitutus canonicè non fuerat, insupèr & ab Apostolica sede, sicutì in gestis pontificum coram principe, Synodo relectum est, à Sergio Papa confirmante deiectionem illius, damnatus

tus extitit, vt in laica tantummodò communione permaneret: sed ministerium episcopale, quo suo & episcoporū iudicio fuerat spoliatus, irreuerenter vsurpare pręsumpsit. Et hoc secunda actione plenissima authoritate monstratum, & à cuncta Synodo generaliter diffinitū est. In primordio tertiæ actionis iudices coram synodo dixerūt: Nunc quia euidenti ratione, & veneranda authoritate decretorum Catholicę & Apostolicæ Ecclesię, & sacrorum canonum promulgatione monstratum est. Et qualiter canonica & Apostolica authoritas iubeat, vel accusare vel condemnare, & quia Ebbo canonicè fuerat depositus, & non fuerat restitutus, immò & ab Apostolica sede pristinæ suæ damnationi addictus, volumus vt ordinatores fratris nostri Hincmari doceant, qualiter idem frater noster Hincmarus canonicè fuerit ordinatus. Tunc surgens Rothadus episcopus Suessionēn ciuitatis, porrexit canonicam authoritatē, qualiter metropolitanus episcopus debeat ordinari, & si de eadem ecclesia non sumitur, qualiter petente eiusdem ecclesiæ clero vel populo, à vicina debeat ecclesia postulari: porrigens etiàm canonicas literas Erchenradi episcopi Parisenorum ecclesiæ, confirmatas suis, suique Archiepiscopi, & Coëpiscoporum suorum manibus, quas ad petitionem Rhemensis ecclesiæ, cleri & plebis idem Hincmaro tribuerat: porrigens nihilominùs decretum canonicum, cleri & plebis manibus roboratum, qualiter iam dictum Hincmarum sibi postulârunt episcopum ordinari. Et his omnibus relectis docuit, quia canonicè cum præsentia vel consensu omnium episcoporum Rhemēsis diœceseos eundem Hincmarum ordinauit Archiepiscopum. Posthæc surgens idem Hincmarus in conspectu principis gloriosi & synodi, porrexit & literas canonicas, quas canones sacri ordinatum à suis ordinatoribus accipere iubent, diem præferentes & consulem. Porrexit etiàm epistolam, totius Galliæ episcoporum manibus subterscriptam, ad Apostolicam sedem pro confirmatione ipsius ordinationis, quoniam sedes Apostolica per Sergium papam sæpè dictū Ebbonem damnauit episcopū adeò, vt inter laicos communionem tantùm habere mereretur, vt diximus. Ostendit etiàm ipsi Christianissimo principi coram sancta synodo diploma sacrum, ipsius venerandi principis manibus insignitum, & sigillo subtèr signatum ex approbatione suæ ordinationis, ad eandem sanctam & Apostolicam, omnium scilicet ecclesiarum matrem, Romanam ecclesiam. Et sic quarta actione euidentissimis documentis ostensum, & Synodali iudicio decretum est, Hincmarum archiepiscopum canonicè à vicina diœcesi adeptū, canonicè electum, & canonicè ordinatum, & canonicè pallio Apostolicæ sedis, rata ordinatione perfectum, & in culmine primatis metropolitana authoritate vsquequaq; & in omnibus confirmatum. Deindè iudices percontati sunt, quid de his, canonica authoritate æstiment vel decernant, quos sæpè fatus Ebbo post suam depositionem absque vlla legitima restitutione præsumpserat ordinare. Tunc surgens Emmo * Nouiomagensis episcopus porrexit rotulam, authoritatem canonicam & Apostolicam continentem, quòd qui ab ipso voluerant & visi fuerant ordinari in gradus ecclesiasticos, ab eodem quod idem non habuit, nemo eorum accipere potuit: damnationē vtiquè quam habuit, per prauam manûs impositionem eis dedit: quia qui particeps factus est damnato, quomodò debeat honorem accipere, vt Innocentius papa dicit, inueniri non potest. Et sic quinta actione canonica & Apostolica authoritate inuētum & decretum est à sacratissima Synodo, vt quicquid in ordinationibus ecclesiasticis idem Ebbo post damnationem suam egerat, secundùm traditionem Apostolicæ sedis, vt in gestis pontificum legitur, præter sacrum baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis perfectum est, irritum & vacuum habeatur, & ordinati ab eo, in quamcunq; terrarum partem profugi agentur, vel vagati sunt, quia diuinū iudicium effugere nullatenùs possunt, Spiritussancti iudicio ecclesiasticis gradibus priuati perpetuò habeantur. Tunc relegens vnus ex prædictis fratribus, nomine Fredebertus, libellum proclamationis, voce omnium dixit, se ideò ab eodem Ebbone permisisse se ordinari, quia viderat suffraganeos Rhemensis Ecclesiæ, Rothadum videlicet episcopū, Simeonem episcopum, Erpuinum episcopum in metropolim Rhemensem ecclesiam conuenisse cum literis domini Lotharij, & eundem Ebbonem restituisse, & ostenderunt literas quasi ex nomine Theodorici epī, Rothadi epī, Lupi episcopi, Emmonis epī, Simeonis episcopi, Fulcoini episcopi, Ragnarij episcopi, Gildemanni episcopi, Erpuini episcopi manibus confirmatas, quæ manifestè falsissimæ sunt comprobatæ. Tunc surgens Emmo episcopus, licèt ipsi accusatores & criminatores episcoporum ad accusationē eorum non essent idonei, sicut scriptum est in concilio Africano cap. xcv. qui posteaquàm excommunicatus fuerit in ipsa adhuc excommunicatione cōstitutus, siue sit clericus, siue laicus, si accusare voluerit, diffinimus ad accusationem non admitti: tamen ad satisfactionem gloriosi principis, & sacræ synodi porrexit rotulam, quæ & de communicatione eorum cum illo post depositionem Ebbonis episcopi, & de cuius chartulæ subscriptione euidentissima protulerunt indicia, quibus mendacissima est

Nota Romanæ sedis authoritatem.

Confirmatio ordinationis [?] [illegible] papa.

approbata illorum assertio. Sed & de baculis & anulis ab illo datis, vndè & in præfata schedula idem frater relegerat, friuola est autumatio, per authoritatem in omnibus cõprobata. Vndè & ijdem fratres, qui felle amaritudinis maiores natù criminati sunt, *quorumq; coramq; vox muta fore est iudicata, iuxta canonicam authoritatem secundùm concilium Eliberitanum, quod actum est tempore Constantini cum missis Apostolicæ sedis, cap. LXXV. Si quis, inquiens, episcopum vel presbyterum siue diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem: & quia gradus ecclesiasticos quibus priuarentur, non habebant, iussi sunt communione priuari. Et sic sexta actione finita decreto iudicum, & Synodali iudicio atque consensu principis, Hincmarus archiepiscopus primatûs sui locum recepit, & iudex ac præses Synodi effectus superuenturis actionibus, cum archiepiscopis, Vuenilone scilicet & Amalrico, sensum accommodauit.

Tunc de presbytero quodam, & monachorum abbate in Altiuillaris monasterio, nomine Halduino, qui ab eodem Ebbone diaconus iussus fuerat ordinatus, & à Lupo posteà venerabili episcopo Catalaunensi presbyter, sinè examine fuerat consecratus, commota est quæstio. Vndè surgens idem Lupus episcopus, porrexit volumen, in quo cõtinebatur: Quia metropolis Rhemorum ecclesia carebat pastore, iussus est regijs literis domini Caroli, vt in confectione Chrismatis, & in alijs necessitatibus videlicet, vt suæ matri ecclesiæ pro sua possibilitate in ecclesiasticis negocijs consulere procuraret. qua de re cum epistola regia, vt eundem fratrem nomine Halduinum & presbyterum ordinaret, & abbatem monachorum in monasterio Altiuullaris sacraret, archidiaconus Rhemensis ecclesiæ, cum alijs ministris tam canonicis quàm monachis, eũdem illi ad ordinandũ in gradu diaconi ad *presbyterum obtulit, quem secundùm consuetudinem, quam in offerendo ordinandos ex canonica & monasterijs ipsa metropolis ecclesia habebat, ordinandũ suscepit, & ad votum præcipientis principis & offerentiũ ordinauit. De quo iudicatum est à Synodo secundùm sacros canones, sicut scriptum
Concil. Niceni ca. 9. est: vt qui presbyteri sinè examine per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem sunt prouecti, cùm fuerint cogniti, deponantur: quia quod irrepræhensibile est, catholica defendit ecclesia. Et ostensum est in eodem ex concilio Sardicensi, cap. IX. & ex alijs concilijs ac decretis damnationis scripto secundùm canonicam formam, eundem episcopum nihil de illius ordinatione attigisse, sed qui saltu sinè gradu diaconiad sacerdotium prosiliêrat, in degradationem debitam resilire deberet. Et hoc negocio septima actione finito, interrogatum est de his, qui sæpè dicto Ebboni oratione vel oblatione communicauerant. Quoniam scriptum est in canonibus, vt qui excommunicato communicauerint, omnes ab ecclesia respui, maximè eos, qui sciebãt eum esse dejectum. Vndè surrexit Erpuinus, & porrexit rotulam, canonicam & Apostolicam authoritatem continentem, qualiter libellari satisfactione sanari valeant & debeant exorbitantes. Vndè & in gestis pontificum, & in decretalibus Apostolicis papæ Leonis, & in libro epistolarum domini Gregorij, qui dicitur ex registro, & in ecclesiasticis historijs, & in decretis multorum pontificum sufficienter est exemplis manifestissimis demonstratum; per quorum doctrinam libellari satisfactione & decreto canonico, manibus omnium roborato, in electione canonica venerabilis archiepiscopi Hincmari omnes Rhemorum ecclesię indita sibi pœnitentia, largita indulgẽtia, benedictiõe superefusa, communione sacra tributa, per sæpè fatum venerabilem Hincmarum archiepiscopum, operante Domino nostro Iesu Christo purificata esse noscitur & sanata. Et sic octaua actione finita, benignus & pius princeps, sæpè dictus dominꝰ Carolus rex gloriosus, sacram Synodum, & sæpè dictum Hincmarum episcopum humiliter petunt, vt quia præfati fratres episcopos diœcesis sanctæ Rhemensis ecclesiæ falsis appetiêre criminibus, quòd post depositionem Ebbonis illi communicauerint, & eum irregulariter restituerint, & ob id secundùm canonicam authoritatem communione priuati existerent, quoniam gradus ecclesiasticos habere non possunt, legum ecclesiasticarum authoritate decernente, humaniùs de illis diffinientes, vel communionem habere valeant per sacræ Synodi indulgentiam. Quod & pietas sacerdotalis libenter assensit, & misericorditer pieque concessit, recognoscentibus ijsdem fratribus, & petentibus veniam. Et sic cunctis ex ordine secundùm regulam ecclesiasticam canonicè & diligenter patratis, decretum & iudicatum est à sancta & venerabili Synodo, assentiente & fauente Christianissimo & glorioso Rege domino Carolo, hæc omnia gestis inseri, & in conspectu Synodi relegi, & rata omnia iudicata, cunctorum manibus & subscriptione canonica, perpetuò inconuulsa & inuiolabiliter permansura firmari.

CONCI-

CONCILIVM VA- 475

LENTINVM CELEBRATVM TEMPORE LOTHARII IMPERATORIS, ANNO SALVTIS DCCC. LV. in domo basilicæ S. Iohannis adiacente.

REgnante Domino nostro IESV Christo, Anno DCCC.LV. ab incarnatione eius, gloriosissimo Lothario Imperatore, XV. Indictione, III. mensis Ianuarij, VI. Idus eiusdẽ mensis, apud vrbem Valentinã in domo basilicæ S. Iohannis adiacente, cũ propter causam episcopi ciuitatis ipsius, criminibus diffamati, ex iussione præfati pij principis reuerendissimi trium prouinciarum episcopi in vnum collecti resedissent: id est, Lugdunensium, Viennẽsium & Arelatensium numero XIIII. quibus præfuerũt authore Domino episcopi Metropolitani, videlicet Remigius Lugdunensis, Egilmarus Viẽnensis, Rodlandus Arelatensis, conlaborante eis quàm maximè venerabili Ebbone Gratianopolitano episcopo, adiuncto etiàm venerabili cœtu presbyterorum, deuotissimis quoquè diaconis adstantibus, Euangelijs in medio positis, post obiectiones episcopo factas, discussas & finitas, placuit omnibus in sancta synodo constitutis, nè fratrum conuentus absque ædificatione discederet, hæc pauca in Christi nomine, q̃ subtèr adnexa sunt, ad commonitionem sui cæterorumque fidelium, deuota & solicita pietate adnotare.

CAP. I.

QVia doctorẽ gentiũ in fide & veritate fideliter cõmonentẽ, obedieterq̃; audiuimus: O Timothee, depositũ custodi, deuitans prophanas vocũ nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quã quidam ꝓmittẽtes, circa fidẽ exciderũt. Et iterũm: Prophana autẽ & vaniloquia deuita: multũ enim ꝓficiunt ad impietatẽ, & sermo eorum vt cancer serpit. Et iterũ: Stultas aũt & sinè disciplina q̃stiones deuita, sciens qa generant lites: seruũ autẽ dñi non oportet litigare: Et iterũm: Nihil per contentiõem, neq; p inanẽ gloriã: paci, quantùm deus dederit, & charitati studere cupiẽtes, attendẽtes piũ eiusdẽ Apostoli consiliũ, soliciti seruare vnitatẽ spiritũs in vinculo pacis: nouitates vocũ & ꝓsumptiuas garrulitates, vndè potiùs inter fratres contentionũ & scandalorum fomes excitari potest, q̃ ædificatio vl la timoris Dei succrescere, cũ studio omni deuitamus: indubitanter autẽ doctoribus piè & rectè tractantibus verbum veritatis, ipsisq̃; sacræ scripturæ lucidissimis expositoribꝰ, i. Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, cæterisq̃; in catholica pietate qescentibꝰ reuerẽter auditũ, & obtẽperanter intellectũ submittimus, & ꝓ viribꝰ q̃ ad salutẽ nostrã scripserũt, amplectimur. Nam de ꝓscientia Dei, & de ꝓdestinatione, & de q̃stionibꝰ alijs, in quibus fratrũ animi nõ parùm scãdalizati, ꝓbantur, illud tãtùm firmissimè tenendum credimꝰ, quod exꝫ maternis ecclesiæ visceribus nos hausisse gaudemus.

CAP. II.

DEum præscire & ꝓscisse æternaliter, & bona q̃ boni erãt facturi, & mala quæ mali sunt gesturi, quia vocem scripturę dicentis habemus: Deus æterne, qui absc̃ditorũ es cõditor, qui nõsti oñia anteq̃ fiant: fideliter tenemus & placet tenere, bonos ꝓscisse oñinò p gratiã suã bonos futuros, & p eandẽ gratiã æterna ꝓmia accepturos: malos ꝓscisse p propriã malitiã malos futuros, & per suã iustitiã æterna vltiõe dãnandos: vt secũdùm Psalmistã, quia potestas Dei est, & Dñi misericordia, vt reddat vnicuiq; secundùm opera sua. Et sicut Apostolica doctrina se habet, His quidẽ qui secundùm patientiã boni operis, gloriã & honorẽ & incorruptionẽ q̃rentibus, vitã æternã: his aũt qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credũt autẽ iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malũ. In eodẽ sensu, alibì: In reuelatiõe (inquit) Dñi nostri Iesu Christi de cælo cum angelis virtutis eius, in igne flãmæ dantis vindictã his, qui nõ nouerunt Deũ, & qui non obediunt euangelio dñi nostri Iesu Christi, qui pœnas dabũt interitu æternas, cùm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Nec ꝓrsùs vlli malo ꝓscientiã Dei imposuisse necessitatẽ, vt aliud esse non possit, sed q̃ ille futurus erat ex ꝓpria voluntate, ille sicut Deus, qui nouit oñia anteq̃ fiant, ꝓscit ex sua omnipotentia & incõmutabili maiestate. Nec ex ꝓiudicio eius aliquẽ, sed ex merito ꝓpriæ iniquitatis credimus cõdemnari. Nec ipsos malos ideò perire, quia boni esse non potuerunt, sed quia boni esse noluerunt, suoq̃; vitio in massa damnationis, vel merito originali, vel etiàm actuali permanserunt.

De Dei ꝓscientia dotrina insignis.

Dan. 13.

CAP. III.

SEd & de prædestinatione Dei placuit & fideliter placet, iuxta authoritatem Apostolicam, quæ dicit: An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud verò in cõtumeliam? vbì & ſtatùm subiungit: q̃ si volẽs Deꝰ

Item de ꝓdestinatiõe Rom. 9.

ostendere iram, & notã facere potentiã suã, sustinuit in multa patiẽtia vasa iræ apta siue præparata ad interitum, vt ostenderet diuitias gratiæ suæ in vasa misericordiæ, q̃ præparauit in gloriam? fidenterq́; fatemur p̃destinationem electorũ ad vitã, & p̃destinationem impiorum ad mortem, in electiõe tñ saluandorũ, misericordiã Dei p̃cedere meritum bonũ: in damnatione aũt periturorũ, meritum malum p̃cedere iustũ Dei iudiciũ. Prædestinatiõe autẽ Deũ ea tãtùm statuisse, q̃ ipse vel gratuita misericordia, vel iusto iudicio facturus erat, secundùm scripturã dicentem: Qui fecit q̃ futura sunt. In malis verò ipsorum malitiã p̃scisse, quia ex ipsis est, non p̃destinâsse, quia ex illo non est. Pœnã sanè malum meritũ eorũ sequentẽ, vtì Deũ qui omĩa p̃spicit, p̃sciuisse & prędestinâsse, quia iustus est: apud quẽ est, vt sanctus Augustinus ait, de omĩbus omninò rebus tam fixa sententia, q̃ certa p̃scientia. Ad hoc siquidem facit sapientis dictũ: Parata sunt de-
Prou. 19. risoribus iudicia, & mallei p̃cutientes stultorum corporibus. De hac immobilitate præscientiæ & p̃destinatiõis Dei, per quã apud eum futura iam facta sunt, apud Ecclesia-
Eccés 3. sten benè intelligitur dictum: Cognoui q̃ omnia opera, q̃ fecit Deus, p̃seuerẽt in perpetuum: Non possumus his addere nec auferre, q̃ fecit Deus vt timeatur. Verùm aliquos ad malum p̃destinatos esse diuina potestate, videlicet vt quasi aliud esse nõ possent, non solùm non credimus, sed etiàm si sunt, qui tantum mali credere velint, cum omnĩ detestatione, sicut Arausica synodus,
Cap. 25. illis anathema dicimus.

CAP. IIII.

Item de redemptione sanguinis Christi, propter nimium errorem, qui de hac causa exortus est, ità vt quidam, sicut eorũ scripta indicant, etiàm p̃ illis impijs qui à mundi exordio vsq; ad passionẽ Dñi in sua impietate mortui, & æterna damnatiõe puniti sunt, effusum definiant, cõtra illud Pro-
Ose. 13. pheticũ: Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne: illud nobis simpliciter & fideliter tenendũ ac docendũ placet, iuxta euãgelicam & apostolicam veritatem, q̃ pro illis hoc datum precium teneamus, de quib⁹ ipse Dñs noster dicit: Sicut Moises exalta-
Iohan. 3. uit serpentẽ in deserto, ità exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitã æternã. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, nõ p̃eat, sed habeat vitã æternã. Et Apostolus:
Heb. 9. Christus (inquit) semèl oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Porrò capitula 4, q̃ concilio fratrum nostrorum minùs p̃spectè suscepta sunt, propter inutilitatẽ vel etiàm noxietatem, & errorem contrarium veritati, sed & alia 19. Syllogismis ineptissimè conclusa, &, licèt iactetur, nulla seculari literatura nitentia, in quibus commentum diaboli potiùs, q̃ argumentum aliquod fidei deprehenditur, à pio auditu fideliũ penitùs explodimus, & vt alia similia caueantur per omnia, authoritate spiritûs sancti interdicimus. Nouarum etiàm rerum introductores, nè districtiùs feriantur, castigandos esse censemus.

CAP. V.

Item firmissimè tenendum credimus, q̃ omnis multitudo fidelium, ex aqua & spiritu sancto regenerata, ac per hoc veraciter Ecclesiæ incorporata, & iuxta doctrinam Apostolicam in morte Christi baptizata, in eius sanguine sit à peccatis suis abluta: quia nec in eis potuit esse vera regeneratio, nisi fieret & vera redemptio, cùm in ecclesiæ sacramentis nihil sit cassum, nihil ludificatorium, sed prorsùs totum verum, & ipsa sui veritate ac synceritate subnixum. Ex ipsa tamen multitudine fidelium & redemptorum alios saluari æterna salute, quia per gratiam Dei in redemptione sua fideliter permanent, ipsius Domini sui vocem in corde ferentes: Qui perseuerauerit vsque in finẽ, Matt. 10.
hic saluus erit. Alios quia noluerunt permanere in salute fidei, quam initio acceperũt, redemptionisq́; gratiã potiùs irritam facere praua doctrina vel vita, q̃ seruare elegerunt, ad plenitudinẽ salutis, & ad perceptionem æternæ beatitudinis nullo modo p̃uenire. In vtroq; siquidem doctrinam pij doctoris habemus: Quicunq; baptizati su- Rom. 6.
mus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et, Oĩes qui in Christo bapti- Gala. 3.
zati estis, Christum induistis. Et iterùm: Ac- Heb. 10.
cedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, adspersi corda à consciẽtia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei no- Ibid.
stræ cõfessionẽ indeclinabilẽ. Et iterũ: Voluntariè peccantibus nobis post acceptã notitiam veritatis, iam non relinquitur p̃ peccatis hostia. Et iterùm: Irritam quis faciens Ibid.
legem Moisis, sinè vlla miseratiõe duobus aut tribus testibus moritur. Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filiũ Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutũ duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratię contumeliam fecerit?

CAP. VI.

Item de gratia p̃ quã saluantur credẽtes, & sinè qua rationalis creatura nunq̃ beatè vixit, & de libero arbitrio per peccatũ in primo homine infirmato, sed p̃ gratiã Dñi Iesu fidelibus eius redintegrato & sanato, idipsum cõstãtissimè, & fide plena fatemur, quod sanctissimi patres authoritate sacrarũ scripturarũ, nobis tenendum reliquerunt: quod Africana, quod Arausica synodus p̃fessa est, quod beatissimi põtifices Apostolicę sedis, catholica fide tenuerũt. Sed & de natura & gratia, in aliam partem nullo modo declinare p̃sumentes, ineptas autem q̃stiunculas, & aniles penè fabulas Scotorũ, quæ pultes puritati fidei nauseam inferentes, q̃ periculosissimis & grauissimis temporibus ad cumulũ laborum nostrorum vsq; ad scissionem charitatis, miserabiliter & lachrymabiliter succreuerũt, nè mẽtes Christianæ indè corrumpãtur, & excidant à simplicitate & castitate fidei, quæ est in Christo IESV, penitùs respuimus, & vt fraterna charitas cauendo à talibus auditũ castiget, Christi amore monemus. Recordetur fraternitas malis mundi grauissimis se vrgeri, messe nimia iniquorum, & paleis leuium hominum se durissimè suffocari. Hæc vincere ferueat, hæc corrigere laboret, & superfluis cœtum piè dolentium & gementium non oneret: sed potiùs certa & vera fide, quod à sanctis patribus de his & similibus sufficienter prosecutum est, amplectatur.

CAP. VII.

In episcopis eligẽdis quid obseruandum.

Et quia indiscussi & inexaminati, scientiæq́; literarum penè ignari, minusque Apostolicæ præceptioni appropinquantes, peccatis nostris agentibus, per ciuitates episcopi ordinantur: qua occasione maximè vigor Ecclesiasticus deperit, vt si quandò alicuius ciuitatis episcopus vocatione Domini decesserit, à gloriosissimo principe supplicando postuletur, vt canonicam electiõem clero & populo ipsius ciuitatis permittere dignetur. Atq; ità aut in clero, aut in diœcesi certè ipsa, vel si opùs sit, in vicinia ipsius probata & officio digna persona quæratur, quæ inuenta, consensu totius cleri & populi, ad honorem DEI ciuitati ipsi præficiatur. Sed & si à seruitio pij principis nostri aliquis clericorum venerit, vt alicui ciuitati præponatur episcopus, timore casto solicitè examinetur: Primùm, cuius vitæ sit: deindè, cuius scientiæ: & vigore ecclesiastico sub oculis omnipotẽtis Dei, agat metropolitanus, in hac parte Episcopis sicut Dei ministris adiutorium ferentibus, nè maculatæ vitæ, & pompis seculi turgidus, & simoniaca hæresi pollutus, humilibus & mundis membris Christi, ecclesiæq́; ipsius supponatur episcopus. Nec præsumat illiteratum, & cupiditate nimia cæcatum, redditurus facti sui rationem, populo Dei præficere. Si necessarium idem Metropolitanus viderit, nè tantũ malũ cogatur agere, vt indebito honorẽ, bonis tantùm debitum tradat, instruat populum, informet clerũ, potiùs adire clementiam Imperialem, & ipse cum coëpiscopis quibus valuerit modis adeat, vt ecclesiã Dei gloriosus Imperator digno honoret ministro. Si autem turpiter cupiditate quacunq; Metropolitanus victus, aut aliquo munere deceptus, tantum opus negligenter & ægrè fuerit executus, iudicium omnia cernẽtis Dei se incurrere non dubitet, sed & sententia fratrum se nouerit esse culpandum.

CAP. VIII.

In inuasores rerũ Ecclesiasticarũ

Placuit nè prædia & possessiones Ecclesiarum, voto fidelium collatæ, cupidis ad inuadendum patẽrent, & nè tali fraude rebus suis vacuarẽtur & spoliarentur ecclesiæ, nè & gloriosorum principum animi subreptione quorundam talium deceptiuis callidisq́; mendacijs læderentur: vt si q̃s non metuens iudicium Dei & damnationẽ æternam, & possessiones Ecclesiarum siue expoliare quæ pertinent ad ius earũ, p̃sumpserit, excõmunicatiõis sententiã, quousq; p̃sumptionis factũ re corrigat, secũdùm ecclesiasticã censurã ferat. Quod & si p̃tenderit huiusmodi sibi indulta & concessa ab augustissimis dominis nostris, nec sic à sentẽtia Episcopi sit liber: multi enim probantur in similibus mentiri: donèc rector ipsarum Ecclesiasticarum rerum, ad clementes aures principis causam tã malè facti cum precibus Ecclesiæ deferat, vt eius iudicio & moderatione res vndè agitur, deliberetur. Et is qui charitate fuerit priuatus ecclesiæ, tunc si dignus est, absoluatur.

CAP. IX.

Item quia parochiales presbyteri grauissimè & indignè à secularibus premũtur, nullaq́; reuerẽtia sacerdotali gradui ab aliquibus seruaẽ, & q̃a possessiũculæ vel dotes basilicis collatæ irreuerẽter auferuntur, durissimoq́; seruitio extenuãtur, quod clamor sacerdotum, & ruinæ etiã basilicarũ p̃dunt: placuit vt ipsi presbyteri sub episcopis, q̃bus adiutores sunt, maneãt, & sub matre ecclesia liberi & quieti officiũ ecclesiasticũ exequãtur. Dotes verò à fidelibus designatæ basilicis, ad hoc quod statutũ est ab eis, vendicentur: nullaq́; redhibitio censûs indè à quolibet seculari exigatur, sed quod canonicè tantùm ordinatũ est, suppleatur. Si quis autẽ seculariũ nostrã hanc ordinationem cõfundere p̃sumpserit, ab ecclesia nouerit se canonicè feriendum, cuius institutionem temerè contẽpsit. Sed & ipsi seculares & fideles laici, si cõdere voluẽrint basilicas in p̃dijs suis, sicut edictũ pijssimorũ Augustorũ cõtinet, vnam *colonicã vestitã cũ tribus mancipijs dotationis gratia eis cõferant, moxq́; episcoporũ iuri & sanctæ matri ecclesiæ eandem basilicam submittant. Aliter verò nos earum cõsecrationẽ sciant nõ impleturos. Illi aũt qui dotes ecclesiarũ auferre, durè seruitium ab eis exigere, insupèr non metuũt periculũ sacerdotibus intentare, si actiões nõ meliorauerint, eorũ excõmunicationi nos addere nouerint destructionem penitùs taliũ basilicarũ, locumque alium sub pace meliori situm q̃situros, ibiq́; pacificam basilicam consecraturos.

CAP. X.

De decimis reddendis.

Sed & de fiscis & villis, quas cõstat dñio Ecclesiæ à fidelibus olim fuisse cõtraditas, & nunc potestati seculariũ subditas voluntate eorum ordinari, placuit vt edictis principum iussum est, nonæ & decimę ipsis Ec-

Ecclesijs vndè subtractæ sunt, fideliter persoluantur: Hi qui eas retinuerint, vt sacrilegos nouerint se ab Ecclesiæ liminibus pellendos. Sed & decimas suas omnes fideles promptissimè Deo offerant, de omnibus q̃ possident, nec vllis oppositiõibus quod statutum est, permutare audeant, nè fortè cogamur eos districtione Ecclesiastica ferire. Vsurarum etiàm turpia lucra, iterùm canonica seueritate inhibemus.

CAP. XI.

Nè in iudicijs vtraq; pars præstet iuramentũ.

QVia impia & Deo inimica, & Christianæ religioni nimìs contraria, [ex iniquissima ac detestabili constitutione quorundam secularium legum consuetudo inualuit, vt in forensi iudicio litigantes, ex vtraq; parte contẽdentium ęqualiter iuramentum dare cogãtur, vbì sinè dubio duobus contra se iurantibus, vnus periurus efficitur: tanti sceleris immanitatem & animarum perditionem dolentes, statuimus vt quicunque vno iuramento legitimè dato, quod secundùm legem diuinam om̃is humanæ controuersiæ finis esse debet, (Heb. 6.) alterum è contrario iuramentum opponere p̃sumpserit, ab ipsis liminibus Ecclesiæ, quæ sua impietate prophanauit, exclusus, omniũ Christianorum consortio atque conuiuio reddatur extraneus, nisì se continuò admonitus ad agendam pœnitentiam tanti reatûs, humili satisfactione inclinauerit.

CAP. XII.

In duello tam cædens q̃ cæsus grauissimè punitur.

ET quia ex huiusmodi iuramentorum, immò periuriorum cõtentione etiàm vsq; ad armorũ certamina solet prorumpi, & crudelissimo spectaculo effunditur cruor belli in pace, statuimus iuxta antiquum Ecclesiasticæ obseruationis morem, vt quicunq; tam iniqua & Christianæ paci inimica pugna alterum occíderit, seu vulneribus debilẽ reddiderit, velut homicida nequissimus & latro cruentus, ab Ecclesiæ & om̃ fidelium cœtu separatus, ad agendam legitimam pœnitentiam modis omnibus compellatur. Ille verò qui occisus fuerit, tanq̃ suî homicida, & propriæ mortis spontaneus appetitor, à Dominicæ oblationis commemoratiõe habeatur alienus, nec cadauer eius, iuxta sanctorum canonum decretum, cum psalmis vel orationibus ad sepulturam deducatur. Super quibus duobus titulis, p̃pter tam funesta & horrenda animarum vel etiàm corporum exitia, Christianissimi Imperatoris pietas, sacerdotali omnium nostrûm supplicatione imploranda est, vt tantum malum à populo fidelium suis publicis sanctionibus amoneat, & nostrum super hoc tam necessarium Ecclesiasticum decretum, propria authoritate confirmet.

SEQVENTE DIE HÆC ITErùm à reuerendissimis episcopis sunt executa.

CAP. XIII.

De concordia mutua episcoporum.

VT tanta inter nos largiente Domino charitas & vnitas teneatur, vt quotiès aliqui in populis, quibus regendis præesse dignoscimur, aduersùs Ecclesiam & sacerdotalem authoritatem contemptores & rebelles existũt, tanta instantia inuicèm & literis & verbis iuuare studeamus, vt pondere Ecclesiastici vigoris retusi & pressi, vel ad humilitatem pœnitentiæ compellantur: aut si ab vna Ecclesia fuerint excommunicati, in nulla alia falsò & furtiuè communicandi inueniant facultatem. Placet firmatum.

CAP. XIIII.

De concordia inter pastores & subditos.

VT vnusquisq; nostrûm in clero & populo & sacerdotibus ac monasterijs sibi commissis, solicita & paterna pietate p̃uideat, nè propter aliquas oppressiones, pestiferis murmuratiõibus & querimonijs ac detractionibus aduersùs eosdem pastores suos inseruiant: Quia per hæc charitatis vinculum, quod pręcipuè inter pastorem & gregem Deus requirit, & quod nos singulariter Deo iungit, nimìs dolenter soluitur. Et recedente Deo, qui in scissura mentium habitare non potest, grauissima quotidiè damna & mortes animarum fiunt, ità vt si hæc negligantur, non iam pastores, sed interfectores (quod absit) Christi ouium inueniamur. Placet firmatum.

CAP. XV.

Vita & mores episcoporum.

VT de vita & religione sua vnusquisq; tam in conuersatiõe sua, quàm etiàm in habitûs & vultûs ac sermonis grauitate talem se domì forisq́; & suis & extraneis exhibere studeat, vt maturitate morum, & repudiatiõe omnium leuitatum ac vanitatũ, omnibus sibi adhęrentibus, seque intuentibus, formam disciplinæ & verecũdię ac modestiæ infundat. Placet firmatum.

CAP. XVI.

De concionibus habendis.

VT vnusquisq; nostrûm, siue per se, siue per aliquem vel aliquos ex ministris Ecclesiæ fideliter doctos, ità verbum prædicatiõis, tam in vrbe, quàm foris in plebibus, exhibeat, vt omninò eis admonitio & exhortatio salutaris deesse non possit: Quia vbì verbum Dei fidelibus non ministratur, quid aliud quàm vita animę subtrahitur? Placet firmatum.

CAP. XVII.

De visitationibus.

VT ipsa visitatio plebium & parochialium sacerdotum tam moderatè, & inquãtùm fieri potest, iuxta canonicam institutionem fiat, vt manifestum sit, siue per nos, siue per nostros, sola ibì animarum lucra perquiri, nec aliquem importunitate & nimietate grauari & contristari, nè verbum Domini & doctrina blasphemetur. Placet firmatum.

CAP. XVIII.

De scholis.

VT de scholis tã diuinę q̃ humanę literaturę, nec non & Ecclesiasticę cantile-

lenæ iuxta exemplum pręcedessorũ nostrorum aliquid inter nos tractetur, & si potest fieri, statuatur atq; ordinetur. Quia ex huius studij longa intermissione pleraq; ecclesiarum Dei loca, & ignorantia fidei, & totius scientiæ inopia inuasit. Placet firmatum.

CAP. XIX.

VT singulis Metropolitanis cũ suffraganeis suis, cura præcipua sit de vita & opinione, non solùm totius cleri, sed etiã ipsorum episcoporum, nè se per culpã vel negligentiam suam tales exhibeãt, qui meritò apud laicos viles atq; infames, ac p̃ hoc in ipso sacro ministerio contemptibiles habeantur. Placet firmatum.

CAP. XX.

De facultatibus ecclesiarum.

VT thesaurus, siue ministerium vel ornamentum Ecclesiarum, fideliter deuotioni eorum, qui hæc vel ad honorẽ domùs Dei, vel ad sustentationẽ familiæ Ecclesiasticæ, si necessitus exegerit, obtulerunt, custodiatur, nec quicquam ex eis nisì iuxta institutiõem canonicam fieri præsumatur. Placet firmatum.

CAP. XXI.

De commutationibus rerum ecclesiasticarum.

VT de commutationibus rerum ecclesiasticarum diligẽtissima adhibeatur cura, vt vel iuxta interdictum & obtestationem sacrorum canonum nullatenùs fiant, vel certè fraudulẽtia & nequitia quorundã in hac re ità coërceatur & amputetur, vt Ecclesia Dei suis p̃dijs & facultatibus tam impudẽter & dolẽter minimè spolietur. Quia cùm ipsæ res Ecclesiarum à pijs & fidelibus Deo oblatæ, iuxta antiquorum patrũ sententiam nihil sint aliud nisì vota fidelium, patrimõium pauperum, redemptio peccatorum: si eas fideliter & integrè Ecclesiasticis vsibus nõ defendimus, & in eos qui obtulerunt, & in Deũ, cui oblatæ sunt, grauissimo nos reatu implicamus. Placet firmatũ.

CAP. XXII.

VT de seruitio presbyterorũ erga episcopos suos consuetudo (vt nobis videtur) valdè repræhensibilis amputetur: vt scilicet quotiès episcopus statuto tempore visitationem & prædicationem per eosdem sacerdotes & populos non exercet, nequaq̃ ab eis pro solito seruitio pecunias exigat. Hoc enim & beatus Iob per similitudinem terræ fructiferæ & agricolarũ eius, id est, Ecclesiæ & sacerdotũ, nimìs cauẽdum significat, dicẽs: (Iob. 31.) Si fructus eius comẽdi absq; pecunia, & animã agricolarum eius afflixi: docens nequaq̃ absq; pecunia, id est, p̃dicationis verbo vel precio Ecclesiastica stipendia vsurpanda, nec improbitate aliqua agricolarum, i. consacerdotum & cõlaborantium animas affligendas. Quod apertè declarant etiàm verba Apostoli, dicentis: (1. Cor. 9.) Non alligabis os boui trituranti, vt videlicet triturans comedat. Et alibì: (Tim.) Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere. Et

Dominus: Dignus, inquit, est operarius cibo suo. Placet firmatum. (Matt. 10.)

CAP. XXIII.

PEruẽnit etiàm ad nos nimis dolenda & lugubris querela Ecclesiæ Viennẽ, p̃ venerabilem fratrem & coëpiscopum nostrum Agilmarum, qui nobis lachrymabiliter conquestus est, q̃ præfata Ecclesia ipsius regimini commissa, propter Archidiaconum & præpositum suum, virum honestum & idoneum per quorundam secularium violentiam, qui eum nescimus quibus machinationibus in seruitium inclinare nitũtur, grauissimam & insedabilem toto iam biennio vel ampliùs sustineat persecutionem: & neq; legum vel sacrorum canonum tricennali præscriptione, neq; pij principis nostri authoritate, neq; legatorum eius tam venerabilium episcoporum, quàm illustrium comitum, cæterorumq́; laicorum legitimo & celeberrimo iudicio, neq; maximo & idoneo testimonio Pagensium, qui iam LXX. & IIII. præfati Diaconi integram libertatem iuramento legitimo probauerunt, neq; totius populi terræ consona attestatiõe, neq; vllo diuini timoris respectu ab eorum infestationibus atque iniurijs quiescere finitur, dum post iudicia & iuramenta legitimè & Imperiali authoritate peracta, vnus homũcio contra omnẽ legẽ Dei suo iniquissimo iuramento ea infringere potuisse creditur. Et præfati Diaconi cõsanguinei ac propinqui, post mortem illius decrepitę mulierculæ, cuius notissima ingenuitas semper ideò iuramento firmatą est, diuersis oppressionibus & calamitatibus, insupèr & exilijs violentissimè ac nequissimè exagitamur. Vndè omnes graui dolore permoti, & memores diuinæ legis, dicentis: Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniatoris. (Hiere. 21.) Et iterùm: Erue eos qui ducũtur ad mortem, (Pro. 24.) & qui trahuntur ad interitum, liberare nè cesses: & quia propriè episcopale ministerium est, vt omnium iniquè laborantium & oppressorum causas, pia propugnatione subleuent, & maximè pro Ecclesiasticis necessitatib⁹ paterna solicitudine desudẽt, nè tantũ malũ ad p̃turbationẽ ecclesiarum DEI conualescat, & tam apertè disciplinam religionis euertat, ipsa ministerij nostri necessitate compulsi, & Ecclesiæ laborantis compassione prouocati, statuim⁹, vt quicunq; ex præfatis viris post tot iuramenta legitimè decreta & probata, & regalis authoritatis iudicio celebrata, quibus etiàm de Reipublicæ statu, quanto magìs de paucorum hominum capite omnis debuit querela finiri, præfatum Archidiaconum ampliùs vel in sua, vel in propinquorũ suorũ persona, in quolibet ex nostris episcopatu siue comitatu inqetare, vel q̃cunq; eorũ sunt, inuadere seu diripere p̃sumpserit, mox ab omni Ecclesiæ cœtu & omnium no-

nostrûm consortio, tanquàm verè impugnator iustitiæ & totius religionis vsque ad satisfactionem pœnitentiæ excommunicatus habeatur. Illum etiàm, qui tot iuramenta legitima suo impio iuramento velut euacuare ausus est, simili, ex die commonitionis, excommunicatione damnamus, nisi se festina humilitate pœnitentiæ submittat, quatenùs & vigor legum, & pax Ecclesiarû sub tutela pij principis nostri, integro iure salua consistere valeat. Quod iudicium nostrum tam necessarium & publicæ disciplinæ Ecclesiasticæ defensioni, omninò suppliciter postulamus eiusdem pij principis authoritate muniri.

EXEMPLVM LEGIS DE confirmando iudicio Episcoporum.

Nota, quàtum tribuat sententijs episcoporû Cõstãtinus.

IMperator Constantinus Augustus Ablatuio præfecto prætorio. Religionis est, clementiam nostram scisciari voluisse, qd de sentẽtijs episcoporũ vel antè moderatio nostra censuerit, vel nunc seruari cupimus. Sanximus nanq;, sicut edicti nostri forma declarat, sententias episcoporum quolibet genere latas, sinè aliqua ætatis discretione inuiolatas semper incorruptasque seruari: scilicet vt pro sanctis semper & venerabilibus habeatur, quicquid episcoporum fuerit sententia terminatum. Siue itaque inter minores, siue inter maiores ab Episcopis fuerit iudicatum, apud vos, qui iudiciorum summam tenetis, & apud cæteros omnes iudices ad executionem volumus pertinere. Multa enim, quæ in iudicio captiosæ ꝓscriptionis vincula promi non patiuntur, inuestigat & promit sacrosanctæ religionis authoritas. Omnes itaq; causæ, quæ vel ꝓtorio iure, vel ciuili tractantur, episcoporũ sententijs terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmentur: nec liceat vlteriùs retractari negocium, quod episcoporum sentẽtia decíderit.

Remigius indignus Ecclesiæ Lugdunensis episcopus, hanc synodalem definitionem subscripsit.

Agilmarus ecclesiæ Viennẽs episcopus, hanc synodalem definitionem subscripsit.

Rodlandus ecclesiæ Arelatẽs episcop', hanc synodalem definitionem subscripsit.

Ebbo Gratianopolitanus Episcopus, hanc synodalem definitionem subscripsit.

Ragenutus indignus ecclesiæ Auenionẽs, hanc synodalem definitionem subsc.

Elias vilis Episcopus, hanc synodalem definitionem subscripsit.

Baldemarus humilis episcõpus, hãc synodalem definitionem subscripsit.

Richardus episcopus hanc synodalem definitionem subscripsit.

Audinus chorepiscopus, subscripsit.

Videbantur in exemplari manuscripto hic aliorum episcoporum subscriptiones vel excisæ, vel nescio quo alio casu abolitæ.

SYNODVS TICINENSIS, HABITA SVB LVDOVICO II. IMPERATORE.

TIcinum, insigne est Insubrium oppidũ: hodiè vulgò Papia appellatur. Meminit eius Ptolemæus lib. 3. cap. 1.

CAPITVLA QVAE GLORIOSVS IMPERATOR LVdouicus suis episcopis de statu sui regni considerare præcepit.

DE cõuersatione episcoporum, presbyterorum & cæterorum clericorũ, de doctrina & prædicatione in populo, de conscriptione librorum, de restauratione ecclesiarum, de ordinatiõe plebium & xenodochiorum, de monasterijs virorum seu fœminarũ, quæ secundùm regulam sancti Benedicti, vel ea quæ secũdùm canonicam authoritatem dispositæ esse debent, quicquid in præfatis ordinibus extra ordinem est, aut per negligentiam ꝓpositorum, aut per desidiam subditorum, vehementer cupio scire: & secundùm DEI voluntatem, vestrumq; sanctum consilium, sic emendare desidero, vt in conspectu dei nec ego reprobus sim, neq; vos & populus in commissis iram suæ indignationis incurrat. Quomodò autem istud rationabiliter quæsitum & inuentum perficiatur, vobis hoc ad tractandum, ac nobis renunciandũ committimus. De minoribus quoq; causis, quæ generaliter omnes, specialiter aliquos tangunt, & indigẽt emendatiõe: volumus, vt posthàc illas quæratis, & ad nostram notitiam reducatis. Sicut est de comitibus & eorum ministris, si iustitias negligunt, aut ipsas vendunt, si sunt rapaces, aut ecclesiarum viduarum, orphanorum, aut pauperũ oppressores: si ad prædicationem veniunt, si debitum honorem aut obedientiam sacerdotibus suis impendũt: si aliquas nouitates aut argumenta, quæ ad detrimentum populi pertinent, agere præsumunt, sicut est in acquirendis proprietatibus, aut irrationabiles preces ad adiutoria facienda, siue in reliquis causis, quæ ad peccatum nostrum pertinere possunt ac populi nostri.

Rescriptum consultationis siue exhortationis Episcoporum, ad Dominum Ludouicum Impraetorem.

DOmino gloriosissimo regi Ludouico, pax & vita, salus & victoria ministretur à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo. Nos quidem in Dei nomine Angilbertus archiepiscopus & Andreas * patriarcha, vnà cum Ioseph archicapellano, cùm ad hanc synodum, in vrbe regia Ticino congregatam, veniissemus: replicauimus eis piam vestram exhortationem, qua viua voce ad nos vsi fuistis, flagrãtes spiritussanctimunere & vltrà quàm huius ætatis teneritudo capere potuisse videret, totiùs modestiæ & grauitatis atq; sapiẽtiæ sapore cõditam protulimus, etiàm & coram eis relegi fecimus cõmonitorium, à vestra nobis magnificentia traditum. Quibus auditis, omnes vnanimiter ꝓ vestra indole omnipotẽti Deo * diutissimè gratias egérunt, quia populo suo tam pijssimum, quamq; sanctissimum principem dedit, qui cũcta ordinabiliter & rationabiliter disponere cupit. Et quoniã religiosa solicitudo vestra, primùm de conuersatione episcoporum, presbyterorum & cæterorum clericorum quærere studuit: nos quoq;, quo regulariter meliùs fieri potuit, eundem ordinem seruamus. Et episcopum quidem ità conuersari debere pronunciamus, vt eius vita, rectè viuẽdi sit norma. Presbyteros verò & clericos ità viuere oportet, vt subditæ plebi exemplo suæ conuersationis proficiant.

Et quidam coẽpiscoporum nostrorum, qui bonæ conuersationis sibi conscij sunt, palàm fateri recusabant, nè sui ipsorũ laudatores viderentur. Qui verò negligentiã suam recognoscunt, more humani ingenij seipsos accusare verebãtur. Iuxta commonitionẽ tamẽ vestram diligentiùs perscrutantes, quosdã quales desideratis, qualesq; populi Dei pastores & rectores esse decet, inuenimus. Quorundam verò negligẽtiam vel erga clericorum suorum custodiã, vel erga plebium solicitudinẽ reperimus. Quibus vt aliquantulùm emendandi spatium tribuatis, humiliter petimus. Qui si citò delicta non correxerint, seueriori sentẽtiæ subiacebunt.

Cæterùm si quilibet laicorum vel clericorum, cõtra episcopum vel alicuius ordinis clericũ aliquid queritur: nouerint, nos paratos & legitimam præbere audientiam, & si quid perperàm gessisse ꝓbati fuerint, debita animaduersione puniri.

Doctrina verò & prædicatio in populũ, partim episcoporum & reliquorum sacerdotum, partim verò populi negligẽtia, nõ, sicut necessarium est, procuratur: & sacerdotum quidem iniuria, nullatenùs est excusanda. quidam verò laici, & maximè potẽtes ac nobiles, quos studiosiùs ad prædicationem venire oportebat, iuxta domos suas basilicas habent, in quibus diuinũ audientes officiũ, ad maiores ecclesias rariùs venire cõsueuerunt. Et dum soli afflicti & pauperes veniunt, quid aliud, quàm vt mala patienter ferant, illis prædicãdum est? Si autem diuites qui pauperibus iniuriam facere soliti sunt, venire nõ renuerint: admoneri vtiq; possent, vt eleemosynis peccata sua redimerẽt, vt à fluxu rerum temporaliũ se abstinerent. Admonendi sunt igitur potentes, vt ad maiores ecclesias, vbi prædicationem audire possint, conueniant: & quãtùm dono omnipotentis Dei, diuitijs & honoribus cæteros antecedunt, tantò ad audiendum præcepta conditoris sui, alacriùs festinent. Quidam autem comites & * vassi domestici, presbyteros & clericos nostros cæteros (quod nec episcopis facere licet) absq; nostra licentia recipiunt. Insuper etiã vbicũq; ordinatos, & quosdam, de quibus dubium est, vtrùm cõsecrati sunt, in parochijs nostris absque nostra examinatione Missas celebrare faciunt. Quod nè vltrius fiat, omnimodis est inhibendum. Quarè in ordinandis plebium ratiõibus, ciuium instituta seruẽtur, & pestiferæ ambitionis vitium radicitùs extirpetur: & neq; ob quorundam propinquitatem, neq; pro alicuius familiaritatis gratia, neq; quod maxìè detestandum, propter pecuniarum acceptionem, indignus quilibet ordinetur. Et primùm quidem ipsius loci presbyteri vel cæteri clerici, idoneum sibi rectorem eligãt: deindè populi, qui ad eandem plebem adspicit, sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe talis inueniri non potuerit, qui illud opus competenter peragere possit: tunc episcopus de suis, quem idoneũ iudicauerit, inibi constituat.

Sanè remouenda quorundam laicorum procacitas, qui hoc solo obtentu, ꝙ ad electionis consortium admittuntur, archipresbyteris suis dñari prẽsumũt: & quos tanq; patres venerari debuerunt, velut subditos contemnunt. Hi igitur intra proprij iuris terminos sunt redigendi, & si extraordinariam dñationem in Ecclesijs exercere præsumpserint, regia sunt disciplina coërcendi. Ipsi verò, qui ad gubernãdas plebes legitimè prouecti sunt, nullatenùs à suis episcopis repellantur, nisi aut alicuius criminis reatum inciderint, aut easdẽ plebes malè tractauerint. Tolleda est enim praua omninò consuetudo, quæ in quibusdã locis oriri cœpit: quia nonnulli archipresbyteri vel aliorum titulorum custodes, fruges vel aliarum ecclesiarum redditus, ad proprias domos abducunt. Quidam verò aliorum possessiones conducunt, vt in eis quæ ab Ecclesijs suis malè subtraxerunt, recondant. Nonnulli aũt laicorum, intantùm eo-

rum nequitiæ ſe complices faciunt, vt quæ huiuſmodi tranſgreſſores ab Eccleſia ſubripuerunt, ipſi in ſuis domibus abſcondãt. Tales ergò primùm à ſuis epiſcopis corripiantur. Quòd ſi ſe citiùs corrigere noluerint, tanq; qui ecclesiaſticas res ſacrilega temeritate tractauerunt, ſynodali ſententia feriantur. Laicos verò, qui poſt hanc denunciationem ſocios ſe huius expilationis præbuerint, tanquàm furti reos, iudiciaria coarctabit authoritas.

De reſtauratione eccleſiarum, illud capitulum ſufficit, quod genitor veſter in* cõſtituit: ſed vt ſeruetur, veſtra indiget admonitione.

Huius capitularis etiàm infrà mẽtio fit in ſynodo Moguntina.

Similiter & de Xenodochijs, ſicut in eodem capitulari cõtinetur, obſeruandũ eſt.

De monaſterijs autẽ virorum ſeu fœminarum, quæ ſecundùm regulam S. Benedicti, vel ſecũdùm canonicam authoritatem diſpoſita eſſe debent, quia inſpiratio omnipotentis Dei (credimus) cor veſtri moderaminis incitauit, ipſi gratias referimus. Nã ꝙ iam maxima ex parte ordinẽ ſuũ amiſerint, oĩbus eſt manifeſtũ. Quæ vt ad priſtinũ ſtatũ reducantur, in dñi ac genitoris veſtri, ac veſtra glorioſa diſpoſitione cõſiſtit.

Ea quidem monaſteria, quæ adhuc ſtatũ ſuum retinent, vnumquenq; epiſcoporũ in cuius parochia conſtituta ſunt, prouidere oportet, vtrùm ordinem ſuũ teneãt. Quòd ſi aliter inuenerit, vnà cum rectore monaſterij corrigere debebit. Quòd ſi rectoris monaſterij principaliter culpa fuerit, & ſe ſuoſq; ſubditos ad epiſcopi ſui admonitionem corrigere diſſimulauerit, ſynodica debet authoritate percelli.

Quidam autem epiſcopi & rectores monaſteriorum, res eccleſiarum ſuarum ſubtractas, & alijs perſonis largitas eſſe, queruntur: & ideò eccleſiaſticas vtilitates nequaquàm ſe implere poſſe dicunt: Quæ vt reſtituantur, veſtram regiam maieſtatẽ imploramus: Quia ſi hi, qui eas pro animarum ſuarum remedio eccleſijs contulerũt, præmium merentur: ſinè dubio damnatione digni ſunt, qui eas ſubtrahere moliuntur.

In ſacris canonibus præfixum eſt, vt decimæ iuxta epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autem laici, qui vel in ꝓprijs vel in beneficijs ſuas habent baſilicas, contempta epiſcopi diſpoſitione, non ad eccleſias, vbi baptiſmum & prædicatiõem, & manûs impoſitionem & alia Chriſti ſacramẽta percipiunt, decimas ſuas dant: ſed vel proprijs baſilicis, vel ſuis clericis ꝓ ſuo libitu tribuunt. Quod omnimodis diuinæ legi & ſacris canonibus conſtat eſſe cõtrarium. Vndè veſtram poteſtatẽ, vt eos corrigatis, expetim⁹. Sacra docet authoritas, vt
1. Tim. 5. d publicè peccantes, publicæ pœnitẽtię ſubijciantur.

Inueniuntur autem quidam, qui inceſta matrimonia cõtraxerũt, & vel ꝓximis ſuis, vel Deo ſacratis mulieribus copulati ſunt. Quidam etiàm publicæ poſſunt pœnitẽtiæ ſubiugari: petimus, vt comitum veſtrorum auxilio fulciantur.

Quoſdam miniſtros comitum, propter frequentia placita, pauperiorem populum nimìs affligere cõperimus. Vndè maieſtatẽ veſtram obſecramus, vt Capitulare aui veſtri, de hac re obſeruari præcipiatis.

De Comitibus verò, de quorum vita & actibus à nobis quærere voluit ſublimitas veſtra, quoſdã tales eſſe ſcimus, quales Dei miniſtros & veſtræ reipublicæ prouiſores eſſe decet: Nonnulli autem, vt ſe ſuoſque miniſtros corrigant, veſtra admonitiõe indigent. Quibus tamen vt aliquantulũ emẽdandi ſpatium tribuatis, expoſcimus. Qui ſi ſe citiùs corrigere noluerint, regia ſunt authoritate reprimendi.

Statuimus etiàm, nè epiſcopi, quandò ꝓ confirmando populum, parochias circueunt, archipresbyteros ſuos grauẽt, vt huiuſmodi diſpenſa contenti ſint: Panes centum, friſtringas 4. vini ſextaria 50. pullos 7. oua 50. agnum vnum, porcellum vnũ, annonam ad caballos modios ſex, * fœnum for. Meni corus corr* 3. mel, oleum, cera, quod ſufficit.

Petimus etiàm, vt emunitates progenitorum veſtrorum ità conſeruari præcipiatis, ſicut à glorioſo genitore veſtro in** * conſtitutum eſt.

Per ſingulas parochias eas feſtiuitates populus obſeruare ſtudeat, quas proprius eorum epiſcopus venerari prædicauerit, ità vt neq; illas negligant, quas ſacerdotes colere monuerint: neq; inani ſuperſtitiõe eas celebrare preſumãt, quæ nequaquàm ſunt obſeruandę. Si verò aliqui inuenti fuerint, qui ſacerdotibus obtemperare noluerint, per miniſtros reipub. diſtringãtur: & ſatisfactionem pœnitẽtiæ, quam presbyteri impoſuerint, ſubire cogantur.

IN nomine Dei omnipotentis anno incarnationis dominicæ 855. Indictiõe 13. menſe Februario, die menſis eiuſdẽ quarto: Cùm dñs magnificentiſſimus Ludouicus Auguſtus apud Ticineñ ciuitatẽ in auguſtali aula reſideret, tractaturus de ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ & pace, diuina diſpoſitione commiſſi ſibi imperij ac generali totius populi ſalute, præſentibus optimatibus ſuis, dixit: Crebrò veſtram fidelitatem retroactis temporibus commonuimus, vt ſecundùm normam Chriſtianæ religionis viuere vnuſquiſq; noſtrorum fidelium fateretur, & ſuos à rapina compeſceret. Attamen quia hactenùs indiligenter eſt actum, amodò omni conamine omes ſtudere volumus, quò penitùs à noſtro regno rapina eliminetur, & pauperum voces vſque nunc dñi Sabaoth aures pulſantes querimonijs, incipiant ſuo creatori laudes rependere ꝓ vbiq;

vbiq; pace & qete cõceſſa nobis à gẽtibus.

Statuimus autem, vt eccleſiæ dei per totius regni noſtri fundatę terminos, ſub noſtræ emunitatis tuitione ſecuræ cũ rebus & familijs permaneant, ceu prędeceſſorũ noſtrorũ pijſſimorum videlicet auguſtorum temporibus fuiſſe probantur, earumq; rectores proprijs vtantur priuilegijs, & monachi per ſua cœnobia regularem teneant ordinem. Similiter & clerus omis proprio fungatur miniſterio, nemine moleſtãte noſtri terroris formidine.

Sancimus nihilominùs, vt ſinguli cõuẽtus & exactores reipub. in ſuis miniſterijs legalem procurẽt populo facere iuſtitiam, pupillos & viduas protegant, per loca ſolita reſtaurẽt palatia, quibus cùm iter dictauerit, nos legatoſq; noſtros valeant recipe, nè grauetur eccleſia: quãdò etiàm epiſcopos, abbates, vel comites, ſeu fidelium noſtrorum quempiam in propria villa morari cõtigerit, cum ſuis in ſuis maneant domibus, nè ſub obtentu hoſpitij, vicinos opprimãt, vel eorum bona diripiant.

Deniq; quia Chriſti cuſtodiente clemẽtia neminem iniuſtè priuauimus, ſed neq; priuari abſq; legali ſanctione aliquem noſtrorum fidelium voluimus beneficio: Iubemus, nè quis ſuum* deprauet vllo modo, ſed inſtauret ſecuriter: nè qui dirigendi ſunt à nobis vndiq;, ſi deprauata reperirent, legaliter emẽdare compellant, & eos deincèps perfrui prohibeant.

Porrò cùm ad noſtrũ quiſlibet noſtrorũ fidelium properat obſequium, tam eundo q̃ redeundo gradiatur pacificè, & ni generalis vtilitas cum* ſcaritis veniat in ſtatutis, iuxta* maneat. epiſ. & comes, per quorũ tranſeũt terminũ, diligenter prouideãt, nè moleſtentur incolæ, aut eorum domus per vim patiãtur* inuadere, vel propria* diripere abſq;* precio. Sed neq; indignè per ſolita loca, tectum, focum, aquam & paleam hoſpitibus denegare, aut * ſuam cariùs, quàm vicinis, audeant vendere.

Igitur qui hactenùs in regno noſtro irrefrenatè vixiſſe, nulli eſt ambiguũ, ſancimus vnumquenq; ſuorum hominum ſolicitudinẽ gerere, nè ſolitã rapinam patrare præſumant. Qua pro re ſi quis arctatus, ſuũ ſeniorẽ dimiſerit, penitùs interdicim⁹, nè recipiat ab altero, quaten⁹ nisì corrigi voluẽrit, à noſtri regni penitùs excludat finibus.

Hæc olim ſæpè inculcata, & auguſtali noſtra ſanctione promulgata, quia ex parte in aliquibus videtur neglecta hactenùs, acriori vlciſci debuerant examine. Attamẽ noſtra mãſuetudine, vt corrigantur, quantumcunq; largimur ſpatium, quo quiq; neglecta emendare valeant, deſtinaturi poſt modicũ legatos ſtrenuos, emendata inquirere. Qui verò negligẽs repertus fuerit, ꝓprijs honoribus noſtro priuabitur iudicio.

FINIS.

DECRETA
NICOLAI PAPAE PRIMI.

Ex libro Pontificali.

NIcolaus natione Romanus, ex parte Theodoro, ſedit annos nouẽ, menſes ſex, dies 21. Huiꝰ inſignes beatiſſimi actꝰ, à primordio pueritiæ ſuæ oĩbus fulſerunt, *intactiſq; moribus claruerũt. Tanta enim ſacrorũ comptus erat pulchritudine operum, vt nihil ludi, nihilq; (vt pueri ſolent) inhoneſti eũ delectaret. Vacabat autem patientiæ atque ſobrietati, flagrans humilitate, puritateque præcipua. Pater verò eius cùm artium liberalium fuiſſet amator, & nobiliſſimo polleret fomite, caſtis eum alimentis, almificisq; ritibus imbuens, literarum ſtudijs inopinatè mentem eius perornabat, ità vt nulla ſacrarum ſpecies diſciplinarum remaneret, quam internis cõceptam viſceribus, ſuæq; cognitioni traditam non haberet. Gliſcit igitur membris, gliſcit & ſapientia, clarus modeſtia ſpiritũs, & ſcientia decoratus. Probabilium nanq; morum ſi quoſcunque viros conſpiceret, illis concitus adhærere ſtudebat, illisq; gratulabatur opimè. Cũq; cum prudentiſſimo patre quendam beatiſſimum virũ crebrò accederet, qui per ſanctiſpiritũs illuſtrationẽ plura fidelibus prędicabat, amplo eum aſſerebat ille in culmine aſſcẽſurum, decoris animi illius magnitudinem intuens, mentisq; dulcedinẽ coruſcantem. Cuius tandèm hortatu ad clericatũs ordinem perducitur, vt quod diuino ſenſerat nutu, futuris impleret temporibus. *Sergius porrò præſul, cùm ſummæ f. II. illum actionis faſtigium conſcendiſſe audiret, parentum illũm deducẽs ab ædibus, in patriarchio locauit, & in ſubdiaconatũs gradu per benedictionis gratiam cõſtituit, in quo mirificis obſeruationibus degens, cæleſti foueretur ardore. Sergio verò papa de hac corruptibili vita ſubtracto, Romanę eccleſię preſul *Leo gubernacula ſuſce- f. IIII. pit. Verùm in hoc ordine adminiſtranti, tanta illi deſupèr conceſſa fuit gratia, vt ſummæ actionis perfectiõibus cerneretur à cunctis rutilare. Amabatur ergò à clero, à nobilib⁹ laudabatur, & à plebe magnificus habebatur. At Leone papa iam defuncto, *Benedictus miræ beatitudinis vir, vt ſa- f. III. cratiſſimus pontifex, ſuper proſpectu Romanæ ſedi præponitur, ſuæq; Nicolaũ adminiſtrationi iunxit, eõ quòd magìs illum, quàm ſuę conſanguinitatis propinquos dilexit, ità vt per nullius horæ momentum ſinè illo eſſe delectaretur. Quicquid enim

Anno dñi 862. vel ſecundũ alios, idque probabilius, anno 858.

*integrisq;

Ecclesiasticarum rerum vtilitatibus intue-
batur cõgruere,definitioni illius tradebat
promulgandum alijs, prudentissimas illius
contemplans arbitrandi opes,sensusq́; vir-
tutẽ clarescere. Vtriusq; nanq; obseruatio-
nis vtiliora,illius semper conamine facie-
bat. Ad extrema tandèm vitæ perductus,
preciosę mortis calicem sumpsit,suisq́; hu-
meris,cùm adhuc diaconus esset, vsque ad
apostoli beatissimi Petri basilicã, eius cor-
pus cum alijs diaconibus gestans, proprijs
manibus in tumulo collocauit,dilectionis
* priuilegium ⁎præmium pandẽs, quod circa eum habu-
erat,& amoris integritatem. Eo aũt tempo-
re à Roma inuictissimus ⁎ Ludouicus Cæ-
§. II. sar discesserat,qui cùm Benedicti trãsitum
cognouisset,condolens,concitus reuersus
est ad eam. Romani quippe tanto pastore
amisso, mœstissimo gemitu lachrymas effũ
debãt. Cumq́; clerus, proceres, & optima-
tum genus congregarentur,ieiunijs & ora-
* incessabiliter tionibus atq; vigilijs insistebant, ⁎ incessa-
bili dñm *certamine obsecrantes, vt qualẽ
dominum amiserant,talem illis dignaretur ostendere
certatìm virum,quem in pontificatûs culmine sub-
* conamine leuarent. Hæc verò cùm gererentur, in ba-
silicam beati Dionysij confessoris atque
pontificis cum vniuerso populo conuene-
runt. In qua per aliquot horarum spatium
confabulantes,sidereo accẽsi fulgore,vna-
nimes illum Apostolicæ sedis præsulẽ esse
sanxerunt,& celeri gressu ad principis apo-
stolorum Petri aulam cõtinuò properaue-
runt,in qua cõfugiens latitauerat. Dicebat
enim,indignum se esse tanti regiminis gu-
bernacula suscipere. Impetũ verò,qui ade-
rant,facientes,vi illum de eadem Ecclesia
abstrahentes,sacris acclamationibus in pa-
triarchio Lateranẽ introduxerũt,Aposto
licoq́; in solio posuerunt. Postmodùm ve-
rò nobilissimorum cœtibus, cunctoq́; po-
pulo in basilicã beati apostoli Petri dedu-
ctus, Cæsare præsente,consecratus est. At
Apostolica subleuatus in sede,factusq́; põ-
tifex, supra corpus apostoli sacratissimum
beatificè celebrauit. Qui densis optimatũ
populiq́; agminibus,cum hymnis & canti-
cis spiritualibus in patriarchio iterùm La-
teranensi perductus est. Ornatur deniquè
vrbs,exultat clerus,lætatur senatus, & po-
puli plenitudo magnificè gratulatũ. Tertio
consecrationis eius die Augusto conue-
scens,sapienti famine resplendebat, chari-
tateq́; plenus epulabatur in Christo. Fini-
toq́; conuiuij apparatu, cõsurgit,Cæsarisq́;
puritatem & velutì charissimum deosculãs
filium,immenso circũdedit amore. His ità
gestis,serenissimus Imperator vrbe disce-
dens,sedem in loco (qui dicitur Quintus)
collocauit. Beatissimus autem præsul hoc
audiens,dilectionis eius compulsus pleni-
tudine atq; amoris,ad eundem cum proce-
ribus & optimatibus ad locũ Romani no-

minis properauit. Quẽ cùm vidisset excel-
lentissimus Augustus, obuius in aduẽtum
eius occurrit,frenumq́; Cæsareis suis ma-
nibus appræhendens,pedestris more quã-
tùm sagittæ iactus extenditur, traxit: cum
quo imperiale ingressus tẽtorium, salubri-
bus adinuicèm fruebantur colloquijs, mẽ-
sisq́; epulis perornatis, spirituali alacritate
cibum pariter sumpserunt. Cibis verò &
mensis remotis,serenissimus Cæsar beato
præsuli plura contulit dona. Quibus susce-
ptis equum conscendens,conabatur reuer-
ti. Augustus eius amore fretus, imperialis
equi superscandẽs cathedram, ouanti cum
eo incedebat animi voluntate. Ad quendã
autem cùm venissent spatiosissimum itine-
ris locũ, Imperator equo descendit, equũq́;
põtificis (vt suprà meminimus) traxit,dul-
cissimisq́; osculis adinuicèm propinquan-
tes,lucifluè gratulati sunt. Cæsar verò ad
tentorium remeãs,cœptũ arripuit iter. Præ-
sul autem nobilissimorum cœtibus,quibus
prosecutus fuerat,septus, Romã ingressus,
almifica est conuersatione magnificatus.
Erat enim adspectu pulcher, forma decõ-
rus,doctus in verbo,loquela humilis, ieiu-
nijs vigilijsq́; dicatus, & diuino cultui in-
tentus,pauperibus largus, orphanorũ pro-
tector,& viduarum fautor,populiq́; defen-
sor. Sed quia quæ gessit,cuncta sacri operis
huic scripturę tradere non possumus,ad ea
quæ sanctis obtulit locis,redeamus. Nam si
bìs senas linguas haberem vel ora,nũquàm
ipsius possem insignia facta disserere: quia
segregatus ab humo,peritura ac semper de-
currentia respuens, ea quæ *esse non carẽt, *sempiterna sunt, Philipp.3.d
& beatæ vitæ,intentis mentibus diligebat,
iuxta illud apostolicæ vocis eulogiũ, quo
refert: Nostra conuersatio in cælis est. Ve-
rè mens eius nunquàm ad ima declinabat,
sed polorum atrijs quotidiè degens,beati-
ficè exultabat. Illi mundus crucifixus erat, Galat. 6.d
& ipse mundo. Fecit in basilica Saluatoris
(quæ Cæsareo nomen sumpsit à nomine)
cruces de argento purissimo,quæ pendent
ante figuram substantiæ carnis eiusdẽ Dñi
nostri Iesu Christi,in quibus ad laudẽ ipsius
& gloriam, festis diebus cerei infiguntur
⁎ac solitis,pẽsantes lib.3.& semis. In basili- *Legendi videtur, ab acolytis.
ca quoquè semper virginis Mariæ Dominę
nostræ,quæ vocatur Ad pręsepe, fecit can-
tharum fusilem de argento purissimo,pen-
santem libras 8. & vncias 4. Sed & in eccle-
sia eiusdem genitricis Dei & Domini no-
stri Iesu Christi in Cosmedin, fecit vestem
de stauorati vnam, & gabatam argenteam
amplæ pulchritudinis, pensantem libras 2.
& vncias 4. Ipse etiàm à Deo protectus &
beatissimus pontifex, superno fauore ple-
nus,obtulit in basilica beati Petri Apostoli
nutritoris sui gabatam de auro purissimo,
preciosissimis gemmis mirificoq́ue artifi-
cio comptam,pensantem lib.3. & vncias 9.
Idem

Idem fecit in confessione ipsius sacratissi-
mæ basilicæ iugulum de auro mundissimo,
pensantem libras duas. Simul verò &
cruces de argento mundissimo numero
sex, pensantes simul libras tredecim & vn-
cias quinque. Eo etiàm modo in basilica
beati Pauli Apostoli cruces ex probatissi-
mo argẽto duas,pensantes libras quatuor.
Necnon & in basilica sancti Laurẽtij mar-
tyris,quæ sita est foras muros,cruces duas,
eo ordine atq; consuetudine,vt suprà pro-
cùl,pensantes libras quatuor. Primò qui-
dem pontificatûs sui anno aurea quædam
corona preciosissimis compta gẽmis,ipsius
beatitudini perducta est,librarum habens
pondera octo & vnciarum trium,quam su-
scipiens,polorum ianitoris ad gloriam, su-
pra sacratissimum altare basilicę,aureis ca-
tenulis ingenti amore exaltauit. Sacratissi-
mus, Deoq́ue celebratus & mitissimus põ-
tifex,in eadem basilica obtulit ex probatis-
simo argento auroq́ue perfusam gabatam,
pẽsantem libras quatuor. Aliasq́; quatuor
obtulit ad splẽdorem, decusq́; ipsius miri-
ficæ aulæ & honorem ex argento puro,ga-
batas quatuor, pẽsantes libras quatuor. In
qua etiàm superno fretus amore, auro te-
xta vela leonũ figuras habẽtia, obtulit 40.
Fecit autẽ & pro eadem gabatas quatuor,
ex probatissimo argento quinque,pensan-
tes libram & dimidiam. Et in eadem con-
tulit catenam strenuo opere factam ex ar-
gento mundissimo,pensantem pondera li-
bras quatuor. Sed & in oratorio sanctę cru-
cis,quod infra basilicam sancti Petri con-
stitutum est,fecit gabatam de argẽto, pen-
santem libras duas. Qui beatissimus
Deoq́ue amabilis papa, Ecclesiæ Dei curã
assiduè & solicitudinem gerens,fecit in ba-
silica sancti Dionysij confessoris Christi,
*ablateras quæ in altaris circuitu suspenduntur,vela
quatuor de stauorati,habentia * periclises.
Fecit quoquè in basilica beati Eusebij cõ-
fessoris Christi crucem,sedẽtem super ma-
lum de argento purissimo,pẽsantem libras
quatuor. Et in titulum sancti Calixti fecit
amam vnam, pensantem libras vndecim,
gabatas quatuor pẽsantes libras nouẽ & se-
mis, canistra nouẽ, pensantia libras decẽ.
euangelium argenteũ auroq́ue perfusum,
pensans libras quindecim. Item coro-
nam vnam,canistrum vnum,arcum cũ du-
obus gammadijs, pensantes insimul libras
40. Et in ecclesia beatæ Balbinæ obtulit
euangelium argenteum. Prætereà & in ba-
silica doctoris mundi beati Pauli apostoli,
fecit miræ magnitudinis vestem vnam de-
coratam de chrysoclabo. Et in ecclesia be-
ati Petri Apostolorum principis,ad coope-
riendum vmbilicum confessionis,fecit co-
operculum ex auro mundissimo, pensans
libras quatuor. Et in sanctorum Christi
martyrum Sergij & Bacchi basilica mona-

sterij,quod appellatur Calenici, fecit cali-
ces de argento duos & patenam vnam,
colatorium vnum,cãtharum vnum,& thu-
ribulum vnum, pensantia insimul libras
quatuor. Ipse quoquè insignis & beatissi-
mus pontifex,superno fundamine mentis
eius obseruantiam ponens, nil de terrenis
finemq́ue habentibus diligens, spirituali-
bus salubribusq́ue tantummodò operibus
delectabatur,& in cũctis, quæ salutis sunt,
quotidiè præclaro intuitu permanebat.

His verò sacris beneficijs, perornatus,
Apostolorum principi, poliq́ue ianitori
obtulit miræ pulchritudinis vestem, aureo
textam opere,decoreq́ue fulgentem,almi-
ficam annunciationis habentem historiã,
& ⁎hypopanti,qualiterq́ue ipse vnigenitus
filius Dei templum ingressus,in doctorum
medio residebat. Veruntamen idem præ-
dictus & beatissimus præsul, nimio amore
accensus, Deiq́ue adminiculo suffultus,fe-
cit in basilica beati ac egregij prædicatoris
Pauli Apostoli regnum ⁎ spanoclystum de ⁎panicenũ
auro mũdissimo cum catenulis suis, habẽ-
tem in medio crucem auream. Item spa-
noclystum,qui pendet assiduè super eius-
dem altare, pensantẽ libras duas & vnciã.
Obtulit quoquè in eadem basilica cantha-
rum de argento mundissimo vnum, pen-
santem vncias nouem. Necnon & cruces
argenteas, quæ per olitana tempora per
omnes catholicas ecclesias more solitò pro-
cedebãt,præ nimia verò vetustate dudùm
confractæ fuerant, idem præclarus & san-
ctissimus præsul à nouo restaurauit, & in
pristinum statum iterùm erexit, quæ nu-
mero septem pensabant simul libras LI. ac
semis. Iu basilica quoquè sancti martyris
Christi beati Sebastiani, quæ posita est in
loco qui vocatur Frascata, obtulit idẽ pa-
ter egregius vestem de fundato,habentem
in medio crucem ⁎sericam vnam. In basili- * sericeam
ca quoq; iam sæpiùs nominati egregij do-
ctoris mundi, idem antistes sanctissimus
pulcherrimi decoris ⁎ rettem factam miro *restem
opere,totam gemmis exalballeris & bullu-
lis aureis conclusas etiàm auri petias in se
habentem,smaltitas videlicet maiores nu-
mero xxij. cũ alijs pariter minoribus, nec-
non & amendulas aureas vndecim,& gem-
mas *chisodolas pendentes numero decẽ,
magno opere præcepit fieri, & super sacrũ
altare ad honorem beati Pauli apostoli of-
ferens, pendere iussit assiduè. Prætereà
æthereo compunctus nutu, magnam, vt
idoneus Christi minister, sanctæ Ecclesiæ
curam corde purissimo indesinẽter gerẽs,
textum, scilicet volumen, in quo constant
veri prædicatoris Pauli apostoli & aliorum
apostolorum epistolæ,atque prophetarum
ordinabiliter constitutæ lectiones, quæ à
subdiaconibus leguntur per cũctas eccle-
siarum statiões more solito sursùm in am-
bone,

bone, quod raptum vel perditum à sancta ecclesia percipiens, vehementer magna solicitudine hoc tale dignum similiter volumen præparare studuit, in quo Græcas & Latinas lectiones, quas die sabbato *sanctę Paschæ, simulque & sabbato Pentecostes subdiaconi legere soliti sunt, scriptas a diũgi præcepit, miræque operationis tabulis argenteis decenter adornans, sanctæ Ecclesiæ Romanę libenter obtulit. Beatissimi quoquè istius sacros præsulis actus alacriter deduco ad mentem & innouo, magisq; insignia eius ac felicia conamina narrare compellor, quæ diuinis curis piaque solicitudine fecit. Nam cùm assiduè supno fretus intuitu, sanctorum ecclesias ac cœmeteria, beatifica psallens carmina, circuiret, in quibus profusis lachrymis cælitùs pro grege commisso Deo omnipotenti preces fundebat, vt omni abluto scelere, sancto signato nomine permaneret, ad basilicam beatorum martyrum Petri & Marcellini, quæ in Erulana sita est, properauit: quam vetustate solutam, ruinaque confractam inuenit, & sentibus coopertam, tribulisq; repletam, ità vt nulli ad eam aditus panderetur. Cuius mox fundamenta validissimo ædificio renouans, in meliorem statum, vt pridèm fuerat, restaurauit: in quam nunc ad laudem nominis diuini, populi multitudo properat & confluit. Inter hæc ad cœmeterium beati Marij confessoris atq; pontificis, quod inter Appiam Ardeatinamque viam positum esse cognoscitur, sancto deductus est spiritu: & hoc quoq; multis ruinis conquassatum reperiens atque contritum, conatu summo releuans, mirificè cõstruxit ac decorauit, diuinique cultûs mysterium, quod multos per temporum ab eo cursus discesserat, restituit ac restaurauit. Multam quippe Ecclesiarum Dei sanctarũ curam gerens, semper *pro mentis affectu, in illarum reparatione gaudebat. Nicolaus ergò in omni genere virtutis vnici viri exemplar, septimo pontificatûs sui anno, mense nono, die xiij. moritur, & ante fores basilicæ beati Petri ex testamento sepelitur. Sunt qui scribant, post mortem eius annis octo, mensibus septem, diebus nouem sedem vacâsse.

CONCILIVM IN LOCO, QVI DICITVR PISTIS, AD SEQVANAM FLVVIVM CELEBRATVM, ANNO CHRISTI 863.

Videtur autem potiùs quidam esse regni procerum conuentus, quàm Episcoporum Synodus: sed quia habet quædam digna lectu, huc asscripsimus.

IN nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, Carolus gratia Dei rex, & Episcopi, Abbates quoq; & comites, ac cęteri in Christo renati fideles, q ex diuersis prouincijs super fluuium Sequanam in locũ, qui Pistis dicitur, vbì exigentibus peccatis nostris aliquandiù sedes fuit Nortmannorum, conuenimus anno incarnationis Dominicæ DCCC.LXIII. anno verò XXIII. regni domini nostri Caroli Regis gloriosi, indictione X.

CAPVT I.

REges & Episcopi, qui ante nos fuerunt, ducti amore & timore diuino, cum cæterorũ fidelium DEI consilio atque consensu plura statuerũt capitula, prouidentes, qualiter sancta Ecclesia statum debitum & honorem, & regni habitatores in omni statu & ordine haberent legem atque iustitiam. Nos etiàm pro qualitate rerum & opportunitate temporũ quędam huic causæ conuenientia capitula superaddidimus. Sed diabolo satagente, superuenientibus perturbationibus tam à paganis, quàm & à nominetenùs Christianis miserabiliter excitatis, incepta bona defecerũt, & intantũ in hoc regno mala horribilia increuerũt, vt in nobis videamus & sentiam° cõpletũ, quod olìm est per Prophetã prædictum: Terram vestram in conspectu vestro alieni deuorant, & erit in vastitate hostili, & peruenit gladius vsque ad animam, quoniam alieni insurrexerunt in nos, & fortes quæsiêrunt animas * vestras, & nõ præposuerunt DEVM ante conspectum suum, contra quos defensionem parauimus: Sed defensionis auxilio, sicut necessè fuerat, hactenùs adiuti nõ sumus: Vndè, cõpellente cordis dolore, nobis est exclamandum, quod rex bo-

nus obsidionis angustia tribulatus, exclamauit, dicẽs: Dies tribulationis & blasphemiæ dies iste: venerunt filij vsque ad partũ, & vires non habet parturiens. Hæc omnia vidimus, sensimus & dolemus: quia cùm hostes irruerunt, defensores nostri præparati sunt, sed ad præparata non conualuerunt, quia illum sanctum spiritum, qui requieuit super auditorẽ in oportunitatibus, in tribulatione, Christum Dominum nostrum, & quem per impositionẽ manûs Episcopalis in consignatione accepimus, contristatum malignis operib° à nobis effugauimus, spiritum scilicet consilij & fortitudinis, quem quia ità, vt nobis necessè fuerat, non habemus, ideò cõtra inimicos nostros stare viriliter, & vincere fortiter non valemus. Quæ vtraque sibi necessariò sunt coniuncta, quia neque virtus sinè consilio, nec consilium sinè virtute vtile esse potest. Quid igitur prosunt, qui per consiliũ præparantur, dum ad prælium fortitudine nõ procedunt? Filij quippe vsque ad partum veniunt, quandò apta cõsilia vsque ad desiderium efficiendi operis procedunt. Sed virtutem non habet parturiens, quia dum infirmus quisque consilia concipit, hæc ad vtilitatem aliquantam, per partum operis non producit: videmusq; impletum, quod ad nos est antè prædictum, populo contra voluntatem suam facienti: Anathema in medio tuî, non poteris stare coram inimicis tuis, qui contrà placatus, placentibus sibi dixit: Nullus stabit contra vos. Sed & ideò terram nostram in conspectu nostro alieni deuorant, quoniam alienos à DEO, diabolos, effugata gratia Sanctispiritûs, in animas nostras recepimus. Ideò terra nostra deserta est, sicut in vastatione hostili, quia flores & fructus fidei, spei, & charitatis, & humilitatis, & castitatis, & sobrietatis, ac cæterarum virtutum, ab ara cordis nostri deuastauimus, & pro illis spinas vitiorum, & vrticas peccatorum, & cicutas vanitatis in nobis ipsis, etiàm laborantes, vt iniquè agamus, non decrescere, sed & incrementare cum studio *fecimus. Ideò habitatores terrę, occisi & fugati sunt, quia nosipsos peccati gladio occidimus, & omia bona, quæ nobis Dominus, siue in intellectu naturali, siue in doctrina, siue in diuitijs, siue in honoribus, siue in familiaritatibus, quas nobis contulit apud nobis potentiores, ad carnis voluntatem conuertimus, & nos & omnia quæ nobis Dominus dedit, ab illius voluntate, pro qua nobis faciẽda illa donauit, auertimus. Quod vnusquisque potest in seipso recognoscere, si etiàm de singulis mẽbris suis cogitat, quid fecit & quid facit per id, quod DEVS ad operãdam suam salutem donauit. Et sicut de membris corporis inueniet apud seipsum, ità de membris animæ poterit inuenire, quæ per spiritualia vitia dispergit atq; disperdit, & spiritales in se virtutes, à Deo sibi collatas, aut effugat, aut conculcat. Ideò Ecclesiæ & villæ incensæ sunt, quia ignis auaritię & rapacitatis atque inuidię & adulteriorum, ac cæterarum immunditiarum, non solùm per naturalem sexum, sed etiàm per eum sexum, qui est contra naturam sinè pœnitentia, & sinè resipiscentia in nobis exarsit & ardet, & quoniam illum spiritum, qui super humilem & quietum, & sermones suos trementes requiescit, per superbiam & inobedientiam ac præsumptionem à nobis expulimus: ideò sanctorũ ac protectorum nostrorum corpora, de sepulcris suæ requietionis effossa sunt. Et quia nos spiritui maligno, iusta Dei permissione, potestatem habenti, & super nos ascendenti nõ resistimus, vt fugiat à nobis: idcircò serui & ancillæ Dei, de locis suis expulsi sunt, & nos de quiete cælestis paradisi, & de consortio cælestis Ecclesiæ, id est, angelorum sanctorum eiecti sumus, nisì per dignos pœnitentiæ fructus ad hæc, vndè cecidimus, redeamus: & quia nos tales efficimur, de quibus Dominus per Prophetam dixit, Causa viduæ non ingreditur ad eos, quasi apud nos facta est venalis iustitia, vt ad eã nemo possit peruenire, nisì eam ei aperuerint munera. Ideò vota fidelium & precia peccatorum, quæ sacris locis collocata fuerunt, propter peccata nostra de hoc regno sunt penitùs exportata, & vẽdentes iustitiam & veritatem, & in his scilicet ipsum Christum, qui est nobis à Deo factus iustitia, & q dixit, Ego sum via, veritas, & vita, nisì dignè pœnituerint, cum Iuda traditore CHRISTI, æterna expectant incendia: & quia sanguis sanguinem tetigit, id est, culpæ culpis adiunctæ sunt, & sicut scriptum est, Adulterium, & homicidium, & mendacium, & furtum, & periurium inundauerunt, & iniquitates nostræ supergressæ sunt capita nostra: ideò nobiles nostri & de Episcopali ordinatione, & de alijs ordinibus interiêrunt, & capti, cum maximo detrimento & regni & ECCLESIAE sunt aut redempti, aut interempti. Et quia nos per peccata nostra à terra viuentium peregrinati sumus, idcircò sicut scriptum est, propheta & sacerdos iêrunt in terram, quam ignorabant. Et post hæc omnia pius pater, cuius multis miserationibus non sumus consumpti, quoniam non defecerunt miserationes eius, materna pietate nos flagellat, & expectat, vt ipsa vexatio donet intellectum auditui nostro, qui illa credere noluimus, quæ per scripturas nobis se illaturum promisit, si illius voluntatẽ non faceremus: Et ostẽdit nobis in exterioribus vastationib°,

Margin notes: Rom. 1. / Esa. 66. / Esa. 1. / 1. Cor. 10. / Ioan. 14. / Ose. 4. / Psal. 37. / Esa. 5. / Hier. 14. / Thre. 3. / Esa. 28.

quæ de interioribus depopulationibus intelligere debeamus,& ijs intellectis ad illũ redeamus,qui iterũ nobis in ſcriptura multipliciter ꝓmiſit,interq; veraciter ſic veritas dixit:Reuertimini ad me,&ego reuertar ad vos,& quarè morieminiin peccatis veſtris? Et quia nõ credidimus promittẽti, credamus tandèm aliquandò vel iuranti. Viuo ego,dicit Dominus,nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat: & niſi conuerſi fuerimus, ſicut iam videmus, gladium ſuum vibrabit,arcũ ſuum, id eſt,vindicta tetendit, & parauit ad exercendam duriorem vindictam, ſicut item de reprobis ſcriptum eſt: Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Et hoc, quod videmus & ſentimus, pars eſt vindictæ,quia maiora & plura & grauiora venient ſuper nos, niſi fuerimus conuerſi, vt ſcriptum eſt, Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Vndè ſicut dicit Apoſtolus, ſicut exhibuimus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ad ſeruiendum immũditiæ & iniquitati, ità exhibeamus membra noſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificatlonem, quia ſtipendia, id eſt, retributio peccati, mors:gratia autem DEI pro bonis operibus, ipſa donata eſt vita æterna. Et ſicut quandò ſolemus de iſtis frequentibus itineribus reuerti ad manſiones noſtras detonſi & decaluati cum drappis & calceamentis depannatis, & tunc nos reficimus & reparamus: ità vel nunc reparemus nos per cor contritum & humiliatum, & per confeſſiones ex puro corde, & per benignitatem mentis, & per concordiam cum DEI voluntate,quia per diſcordiam & regnum iſtud temporale imminutum & penè deſertum,& æternum regnum perditum habemus. Quia nec omnes reges eſſe poſſumus, nec regem ſuper nos à DEO conſtitutum,qui,ſicut ſcriptum eſt, impoſuit homines ſuper capita noſtra, habere ſuſtinemus, nõ attendentes quia (ſicut dicit Apoſtolus) non eſt poteſtas niſi à DEO, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Quoniam DEVS,qui eſſentialiter eſt Rex regum & Dominus dominantium, partitione nominis & numinis DEI, id eſt, poteſtatis ſuæ voluit & eſſe, & vocari regem & dominum pro honore & vice ſua in terris. Et ſicut archangelus,qui nunc eſt diabolus, cum ſuis ſequacibus, quia per humilitatis ſubiectionem conditori ſuo ſubditus eſſe noluit,& per coëqualitatem charitatis,coangelis ſuis ſocius eſſe deſpexit, de cælo cecidit: ità & illi, qui poteſtati à Deo conſtitutæ propter DEVM & in DEO ſubiecti eſſe nolunt, & patres vel coæquales in regno habere non ſufferunt, per quam debitam ſubiectionem, & parilem æqualitatem, Dei amici & angelorum conſortes eſſe poterant, ſubiecti diabolo, & Dei inimici conſtituuntur. Quapropter de diabolo ſcriptum eſt: Ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbię,& illius ſubiectis Dominus,apud quem non eſt viciſſitudinis obumbratio, quandiù in ipſo malo perſeuerant ſemper,in Euangelio dicit: Vos ex patre diabolo eſtis, non quia à diabolo ſunt facti aut generati, ſed quia diabolum imitati. Reparemus ergò nos per pœnitẽtiam & confeſſionem, & per eleemoſynas, vnuſquiſque ſecundùm poſſibilitatem ſuam, & quantùm quiſque recognoſcit ſe à Deo aruiſſe per culpas, tantùm bibat compunctionis ſuæ lachrymas, & tunc proficient in aqua iſta, quas facimus firmitates, ſi per bona opera reſtruxerimus, quas in nobis diſtraxerunt peccata, virtutum munitiones, quæ & tunc proficient, ſi mala, quæ fecit quis priùs, prout potèrit, emendauerit, aut rapta ſoluendo, aut per indulgentiam deprecando, atque mala cętera per dignam pœnitentiam abolendo, & tunc proficient, ſi in antè cuſtodièrit, nè de illis ſe ſordidet, de quibus ſe emendauit, quia ſcriptum eſt: Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationũ veſtrarum ab oculis meis, dicit Dominus. Quieſcite agere perniersè, diſcite benè facere. Quia qui ſe bonis operibus & lachrymis & orationibus à peccato mundat, & iterùm grauia peccata perpetrat, talis eſt, vt ſanctus Petrus dicit, ſicut ſus quæ ſe iactat in luto, & ſicut canis, qui remanducat vomitum ſuum: Et timere debet, nè ipſas lachrymas in conſpectu DEI reddat immundas,per quas mundari potuit à peccatis. Quæ non dicimus, vt ſi iterùm alius ceciderit poſt confeſſionem in peccatis, vt in peccatis quaſi deſperatus iaceat, ſed vt à peccatis,quantùm poteſt, ſe caueat: & ſi fragilitate ceciderit,quia ſcriptũ eſt, Nunquid qui cadet,nõ adijciet vt reſurgat? dicat,Nunc cœpi, & per immutationem dexteræ excelſi, ſemper per pœnitentiam reſurgat, nè illum vltimus dies in peccatis inueniat, & ſinè fine perditus fiat.

Zach.1. Ezec.33. Ezec.18. & 33. Pſal.7. Pſal.10. Pſal.7. Sap.5. Rom.6. Pſal. 65. Rom.13. 1.Tim.6. Eſa. 14. Iacob.4. Iohan.8. 2.Pet.2. Pſal.49. Pſal.76.

CAP. II.

VNdè quia ſolent medici, quandò genera infirmitatum, vel morbus in terram venit, generalem medicinam conficere,vndè omnes poſſint ſanari: Ità nunc communiter hanc medicinam, cooperante & medicante Domino, ſtatuimus ad recuperandam & conſeruandam ſanitatem noſtrum,nè & in iſto ſeculo grauiùs affligamur,& in futuro ſeculo,quandò de iſto corpore exiẽrimus,æternis tormentis cruciemur:id eſt,vt vnuſquiſq; Epiſcopus in ſua parochia,& miſſi in illorum miſſaticis, & comites in illorum comitatibus, cum maximo ſtudio & ſumma diligentia curam habeant, vt quicunque raptores & prædatores vbi ſunt, cuiuſcunque homines ſint, ad rationem deducantur, & ſecundùm legem, quæ ibi malefacta habent, emendent, aut ſoluant ſecundùm legale placitum, aut per indulgentiam ſibi impetrent perdonari. Et Epiſcopi ſecundùm qualitatem & quantitatem peccatorum abſq; acceptione perſonarum, rapacibus & his ſimilibus vitijs nominatis, & conuictis, pœnitẽtiæ leges iniungãt,in ſpecta diſcretione & qualitate,prout cuique ad ſalutem videbit expedire. Ad quæ ſpecialiter exequenda, quædam de pluribus capitulis prædeceſſorum regum & ſynodalium hîc ponere dignum duximus, commonentes Epiſcopos & comites, vt illa capitula, quæ indèante hos annos in vnum collecta fuerunt,& in Cariſiaco Epiſcopis & miſſis noſtris per vniuerſum regnum noſtrum ad exequendum donauimus: ſed & illa, quæ conſenſu fidelium noſtrorum fieri iuſſimus, quandò confratri noſtro Lothario glorioſo Imperatori apud Valentianas locuti fuimus,& fidelibus noſtris denunciari,& obſeruare præcepimus,ad præſentiam reducant, & illa relegant: Et quia hæc pauca hîc breuitatis cauſa ſubſcripſimus in talibus rebus, quæ eis aduenerint ad emendandum,& * hic indè ſi nõ inuenerint, per illa & per alia capitula regia & ſynodalia, quę emendanda ſunt,& emẽdanda ,puiderint, emendare procurent. Si verò & iuxta diabolicam calliditatem, & ſecundùm humanam fragilitatem noua quæcunque acciderint, quia noua morborum genera, noua quærunt medicamentorum experimenta, morem ſequentes prædeceſſorum noſtrorum, ſanctiſpiritûs gratia illuſtrati, contra venena diaboli miniſtrare curabimus medicinalia antidota Chriſti.

CAP. III.

COmmuni placito conſtituimus,vt vſque ad Miſſam ſancti Remigij, id eſt, Calend. Octob. ſpatium habeant illi, qui in iſtis temporibus iſtas deprædationes & alia malefacta criminaliter & publicè fecerunt, vt indè apud Dominum,& apud eos, quibus malefecerunt, ſe pacificent. Et quiſquis hoc non fecerit, bannum noſtrũ dupliciter componat, ſcilicet & quia poſtquàm rapinas & alia malefacta in Cariſiaco, & poſteà apud Conſluentes, cum dilecto fratre noſtro Ludouico glorioſo rege, & nepote noſtro Lothario forbannauimus. Et poſt iſtum bannum, per conſenſum omnium factum, illa emendare ſicut illis ſpatium dedimus,noluerunt,& omnia quæ commiſerunt, legaliter componere compellantur, & per publicam pœnitentiam, ſecundùm ſacros canones, DEO & Eccleſiæ, in quam peccauerunt,ſatisfaciãt, quibus ſi obedire noluerint, aut per fideiuſſores ad præſentiam noſtram perducantur, aut omnia quæ in regno noſtro habẽt, in bannum mittantur,& Epiſcopali authoritate à communi Eccleſiaſtica & omnium fidelium ſocietate excludantur.

CAP. IIII.

DE honore autem Eccleſiarum ac ſeruorum DEI, & de rapinis atque alijs malis ſeu præſumptionibus, ab iſta die, & in reliquum compeſcendis, capitula aui & patris noſtri temporibus conſtituta, hîc ſubiungere,& vt omnimodis obſeruentur, ex banno noſtro præcipere, dignum & neceſſarium duximus. Scriptum eſt enim in illis capitulis: Si quis intra regnum rapinam fecerit,aut cuiquã noſtro fideli,eiusq; homini aliquid vi abſtulerit, in triplo cui aliquid abſtulerit, legibus cõponat, & inſuper bannum noſtrum, id eſt, LX. ſolidos nobis ſoluat: poſtmodùm verò ante nos à comite adducatur, vt in baſtonico,vel in alio carcere truſus, vſquedùm nobis placuerit, pœnas luat. Nam ſi publicè actum fuerit, publicam indè agat pœnitentiam: quoniam raptores,vt ait Apoſtolus, niſi veram egerint pœnitentiam,regnum Dei nõ poſſidebunt. Qui verò de rebus Eccleſiarum aliquid abſtulerint,grauiùs indè iudicentur,quia ſacrarum rerum ablatio, ſacrilegium eſt: & ſacrilegus vocatur,qui ex eis aliquid abſtulerit,aut abripuerit. Extorres nanque à liminibus matris ſanctæ Eccleſiæ tales perſonæ vſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ,quam læſerunt, ſunt habendæ atque firmiter denotandæ. Et item ſanctus Paulus, per quẽ locutus eſt CHRISTVS, dicit: Quia neque rapaces, neque homicidæ,neque adulteri regnum DEI poſſidebunt.Et item: Si quis formicator,aut adulter,aut rapax,aut homicida eſt, cum huiuſmodi nec ſumere cibum CHRISTI diſcipulo, id eſt, Chriſtiano licet ante ſatisfactionem, id eſt, correctionem,ac emendationem, & dignam pœnitentiam. Et ſanctus Iohannes Apoſtolus, talem ſalutare, aut in domum recipere vetat,& ſacri canones Spirituſancto, per eos dictati, qui in cælo cum DEO regnant, & in terris miraculis coruſcant, conſtituerunt dicentes: Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem aut religioſum expoliauerit, & mandauerit ad ipſum Epiſcopus, vt eum audiat, & eos contempſerit, inuicèm mox ſcripta percurrant per omnes prouinciæ Epiſcopos quoſcunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur donèc audiat, & reddat aliena.Et de rebus ac facultatibus eccleſiaſticis dicũt:Si quis oblationes ecclesię extra ecclesiã accipere vel dare

1.Cor.6. 2. Cor.13. 1.Cor.6. 1.Cor 5. 2. Ioan.

dare voluërit,præter conſcientiam Epiſcopi, vel eius, cui huiuſcemodi officia commiſſa ſunt,nec cum eius agere voluërit cõſilio, anathema ſit. Et item in capitulis aui & patris noſtri ſcriptum eſt de his, qui in exercitu quoſcunque ſecum ducunt, quod & nos intra patriam volumus obſeruari. Deincèps omnibus denunciari volumus vt vnuſquiſque cognoſcat, omnes qui in ſuo obſequio ſunt, ſiue ſui ſint,ſiue alieni, vt ille de eorum factis rationem ſe ſciat reddituru̇m, vt quicquid in pace violáda deliquerint,ad ipſius debeat periculum pertinere,ea ſcilicet cõditione, vt pacis violator primùm iuxta facinoris qualitatem, ſiue coram nobis, ſiue coram miſſo noſtro dignas pœnas perſoluat,& ſenior qui ſecum talem duxerit, quẽ aut conſtringere noluit,aut non potuit, vt noſtram iuſſionem ſeruaret, & inſupèr in regno noſtro prædas facere non timuerit, per illius negligentiam: ſi autem eum de his non admonuerit, & poſtquàm negligentia contemptoris ad eius notitiam peruenerit, & eum corrigere, ſicut decet, neglexerit, honore ſuo priuetur: vt ſcilicet neuter illorũ ſinè iuſta vindicta remaneat. Nos autem Epiſcopi Euangelica & Apoſtolica atque Epiſcopali authoritate ſeniorem & regni quenlibet potentem ſi commonitus iuxta Euangelicum præceptum,ſe ſuosq; homines corrigere noluerit, & licèt ipſe talia non faciat, tamen ſi ſui vel in ſuo obſequio manentes, talia fecerint, ſi eos non correxerit, & emendari quæ faciunt, non obtinuerit, eosq; ad pœnitentiam nõ perduxerit, ipſe excommunicetur ſecundùm ſacros canones, donèc ſuos homines ad emendationem & pœnitentiam reducat:quia melius iudicauimus illum excommunicari, per cuius *fortiã ſui talia faciũt, quàm omnes illos, qui nec Deum timent, nec Epiſcopos, neque miſſos Reipublicæ, propter eius *fortiã reuerentur,& excommunicati ipſi non corriguntur, & alios ſuo morbo inficiunt: quia dicente Apoſtolo, non ſolùm qui faciunt, ſed & qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte. Non eſt liber à conſenſu, qui quod emendare poteſt,emendare negligit: quapropter ſinè dubio peccati ſe participem facit. Si autem ipſe potens vel ſenior ſatisfecerit Epiſcopo, & miſſis regijs, quia ſuos homines ad emendationem & ad pœnitentiam nõ poteſt adducere, ſed ſeipſum vult aut à talibus immunem oſtendere, aut dignè ſatisfacere, & huiuſmodi maleficos à ſuo obſequio reijcere, & vt Dei inimicos perſequi,tunc aut non excommunicetur,aut ab excommunicatione ſoluatur. Et item in capitulis Imperatorũ ſcriptum eſt: Comites verò miniſtri Eccleſiæ in eorum miniſterijs,& hoc pleniùs & de noſtris, & de ſe, & de ſuis hominibus obtinere poſſint, adiutores in omnibus fiant. Et quicunq; prima & ſecunda vice de his à comite admonitus, non ſe correxerit, volumus vt per eundem comitem eius negligentia & ad noſtram notitiam perferatur, vt authoritate, quod in noſtro capitulari continetur, ſubire cogatur. Et item de pace in exercitali itinere ſeruanda vſq; ad marcham, hoc omnibus notum fieri volumus, quòd quicunque authorem damni ſibi illati nominatim cognoſcit, vt iuſtitiam de illo quærat & accipiat. Et item: Si quis in exercitu vel infra regnum ſinè iuſſione dominica per vim hoſtilem aliquid prædari voluërit, aut fœnum tollere,aut granum ſiue pecora maiora vel minora, domoſque infringere vel incendere, hæc nè fiant,omnimodò prohibemus.Quod ſi ab aliquo præſumptuosè factũ fuerit, LX. ſolidos, ſi líber eſt,ſit culpabilis, & omnia ſimilia reſtituat, aut cum XII. teſtibus ſe purget. Si verò ſeruus hoc fecerit, ſententiæ capitali ſubiaceat,& Dominus omnia ſimilia reſtituat,quia ſeruum ſuum non correxit,nec cuſtodiuit, vt talia non perpetraret: quoniam ſi noſipſos comedimus,citò deficiemus. Vnuſquiſq; tamen cuſtodiat exercitum ſuum, nè aliqua deprædatio infra regnum fiat. Similiter & collectas,quas *Theodiſca lingua Herizup appellat, & infractiones immunitatum,& incendia,& adſalituras in domos, & coniurationes,& conſpirationes,& ſeditiones,& raptus fœminarum, ſicut & diuinæ & humanæ leges prohibent, & prædeceſſores noſtri reges prohibuerunt firmiter ex banno etiàm & nos prohibemus. Nos quoquè Epiſcopi, authoritate Dei & ſacrorum Canonum, ſicut ſancti pontifices DCXXX. in Chalcedonẽſi cõcilio cõſpirationem fieri prohibuerunt: & ſicut cætera concilia Epiſcoporum huiuſmodi pernicioſa facta vetuerunt,& nos prohibemus, quia facientes illa per eorum iudicium, qui cum Deo iam in cælo regnant, & à cæleſti Eccleſia,& à Chriſtianorum ſocietate ſeparati ſunt, niſi per dignos pœnitentiæ fructus ad hoc redeant,vt ſanctę Eccleſię poſſint readunari. Similiter vt hæc capitula, quæ hîc adnotata ſunt, ità per hæc & illa omnia, quæ in ſuprà ſcriptis locis ſcilicet in Cariſiaco & apud Valentianas collecta & conſtituta ſunt,obſeruari præcipimus, & omnes communiter confirmamus. Si autem aliquis quicunque inobediens extiterit, cum ſumma feſtinatione Epiſcopi, comites & miſſi noſtri notum facere curent, vt quantocyùs ad noſtram præſentiam illum venire iubeamus, & dignam vltionem ſecũdùm iudicium fidelium noſtrorum ſuſtineat, & ſi quod abſit,talis emerſerit, qui Dei timorem poſtponat, & eccleſiaſticã authoritatem contemnat,&regiã poteſtatẽ refugiat,ſciat qcúq; ille

Rom. 1.

Capit. Ingelh. iuniora.

ille fuerit, quòd & ſecundùm canonicam authoritatem ab omnium Chriſtianorum cœtu, & à ſanctæ Eccleſiæ conſortio, & in cælo & in terra alienus efficietur, & regali poteſtate, atq; omniũ regni fidelium vnanimitate, ſicut DEI & Eccleſiæ inimicus, & regni Dei deuaſtator,perſequetur vſque dum à regno exterminetur. Et ſi aliquis comes fuerit,qui hoc in ſuo comitatu fecerit, aut ibi talia increſcere permiſerit, aut ipſe illa non emendauerit, aut nobis nota non fecerit, vt noſtra authoritas talia corrigat, ſciat quia talem ſententiam indè ſuſtinebit, ſicut tempore anteceſſorũ noſtrorum conſuetudo fuit. Epiſcopus autem ſecundùm Toletani concilij capitulum ſeptimum, ad quem pertinere noſcuntur illi,qui talia cõtra Deum & Eccleſiæ pacem faciunt, ſi & eos quolibet munere vel fauore aut negligentia admonere noluerit, vt aut reuertentes ſuſcipiat, aut contemnentes de Eccleſia reijciat, excommunicatus à collegio cęterorum Epiſcoporum habebitur, quouſquè emẽdationis vel damnationis eorum ab eo ſententia promulgetur: Quoniam niſi communiter certauerimus, vt in omnibus iuſtitia & ab omnibus cõſeruetur, nec rex pater patriæ, nec Epiſcopi propiciatores & recõciliatores populi ad ſalutem æternam, nec qui participatione nominis CHRISTI Chriſtiani vocãtur, hoc quod humano ore dicimur,in diuinis oculis eſſe valemus. Vt autem hæc quæ obſeruanda ſuprà ſcripſimus ac prenominauimus,nunc & deceterò certiùs & expreſſiùs à nobis atq; à ſucceſſoribus inconuulſa ſeruentur,proprijs manibus his ſubſcribere communi conſenſu decreuimus,ea cõditione ſeruata,vt omnis in cunctis ordinibus lex Iuris debiti,& honor ab omnibus obediẽter & fideliter cooperante Domino conſeruetur. Poſt hæc omnia relecta & collaudata communi cõſenſu decreuimus, vt ſi aliquis homo propter mala facta, quæ emendare & per legẽ & per pœnitentiam noluerit,ſeniorem ſuũ dimiſerit, aut ab illo propter hæc ęiectus fuerit,ab alio nõ recipiatur,donèc illa quæ malefecit,emendet & per legalem compoſitionem,& per eccleſiaſticæ ſatisfactionis pœnitentiam.

NICOLAI PAPAE

PRIMI, ANTIQVA ET INSIGNIS EPISTOLA de poteſtate ac dignitate ſedis Apoſtolicæ,ad Michaelem Imperatorem Conſtantinopolitanum.

NICOLAVS EPISCOPVS ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ, omnibus veræ religionis miniſtris, ac vniuerſis orthodoxæ fidei cultoribus, ſanctiſſimis videlicet & reuerendiſſimis patriarchis, metropolitis & reliquis epiſcopis, atque cunctis fidelibus, Catholicam duntaxàt eum ſede beati Petri pietatem ſectantibus, ſanamq; doctrinam nobiſcum defendentibus, per Aſiam ſcilicet & Libyam conſtitutis.

QVæ apud Conſtantinopolitanam vrbem paulò antè geſta ſint, vel etiàm nunc gerantur, ſanctitatem ſeu religionem veſtram nõ credimus ignorare:ſed qualiter zelo zelati pro domo DEI, ſolicitudinem omnium Eccleſiarum ſecundùm Apoſtolum circunferẽtes, nos de his diſpoſuerimus,breuiter charitati veſtræ his noſtri apoſtolatũs literis intimamus. Et nè aliter ſynceræ veſtræ menti ſuaderi tentetur, vel aliter quod egimus, vobis ſubripiatur,veraci relatione & præſentibus vos ſyllabis edocemus.

Leon. II. g

Igitur poſtquàm quidam inuidiæ facibus accenſi, & ſuperbiæ faſtu arroganter elati, more Iudæorum contra paſtorem proprium inſurrexerunt, & patriarcham ſuum, comminiſtrum videlicet noſtrum, Ignatium ſanctiſſimum præfatæ vrbis antiſtitem, ab Eccleſia ipſa, cui iure præſidebat, tyrannicè proiecerũt, Photium quendam ex foro ac ſeculari militia & habitu, atque à Palatinis ędibus eductum,ac ſubitò tonſuratum, eidem contra ſacros canones Eccleſiæ præfecerunt. Tunc cœpit ſcandalum & ſchiſma in iam dicta vrbe, & in adiacentibus ſibi ciuitatibus non modicum oboriri, alijs quidem Photij promotionem defendentibus, alijs autem hanc, tanquàm inconuicto & ſuperſtite Ignatio factam,meritò deteſtantibus. Tunc inito conſilio Imperator Michaël, qui & ipſe Bardæ patricij verſutijs ſuaſus Photij parti fauebat, ad Apoſtolatum noſtrum legatis cum epiſtolis deſtinatis,accuſationes quaſdam aduersùs Ignatium deferentibus, petijt, vt à ſede Apoſtolica miſſos daremus, qui ſcandala illa ſedarent, & ſchiſmata diſſiparent. Quo audito, quoniam, ſicut à DEO inſpirata veſtra nouit prudentia, cunctarum CHRISTI ouium cura conſtringimur, cùm vices ipſius gerimus, cui

Ignatio pulſo,photius intruditur.

Hunc Bardam paulopoſt interfecit Imperator.

Iohan. 21. Luc. 22. cui ſpecialiter diuinitùs dicitur: Paſce oues meas: & iterùm, Tu (inquit) aliquandò conuerſus, confirma fratres tuos: non potuimus diſſimulare, non potuimus negligere, quò minùs viſitarem' oues diſperſas & diſſipatas, vel quò minùs cõfirmaremus in fide & bonis moribus fratres noſtros & proximos. Et quia inter cętera quę de ſchiſmate iam facto Conſtãtinopolitanæ eccleſiæ, hi, qui miſſi fuerant, teſtabantur, maximè eandem eccleſiam ab Iconomachis, rediuiuam contentionem excitantibus, aſſerebant vexari, Chriſtumque per ſingula conuenticula blaſphemari: duos epiſcoporum qui nobiſcum erant, quique ad hoc tãtùm perficiendum opus idonei nobis eſſe videbantur, Radoaldum ſcilicet & Zachariam, vnà cum Eccleſia quę apud nos eſt, datis literis Conſtantinopolim, tantum nimirùm piaculum execrantes, è latere noſtro direximus: nihil eis penitùs iniungentes, niſi vt tantummodò cauſas Ignatij (qui antè de eccleſia pulſus, quàm ab aliquo accuſatus extiterat) diligẽter inueſtigarẽt, & ſedi Apoſtolicæ plenè & veraci relatione referrent. Photij verò conſecrationem, nõ ſolùm minimè admittẽdam eſſe decreuimus, verùm etiàm ipſis legatis noſtris, nè cum illo, niſi quaſi cum laico, vſque ad notitiam noſtrã, communicarent, frequenti ac omnimoda iuſſione præcepimus: ſolùm ſcilicet eis, de venerabilibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiusque genitricis ſemper virginis Mariæ, ac ſanctorum ipſius imaginibus quicquid quæſtio afferret, iuſtè ac piè diffinire licentiam dantes. At illi euntes, ſpretis noſtris ac contemptis epiſtolis, ſibi à nobis coram tota Eccleſia noſtra datis: immò poſtpoſito timore Dei, ſicutì poſteà claruit, in contrarium verterunt omnia, quæ ſibi fuerant imperata. Denique & cum Photio adultero ac eccleſiæ inuaſore atq; neophyto, quod ſibi multipliciter prohibitũ fuerat, inter ſacroſancta myſteria communicauerũt. Et Ignatium virum ſenẽ ac ſanctum, ac per 12. annos innocenter eccleſiam Dei regentem, & nobiſcum & vobiſcum atque cum vniuerſali & orthodoxa Eccleſia communicãtem, Græcorũ factioni pernicioſiſſimæ cõcinentes, damnauerunt: & ſacerdotalibus infulis expoliatum, ab eccleſiæ regimine modis omnibus expulerunt. Quæ ſanctæ veſtræ in Chriſto fraternitati & piæ generalitati, quia contra noſtram fuerint geſta diſpoſitionem, iamdudùm ſignificauimus.

Legati ſedis apoſtolicę.

¶Porrò præfati miſſi noſtri, tandèm reuerſi, nil aliud renunciouêre: niſi depoſitum Ignatium, & Photium in ſede Conſtãtinopolitana firmatum. Poſt duos verò dies legat' à nobis Imperialis, nomine Leo à ſecretis, ſuſceptus, duo volumina obtulit: quorum vnum depoſitionis Ignatij geſta continebat, alterum autem de ſanctis habebat imaginibus acta. Detulit prętereà idem Leo imperiales literas, deprecantes, quatenùs & in depoſitiõe Ignatij, & in confirmatione Photij, conſenſum pręberemus & ſubſcriberemus. At nos diuina docente gratia, dum idem adeſſet legatus, conuocata tota, quę apud nos eſt, Eccleſia, decreuimus & ſtatuimus atque profeſſi ſumus, coram ipſo & coram omni Eccleſia Dei, ſicut & profitemur, nos pro deiectione Ignatij vel cõſecratione Photij, nunquàm conſenſiſſe, nunquàm conſenſuros eſſe. Et his ſæpiùs dictis, & palàm annũciatis, atque in apoſtolatũs noſtri epiſtolis taliter inſertis, & eidem Leoni à ſecretis, Imperatori Michaeli vel Photio ad deferẽdum datis, hũc à nobis abſoluimus.

Legati veniunt cõtra ſua mãdata.

¶His ità veſtræ ſyncerę religioni oſtenſis, quæ ſcripta per ſingula tẽpora pro hac re miſerimus, ſingulatim huic ſcripto inferiùs annexa demõſtrant. Primo etenim loco, noſtri apoſtolatũs habetur epiſtola ad Michaẽlem pijſſimum Imperatorem, & ad Photium eccleſiæ Conſtantinopoleos inuaſorem, per Radoaldum & Zachariã trãſmiſſæ. Secundo loco cõtinetur ſatisfactio noſtra, cuius textum veſtræ à Deo conſeruandæ generalitati dudùm tranſmiſimus. Sed ignorantes, vtrùm ad vos vſque fuerit delata, idcircò hanc vobis denuò mittendam exiſtimauimus, qua nõſſe valeatis, quę fuerit ſuper hoc negocio noſtra voluntas. Tertio loco poſita eſt epiſtola, quã per Leonem à ſecretis, imperialem videlicet legatum, de quo ſuperiùs diximus, poſt reuerſionem miſſorum noſtrorum ſępè fato Michaẽli Auguſto direximus, & ad Photium alteram. Prætereà quæ ſubſequunt', eo ſunt ordine huic inſerta volumini, quo per ſingula tempora geſta vel miſſa fuiſſe noſcuntur.

NICOLAVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, pijſſimo & dilectiſſimo filio, ſuperatori gentium, atque tranquilliſſimo Imperatori Michaẽli à Deo protecto ſemper Auguſto.

PRopoſueramus quidẽ, antequàm Michaẽl glorioſus protoſpatari' legatus veſter Romã veniens, epiſtolam nobis claritatis veſtræ detuliſſet, talia vobis ſcripta p miſſos noſtros, quæ iam & parata erant, tranſmittere, qualia gratiſſimus filius à diligẽte patre, ac Dei cultores Imperatores, à Sedis Apoſtolicæ præſulibus ſoliti erant ſuſcipere. At verò præfato viro perueniente, epiſtolamq; nobis veſtræ gloriæ, quæ tota blaſphemijs, tota erat iniurijs plena, porrigẽte, mutata eſt in luctum cithara noſtra, & organũ noſtrũ in vocem flentium: Quoniam expectauimus

Eſaiæ 5. mus tanquàm de bona vite vuas, ſuſcepimus autem labruſcas. Ideoq; mutauimus ſtylum, & oſtenſo vulneri congrua prævidimus adhibere medicamenta.

Igitur ad potentiam veſtram, inſpirante Domino ſcripturi, noſtræque mentis affectus induſtriæ veſtræ referaturi, necnon & pro ſancta Eccleſia Catholica & Apoſtolica (cuius nos præcipua cura, & quotidiana

2. Cor. 11. ſecundùm Apoſtolum ſolicitudo cõſtringit) apud vos interuenturi, & epiſtolæ veſtræ aſſertionibus (prout Dominus poſſe & nõſſe dederit) reſponſuri, nihil opportunius, nihil aptius, nihil profectò ſalubrius arbitramur, licèt vos à conuicijs inchoãſſe-

Prouer. 8. & 22. tis, quàm præ omnibus flagitare ſuppliciter eum, per quem reges regnant, & legum cõditores iuſta decernuut, & in cuius manu corda ſunt regum, & ex quo regnat omnis qui piè regnat, & imperat omnis, qui eidẽ Regi regum & Domino dominantium nõ repugnat: Dominum videlicet noſtrum Ieſum Chriſtum, cui omnis rationabilis creatura miniſtrat, nimirùm cui & inſenſibiles

Matth. 8. venti & mare imperanti obediunt, quatenùs & labia noſtra ad annunciandum laudem ſuam aperiens, dilatatum quoquè os noſtrũ paſtu doctrinæ ſalutaris adimpleat: & quæ per noſtri apoſtolatũs officium auribus veſtris exteriùs dicimus, per ſe quoquè nutu ſuæ adſpirationis interiùs mentibus veſtris adſpiret: quia incaſsùm terra cordis vomere noſtræ linguæ proſcinditur, niſi cæleſtis roris adſperſione intrinſecùs infundatur. Deus eſt enim qui incrementum dat, & qui docet hominem ſcientiam.

Putas, Imperator, nõ benè facimus, quòd vos ab iniurijs ſcribentes inchoaueritis, nos ab orationibus: vos à conuicijs in nos, immò contra primam & magiſtram Eccleſiarum omnium loquentes, exordium feceritis, nos in laudibus & in nomine Domini, ad potentiam veſtram ſermonem habituri, os aperuimus? Videmus enim gigan

Pſal. 17. tem allophylum contra puerum ſanctum & citharœdum noſtrum Dauid, furore plenum, & blaſphemias eructantem, primo impetu populo DEI terrorem non modicum intuliſſe. Sed expecta paululùm, & ecce illum videbis in nomine Domini percuſſum: & iam dicto hymnidico & laudes & pſalmos ac orationes Domini maieſtati humiliter effundẽte, gladio ſuo proſtratũ. Et quidem nos, iniurias nobis ſpecialiter irrogatas, & maximè pro iuſtitia laborantibus, & à iuſtitiæ impugnatoribus ingeſtas, libenter ferimus. Diſcipuli enim ſumus illius, de quo apoſtolorum princeps

1. Pet. 2. ait: Qui cùm malediceretur, non remaledicebat: & cùm patereturr, non comminabatur. De talibus enim veritas loquitur: Si patremfamiliãs Beelzebub vocauerunt,

quanto magìs domeſticos eius? Et rurſùm: Eos, qui propter nomen illius perſecutionem & maledicta toleraturi erant, beatos eſſe pronunciat, dicens: Beati eſtis, cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersùs vos, mentientes, propter me. Vbì ergò, teſte conſcientia, Deus in cauſa eſt, ibì omninò beatitudo ſperanda: & vbì mendacium ſæuit, ibì conuicia nulla timenda. Sicut ergò nos propter Deum, etiàm à non vera dicentibus, iniurias nobis illatas, æquanimiter ferimus: ità quoquè oportet pictatem veſtram ſacerdotibus, qualeſcunque ſint, propter eum cui deſeruiunt, reuerentiam potiùs quàm iniurias exhibere. Sed de his iam cum ſancto papa vobis loquamur Gregorio. Nam in diuinis eloquijs ſacerdotes aliquandò dij, aliquandò angeli vocantur. Nam & per Moſen de eo, qui ad iuramentum deducendus eſt, dicitur: Applica illum ad deos, videlicet ad ſacerdotes. Et rurſùm ſcriptum eſt: Dijs nõ detrahes, ſcilicet ſacerdotibus. Et propheta ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Quid ergò mirum, ſi illos imperialis pietas honoret, quibus in ſuo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut deos ipſe etiàm appellat Deus? Eccleſiaſtica quoquè teſtatur hiſtoria, quia cùm piæ memoriæ Conſtantino principi ſcripto oblatæ accuſationes contra epiſcopos fuiſſent, libellos quidem accepit, & eoſdem qui accuſati fuerant, epiſcopos conuocans, in eorum conſpectu libellos, quos acceperat, incendit, dicens: Vos dij eſtis, à vero Deo conſtituti. Ite, & inter vos cauſas veſtras diſponite, quia dignum non eſt, vt nos iudicemus deos. In qua ſententia ſibi magìs ex humilitate, q̃ illis aliquid præſtitit ex reuerentia impenſa. Ante eum quippe pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum neſcientes, deos ligneos & lapideos colebant. Et tamẽ eorum ſacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, ſi Chriſtianus Imperator veri Dei ſacerdotes honoret, dum pagani (vt prædiximus) principes honorem impendere ſacerdotibus nouerunt, qui dijs ligneis & lapideis ſeruiebãt? Hæc ergò non tantùm ſpecialiter, quãtùm generaliter pro omnibus aſſerimus ſacerdotibus: quoniam adhuc nèſcimus, quis in terribili Dei iudicio qualis futurus ſit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: Nolite iudicare ante tẽpus, donèc veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Hoc tamẽ breuiter dicimus, quia licèt peccatores & indigni, plùs tamen de venturi Domini miſericordia, quàm de veſtra pietate præſumimus. Nam ſunt multa, quæ de

Exo. 22. Sacerdotibus propter Deũ reuerentia debeſ.

Malac. 2. Hiſtor. Eccleſiaſt. li. 10. cap. 2.

1. Cor. 4.

1.q.1.Non quales.

iudicio illius homines ignorant. Quia fortaſsè quæ vos laudatis, ille repræhendit: & quæ vos repræhenditis, ille laudabit. Non ergò quales ſint ſacerdotes Domini, ſed quid de Domino loquantur, eſt vobis magnoperè præuidendum. Nec in vicarijs B. Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum, qui ſint, ſed quid pro correctione eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Neq; enim illos inferiores dicetis ſcribis & phariſæis, ſedentibus ſuper cathedram Moſis, de quibus Dominus præcepit, dicens:

Matt.23.

Quæcunq; dixerint vobis, obſeruate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere. Ergò Imperator conſidera, ſi illos dixit audiendos, qui ſuper cathedram Moſis ſedebant: quanto potiùs his, qui ſuper cathedram Petri reſident, eſſe exiſtimetis obaudiendum? Et ſi illorum non opera, ſed dicta facere & obſeruare iubet: quāto potiùs horum, quicunque ſint ipſi, dicta & monita cuſtodienda ſunt & amplectenda? Quid autem vobis mali volumus? Quarè fruſtrà indignamini, & contra Euangelium, quod dicit:

Matt.5.

Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis: nos leuitatis nomine laceſſendos opinamini, vobis nihil niſì quod eſt ſalubre, nihil niſì quod ſit DEO acceptum, offerre ſtudentes? Scimus tamen nos à phreneticis, quos portamus, & ſputa perpeti, & colaphis cædi: & eis, quod ad ſalutē pertinet, nihilominùs exhibere.

Nam & eorum loco per abundantiam gratiæ Dei ſedemus, qui propter veritatem laborantes, à Conſtantinopolitanis ſępè talia pertulerūt, qualia nunc nos ferre dinoſcimur, quæ ſufficienter, vbì opportunitas exegerit, oſtēdemus in ſubditis. Neq; enim fas eſſe iudicamus, vt ad imitationem inferiorum ac infirmorum, tales nos ſinamus credi, quales à vobis cernimur prædicari, exemplum ſequentes Saluatoris, qui cùm à Iudæis, Dæmonium habes, audiret: hoc,

Ioan. 8.

humiliter dicens, Ego dæmonium non habeo, refutauit. Ità quoquè nos, cùm de nobis quæ vera non ſunt audimus, veraci ac rationabili reſponſione à nobis illa remouere ſatagimus. Veruntamē, quæ ad Eccleſiæ Romanæ iniuriam, quæ ad ipſius priuilegiorum imminutionē, quæ ad ſedis Apoſtolicę præſulum derogationem ſcripſiſtis,

Cōſtantia pontificis.

quanta poſſumus conſtantia retundemus, & nullis terroribus nec vllis detractionibus veſtris repreſſi, quanta poſſumus virtute deſtruere, vtpotè veritatis inimica, ſtudebimus. Dixiſtis enim, quòd nullus anteceſſorum noſtrorum à ſexta ſynodo meruerit à vobis, quod nos meruiſſe dinoſcimur. Quid tamē meruerimus, euidēter nullatenùs indicâſtis, niſì fortè literas prædicatorias hoc dicto velitis intelligi, nos à vobis nunc tantùm meruiſſe ſuſcipere à ſexta ſynodo, ꝑpter aliquod dogma vel diſciplinam quamlibet eccleſiaſticam: & hoc dicitis, quaſi noſtrum fuerit opprobrium, eô quòd ſedem Apoſtolicā in nullo quęrere anteceſſores veſtri dignati fuerint, cùm magìs eorum fuerit dedecus, quia per tot annorum curricula diuerſarum hæreſeon morbis languentes, medicinale remedium non quæſiêrint: quin potiùs medicinam ſpontè à nobis ſibi porrectam, quaſi deſperati, vel quaſi cor impœnitens gerentes, ab ipſis faucibus proiecerint, dum tantæ ſalutis oblatæ miniſtros duplici modo interemerint.

Vide Platinam in Sergio 1. & Greg. 2.

Quoniam aut participes illos ſui erroris effectos, ſpiritaliter occiderūt, ſicut tempore reuerēdæ memoriæ Cononis papæ contigit, qui poſt ſextam ſynodum extitit: aut certè corporaliter illos non conſentientes ſibi, necauerunt, ſicuti ſub venerabili papa Gregorio factum eſt, qui poſt ſextam ſynodum fuit, quandò pro zelo fidei & ſanctarum imaginum reuerentia, religioſi viri ac Dei famuli directi, in exilium miſſi ſunt, & bona cōfeſſione, huius mundi finiêrunt vitam.

Imperatores Conſtantinop. hæretici multi.

Deniquè à ſexta ſynodo Imperatores aut hæretici, aut (licèt perpauci) catholici fuerunt. Et hæretici quidem, ſi mittere ad nos dedignati ſunt, non eſt mirum. Nouerunt enim, per gratiam Dei ſe nos nunquàm penitùs ſibi ſociaturos. fuit autem, quādò nos ſibi ſæpè ſociari tentātes, cum magno ſunt dedecore & opprobrio repulſi, & digna cōſtantia à nobis, & non à Cōſtantinopolitana Eccleſia, crebrò retuſi. Quandò verò Catholici fuerūt, & pium dogma vel Eccleſiaſticam correctionem defendere voluerunt, noſtrū præſidium quæſiêrunt, ſicut ſynodus ſub Cōſtantino & Irene facta, indicat. In cuius initio, id eſt, in epiſtola beatæ memoriæ præſulis Adriani, quātùm idem pontifex illam præſumptionem, quā ex laicis quidā ſubitò tonſurantur, & in epiſcoporum numerum exacerbatè proſiliunt, damnauerit, ſi diligenter inquiſiêritis, profectò inuenietis: Si tamen non falſata, Græcorum more, ſed ſicut à ſede miſſa eſt Apoſtolica, penès Eccleſiam Conſtantinopolitanorum hactenùs perſeuerat.

Græci falſarij.

Et epiſtolæ diuerſæ ſanctiſſimis pontificibus, Leoni ſcilicet & Benedicto deceſſoribus noſtris miſſæ, teſtantur.

Ergò cùm ità ſint hæc, quæ de multis partìm commemorauimus, nō iam verum eſt illud, quod dicitur, à ſexta ſynodo non nos meruiſſe ſuſcipere, quod nunc à vobis ipſi meruimus. Prætereà ſcripſiſtis, iuſſiſſe vos, quoſdam, qui ſub nobis exiſtunt, mitti ad vos, quod longè eſt à piorum Imperatorum affectu, quorum ſicut locum tenetis, vtinàm ità & pietatem ſectemini.

Priſcorū Imperat. erga Romanos pōtifices obſeruantia.

Quod lōgè, inquam, eſt à principibus, ſedis Apoſtolicæ reuerentiam obſeruantibus. Nō quippe hoc dicit Honorius, qui reuerendo præſuli Bonifacio ſcribit, dicens:

Diſtin. 97. ca. Victor.

Petimus, vtì quotidianis orationibus apoſtolatus tuus ſtudium ac votum ſuum circa ſalutem atq; imperium noſtrum dignetur impendere. Non, inquā, hoc dixit Valentiniani & Martiani pia dualitas, ad B. papam Leonem ſcribens: Et tuam, inquiens, ſanctitatem, principatū in epiſcopatu diuinę fidei poſſidentem, ſacris literis in principio iuſtum credidimus alloquendam, inuitantes es atq; rogantes, vt pro firmitate & ſtatu noſtri imperij æternam diuinitatē tua ſanctitas deprecetur. Nō hoc dixit Iuſtinianus, qui dicit S. papæ Ioanni, etiàm promulgatis legibus id interſerens:

In codicē de ſumma Trinit. l. Nos reddentes.

Petimus veſtrum paternum affectum, vt veſtris ad nos deſtinatis literis, manifeſtū nobis faciatis, quòd oēs qui prædicta rectè cōfitētur, ſuſcipit veſtra ſanctitas, & eorū qui Iudaicè auſi ſunt rectam denegare fidē, condemnat. Et rursùs: Petimus, inquit, veſtram beatitudinē orare pro nobis, & DEI nobis acquirere prouidentiam. Non hoc dicit Conſtantinus, qui Dono papæ ſcribens, etiàm iurando benignitatem & honorem circa ſedem exhibet Apoſtolicam, in his verbis: Per Deum, inquiens, omnipotentē nō eſt apud nos partis cuiuſlibet fauor, ſed ęqualitatem vtriſq; partibus conſeruabimus, nullatenùs neceſſitatem facientes in quocunq; capitulo eis qui à vobis diriguntur quoquo modo, ſed & omni honore cum cōpetenti munificētia & ſuſceptione dignos eos habebimus. Et ſi quidem vtriq; cōuenerint, eccè benè. Sin autē minimè conuenerint, iterùm cum omni humanitate eos ad vos dirigemus. Et poſt pauca: Inuitare eīm & rogare poſſumus ad omnē emendationē & vnitatē oīm Chriſtianorum, neceſſitatem verò inferre nullatenùs volumus. Non hoc alius Conſtantinus & Irene Auguſti dicunt, qui ad Adrianū papā ſcribentes, aiunt: Rogamus veſtram paternā beatitudinem, magis quidē Dñs Deus rogat, q vult oēs hoīes ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, vt & ipſam et nullā tarditatē faciat, ſed aſſcendat huc.

1.Tim.2.

Et paulopòſt: Si nō potuerit, inquiūt, aſſcendere huc, eligat viros precioſiſſimos, & dirigat vnà cum ſyllabis, &c.

Imperat. auth. proteruia.

O Imperator, ſaltem nunc non agnoſcitis, quàm à priorum Imperatorū pietate in hac re differatis, & quàm vox veſtra ab eorū diſcrepet diuinitùs inſpirata modeſtia? Illi quippe, petim⁹, inuitamus, ac rogamus, eccè ſparsìm ad ſedis Apoſtolicæ præſules, ſed pari pietate clamant. Vos autem quaſi nō manſuetudinis & reuerentiæ, ſed ſolius imperij eorum hæredes effecti, & in cauſa pietatis illos imitari nolentes, præcepiſſe, iuſſiſſe, ac imperâſſe vos, vt quoſdā ſubiectorū noſtrorum ad vos mitteremus, aſſeritis. Et hoc ipſum vos quidē egiſſe (neſcimus, cuius inſtigationibus faſcinati & obliuioni traditi) dicitis. Porrò factū à vobis, nulla recordatione recolimus. Nuſquàm enim nobis tale qd iuſſiſſe vos, ni fallimur, hactenùs reminiſcimur. Nuſquàm vos ad tantā circa ſedē B. Petri apoſtolorū principis irreuerentiam deueniſſe cognoſcimus. Reuoluentes enim epiſtolā, quam tunc per venerabiles epiſcopos & Arſam virum glorioſum ſpatarium miſeratis, nil iuſſiſſe vos nobis, ſed potiùs obſecrâſſe atque rogâſſe nos omninò reperimus. In quo datur intelligi, cùm nunc aliter perhibeatis, aut vos oblitos eorū fuiſſe, quæ antè miſeratis: aut certè pœnituiſſe pro his, quæ humiliter petiueratis.

Imperat. linguam Latinam ꝑſcindit.

In tantam verò furoris abundantiā prorupiſtis, vt linguæ Latinæ iniuriam irrogaretis, hāc in epiſtola veſtra barbarā & Scythicam appellātes, ad iniuriam eius qui fecit eam. Omnis enim operis derogatio, ad opificis redundat iniuriam. O furorē, qui nec linguæ nouit parcere quam Deus fecit. Et quæ inter cæteras, in nomine Dñi, hortante Apoſtolo, cōfitetur, quia Dñs noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt DEI patris:

Phil.2.

& quæ cum Hebræa atq; Gręca, in titulo Dñi à reliquis diſcreta, inſignem principatū tenens, omnibus nationibus prædicat IESVM NAZARENVM REGEM IVDAEORVM. Quē titulum multi Iudæorū corrumpere voluerūt,

Ioan. 19.

ſicut vos nunc huius celeberrimæ linguæ tentatis inſigne deſtruere, ſed minimè potuerunt. Scriptum quippe diuinitùs in lib. Pſalmorum fuerat, Nè corrumpas tituli inſcriptionem.

Pſal.56.57. & 58.

Verùm quia Chriſtiani ſunt, quorum linguam barbarā vel Scythicam appellatis, gloriam veſtrā quarè nō pudeat, obſtupeſcimus. Cùm enim barbari omnes & Scythę vt inſenſata animalia viuant, Deū verum neſciant, ligna autē & lapides adorent, in eo ipſo quo verum Deum colit lingua Latina, quantùm barbarā vel Scythicā linguam antecedat, agnoſcitur. Iam verò, ſi ideò linguā Latinam barbarā dicitis, quoniam illam non intelligitis: vos conſiderate, quia ridiculum eſt vos appellari Romanorum Imperatores, & tamen linguam nō nôſſe Romanā. Ad extremum autē, ſi iam ſæpè nominatam linguam ideò barbaram nuncupatis, quoniam à tranſlatoribus in Græcam dictionē mutata, barbariſmos generat, non linguæ Latinæ, ſed culpa eſt (vt opinamur) interpretū, qui quādò neceſſè eſt, nō ſenſum è ſenſu, ſed violenter edere verbum conantur è verbo. Eccè enim in principio epiſtolę veſtrę, Imperatorem vos nuncupâſtis Romanorum, & tamē Romanam linguam barbaram appellare non veremini. Eccè quotidiè, immò verò in precipuis feſtiuitatibus, inter Græcam linguam velutì quiddā precioſum, hanc, quam barbaram & Scythicam linguam appellatis, miſcentes, quaſi minùs decori veſtro facitis,

Vſus Latinæ linguæ apud Græcos.

tis, si hac etiàm non benè ac ex toto intellecta, in vestris obsequijs ac officijs nõ vtamini. Quiescite igitur vos nuncupare Romanorum Imperatores, quoniam secũdùm vestram sententiam barbari sunt, quorum vos Imperatores esse asseritis. Romani q̃ppe hac lingua, quam barbaram vos & Scythicam vocatis, vtuntur. Quiescite iam, vtpotè tantæ detestationis dictionem in vestro palatio memorare. Et adhuc si pleniter illam execramini, etiàm ab Ecclesijs vestris remouere satagite. Istius enim dictione linguæ Constantinopolitana Ecclesia lectionem Apostolicam & Euangelicam in stationibus fertur primitùs recitare, sicque demùm Græco sermone, propter Græcos vtiquè, ipsas lectiones pronunciare. Sed quia tantùm hæc impietas Ecclesiæ Constantinopolitanæ hactenùs defuisse putatur, vt tota ibidèm nequitia suppleat, hoc restat à vobis solummodò perficiendum. Verùm de hoc nos respondisse sufficiat, non tam iniuriam linguæ defendere procurantes, quàm mutatæ mẽtis vestræ incõstantiam exaggerantes.

Causa Ignatij.

Cæterùm dicitis, non ideò ad nos misisse vos, vt secundum iudicium Ignatius sustineret. Ad quod veraciter respondemus, ideò vos misisse proculdubiò, quia posterior hoc probat euentus. Nisì enim voluissetis, nec id fieri sineretis. Immò nos, vt veriùs dicatur, non ideò misimus, vt interìm quodlibet Ignatius frater & coëpiscopus noster subiret iudicium: sed vt causa illius diligenter inuestigata, & ad liquidum reperta, (iuxta illud beati Iob, dicentis: Causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam) plena nobis ac incunctanti relatione patesceret, sicq; demùm iuxta sacros canones, missorum nostrorum relationibus certificati, si decerneremus mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicarent, habentes nostram authoritatẽ, à quo destinarentur, esse in nostro arbitrio. Si verò crederemus episcopos sufficere, vt negocio terminum imponerent, faceremus, quod sapientissimo iudicio iudicaremus. Si autem Ignatius (vt fertis) iam iudicatus erat, quam ob rem illum secundo iudicio subijci voluistis, contra illud quod scriptũ est, Non iudicabit Dominus bìs in idipsum? Sed in hoc manifestè datur intelligi, non vos bonam conscientiam gessisse, quandò iteratò illum ad tribunalia concilia pertraxistis, sed quasi non perfectè neque legitimè depositum, prẹsentia missorum nostrorum, tanquàm maioris authoritatis existentium, damnationi subijcere contendistis. Dicentes verò, quòd synodicè fuerit condemnatus: fortasè, quia non addidistis, canonicè, diuinitùs actum est. Congregatio enim malignantiũ, non canõ iustè iudicantium, illum damnationi subegerat, im-

(Iob 29. — Naum. 1.)

mò verò afflictioni & tribulationi subdiderat.

3.q.5.c.6.

Etenim illi qui tunc conuenerunt contra iam dictum venerabilem virum, aut suspecti, & absherì & nudiustertiùs inimici eius erant, aut excommunicati, aut depositi, aut subiecti ipsius, aut certè inferioris dignitatis extiterunt. Quorũ omnium nullus personam legitimorũ iudicum habere sinè dubio poterat vel accusatorũ, in omnibus dũtaxàt negocijs, quæ singulatìm (Deo docente) ac summatìm omnia ità se habere, monstrare conabimur.

Igitur quia suspecti & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exẽplis. Nam quid gratius & amabiliꝰ dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum commiserit, quem lędere fortè voluerit? Quod prouidè Cõstãtinopolitana synodus canonũ suorum sexto dinoscitur prohibere capitulo. Quod tamen non apud nos inuenitur, sed apud vos haberi perhibetur. Verùm nouimus nos, apostolicis imbuti documentis, etiàm sententijs vti paganorum: quanto magis Christianorum atq; Catholicorum, & cõtra ipsos, quorum nec vitam sequimur, nec mentẽ erroneam imitamur? Deniquè Apostolus Paulus de libris paganorum aliqua in suis scriptis posuit, vt est illud ad Titum: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Et in Actibus Apostolorum de Deo ait: In quo viuimus, mouemur, & sumus. Nunquìd ideò etiàm cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolata? Ait autem prædictus canõ: Quoniam multi ecclesiasticum ordinem confundere ac subuertere volentes, amore inimicitiæ & calumniosè causas quasdam contra dispensatores Ecclesiarum orthodoxos Episcopos cõfingunt, nihil aliud quàm fœdare sacerdotum existimationes, & turbationes pacatorum populorum conficere conantes: propter quod placuit sanctæ synodo episcoporũ, qui Cõstantinopolim concurrerunt, nè sinè discussione admittantur accusatores, nec omnibus permittatur accusationes facere contra dispensatores Ecclesiarum. Veniamus ergò & ad S. Chalcedonensem synodũ, & quid nobis de Athanasio Perrenorum episcopo referat, audiamus. Is enĩ antistes tertiò euocatus ad synodum, quia non occurrit, à patriarcha suo canonicè cõdemnatus extiterat. Sed solùm quia cùm vocaretur ad synodũ, quòd inimicus suus esset ipse qui iudicabat, clamauit, à S. Chalcedonensi synodo, ad causas illatas sibi examinandas, reseruatur. Et nisì denuò cõuincatur, recipere Ecclesiam propriam iudicatur. Quòd si Athanasius à patriarcha suo depositꝰ, q̃a de inimicitia ipsius conquestus est, iteratò ad iudicium renouandum dirigitur, & nisì manifesta sibi officiant

(Paganorũ vti sententijs. — Ad Tit. 1. — Act. 17. — Inimici & suspecti iudices.)

officiant crimina, suę reddi Ecclesiæ precipitur: quanto magìs Ignatius, qui non à patriarcha, sed ipse potiùs existẽs patriarcha, minimè debuit Ecclesia propria, inimicis & suspectis iudicibus decernentibus, expoliari? Quod quanuìs factum sit, multo magìs quàm Athanasius, inimicorum soluto iudicio, sua oportuerat ab Ecclesia recipi.

Gelasius papa.

Veniat & facundissimus noster papa Gelasius, hæreticorũ expugnator fortissimus: & quod de Cõstantinopolitanis, more solito tunc ægrotantibus, dixit, etiàm nunc nobis edisserat: Quæro (inquit) tamen ab his, iudiciũ quod prętendunt, vbinàm possit agitari? an apud ipsos, vt ijdem sint inimici testes & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negocia. Quòd si iudicio, vbì ijdem sunt inimici qui iudices, nec humana debẽt committi negocia: quanto minùs Diuina, id est, ecclesiastica? Qui sapiens est, intelligat.

Et reuerà hinc Iustinianus Imperator pius, legibus suis promulgâsse dinoscitur, dicens: Liceat ei, qui suspectum iudicem putat, antequàm lis inchoëtur, eum recusare, vt ad alium recurratur. Nam quodammodò naturale est, suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudiciũ semper velle refugere.

Hinc S. Athanasius inimicorum sæpè declinauit insidias, hinc S. Ioannes Os aureũ, concilij cõtra se congregati renuit intrare collegiũ. Quinimmò hinc & psalmista Dauid, & Helias eximius prophetarum, Saulis vel Achab refugiunt prorsùs insaniam.

(1.Reg. 23. — 3.Reg. 19.)

Quòd autem hi, qui à iam fato fratre & comministro nostro Ignatio depositi, excommunicati vel anathematizati fuerant, nullam aduersùs eum damnationem intorquere potuerint, ex prolato secũdę vniuersalis synodi capitulo declaratur, cùm dicitur: Si verò Ecclesiasticum fuerit crimen, quod Episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantium personas, vt primò quidem hereticis non liceat accusationes contra orthodoxos Episcopos pro ecclesiasticis negocijs facere. Sed nè hos hæreticos esse denegetis, audite sequentia: Hæreticos autem (inquiunt) dicimus, tam eos qui olìm ab Ecclesia ꝓiecti sunt, quàm qui post hæc à nobis anathematizati sunt. Porrò, si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur: Præter hos autem, aiunt, & eos qui fidem quidem sanam simulant cõfiteri, schismaticos etiàm & eos qui seorsùm à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt. Deindè verò & si quidã ab Ecclesia super causis quibusdam repræhensi fuerunt, & proiecti aut excommunicati, siue ex clero, siue ex laicali ordine, nec his licere accusare episcopum, antequàm proprio crimine primitùs exuantur. Similiter autẽ & eos, qui sub accusatione priori

(...quèda. natus Ignatius. — 4.q.1.c.2. — 4.q.1.c.2.)

consistunt, non antè esse acceptabiles in accusatione episcopi aut aliorum clericorum, quàm innoxios semetipsos illatorum ostenderint criminum.

Quid autem periculi regulæ huius immineat contemptoribus, non ignoratis. Prætereà quis de considentibus ibidèm, nõ de prędictis extitit hęreticis atq; schismaticis? Nónne Gregorius Syracusanus, milliès cõdemnatus? Nónne Eulampius, Petrus, item Petrus, qui pro nefandis actibus suis, & ore cõfessis, depositionẽ, deindè anathema inciderunt? Et alij quos enarrare longissimũ est. Eccè quales inter cæteros erãt, qui contra præfatam regulam 150. patrũ, os contra venerandum patrem suum aperire nõ sunt reueriti. Et cùm essent ligati, ligare: & cùm essent mortui, & in suis penetralibus iã fœtidi, virum per totum mundum redolentẽ mortificare conati sunt, & malæ opinionis nidoribus adspergere tentauerunt.

Sed iterùm videte Romanę sedis pontificem, à vobis quidem derogatũ, sed à totius Christianitatis vnanimitate veneratũ, & magnæ synodi Ephesinæ præsulem Cælestinũ, quid sentiat de his, qui depositi & excommunicati à Nestorio fuerant, postquàm depositus coram oculis summi arbitri iam esse credebatur. Et multo magìs hoc de fratre & consacerdote nostro Ignatio esse censendum arbitramini, qui non à prælato quolibet, sicut isti, sed à se deiectis talia pertulit. Ait enim, Episcopis Orientalibus scribens: Si quis verò aut ab episcopo Nestorio, aut ab alijs qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excõmunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra cõmunione & durâsse & durare manifestum est. Nec iudicamus eum remotum, quia nõ poterat quenquam eius remouere sentẽtia, qui se iam præbuerat ipse remouendum. Item idem ad clerũ Cõstantinopolitanũ: Apertè (inquit) sedis nostræ sanxit authoritas, nullum siue episcopum, siue clerum, seu ꝓfessione aliqua Christianũ, qui à Nestorio vel eius similibus, ex quo talia prædicare cœperũt, vel loco suo vel cõmunione deiecti sunt, vel deiectum vel excõmunicatum videri. Sed hi omnes in nostra communione & fuerunt, & hucusquè perdurant: quia neminem vel deijcere vel remouere poterat, * quia prædicans talia titubabat.

(Verba Cęlestini papæ. — 24.q.1. Ait cũ 2. seq. — * qui)

Intellexistísne Imperator ex superiùs memoratis, nõ potuisse (vt nunc dicamus) prę-latum suum, saltem quemlibet remouere, qui fuerant olìm ipsi remoti? nec deijcere quenquam, qui fuerant iam antè prostrati? Ad infirmandã quoquè sentẽtiam damnatorum, etiàm illud valere credimus, quòd sancta synodus ad præfatũ papã, quæ apud se gesta sunt referẽs, pro Ioãnis Antiocheni amputanda antistitis exaggerata præsum-

ptione,quosdam eorum, qui contra S.Cyrillum & Memnonem latrabãt, sinè ciuitatibus, vagantes aũt & Ecclesias nõ habentes,alios verò ante multos annos pro acerbis causis depositos,à suis metropolitis inter alios plurimos fuisse suggessit. Quibus per omnia vestrates (vt ità dicamus) depositores Ignatij, comparari plurima ex parte non immeritò possunt.Ibì nanq; & sinè sedibus, & vagi, atq; pro suis acerbis facinoribus à proprijs metropolitis inuenti sunt episcopatu priuati: ibì etiàm communione extorres,& anathematis damnationis consortes fuisse probantur.

Distin.72. cap.3.

Vndè miramur, quomodò excõmunicati ad iudicandũ recepti sint, cùm secundùm Apostolicos canones, sinè cõmendaticijs literis in cõmunione sola recipi prohibeantur. Absurdum etenim est,vt cui nõ licet etiàm cum minimis,iuxta sacras regulas, cõmunicare, liceat penès vos etiàm de maioribus iudicare. Sed iam de hoc plenissimè,DEO auxiliante, dicamus, & quòd à subiectis suis prælatus non debeat suî dispendium perpeti,aut calumnijs impeti,demonstremus.

Episcopus à subditis suis iudicari non debet.

Quod quia Ignatius frater & coëpiscopus noster iniquè pertulit, omni lamentatione plorandum est. Et certè patres à filijs honorari, non solùm diuinis, verùm etiàm humanis legibus præcipitur. Et si hoc carnales,quanto potiùs spiritales,digna penitùs à filijs debent veneratione potiri?Quãto em̃ spiritus carnẽ præcellit, tanto magìs ea quæ sunt spiritalia, carnalibus oportet omnibus anteponi. Verùm si hoc Ignatij subditi dedignati sunt attendere,saltẽ scelus Iudęorũ in Christũ patratũ perhorruissent cõmittere, nec acuerent linguas suas aduersùm patrẽ ac magistrũ suum ipsi sicut serpẽtes, nec esset gladius in labijs eorum, nec fierent dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorum machęra acuta,formidantes scilicet, nè de se Solomon sapiẽtiss. dixisse videretur: Generatio quæ patri suo maledicit.Et rursùs:Generatio quę pro dentibꝰ gladios habet,& cõmandit molaribus suis. Et iterùm: Oculũ, qui subsannat patrẽ,effodiant eũ corui de torrẽtibus,& comedãt illũ filij aquilę. Deniquè si Cham vidẽs patris verenda,risit potiùs q̃ (vt cæteri)cõoperuit, maledictionẽ in filio percepisse legit: quanto potiùs hi, qui verecundiam patris, nõ solùm (si quælibet fuit)minimè cooperuerunt,sed & riserũt,& falsò ad subsannationẽ sui moris homines ꝓuocauerũt, atq; (quod est deterius) patẽter cõtra ipsum de pharetra iniquitatis suę sagittã iudicij ꝓduxerunt?Nõ sic ecõtrà filij sobrij,nõ sic, sed auersi,operuerunt. Quod moraliter egregius doctor papa Gregorius interpretatus, ait: Auersari dicimur, quod reprobamus. Quid est ergò, ꝙ filij verecunda patris,su-

Exodi 20. — Psal.56. & 53. — Prou.30. — Gen.9. — Moral. li. 25.cap.22. — Ibidèm.

periecto dorsis pallio, auersi veniẽtes operiunt,nisì quod bonis subditis sic præpositorũ suorũ mala displicent, vt tamẽ hæc ab alijs occultentur? operimentum auersi deferũt,quia dijudicantes factũ, & venerãtes magisterium, nolunt videre quod tegunt.

Distin. 11. Nolite.

Sed hæc dicentes, nolite æstimare nos, cuiuscunq; proximorum nostrorum quæ sunt digna repræhensione, velle defendere: sed quòd ità velim filios circa spiritalẽ patrem, & discipulos erga magistrum, deuotos ac sobrios esse, vt nulla penitùs temeritate ad eorum vitam,vt non dicam diiudicandam,sed nec saltem tenuiter reprehendendam,prosiliant. Quoniam docente præfato papa in libro Regulæ pastoralis, Admonendi sunt subditi, nè præpositorũ suorum vitam temerè iudicent, si quid eos fortasè agere repræhensibiliter vident, nè vndè rectè mala redarguunt, indè per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt, nè cùm culpas præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic quæ valdè sunt eorum praua,apud semetipsos dijudicent, vt tamẽ Diuino timore cõstricti,ferre sub eis iugũ reuerentiæ non recusent.

Lib. Pastoral 3. c. 5.

Quod meliùs ostendimus,si Dauid factũ ad mediũ deducamus. Saul quippe persecutor,cùm ad purgandũ ventrem speluncã fuisset ingressus, illic cum viris suis Dauid inerat, qui iam tam longo tempore persequutionis eius mala tolerabat. Cumq; eũ viri sui ad feriendum Saul incenderẽt, fregit eos responsionibus, quia manum mittere in Christum Domini nõ deberet. Qui tamen occultè surrexit, & oram chlamydis eius abscidit. Quid enim per Saul, nisì mali rectores? Quid per Dauid, nisì boni subditi designãtur? Saul igitur ventrẽ purgare, est prauos præpositos conceptam in corde malitiam, vsq; ad opera miseri odoris extendere, & cogitata apud se noxia, factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen Dauid ferire metuit,quia pię subditorum mentes ab omni se peste obtrectationis abstinentes, præpositorum vitam nullo linguæ gladio percutiunt, etiàm cùm de imperfectione reprehendunt: qui etsi quandò pro infirmitate sese abstinere vix possunt, vt extrema quædam atque exteriora mala præpositorum, sed tamen humiliter loquantur, quasi oram chlamydis silenter incidunt: quia videlicet,dum prælatæ dignitati saltem innoxiè & latenter derogant, quasi regis superpositi vestem fœdant. Sed tamen ad semetipsos redeunt, seque vehementissimè vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Vndè benè & illic scriptum est: Post hæc Dauid percussit cor suum, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe præpositorum, oris gladio ferienda non

Dauid noluit percutere Saul. 1.Reg.24.

non sunt,etiàm cùm rectè reprehendenda iudicantur. Si quandò verò contra eos vel in minimis lingua labitur,necessè est, vt ꝑ afflictionẽ pœnitentiæ cor prematur, quatenùs ad semetipsum redeat:& cùm prępositæ potestati deliquerit,eius contra se iudicium,à quo sibi prelata est,perhorrescat.

Nam * cùm præpositis delinquimus,eius ordinationi,qui eos nobis prætulit, obuiamus.Vndè Moses quoq;, cùm contra se & Aaron conqueri populum cognouisset,ait: Nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrũ,sed contra Dñm. Hinc etiã prædicator veritatis Paulus apostolus subditis suis,& quibus Christi euangeliũ prædicabat,dicit:Mihi autẽ pro minimo est vt à vobis iudicer. Hinc Sixtus Apostolicę sedis antistes,Euphemiũ episcopũ damnâsse describitur,nihil aliud in depositiõe illius obijciens, nisì ꝙ Polychroniũ Hierosolymitanum episcopũ,pontificem suũ,accusauerit. Et quidẽ Polychronius à legatis sedis Apostolicę, eô ꝙ sedem Hierosolymitanã primam esse mendaciter affirmabat, & per simoniacam hæresim ordinationes fecisse probatus est,ecclesię priuatus est gubernaculis,& vrbe eiectus. Sed & Euphemius nihilominùs,quia hunc præsumptuosè, licèt veraciter,accusauerat,damnatiõi à synodo subactus est:& quoniã linguã suam contra sibi prelatum erexerat, anathema suscepit adeò, * vt Leo Ecclesiæ Romanæ diaconus eijceret,ità dicendo:Ex te enim damnaberis,quoniam pontificem qui te consecrauit coepiscopum,condemnabas & accusabas. Qui cadens in terram,ante omne conciliũ episcoporum ibì confitebatur se peccâsse, Abũdio episcopo,misso ab vrbe Roma, dicẽte:Non licet quenquã accusare pontificẽ suum,quoniã iudex nõ iudicabitur. Quo audito,Valẽtinianus Augustus (sicut apud nos scriptũ habetur) cuius vos in hoc imitatores esse debetis, gauisus est in damnatione episcopi Euphemij, qui extitit accusator Polychronij pontificis sui. Consonat autẽ huic necessariæ sententiæ sanctus *Syluester,& Magni Constantini Augusti baptizator,dicens:Neq; ab Augusto, neq; ab omni clero,neq; à regibus,neq; à populo iudex iudicabitur,haud dubiũ quin Ecclesiasticus. Pelagius quoq; præsul Apostolicus,cuidã regi Francorum scribens, sic dicit: Cùm celsitudini vestrę multa dona misericordia diuina contulerit,pro amore tñ quem Ecclesię eius synceriter exhibetis, fecit vos multis regnantibus clariores: qm̃ inter alias regni vestri curas pro trauquillitate sanctæ Ecclesię pręcipuam solicitudinẽ vos certum est exhibere. Quæ cùm ità sint, miramur, quia quãtùm nobis præsentium portitorum suggestio patefecit, passi estis subripi vobis & Sabaudum fratrẽ & coëpiscopum nostrum,Arelatensis ciuitatis anti-

Rom.13. — Exod.16. — 1.Cor.4. — Episcopi vt nõ sint accusandi. — *vt eum — *Syluestri memora. his sententia. — Pelagij papæ scriptũ

stitem, cuius ecclesia in regionibus Gallicanis primatûs priuilegio & sedis Apostolicæ vicibus decoratur,ad petitionẽ episcopi ab ipso ordinati,in iudiciũ sequentis ciuitatis episcopi,quod nulla Ecclesiastica lege vel ratione concedit,iudicandum iuberetis occurrere:vt ipso,de conculcato loci sui præiudicio,conquerente, ille qui vsurpauit, necessè sit de illicita præsumptione culpari.Pro quibus Christianitatis vestræ confidentia freti, paterno studio postulamus,vt si quid tale factum est, congrua satisfactione celeriter amputet, nec vllũ suî exemplũ in perturbatione ecclesiarũ,quas vobis Deus credidit,relinquere concedatur:& huiusmodi causis solicitam vos in reliquo decet exhibere cautelã,nè quid contra Ecclesiasticas regulas petentibus cõcedatis.Quia quod benè cognitũ est religiosę menti vestrę,nõ aliter Deo vestra rectè potest regalis deuotio famulari,nisì prouidẽtia eius Ecclesiasticorũ ordinum seruetur integritas. Prætereà, suauissimus pater & papa noster Gregorius (de quo suprà diximus) clero Mediolanensis ecclesiæ,pro eligendo sibi episcopo,literis suis præcipiẽs, ait:Pensantes ergò,quæ cunctis expediũt, & quem vobis gratia diuina prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari nanq; à vobis vltrà non debet,semèl prælatus:sed tantò nunc, subtiliter iudicandus est, quantò postmodùm iudicandus non est. Consecrato autẽ vobis,Deo authore,pastori tota vos mente committite,atq; in illo om̃ipotenti Domino,qui vobis hunc prætulit, deseruite.

Gregor.I.

Quibus ritè collectis, satìs euidenter (vt opinamur) ostensum est, non posse legitimè subiectos de prælati sui vita iudicare: nec præter hæresim,cuiuscunque sit meriti,temerè reprehendere. Sed si adhuc placet aliquid de hoc nôsse quod delectet,antiqui patris & venerabilis doctoris Areopagitæ Dionysij ad Demophilũ verba, vobis recitari præcipite,qui etiàm in causa pietatis delinquẽtem sacerdotem nefas sancit à minoribus vel ab inferioribus iudicari, nè fiat in Ecclesia DEI aliquid inordinatum, & status eius in aliquo confundantur.

Epistola Dionysij Areopagitæ.

Verùm hucusquè,quòd à suis suffraganeis atque subditis frater & comminister noster Ignatius,non debuerit iudicari, sed nec facilè reprehendi,breuiter comprobauimus. Nunc autem, diuina inspiratione, nõ nos pigebit,nec nobis impossibile erit, ostendere vobis,si tamen audire velitis,nõ posse quenquam ritè ab his, qui inferioris dignitatis vel ordinis sunt,iudicialibꝰ summitti definitionibus.Siquidem tẽpore Diocletiani & Maximiani Augustorum,Marcellinus episcopus vrbis Romæ,qui posteà insignis martyr effectus est, adeò compul-

Dist.21.c Nunc aũt — Marcellinus.

ſus eſt à paganis,vt in templum eorum ingreſſus,grana thuris ſuper prunas poneret. Cuius rei gratia collecto numeroſorũ cõcilio epiſcoporum,& inquiſitiõe facta, hoc ſe idem pontifex egiſſe confeſſus eſt. Nullus tamen eorum proferre in eum ſententiam auſus eſt,dum ei ſæpiſſimè om̃es perhiberent,Tuo ore iudica cauſam tuam, nõ noſtro iudicio.Et iterùm:Noli,aiũt, audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. Et rursùs: Quoniam ex te, inquiunt,iuſtificaberis, aut ex ore tuo cõdemnaberis.Et iterùm dicũt: Prima ſedes non iudicabitur à quoquam.

Hinc etiàm ſuperiùs memoratus cõfeſſor Chriſti Syluester, fecit gradus in gremio ſynodi, [*Syluester.*] vt nõ presbyter aduersùs epiſcopum,non diaconus aduersùs presbyterum,non ſubdiaconus aduersùs diaconẽ, non acolytus aduersùs ſubdiaconem, non exorciſta aduersùs acolytum, non lector aduersùs exorciſtam,non oſtiarius aduersùs lectorem, det accuſationem aliquam, neque præſul ſummus à quoquam iudicabitur. Quoniam ſcriptum eſt, Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. [*Matt.10.*] Sed & cùm quidam tempore quodam contra Sixtum [*Sixtus 3.*] papam tẽtâſſent quædam non boni rumoris obijcere,& in Concilio, cui & Valentinianus Auguſtus intererat, dictum fuiſſet, Non licere aduersùs pontificem dare ſentẽtiam,ſurrexit idem protinùs Imperator, &in arbitrio p̄fati põtificis tribuit iudicare iudiciũ ſuum. Etenim nullus pontificum, minorum vel inferiorum vrbium ſubactus iudicijs inuenitur. Vndè Ioannes Antiochenus,tertiæ videlicet ſedis epiſcopus, inter cætera legitur in Epheſina ſynodo vſq; [*Synodus Epheſina.*] ad correctionem damnatus, qui Cyrillum Alexandrinum,ſecundæ ſcilicet ſedis epiſcopum,irregulariter damnationi pręſumpſit addicere,eadem venerabili ſynodo ad Cæleſtinum ſummæ ſedis præſulem,taliter in ſcriptis poſtulante ac dicente: Indignetur ergò tua religioſitas competenter pro his quæ facta ſunt. Si enim data fuerit volentibus licentia, & maiores iniurijs ſedes afficere,& contra eas,in quibus non habẽt poteſtatem,contra leges,ſic & cõtra canones proferre ſententias, ibunt ad vltimam confuſionẽ Eccleſiæ res. Deindè verò in [*Chalcedonenſis.*] ſancta Chalcedonenſi ſynodo,cùm à iudicibus Baſilio epiſcopo Seleuciæ obijceretur,quarè in damnatione Flauiani ſubſcripſerit,& ipſe reſpõderet,quoniam in iudicio 120.aut 30. epiſcoporũ traditus, neceſſitatẽ habui parére his quæ ab illis ordinabãtur:& Dioſcorus ad hæc diceret ei, Erubeſcẽs homines,præuaricatus es quod bonum eſt, & fidem ſpreuiſti. Non audîſti quod ſcriptum eſt,Non erubeſcas in ruinã tuam?præfatus Baſilius epiſcopus reſpondit:Si iudices habuiſſem, martyrium ſuſtinuiſſem.Etenim Conſtantinopoli oſtendi fidem meam:à patre autem qui iudicatur, iuſtis non vtitur. filius enim patri etiàm iuſta dicens,moriatur. Denique ſi in epiſtola legimus ad Hebræos, quòd minor à maiore benedicatur: [*Heb.7.*] reſtat profectò,vt exigente ratione,etiàm maledicatur. Siquidẽ hæc vtiquè prænoſcentes periculoſa tẽpora illi,qui ante nos fuerũt, prouidam in eccleſijs conſuetudinẽ tradiderunt, hodieq; in eccleſia Romana (quę magiſtra eſt oĩm eccleſiarum) imprętermiſsè ſeruatur, ità vt nullus ſacerdos,maiore ſuo non innuente conſacerdote,cuilibet rei benedicere nitatur. Sed & anterior ſtans ad pronunciandã aliquam lectionem,benedictionem quidẽ poſtulat,ſed ei quiſlibet inferior nõ audet penitùs benedicere. Cur hoc?nunquìd benedicere,peccatum eſt?Abſit. De maledicis enim,nõ de benedicis,dicit Apoſtolus, [*1.Cor.6.*] quia regnum Dei nõ poſſidebunt. Sed per hoc innuitur,quantæ cenſurę freno inferiores quiq;*ad ſuos iudicandos præpoſitos [*for.*ſi.is iudicãdis præpoſitis*] coërcendi ſunt,ſi his nec etiàm benedicẽdi ius vllum penitùs obtineant. Et reuerà, vt ſuperiùs ex euangelio, beato Syluestro cõmemorante,iam diximus,Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: [*Matt.10.*] Si ad benedicendum non, quanto minùs ad maledicendũ?

Intantùm autem hanc præſumptionem ſancti patres apud Chalcedonem deteſtati ſunt,vt Dioſcorum Alexandrinum antiſtitem, inter cætera idcircò potiſſimùm ſinè vlla reſtitutione damnauerint, quia in cõtumacia permanens erga primæ ſedis Romanæ priuilegium,reſipiſcere à ſuis ſuperſtitionibus,vt ſeruaretur à prima ſede Apoſtolica,noluit:& ponens in cælum os ſuũ, [*Pſal.72.*] & lingua eius tranſeunte ſuper terram, excommunicationem in ſanctum Leonẽ papã dictauit,ità vt in ſententia contra ipſum prolata,hoc videâtur memorare præcipuè, dicentes: Quoniã ſecundis exceſſibus priorem iniquitatem valdè tranſcendit. Præſumpſit enim & excõmunicationem dictare aduersùs ſanctiſſimum & beatiſſimũ archiepiſcopum magnæ Romæ Leonẽ. Nunquìd ibì legitur,inquiſitiõem fuiſſe factã, vtrùm iuſtè an iniuſtè ipſum iam fatum Dioſcorum excõmunicationem dictâſſe? Nõ planè,ſed abſq; omni controuerſia hoc in eo vlti ſunt:quia cùm eſſet inferior, potiorem quibuſlibet conatus eſt laceſſere contumelijs,teſte Anatolio Cõſtantinopolitano præſule,qui dicit: Propter fidem nõ eſt damnatus Dioſcorus,ſed quia excõmunicationem fecit dño archiepiſcopo Leoni. Voluerunt enim in domo DEI nihil fieri præproperum,nihil cõfuſum, nihil inordinatum. [*1.Cor.14.*] Vndè aptè quoq; in Aphricano cõcilio diffinitũ eſt,Capit.53.Ità vnuſquiſque noſtrûm ordinẽ ſibi decretũ à Deo cognoſcat,& poſteriores anterioribus deferant, nec

nec eis incõſultis aliquid agere præſumãt. [*Gelaſius.*] Et ſuprà memoratus Gelaſius papa, multarum deſtructor hæreſeon,in decretali epiſtola ad vniuerſos dicit epiſcopos per Dardaniam conſtitutos: Si certè de dignitate agitur ciuitatũ,ſecundæ ſedis & tertię maior eſt dignitas ſacerdotũ, q̃ eius ciuitatis, quæ non ſolùm inter ſedes minimè numeratur,ſed nec inter metropolitanorum iura cenſetur.Et item idem in tertio ad Orientales epiſcopos:Præcipuè,inquiens, cùm de ſecundæ ſedis ageretur antiſtite, nec ab inferiore qualibet, ſed à prima ſede iure poſſet abſolui.Inferior quippe potiorẽ abſoluere non poteſt. Sola ergò potior inferiorem conuenienter abſoluit.Hinc liquidò peruidetur,quia quem nõ poteſt abſoluere,non poteſt iudicio inferior potiorem ligare. Porrò cùm Theodoricus hæreſeos Arrianæ fæce pollutus, papã Symmachum vſq; ad damnationẽ,multis hunc accuſantibꝰ,impetere voluiſſet, & quotquot potuit ex Liguria, Aemilia, *Valeria, & ex diuerſis regionibus,atq; de Sicilia inſula, huius rei Epiſcopos Romam colligi præcepiſſet, & his ad ſe venientibus dixiſſet, [*Concilium contra Symmachum papam per Theodoricum regem Gothorum. *Venetia.*] Plura ad ſe de papę Symmachi actibus horrẽda fuiſſe perlata,& in ſynodi oportere, ſi vera eſſet inimicorum eius obiectio, indicatione cõſtare:memorati pontifices, quibus allegandi imminebat occaſio, ſuggeſſerunt,ipſum,qui dicebatur impetitus,debuiſſe ſynodum conuocare, ſcientes, quia eius ſedi primùm Petri Apoſtoli meritum vel principatus,deindè ſequuta iuſſionem Dñi conciliorum venerandorum authoritas,ei ſingularem in eccleſijs tradidit poteſtatem.Nec antedictæ ſedis antiſtitẽ minorum ſubiacuiſſe iudicio. Et rursùs: Cauſas, inquiunt,Dẽi,ipſius eſſe iudicio committẽdas,qui valet corpus occídere, & animã mittere in gehennã:qui dicit, Mihi vindictam,& ego retribuam:apud quẽ conſciẽtia nuda eſt,cui non abſcondũtur occulta. Et iterùm ijdem ipſi dicunt: Quod dicebatur,maiori iudici ſeruabamus, inſtruentes eos,quia per vos illis Chriſtus innotuit,nõ eſſe ouium,lupi inſidias preuidere, ſed paſtoris. Ad poſtremũ verò iſti ipſi venerabiles pręſules,cùm vidiſſent cõtra caput* manus ſuas erigere, quicquid de ſæpè fati Symmachi ſanctiſſimi papæ actibus delatũ fuerat,totum Dei iudicio referuârunt,ità vt ſinguli quiq; in ſubſcriptiõe ſua hoc patenter indicent,cùm dicũt: Laurentius epiſcopus eccleſiæ Mediolanenſis, huic ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei iudicio cõmiſimus,ſubſcripſi. Similiter Petro epiſ. eccleſiæ Rauennatis & cæteris epiſc.ſubſcribentibus. Nimirùm,quoniã ſicut magnus Chriſti confeſſor Ennodius [*Ennodius.*] Ticinẽſis epiſ. qui ab Hormiſda apoſtolicę memoriæ Cõſtantinopolim miſſus, innumeras miſerias à Græcorum veſania, pro Chriſti fide & ſtatu Eccleſiæ,nõ ſemèl pertulit,ex propheta de his meminit: Nũquìd [*Eſai. 10.*] gloriabitur ſecuris contra eum qui ſecat in ea?aut exaltabitur ſerra cõtra eum qui trahit eam?His ità ex diuina ſcriptura & probabilium patrum doctrina cõmemoratis, ſole clariùs exhibuimus, non poſſe quenquã,qui minoris authoritatis eſt, eũ q maioris poteſtatis eſt,iudicijs ſuis addicere, aut proprijs diffinitionibus ſubiugare.

[*Hic mediũ eſt epiſtolæ.*] Verùm de hoc generaliter nos hucuſq; dixiſſe ſufficiat. Cæterùm, vt calamum ad Conſtantinopolitanos præſules ſpecialiter extendamus,aut nunq̃ om̃inò,aut certè vix eorum aliquis,ſinè conſenſu Ro. pontificis reperitur eiectus,qui tamẽ hactenùs inter depoſitos annumeretur,& non ab hæreticis vel tyrannis pulſus aut interemptus cõmemoretur. Deniq; vt ex his paucos cõmemoremus, [*Epiſcopi Conſtãtinopolis hæretici p Rom. põtifices deiecti.*] nónne Maximus,poſtq̃ multùm à Damaſo papa (ſicut eius ad diuerſos epiſtolę miſſæ indicant) laboratũ eſt, Conſtantinopoli pulſus eſt? nónne Neſtorius? nónne Acacius?nónne Anthimus, Sergiꝰ, Pyrrhus,Paulus, Petrus , ſedis Apoſtolicæ diſcurrentibus conſultationibus ac decretis,eiecti ſunt?Cur ergò,cùm ità ſit, in ſolo Ignatio Petri memoriam deſpicere ac obliuioni tradere ſtuduiſtis,niſì quia pro voto cuncta facere voluîſtis, conſtituentes ſynodũ Epheſinæ ſecundæ crudelitate conſimilẽ?quanuìs ibì Alexandrinus erat,qui cũ cæteris ſibi ſociatis compatriarchis,aduersùs ſanctum Flauianũ agebat. Hîc autẽ, vt de patriarchis omittamus,nec vniꝰ epiſcopꝰ ciuitatulæ,aut quilibet ignotæ perſonę,aduersùs tantum pontificem extitit ſententię promulgator,q non de ſuffraganeis & ſubiectis eius fuit. Sed dicitis fortaſsè, non fuiſſe in cauſa Ignatij ſedem Apoſtolicam conuocare neceſsè,quia nõ hunc vllus hęreſeos error inuoluerat, ob pietatis intuitum,ità rectè Deum colẽtis,& magìs ſuam iniuriam,q̃ ſui Dei & Dñi, vindicãtis: nónne magìs oportuit circa eũ magnanimitatẽ oſtendere,& regularem vos obſeruare cẽſuram,quoniã à Deo nec per hæreſim,nec per vllum omninò ſchiſma diſceſſit, q̃ ſi cunctis pollẽs virtutibus,omnipotenti minimè Dño per orthodoxam fidem penitùs adhæſiſſet? Congregatis conciliũ aduersùs eum,& ad imperij veſtri nutum, cũcti ſunt famulati minores,& ad votum ſecularium (vt cum pace veſtra dicamus) de ſolio imperiali deſcendentes,cathedram præſularẽ (vt ità fateamur)aſſcendiſtis,& pro deſiderio hoſtium eius, Auguſtalium oblíti ſceptrorum,quendam regem Iſrael imitantes, [*Regẽ Iſrael, Oziam dicit. 2.Par.26. Diſt. 10.c Imperium*] aduersùs illum ſacerdotalis miniſterij arripuiſtis officium, præſertim cùm imperium veſtrum ſuis publicæ rei quotidianis adminiſtrationibus debeat eſſe contentũ,

tentũ,nec vſurpare quæ ſacerdotibus Domini ſolùm conueniunt. Dicite, quęſumus, vbinàm legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros ſynodalibus conuentibus interfuiſſe,niſì forſitan in quibus de fide tractatum eſt,quæ vniuerſalis eſt, quæ oĩm communis eſt,quæ non ſolùm ad clericos, verùm etiàm ad laicos,& ad omnes omĩnò pertinet Chriſtianos?Vos autẽ non ſolùm ſynodo in cauſa ſacerdotis collectæ interfuiſtis,verùm etiàm numeroſa ſecularium millia fortè ad videndum eius opprobriũ aggregâſtis,cùm magìs debueratis in hoc imitari Conſtantinum pium Auguſtum,de quo ſcriptũ eſt, quòd dixerit,quia ſi vidiſſem aliquem eorum,qui religioſo circumamicti ſunt habitu, turpitudinem aliquam operantem, chlamydem meam explicâſſem,& cooperuiſſẽ eũ,nè videretur à quoquam. Sed hoc in viro omnia hæc obliuioni tradũtur. fit plauſus de Domini ſacerdote ſcurris & hiſtrionibus. Heu, quomodò obſcuratum eſt aurum, (libet cum Hieremia clamare) mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniũ platearum. Deindè verò contra ritum Eccleſiaſticum, contraq; venerãdas leges, producitur accuſator de imperialibus ędibus:& cui imperari poteſt ad falſum dicendum, teſtimonium adhibetur. Fiunt ſuſpecti, iudices: & lupi, cuſtodes: & mercenarij, qui videbantur eſſe paſtores, non aſſcendentes ex aduerſo poteſtatibus mundi, iuxta Ezechielem, nec opponentes murum pro domo Dñi, ſed deſcendentes in infernum viuentes, hoc eſt, ſcientes.

Dift. 90. c vbinàm.
Thre. 4.
Iniquũ iudiciũ contra Ignatium ab Imper.
4.q. 4.c.ſi
Ezec. 13.
Pſal. 54.

Submittitur minorũ, inferiorum, & ſubiectorum deliberationibus, cùm ſacris canonibus præcipientibus,& exẽplis ſanctorum patrũ, ſemper, vbì eſt maior authoritas, ſit eundum,& in omnibus controuerſijs ad potioris ſedis iudicia dirigaſ. Quod non ſolũ à catholicis, verùm etiàm ab ipſis conſtat obſeruatum hæreticis. Alioquin acephalum liquet eſſe concilium, vbì de tãta perſona agitur,& maiorum nõ expectatur ſententia, cùm nec in cauſa clericorum inferioris gradûs, ſolius epiſcopi ſui iudicium, tantummodò aliâs poſtulandũ, præſtolãdum ſit. Sed nè ſinè authoritate canonica quicquã proſequi videamur, ſancti Chalcedonẽſis concilij ſanctiones ad memoriam reducamus, quæ ità decernunt: Si clericus habet cauſam aduersùs epiſcopũ propriũ, vel aduersùs alterũ, apud ſynodũ prouinciæ iudicetur. Quòd ſi aduersùs eiuſdem prouinciæ metropolitanum epiſ. vel clericus habet querelam, petat primatẽ diœceſeos, aut ſedem regiæ vrbis Conſtãtinopolitanæ. In quo hic tenor obſeruandus eſt, vt ſi videlicet clericus aut epiſcopus aduersùs metropolitanum habet querelam,& tãta vrgetur neceſſitate, vel ſi hoc

Dift. 21. c ſubmittitur.
Canon. 9.

graue nõ ferat, vbicunq; ſit poſitus, primatem diœceſeos petat. Quòd ſi iuxta Conſtantinopolitanam vrbem quiſquam eorũ conſtitutus,& ſolius præſulis eius iudicio velit eſſe contentus, petat eandem regiam vrbem. Cùm enim dixiſſet, petat primatem diœceſeos, præceptũ poſuit eadem ſancta ſynodus, regulamq; conſtituit. Cùm verò diſiunctiua cõiunctione addidiſſet, aut ſedem regiæ vrbis Conſtantinopolitanæ, liquet profectò, quia hoc ſecundùm permiſſionem indulſit. Ergò ſaltem nunc non videtis, ad maiora ſemper eſſe properandũ? Et quãto magìs ad potioris authoritatis iudicium tenditur querimonia, tanto adhuc ampliùs maius culmen petendum eſt, quouſq; gradatìm perueniatur ad eam ſedem, cuius cauſa aut à ſe negociorũ meritis exigentibus in melius commutatur, aut ſolius Dei ſinè quæſtione reſeruatur arbitrio.

Quem autem primatẽ diœceſeos ſancta ſynodus dixerit, prę̈ter apoſtoli primi vicariũ, nullus penitùs intelligitur. Ipſe eſt enĩ primas, qui & primus habetur & ſummus. Quæ viritìm, ſi locus exegerit, in ſubditis demõſtrabimus. Nè verò moueat, quia ſingulari numero diœceſeos dictũ eſt: ſciendũ eſt, quia tantundẽ valet dixiſſe primatẽ diœceſeos, quãtùm, ſi perhibuiſſet, diœceſeon. Plenæ ſunt enim ſanctę ſcripturę tali forma locutionis. Deniq; ſcriptũ eſt, fons aſſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiẽ terræ. Qui enim non ait, vnus fons aſſcendebat è terra, ſed ait, fons aũt aſſcendebat, è terra: ꝓ numero plurali poſuit ſingularẽ, vt ſic intelligamus, fontes multos ꝑ vniuerſam terrã loca vel regiones proprias irrigãtes, ſicut dicitur miles,& multi intelliguntˇ: ſicut dicta eſt locuſta & rana in plagis, quibus Aegyptij percuſſi ſunt, cùm eſſet innumerabilis locuſtarũ numerus & ranarum. Ità & hîc diœceſim ſingulariter dixit, ſed hanc propter vnitatẽ pacis & fidei pluraliter intelligi voluit. Illud aũt ridere libuit, ꝙ quaſi ad maiorẽ firmitatem cõciliũ aduersùs Ignatium fratrẽ & cõminiſtrum congregatũ, æqualis numeri cũ ſancta olìm ſynodo in Nicea à ſanctis patribꝰ celebrata, fuiſſe perhibetis. quod ſi ideò eſt admittendum, quia ęqualis numeri cũ ſancta Nicena ſynodo antiſtites habet, neceſsè eſt vt aut ſeptimam, aut octauã hoc ſynodũ vocitetis. Neceſsè eſt etiàm, vt tot in ſimilitudine illius ſynodos colligatis, quot pro Nicenæ ſynodi ſequendis decretis conſtat fuiſſe concilia congregata. Quid aũt proficit, ſolo numero conuenientiũ perſonarũ ſanctam ſynodum vos fuiſſe ſequutos, & moribus hác eſſe crudeliter perſequutos? Vtinàm non eſſent tot numero, ſed tamẽ exiſterent tales meritis, quales erant quibus Chriſtus aiebat: Nolite timere puſillꝰ grex, qa cõplacuit patri meo dare vobis regnũ.

Primas diœceſeos quis.
Geneſ.
Exod. 10.
Concilij cõtra Ignatium.
Luc. 12.

Non

Non ergò totidem præſules, ſed merita nõ minora, ſynodũ ſynodo poſſunt facere parilem: magiſq; illud aduertendum eſt, quia ibì contra vnius nũcupati presbyteri veſaniam, non ſolùm multarum regionũ pontifices, verùm etiàm & patriarchæ.

Hîc verò non ſolùm in alicuius presbyteri, verùm etiàm patriarchę negocio, nõ ſolùm nullus patriarcharum, ſed necvllus alterius diœceſeos inuentus eſt quiſquam Epiſcopus, ſicut iam ſignificauimus. Numerus igitur puſillus nec obeſt, vbì abundat pietas: nec multiplex prodeſt, vbì regnat impietas. Quinimmò, quanto numeroſior eſt congregatio malignorũ, tanto validior eſt ad ſectandum ſuorum praua votorum.

Nec gloriandũm eſt in multitudine, vbì non contra mundi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritalia nequitiæ, certamen aſſumitur, ſed aduersùs carnem & ſanguinem, id eſt, aduersùs homines, totius belli pondus induciŧ: Niſì Pſalmiſta nôſſet quãdam non bonorum multitudinem, nequaquàm Deo ſupplicando diceret: Diſperge illos in virtute tua. Diſperſio enim minorationem facit, minoratio verò abolitionẽ generat. Nolite ergò gloriari in multitudine, quia non multitudo, ſed cauſa damnationem vel iuſtificationem adducit. Neque enim Ignatium iuſtiorẽ dixerimus iam memorato Dauid rege & propheta Dñi, qui dicebat: Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratìs. Sed quid de homine dicimus, cùm de Deo, nimirùm ex cuiꝰ perſona hæc Pſalmiſta dicebat, in paſſione ipſius, ſicut euangelium atteſtatur, tale quid nihilominùs agnoſcamus?

Quòd autẽ ſcripſiſtis, vos idcircò quoſdam noſtrorum adeſſe voluiſſe, quoniã dicebamur cum expugnatoribꝰ ſacrarũ imaginum concertare, noua profectò adinuẽtio eſt. Nam apud vos præſentia miſſorum noſtrorũ pro imaginibus ſacris nec dignè decertatũ eſt, nec impugnatores earũ hactenùs errare deſierunt: ſed ſicutì vſque ad illud tempus apud vos ſuper hac cauſa ſtrepitus & blaſphemiæ nõ ceſſârunt, ità & nũc ibidèm prophana prædicantur, & hucuſq; ſacrilega pronunciantur. Vndè appáret, legatos noſtros nõ cauſa pietatis à vobis, ſed crudelitatis argumento fuiſſe quæſitos.

Verùm ad quid fuerint petiti, res ipſa declarat: videlicet, ſicut iam dictũ eſt, vt quod de Ignatio iudicandum erat, & acceptum apud omnes & fixum ſemper maneret, vtpotè quod tantæ authoritatis vicarij iudicâſſent. Nos enim nec ſaltem tenuis rumor adſperſit aliquandò, cum praua ſapiẽtibus ſapere, quanto minùs cõcertare? Siquidem nuſquàm frigidus, nuſquàm tepidus labor ſanctorum Apoſtolicæ ſedis præſulũ, circa ſacrarum imaginum debitam reuerentiã & competentem venerationem apparuit.

ſor. & congregati fuerunt.
Nõ eſt gloriandum in multitudine.
Pſal. 58.
Pſal. 19.
Concertatio de imaginibus.

Nec defuerũt harum impugnatoribus deceſſorum noſtrorum certamina, qui hoc egérũt ſcriptis, hoc diuerſis laboribus, hoc etiàm ſuis increpationibus apud mundi huius principes, vt talis error eminùs pelleretur. Quanuìs dixeritis, nõ noſtrî eguiſſe vos ad expugnandos hæreticos, pro eo, quòd iam fuerit huiuſmodi hæreſis in Nicea ſecundò cõuocata ſynodo, & à magno Methodio deindè ſubuerſa. Quaſi non & ipſi ſecũdò in Nicea collectæ ſynodo Apoſtolica noſtra ſedes pręſederit,& prima cõtra malè ſentientes ſpiritalem ſagittã emiſerit. Et rursùm: Quaſi non & venerandæ memoriæ Methodius in Græcia perſequutione feruente, hîc apud beatum Petrum & apud nos, vbì olìm Athanaſius, vbì Paulus, vbì plurimi cum illis & præter illos, vbì deniq; ſemper catholicis ſubuenitur, conſequuti ſunt requiem, donèc appræhenderet campũ certaminis iam ſatiatus lacte huius matris omnium, ſanctæ videlicet Romanæ Eccleſiæ, catholicũ dogma defendere fuerit eruditus. Et quaſi non hinc authoritatẽ prędicandi ſumpſerit, nec hîc infulis ſacerdotalibus ditatus extiterit. Ad extremum, quaſi non hinc conſtantiam Petri & omĩa Pauli ad debellandos iconomachos arma portauerit, id eſt, loricam iuſtitię, calceatos pedes in præparatione euangelij pacis, ſcutum fidei, galeam ſalutis, & gladium ſpiritûs quod eſt verbum Dei. Nõ ergò dicatis, non eguiſſe vos in cauſa pietatis, Romanæ Eccleſiæ, quæ collecta cõcilia ſua authoritate firmat, ſua moderatione cuſtodit. Vndè quædam eorum, quia conſenſum Rom. pontificis non habuerunt, valitudinẽ perdiderunt. Quomodò non egeat quælibet ſynodus Romanæ ſedis, quandò in Epheſino latrocinio cunctis præſulibus & ipſis quoq; patriarchis prolabentibus, niſì magnus Leo, imitator ſcilicet illiꝰ Leonis, de quo ſcriptum eſt: Vicit Leo de tribu Iuda, diuinitùs excitatus, os aperiens, totum orbem & ipſos quoquè Auguſtos concuteret,& ad pietatem commoneret, religio catholica penitùs corruiſſet? Nam & in cauſa ſacrarum imaginum, ante ſanctiſſimum Methodium, quinimmò & ante ſynodum in Nicea ſub Irene congregatam, cùm adhuc hoc ſchiſma nouiter eſſet exortum, & Conſtantinopolitanos penè cunctos more peſtilentiæ inuaſiſſet, Romani pſules, Gregorius inter cæteros & Stephanus, conuocatis epiſcopis occidentalium regionũ, inueniuntur fortiter dimicâſſe,& hoc funditùs condemnâſſe.

Niceę ſynodꝰ ſecũda memoratur.
Methodiꝰ.
Ephe. 6.
Synodus abſq; Ro. Põtif. authoritate nõ valet.
Apoc. 5.

Hæc quidem primordijs epiſtolæ imperij veſtri reſpondimus, non quantùm poteramus adhuc, ſed quantùm ſufficere credidimus, ad conuincendã ſcilicet ſtoliditatẽ eorũ qui talia ſapiũt, qualia in epiſtola veſtro ſigno ſignata,& nobis miſſa, reſonare

Excuſatio, cur nõ ad omnia reſponſum ſit.

vide-

videbantur. Nō enim nos ex pio corde vel ore vestro, tam prophana tamque peruersa processisse putauimus. Ad reliqua verò, quæ ex eadem epistola vestra, plurima ex parte remanebant, rescribere his pro causis omisimus, videlicet, quoniam tāta nos pater cælestis secundùm beneplacitum suum ægrotatione, quasi filios suos corripuit, vt non solùm quæ ad respondendum propositionibus vestris idonea esse perspeximus, non valeremus exponere, verùm etiàm eadem ipsa qualiter dictarētur, nulli, ægritudine nimia pressi, quiuerimus edicere. Et quia legatus vester tanta est impatientia vsus, vt antequàm nos ex validissima infirmitate respirare aliquātulùm cognouisset, nullam moram passus, mox etiàm nobis inconsultis, Vrbe (quam vos quidem inueteratam, sed Honorius pius Imperator æternam vocat) discesserit: ob nihil aliud, nisì quia iam tēpus hyemis imminebat, & periculum suî vel militum suorum, qui secum erant, vehementissimè formidabat. Apud quem vix obtinere potuimus, vt saltē dum hæc scriberentur, quoniam ad Vrbem reuerti nullo modo voluīt, in Ostia positus expectaret. Tertiò, quia cùm eadem quæ superfuerunt in ipsa epistola, ad quæ nihil respondimus, sed potiùs philosophādo contempsimus, plena essent omni prauitate atque blasphemia, & contra ipsam dispositionem Dei (in qua Ecclesiæ sedisq́; Romanæ priuilegia, cunctarum ecclesiarū priuilegijs sua ineffabili prouidentia prætulit) venena diffunderent, non vestra esse verba, sicut prædiximus, quæ tā perperàm sonabant, credimus. Ac per hoc his, quę in ambiguum venerant, non potuimus, tanq̄ indubitatis, responsa vel apologetica scripta remittere. Veruntamen, si vestra fuerūt verba, quæ in despectum beati Petri Apostolorum principis, immò Dei, cuius ordinationi resistitis, scripta, & quasi detrahētia priuilegijs huius sacratissimæ Ecclesiæ missa sunt: fateor, non vos studiosè sacras regulas, non venerandarum synodorum actiones, non piorum Imperatorum leges, non veraces probabilium virorū historias lectitâsse. Quas fortè tamē tam conati estis in derogationem Ecclesiæ tantæ, inutiliter ac incompetenter atq; incongruè memorare. Sed rogamus omnipotentem Deum, vt qui suæ cognitiōis vobis reseruauit mysterium, tribuat quoquè nôsse ad plenum suæ dispositionis, qua sancta Ecclesia moderatur, arcanum, & quæ sint vel quanta & qualia priuilegia Ecclesiæ Romanæ, & ex quo ceperint exordium, & quis eius summæ authoritatis author existat, vobis clementer aperiat. Quòd si à nobis quæritis scire, vtpotè à ministris Christi & dispensatoribus mysteriorū eius, vobis euidentiùs ostendemus. Si verò nôsse paruipenditis, & solùm contra priuilegia Ecclesiæ Romanæ nisus vestros erigitis, caute nè super vos conuertantur. Durum quippe est vobis, contra impetum fluminis reluctari, durumque est, contra stimulum calcitrare. Porrò si nos non audiēritis, restat, vt sitis apud nos necessariò, quales Dominus noster Iesus Christ⁹ hos haberi præcepit, qui Ecclesiam Dei audire contempserint, præsertim cùm Ecclesiæ Romanæ priuilegia, Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitùs obseruata, & à sanctis vniuersalibus synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia iugiter venerata, nullatenùs possint minui, nullatenùs infringi, nullatenùs commutari. Quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus: & quod Deus statuit, firmum validumque consistit. Illeque potissimùm peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat.

Ro. Ecclesiæ priuilegia. Acto. 9. Matt. 18. Rom. 13.

Priuilegia, inquam, istius sedis vel Ecclesiæ perpetua sunt, diuinitùs radicata atque plantata sunt: impingi possunt, transferri non possunt: trahi possunt, euelli non possunt. Quæ ante imperium vestrum fuerūt, & permanent (Deo gratias) hactenùs illibata, manebuntque post vos, & quousquè Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. Ista igitur priuilegia, huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, à synodis non donata, sed iam solummodò celebrata & venerata, per quæ non tam honor, quàm onus, nobis incumbit, licèt ipsum honorem non meritis nostris, sed ordinatione gratiæ Dei, per beatum Petrum, & in beato Petro simus adepti, nos cogunt, nosque compellunt omnium habere solicitudinem Ecclesiarum Dei: cui, sancto scilicet Petro, addita est societas beatissimi Pauli Apostoli, vasis electionis, magistri veritatis, cui iugiter imminebat omnium Ecclesiarum solicitudo. Hi ergò tanquàm duo luminaria magna cæli, in Ecclesia Romana diuinitùs constituti, totum orbem splendore fulgoris sui mirabiliter illustrârunt, & Occidens eorū præsentia, velutì rutilante sole, tam per se nitorem dantē, quàm per discipulos suos, quasi quosdam radios lucis micante, factus est Oriens. Quiq; non postquàm mortui sunt, Romam à principibus sunt delati, vt Romanæ Ecclesiæ maiorem conferrent priuilegiorum honorem: sicutì apud vos, nō rationabiliter, sed potētialiter actum est, videlicet vt Ecclesię cæterę patronis suis priuarentur, & sola Constantinopolis spolijs & opibus, quas violenter abstulit, ditaretur: sed Romam in carne venientes, vitæ verbum euangelizantes, ab ea erroris caliginem amouentes, veritatis lumine mentes hominum illustrantes, & in ea vno eodēq; die martyrium consummantes, sanctā Romanam Ecclesiā roseo cruore suo consecrauerunt: & hanc non habētem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, exhibentes, Deo Domino dedicauerūt. ¶Sicq; demùm Alexandrinam ecclesiam suam fecerūt, per beatum scilicet Marcum, vnius horum filiū ac discipulum. Hæreditas quippe filij, in potestate parentis existit: & gloria discipuli, ad magistrum sinè cunctatione refertur. Fecerat autem beatissimus Petrus præsentia corporali & ecclesiā Antiochenam iam suam, quæ (sicut beatus papa dicit Innocentius) vrbis Romę sedi non cederet, nisì quod illa in transitu meruit, ista susceptū (quippe beatum Petrū) apud se consummatumq́; gauderet. Per has igitur tres pręcipuas ecclesias, omnium ecclesiarum solicitudo beatorum apostolorum principum Petri ac Pauli proculdubiò moderamē expectat. Pro quibus patribus nos, diuinitùs incremento gratiæ ministrato, nati sumus filij, & constituti (licèt indigni, licèt eis longè meritis impares) principes super omnem terram, id est, super vniuersam Ecclesiā. Terra enim Ecclesia dicitur, sicut scriptum est: Non sic impij, non sic, sed tanquàm puluis, quem proijcit ventus à facie terrę. Quę (sicut sanctus Augustinus exponit) Ecclesia intelligitur. ¶Hæredes quippe horum effecti, facultatē potestatis, quam à Domino perceperūt, & onus solicitudinis nihilominùs capessere nos oportet. Proindè animaduertendum est, quia nō Nicena, non deniquè vlla synodus quicquā Romanæ contulit Ecclesiæ *priuilegiū, quę in Petro nouerat eam totius iura potestatis pleniter meruisse, & cūctarum Christi ouium regimen accepisse, sicut beatus præsul Bonifacius attestaī, vniuersis episcopis per Thessaliā cōstitutis scribens: Institutio vniuersalis nascētis Ecclesię de beati Petri sumpsit honore principiū, in quo regimen eius & summa consistit. Ex eius enī Ecclesiastica disciplina per oēs ecclesias, religionis iam crescēte cultura, fons emanauit. Nicenę synodi non aliud præcepta testātur, adeò, vt nō aliquid super eam ausa sit constituere, cùm videret nihil supra meritum suum posse cōferri. Omnia deniquè huic nouerat Domini sermone concessa. Si omnia, ergò nihil defuit quod illi non cesserit.

Ro. Ecclesiæ priuilegia manebunt semper. 1. Cor. 11. Tres sedes patriarcha. Innocentius epist. Psal. 1. *priui.

¶Deniquè si instituta Nicenę synodi diligenter inspiciantur, inuenietur profectò, q̄a Romanæ Ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementū, sed potiùs ex eius forma, quod Alexādrinæ ecclesię tribueret particulariter, sumpsit exemplum. ¶Hæc igitur & his similia, nos pro cūctis ecclesijs solicitos reddunt. Hæc etiàm de Constātinopolitana ecclesia impigram curam arripere vehementer hortantur. Hæc inquam Ignatium patriarcham, nulla regula, nulloq́; ordine ecclesiastico dictante, deiectū, tāquàm fratrem adiuuare compellunt. Nam & inter cætera is, per quem nobis præcipuè ista sunt priuilegia collata, Tu aliquandò conuersus, audiuit à Domino, cōfirma fratres tuos. Siquidem & ideò in culpam cecidit, vt sciret, qualiter eorum infirmitatis misereri debuisset. ¶Hæc priuilegia Photiū, viuēte Ignatio, in caulas Dominicas nō per ostium, sed aliundè ascendentem, & pastorem impellētem, & oues dispergentē, nobis & ab honore, quem irregulariter vsurpauit, & à cōmunione Christianorū amouere, diuinitùs inspirata iusserunt. Quòd autem perhibet excellentia vestra, noluisse vos, vt à missis nostris Ignatius iudicaret, eò quòd fuerit iam iudicatus & cōdemnatus: fatemur veraciter, quia nec illud vlla ex parte videtur fuisse canonicū, nec hoc ipsorum iudiciū fieri præcepimus, nec factum admisimus.

Luc. 22.

¶Veruntamen cui magìs placuit, euidēter intelligitur, cùm patratum vos scribēdo roborâssetis, quod nusquàm aliquandò factū ab Imperatore recolitur, & omnes in eo scribere imperâssetis. Nos autem, nō solùm factum minimè recepimus, verùm etiàm doluimus, & à nostro consensu procùl amouimus. Quinimmò authoritate & exēplo antecessorum nostrorum in irritum duximus. Quòd si tempus indulgeret, quod dicimus, facilè probare ex monumentis poteramus ecclesiasticis. Patratores autem præsumpti iudicij, iudicio, in quo iudicauerūt, iudicati sunt secundùm euangelium: & mensura, in qua mensi fuerunt, dimensum est eis. Nos quippe illos, non vt Ignatij ad patriarchalē sedem promotionē vel ingressum inquirerent aut iudicarent, destinauimus: sed vt circunstantiam deiectionis eius ediscerēt, nobisq́; veritatem repertā repedantes intimarent, direximus. ¶Quod nostræ (Deo gratias) liquidò testantur epistolæ, quas ternas per Zachariam & Petrum atq; Leonem Deo amabiles scriniarios sanctæ Rom. Ecclesiæ vno textu scribi præcepimus, & coram sancta Ecclesia, quæ apud nos est, dispertiti sumus: & vnam quidem apud nos retinuimus pro futura scilicet cautela, & propter quæstionem quæ oriri poterat in posterū, quod eccè inpræsentiarùm (proh dolor) cernim⁹. Aliam verò dilectæ sublimitati vestræ direximus. Porrò tertiam eisdem legatis nostris tribuimus, vt illam velut specular prę oculis habentes, in ea meditarētur, quid agere debuissent, atq; recordarentur quid sibi à nobis constiterat esse preceptum. Et si fortassè vestra magnitudo dedignaretur sibi missam epistolam in episcoporum *ostēdere cœtu, iussimus eis, vt illam, quam sibi specialiter dederamus, quamq́; vnius formæ cum reliquis duabus esse nouerant, in eo conuentu, in quo causam deiectionis Ignatij præceperamus inquirere, ac diligenter inuestigare, imprætermissè legerēt, & in auribus omniū recitarent, licèt ipsi contrarij facti sint eorū

Pœna in legatos. Luc. 6. Ternę epistolę eiusdē tenoris. *ostendi

omnium,quæ sibi fuerãt imperatã. ¶Quãobrem & nunc,quia quędam scripta dicũt apud vos esse, tanquàm ex nomine nostro missa,quæ nos omninò non misimus:idcircò & hanc,quam mansuetudini vestræ dirigimus,in altero tomo scribi præcepimus:& hanc quidem Petrus, qui vnius prædictarũ trium scriptor extitit:quam verò penès nos retinemus,præfatus Leo,Deo amabiles scriniarij sanctæ Romanæ Ecclesię,quorũ fides nobis probata est,scripsisse noscuntur.

Iniqua Imp. petitio.

¶Porrò scripsit nobis imperiũ vestrũ, vt Theognostũ,qui à fratre & coëpiscopo nostro Ignatio,super quasdã prouincias exarchatûs pondus accepisse dinoscitur: necnõ & alios monachos,sibi tanquàm vestrę Augustalis* cùm tamẽ illi iniuriatores vestri nõ fuerint.quid aliud,nisi vt quanta pœna & in quibus tormentis subijciantur hi, qui ex parte Ignatij sunt,& apud vos in ditione vestra consistũt, liquidiùs agnoscamus:quandò hi non vtiquè ad epulas,non ad insulas alicuius honoris percipiendas profectò quęrũtur,sed potiùs ad puniẽdum, quos'fortè non vidistis, nec cui⁹ moris sint,penitùs agnouistis? Deniquè quidam eorum ab ineunte ętate Romæ diuinis obsequijs famulati sunt.Et non iustum credimus,huiusmodi tormentis fore subdendos. Theognostum autem nõ de vobis siuistra,sed potiùs grata prędicare testamur.Quamobrẽ ergò eum queratis ignoramus,nisi fortè quia illinc fugat⁹,hîc apud nos requiẽ(quẽadmodùm innumeri Christiani)aliquantulã reperit. ¶Siquidem tãta millia hominum protectioni ac intercessioni beati apostolorum principis Petri, ex omnibus finibus terræ properantium, sese quotidiè cõferunt, & vsq; in finem vitę suę apud eius limina semet mansura proponũt, præter illud, quòd vas è cælo submissum, in quo cunctorũ ostensa sunt eidem beato Petro horum omnium rectori, animantiũ genera,catholicam signat Ecclesiã, etiàm ipsa sola Romanorum vrbs, apud quam eiusdẽ apostoli corporalis præsentia sedulè venera tur,ipsius vasis cunctas dinoscatur in se cõtinere vniuersorum animalium(quę homines intelligũtur spiritaliter)nationes.Suscipit ergò ac continet in se Romana Ecclesia, quod Deus vniuersalem Ecclesiã susciperе ac continere præcepit.Decentissimũ quippe est,atq; conuenientissimum, vt apud se Petrus,quòd sibi specialiter ostẽsum atq; præceptum est,exhibeat: sicq; demùm quod in generali Ecclesia faciliùs credendum sit,innuat.Sanè intuendum est,quia &hoc vas,in quo omnia genera erant animãtium, Petro specialiter ostensum est, & vt ea mactaret & manducaret,illi soli iussum est,& post resurrectionem,vt rete plenum diuersis piscibus ad littus traheret,à Dño ipsi,ppriè soli præceptum est.Ipsam enim,cuius nos (licèt immeriti) vicẽ susceпimus, principaliter ac specialiter vniuersalis Ecclesię curam diuinitùs accepisse,etiàm nobis tacentibus,credim⁹q; vestra sapiẽtia iam animaduertat. Putásne ergò,Imperator,iustum est,vt tradamus aliquem eorum quos nunc cõmemoraуimus, principibus,quorũ aulas,dignitates,honores & beneficia cõtempserunt, vel quorum fortè indignationes aut persequutiones sustinuerunt?Absit.Nolumus emi,Deo authore,nec Iudæ proditori similes inueniri,nec paganorum excedere profectò nequitiam. Ipsi enim nihil tale agere penitùs patiuntur, quale nos perpetrare cohortamini vos.Deniquè cùm quidam antecessorum vestrorũ, quendã venerabilẽ virum ab Agarenorum principe,multis oblatis munerib⁹ sibi mitti poposcerit,non solùm minimè impetrauit, verùm etiàm(vt fertur)ab eo,quẽ querebat, pudoré cõferentia scripta recepit. Quãuis (Deo gratias)& per principalem beatorum apostolorũ Petri ac Pauli,de qua suprà partim exposuimus,potestatẽ,ius habeam⁹,nõ solùm monachos, verùm etiàm quoslibet clericos de quacunq; diœcesi, cùm necesse fuerit,ad nos conuocare, atq; ecclesiasticis exigẽtibus opportunitatibus inuitare.Hoc quidem nostrum:vestrum autem & piorum Imperatorum non est, vllũ penitùs querendi monachos ministeriũ,nisi ad miserendũ & orationes eorum submisse poscendum.

Omniũ nationum peregrini Romæ ad limina apostolorum.

Actor.10.

Quòd si forsitan opinamini,Theognostũ apud nos Photio detrahere,Ignatiumq; iugiter commẽdare,scitote veraciter,quia nihil ipse de vtroq; loquitur, nisi quod in palatio est,quod mundus dicit, quod omis Ecclesia clamat, quod ipsi per innumeros homines Romam ab Alexandria,ab Hierosolymis, à Constantinopoli & confinibus eius,ab Olympo monte,atq; à cęteris mũdi partibus aduentantes agnouimus:ad extremum quoquè,quod nos per Missos vestros & diuersa scripta patẽter intelleximus.quid ergò quis peccat, si ea dicit quæ vos dixisse cõstat?Eccè enim scripta vestra missa ad antecessorẽ nostrum, quæ penès nos recõdita seruantur, quosdã partis Gregorij Syracusani cõgregatis episcopis,etiàm absente fratre nostro Ignatio, vos anathematizãsse testãtur. Quid ergò quispiã delinquit,vel nos in quo(rogamus)offendim⁹, (licèt vos versa vice,quos tunc laudâstis,nũc vituperetis: & quos tunc reos & damnatos pronunciâstis,nunc miris præconijs efferatis) si quod scripsistis,credidimus: & quod dixistis, nos quoquè nunc dicimus? Postremò nisi correxerimus consilium nostrum, videlicet vt illud iuxta cõsilium vestrum dirigamus,vel si non effecti similes Iudæis,sicut ipsi caput, ità quoquè nos vobis mẽbra tradam⁹,interminatiõibus crebris deterrére nos & minitari videmini,tanq̃ sitis patrię & vrbi nostrę vltimum exterminiũ illaturi,q̃ nos,Christo pro-

Ioan.21.

propicio atq; custode(de quo scriptum est, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant qui custodiũt eam)ficut eatenùs non timuimus,nec modò timemus,credentes super muros eius angelorum custodiam,immò verò sciẽtes,quòd saluator positus sit in ea mur⁹ & antemurale,id est,apostolorum munimentũ intercessionũ. Neq; enim non legimus aut oblíti sumus minarũ Sennacherib regis Assyriorum & seruorum eius contra vrbem Hierusalem & populum eius,quæ non minores seu pauciores minis vestris fuerunt.Et rursùs miserationũ Domini recordamur,& qualiter 185.millia hominum de castris Assyriorum interiẽrint,& vrbs cum habitatoribus suis euaserit,in mẽte reuoluimus, & gratias agim⁹, & spem sumimus,ac fiduciali ter de domo Domini, si virtutẽ ipse donauerit, multùm Baal amouere curabimus, Quoniam ipse est nũc,qui tunc,ipse & in secula.Nec minor misericordia,nec infirmior omipotẽtia.Ergò nè velit minari puluis & vermis.Scriptum est:Quid superbit terra & cinis? Nè velit ampulla in aquis inflari,quia post pauxillũ,& eccè non est.Quid gloriatur in malitia,qui potens est in iniquitate?Quid facturus est? Occisurus est (vt verbi gratia dicamus) hominẽ? quoniam amplìus nõ habet quod faciat, hoc & vnus fungus mal⁹ facit.O Impator, in hoccine redacta est malitia hominis in iniquitate potentis,vt fungo malo comparetur?heu quàm inutilem potentem, heu superuacuè gloriantem. ¶Porrò vestra potens virtus in Domino potiùs glorietur, in bonitate laudetur,in iustitia exaltetur. Nõ minas nobis, non terrores velit incutere. Nescitis emi secundùm Salomonem,quid superuẽtura pariat dies.Et iuxta Psalmographũ Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat cõsilia principũ,præsertim cùm inter nos & vos non modica sit intercapedo, quæ quotidiè populos nõ pauxillas vobis iniurias,immò discrimina inferẽtes producit, & de his vos cõueniat potiùs quàm de nobis vlcisci.Nos enim apici gloriæ vestrę non damna,nõ cõuicia,nõ prorsùs vllas (quod absit) iniurias irrogauimus. Veruntamen quandiù subsistemus,ministerium nostrum honorificabimus,dispensationem nobis creditam exercebimus,antecessorum vestigia nostrorum sectabimur,ecclesiarum cũctarum solicitudinem baiulabimus in eo,qui nos cõfortabit,Domino nostro Iesu Christo, ¶Quid sæuiũt homines?quid mali fecim⁹ nos?Certènon Cretam inuasimus,non Siciliam exterminauimus,non innumeras Græcis subiectas prouincias obtinuim⁹. Postremò nõ ecclesias sanctorum, interfectis numerosis hominibus,ac suburbana Constantinopoleos,quę & muris eius penè contigua sunt, incẽdimus,& verè de istis nulla sit vltio qui pagani sunt,qui alterius fidei sunt, qui inimici Christi sunt,qui veritatis ministris iugiter aduersantur:& nobis,qui per gratiam Dei Christiani sum⁹,qui ex parẽtibus Christianis existimus atq; catholicis, qui vnius eiusdemq; fidei dogmata credimus,qui serui Christi vocamur, qui veritatis cultores, quantùm possumus,esse desideramus,minę prætenduntur,terrores promittũtur etiàm, & nonnullæ molestiæ irrogãtur.Non est iste ordo laudabilis,non est ista cõmutatio imitabilis,vt qui innumera mala ingerunt, impuniti euadant:& qui nihil mali gesserunt, pro his talia recipiãt:& qui Christũ blasphemant,dimittantur:& qui Christũ celebrãt, huiusmodi minis subijciãtur.Sed habemus ad quem respiciamus nos, habemus in quo consolemur.Fecerunt enim hoc & Iudęi,latronem dimittentes, & saluatorem tenẽtes: occisorem iustificantes,& viuificatorẽ condemnantes:Barrabam liberantes,& Christũ morti subdentes. ¶Sed his tãdẽm omissis, ad ea,quæ cum vniuersa sancta Ecclesia,quę apud nos est,dispensatoriè cõsideraуimus, stylum iam dirigem⁹, & cum beato Gelasio nostræ sedis antistite consultè dicemus:Necessaria rerum dispositione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur,sic canonum paternorũ decreta librare,& retrò præsulum decessorumq; nostrorum præcepta metiri, vt quæ præsentiũ necessitas temporum restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti,quãtùm potest fieri,temperemus. Et quoniam de persona Ignatij atq; Photij nihil discretius atq; mitius, necnon & salubrius arbitramur,vt vterq; Romã ad renouandum examẽ veniat,hoc magnoperè volumus,& vt vos annuatis, salubriter admonemus.Sed hoc secundùm indulgentiã concedimus,non licentiam id efficiendi pro libito cuiuslibet tribuimus. Quoniã cùm secundùm canones vbi est maior authoritas, iudicium inferiorum sit deferendũ, ad dissoluendum scilicet vel ad roborandum:patet profectò,sedis Apostolicæ,cuius authoritate maior non est,iudicium à neminę fore retractandum,neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt.Ab illa autem nemo sit appellare pmissus.Iuxta quod & Bonifacius atq; Gelasius sanctissimi præsules, non suis adinuentionibus,sed Ecclesię Romanę consuetudinem non ignorantes,dicunt: Bonifacius quidem Rufo & cæteris episcopis per Thessaliam & alias prouincias cõstitutis, scribens: Nemo,ait,vnquàm Apostolico culmini, de cuius iudicio nõ licet retractare,manus obuias audacter intulit. Nemo in hoc rebellis extitit,nisi qui de se voluit iudicari. Gelasius autem in commonitorio, Fausto magistro fungenti legatione Constantinopolim dato:

Matth. 27.

1.q.7.c.Necessaria.

Iudiciũ sedis Rom. omnibus maius.

9.q.3.Patet.

Bonifacius papa.

Gelasius papa.

dato:Nobis,inquit,opponūt canones,dum
nesciunt quid loquantur.Contra quos hoc
ipso venire se produnt,quòd primæ sedi sa-
na rectaq; suadenti parére fugiunt.Ipsi sunt
canones, qui appellationes totius Ecclesiæ
ad huius sedis examen voluêre deferri. Ab
ipsa verò nusquàm prorsùs appellari debere
sanxerunt,ac per hoc illam de tota Ecclesia
iudicare,ipsam ad nullius cómeare iudiciū.
Nec de eius vnquàm præceperūt iudicio iu-
dicare,sententiamq; illius constituerunt nō
oportere dissolui,cuius potiùs sequēda de-
Dis.35. q.9. creta mandârunt. Ergò de iudicio Ro.præ-
Sententiam sulis non retractando, quia nec mos exigit
quod diximus,comprobato, non negamus
eiusdem sedis sentētiam posse in melius cō-
mutari,cùm aut sibi subreptum aliquid fu-
erit,aut ipsa pro consideratione ætatum vel
temporum seu grauium necessitatū,dispen-
satoriè quiddā ordinare decreuerit:quoniā
& egregium apostolum Paulum quædā fe-
cisse dispensatoriè legimus, q̄ posteà repro-
bâsse dinoscitur: quandò tamen illa, Rom.
* disertissima videlicet Ecclesia,*discretissima considera-
tione fieri delegerit:non, quandò ipsa quæ
benè sunt diffinita,retractare voluérit.Por-
rò nè dicatis præter Ecclesiæ legem,Ignatiū
vel Photium Romam venire sanxisse,scitote
nos antiqui patris & prædecessoris nostri Iu
Iulius papa lij in hoc esse sequutos exemplum.qui iuxta
quod in epistola sua reperitur,his, qui cōue
nerant Antiochiæ,hoc præcepisse dinoscit̄,
& Theodoritus historiographus in his hoc
ipsum verbis ostendit: Verùm,inquiens,Eu
sebius eiusq; consortes,calumnias in Atha-
nasium factas Iulio Rom.pontifici destina-
uerunt,qui ecclesiasticam sequens legē,eti-
àm ipsos Romam venire præcepit, & vene-
rabilem Athanasium ad iudiciū regulariter
euocauit.Ille cōtinuò,euocatione suscepta,
venit. ¶Quòd si ad hoc dicitis,ille quidem
vocauit,sed ipsi venire contempserunt: au-
dite sequentia,& videbitis,vtrùm in laudē,
an in vituperium,ista sit illis putata contem
ptio.Subiūxit enim idem historiographus,
dicens: Calumniarū verò sarcinatores Ro-
mam quidem profecti non sunt, sciētes, fa-
cilè suum posse capi mēdacium.Nè ergò di-
catis,nos præter Ecclesiæ legē prefatos Ro-
mam venire sanxisse:quoniā,sicut ex histo-
riographo eccè audîstis, beatus Iulius & ac-
cusatum & accusatores Romam venire pre-
cepit,& venerabilem Athanasium ad iudi-
cium regulariter euocauit. Sed ille,qui bo-
nam conscientiam gerebat, nihil reluctans,
venit.Illi verò,qui malam, contempserunt,
scientes profectò (sicut ibi legitur) facilè su-
Regularis um posse capi mendaciū. ¶Quod nos quo-
ad iudiciū què Ignatio ac Photio modò probabimus,
euocatio. quia conscientia se remordente, qui pauet,
nobis obedire contemnet.Si tamen Ignati-
us,qui omī est humano destitutus presidio,
vestrum non impedimētum passus, sed po-

tiùs fuerit misericorditer vestro,qualiter ve
nire possit,adiutus auxilio. Porrò,si venire
illi per se nequeunt,primò quidē ipsi,cuius
rei causa venire non valent,nobis per satis-
factorias suas literas indicent.Deindè veni-
ant de his, qui cum Syracusano Gregorio
sunt,quotquot voluerint, vices cæterorum
tenentes,qui ipsius sunt partis.Mittātur eti-
àm de parte Ignatij archiepiscopi quidē An
tonius Cyzici,Basilius Thessalonicæ,Con-
stātinus Larissæ,Theodorus Syracossiano-
rum,Metrophanes Smyrnæ,& Paul⁹ episco
pus Ponti Heracleæ,Egumeni autem Nice-
ta,Chrysopoleos Nicolaus, Studij Dosithe
us,atque Lazarus presbyter,& monachus q
dicitur Cazaris:q ni fuerint missi,suspectos
vos reddetis,quia hos, in quibus certificari
possimus,à nostris obtutib⁹ subtrahere stu-
diosè curatis.Et ideò neminem cæterarum
partium admittemus,nisì fortè quos ex la-
tere vestro destinatos esse veraciter valemus
agnoscere. Quibus ex vtraq; parte conue-
nientibus,& coram nostra præsentia ac fra-
trum & coëpiscoporum nostrorum auditis,
quid quæstionis inter vtranq; partē emer-
serit,faciliùs agnoscamus,& canonicè finia-
mus.Mittat nihilominùs & Photius ex sua
parte quos decreuerit,qui modum promo-
tionis suæ*irreprehensibiliter & canonicū, for. *irreprehensibilem
si possunt,edoceant. Necnon & imperialis
apex vester,si libet,suos è latere mittat auli-
cos,qui in præsentia positi,quem iustitia &
rectitudo vtrisq; partibus finem dederit,pa
tenter agnoscant,vestræq; pietati renunci-
ent.Hi verò q ex latere vestro mittēdi sunt,
tales sint,qui & Deum timeant, & non sint
Ecclesiasticarum inexpertes traditionum,
atq; veritati obediēter & facilè acquiescant.

Verùm quia sunt quidam ex his,quos Ro
mam venire præcipimus, qui nulla sua ha-
bentes solatia, nisì aliorum freti subsidijs,
omninò tantum iter arripere nequeant,id-
circò quasi præsentialiter clementiam ve-
stram exoramus,vt quibus egēt ad tam dif-
ficile atque prolixum iter, pro dilectione
Dei misericorditer præstare dignemini.Cre
dimus enim acceptum esse vobis istud con-
silium,nec molestè feret honor regius ve-
ster,qui iustitiam diligit,pro his quæ taliter
efficienda decreuimus. Quoniam iustitia
sæpiùs ventilata,clariùs splendescit in lucē.
Proindè materiam,per quam veritas possit
fieri manifesta,confidimus quòd pietas ve-
stra benignè cupiat adiuuare.

¶Cùm autem legati vestri venerint,mit- Requisita ad iudiciū
tite quæsumus & epistolas authenticas,
quas per Radualdum & Zachariam du-
dùm episcopos misimus, vestræ scilicet
eminentiæ atque synodo, quæ tunc pro
sacris imaginibus esse colligenda putaba-
tur: quatenùs si tales permanent apud vos,
quales à nobis constat fuisse transmissas,
apud nos inuestigentur: sicque decæterò
falsò

falsò dicentiū,alia nos scripsisse preter quæ
misimus,labia conticescant. Si verò quædā
in eis habentur inserta, quę nos scribi non
iussimus,nec mitti voluîmus,diligēter scru-
temur,& cuius culpa sit actum,reperiamus.
Est enim apud nos socia illarum duarū,quā
apud nos(sicut iam suprà diximus)retinui-
mus,pro futuro scilicet testimonio, vno te-
nore cum ipsis duabus exposita, & eisdem
syllabis cōtexta per omnia.Precamur etiàm
dilectionem vestram, vt nobis actionū au-
thentica, in quibus continet̄,qualiter Igna-
tius primitùs sit existimatus depositus, de-
stinare dignemini,& monumēta gestorum,
quę per Leonem à secretis misistis,quęsum⁹
ipsa nobis authentica transmittite, tam illa
videlicet, vbì de tyrānica expoliatiōe Igna-
tij refertur,quàm illa,in quibus de imagini-
hoc obscurius bus est agitatū,licèt penè nihil & à paucio-
ribus psulibus, quàm in Ignatij putata de-
positione fuissent inuenti.In quo datur in-
telligi,quòd maius studium fuerit arreptū
in læsione hominis,quàm in laude Dei.

¶Iam verò si monitis nostris obediēritis,
& quę intimauimus,adimplere studueritis,
fauente Domino,authoritateq; sanctorum
principum apostolorū potiti licentiā Chri-
stianissimæ ac māsuetissimæ sublimitati ve-
strę cōcedemus cum sancta catholica & apo
stolica Ecclesia,specialiter autem nobiscum
& cum cōsacerdote nostro Ignatio, & cum
parte ipsius,cōmunionis gratię participādi,
excepta cōmunione Gregorij Syracusani,
& partis eius atq; consentaneorū ipsius cō-
munione. Porrò,si fortasśis excellentiæ ve-
strę non placet,quod superiùs scrip simus ,p
mittendis ex vtrisq; partibus legatis,scitote
nos nil conuenientius aut cōmodius,quàm
hoc,fieri posse penitùs inuenisse. Quanuìs
& ad hoc ipsum ,p vestro imperiali amore,
nè vobis existimemur in nullo satisfacere
velle,condescendamus:atq;,nè minùs pacē
Ecclesiæ nos velle sectari,quàm semper vo-
luîmus,opinemini. ¶Siquidem(vt prætu-
limus)nulla regula, nullaq; cōsuetudo de-
monstrat,sedis Apostolicæ semèl prolatam
sententiam, ipsa non annuente, vltrà posse
mutari.Nihil prætereà est,quod vos auerte-
re debeat,(si placet,credite)quô minùs pre-
fatos viros in nostram præsentiā dirigatis,
ad inquirendam scilicet iustitiam & verita-
tem.Testis em̄ est nobis omnipotens Deus,
quia non est in mente nostra quælibet intē-
tio vel desideriū,nisì diligenter inuestigan-
di & inueniēdi, quid æquitas vnicuiq; par-
ti tribuat,& quid Ecclesiæ præsenti statui &
futuro cōueniat. Non ergò putetis,nos aut
Ignatio velle fauere cōtra iustitiā, aut Pho-
tium impugnare,canonibus sibi nō resistē-
Matth. 5. tibus. Certè perfectorum Christianorū est,
Roman. 12. non solùm nulli velle nocere, verùm etiàm
lædenti se,malum pro malo non reddere.In
quo ergò coram Deo loco, vel inter quos

computaremur, si nil nobis contrarietatis
irroganti inimicitias inferre appeteremus?
Igitur dignetur credere pietas vestra, quo-
niam nec isti volumus in sua iustitia contra-
ire,nec Ignatio,non suffragantibus canoni-
bus & ecclesiasticis traditionibus,auxiliari.

¶Credimus autem in Domino, qui dixit
de tenebris lucē splendescere,& qui dat ho-
mini scientiam, quoniam si partes quas di-
ximus,ad illius limina peruenerint,qui mē-
tiētes Ananiam & Saphirā gladio sanctispi- Actor. 5.
ritûs interemit,si qua sunt incerta & abdita,
reuelabuntur,& manifesta fient. Quia nos
hoc semper in voto habemus, & inhianter
desideramus,vt æqualitatē vtrisq; partibus
seruātes,nihil nisì quod sacri canones,nisì
quod æquitas dictauerit,adiuuāte Domino
statuamus, nullius detrimentum volentes,
quanto minùs periculum anhelantes.

¶Quamobrē ergò iam,quia sic se veritas Zelū Christi imitatur Rom. Pont.
habet,contra partem Gregorij Syracusani
simus commoti & in flagella profecti: si vul
tis agnoscere,dignanter audite. Videlicet
quoniam nō surdi fuimus auditores sancti
euangelistæ,qui nobis refert, quòd redem-
ptor noster flagellum fecerit de resticulis,& Ioan. 2.
templum ingressus,omēs in eo diuerso mo-
do malè operantes ex ipso proiecerit.Quod
cernentes apostoli,potuerūt vtiquè, minùs
adhuc perfecti,mirari, velutì forsitan nunc
vos,quomodò tanta facilitate sacerdotes &
cunctos malos operarios foràs è templo pe-
pulerit.Sed posteà recordati sunt,quia scri-
ptū erat,Zelus domûs tuæ comedit me. Nō Psalm. 68.
itaq; inimicitiæ,non humanum odium, nō
vllum(Deo gratias)malignū desideriū, nos
contra præfatæ partis homines impulit, sed
zelûs domûs Dei,zelus paternarū traditio-
num,ordo Ecclesiasticus,antiqua cōsuetu-
do,solicitudo,quam circunferimus cuncta-
rum Ecclesiarum Dei: necnon & priuilegia
propriæ sedis,quę in B.Petro suscepta diui-
nitùs, & in Ecclesiam Romanam deriuata,
vniuersalis celebrat & venerat̄ Ecclesia,sicut
prædiximus,nos accendunt, & silere ac de-
sides esse nequaquàm permittunt.

¶Ergò cùm ità sit,quoniam vt veritatem Integritas & cōstātia Rom. Pont.
dicamus,per omia ità est,& si tempus indul-
geret,mille quę dicimus, valerem⁹ testimo-
nijs demonstrare, & vobis ex probabilium
scriptis virorum indicijs ostēdere multipli-
bus: nolite indignari, nolite aduersùs nos
frustrà causari,nolite peruersorum hominū
verba libenter audire,sed potiùs nos audi-
te.Nolite nobis minas prætēdere,quoniam
nec illas Domino protegente, metuimus,
nec per has præcepta vestra,nisì diuinis fue-
rint iussis ornata, faciemus. Parati autem
sumus propter veritatem sanguinem nostrū
effundere:& quidem plebem diuinitùs no-
bis commissam,nec vobis,nec vlli vestrûm,
propicio Christo,trademus.

¶Vestrum autem est considerare, vtrùm Exitus Imperatorū, q.
 quod

Rom. Eccl. persequuti sunt.

quod meditamini, valeatis nécne perficere. Cogitate itaq; dies antiquos, & annos ęternos in méte habetote, & quid Imperatores, qui persecuti sunt Ecclesiam Dei, & maximè Ecclesiam Romanam, id est, Nero, Diocletianus, Constãtius, Anastasius, & cæteri moris eorum, pertulerint, & vbì modò sint, attendite diligenter: & quantùm sit in Ecclesia Dei execrabilis fama eorum, & nomé detestabile, sapiéter aduertite. Quanta autem

Boni Imp.

Dei cultorum Augustorum, qui Ecclesiam Dei exaltauerunt, & præcipuè Romanam, Constantini videlicet & Constantis, Theodosij quoquè maioris & Valentiniani, & cęterorum laus in vniuersali Ecclesia polleat, & eorum præconia vbiquè personét, & nomen eorum inter sacra mysteria imprætermissè commemoretur, attétiùs & sedulè recordamini, sicq; nos audire illos imitantes satagite. Patres etem vestri per gratiã Christi sumus, & vos tanquàm charissimos diligimus filios. Nec possumus vobis nisì viam veritatis ostédere, terrenam gloriam vestrã augeri diuinitùs exoptamus. Sed quid peccamus, si cælestem ac æternam vos capessere nihilominùs exoramus?

Exhortatio pia.

¶Quapropter attendat clementia vestra, quãtus fuerat erga sedis Apostolicę reuerẽtiam antecessorum vestrorum, piorum dũtaxàt Imperatorum, & pręcipuè, quos lõgè superiùs memorauimus, amor & studium: qualiter eam diuersis priuilegijs extulerint, donis ditauerint, beneficijs ampliauerint: qualiter illam literis suis honorauerint, eius votis annuerint, instituta perficienda mandauerint, orationes petiuerint, fidem sectandam decreuerint: qualiter etiàm legib⁹ suis pro adunandis ei ecclesijs promulgauerint, pro colligendis concilijs ac proferendis sententijs non imperauerint, sed precati & hortati solùm extiterint: & quæ illi decreuerũt, ipsi consenserint: & quæ illi damnauerunt, ipsi respuerint. Sic ergò fili charissime, sic & tua sublimitas non ex parte ingratorum & inobedientium filiorum existés, (quod absit) sed hos inter cæteros Dei cultores Augustos imitata, quę decreuimus de Constantinopolitana ecclesia, obediéter attendat. Ista quæsumus, suadétibus sæpiùs nobis, pietas vestra nos minimè spernat, præ oculis habitis Domini verbis, dicentis: Qui audit vos,

Luc. 10.

me audit: & qui vos spernit, me spernit: & q

1. Thess. 4.

me spernit, &c. Deniquè & concordãs Apostolus Domino nostro: Quapropter, inquit, qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit spiritum suum sanctum in nobis. Verùm si nos vobis spernendos esse ducitis, nos tamé non possumus ea quæ Dei sunt, spernere & negligere, quô minùs & saluti vestræ consulamus, & de acceptione talenti crediti nostrum periculũ declinemus, dispensatione nobis cælestis seminis iniuncta. Væ si non sparserimus, vę si tacuerimus.

1. Cor. 9.

quod cùm electiõis vas formidet & clamet, quanto magìs cuilibet exiguo metuendum est? Proindè sicut non leue discrimen incũbit pontificibus, siluisse pro diuinitatis cultu & Ecclesiæ correctione, quod congruit: ità his (quod absit) non mediocre periculũ est, qui cùm debeant parére, despiciunt.

Primatus Pont. inuiolabilis.

Et si cunctis generaliter sacerdotibus diuina tractantibus, fidelium conuenit corda submitti, quãto potiùs sedis illius pontifici consensus est adhibendus, quem cunctę ecclesiæ generalis iugiter pietas celebrauit? Vbì clementia vestra euidéter aduertit, nũquàm quouis penitùs humano consilio eleuare se quenquam posse contra illius priuilegium vel confessionem, quem Christi vox prætulit vniuersis, quem Ecclesia venerãda confessa semper est & habet deuota primatem. Impelli non valent humanis præsumptionibus, quæ diuino sunt iudicio constituta. Desinant ergò (rogamus) temporibus vestris quidam per occasionem perturbationem ecclesiasticam præcipitãtes appetere, & quæ nõ liceat, ambire. Alioquin & quod malè appetiuerũt, nõ perfruentur: & ipsam quoquè Christianitatem, nisì resipuerint, prorsùs amittent.

Vos autem quæsumus, nolite præiudiciũ Dei Ecclesiæ irrogare. Illa quippe nullũ imperio vestro præiudicium infert, cùm magis pro stabilitate ipsius æternam diuinitatem exoret, & ꝓ incolumitate vestra & perpetua salute iugi deuotione precetur. Nolite quæ sua sunt, vsurpare: nolite quæ ipsi soli commissa sunt, velle surripere, scientes quia tãtò nimirùm à sacris debet omnis mundanarũ rerum administrator esse remotus, quantò quemlibet ex catalogo clericorũ & militantium Deo nullis conuenit negocijs secularibus implicari. Deniquè hi quibus tãtùm humanis rebus, & nõ diuinis, ꝑesse permissum est, quomodò de his, per quos diuina ministrant, iudicare ꝑsumant, penitùs ignoram⁹.

Dist. 96. c. Deniquè.

Distinctæ potestates, papatus & imperium.

¶Fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidã typicè reges simul & sacerdotes existerent. Quod S. Melchisedech fuisse, sacra prodit historia, quodq; in membris suis diabolus imitat⁹, (vtpotè qui semper, quę diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu vindicare cõtendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi pontifices dicerentur. Sed cùm ad verum ventum est eundem regem atq; pontificem, vltrà sibi nec Imperator iura pontificatûs arripuit, nec pontifex nomen Imperatorium vsurpauit. Quoniam idem mediator Dei & hominũ homo Christus Iesus, sic actibus proprijs & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusq; discreuit, propriã volens medicinali humilitate sursùm efferri, nõ humana supbia rursùs in inferna dimergi, vt & Christiani Imperatores pro ęterna vita põtificibus indigerent, & põtifices ꝓ cursu temporaliũ tantũmodò

Genes. 14.

Distin. 96. c. Cùm ad verum.

modò rerum imperialibus legibus vterentur: quatenùs spiritalis actio carnalibus distaret incursibus: & ideò militans Deo, minimè se negocijs secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis pręsidere videretur, qui esset negocijs secularibus implicatus, vt & modestia vtriusque ordinis curaretur, nè extolleretur vtroq; suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus ritè collectis, satìs euidéter ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsùs, nec solui posse pontificem, quem constat à pio principe Constãtino (quod longè superiùs memorauimus) deum appellatũ, nec posse deum ab hominibus iudicari, manifestum est. Sed & Theodosius minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ primæ, dicit: Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quidé quæ faciendæ sunt de pijs dogmatibus quęstiones, seu potiùs expositiones, communicare. Illicitum nanque est, eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus.

1. Tim. 2.

Ibid. c. Satis.

¶Quid prætereà hinc Romani præsules sentiant, quid Latini Græcique doctores hinc exponant, quid deniquè Maximus venerabilis monachus, & tillo in tẽpore apud vos penè solus catholicus, in disceptatione sua perhibeat, quoniam longum est scribere, interrogate seniores, qui tamẽ moribus seniores sunt, & dicét vobis. His itaque manifestè repertis, appáret, comministrum nostrum Ignatium per imperialem tãtummodò sententiam nullo modo potuisse prorsùs expelli. In cuius damnatione, quia præsulum quoquè assensus est subsecutus, appáret id causa fuisse patratum adulatiõis, non legitimæ sanctionis. Siquidem intãtùm vestra sententia pręsulum pręcessit sentẽtiam, vt non solùm vestro sit iussu à credita sibi ante omnem interrogatiõem idem antistes pulsus ecclesia, verùm etiàm posteà in damnatiõe ipsius, (sicut gesta illius latrocinalis synodi, quæ nobis per Leonem illustrem à secretis misistis, indicant) quod nunquàm (nisi fallimur) aliquandò fuit actum, primi & *ante scripseritis episcopum.

*ante omnes subscripseritis episcopos.

¶His ità ꝑlibatis sub conspectu Dei, purè syncereque pietatem vestram deprecamur, obtestamur, exhortamur, vt petitioné nostram non indignãter accipiatis. Rogamus deniquè, vt nos in hac vita potiùs audiatis deprecãtes, quàm (quod absit) in diuino iudicio sentiatis accusantes. Et ideò nolite (precamur) irasci, si vos tantùm diligimus, vt regnum, quod temporaliter assecuti estis, velimus vos habere perenne: & q̃ imperatis seculo, possitis regnare cum Christo. Nam qua fiducia (rogam⁹) illic Dei præ-

mia petituri estis, cuius hîc Ecclesiæ detrimenta nõ prohibetis? Non sint grauia, quęsumus vos, quæ pro vestræ salutis ęternitate dicũtur. Scriptum legitis, Meliora sunt vulnera amici, q̃ fraudulenta oscula inimici. Prou. 27.

¶Deus omnipotés cor imperij vestri ad intelligenda quæ dicimus, clementer aperiat, & nobis obedire in his, de quibus scribimus, impetrare nutu intimę inspiratiõis suę dignetur, Christianissime & dilectissime fili.

Explicit epistola.

¶Quisquis auté hanc epistolam nostram Constantinopoli legerit, & Augustissimo filio nostro Imperatori Michaeli, quicquam ex his, quæ in ea scripta sunt, occultauerit, si locum apud illum potest inuenire sufficientem, anathema sit. Quisquis etiàm interpretatus eam fuerit, & ex ea quicquam mutauerit vel subtraxerit, aut superaddiderit, præter illud quod idioma Græcę dictionis exigit, vel interpretãtis scientia intelligendum non tribuit, anathema sit. Obtestatio.

¶Hęc quidem, quæ hucusquè per periochas nouem sunt scripta, priùs acta, & à nobis per quosdã fraternæ generalitati vestræ intimãda sunt missa, præter epistolam illam Apostolatûs nostri, quam Michaëli excellẽtissimo Imperatori per quendam ipsius legatum, qui se Protospatarium appellabat, nomine Michaëlem, transmisimus. Posteà verò cùm cognouissemus quia penès hos, qui nolunt sanis acquiescere monitis, nihil solùm scribendo proficiebamus, ratum duximus, per legatos nostros & iteratas literatas *eorum, quæ videbantur Ecclesiæ profutura, mandare. Huius rei gratia direxim⁹ Constãtinopolim Donatum sanctissimum episcopum, & Leoné venerabilem presbyterum, atque filium nostrum Marinum diaconum: quatenùs hi, qui literis admoniti, parére refugiunt veritati, saltem verbis salutaribus conuenti, discant tandé diuinis institutionibus minimè resultare. Quibus in scriptis dedimus, quæ habentur in subditis, quæque per tres periochas distinguenda fore decreuimus. Prima vtiquè harum est, quę & decima huius est periocha voluminis, cõtinés epistolam ad iam memoratum Augustum trãsmissam, & alteram ad episcopos ac cæteros ordines Constãtinopoli subiectos. Secũda verò periocha est, quę huius corporis vndecimum complet locum, habens in se duas epistolas, vnam Photio, & alteram Bardæ fautori eius descriptam. Porrò tertia est, quæ & duodecima est istius codicis periocha, circunferens in se fratri & coëpiscopo nostro Ignatio, & matri Imperatoris atque vxori ei⁹ singulas missas epistolas, necnõ & epistolam vniformem, quam quibusdam claris vrbis Cõstantinopolitanæ senatoribus singulatìm scribendam atque mittendam fore præuidimus.

Argumentum totius Tractatûs.

for. *ea

Hæc Nicolaus papa primus.

RESCRIPTA NICOLAI PAPAE, HVIVS NOMINIS primi, ex Gratiani volumine in vnum collecta per Ioannem Cochlæum, & in viginti titulos dispartita.

DE CONSTITVTIONIBVS ECCLESIAE. TIT. I.

Dist.10.c.1. Episcopis in Cœlio apud Cœuicinium congregatis.

Mperiali iudicio nó possunt iura ecclesiastica dissolui. Nec possunt Imperatorum leges euãgelicis & apostolicis, atq; canonicis decretis, qbus postponende sunt, inferre piudiciũ.

Dist.12.Ridiculum.

2 Ridiculũ est, & satìs abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitùs à patribus susc epimus, infringi patiamur.

DE CONSVETVDINE. TIT. II.

Dist.8.c. Mala

1 Mala consuetudo non minùs, quàm pernicios a corruptela, abijcienda & vitanda est.

Dist 12 Scit Michaeli Imp.

2 Nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco & tempore constitutiones vel consuetudines, si illis canonica nõ obsistat authoritas.

Dist.21.Deniquè.

3 Illi qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesijs consuetudinem tradiderunt, hodieque in Romana Ecclesia (quæ magistra est omnium ecclesiarum) imprætermissè seruatur, ità vt nullus sacerdos, maiore suo nõ inuente consacerdote, cuiuslibet rei benedictionem dare nitatur. Sed & anterior stãs ad pronunciandã aliquã lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet benedicere: quia in epistola ad Hebræos legim⁹, quòd minor à maiore benedicitur.

Heb.7.

DE IVDICIIS. TIT. III

Ibidèm c.Inferior

1 Inferior sedes potiorem absoluere, aut iudicio ligare non potest, nec proprijs diffinitionibus subiugare.

Ibi.c.Nolite.

2 Filios circa spiritualem patrem, vt discipulos erga magistrum, ità deuotos ac sobrios esse decet, vt nulla penitùs temeritate ad eorum vitam dijudicandam, nec saltem tenuiter reprehendendam, prosiliant.

Ib.c.Núc au.

3 Non potest quisquam ritè ab his, qui inferioris ordinis vel dignitatis sunt, iudicialibus submitti diffinitionibus. Vndè factum est, vt in concilio episcoporum nullus in Marcellinum papam, qui tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum idolis compulsus sacrificauerat, sed postea insignis martyr effectus est, sententiam proferre ausus fuerit, dum ei sæpissimè omnes dicerent: Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Et iterùm: Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, &c.

Ibi.c.sequẽti.

4 Acephalum liquet esse concilium, vbi

de tanta persona agitur, & maiorum nõ expectatur sententia, cùm & in causa clericorum inferioris gradûs, solius episcopi suiiu dicium tantummodò postulandum sit.

5 Intantùm hanc præsumptionem sancti patres apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum Alexandrinum antistitem, inter cętera idcircò potissimùm sinè vlla restitutione damnauerint, quòd ponens in cælum os suum, lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in sanctũ Leonem papam dictauit.

6 Omnes leges tã Ecclesiasticæ q̃ vulgares & publicæ præcipiũt, vt oñia sibi ablata restituãtur ei, qui suis est rebus expoliatus.

7 Quòd suspecti & inimici, iudices esse non debeãt, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum commiserit, quem lædere fortè voluerit?

8 Reuerà iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decídere non formidat.

9 Indicas Hermãnum episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum, ꝓ quibus, quia ex parte ipsius persona deest, nos vni parti ad discrimen alterius credere proculdubiò non possumus.

10 Necesse est secundùm sacrarum scripturarum documentum, ac secũdùm iustitiæ tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse, & vnam partem, quantacunq; & qualicunque prædita sit authoritate, sic prorsùs audiri, vt alteri parti nullum præiudicium irrogetur.

11 Hæreticis non licet accusationes contra orthodoxos episcopos pro ecclesiasticis facere negocijs. Hæreticos autem dicimus, tam eos qui olìm ab Ecclesia proiecti sunt, quàm qui post hoc à nobis anathematizati sunt. Præter hos autem & eos, qui fidẽ quidem sanã negant vel simulant confiteri.

12 Contra ritum ecclesiasticum, contraq; venerandas leges producitur accusator vel testis de imperialibus ædibus, & cui imperari potest, ad falsum dicẽdum, testimõium adhibetur. fiunt suspecti, iudices: & lupi, custodes.

13 Quod benè semèl definitum est, & interpositis iuramẽtis deliberatum, nulla debet iteratione (nisì fortassìs vbì fuerit maior authoritas) retractari.

14 Ait Cælestinus papa, Orientalibus episcopis scribens: Si quis ab episcopo Nestorio, vel ab alijs qui eum sequunt, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, in nostra hunc communione durãsse & durare manifestum est. Nec iudicamus eum esse remotum, quia non poterat quenquam eius remouere sententia, qui iam se præbuerat ipse remouendum.

15 Hi-

15 Historia ecclesiastica, ab Eusebio Cęsareensi episcopo cõfecta, de muliere quadam quæ de castitate à marito accusabatur, ait: Præceptum est ab Imperatore, lege lata, vt primò permitteretur ei rem familiarẽ liberè diutiùs ordinare, tunc demùm responderet obiectis. Hoc omnes leges tam ecclesiasticæ quàm vulgares publicæque præcipiunt. Si autem de mulieribus & secularibus viris hæc cõstituta sunt, multo magìs ecclesiasticis hominibus & sacerdotib⁹ sunt concessa.

16 Siue de coniugij fœdere, siue de adulterij crimine iudicium agitandum sit, nulla ratio patitur, Tebergã cum Lothario posse inire certamen, nisì priùs ad tempus fuerit reddita suæ potestati, & cõsanguineis propijs liberè sociata. Itaque etiàm locus prouidendus est, in quo nulla vis multitudinis formidetur, nè sit difficile testes producere vel cæteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersijs requiruntur.

DE ROMANA ECCLESIA & sede Apostolica. Tit. 4.

1 Omnes, siue patriarchæ cuiuslibet apicem, siue metropolis primatus, aut episcopatuum cathedras, vel ecclesiarũ cuiuscunque ordinis dignitatem, instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ipse fundauit, & supra petram fidei mox nascẽtis erexit, qui beato Petro, æternæ vitæ clauigero, terreni simul & cælestis Imperij iura commisit.

2 Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari seu militari tumultu, Apostolicæ sedi sinè cõcordi & canonica electione cardinalium eius Ecclesiæ ac deindè sequentium clericorum religiosorũ inthronizatur, non papa vel apostolicus, sed apostatic⁹ habeatur. Liceatque cardinalibus & alijs clericis Deum timentibus & laicis, inuasorem illum anathematizare, & humano auxilio à sede Apostolica pellere.

3 Licèt nunquàm Apostolicæ sedis modus fuerit, absque signatis apicib⁹ vndecúquè legationem suscipere, nos tamen sublimitatem vestrã in nobilissimo viro ac strenuo legato vestro honorantes, eiusque gratiam & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones, nihilominùs eum absque epistola vestra suscepimus.

4 Per principalem beatorum apostolorum Petri & Pauli dextram & potestatem & ius habemus, non solùm in monachos, verùm etiàm in quoslibet clericos de quacũque dioecesi, cùm necesse fuerit, ad nos conuocare, atq; ecclesiasticis exigentibus oportunitatibus inuitare.

5 Arguta sapientia tua, materiam depositionis aduersùs Rotardum assumpsit, & abitinere Apostolicæ sedis remouit, & continuatìm Apostolicam sedem appellantem damnauit, & carcerali custodiæ mãcipauit. Priuilegia tamen Apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullo modo debuissetis, qbus venerandi canones iudicia totius Ecclesiæ ad hanc deferri iubent.

6 Patet profectò, sedis Apostolicæ (cuius authoritate maius nó est) iudicium à nemine fore retractãdum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Nec de eius iudicio canones vnquàm præceperunt iudicari, sententiamque illius constituerũt non oportere dissolui, cuius potiùs sequẽda decreta mandauerunt.

6.q.3.Pater. Michaeli Imp.

7 Authoritatẽ venerabilium prædecessorum nostrorũ sequuti, & nominatìm beatissimi papæ & martyris Alexandri, quinti à B. Petro, ab omnibus iuramentis & cuiuscunque modi obligationibus, qbus illi sese coacti violentia impiorum obligauerunt, absoluimus, & nè illa seruentur, vetuimus, tam archiepiscopũ treuirensem, quàm eius præpositum, & oñes qui tunc temporis capti, se illis quoquo modo obligauerũt. Neque vllam eos proindè infamiã vel calũniam, autà suis bonis sequestrationem vnq̃, authore Deo & sanctis apostolis & nostris prædecessoribus, sustinere permittimus, sicut per prophetam Dominus dicit: Dissolue colligationes impietatis, &c.

15.q.6.c.2. Epis Galliæ. Esa.58.

8 Nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permissum, videlicet propter Romanæ Ecclesię primatum, Christi munere in B. Petro apostolo diuinitùs collatum.

17.q.4.Nemini. Omnibus episc.

9 Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiões vel decreta pro catholica fide vel ecclesiastica disciplina, pro correctione iminẽtium vel futurorum malorum, à sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

35.q.2 Si quis. Vniuersali synodo præsideas.

10 Sententiam Romanæ sedis non negamus posse in melius commutari, cùm aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum vel temporum seu grauium necessitatum, dispensatione quædam ordinare decreuerit: quoniam & egregium Paulum Apostolum dispensatoriè legimus quædam fecisse, quę posteà reprobâsse legitur. Quod tamen obseruandum est, quãdò illa Romana videlicet Ecclesia, dissertissima consideratione fieri delegerit: non quandò ipsa quæ benè sunt diffinita, retractare voluerit.

35.q.9. Sententiam Michaeli Imp.

11 Ecclesia, id est, catholicorũ collectio, quomodò sinè Apostolicę sedis institutur nutu, quandò iuxta sacra decreta, nec ipsa debet absque præceptiõe papæ basilica nouiter construi, quæ ipsam catholicorum intra semet amplecti cateruam dinoscitur?

De consecra. di.1. ecclesia. Clero & pleb. Viennen. ecclesiæ.

DE DECRETIS ROMANORUM Pontificum. Tit. 5.

1 Quod

Dist.11.ca.2. Michaeli Im. 1 Quod à fedis Apoftolicæ rectoribus plena authoritate fancitur, nullius confuetudinis occafione remoueatur.

Dift.19.ca.1. Archiepis & epis per Galliá cóftitutis 2 Si Romanorum pontificum decreto, cęterorum opufcula tractatorum approbātur vel reprobantur, ità vt quod verè fedes Apoftolica probauit, hodiè teneatur acceptum: & quod illa repulit, hactenùs inefficax habeatur: quanto potiùs ea quæ ipfa ꝓ catholica fide, pro fanis dogmatib⁹, pro varijs & multifarijs Ecclefiæ neceffitatibus & fidelium moribus diuerfo tempore fcripfit, omni honore debent præferri, & ab omnibus prorsùs in quibuflibet neceffitatibus vel opportunitatibus, difcretiōe vel difpēfatione magiftra, reuerenter affumi &c?

Di.20.ca.fi. Clero Cóftantinopolitano 3 Si decreta Romanorum pontificū non habetis, de neglectu atque incuria eftis redarguendi. Si verò habetis, & non obferuatis, de temeritate eftis corripiendi & increpandi.

DE IMPERATORIBVS. Tit. 6.

Dift.10.ca.1. Michaeli Im. 1 Imperator fuis reipub. quotidianis adminiftrationibus debet effe cōtentus, non vfurpare quæ facerdotibus Domini folùm conueniunt.

Dift 96.ca. Vbinàm. Eidem. 2 Vbinàm legiftis, Imperatores antecesfores veftros fynodalibus conuentibus interfuiffe, nisi fortè in quibufdam vbi de fide tractatū eft, quæ vniuerfalis eft, q̄ omniū communis, quæ non folùm ad clericos, verùm etiàm ad laicos & ad omnes omninò pertinet Chriftianos?

Ibid.ca.feq. Deniquè. Eidem. 3 Deniquè hi quibus tantùm humanis rebus, non diuinis, præeffe permiffum eft, quomodò de his per quos diuina miniftrātur, iudicare præfumāt, penitùs ignoramus.

Ibid.ca. Cùm ad verum. Eidem. 4 Mediator Dei & hominū, homo Chriftus Iefus, idem rex & pōtifex, actibus proprijs & dignitatib⁹ diftinctis officia poteftatis vtriufq; difcreuit, vt Chriftiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro curfu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus vterentur: quatenùs fpiritualis actio à carnalibus diftaret incurfibus, & Deo militās, minimè fe negocijs fecularibus implicaret: ac vicifsìm non ille rebus diuinis præfidere videretur, qui effet fecularibus negocijs implicatus.

Ibid.ca. feq. Satis. Eidem. 5 Satis euidenter oftenditur, à feculari poteftate nec folui prorsùs, nec ligari pontificem, quem conftat à pio principe Conftantino deum appellatum, cùm nec poffe deū ab hominibus iudicari manifeftū eft.

1.q.1.Non quales. Eidem. 6 Non quales facerdotes Domini funt, fed quid de Domino loquantur, eft vobis magnoperè præuidendum. Nec in vicarijs beati Petri Apoftoli vobis eft attendendum quid fint, fed quid pro correctione ecclefiarum, quid pro falute veftra fatagant. Nec enim illos dicetis inferiores fcribis & pharifæis, fedentibus fuper cathedram Mofis, de quibus Dn̄s præcepit, dicens: Quæcunque dixerint vobis, facite &c.

DE REGIBVS. Tit. 7.

1 Relatum eft nobis, quòd quicunque ad epifcopatum in regno tuo prouehendus eft, non nisì fauentem tibi permittas eligi. Idcircò Apoftolica authoritate, fub diuini iudicij obteftatione, iniungimus tibi, vt in Treuirenfi vrbe & Agrippina Colonia nullum eligi patiaris, antequàm relatum fuper hoc, noftro apoftolatui fiat.

2 Quæ Lotharius rex nepos vefter fecit, accufatione non indigent. Manifefta enim funt, tefte Apoftolo, opera carnis, fornicatio, immūditia &c. In manifeftis em̄ calliditate accufantium non opprimitur reus, nec tergiuerfatione proprium crimen celatur, cùm culpa fub oculis omnium fpontè fe ingerat, atque ideò in talibus iudiciarius ordo non requiritur.

3 Scelus quod Lotharius rex (fi tamen rex veraciter dici poffit, q nullo falubri regimine corporis appetitus refrenat, fed lubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit) in duab⁹ fcilicet fœminis Teberga & Gualdrada commifit, omnibus manifeftum eft: fed dudùm epifcopos *Teugualdum & Guntharium, in tali facto eum habuiffe tutores atq; fautores, penè totus orbis vndiquè ad limina feu fedem confluens Apoftolicam, referebat. Igitur decernente nobifcū fancta fynodo in præfentia depofiti, & ab officio facerdotali excōmunicati, atque à regimine epifcopatûs alienati indubitanter exiftunt.

4 Præcipuè Gualdradæ pellicis tuæ, & dudùm à te repudiatæ, communionem declina. Excommunicata eft enim, & vfque ad præfentiam noftram ab omni contubernio Chriftianorum fequeftrata. Quamobrem cauendum eft, nè cum ea pari mucrone percellaris fententiæ, ac pro vnius mulierculæ paffione vinctus & obligatus, ad pennetrabaris exitium.

5 Ità corporis tui motibus cedere confenfifti, & relaxatis voluptatū habenis, temetipfum in lacum miferiæ & in lutum fæcis prohibitum deiecifti, vt qui pofitus fueras in gubernatiōe populorum, effectus fis ruina multorum. Probat hoc Teugualdi & Guntharij dudùm Epifcoporum legitimus cafus, qui pro eo quòd te minimè competenter erudiêrint, quinimmò quia præuaricationem tuam argumentis fuis tegere, & fub quadam iuftitiæ fpecie fucatis quibufdam exquifitis adinuentiōibus æquitatem obruere ftuduerunt, noftra funt Apoftolica depofiti authoritate, & ab omni epifcopatûs regimine regulariter fequeftrati.

6 Excellentiffimus rex Carolus apoftolatum noftrum cōfuluit, quid agendum fit de his qui cum Engeltruda fæpè damnata communicant fœmina: quoniam eam cùm communicatoribus fuis & fautoribus pari vinculo anathematis cōftat effe adftrictam. Quapropter nunc beatitudini tuæ iniungimus, vt fuper hoc noftra authoritate fretus, curam de his fumere ftudeas. Et quia docta diuinitùs fanctitas tua valdè nouit, aliud effe ex neceffitate, aliud ex ignorātia, atque aliud quod de ftudio delinquit, iftudq; pofterius duob⁹ priorib⁹ diftrictiùs effe puniendū: idcircò folerter inuigilet, & cauta diftrictiōe fingulorū modos dijudicet: quatenùs q ex neceffitate aut ignorantia delinquūt, authoritate noftra p te abfoluātur. Illos aūt q ftudio fuo obligantur, & contemptu interdicta noftra poftponūt, nō nisì digna fatisfactione præueniēte, volumus à te prorsùs abfolui.

7 An non diftricta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulteriū Lamech & flagitium imitatus effe dinofceris? Quod Dominus non nisì poft feptuagintafeptem generationes fuo falutifero aduentu deleuit, cùm Cain fratricidium feptima generatione aquis abolitū fit cataclyfmi, i. diluuij.

DE PATRIARCHIS ET Archiepifcopis. Tit. 8.

1 Epifcopos per Aemiliā non confecres, nisì poft electionem vel confenfum cleri & populi.

2 Hæc eft ordinatio Dei patris tui, & hęc eft lex ecclefiæ matris tuæ, videlicet, vt oēs epifcopos regni tui ad Turonenfem archiepifcopum mittete non detrectes, ipfiusq; iudicium poftulare non dedigneris. Ipfe eft enim metropolitan⁹, & omnes epifcopi regni tui, fuffraganei eius funt, ficut confcriptiones prędeceſſorum meorum euidenter oftēdunt. Neque enim ecclefias Dei per difcordias regum diuifionis aliqua damna pati necefsè eft, cùm (quātùm ex fe eft) pacem quam prædicant, feruare ftudeant in inuicèm & in omnes.

3 Conqueftus eft apoftolatui noftro frater nofter Sigedodus archiëpifcop⁹ Narbonenfis, quòd clericos fuos (eo inuito) ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad ecclefiam fuam pertinentibus, eo inconfulto, quafi iure patriarchatûs tui difponas: Cùm hoc neq; antiquitas (cui fancti patres fanxerunt reuerentiam) habeat, & authoritas fanctorum canonū penitùs interdicat. nisì fortè pro caufis, quæ apud fe terminari non poffunt, ad te quafi ad patriarcham fuum ꝓuocauerint per appellatiōes, vel fi epifcopus fuus deceſſerit, res ecclefiæ fuæ iudicio tuo difpēfare voluērint. Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris epifcopis, nisì quantùm facri canones concedunt, & prifca cōfuetudo illis antiquitùs contulit, diffinimus.

11.q.3.Teugualdum. Omnibus epis Galliæ & Germaniæ. 4 *Teugualdum Treuirēfem & primatem Belgicæ ꝓuinciæ, & Gunthariū Agrippinæ Coloniæ archiepifcopos, nunc coram nobis & fancta fynodo fub geftorum infinuatione, qualiter caufam Lotharij regis & duarum mulierum eius, Tebergæ fcilicet & Gualdradę, recognouerint & iudicauerint, fcriptum fuper hoc proprijs manib⁹ roboratum offerentes, & fentētiam quam à fede Apoftolica in Engeltrudam vxorem Bofonis, fanctiffimus frater nofter archiepifcop⁹ Mediolanenfis Thadò & cæteri coëpifcopi noftri petiuerunt emittendam, & nos diuino fuccenfi zelo, fub anathematis atteftatione canonicè protuleramus, publicè fe viua voce violâffe confitētes: in quibus omībus inuenim⁹ eos apoftolicas atque canonicas fanctiōes in pluribus exceffiffe, & æquitatis normam nequiter temerâffe: ab omni iudicamus facerdotij officio manere penitùs alienos. Et ideò fanctifpiritûs iudicio, & beati Petri per nos authoritate, epifcopatûs exutos regimine confiftere diffinimus.

DE SACRIS ORDINIBVS. Tit. 9.

Di. 23. ꝓtereà. Rodulpho Bituricen. archiepifcopo. 1 Quæ in confecrationibus & ordinib⁹ obferuāda fint, beati Innocētij papæ canonica decreta, præfertim principia paginę ad Decentium Eugubinum epifcopum emiffæ, affatìm edocebunt.

1.q.1.Statuimus. cap 2. 2 Simoniaci fimoniacè ordinati vel ordinatores, fecūdùm ecclefiafticos canones, à proprio gradu decidant. Simoniaci quoquè fimoniacè à non fimoniacis ordinati, fimiliter ab officio malè accepto remoueātur. Simoniacos autem non fimoniacè à fimoniacis ordinatos, mifericorditer per manûs impofitionem pro temporis neceffitate in officio concedimus permanere.

DE EPISCOPIS. Tit. 10.

Dift.34 ca.1. Aluino archiepifcopo Ianuenfi. 1 Epifcopi ab omni beftiarum vel volucrum venatione penitùs alieni exiftere, & ab immoderata filiarum fuarum familiaritate, vndè mala oriatur fama, abftinere debent. Nullum enim fanctum (vt ait beatus Hieronymus) venatorem legimus.

Dift.43. ca.fi. Michael. Imp. 2 Epifcopis difpenfatio cæleftis feminis iniūcta eft. Væ fi nō fparferint, vę fi tacucuerint, ficut vas electiōis formidat & clamat. 1.Cor.9.

6.q.3.Deniq. 3 Si quęlibet ambiguitas vel aliqua fortafsè fuper Suffredi examinatiōe vel epifcopatûs abrenunciatiōe oborta fuiffet cōtentio, ex more ad fedē Apoftolicā referri conuenerat, & noftra in his omnibus debuerūt cuncti decreta penitùs expectare. Quod qa obmiffum eft hactenùs, dolemus. Dilectiff.

igitur, gloriam vestram vehementer efflagito, vt iam dictus Suffredus episcopus proprio restituatur episcopio: & hîc, si aliquid repræhensione dignũ gessit, posteà vel correctione vel digna animaduersione diffinietur.

7.q.1 Pontifices. Aluino Ianuensi archiepiscopo.

4 Pontifices qui aliqua occupantur infirmitate vel ægritudine, abijciẽdi nõ sunt: nec alij in loco eorũ cõsecrãdi sunt, nisì ex hac fuerint luce subtracti. Quòd si de ministerio sibi concesso conqueruntur, quæ licita sunt, sacerdotes expleant. In his verò quæ his præsumere nõ licet, vicinorum vsq; ad recipiendam sanitatem episcoporum auxilia subrogentur.

Ibid. ca. eodẽ. Eidem.

5 Episcopos verò, qui Dominici gregis suscipiunt curam atque solicitudinem, ab administratione eorũ discedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur, & triplicetur fructus.

Ibid. ca. Sciscitaris. Hunifrido Morinensis ecclesiæ epo.

6 Sciscitaris, vtrùm cùm à Normãnis de episcopio depellaris, debeas decæterò in monasterio conuersari. In quo scias charissime frater, quòd si perniciosum est proretam in tranquillitate nauim deserere, quanto magìs in fluctibus? Vbì non dicimus, ꝙ persecutorum non fugiamus (maximeque paganorum) insidias, cùm ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorũ nostrorum nocendi facultatẽ diuinitùs assequuntur, præsertim cùm eis prodire vltrò nõ debeamus, & multos prophetas & apostolos, ipsum quoquè Dominũ huiusmodi fugisse insecutores, luce clariùs cõstet: sed quòd præcipuè nos, qui tãquàm arietes ducatum gregibus præbemus, immò qui & horũ pastores sumus, Deo authore, cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conueniat. Et cùm trãquillitas reddita diuina fuerit pietate, sopitaque furentium infestatio, mox gregem perquirere, & in vnum colligere, & eius animos cælestis patrię pace potissimùm securitate prædicata, sursùm erigere debemus.

23.q.8. Repræhensibile. Carolo regi Francorum.

7 Reprehensibile valdè constat esse quod subintulisti, dicẽdo, Maiorem partem omnium episcoporum die noctuque cum omnibus alijs fidelibus tuis contra piraras maritimos inuigilare, & ob id episcopi impediantur venire: cùm militum Christi sit, Christo seruire: milites verò seculi seruiant seculo, secũdùm quod scriptum est, Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Quòd si seculi milites militiæ student, quid ad Episcopos & milites Christi pertinet, nisì vt vacent orationibus?

2.Tim.2.a

De consecra. Di.1. Porrò Rodulpho Bituricensi archiepisc.

8 Porrò GLORIA IN EXCELSIS DEO, ab episcopis in cœna Domini intra Missarum solennia more nostro dicenda est. Pallio verò Apostolico eadem die vti, est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

DE PRESBYTERIS. Tit. II.

Di.32. Nullus. Omnibus episcopis.

1 Nullus Missam audiat presbyteri, quẽ scit concubinam indubitanter habere aut subintroductam mulierem.

Di.50. Sacerdotes. Carolo archiepiscopo Moguntino & eius suffrag. [illegible] ca. Studeat. Osualdo epo Quadritino.

2 Sacerdotes si in fornicationis cecide-rint laqueũ, & criminis manifestꝰ siue ostensus sit actus, sacerdotij honorẽ habere non possunt, secundùm canonicæ institutionis authoritatem.

3 Si presbyter aliquem percusserit, non ad mortem, pro percussione pœnitentiam agat, & aliquanto tempore à Missarũ solennijs suspendatur. Si verò qualicunque percussione eius, aliquis mortuus fuerit, nulla ratione ministrare sacerdotis more debet: quoniam & si volũtatem occidendi non habuerit, furor tamen & indignatio in omnibus, & præcipuè in Dei ministris, multipliciter inhibetur atque damnatur.

2 q.1. Nouum sit. Gerardo Taronensi archiepiscopo.

4 Presbyter iste dicit se falsis criminibus impetitum, & ab ecclesia sua, non conuictũ neque confessum, irrationabiliter fuisse eiectum. Nam tua diligentia per tres vices inquisitione facta, nulla in se neque de fornicationis crimine, neque de homicidij confessione, de quibus impetebatur, reperiri potuit culpa. Idcircò magnoperè monemus reuerentiam tuam, vt quæ, te fortè ignorante, Gieziaca cupiditate peracta esse videntur, tuæ fraternitatis censura celeri emendatiõe corrigantur, scilicet restituendo ecclesiæ ꝓpriæ iam dictum sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate pristinum, quem ꝑdidit, honorem.

15.q.[illegible] Ad consulta Bulgarorum.

5 Sciscitãtibus vobis, si à sacerdote, qui fuerit compræhensus in adulterio, siue de hoc sola fama respersus est, debeatis cõmunionem recipere nécne, respondemus: Non potest aliquis quantumcũquè pollutus sit, sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existũt. Qualiscũque enim sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinqnari nõ possunt. Idcircò ab eo, quotcunque iudicio episcoporum reprobetur, communio percipienda est: quoniam mali bona administrando, se tautummodò lædunt. Fax accensa, sibi quidem detrimentũ præstat, alijs verò lumen in tenebris administrat: & vndè alijs commodum exhibet, indè sibi dispendium præbet. Sumite ergò ab omni sacerdote intrepidi Christi mysteria, quia omnia in fide Christi purgantur. Fides est enim, quæ hunc mundum vincit. Et quia non dantis meritum, sed accipientis fit, dicente beato Hieronymo: Ad credẽtis fit, dicente beato Hieronymo: Ad credẽdum omi animę baptismus est ꝑfectus, & in omi sacerdote corpꝰ Christi est ꝑfectum.

17.q.4. De presbyterorũ Theodoro archiepiscopo [illegible]

6 De presbyterorum flagellatoribus & occisoribus, prędonibus scilicet, qui seculari brachio minimè coërcentur, iuxta prçceptum Domini placet, vt fraterno amore cõueniantur secundò & tertiò. Qui requisiti, si te non audiêrint, conueniente ecclesia, eos sacra communione priuare: atque si in sua obstinatione permanentes, sacerdotalia monita fortè contempserint, ab Ecclesię compage sub anathematis interdictiõe resecare, licentiam tribuimus.

De clericis. Tit. 12.

Di.32. De illo. Odoni Viennen. archiepiscopo.

1 Clericus, qui per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum castè vixit, vxorem ducere non potest. Nullis enim datur licentia, exceptis illis, quibus ecclesiastica regula vxorem habere permittit.

[illegible] Clericum. Osualdo episcopo. Quadritino.

2 Clericum, qui paganum occíderit, non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiàm debet acquisito. homicida em est. Nam discreti sunt milites seculi à militibus Ecclesiæ, quibus militare seculo non conuenit.

Ibi. ca. Hi qui arborem.

3 Hi qui arborem incídere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occíderit hominem, inculpabiles sunt atque innoxij: quia nec voluntate eorum, nec desiderio homicidium perpetratum est. Si verò aliqua culpa eorum vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse, abijciendi sunt à gradu, & in sacro ordine nullatenùs suscipiendi.

De votis monasticis. Tit. 13.

[illegible] Quod interrogasti. [illegible] Viennen. archiepiscopo.

1 Fœmina quæ post obitum mariti sui, sacrum velamẽ super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine monialem esse, posteà verò ad nuptias redijt, debet pœnitentiam agere de illusione nefanda, & reuerti ad id quod spopondit.

[illegible] Præsens. [illegible] Omni- [illegible] in [illegible] Ludo.

2 Præsens clericus, nomine Lambertus, vnà cum patre suo nomine Attho, quõdàm videlicet comite, nunc autem clerico, ad limina apostolorum properans, adijt pręsentiam nostram, asserens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine, in prædijs proprijs ædificâsset duo monasteria, voluntatem gerens, vt post suum decessum præsens eius filius Lambertus, in locum eius succederet, quem infra teneram ætatẽ inter octauum & decimum annum constitutum, memoratus pater proprio arbitrio, absque regulari institutione, extra omnem illius voluntatẽ, cucullam induit. Igitur post quoddam ipsius temporis spatium (vt ipse dicit) Salomon episcopus, cum quibusdam alijs, absque patris oblatione vel abbatis ꝑcepta benedictione, eundem Lambertum monasticum habitum induere fecit (vt ferunt) inuitum. Et sub hac occasione, paterna seu materna hæreditate à fratribus suis priuatum esse, atque contra omnem (vt dictum est) volũtatem suam quasi regularem illum monachum permanere volunt. Et infrà: Quapropter cõsultè psalmographi verba recolentes, quibus voluntariè se Deo sacrificare pronunciat, & voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu Dei obsecrat, præsentem clericum nomine Lambertum, minimè debere existimauimus sub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit. Quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum ergò bonum, nisì voluntarium. Idcircò Dñs non ferendam in via virgam, per quam violentia vlli inferatur, ꝓcepit &c. Matth.10.

27.q.1. Vidua. Carolo archiepiscopo Moguntino, & eius suffraganeis.

3 Vidua quidem, quæ capiti sacrum velamen imposuit, si inter cæteras velatas fœminas in ecclesia orauerit, & oblationes cũ illis obtulerit, si professa est se in eodem habitu permanere, spondens nunquàm religionis velamen deponere, à religionis obseruantia discedere non præsumat.

De laicis. Tit. 14.

Di.28 ca. si. Ad consulta Bulgarorum.

1 De presbyteris, vobis q laici estis, nec iudicandum est, nec de vita eorum quicquã inuestigandum, sed episcoporum iudicio, quicquid id sit, est reseruandum.

Di.96. In scripturis. Ludouico 2. Imp.

2 In scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse, Verè si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum q in monachi habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, nè ab aliquibꝰ videretur. Hoc dicimus, cautos vos reddere cupiẽtes, vt si de Domini sacerdotibus (qui iure patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noę imitantes, patriam de reliquo verecundiam cõtegatis, vt affluenti (quemadmodùm & illi) benedictione repleri, moderante Domino, mereamini. Gen.9.

De Ecclesijs. Tit. 15.

22 q.1. cap. Nulla. Ex eius decretis.

1 Nulla ædificia in atrio ecclesiæ ponantur, nisì tantùm clericorum.

12.q.2. De rebus. Adoni Viennen. archiepiscopo.

2 De rebus quæ semèl Deo contributæ atque dicatę sunt, & posteà sub occasione concessionis principum à quibusdam inuaduntur atque diripiuntur, sancimus vt priùs consulatis principem, ad resecandam tam præsumptiuam factionem: & cognoscendum, vtrùm sit illius concessio, an inuasoris præsumptio. Quòd si principis inordinata fuerit largitio, & ipse princeps sit pro emendatione redarguendus: si autem inuasoris declarař præsumptio, vsq; ad emendationem, excommunicationis sit vindicta coërcendus.

37.q.4. Sicut antiquitùs. Omnibus episcopis.

3 Sicut antiquitùs à sanctis patribus statutum est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitum 40. passus habeat. Capellæ verò vel minores ecclesiæ, xxx. Qui autem confinia eorum cõfringere tentauerit, aut personam hominis, aut bona eius indè subtraxerit, nisì publicus latro erit, quousquè emendet, & nisì quod rapuerit reddat, excommunicetur.

De baptismo. Tit. 16.

De cõsec. di. 4. A quodam. ad consulta Bulgarorum.

1 A quodam Iudæo, nescitis vtrùm Christiano an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid indè sit agendum, consulitis. Hi profectò, si in nomine Trinitatis, vel tantùm in nomine Christi (sicut in Actibus apostolorũ legitur) baptizari sunt, vnum quippe idemque est, vt sanctus Ambrosius exponit, quia non illorum, sed eius est, rebaptizari non debent.

ca. 3. Actor. 2. 10.

Ibi. ca. Catechismi.

2 Catechismi baptizandorum, à sacerdotibus vniuscuiusq; ecclesiæ possunt fieri, sicut in hac sancta Romana Ecclesia (cui Deo authore ministerium exhibemus nostri famulatûs) solenniter fieri comprobantur.

De pœnitentia. Tit. 17.

11. q. 2. De viro. Frontario archiepisc. Burdigalẽsi.

1 De viro nefando, Burgando nomine, qui rabie insana commotus, diabolicis se irretire laqueis non dubitauit, atque gentilium more per abrupta itinera & compita insidians, vobis in vestræ ecclesiæ villa vnà cum clericis vestris manẽtibus, & populum salubribus instruere dogmatũ monitis decertantibus, paneque spiritualis verbi vacua hominũ corda reficientibus, atque laudabile propriæ salutis desiderium habentibus sancta apostolorum Petri & Pauli limina visitare, collectis malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones & deprædationes violẽtas inferre, dæmoniaco ausu præsumpserit: & vt epistolæ vestræ textus eloquitur, sacrum altare, sacraque Dominici corporis & sanguinis vasa, insupèr & sanctum chrisma pollutis arripere manibus, quasi vilia & ad communem vsum apta, præsumpserit: dilectio nostra consulit, si ipse vel qui cum eo in tam impio & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoquè gratia tacti diuina, venire voluẽrint, quo eos pœnitentiæ vinculo constringatis, institutionis nostræ censuram exposcere curâstis. De quibus tamen si ità est, iubemus, cùm ad pœnitentiã quandoquè reuerti accelerauerint, vno anno extra ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima vasa extra ritum fidei Christianæ deripiendo auferre non dubitauerant. Secundo verò anno ante fores ecclesiæ sinè communione maneant. Tertio verò anno ecclesiam DEI ingrediantur, & inter audientes adstent sinè oblatione, non manducantes carnem neque bibentes vinum, præter natiuitatis & resurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus annis eorum fructuosus fuerit pœnitẽtiæ labor) communioni fidelium restituantur, totaque mentis intentione spondentes, talia se vlteriùs nunquàm facturos, corpus & sanguinem Domini suscipere mereantur, & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sinè esu carnium & vini potatione maneant pœnitentes.

2 De his verò qui pro criminibus pœnitentiam egẽrunt, & ad cingulum militiæ cõuertuntur, constat eos contra sacras regulas agere: verùm quia crimina nõ æqualia sunt, perhibes quoquè alios horum propter nimiam hebetudinem in desperationem cecidisse, alios ob hoc ad paganos fugisse: tibi hoc committimus decernendum, nimirùm qui loca & tempora religionis illius & modum culpæ, necnon & pœnitentiam & gemitus hominum ad confessionem venientium, præsens positus inspicere vales.

3 Interfectores suarum coniugum sinè iudicio, cùm non addis, adulterarum, vel aliquid huiusmodi, quid aliud habẽdi sunt quàm homicidæ? ac per hoc ad pœnitẽtiam redigendi. Quibus penitùs coniugium denegatur, exceptis adolescentulis. De quibus est beati Leonis papæ vigesima quinta regula decretalium, immò indulgentia, obseruanda.

4 Latorem præsentium, matricidam esse cognouimus, cui præcipimus, vt sub pœnitentiæ iugo permaneat, ità vt per annum integrum ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ stans, orãs & deprecãs Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo verò anni circulo, introeundi in ecclesiam licentiam habeat, tantùm inter audientes stet, sed nondùm communicet. Completis autem trium annorum curriculis, sacræ communionis ei gratia concedatur. Oblationes verò non offerat, nisì priùs aliorum septem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum habere præsumat, exceptis festiuis diebus atque Dominicis, & à Pascha vsque ad Pentecosten. Et quocũquè ire voluẽrit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur, arma non sumat nisì contra paganos. Ieiunet autem tribus diebus p hebdomadam vsque ad vesperã: à propria & legitima coniuge non separetur, nè in fornicationis voraginem corruat, quod nè fiat, optamus. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis Domini nostri particeps fiat. Sin autẽ, vt suprà statuim⁹, efficiat. Tamen si illius conuersionẽ & lachrymarũ fontem in omĩbus videritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humaniùs circa eum solicitudo peruigil appareat, mitisque in omnibus demonstretur.

5 Si quis cum duabus sororib⁹ fuerit fornicatus, aut cum his personis, de quib⁹ sancta scriptura prohibet, si dignã egerit pœnitentiam, & castitatis nõ valuerit cõtinentiam sustinere, liceat ei legitimã in coniugio vxorẽ accipere. Similiter & mulier quæ tali fuerit scelere lapsa, vt fornicatiõis nõ perducatur ad chaos. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus solummodò statuimus.

DE MATRIMONIO. *Tit.* 18.

1 Sufficiat solus secundùm leges consensus eorum, de quorum quarumque consensu & coniunctionibus agitur. Qui solus si defuerit, cætera etiàm cum ipso coitu celebrata, frustrantur.

2 Scripsit nobis Teberga regina, se regia dignitate vel maritali copula velle exui, & sola vita priuata esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus, nõ aliter hoc fieri posse, nisì eandem vitam coniunx eius Lotharius elegerit. Nam licèt sit scriptũ, Quos Deus coniunxit, homo non separet: Deus tamen, & non homo, separat, quandò diuini amoris intuitu, ex consensu vtriusque coniugis, matrimonia dissoluuntur. Aliter autẽ fieri mutuã separationẽ vestrã ꝓhibemus.

3 Vbì non est consensus vtriusque, ibì non est cõiugium. Ergò qui pueris dant puellas in cunabulis, & econuersò, nihil faciunt, nisì vterque puerorum, postquàm venerit ad annos discretionis, consentiat.

4 Nostrates tam mares quàm fœminæ, non ligaturam auream vel argẽteam, aut ex quolibet metallo compositam, quandò nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, q̃ futurarum sunt nuptiarum promissio, fœdera quoquè consensu eorum, qui hæc cõtrahunt, & horum quorum in potestate sunt, celebrãt. Et postquàm arris sponsam sibi sponsus per digitum, fidei annulo insignitam desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus eius, scripto pactũ hoc cõtinente, coram inuitatis ab vtraque parte tradiderit, aut mox, aut apto tẽpore, nè videlicet ante tempus lege diffinitũ, tale q̃d facere præsumãt, ambo ad nuptialia fœdera perducuntur. Et primùm in ecclesiã Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo, per sacerdotis manum statuuntur, sicque demùm benedictionem & velamen cæleste suscipiunt.

5 Lotharius rex in cõmonitorio profitetur, Gualdradam se à patre præmissis dotibus accepisse, & sororem postmodùm admisisse Huberti. Vbì primùm diligenti inuestigatione inquirite. Et si eundem gloriosum regem prædictam Gualdradam præmissis dotibus coram testibus, secundùm legem & ritum quo nuptiæ celebrari solent, per omnia inueneritis accepisse, & publica manifestatiõe eadem Gualdrada in matrimonium ipsius admissa est, restat vt perscrutemini, cur illa repudiata sit, vel filia Bosonis admissa. Sed q̃a idẽ gloriosus rex, metu Tebergã admisisse se dicit, metu vni⁹ hominis tãtus rex nõ debuit cõtra diuinũ præceptum in immane ꝑcipitiũ mergi. In hoc certò se magis reprehensibilem ostendit, in quo amorem Dei, amori mundi postposuit, cùm nec etiàm occisores corporis sint timendi, contra iustitiam hominẽ impellentes. Nihil itaque vobis aliud præcipimus, manifestatione sua eodem rege conuicto, nisì vt secundùm canonicam authoritatem, nostra vice freti, causam illius diffiniatis &c.

6 Quicquid mulier contra te cogitauerit, vel si te accusauerit, non est (excepta causa fornicationis) reijciẽda, vel odio prorsùs habenda. — 32. q. 5. Quicquid. Ad consulta Bulgarorum

7 Hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus dementia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem & causam cõiugia taliũ solui nõ possunt. Similiter sciẽdum est de his, qui ab aduersarijs excæcãtur, aut membris trũcantur, aut à barbaris execti fueriut. — 32 q. 8. Hi qui. Carolo Moguntinensi archiepo.

8 Inter hæc sanctitas vestra addere studuit, vt si cuius vxor adulteriũ perpetrauerit, vtrùm marito illius liceat secũdùm mundanam legẽ eam interficere: sed sancta Dei Ecclesia mũdanis nunq̃ constringit legibus. Gladium nõ habet nisì spiritualẽ, quo non occídit, sed viuificat. — 33. q. 2. Inter hæc. Aluino archiepiscopo Ianuensi.

9 Nec vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore, conuenire posse vllo modo arbitror. — 33. q. 4. Nec vxorem. Ad consulta Bulgarorum.

DE IMPEDIMENTIS MAtrimonij. *Tit.* 19.

1 Nôsse desideras, vtrùm mulier quæ viri filium ex alia fœmina genitũ, de sacro fonte leuauerit, postmodùm possit cum eodẽ viro copulari. Quos ideò coniungi posse decernimus, quia secundùm canones sacros, nisì amborũ cõsensu, nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem. Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habẽs odio virum, vel infirmitatẽ eius non considerans, quasi causa pietatis operatur impietatem, maximè cùm Apostolus præcipiat: Nolite, inquiens, fraudare inuicèm, nisì ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. — 30. q. 1. Nôsse. Salonitano episcopo. — 1. Cor. 7. b

2 De his q̃ filiastros suos ad cõfirmationem coram Episcopis tenent, id est, qui filios vxoris sui de priori viro, dum chrismantur ab Episcopis, super se sustinent, si in scientia (sicut asseris) fiat, licèt sit peccatũ, non tamen vsque ad separationem coniugij puniendum est. Lugeant tamẽ, & digna pœnitentia hoc diluentes, Domino dicant: Delicta ignorantiæ nostræ nè memineris. — Ibi. De his. Radulpho Bituricen. archiepo. — Psalm. 24. a

3 Ità diligere debet homo eũ qui suscepit ipsum de sacro fonte, sicut patrẽ. Item, Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio, quæ dicenda non est consanguinitas, sed habẽda spiritualis ꝓximitas. Vndè inter eos arbitror non posse fieri quodlibet legale coniugium. Quandoquidem nec inter eos qui natura, & eos qui adoptione filij sunt, venerãdæ Romanæ leges — 30. q. 5 ca. 1. Ad consulta Bulgarorum.

ges matrimonia contrahi permittunt. Item, Si inter eos non cõtrahitur matrimonium, quos adoptio iungit: quãto potiùs à carnali oportet inter se cõtubernio cessare illos, quos per cæleste sacramentum regeneratio sancti spiritûs iungit? Longè ergò congruentiùs filius patris mei, vel frater meꝰ appellatur is, quẽ diuina gratia potiùs quàm humana voluntas, vt filius patris mei, vel frater meus esset, elegit, prudentiusque ab alterna corporis commixtione secernitur.

30.q.4. cap 1. Salomoni Constantiensi episcopo. Gene.2. 4 Scíscitatã à nobis sanctitas vestra, si aliquis homo duas commatres habere valeat, vnam post alterã. In quo meminisse debet, scriptum esse, Erunt duo in carne vna. Itaq; cùm constet, quia vir & mulier vna caro per connubium efficiuntur, restat nimirùm, verum compatrem constitui illi mulieri, cuius matrimonio assumpta vxor, commater esse videbatur.

33.q.2. Si quis 5 Si quis cũ matre fornicatus fuerit spirituali, anathematis (vt scitis) pcutitur ictibus. Similiter & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante episcopũ tenuerit, cùm sacro chrismate fuerit vncta, fornicationis ppetrauerit scelus. legitimam tamen, si habuerit, non dimittat vxorem.

35.q.2. De cõsanguinitat. Suffraganeis ecclesiæ Amalficanæ. 6 De consanguinitate sua vxorem nullus ducat vsque post generatiõem septimã, vel quousquè parentela cognosci poterit. Laicus verò vxorem simul & concubinam habens, non communicet Ecclesię.

DE BELLIS. TIT. XX.

2.q.4. Monomachiam. Ex eius decretis. 1 Monomachiã in lege non assumimus, quam præceptam fuisse nõ reperimus, cùm hæc & huiusmodi sectantes, Deum solummodò tentare videantur.

2 Quinetiam præfato fratri nostro, filijsque Treuirensis ecclesiæ, illiusque defensoribus, hæc in mandatis damus, vt spirituali simul & materiali gladio tam diù malignos illos eorumque fautores insequãtur, quousquè cum integritate possessiones vel quęcũq; res ecclesiasticę hoc facto vel quocunque pacto distractę seu direptæ sunt, reuocentur.

3 Omniũ vestrûm nôsse volumꝰ charitatem, quoniã quisqs (quod nõ optãtes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cælestia minimè negabuntur.

4 Si nulla vrget necessitas, nõ solùm Quadragesimali tẽpore, sed etiã omi tẽpore est à plijs abstinẽdũ. Si aũt ineuitabilis vrget importunitas, nec quadragesimali tẽpore, pro defensione tam sua q̃ patriæ seu legum paternarũ, est bellorũ pparationi pculdubiò parcendũ: Nè videlicet Deũ videatur homo tentare, si habet quod faciat, & suæ ac aliorum saluti cõsulere nõ pcurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

5 Illi qui peregrinos vel oratores cuiuscunq; sancti, siue clericos, siue monachos, vel fœminas aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerint, anathematis vinculo feriantur, nisi dignè emẽdauerint. Pax verò illa, quam treugam Dei dicimus, fideliter obseruetur, sicut ab archiepiscopis & episcopis vniuscuiusque prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

VORMATIENSE CONCILIVM, HABITVM ANNO Domini 868.

Vormatia, peruetustum Vangionum oppidum, à Treuiris (vt quidam putãt) originem trahens, & Treuirensibus olim ante natũ Christum subdita, posteà Romanis, donèc ab Attila Hunorum rege excisa est, hodiè inter Germaniæ vrbes celebre nomen obtinet. Sedem quondàm Archiepiscopi habuit, sed ea in Mogũtinos translata, modò episcopalis est. Sunt qui scribant Synodum hanc Vormatiæ habitam esse contra errores Græcorum. Fuit autem cumprimis celebris & frequens.

PRAEFATIO.

DVm studio amoris Christi, ac inssione excellentissimi gloriosique Domini Ludouici regis, cuius tanta erga Deum deuotio extat, vt nõ solùm in rebus humanis, verùm etiàm in causis diuinis maximam semper solicitudinem gerat, apud Vormatiam ciuitatem anno ab incarnatione Domini nostri IESV CHRISTI 868, Indictione I, xvij. Calendas Iunij conuenissemus, vt de quibusdam Ecclesiasticis vtilitatibus communis à nobis tractatus ageretur: primùm gratias Saluatori nostro Deo omnipotenti retulimus, quòd nos ob suam immensam pietatem salubri conuentu ad tractanda Ecclesiastica negocia dignatus est aggregare. Posteà communi tractatu ac diligenti consideratione, priorum patrum authoritatem secuti, capitula in subsequentibus attitulata, à nobis promulganda esse necessarium duximus. Et quoniam genera-

le concilium egimus, oportuit primum nostræ vocis sermonem de DEO esse, vt post professionem fidei nostræ, sequentia nostri operis vota quasi supra fundamentum firmissimum disponerentur.

PROFESSIO EPISCOPORVM apud Vormatiensem ciuitatem, decimoseptimo Calendarum Iunij in synodali conuentu consistentium.

CONFITEMVR & credimus sanctam atque ineffabilem Trinitatem, patrem & filium & Spiritũsanctum, vnum Deum naturaliter esse, vnius substantię, vnius naturę, vnius maiestatis atque virtutis. Et patrem quidem non genitum, non factum, sed ingenitum profitemur. Fõs ergò & origo ipse est totius Trinitatis: pater nanq; ineffabili substantia filium genuit, nec tamẽ aliud quàm quod ipse est, genuit, Deus Deum, lux lucẽ. Filium quoquè de substantia patris sinè initio ante secula natum, nec tamen factum, fatemur. Igitur nõ sicut filius à patre, ità pater à filio est: quia nõ pater à filio, sed filius à patre generationẽ accepit. Filius ergò Deus de patre, pater autem Deus, sed non de filio. Si enim pater semper fuit, semper habuit filium, cui pater esset, & ob hoc filium de patre natum sinè initio confitemur. Spiritum enim sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, vnum atque æqualem cum Deo patre & filio credimus esse Deũ, vnius substantiæ, vnius quoquè naturæ: nec tamẽ genitum vel creatũ, sed à patre filioque procedentem, amborum esse spiritum. Nec enĩ procedit de patre in filium, nec de filio tantùm procedit ad sanctificãdam creaturam, sed ab vtrisque procedere monstratur, quia charitas siue sanctitas amborum esse agnoscitur. Et nec patris tantùm, nec filij tãtùm, sed simul patris & filij spiritus dicitur. In relatiuis verò personarum nominibus, pater ad filium, filius ad patrẽ, Spiritussanctus ad vtrosque refertur. Quæ cùm relatiuè tres psonæ dicant, vna tamen natura vel substantia creditur: nec sicut tres personas, ità tres substantias prædicamus: sed vnam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est, non ad se, sed ad filium: & quod filius est, non ad se, sed ad patrem est. Similiter Spiritussanctus non ad se, sed ad patrem & filium relatiuè refertur in eo, quòd spiritus patris & filij prædicatur. In hac ergò sancta Trinitate tres personas, vnum Deum confitemur. Ergò non ipsum qui est pater, dicimus esse filium, vel Spiritumsanctum: nec ipsum filium patrem aut Spiritumsanctum fatemur, nec Spiritumsanctum patrem vel filium dicere valemus: Sed quod pater est, hoc esse filium, hoc esse & Spiritumsanctũ, sinè vlla ambiguitate pronunciamus. personas enim distinguimus, non naturam Deitatis separamus. Tres ergò illas vnius atque inseparabilis naturę personas, sicut nõ confundimus, ità separabiles nullatenùs prædicamus, cùm nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sinè alia vel extitisse, vel quippiã operâsse aliquandò creditur. Inseparabiles ergò inueniuntur, & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt. Habet enim pater æternitatem sinè natiuitate, filius æternitatem cùm natiuitate, Spiritus verò sanctus æternitatem processionis à patre & à filio sinè natiuitate. De his verò tribus personis, sola filij persona hominem verum sinè peccato, pro liberatione humani generis, ex Maria virgine, nouo ordine, nouaque natiuitate assumpsit. Nouo ordine, quia inuisibilis diuinitate, visibilis monstratur in carne. Noua autem natiuitate est genitus, quia incorrupta virginitas & virilem coitum nesciuit: & fœcũda per Spiritumsanctum, carnis materiam ministrauit. Dei enim filius, non personam hominis accepit, sed naturam. Naturam quippe nostram in vnitatem suæ personæ assumpsit: & idcircò filius Dei, & filius hominis, vnus est Christus. In eo nanque q filius est Dei, æqualis est patri: & in eo quòd est filius hominis, minor est patre. Qui etiàm, ex quo homo est, p delictis nostris passionem sustinuit: mortique addictus & cruci, veram carnis mortẽ accepit. Tertia quoquè die virtute propria suscitatus, de sepulcro surrexit. Hoc ergò exemplo capitis nostri, in hac carne qua nunc sumus & mouemur, resurrecturos nos credimus. Idem autem Dominꝰ & Saluator noster peracto resurrectiõis suæ triumpho, paternam sedem repetijt, à qua per diuinitatem nũquàm discessit. Indè in fine seculorum venturus, iudicabit viuos & mortuos, reddetque singulis, prout quisque gessit in corpore, siue bonum siue malũ. 2.Cor.5.b Ecclesiam sanè catholicam precio sui sanguinis redemptã, cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Credimꝰ & confitemur vnum baptisma in remissionem omnium peccatorum. Hanc ergò fidẽ professionis nostræ inuiolatam nos retinere, & ab ea nunquàm deuiare promittimus: hancque, qui saluus esse cupit, sinè vlla ambiguitate retinere studeat.

QVIBVS TEMPORIBVS DEbeat sacramentum baptismi exhiberi.

SAcrosancti autem baptismi sacramentũ, non nisì in Paschali festiuitate & Pentecoste vnusquisque fidelium nouerit esse præbẽdum, exceptis his, quibus mortis vrgente periculo, nè in æternum pereant, talibus oportet remedijs subueniri.

Vt præter episcopum nullus chrisma conficiat.

2 Chrisma conficere nullus præter episcopum præsumat: nam illi soli hæc dignitas concessa est.

De consecranda ecclesia.

3 Placuit, quotiès ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopus inuitatur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirat: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Attamen vnusquisque episcopus meminerit, vt non priùs dedicet ecclesiam, nisi anteà dotem basilicæ & obsequium ipsius per donationem chartulæ cõfirmatum accipiat. Nam non leuis est ista temeritas, si sinè luminaribus, vel sinè substantiali sustentatione eorum, qui ibidèm seruituri sunt, tãquàm domus priuata consecretur ecclesia.

Quid in sacrificio offerri debeat.

Luc.22.b 1.Cor.11.f 4 Cùm igitur magister veritatis, verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, panem tantùm & calicem sub hoc sacramento præbuisse cognoscimus. Ideoque præter panem & vinum cum aqua mixtum, aliud offerri non debet. Calix enim Dominicus, vino & aqua permixtus debet offerri: Quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinẽ Christi. Ergò quandò in calice vinum aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credẽtium plebs ei in quẽ credidit, copulatur & iungit. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini, sic miscetur in calice Domini, vt cõmixtio illa non possit separari. Nam si vinũ tantùm quis offerat, sanguis Christi incipit esse sinè nobis: si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sinè Christo. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunque sibi misceatur.

Apoc.17.d

De Baptismi Sacramento.

5 Dum quidã sacerdotes in quibusdam partibus terræ trinam, quidam simplã mersionẽ faciunt, à nonnullis schisma esse conspicitur, & vnitas fidei scindi videtur. Namdum partes diuersè & quasi contrario modo agunt, alij alios non baptizatos esse cõtendunt. Proindè quid à nobis in Sacramẽti diuersitate siniendum sit, Apostolicæ sedis informemur præceptis, non nostrã, sed paternam institutionem sequentes.*

Lib.1.Epist. 41. Beatę igitur memorię Gregorius, Romanę Ecclesiæ pontifex, efflagitante sanctissimo Leandro episcopo, de hac diuersitate quid potiùs esset sequendum, inter cætera rescribens ei, sic ait: De trina verò mersione baptismatis nihil responderi veriùs potest, q̃ ipsi sensistis: quia in vna fide non officit sanctæ Ecclesiæ cõsuetudo diuersa. Nos autem quòd tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus: vt dum tertiò ab aqua infans educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis fortè etiàm pro veneratione summæ Trinitatis æstimet fieri, neque ad hoc aliquid obsistit, baptizandum semèl in aquis mergere: quia dum in tribus subsistentijs vna substantia est, reprehensibile esse nullatenùs poterit, infantem in baptismate vel tèr, vel semèl mergere: quandò & in tribus mersionibus personarum Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari. Quòd si nũc vsq; ab hæreticis infans in baptismate tertiò mergebatur, fiendum apud vos esse non censeo, nè, dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant: dumque quod faciebant, faciunt, morem vestrum se vicisse glorientur. Quapropter quia de vtroque sacramento, quod sit in sancto baptismo, à tanto viro reddita est ratio, vtrunque rectum, vtrunque irreprehensibile in sancta Dei Ecclesia habeatur. Et nè fortè cuiquam sit dubium huius simplex mysterium sacramenti, videat in eo mortem & resurrectionem Christi significari. Nam in aquis mersio, quasi in infernum descensio est: & rursùm ab aquis emersio, resurrectio est. Item videat in eo vnitatem diuinitatis, & Trinitatem personarum ostendi: vnitatem, dum semèl mergimus: Trinitatem, dum in nomine patris & filij & Spirituſſancti baptizamus. Panditur huius singularis baptismatis mysterium etiàm sacrarum scripturarũ exemplis, Paulo apostolo attestante: Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transiẽrunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & mari. Mare quippe rubrũ, significat baptismum, CHRISTI sanguine consecratum, per quod populus Dei semèl transit. Ibi tamen erat tota Trinitas, præcedẽs populum in colũna ignis & nubis. In igne quippe significatur pater, in columna filius, in nube Spiritussanctus. Iordanis quippe fluenta cum arca populus DEI semèl transit, per quod significatur simpla mersio baptismatis, cuius sacramento Ecclesia abluitur, & de seculi huius laboribus per baptismum, quasi per Iordanem, ad terram cęlestis repromissionis ingreditur.

1.Cor.10

Vt Ecclesia cum rebus suis ad episcopi ordinationem pertineat.

6 Multi contra canonum constituta ecclesias quas ædificauerint, & ab episcopo postulauerint cõsecrari, dotẽ quam eidem ecclesiæ contulerint, ad episcopi ordinationem putant non pertinere. Quod factum & in præterito displicet, & in futuro prohibetur. Ergò omnia secundùm constitutionem antiquam iura ecclesiarum, ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

De oblationibus fidelium seu de redditu ecclesiæ, quot portiones fieri debeant.

7 De redditu verò ecclesiæ, & de oblatione fidelium, quatuor fiant portiones: quarũ vnam sibi retineat episcopus, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, tertiã pauperibus & peregrinis, quartam ecclesiasticis fabricis nouerit reseruandam.

De his quæ prohibentur presbyteris in ecclesiasticis Sacramentis.

8 Igitur presbyteris quãuis cum episcopis plurima mysteriorum communis sit dispẽsatio, quędam tamen authoritate veteris legis, quædam nouellis & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint. Consecratio ergò virginum, & benedictio vel vnctio altaris, à presbyteris minimè fiat. Similiter non liceat eis ecclesias consecrare, nec per impositionem manũs paracletum spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare, sed nec publicè quidem in Missa quenquam pœnitentium reconciliare. Hæc enim omnia, illicita esse presbyteris cognoscuntur, quia pontificatũs apicem non habẽt: quæ tamen omnia episcopis authoritate canonum concedunt.

De episcopis cæterisque sacris ministris, vt ab vxoribus abstineant.

9 Placuit vt episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, ab stineant se à coniugibus, & non generent filios. Quòd si hoc decretum violauerint, ab honore clericatũs pellantur.

De incriminatis, qualiter expurgari debeant.

Si episcopus presbytero, diacono 10 Si episcopo aut presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, in singulis Missam *celebrare, & secretam publicè dicere & cõmunicare debet, & de singulis sibi imputatis innocentem reddere. Quod si non fecerit, quinquẽnio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur, sicut antiqui canones instituerunt.

De sacerdotibus in fornicationem lapsis.

11 Sacerdotes igitur, si in fornicationis laqueum ceciderint, & criminis manifestus siue ostensus fuerit actus, sacerdotij non possunt habere honorem, secundùm canonicæ institutionis authoritatem.

De sacerdotibus, quibus crimen fornicationis impingitur.

12 Sacerdotes qui in crimine fornicatiõis fuerint accusati, & crimen illis nõ fuerit cõprobatũ, aut ipsi non manifestauerint: quid aliud agendum est, nisi quod in nono Cęsareensis sancti Concilij capitulo legitur ac demonstratur? Tamen si ipsi iuramento se voluẽrint purificare, licentiam habeant. Similiter & diaconi, si fuerint accusati, peragant.

Vt episcopus pro leuibus & paruis causis neminem excommunicet.

13 Vt nullus sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem, pro paruis & leuibus causis à communione suspẽdat, præter eas culpas, pro quibus antiqui patres arceri iusserunt aliquid committentes.

De clericis, si excommunicati pro leuibus causis, aut innocentes fuerint.

14 Episcopi verò si sacerdotali moderatione postposita, innocentes, aut in minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, & ad gratiã festinantes recipere fortasìs noluerint, à vicinis episcopis cuiuslibet prouinciæ communio illis vsq; ad tempus synodi non negetur.

Si in monasterijs aliquid furatum fuerit, qualiter ipsi fratres se indè expurgare debeant.

15 Sæpè contingit, vt in monasterijs furta perpetrentur, & qui hæc committunt, ignorentur. Idcircò statuimus, vt quãdò ipsi fratres de talibus se expurgare debeant, Missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse abbas præceperit, præsentibus fratribus: & sic in vltima Missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenùs ità indè innocentes se esse ostendant.

1.q.6. Sæpè cõtingit vt in Hic canon abrogatus est. Vide S. Thomam 3.p.q.8.

Vt nulli episcopo liceat à synodo, vel ante peractam synodum, discedere.

16 Si quis autem episcoporum synodo neglexerit adesse, aut cœtũ fratrum, antequàm Concilium dissoluatur, crediderit deserendum: alienatum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisì in sequenti synodo fuerit absolutus.

Vt episcopi, presbyteri, diaconi, canes ad venandum & accipitres habere non debeant.

17 Episcopis, presbyteris, atque diaconibus, canes ad venandum & accipitres non liceat habere. Quòd si quis harum personarum hac fuerit voluptate detentus, episcopus tribus mensibus se à communione suspendat, presbyter duobus mensibus, diaconus vno mense ab omni officio & communione abstineat.

De clericis, qui sinè epistola sui episcopi proficiscuntur.

18 Presbytero, aut diacono vel clerico, sinè antistitis sui epistola ambulanti, communionem in officio suo celebrando nullus impendat.

De vagis & inobedientibus clericis.

19 Placuit etiàm, vt siue in ministerio diaconij vel presbyterij officio aliquis constitutus existat, si episcopi à quo ordinatus est, præceptis non obedierit, vt in delegata sibi

ecclesia officium dependat assiduum, quousquè in vitio permãserit, & cõmunione & honore priuetur.

De fœminis sacro velamine consecratis.

20 Fœminæ scilicet, q̃ sacro velamine sunt cõsecratæ, si fuerint (quod nolumus) fornicatæ, velamen deponere non præsumãt: sed pœnitentiæ iugo summisse, summoperè decertare festinent, vt ad indulgẽtiæ & remissionis valeant gratiam peruenire.

De viduis, quæ sacrum velamen capiti imposuerunt.

21 Vidua quidem, quæ sacrum capiti velamen imposuerit, & inter cæteras velatas fœminas in ecclesia oraverit, & oblationẽ cum illis obtulerit: si professa est in eodem habitu permanere, spondens nunquàm religionis deponere velamen, à religionis obseruãtia discedere non præsumat. Quod si præsumpserit, & ad id, quod spopõderat, reuocari non potest, à liminibus sanctæ Ecclesiæ segregetur, donèc ad emẽdationis remedia confugiat.

De paruulis à parentibus intra septa monasterij traditis.

Vide Synodi Tridentinę Sess. 25. cap. 17. & 18

22 Si pater vel mater, filium filiamq; intra septa monasterij in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina, nõ liceat eis, postquàm ad pubertatis puenerint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc ergò omninò deuitandum est: quia nefas est, vt oblatis à parentibus Deo filijs, voluptatis frena laxentur. Igitur (vt prædiximus) non liceat eis susceptum habitum vnquàm deserere: sed conuicti quòd tonsuram aut religiosam vestem aliquandò habuerint, in religionis cultu habituque velint nolint, permanere cogantur.

De professione monachorum.

23 Monachum ergò aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quicquid horũ fuerit, alligatum tenebit. Proindè huic ad mundum reuerti intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus regressus.

Vt nullus secularium, ecclesiam aut clericum fatigare præsumat.

24 Si quis verò secularium per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare tẽtauerit, & *victus fuerit: ab ecclesiæ liminibus & à catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur.

* conuictus

Sub quàm cauta consideratione erga pœnitentes sacerdos existat.

25 Pœnitentibus, secundùm differentiam peccatorum, sacerdotis arbitrio pœnitẽtiæ decernũtur. Debet itaq; sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singulatim considerare, originem quoquè, modumq; culparum, & affectus gemitusq; delinquentium diligenter examinare, manifesteq; cognoscere: temporum etiàm & personarum, locorum quoquè & ætatũ qualitates inspicere, vt etiàm pro consideratione locorum, ætatum vel temporũ, seu pro qualitate delictorũ atq; gemituũ vniuscuiusq; delinquẽtis, à sacris regulis oculos non reflectat.

De his, qui sacerdotem sponte occiderint.

26 Qui sacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibere præsumat: ieiunet autem vsque ad vesperam, exceptis festis diebus atq; Dominicis. Arma non sumat, & vbicũquè ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propijs pedibus proficiscatur. Ecclesiam per quinquennij tempus nõ ingrediatur, sed cùm sacrarum orationum officia, aut Missarum solennia celebrantur, ante fores basilicæ perseueret, orans ac deprecans Deum, vt tanto crimine abluatur. Post expletum verò quinquennij tempus, egrediatur Ecclesiã, nondùm verò communicet, sed inter audientes tantummodò stet, vel, dum facultas conceditur, sedeat. Et cùm decimi anni cursus fuerit finitus, cõmunicandi ei licentia cõceda tur, & equitandi tribuatur medela: maneat autem in reliquis obseruatiõibus, tres dies per hebdomadam vt perfectiùs ad culmen purificationis peruenire mereatur.

De eo qui meditatione odij, vel propter auaritiam, paganum occiderit.

27 Qui odij meditatione, vel propter auaritiam, paganum occiderit, quia non leui vitio committitur, vt homicidam cõuenit pœnitere: quandoquidem nec exteris gentib⁹, nisi oblatam pacem respuerint, bellũ est populo antiquo penitùs inferre præceptum. Deut. 20.

De eo qui insaniens aliquem occiderit.

28 Si quis insaniẽs aliquem occiderit, si ad sanam mentẽ peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quàm ei, qui sana mente tale quid commiserit. Cui quanuis pœnitẽtia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati, licèt fortasis occulta, cõtigisse creditur, *tãtùm tamen leuior, quàm ei, qui sanus aliquem occiderit, quantum inter insanum & sanum, irrationabile & rationabile, constat esse discriminis.

* Leuior

De eo qui arborem incidit, & dum operi necessario insistit, aliquis subtus ipsam arborem deueniens, opprimitur.

29 Sæpè cõtingit, vt dum quis operi necessario insistẽs, arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniens, deprimatur: & idcircò si voluntate vel negligentia incidentis arborem, factum est, vt homicida pœnitẽtiæ debeat omninò submitti. Quod si nõ voto, nõ incuria illius, non deniquè scientia cõtigit, sed dum ille operi necessario fortasis incũberet, iste insperatus occurrens, sub arboré improuisus deuenit, & sub ipsa, nemine valente penitùs adiuuare, suppressus est, incisor arboris, homicidæ proculdubiò non est comparandus. Deut. 19.

De patricidis & fratricidis.

30 Statuimus vt patricidæ & fratricidę, per vnius anni curriculum, ante fores basilicæ orantes Domini clementiam, perseuerent. Completo autem anni circulo, introducantur in ecclesiam: tamen inter audientes, vsq; dum vnius anni spatium finiatur, stent, cùm ad Missarum solẽnia vel alia sacra audire officia venerint. His ità peractis, si pœnitentię fructus in eis cõspicitur, corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi participes fiant, vt desperantiæ non indurentur caligine. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum, & ieiunent vsq; ad nonam horam diei quotidiè, exceptis festis diebus atq; Dominicis. Abstineãt à vino, medone, atq; cereuisia mellita tres dies p hebdomadam. Arma gerere non audeant vel sumere, nisi contra paganos. Et vbicunquè ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, sed pedestri more proficisci studeãt. Tempus aũt huius pœnitẽtię, in episcoporum ponimus arbitrio, vt secundùm cõuersationem illorum, aut extendere, vel minuere valeant. Ab vxoribus, si habuerint, nõ separentur. Si autem non habuerint, & se continere non valuerint, legitimas accipiant in coniugio fœminas, nè fornicationis voraginẽ incidere videantur. Et si finis vitæ illorum venerit, antequàm duorum prędictorum annorum finiãtur curricula, viaticum illis nõ negetur.

De leprosis fidelibus, si participationem Dominici corporis & sanguinis percipere debeant.

31 Leprosis autem, si fideles Christiani fuerint, Dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem, eis conuiuia celebrare non permittatur.

In quota generatione sibi fideles copulantur.

32 In copulatione fidelium, generationis numerum non diffinimus, sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate siue cognatiõe vxorem accipere, vsq; dùm generatio recordatur, cognoscit, aut memoria retinetur. Leuit. 18. Deut. 27. Loco citato.

De his, qui cum duabus sororibus fuerint fornicati, vel cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet.

33 Si quis cum duab⁹ fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sacra scriptura prohibet, si dignam egerit pœnitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, liceat ei legitimã in coniugio vxorem accipere. Similiter & mulier, quæ tali fuerit scelere lapsa, vt fornicationis non perducatur ad chaos, perficiat. Sed hoc de laicis viris ac mulieribus solũmodò statuimus.

De eo qui cum commatre spiritali, vel cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante episcopum tenuerit, cùm sacro chrismate fuerit vncta, fornicationem perpetrauerit.

34 Si quis cum commatre spiritali fuerit fornicatus, vsq; ad dignam pœnitentiã anathematis percutiatur ictibus. Similiter & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quã de sacro fonte baptismatis susceperit: aut cum illa, quam ante episcopũ tenuerit, cùm sacro chrismate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit scelus: legitimam autem, si habuerit, non dimittat vxorem.

De mulieribus, quæ conceptos vtero infantes voluntate excutiunt, vel quæ dormiendo filios suffocare videntur.

35 Mulieres igitur, quæ ante temporis plenitudinem cõceptos vtero infantes voluntate excutiũt, vt homicidæ proculdubiò iudicandæ sunt. Illæ verò, quæ dormiendo filios suffocare videntur, leuiter de his iudicare oportet: quia nolentes, & non sentiendo, ad hunc deuolutæ sunt casum.

De eo qui viduam in matrimonium susceperit, & cum filia ipsius, quam ex priori marito habuit, concubuerit: vel quæ patri filioque se substernunt, seu de his qui cum duabus sororibus concubuerint.

36 Si vir viduam in coniugiũ duxerit, quæ ex priori marito filiam habuit, & cum eadẽ filia postmodùm concubuerit, coniugium modis omnibus dissoluatur: & vir ille pœnitẽtię subiaceat sanctionibus, ità vt per trienij tempus à sacro corpore Domini nostri Iesu Christi suspendatur & sanguine. Carnẽ non manducet, abstineat à vino, & singulis diebus ieiunium celebrare festinet, exceptis festis diebus atq; Dominicis. Orationibus omni insistere solicitudine, integriterq; perficere, summoperè studeat. Similiter autem de mulieribus, quæ clanculò patri se in concubitu substernunt & filio, obseruandũ est. Taliter quidẽ & de his sancimus, qui duab⁹ se absconsè sororibus pollutos cognoscũt.

Qui pro diuersis erratibus pœnitentiam subiêrint, si à proprijs vxoribus separari debeant.

37 Illi scilicet, qui pro diuersis erratibus, vel quibuscunq; piaculis pœnitentiæ iugo fuerint summissi, legitimo nullatenùs matrimonio separẽtur, nè in fornicationis voragine demergantur: & dum ad alta subleuari sperantur, corruant in cœno.

De his qui seruos suos, iudicibus non iudicantibus, necant.

38 Si quis seruum proprium sinè cõscientia iudicum, qui tale quid cõmiserit, quod morte

morte sit dignum, occíderit, excómunicatione vel pœnitentia biennij reatum sanguinis emundabit.

De domina, quæ zeli causa ancillam suam occiderit.

39 Si qua fœmina furore zeli accensa, flagris verberârit ancillâ suam, ità vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eô quòd incertum sit, voluntate an casu occíderit: si voluntate, septê annos: si casu, per quinque annorum tempora legitimam peragat pœnitentiam.

Si episcopus seruum alterius clericum fecerit.

40 Si seruus, absente vel nesciente dño suo, episcopo autem sciête quòd seruus sit, diacon⁹ aut presbyter fuerit ordinatus, ipse in clericatûs officio permaneat: episcopus tamen eum domino duplici satisfactione
*eum persoluat. Si verò episcopus *cùm seruũ esse nesciêrit, & ità eum ad sacros ordines promouit, qui testimonium de illo perhibebât, aut eum postulabât ordinari, simili recompensatione teneantur obnoxij.

De his qui per odium ad pacem non reuertuntur.

41 Placuit etiàm, vt quicunq; odio aut longa inter se lite dissenserint, & ad pacé reuocari diutina intentione nequiuerint, à ciuitatis primitùs sacerdotibus arguantur. Qui si inimicitias deponere pernicioſa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur.

Nè sinè accusatione legitima condemnetur quispiam.

42 Dignum est, vt vita innocentis non maculetur pernicie accusantiũ. Quisquis igitur à quolibet criminatur, non antè accusatus supplicio deputetur, quàm accusator præsentetur, atque legum & canonum sententia exquiratur, vt si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationẽ non iudicetur.

De refugis ac perfidis laicis.

43 Nobis igitur ratio persuadet synodalis decernere, vt quicunq; laicorum in aduersitate propriæ gẽtis, aut patriæ, vel regię potestatis, ad externas partes se cõferendo, noxius fuerit vltrà repertus, non solùm omni rerum suarum proprietate priuetur, sed & perpetua excommunicatione damnato, nũquàm illi, prętèrquàm in vltimo mortis suę, communio tribuatur.

De adulteris.

44 Si cuius vxor adulteriũ fecerit, aut vir in alienam vxorẽ irruerit, septem annos pœnitentiam agat.

F. LAVRENTIVS SVRIVS LECTORI.

Vsq; ad hoc 45. Capitulum exclusiuè omnia superiora capitula, dempto 40. in quodam vetusto manuscripto exemplari habebantur: ea quæ porrò sequũtur, deerant: quæ sanè ad hãc Synodum pertinere non videntur, cùm interdum repetantur, quæ iam superiùs ijsdem penè verbis sancita leguntur. Constat autẽ sub eodẽ Gunzone episcopo duas esse Vormatiæ habitas Synodos, alteram anno Christi 858. alteram 868. Vtrùm verò illæ duæ Synodi hîc coniunctim habeantur, an aliud aliquid in causa sit, quod hæc impressa à manuscripto exemplari discrepant, incertum habemus. Fit autem in decreto Iuonis non semèl mentio Synodi Vormatiensis, cùm tamen canones indè citati, inter hos omnes typis excusos non extent.

Vt cura rerum ecclesiasticarum tantùm episcopus habeat.

45 Omnium negociorum ecclesiasticorũ curam episcopus habeat, & ea velut deo cõtemplante dispensẽt: nec ei liceat ex his aliquid omninò cõtingere, aut parẽtibus proprijs, quæ Dei sunt, cõdonare. Quòd si pauperes sunt, tanquã pauperibus subministret, nè eorum occasione ecclesiæ negocia deprædentur. Cauſa 18. Apoſtolorũ cap. 29.

De eadem re, ex concilio Antiocheno.

46 Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum ergà oẽs qui indigent. Summa quoquè reuerentia & timore Dei participet & ipse, quib⁹ indiget, si tamẽ indiget, tam suis, quàm fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessarijs vsibus profuturis, ità vt in nullo, qualibet occasiõe, fraudentur, iuxta Apostolum sic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti sumus. Cauſa 12. Tit. 1.

Bona ecclesiæ quot partibus diuidenda. Ex decretali papæ Gelasij, cap. 29. primæ decretalis.

47 Quatuor autem tam de *redditibus, q̃ de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit, (sicut dudùm rationabiliter decretum est) conuenit fieri portiones: quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta est fabricis applicanda, &c. *reditibus

Vt absque præceptione, nouæ basilicæ non dedicentur.

48 Basilicas nouiter institutas (non petitis ex more præceptiõibus) dedicare nemo audeat, nec ambiant sibimet episcopi vẽdicare clericos potestatis alienæ. Diſt. 63. Nouas.

De constituendis presbyteris.

49 Statutũ est, vt sinè authoritate vel consensu episcoporum, presbyteri in quibuslibet ecclesijs nec constituantur, nec expellãtur. Et si laici clericos probabilis vitæ & doctrinæ episcopis cõsecrandos *suis in ecclesijs cõstituendos obtulerint, nulla qualibet occasione reijciant. *sibi

De mansis vniuscuiusque ecclesiæ.

50 Sancitum est, vt vnicuiq; ecclesię vnus mansus integer absq; alio seruitio attribuatur. Et presbyteri in eis constituti, nõ de decimis neq; de oblationibus fidelium, nõ de domibus neq; de atrijs vel hortis iuxta ecclesiam positis, neq; de præscripto mãso aliquod seruitium faciãt, præter ecclesiasticũ. Et si amplius aliquid habuerint, indè senioribus suis debitum seruitium impendant. 23. q. 8. Ecclesiæ.

De presbyteris vniuscuiusque ecclesiæ.

51 Statutum est, postquàm hoc impletum fuerit, vt vnaquæq; ecclesia suum presbyterum habeat, vbi id fieri facultas prouidente episcopo permiserit.

De villis, nouis ecclesijs in eis nouiter constitutis.

52 Sancitum est de villis, nouis ecclesijs in eis nouiter cõstitutis, vt decimæ de illis villis, ad easdem ecclesias conferantur.

De ecclesijs destructis, vel de nonis & dè decimis.

53 De ecclesijs sanè destructis, vel de nonis & de decimis, siue de claustris canonicorũ, qualiter constitui & ordinari à nobis placuerit, alijs capitulis subtèr adnotauimus.

De ecclesiarum honore.

54 Sed & de ecclesiarum honore, quomodò Deo adiuuante, quantùm in nobis est, vigeat, simíliter in subtèr adnotatis capitulis insertum esse dinoscitur.

Vt ecclesia cum rebus suis ad episcopi ordinationem pertineat.

55 Multi contra canonum cõstituta ecclesias quas ædificârunt, & ab episcopo postulauerint consecrari, dotem, quam eidem ecclesiæ contulerint, ad episcopi ordinationẽ putãt non pertinere: quod factum & in prętérito displicet, & in futuro prohibetur. Ergò omnia secundùm cõstitutionem, ad episcopi potestatem pertineant.

De ordinatione presbyterorum.

56 Vt presbyteri nõ ordinẽtur, priusquàm examinentur, vt excõmunicationes passim & sinè causa non fiant.

57 Vt nullus laicus presbyterum in ecclesia mittere, vel eijcere præsumat, nisì per cõsensum episcopi.

De honore pro ecclesijs dando.

58 Vt episcopi præuideant, quem honorẽ presbyteri pro ecclesijs senioribus tribuãt.

De decimis dispensandis.

59 Vt decimæ in potestate episcopi fiant, qualiter à presbyteris dispensentur.

De petendo chrismate.

60 In synodo Vasensi, in qua federũt episcopi octodecim, capitulo *secũdo: Per singula territoria presbyteri ab episcopis, non prout libitum fuerit, vicinioribus, sed à suis proprijs per annos singulos chrisma petant appropinquante solennitate paschali: nec p quemcunque ecclesiasticum, sed si qua ne- *finis

cessitas aut presbyterorum vel diaconorũ occupatio est, per subdiaconum: quia in honorum est, inferioribus summa committi. Optimum est autẽ, vt ipse suscipiat, qui eo in tradendo vsurus est: & sicut reliquiæ sanctorum deportari solent, ità deportet.

De non quærendo clericis iudicio seculari. Ex Carthaginensi Concilio.

61 Clericus nequaquàm præsumat apud secularem iudicem, episcopo non permittẽte, pulsare: sed si pulsatus fuerit, responsum non proponat, nec audeat criminale negocium in iudicio seculari proponere. Si quis verò secularium per calumniam ecclesiam aut clericum fatigare tentauerit, & *victus fuerit, ab ecclesiæ liminibus & catholicorũ communione, nisì dignè pœnituerit, arceatur. *conuictus

De episcopis aut presbyteris vagis in parochia aliena non admittendis. Ex concilio Carthaginensi.

62 De episcopis & de presbyteris vagantibus, qui parochias non habent, nec scimus ordinationem eorum qualiter fuit, placuit iuxta instituta sanctorum patrum, vt in alterius parochia ministrare, nec vllam ordinationem facere debeant sinè iussione episcopi, in cuius parochiâ sunt. Et si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur interìm quòd ad synodũ exindè venerint, & ibidẽm secundùm canonicam institutionem accipiant sententiam, nisì tantùm pro causa itineris. Et si vllus clericus aut laicus talem episcopum aut presbyterum defensauerit, sinè cõmeatu episcopi cuius parochia est, excommunicetur vsque ad emendationem.

De concubitu vago & incestuoso. Ex concilio Carthaginen.

63 Si quis cum matre & filia in adulterio manſit, nesciente matre, quòd cum filia mãsisset: similiter & filia nescia, quòd cum matre mansisset, & postèà ille vir, si acceperit mulierem, dimittat eam, & vsque in diem mortis suæ non habeat vxorem. Et illa mulier, quam reliquerit, accipiat virum: & illa mater & filia, cum quibus in adulterio mãsit, ambabus nescientibus, quòd cum matre & filia mansisset, habeant viros. Nam in notitiam illarum si venerit hoc scelus, dimittãt maritos, & agant pœnitẽtiam: & illorũ mariti & illi posteriores, accipiant mulieres. Similiter & de duabus sororibus, qui cum vna in adulterio mãsit, & aliâ in publico accepit, non habeat mulierem vsq; ad mortem. Et illæ duæ sorores nescientes, accipiãt viros: & si in notitiã eis venerit, forma superior seruetur. Si quis cũ nouerca sua dormiret, nec ille nec illa possunt ad cõiugium peruenire. Si quis cum filiastra sua dormiêrit, *similiter sentẽtia potest stare. Qui cum duab⁹ sororib⁹ dormiêrit, & vna ex illis anteà ei vxor fuerit, 35. q. 2. & 3. Si q⁹ cũ matre & filia. *similis

erit,nullam vxorem posteà habeat, nec illa soror habeat virum.

De carne à bestijs læsa aut per se mortua, non edenda: item de apibus hominem necantibus, necandis. Ex concilio Carthaginen.

64 Animal vulneratum à bestijs & gustatum,licitum est manducare, si homo priùs illud animal viuum occíderit. Si verò mortuum fuerit priùs,deijciat caro eius. Si apes occídunt hominem, occídi debent festinãter:mel tamen manducetur.

Animalia quæ quibus comedi quomodò licita. Ex concilio Carthag.

65 Animalia,quæ à lupis seu à canibus lacerantur,non sunt comedenda, nisi porcis & canibus: nec ceruꝰ nec capra,si mortui inueniuntur. Porci autem,qui sanguinem hominis gustantes tetigerunt, manducentur. sed qui cadauer mortuum lacerantes manducauerint,carnes eorum manducare non licet, vsquedùm macerantur post annum. Pisces autem licèt manducare, quia alterius naturæ sunt. Aues verò & alia animalia,si in retibus strangulantur, non sunt comedẽda.

Si quis presbyter contra episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit.

Carthag. cõ.2.cap. 8. 66 Ab vniuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter à præposito suo correptus fuerit,debet vtiquè apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri,ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit,sed superbia(quod absit) inflatus,se secernendum ab episcopi sui cõmunione duxerit,ac separatim cum aliquibus faciens sacrificium Deo obtulerit: anathema sit,& locum amittat. Et si querimoniam iustam aduersùs episcopum non habuerit,inquirendum erit.

Vt nullus episcopus, presbyter & diaconus, conductor sit.

Carthag. cõc.3. ca.15. 67 Item placuit, vt episcopi, presbyteri & diacones,non sint conductores aut procuratores: neque vllo turpi negocio & inhonesto victum quærant: quia respicere debẽt scriptum esse,Nullus militans Deo,implicat se negocijs secularibus. 2.Tim.2.

Lectoribus necessariò vel vxores ducendæ, vel continentia profitenda.

Carthag. 3. cap.19. 68 Placuit,vt lectores,cùm ad annos pubertatis venerint,cogantur aut vxores ducere,aut continentiam profiteri.

De fœnore clericis inhibito.

Carthag. 3. cap.16. Carthag. cõc.3.ca. 4. 69 Item placuit vt clericus, si commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat: si speciem,eandem speciem, quantam dederit, accipiat. Et ante xxv.annos ætatis nec diacono ordinentur,nec virgines consecrentur,& vt lectores populum non salutent.

De infantibus baptizandis, quoties dubitatur, verum fuerint baptizati.

70 Item placuit de infantibus, quotiès nõ inueniuntur certissimi testes,qui eos baptizatos esse sinè dubitatione testentur, nec ipsi sunt per ætatẽ de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absque scrupulo eos esse baptizandos,nè ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatiõe priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, quia multos tales à barbaris redimunt. Carthag. cõc.4.

De clericis, qui intra annum causam suam non procurant.

71 Rursùs cõstitutum est,vt quotiès clericis conuictis & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum,quorum verecúdiæ parcitur,vel propter Ecclesiæ opprobrium,aut insolentem insultationem hæreticorũ atq; gentiliũ,si fortè causæ suæ adesse voluẽrint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum causam suam purgare contemserint,nulla eorum vox penitùs posteà audiatur.

De epistola sancti Iacobi Apostoli, in qua pro infirmis præcipit orare.

72 Sanè quoniam de hoc,sicuti de cæteris, consulere voluit dilectio tua, adiecit filius meus Cœlestinus diaconus in epistola sua, sic esse à tua dilectione positum illud,quod in beati apostoli Iacobi epistola est conscriptum: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros,& orent super eum,vngentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei saluabit infirmum: & suscitabit illũ Dominus: Et si in peccatis fuerit, dimittẽtur ei. Quod non est dubium de fidelibus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt,quod ab episcopo confectum,non solùm sacerdotibus,sed omnibus vt Christianis licet in sua aut suorum necessitate ad vngendum. Cæterùm illud superfluum videmus adiectũ, vt de episcopo ambigat, quod presbytero licere nõ dubiũ est: quia episcopi occupationibꝰ alijs impediti,ad omnes languidos ire non possunt. Cæterùm si episcopus aut potest,aut dignum ducit aliquos à se visitandos,& benedicere & tangere chrismate sinè cunctatione potest,cuius est ipsum chrisma confícere. nam pœnitentibus istud fundi nõ potest,quia genus est sacramenti. nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodò vnum genus putatur concedi? Iacobi.5.

De diaconissis mulieribus. Ex concilio Chalcedonen. cap.15.

73 Diaconissam non ordinandam ante annum 40. & hoc cũ summo libramine. Si verò susceptiẽs manûs impositionẽ,& aliquantum tẽporis in ministerio permanẽs,semetipsam tradat nuptijs,gratiæ Dei contumeliam faciens, anathematizetur huiusmodi, cum eo qui eidem copulatur.

De coniuratione vel conspiratione. Ex eodem,cap.18.

74 Coniurationis vel conspirationis crimen,& ab exteris legibus est omninò prohibitum: multo magis hoc in Dei ecclesia, nè fiat, admonere conuenit. Siqui ergò clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes,aut insidias ponentes episcopis aut clericis,gradu proprio penitùs abijciantur.

Quòd non liceat clericis post mortem episcopi sui, res ad eum pertinentes diripere. Ex eodem,cap.22.

75 Non licere clericis post obitum sui episcopi,res ad eum pertinentes diripere, sicut antiquis quoq; canonibus constitutum est. Quòd si hoc facere tentauerint, graduũ suorum periculo subiacebunt.

Quòd non oporteat ordinationes episcoporum diù differre. Ex eodem, cap.24.

76 Quoniam quidam metropolitanorum, quantùm comperimus, negligentiùs commissos sibi greges & ordinatiões episcoporum facere differunt, placuit sanctæ synodo intra tres menses ordinationes celebrari,nisi fortè necessitas excusabilis præparet tempus dilationis extendi. Quòd si hoc minimè fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. Veruntamen redditus ecclesiæ viduatæ,penès œconomum eiusdem ecclesiæ integri reseruentur.

De his qui rapiunt puellas. Ex eodem, cap.26.

77 Eos qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitãdi, vel cooperantes aut conniuentes raptoribus, decreuit sancta synodꝰ, vt si quidem clerici sunt,decidant gradu proprio: si verò laici,anathematizentur.

Quota generatione coniugia copulari debeant.

78 Contradicimus quoq;,vt in quarta generatione nullus ampliùs coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum inuentum fuerit,separetur. Sanè eadem quæ in viri,hæc nimirùm in vxoris parentela de lege nuptiarũ regula custodiẽda est. Quoniam cõstat eos duos esse in carne vna,ideò communis illis vtrinq; parentela esse credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne vna. Gen. 2.

De honore pro ecclesijs dando.

79 Vt episcopi incestuosos punire & inuestigare studeant,omninò decreuimus. Qui si pœnitere noluerint, de ecclesia expellantur, donèc ad pœnitentiam reuertantur. Quòd si sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis pdurare criminibus, oportet eos per secularis potentiæ disciplinã à tam prava consuetudine coërceri.

De his qui suspenduntur in patibulis.

80 Quæsitum est ab aliquibus fratribus, de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus,post confessionem Deo peractam,vtrùm cadauera illorum ad ecclesias deferenda sint,& oblationes pro eis offerendæ,& Missæ celebrandæ,an non. Quibus respondimus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine secundùm canonicum iussum danda est, cur non etiàm eis qui pro suis peccatis pœnam extremam persoluunt? Scriptum est enim: Nahum 1. Non vindicat Deus bis in idipsum. Nam Dominus ait: In quocunque die conuersus fuerit peccator, peccata eius non reputabuntur ei. Et iterùm: Nolo mortẽ peccatoris,sed vt cõuertatur & viuat. Salutem ergò homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegat: & desperat de misericordia Dei, qui eam ad subueniendum morienti sufficere vel in momento nõ credit posse. Latro ergò perdidisset in cruce præmium ad Christi dextram pendens, si illum vnius horæ pœnitentia, non iuuisset. Nam cùm esset in pœna,pœnituit: & per vnius sermonis professionem, habitaculũ paradisi,Deo promittente, promeruit. Vera ergò ad Deum conuersio in vltimis positorum,mente potiùs est æstimanda, quàm tempore, propheta hoc aliter asserente: Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Ezech.18. Ezec. 18. Lucæ 23.

FINIS.

ADRIANI PAPAE II. GESTA, EX DIVERSIS SVCCINCTIM COLLECTA per F. Laurentium Surium.

Drianus secundus iunior, Talari episcopi filius,sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis à Papa Sergio secundo factus, imperante Ludouico iuniore Augusto, sedit annos V. & dies XII. Ad eum, postquàm pontificatum inijt, scripsit Lotharius rex, qui repudiata legitima coniuge *Tiethberga, Vualdradam sibi coniunxerat: conatusque est se purgare apud pontificem nouũ Adrianum,primùm literis, deindè coràm Romæ verbis. Atque in literis quidem inter

alia sic scribit Pontifici Adriano: Nos literis & verbis indesinenter proclamantes, & diuersis legationibus eadem repetentes, humiliter postulauimus, vt nos & accusatores nostri, iuxta diuinas & humanas leges, sui Pontificij (de Nicolao eius nominis primo pontifice hoc dicit) audientiam mereremur, vt ratio docet, nostram præsentiam exhibendo, sed semper repulsi sumus. & post pauca: Sed quia DEVS omnipotens, princeps pastorum, in illa sancta sede vestri pontificatûs apicem sublimauit, si tempus arriserit, vestrũ multipliciter desideramus conspectum, & vestris Deo dignis animari colloquijs, ac melliflua benedictiõe potiri. Ad quæ pontifex his verbis respondit, sedem sancti Petri semper paratam esse dignam satisfactionem suscipere, nec quod diuinæ humanæq; leges iustè decernunt, vnquàm repulisse. Itaque si immunem ab obiectis se sciret, cum omni fiducia sedem Apostolicã oporteret adire, vt expetitam benedictionem perciperet: si culpam autem recognosceret, nihilominùs absque hæsitatione venire festinaret, condigna pœnitentiæ remedia suscepturus. His quidem verbis & Lotharius Adriano, & Adrianus Lothario scripsisse legitur. Porrò etiàm Romam venit Lotharius, & honorificè à Pontifice acceptus, cùm apud illum tum per seipsum, tum per proceres, qui cum eo venerant, omnia Nicolai põtificis monita haud aliter atquè diuinitùs imperata, obseruâsse se testaretur, vocatus est ad sacram communionem: sed priùs quàm Eucharistiam illi & proceribus pontifex porrigeret, admonuit, si quidem se non vera dixisse scirent, vtì nè in certissimam suî perniciem eam acciperent. Atquì verò & Lotharius inprimìs, & deindè reliqui omnes intrepidè Eucharistiam percepêre, tametsi indè sibi essent conscij: sed paulò pòst eodem anno Lotharius moritur Placentiæ 6. Idus Augusti, cæteri (paucis demptis, qui seà communione subduxerant) intra anni spatium vitam cum morte commutârunt: & ingens præterea clades nobilitatem omnem ac populum regis horrẽdum in modum peruasit. Hæc quidem apud historicos non contemnendos leguntur. Ipse verò Adrianus, officio suo strenuè perfungens, studebat omnes verbo & exemplo ad benè beatèque viuendum prouocare, atque sub illo synodus Octaua generalis celebrata est, & Bulgaris missi tres viri sanctissimi à Pontifice, qui eos in fide CHRISTI retinerent: quanquàm non ità multò pòst Bulgari, relicto Latino ritu, ad Græcorum mores & instituta, ab illis pellecti, se accommodârunt. Deniquè obijt pontifex Adrianus, vt graues habent authores, anno CHRISTI DCCC. LXXII. Calendis Decembris.

Vide quãtũ tribuat Romano pontifici tantus rex.

DE OCTAVA OECVMENICA SYNODO ADMONITIO AD LECTOREM F. LAVRENTII SVRII.

TRiplicem Octauam Constantinopoli habitam Synodum historiæ loquuntur: primam, in qua præter fas eiecto Ignatio, repentè ex aulico & neophyto creatus est Constantinopolitanæ vrbis antistes Photius: alteram, quæ pulso Photio, restituit suæ sedi Ignatium: tertiam, sub Iohanne Octauo Romano pontifice, qui mortuo Ignatio, pacis conciliandæ causa, Photium Constantinopolitanis episcopum reddidit. Ex his mediam docti viri Octauam rectè ac meritò œcumenicam censent dici oportere, tametsi Græci quidam aliter sentire videantur, quorum iudicia non sunt magnipendenda. Semper enim illi quadam æmulatione feruntur erga Latinam ecclesiam, & difficile est morosis ingenijs per omnia satisfacere. Neque enim verentur illi etiàm Florẽtinum Concilium appellare octauum, quasi nesciant & hoc Constantinopolitanum, & posteà sub Innocentio tertio Lateranense verè œcumenicum ac longè celeberrimũ præcessisse. Sed ijs omissis, hoc te lector admonitum volumus, nos dare quidem inpræsentiarùm legendam tibi octauam Synodum, sed ità tamen, vt multa ex eius actionibus desiderentur. Neque enim habuimus exemplar integrum, sed ab illis mutuati sumus, qui in compendium & epitomen ipsas Actiones redigere voluerunt: sub finem tamen quædam adiunximus, ex alijs bona fide collecta, ad eandem Synodum pertinentia.

OCTA-

OCTAVA SYNODVS OECVMENICA, CONSTANTINOPOLITANA IIII. CCCLXXIII. Episcoporum sub Adriano II. Pontifice, & Basilio Imperatore, Anno Christi 868. (alij volunt, 870.) contra Photium Neophytum, Constantinopolitanæ sedis inuasorem collecta, in qua pulso Photio, Ignatius restitutus est.

ACTIO I.

ANNo tertio pijssimorum Imperatorũ Basilij & Cõstantini, conuenientibus Donato & Stephano episcopis, & Marino diacono, locũ tenẽtibus Adriani sanctissimi Archiepiscopi senioris Romæ, & Ignatio archiepiscopo Constantinopolitano nouæ Romę &c. Hìc primò Synodus exegit à legatis Romanæ sedis literas, quibus notam facerent potestatem suam, vt præsiderent in Synodo. At illi produxerunt Epistolam Adriani Papæ ad Basilium Imperatorem, cuius titulus est: Adrianus episcopus, seruus seruorum Dei, pijssimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo, & desiderabilissimo filio. Legationis excellentiæ tuæ &c. & post pauca subiungit: Volumus per vestræ pietatis industriam Constantinopoli numerosum celebrare concilium, cui nostri quoq; missi p̃sidentes, & culparum personarumque differentias liquidò cognoscẽtes (iuxta quod in mandatis acceperunt) singulorum liberè discretiones exerceant: in quo sacrato cœtu execrandi vanitatis cõcilij, quod aduersùs hanc sedem actum est, cuncta decernimus exemplaria, à possessoribus suis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari, nec superesse apud quemlibet ex his omnibus, saltem vnum iota vel vnũ apicem, nisì quis totius clericatûs, immò totius nominis Christiani, anathemate p̃culsus, carere voluẽrit. Non enim tam detestandum collegium nisì Ariminensi sub Constantio, vel Ephesinoà Dioscoro congregato latrocinio comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatũ S. ecclesiæ Ostiensis, & Stephanũ ecclesiæ Nepesinæ reuerend. episcopos, atq; filium meum Marinũ Apostolicæ sedis diaconũ, cõsiliarios nostros tuæ commẽdamus pietati: precamur, vt eos ob amorem p̃cipuorum apostolorum Petri & Pauli (à quorum sede mittuntur) benignè suscipias, & tanq̃ nobismetipsis aures credulitatis accommodes.

De actis [s]ynodi Pho[tianæ] dicit, [v]iuente Michaele [Imper]atore, [contr]a sedis [Rom]anæ [pri]uilegiũ [...] coacta [...].

Deindè productus est libellus, à sancta Romanorum ecclesia missus, & lectus audiente tota synodo, cuius summa est:

Anathematizamus omnes hæreses simul cum Iconomachis. Anathematizamꝰ etiàm Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum pontificum Romanorũ veneranda decreta repentè de curiali administratione, seculariq; militia sublatus, sup̃stite Ignatio patriarcha, in Cõstantinopolitana est p̃uasoriè, immò tyrannicè à quibusdã schismaticis, vel anathematizatis atq; depositis institutus Ecclesia, donèc sedis Apostolicæ sanctionibus inobediẽs p̃seuerans, eius sententiã tã de se, q̃ de patriarcha nostro Ignatio spreuerit, & cõciliabuli acta, quod se authore contra sedis Apostolicæ * congregatum est, anathematizare distulerit. Sequimur aũt sanctã synodũ & amplectimur, quã beatæ recordatiõis Papa Nicolaꝰ, cui & ipse Dñe coangelice summe pontifex Adriane subscripsisti, ante sacratissimum Petri, Apostolorũ eximij, corpus celebrauit: simul & quã tu ipse nupèr ibì egisti, & om̃ia q̃ in eis statuta sunt, secundùm decreti vestri moderationẽ venerabiliter conseruabimus, recipientes quos recipiunt, & dãnantes omnes, qui in illis dãnati sunt, & p̃cipuè iam dictũ Photiũ, & Gregoriũ Syracusanũ, patricidas videlicet, q̃ cõtra spiritalẽ patrẽ suũ linguas eximere minimè formidârunt, atq; p̃seuerantes in schismate sequaces eorũ, necnon & q̃ in illorũ cõionis societate p̃manserint.

* deest priuilegium, aut aliquid eiusmodi.

Sancta synodus dixit: Om̃ibus placet libellus, à sancta Romanorũ ecclesia exposit9. Deindè lecta est definitio episcoporũ Orientis sup̃ depositiõe Ignatij, q̃ facta fuerat, priusq̃ vicarij senioris Romæ venissent, quę cõueniebat cum ea, q̃ facta fuerat à synodo Romana, præsente Nicolao papa. Et absoluta est Actio prima.

ACTIO II.

AD hanc sessionem venerunt, qui ceciderant cum Photio, episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi: & p̃ferentes libellos pœnitentiæ coram synodo, recepti sunt ab ea cũ sola manûs impositione, & absolutus est conuentus secundus.

ACTIO III.

IN hoc conuentu lecta est epistola imperatoris Basilij, & epistola Ignatij Patriarchæ ad Nicolaũ papam: & deindè epistola Adriani papæ ad Ignatiũ patriarchã super damnatione Photij & suorũ sectatorum.

ACTIO IIII.

IN hac sessiõe primò legitur Epistola Nicolai ad Michaẽlem Imperatorẽ, missa p̃ Rodoaldũ & Zachariam olìm episcopos: in qua ostendit Cæsari, hominẽ laicũ nõ promouendum ad sacerdotiũ subitò, sed per suos gradus, sicut Sardiceñ conciliũ, vt de laicis non eligerentur antistites, in ca. 13. per om̃ia prohibuit. Item & Cælestinus Papa in decreto suæ sanctiõis ca. 21. & Leo Romanę sedis põtifex hocipsum in decretalibus suis pro-

prohibuit ca.23.Item & Gelasius nõn solũ episcopos, de laicis fieri prohibuit,sed etiã presbyteros,nè talia pręsumerent,vetuit in decretorum suorũ cap.3.Accedit,q̃ pdecessor noster Adrianus primus in epistola,quã Constantinopolim pro venerandis imaginibus destinauerat,ità instituit, vt amplius de laicis nullatenùs ordinarentur antistites. Hæc Nicolaus. Subindè verò commendat venerationem sanctarum imaginum.

Secundò,legitur altera eiusdẽ Nicolai ad Photium epistola,in qua inuehitur in illum propter vsurpatum sacerdotiũ contra ordinem sacrorum canonum. Deindè ad illud, quòd scripserat ad Nicolaum Papam,quòd exemplo aliorum patrum fecerat,respõdet:

Ex Nicolai papæ ad Photium epistola.

Temerè & impudenter ad tanti honoris culmen assendere præsumpsisti, assumens tibi quasi à sanctissimo viro Nectario occasionem,quem sancta secunda synodus non ob aliud ad sacerdotalem eligere atq; ordinare ex laicali voluit dignitatem, nisi quia magnæ necessitatis cõtritione anxiabatur, eô q̃ in Constantinopolitana ecclesia nullus clericorum inueniri poterat, qui pessimæ hæreseos nimbosa caligine non fuerat impeditus.Et ob hoc non diù iam dicta ecclesia sub destitutione pastoris quasi viduata maneret,pdictum Nectarium expugnatorem hæreticorũ & defensorẽ Ecclesiarũ, ad ecclesiasticam curã & dignitatẽ sacerdotalem secunda sancta synodus elegit: sed vt hoc iterùm fieret,non confirmauit, nec instituit.Et ideò licèt contra patrum atq; canonicas institutiones q̃ per necessitatis fieri euentus comprobatur,nõ in authoritate tenendum est,sed nè iterùm talis proueniat necessitas, magìs magisq; cauendum. De Tharasij quidem promotione,qui similiter ex laicali cœtũ ad patriarchatũs extẽplò culmen promotus est,quam & vos quasi in authoritate vestræ defensionis,assumere vultis,si sanctam, quæ apud vos tempore sanctissimi viri Adriani papæ celebrata est, synodum diligentiùs scrutati fueritis,inuenietis quid in eadem sanctissimus vir consultus decreuit, & quòd dum eius consecrationis repræhenderet actus,& mœrorem se pro tam præsumptiua factione nimiùm sustinere ꝓfiteretur.Dicit enim: Quòd nisì in erigendis imaginibus feruentiùs contra illarum depositores atq; conculcatores vt verus miles Christi resisteres,nequaq̃ vestrę consecrationi assensum ꝓberemus,aut in ordine patriarchatũs vestrã dilectionẽ susciperemus: q̃ tantùm declaratur inordinatè promota,quantùm cõprobatur contra apostolica decreta enormiter præsumpta. Beatissimum quoq; Ambrosium, splendidissimam lucernam ecclesiæ,qui ex catechumeno,diuino præsagio,ad episcopalẽ per continuos gradus ꝓmotus est dignitatem, cur nobis,ꝓ vestro tutamine opponitis? qui nõ instinctu hominum, sed diuina vocatione per miraculorum prodigia electus est.

Tertiò legitur & alia epistola Nicolai ad Imperatorem,q̃ idem tractat argumentum.

ACTIO QVINTA.

AD sessionem venit Photius, & stãtem in pręsentia Patrum interrogauerunt eum ter legati, si susciperet constitũta sanctorum patrum. At Photius non respondit verbum:sed tamen vrgẽtibus vicarijs senioris Romæ,tandèm dixit: Vocẽ meam,etiàm me tacente, Deus audit. Præsidẽtes synodi dixerunt:Per silentium nõ effugies manifestiorem damnationem. Et eo præsente fecerunt vt legerentur epistolæ,quæ in actione quarta fuerant lectæ. Quibus lectis,vicarij senioris Romæ dixerunt:Nos ergò nõ nouum aliquod vel recens iudicium iudicabim⁹ aut introducemus,sed vetus,ex multo tẽpore iudicatũ à beatiss. Papa Nicolao, firmatum autem à sanctissimo papa Adriano:& nos non possumus commoueri à paternis definitionibus & legibus. Quem ergò nec sedes nostra Apostolica, nec sedes receperunt Orientalium, quis decæterò, Christianus esse volens, vlteriùs suscipiet? Sed talem conatũ abijcimus & anathematizamus, nè vlteriùs contra Ecclesiam talis quælibet alia fortè in omne seculum maligna introducatur actio, nec temerè à mundana potestate eijciatur legitimus pontifex, & pro eo subrogetur alter iniquè & illegaliter.Sãcta & vniuersalis synodus exclamauit: Recipimus hæc omnia: valdè quippe sunt discreta,& congrua ecclesiasticis regulis atque legibus.Et sic commonitus est ad pœnitentiam Photius & dimissus, & absoluta est Actio quinta.

Photij vicarius.

ACTIO SEXTA.

VOcati sunt ad synodũ episcopi Photij, ante quos lectæ sunt epistolæ Nicolai papæ ad Michaelem Imperatorem & Photium,per Leonẽ à secretis missæ,quasq̃; quarta continet Actio: & cùm nollent resipiscere,cõmonuit eos coram synodo Basilius Imperator. Et cùm nec sic agnoscerent errorem suum,denuò cõmonuit eos Imperator,dicẽs:Eccè qualiter & quotiès admonuimus vos,& audistis, & nõ est vobis rationis sermo. Si em̃ vultis subijci admonitionibus oĩm nostrũm, eccè pot⁹ & medicina. Quòd si nõ,imperiũ nostrũ ꝓbet vobis inducias septẽ dierũ,vt si quidẽ curã gesseritis salutis vestræ,benè & optimè:si verò minimè,ventura sexta feria in sancta & vniuersali Synodo state omnes,& quicquid definiẽrit vniuersalis synodns,fiet. Et absoluta est Actio sexta.

ACTIO SEPTIMA.

INgressus est Photius ad synodum baculo innixus, quem ab eo Marinus vicari⁹ Romanus iussit auferri, dicens: Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenùs potest, quia lupus est, non pastor. Et hortabantur illum vicarij senioris Romæ ad faciendum libellum pœnitentiæ,& tota Synodus prouocabat illum ad pœnitentiam: sed ille eos ecõtrariò cũ suis episcopis ad pœnitentiã magìs impellebat.

Photij prouocatus & impœnitẽtia.

Lecta est epistola Nicolai papæ ad clerũ Constantinopolitanum, in qua latè tractat hoc argumentum de scelesta depositione Ignatij,& introductione Photij.

MOx recitata sunt gesta synodi,quę facta est ab Adriano Romanorum papa,super promotione Photij. In tertia autem allocutiõe Adriani ad Synodum,sic habetur:Romanũ põtificem de omnium ecclesiarum præsulibus iudicâsse legimus, de eo verò quenquã iudicâsse nõ legimus. Licèt enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum,sciendũ tñ est,quia fuerat super hæresi accusatus,propter quam solùm licitum est minoribus maiorum suorũ motibus resistere,vel prauos suos sensus liberè respuere:quanuis & ibì nec patriarcharum,nec cęterorum antistitum cuipiã de eo quanlibet fas fuerit proferre sententiam, nisì eiusdem primæ sedis pontificis consensus ꝑcessisset.

Damnatur Photius hæreticus, eiusq̃ sedẽ Romanam vsurpat.

Adrianus papa de prophano conciliabulo,Constantinopoli cõgregato,penitùs abolendo: Conciliabulũ vanitatis à Photio,& huius authore Michaële, videlicet tyrannicè imperante, Constantinopoli nupèr aduersùs Apostolicæ sedis reuerẽtiam, & priuilegiũ congregatũ, vtpotè veritatis inimicum,quin & omni falsitate repletũ, sibi cõsentientiũ animas interficiens,Ephesino latrocinio cõparandũ fore statuimus, & ipsius execranda gesta, quibuscunq; habeãtur monumentis inserta,summi iudicis Dñi nostri Iesu Christi,sanctorumq̃; apostolorum principum Petri & Pauli, nostræq̃; mediocritatis authoritate penitùs abolenda decernimus,ità vt igni tradãtur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de cęteris scripturis,quæ viris iam nominatis authoribus contra eandem sedẽ tẽpore diuerso sunt editę, gerẽdum definimus. Pari etiàm modo de conuenticulis, ab eisdẽ viris, Michaële scilicet imperante, seu Photio Constantinopolitano inuasore, bìs aduersùm fratrẽ & coëpiscopũ nostrũ Ignatiũ factiosè collectis,deliberamus.

Cõmonet ecclia cõtra Ignatium facta.

Photium, qui licèt sit à decessore meo & à nobis,pro criminibus antè patratis, iurè damnatus & anathematizatus, nũctñ, quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit,& ponens in cælum os suũ, aduersùs veneranda sedis Apostolicæ priuilegia,noua temeritate prorupit, cui resistere minimè formidauit, Apostolicæ authoritatis censura iteratò damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tñ viua voce ac ꝓprio scripto Apostolicæ sedi in omnib⁹ obedire spoponderit, & prophanum concilabulum, à se Constãtinopoli celebratum, damnauerit,laicæ communionis gratiã nõ negamus. His sententijs subscripsit Adrianus papa,etiàm & alij episcopi.

Post hæc verò Stephanus diaconus fecit anathematismum Photij, & sequacium, & cooperatorum eius,in quo ipsum Photium vt secularem & tyrannũ, vt schismaticum & *danum, vt mœchum & parricidam, vt fabricatorem mendacij,& vt nouum Dioscorum,anathematizat cum omnibus sequacibus & fautoribus eius.

*for. danistam,

ACTIO VIII.

IN conuentu octauo tractatum est de abolendis chirographis iniustis, & vniuersis actis conciliabulorum,quæ à Photio cõtra papã Nicolaũ & patriarcham Ignatiũ celebrata sunt. Quæ vniuersa ꝓcepto Imperatoris & synodi combusta sunt. Deindè venerunt ad synodũ aliqui sacerdotes Iconomachi,& monitis sanctæ synodi & Imperatoris conuersi, recepti sunt cũ sola manûs impositiõe.Postremò Stephanus diacon⁹ è suggestu anathematizauit Iconomachos & Photiũ in hac forma: Cõcilio,quod adhuc fremit cõtra venerabiles imagines, anathema.His q̃ sumunt diuinæ scripturæ dicta, q̃ sunt aduersùs idola,cõtra venerandas imagines,anathema. Cætera sicut in Synodo VII. & vniuersali, Actione VII. in fine.

Acta synodorũ Photij cõbusta.

Anathema in Iconomachos.

ACTIO IX.

QVæ nona continentur Actiõe: Nunciatur synodo venisse Ioseph vicariũ Alexãdrinæ sedis.Huius,hortante synodo, epistola cõmendatitia legit⁹, & ipse recept⁹, q̃ acta sunt in octo Actionibus ꝓdictis,approbat.Mox examinantur falsi testes,q̃ cõtra Ignatiũ iurauerãt,& cum ꝓscripta à synodo satisfactione pœnitentiæ recepti sunt ad cõmunionẽ Ecclesiæ. Sic recepti sunt & cæteri,qui defecerant ad Photium, deserto legitimo antistite Ignatio.

ACTIO X.

IN postrema sessione,annuente tota Synodo,ꝓceperunt vicarij senioris Romę,vt legerentur Canones, quos statuerat sancta Synodus.

CANONES OCTAVAE SYNODI, PARTIM INTEGRI, PARTIM IN COMPENDIVM redacti,quòd commoda & emendata exemplaria deessent.

Can. 1. De custodiendis & conseruandis omninò anteà expositis & Ecclesiæ traditis canonibus.

PEr æquam & regiam iuſtitiæ diuinæ viā inoffensè incedere volētes, velutì quaſdā lampades ſemp lucētes, & illuminātes greſſus noſtros, quæ ſecūdùm Deū ſunt ſanctorum patrū definitiones & ſenſus retinere debem⁹. Quapropter & has vt ſecūda colloquia, ſecūdùm magnum & ſapientiſſimum Dionyſiū, æſtimātes & arbitrantes, etiàm de eis cum diuino Dauid enixè canimus: Mandatū Dn̄i lucidū, illuminans oculos. &, Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen ſemitis meis. & cum Prouerbiorum authore dicimus: Mandatū lucerna eſt, & lex lux. & cum magnifico Eſaia clamamus ad omniū Deū: Quia lux p̄cepta tua ſuper terram. Luci enim veraciter aſſimilatæ ſunt diuinorum canonum hortationes & diſſuaſiones, ſecundùm quod diſcernitur melius à peiori, & expediens atq; ꝓficuū ab eo, quod non expedire, ſed obeſſe dinoſcitur. Igitur regulas, q̄ ſanctæ catholicæ atq; Apoſtolicæ Eccleſiæ, tam à ſanctis famatiſſimis apoſtolis, q̄ ab orthodoxorū vniuerſalibus (necnō & localibus concilijs, vel etiàm à quolibet Dei loquo patre ac magiſtro, Eccleſiæ traditæ ſunt) ſeruare atq; cuſtodire ꝓfitemur, his & propriā vitā & mores regentes, & omnem ſacerdotij catalogum, atq; om̄es, qui Chriſtiano cēſentur vocabulo, pœnis & damnationibus, & è diuerſo receptionibus & iuſtificationibus, q̄ p illas ꝓlatæ ſunt atq; definitæ, ſubijci canonicè decernētes. Tenere q̄ppe traditiōes quas accepimus, ſiue p ſermonē, ſiue p epiſtolā ſanctorū, q antè fulſerūt, Paulus admonet aptè magn⁹ Apoſtol⁹.

Psalm.18. Psal.118. Pro.6.

Quæ parētheſi incluſa ſunt, deerāt exēplari illi, vndè hæc deſcripſim⁹, licèt alia quędā ea habeant.

2. Theſſa. 2.

¶ Can. 2. Vt ſeruētur definitiones Nicolai & Adriani Romanorum pontificum.

SEcūdus canō habet, vt cōſeruenē definitiōes ſynodicæ, à beatiſſ. Nicolao & Adriano Rom. patriarchis ꝓ defenſiōe eccleſiæ Cōſtātinop. ac reſtitutiōe Ignatij, atq; Photij neophyti expulſione, ac cōdemnatione eiuſdē Photij ꝓmulgatæ, de q̄bus in Act. 4.

¶ Can. 3. Vt venerentur imagines.

De veneratiōne imaginum.

SAcram imaginē Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti & om̄ium ſaluatoris, æquo honore cum libro ſanctorū euangeliorū adorari decernimus. Sicut em̄ p ſyllabarū eloquia, q̄ in libro ferunē, ſalutē conſequuntur omnes: ità per colorum imaginariā operationē, & ſapiētes & idiotæ cuncti ex eo, quod in ꝓmptu eſt, ꝓfruūtur vtilitate. Quæ em̄ in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura, q̄ in colorib⁹, p̄dicat & cōmendat. Dignū eſt enim, vt ſecundùm congruentiam rationis & antiquiſſimam traditionē, propter honorē, quia ad principalia ipſa refertur, etiàm deriuatiuæ imagines honorentur, & adorentur vt ſanctorū Euāgeliorū ſacer liber, atq; typus precioſę crucis.

¶ Can. 4. Photium nunq̄ fuiſſe epiſcopum &c.

QVartus canon declarat, ꝙ neophytus Photius nunq̄ fuerit epiſcop⁹, nec illi, qui in ſacerdotali gradu conſecrati ſunt ab eo, putentur eſſe ſacerdotes: ſed ſubuertenda eſſe omnia, quæcunq; ille ad dandum alijs gradum ſacerdotij operatus eſt.

¶ Can. 5. Nullus ex laico ordine aſſumatur epiſcop⁹.

DEindè canonicā ſtabilitatē in eccleſijs ſemper manere in Chriſto ꝓindè cupientes, renouamus & cōfirmamus terminos & ſanctiones, q̄ olim à ſanctis Apoſtolis & ſanctis patribus noſtris editæ, legere (*fortè, leges*) in Eccleſia poſuerunt. Et infrà: (*quędā enim hîc deſunt*) Prioribus ergò canonibus concordātes definimus, neminē de ſenatoria dignitate, vel mundana cōuerſatiōe nupèr tonſum, ſub intentione vel expectatiōe pontificatûs vel patriarchatûs honoris, clericum aut monachum ad huiuſmodi ſcandere gradū, licèt per ſingulos ordines diuini ſacerdotij plurimū tēporis feciſſe ꝓbetur. Neq; enim propter timorē vel amorem Dei, aut per expectationē tranſeūdi viā virtutum, ſed ob amorē gloriæ ac principatûs tonſus huiuſmodi reperiē. Magis autē coërcemus huiuſmodi, ſi ab imperatoria dignitate ad hoc cōpellatur. Si verò quis per nullam ſuſpicionē p̄dictę concupiſcētię & expectationis, ſed propter ipſum bonū humilitatis, q̄ eſt circa Chriſtum Ieſum, abrenuncians mundo, fiat clericus aut monachus, & omnē gradū eccleſiaſticū tranſigens, per definita nunc tempora irrep̄henſibilis inuentus extiterit & probatus, ità vt in gradu lectoris annū cōpleat, in ſubdiaconi verò duos, ſitq; diaconus tribus, presbyter quatuor annis, benè placuit ſanctæ & vniuerſali ſynodo eligi hunc atq; admitti. Circa hos autē, qui religiosè morati in ordine clericorū & monachorū, digni iudicati ſunt pōtificatu pariter & honore, p̄dictum tempus abbreuiamus, nimirùm ſecundùm quod epiſcoporum p̄lati ꝓbârunt, qui per tempora fuerint. Si verò p̄ter hanc definitionē noſtram quiſquam ad iam fatum ſupremū honorem prouectus extiterit, reprobeē, & ab omni ſacerdotali operatione prorsùs abijciatur, vtpotè qui extra ſacros canones ſit ꝓmotus.

Vide 10 Bracaren. & cap. 36.

¶ Can. 6. Anathematizatur Photius.

ANathematizam⁹ Photiū: Primò, propter neq̄ſſimā inuaſionē eccleſię Cōſtantinopolitanæ, cum alijs malis operibus ſuis. Secundò, ꝓpter inuentionē falſorū vicariorum. Tertiò, propter conciliū vanitatis, quod celebrare tentauit. Quartò, ꝓpter crimina, q̄ falsò contra ſanctiſſimū Papam Nicolaum in ſuo conciliabulo propoſuit.

Can. 7. De non admittendis hoſtibus imaginum.

VAldè proficuū eſt & venerabiles imagines pingere, ſed & proximos diſciplinas diuinæ ac humanæ ſapientiæ docere. Non autē bonū eſt, nec om̄inò ꝓficuum ab indignis horū aliquid fieri. Huius rei gratia nequaq̄ imagines operari in ſacris templis, ſed

ſed neq; in quouis loco docere anathematizatos ab hac ſancta & vniuerſali ſynodo, definimus & ꝓmulgamus, *vſq; à ꝓpria ſeductiōe ac malitia conuertantur. Quiſq̄s ergò poſt hāc definitionē ad picturę ſanctarū imaginū in eccleſijs, aut doctrinæ actiōem quoquo modo eas admiſerit, ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur: ſi laicus, communione priuetur.

¶ Can. 8. De non extorquendis chirographis.

APpáret ex Actis octauæ ſeſſionis huius Synodi, ſolitum fuiſſe Photium, cùm eius vigebat hęreſis, extorquere chirographas tum à quouis ordine clericorum, tum etiàm à laicis nobilibus & ignobilibus, vſq; ad cerdones & pelliones, & reliquā plebis fæcem, quibus promittebant ſe illi adhæſuros, pugnaturosq; pro eius opinione. Ipſe præterea Photius ſolebat alias viciſsìm chirographas dare, quibus facultatem dabat ad docendum & diſcēdum. Ex hoc improbo more arripuēre anſam & catholici, vt vellent à pijs ſacerdotibus habere ſyngraphas, vt diſcerent & docerent, eſſentq; tuti & ſecuri talibus muniti ſcripturis. Ob hoc ſancitum eſt octauo hoc canone huius ſanctæ ſynodi, vt qui creantur epiſcopi vel patriarchæ, chirographas à catalogo clericorū nō expoſtulent, ſed tātùm fiant ſolennitates de more, & vt liceat omnibus idoneis diſcere vel docere ſinè facultate p chirographas.

¶ Can. 9. Nè archiepiſcopi viſitationis prætextu ſuffraganeos grauent.

AVaritiam, vtpotè ſecundam idololatriam, Paulus magnus execratur Apoſtolus, cunctos videlicet qui Chriſtiano vocabulo cenſentur, ab omni turpi lucro abſtinere volens. Multò magis ergò ijs, qui ſacerdotio funguntur, nefas eſt coëpiſcopos aut ſuffraganeos ſuos per quemcunq; modum grauare. Huius rei gratia definit hæc ſancta & vniuerſalis Synodus, nullum archiepiſcoporum aut metropolitanorum relinquere propriam eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitatiōis ad alias accedere, & poteſtate propria contra infirmiores abuti, & conſumere redditus, qui apud illos inueniuntur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum: ac per hoc grauare auaritiæ modo conſcientias fratrum & cōminiſtrorum noſtrorum, excepta hoſpitalitate, quæ aliquādò ex neceſſario tranſitu fortaſsis acceſſerit. Sed & tunc non alia, niſì ex ijs quæ ad præſens de compendio præparata inueniuntur, cū reuerentia & timore Dei dignanter accipiat, & maturiùs propoſitum iter perambulet, nihil omninò eorum, quæ ſunt eccleſiæ illius vel ſuffraganei epiſcopi, petens aut exigens. Si enim vnumquenque epiſcoporum eccleſiæ propriæ rebus cùm multa parcitate vti, & nullatenùs in proprias vtilitates importunè ac ſinè ratione diſperdere vel conſumere redditus Eccleſiaſticos ſacri canones decernūt: qua putas impietate minimè putabitur indignus, qui alijs epiſcopis commiſſas eccleſias grauare vel ambire, ac per hoc ſacrilegij crimen incidere non formidat? Quiſquis ergò poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere tentauerit, pœnas ſubeat à patriarcha, qui p tempus fuerit, ſecundùm congruentiam iniuſtitiæ ac auaritiæ ſuæ, & deponatur, & ſequeſtretur vt ſacrilegus & alter idololatra factus iuxta magnum Apoſtolum.

¶ Can. 10. Nè quis vitet ſuperiorem præſulem ante ſententiam.

NVllus clericus ante diligētem examinationē & ſynodicam ſententiam, à communione proprij patriarchæ ſe ſeparet, licèt criminalem quamlibet cauſam eius ſe nôſſe prætendat: nec recuſet nomen ipſius referre inter diuina myſteria. Idem ſtatuimus de epiſcopis erga proprios metropolitas: ſimiliter & de metropolitis circa patriarcham ſuū. Qui verò contrà fecerit, ab om̄i ſacerdotali operatione & honore decidat.

¶ Can. 11. Quòd vnica ſit hominis anima.

APpáret quoſdam id temporis in tantum impietatis veniſſe, vt hominē duas animas habere impudenter dogmatizarent. Tales igitur impietatis inuentores, & ſimilia ſapiētes, cùm vetus & nouum Teſtamentum, omneſq; eccleſiæ patres vnā animam rationalē habere hominem aſſeuerēt, ſancta & vniuerſalis ſynod⁹ anathematizat.

¶ Can. 12. Nè quis potentia principum fretus, aſſumat dignitatem epiſcopi.

APoſtolicis & Synodicis canōibus, ꝓmotiones & conſecrationes epiſcoporum, ex potentatu & præceptione principum factas penitùs interdicentibus concordātes definimus, & ſententiā nos quoq; proferimus, vt ſi quis epiſcopus per verſutiā & tyrannidē principum huiuſmodi dignitatis conſecrationem receperit, deponatur omnimodè, vtpotè qui ex voluntate carnalis ſenſûs, vt ex hominibus, & per homines Dei donum poſſidere voluït vel conſenſit.

¶ Can. 13. Ex minoribus ordinibus aſſumantur ad maiores.

QVoniam quidem dicit alicubì diuinū eloquium, Dignus eſt operarius mercede ſua: huius rei gratia & nos decernimus atq; promulgamus, vt magnæ eccleſiæ clerici, qui in ſubiectis ordinibus morati ſunt, ad maiores gradus aſſcendāt: & ſi digni claruerunt, melioribus perfrui mereantur honoribus, cùm aliqui eorū, qui in ipſis ſunt, aut per incrementum ad maiora miniſteria aduocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint. Sed nō ex illis, qui foris ſunt, aliqui ſe ijs innectentes, debitas eis qui multo tempore laborauerunt, dignitates vel honores accipiant, ac per hoc inueniantur eccleſiæ clerici nullo modo poſſe ꝓficere. Nullatenùs aūt habeāt poteſtatem, qui principum domorum, vel ſubur-

Luc. 10.

ſuburbanarum rerum curã geſſerint, inter clerum magnæ eccleſiæ colligi vel cõſtitui. nemo quippe militans Deo, ſeculi negocijs implicatur. Si quis verò præter definitionẽ, quam modò prætulimus, promotus fuerit, in quocunq; magnæ eccleſiæ gradu, reprobetur ab omni eccleſiaſtico gradu, tãquàm qui cõtra magnã ſynodũ prouectus fuerit.

2.Tim.2.

¶Can.14. In quãto honore habendi ſint epiſcopi à principibus ſecularibus.

QVi diuina gratia epiſcopalẽ ſortiuntur dignitatem, ordinem cæleſtis hierarchiæ referunt in terris. Quarè meritò ſancimus, vt digno in honore tã à principibus, quàm à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque, vt principibus vel viris militari dignitate præditis obuiã longiſſimè procedant ab eorum eccleſijs, nec à mulis equíſve deſcendãt in occurſum, aut timidè abiectéq; ante genua procidant velut adoraturi. Immò verò non accedant ad menſas ſeculariũ principum, ſed cum omni modeſtia, qui ſpiritalem deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorẽ: dummodò principes & pij Imperatores agnoſcant ſibi æquales epiſcopos, vt liberè audeant repræhendere increpareq;, & principes, & cæteros qui militari honore fruuntur, ſi quid peccauerint. Si quis verò epiſcopus poſt hanc ſanctionẽ, ſuam dehoneſtauerit dignitatem, cadẽs ab honore ſibi per canones debito, vixeritq; abiectè ſecundùm veterem & agreſtem conſuetudinem, amoueatur per annum, & princeps qui in cauſa fuerit, excommunicetur per biennium.

Rom.13.

¶Can.15. In quem vſum eccleſiæ poſſeſſiones ſeruari debeant.

DEcernimus, vt epiſcopo vendere, vel *vtrunq; alienare vaſa aut veſtes ſanctas, & alias ruſticas poſſeſſiones venundare non liceat, nè ꝓpter hoc eccleſiaſtici redditus lædantur, quos ad propriam vtilitatẽ, & ob eſcam pauperum, & peregrinorũ ſuſtentationem eſſe definimus. Nec etiàm per emphyteoſim ſalaria eccleſiarum tribuere poſſit, excepta cauſa olìm ab antiquis canonibus ordinata, videlicet in redemptionem captiuorum.

*vtcunq; 12.q.2.Apoſtolicos

¶Can.16.

COlligere licet ſolenne fuiſſe in aulis principum, ſtatis quibuſdam diebus componere aliquẽ laicum inſignibus epiſcopalibus, qui & tonſura, & cæteris ornamentis perſonatum epiſcopum ageret, & creâſſe etiàm ridiculum patriarcham, quo ſe oblectarent. Quæ omnia, vt in dedecus Eccleſiæ accerſita, prohibentur ſub grauibus cenſuris.

Can.17. De poteſtate patriarcharum & metropolitanorum.

Nic.cõcil. ca.6.

SAncta & vniuerſalis Nicena prior Synodus, antiquam conſuetudinem iubet

ſeruari per Aegyptũ, & prouincias quæ ſub ipſa ſunt: ità vt horũ omniũ Alexandrinus epiſcopus habeat poteſtatẽ, dicẽs, quia & in Romanorũ ciuitate huiuſmodi mos præualuit. Qua pro cauſa & hæc ſancta & magna ſynodus, tam in ſeniori & noua Roma, q̃ in ſede Alexandriæ, Antiochiæ & Hieroſolymorum priſcam conſuetudinẽ decernit in om̃ibus cõſeruari, ità vt eorũ præſules vniuerſorum metropolitanorum, qui ab ipſis promouentur, ſiue per manûs impoſitionẽ, ſiue per pallij dationẽ epiſcopalis dignitatis firmitatẽ accipiunt, habeant poteſtatẽ videlicet ad conuocandũ eos vrgente neceſſitate ad ſynodalẽ conuentum, vel etiàm ad coërcendum illos & corrigendũ, cùm fama eos ſuper quibuſdã delictis forſan accuſauerit. Sed quoniã ſunt quidã metropolitanorũ, qui nè ſecũdùm vocationẽ Apoſtolici præſulis occurrãt, à mũdi principibus ſe detineri ſinè ratione cauſant, placuit talẽ excuſationẽ omnimodè eſſe inualidã. Cùm em̃ principes ꝓ ſuis cauſis frequenter cõuentus agant, impiũ eſt vt ſummos p̃ſules ad ſynodos ꝓ eccleſiaſticis negocijs celebrãdis impediant, vel quoſdã à cõcilijs eorũ prohibeant: licèt tale impedimentũ & fictã prohibitionẽ, metropolitanorũ ſuggeſtiõe diuerſis modis fieri didicerimus. Cõſueuerunt autẽ metropolitani bìs in anno ſynodos facere, ideoq;, ſicut dicũt, ad patriarchale penitùs nõ poſſe cõcurrere caput. Sed ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus, nec concilia q̃ à metropolitanis fiunt interdicẽs, multò magìs illa nouit rationabiliora eſſe ac vtiliora metropolitanorũ cõcilijs, q̃ à patriarchali ſede cõgregantur, & idcircò fieri exigit. A metropolita quippe vnius prouinciæ efficitur, à patriarcha verò ſępè totius cauſa diœceſeos diſpẽſatur, ac per hoc cõmunis vtilitas prouidetur. Propter quod & ſpeciale ꝓpter generale bonũ deſpici cõuenit, cùm à maioribus ſuper hoc facta fuerit aduocatio: q̃uis apud quoſdã metropolitanorũ antiqua cõſuetudo & canonica traditio per cõtemptũ ipſorũ poſtpoſita videat, nõ currẽtibus eis ad communẽ profectũ. Quos leges eccleſiæ ſeuerè condẽnantes, om̃i excuſatione ſemota, ſubiacere vocatiõibus ꝓprij patriarchæ, ſiue cùm cõmuniter, ſiue cùm ſingulatìm factæ fuerint, exigunt. Illud autẽ tanq̃ peroſum ab auribus noſtris repulimus, q͞p à quibuſdã imperitis dicitur, nõ poſſe ſynodum abſque principali præſentia celebrari, cùm nuſquàm ſacri canones cõuenire ſeculares principes in cõcilijs ſanxerint, ſed ſolos antiſtites. Vndè nec interfuiſſe illos ſynodis, exceptis cõcilijs vniuerſalibus, inuenimus. Neq; em̃ fas eſt ſeculares principes ſpectatores fieri rerũ, q̃ ſacerdotibꝰ Dei nõnunq̃ eueniũt. Quiſq́s ergò metropolitanorũ propriũ patriarchã cõtẽpſerit, & vocatiõi eiꝰ, q̃ ſiue ad vnũ & ſolũ, ſiue ad plures, ſiue ad omnes fit,

fit, abſq; validiſſima ægrotatione, vel paganorũ incurſu nõ obediêrit, & per totos duos menſes, poſt notitiã vocationis, ad proprium venire patriarchã minimè feſtinauerit, vel ſi quocunq; modo latitare, aut non cognoſcere nunciũ ab illo miſſum tentauerit, ſegregetur. Si verò inter vnũ annũ eandem contumaciã & inobedientiã demonſtrauerit, deponatur omnimodè, & ab om̃i ſacerdotali operatione decidat, atque à dignitate & honore, qui metropolitanis conuenit, propellatur. Is autẽ, qui huic definitioni non obediêrit, anathema ſit.

¶Can.18. Vt in eccleſijs antiqua conſeruentur priuilegia.

PLacuit huic ſanctæ & magnæ Synodo, vt res vel priuilegia, quæ Dei eccleſijs ex longa conſuetudine pertinent, & ſiue à diuæ recordationis Imperatoribus, ſiue ab alijs Dei cultoribus in ſcriptis donata, & ab eis per annos triginta poſſeſſa ſunt, nequaq̃ à poteſtate præſulis quęcunq; perſona ſecularis per poteſtatem ſubtrahat, aut per argumenta quælibet auferat: ſed ſicut omnia in poteſtate ac vſu præſulis eccleſiæ, quæcũq; intra triginta ſpatiũ annorũ ab eccleſijs poſſeſſa fuiſſe noſcuntur. Qui cõtrà fecerit, vt ſacrilegus iudicetur, & donèc talia priuilegia ſeu res reſtituerit, anathema ſit.

¶Can.19. Nè metropolitanus grauet ſubiectos epiſcopos.

DEfiniuit ſancta hæc & vniuerſalis ſynodus, nullum archiepiſcoporum aut metropolitanorũ relinquere propriam eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis ad alias accedere, & cõſumere redditus, qui apud illos inueniũtur ad eccleſiaſticam diſpoſitionem & alimenta pauperũ. Sed tamẽ ſi contingat aliquò per illas eccleſias neceſſariò iter agere, tunc nõ alia niſì ex his, quæ ad præſens de cõpendio præparata inueniuntur, cum reuerentia & cum timore DEI dignanter accipiat, &c. *ſicut habentur ſuprà in canone IX. Appáret autem errorem cõmiſſum eſſe in deſcribendo nono canone, qui potiùs videtur eſſe decimusnonus, & propterea ad hunc locum referendus. Porrò in nono canone eadem ferè tractata eſſe ſcribit quidam grauis author, quæ in octauo. Eſt igitur omninò veriſimile, quæ ſuperiùs noni canonis loco habẽtur, ea ad hunc deciminoni locum transferenda eſſe. Error autem indè accidit, quòd in codice excuſo, vndè deſcripta ſunt ea, quæ ſuperiùs in nono canone leguntur, pro decimonono habetur nonus: id quod & facilè poteſt, & ſæpè ſolet typographis etiàm non planè ſtertentibus accidere, vt numeros alios pro alijs ponant.*

Can. 20.

HOc canone ſancitum eſt, vt poſſeſſiones in emphyteoſim datas ab eccleſia, non liceat emphyteotam ſpoliare, prætextu non ſeruati pacti. Verùm ſi per tres annos continuos penſionem non ſoluerit, liceat tunc eccleſiæ vindicare ſuas poſſeſſiones,

dummodò id fiat ordine iudiciali coram competente iudice. Qui ſecùs fecerit, cogetur ad reſtitutionem in integrum. Quòd ſi noluerit parére, deponitur.

¶Can.21. Quanta reuerentia agendum eſt contra epiſcopum Romanum.

DEfinimus neminẽ prorsùs mundi potentium quẽquam eorum, qui patriarchalibus ſedibus præſunt, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare, ſed omni reuerẽtia & honore dignos iudicare, præcipuè quidẽ ſanctiſſimũ Papã ſenioris Romę: deincèps aũt Cõſtantinopoleos patriarchã, deindè verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hieroſolymorum. Sed nec alium quenquam conſcriptiones contra ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, ac verba complicare vel componere liceat, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorũdam criminum: quod & nupèr Photius fecit, & multò antè Dioſcorus. Quiſquis autem tale facinus contra ſedem Petri principis Apoſtolorum auſus fuerit intentare, æqualem & eandem quam illi condemnationem recipiat. Porrò ſi ſynodus vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiàm de ſancta Romanorum eccleſia quæuis ambiguitas & controuerſia, oportet venerabiliter & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere, aut proficere & profectum facere, non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummos ſenioris Romæ pontifices.

Diſt.22.Diffinimus.

¶Can.22. Ne principes ſeculares ſe immiſceant promotioni epiſcoporum.

PRomotiones & conſecrationes epiſcoporum, concordans prioribus concilijs, electione ac decreto epiſcoporum collegij fieri, ſancta hæc & vniuerſalis Synodus definit & ſtatuit, atq; iurè promulgat, neminem laicorum principum vel potentum ſemet inſerere electioni vel promotioni patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuſlibet epiſcopi: nè videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confuſio vel cõtentio, præſertim cùm nullam in talibus poteſtatẽ quenquam poteſtatiuorum vel cæterorum laicorum habere conueniat, ſed potiùs ſilere & attẽdere ſibi vſquequò regulariter à collegio eccleſiæ ſuſcipiat finem electio futuri pontificis. Si verò quis laicorum ad concertandum vel cooperandum ab eccleſia inuitatur, liceat huiuſmodi cũ reuerentia, ſi fortè voluẽrit, obtemperare. Et infrà: (*Hîc aliquid deeſt.*) Quiſquis autem ſeculariũ principum & potentium, vel alterius dignitatis laicus aduersùs communem ac conſonantem atq; canonicam electionẽ eccleſiaſtici ordinis agere tentauerit, anathema ſit, donèc obediat & conſentiat in hoc, quod eccleſia de electione & ordinatione proprij præſulis ſe velle monſtrauerit.

Diſt.63. nullus.&, Adrianus.

¶Can.23. Nè quid præſumat agere epiſcopus in aliena eccleſia.

Nullus

NVllus episcoporum possessionũ aliarum ecclesiarũ locationẽ sibi fieri ab alio episcopo rogare audeat, nec ipse rogatus suæ ecclesiæ possessiones alicui cõferat: nec etiàm cõstituat presbyteros, aut quemlibet alium clericũ in ecclesijs, quæ sibi subiectæ non sunt, preter voluntatem episcopi.

¶Can.24. Nè metropolitæ exerceant ministeria episcopalia ꝑ subiectos epos.

Hiere.48. DIuina scriptura dicẽte, Maledictus homo, qui facit opus Domini negligenter, quidam metropolitanorũ in extremam negligentiã & desidiã delapsi, præceptionibus suis subiectos ad se aducũt episcopos, & cõmittunt eis ecclesię proprię diuina officia, & litanias, & cuncta omninò sacra, quę ad se pertinẽt ministeria, ità vt per eos celebrent omnia, quæ per semet alacriter agere debuerunt, ac per id eos, qui episcopalẽ dignitatem meruerunt; quodammodò clericos sibi subiectos exhibeant. Vacant autem ijdem preter ecclesiasticas leges secularibus curis atq; dispositionibus, dimittentes perseuerare in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis ac populi ignorãtijs, quod nusquàm apud antiquos penitùs inuenitur, cùm sit nimirùm contrariũ canonicis omninò præceptis. Et quod sæuius est, quia sua stipendia per distinctas mensium vices percipiunt, dicuntur prædicta perficere ministeria, quod ab Apostolico monimine modis omnibus ostenditur alienũ. Hæc autem omnia, magnis & multis & vehementissimis damnationibus dignos huiusmodi statuũt. Probãtur eñ tales per hæc quæ faciunt, etiàm satanica iactantia & superbia languere. Quisquis ergò metropolitanorũ post hanc sanctæ & vniuersalis synodi definitionem, eadẽ audacia vel superbia & contemptu abusus, nõ per se cum timore Dei, & alacritate seu cõscientia bona, debita ministeria in ꝓpria ciuitate, sed ꝑ suffraganeos epos efficere tentauerit, pœnas exoluat corã ꝓprio patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur.

¶Can.25. Vt deponantur clerici, qui defecerunt ad Photium.

DEfinimus, vt clerici ritè priùs ordinati à Methodio vel Ignatio, & resiluerunt à consortio fideliũ, vt adhærerẽt Photij hæresi, & obdurati exemplo Pharaonis nolunt resipiscere, deponãtur omninò: nec posteà recipiãtur in ordinẽ clericorũ, immò semper exosi sint, vt Esau: nisì fortè ob magnam pœnitentiam à misericordia ecclesiæ admissi fuerint.

Can.26. De ordine appellationis.

PLacuit & hoc sanctæ Synodo, vt quicunq; presbyter aut diaconus, à ꝓprio episcopo depositus fuerit propter aliquod crimẽ, vel quamlibet iniustitiã se pati dixerit, nõ acquieuerit iudicio proprij epi, dicẽs eum suspectũ se habere, & vel ꝓpter inimicitiã quã erga se tenuerit, vel ꝓpter gratiam quã alijs quibusdã præstare voluerit, idcircò in se fuisse tale quid operatũ: potestatem habeat, ad metropolitã ipsius prouincię cõcurrere, & eam quã putat iniustã depositionem, vel aliã læsionẽ denunciare: Metropolita verò ille libẽter suscipiat huiusmodi, & aduocet episcopũ qui deposuit, vel alio modo clericũ læsit, & apud se cũ alijs etiàm episcopis negocij faciat examẽ, ad confirmandum scilicet sinè omi suspicione, vel destruendum per ampliorẽ synodũ multorũ sententia clerici depositionem. Similiter etiàm epos cõcurrere ad patriarchale caput decernimus, qui à metropolitis suis se talia pertulisse fatẽtur, & apud patriarchã & metropolitas, qui sub ipso sunt, iustã & sinè suspiciõe sententiã negociũ quod mouetur accipiat. Insupèr etiàm nullo modo quisquã metropolitanorũ vel episcoporũ, à vicinis metropolitis vel episcopis prouinciæ suæ iudicet, licèt quædã incurrisse crimina perhibeatur: sed à solo patriarcha ꝓprio iudicetur: cuius sententiã rationabilẽ & iudiciũ iustũ ac sinè suspiciõe fore decernimus, eò ꝙ apud eum honorabiliores quiq; colligantur: ac ꝑ hoc ratũ ac firmũ penitùs sit, quod ab ipso fuerit iudicatũ. Si qs aũt nõ acquieuerit his, quę à nobis edita sunt, excõmunicatus existat.

¶Can.27. De vsu pallij.

Monachi epi, nõ mutent habitum.

HIc Canon decernit, qualiter oporteat vti pallio, vt scilicet episcopi nõ vltra statata tẽpora & loca eo vtãtur, nè signũ sit superbiæ aut arrogãtiæ. Præstereà monachi, q̃ vita & doctrina, vt epi creentur, meruerint, nõ mutent habitũs vestisq; rationẽ ob nouam dignitatẽ. non minùs eñ hoc arrogans esset, q̃ pallio ineptè vti. Quisquis ergò eps præter definita sibi tempora se pallio induerit, aut monasticam vestem deposuerit, aut corrigaẽ, aut à patriarcha proprio deponaẽ.

HACTENVS CANONES.

POstremò iussu vicariorum senioris Romæ prolatus est & lectus terminus, vt illi vocant, in quo ad modum epilogi continentur omnia, quæ acta sunt in hac sancta Synodo. Primò ibì paucis explicantur mysteria sanctæ Trinitatis & Dominicæ incarnationis. Mox explicatur ratio septem Synodorum generalium, & probantur à tota Synodo præsenti. Deindè explicatur etiàm intentio huius octauæ Synodi, & quæ acta sunt pro Ignatio patriarcha contra Photiũ, & vltima episcoporum vniuersorum acclamatione recepta sunt & probata, subscribentibus vniuersis, primò vicarijs senioris Romæ, secundò Ignatio patriarcha Cõstãtinopolitano, tertiò vicarijs ecclesiarum Orientis, quartò Imperatoribus Basilio, Constantino & Leone, qui noluerunt ante vicarios subscribere: postremò reliquis episcopis. & absoluta est octaua Synodus generalis.

APPENDIX QVAEDAM, DE NONNVLLIS IN EADEM OCTAVA SYNODO DICTIS ET

factis, ex grauibus scriptotibus, qui ea ex Synodi Actis citant, in Lectoris gratiam collecta, per F. Laurentium Surium, donèc integra synodus prodeat in lucem.

IN exordio Synodi ità locutus est Basilius Imperator: Cùm diuina & benignissima prouidentia nobis gubernacula vniuersalis nauis commisisset, omẽ studium arripuimus & ante publicas curas ecclesiasticas dissoluere, & procellas, quæ per multos annos ex inuidia odientis bonum satanę expansæ sunt, in stabilem tranquillitatem per meliorem quandam prouisionem transferre. Siquidẽ munito diuinitùs imperio nostro semper hoc desiderium gerente, ac ab alijs patriarchalibus sedibus vicarios adducere propter iam dictam causam iudicãte, cooperatus est intentioni gubernati diuinitùs imperij nostri, solus infinitæ potentiæ rex & princeps pacis, & vt adspicitis, consiliũ nostrum compleuit, & in idipsum conuenire atq; concurrere fecit: à seniori quidem Roma episcopos duos, & diaconum vnum de definitis septem, prudentia, intellectu ac vita venerabili decoratos. Ab Oriente verò *Prototroium Antiochiæ, sanctissimum metropolitam Tyri, omni reuerẽtia plenum. A Hierosolymorum autem sancta DEI ecclesia, sancta videlicet Sion, de qua exijt qui prophetatus est, & noua lex, & discretor omniũ gentium Domini sermo, sanctissimum Syncellum virum Apostolicum, omni sapientia diuina & humana refertum. Igitur cooperatione & gratia Christi, vniuersorum regis & Dei cuncta tenentis, ijs quæ praua vobis omnibus esse videbantur & aspera, in vias planas imperatoria diligentia & studio nostro translatis, commonemus & hortamur omnes vos fratres, vt cum multo pondere & reuerentia conueniatis ad sanctam hanc & vniuersalem synodum, tanq̃ ad communem & vniuersis aptam atq; sinè labore medelam, nullã vitiosam motionem vel affectũ ferentes, nec ad contentiosam voluntatẽ respicientes, sed potiùs vinci benè, q̃ vincere periculosè ac iniustè sitientes. Sic eñ vnusquisq;, qui vitiatum interiorẽ patitur hominem, sanitatẽ recipiet, & æternam salutẽ percipiet. At verò ad vosipsos acclamationem imperij nostri proponimus, quippe qui potestatẽ synodici iudicij diuinitùs accepistis. Etenim vos veritatis esse & diuinæ iustitiæ, secundùm quod est possibile, dilectores & imitatores, nequaq̃ quidẽ ambigimus: sed vt à Deo munitũ imperiũ nostrũ, secundùm datam sibi potestatis mensurã, in ecclesiasticis negocijs nihil tacuisse patescat eorũ, quę debẽt atq; cõueniũt: deposcimus religionẽ vestrã, vt omnis gratiæ & odij nũc maximè superatrix efficiatur: quin potiùs impassibili beatęq; naturę, ad personã nõ accipiendã, omni robore, quãtùm fieri potest, assimileẽ, & neq; personã potẽtis per *gradũ vel ꝑ amicitiam accipiat, neq; pauperis misereatur in iudicio. Sic vtiq; secũdùm consiliũ, vtiq; ac voluntatẽ Dei atq; trãquillissimi imperij nostri, pacatissima subsequetur ordinatio. for. * gratiã

Obserua principum religionẽ.

IN 4. actione vicarij senioris Romę, id est, Romani põtificis, qui in synodo præsidebãt, principibus, qui iussu Basilij Imperatoris interfuêre, ità dixerunt: Interrogate illos magnificẽtissimi & gloriosissimi principes, an illi qui introiẽrũt, faciũt libellũ hũc. Tum verò principes in hæc verba respõderunt: Vt obsecundãtes verbo vestro, ex ꝑceptione vestra interrogabimus eos, nõ ꝑ potestatẽ nostrã. potestas enim hæc vestra est.

IN 6. actione hæc habetur Oratio Basilij Imperatoris ad episcopos illos, qui cum Photio sedis Cõstantinopolitanæ inuasore schisma fecerãt: Multæ quidẽ cõmunes passiones sunt, quas præcedentibus diebus audiens & intuens à Deo prouectũ imperium nostrũ, lugere & contristari operæprecium duxit. Præcipuũ autẽ malũ & calamitatum arx, est ecclesiæ tẽpestas; malignus adspirãtis aduersùs eã diaboli turbo, pacis expulsio, & veteris ordinis dissolutio, ausus irruẽdi iunioris in seniorẽ, & inhonorati aduersùs honorabilẽ, ac omnimoda subuersio statũs ecclesiastici: apud exteriores quidẽ in cõcilijs iustitia conuersante, apud ecclesiã iniustitia fidutialiter agẽte: amor prĩcipatũs, ac amor priuatus, atq; nullius seueritatis ꝓpter hæc reputatio, necnõ cõtra spiritualẽ patrem rabies & insania. Hæc sunt, q̃ meã obtinebant & turbabãt animã, & tanq̃ nubes crassa obtenebrabãt animũ, ac oculos cogebant fontes mihi lachrymarũ largiri, & diuinitatẽ in auxiliũ & solutionẽ existentis mœroris inuocabã, & opus erat mihi ac cogitatio, si fortè possem inprimìs de ecclesiastica curã gerere vnitate. quod & factũ est & in effectum deuénit, quemadmodùm & vos oẽs nôstis, quotquot ad sacrũ hoc cõuenistis collegiũ. Aliud eñ imperij quod sub me est dimittẽs, ad id solùm in exordijs acceleraui, & secundùm vtriusq; dissidentiũ partis petitionẽ, & priscã ecclesiasticã traditionẽ, perspiciendi causa etiàm iudices eorũ, quę in ecclesia nostra gesta sunt, ex reliquis patriarchalibus thronis collegi, rem perficiẽs cooperatione sancti spĩritũs, quam multi quidẽ ante nos imperantiũ videre desiderauerunt, ex ęquo autem omnes minimè consecuti sunt. Et quotquot pertinent ad ecclesiasticam vnitatem ac ordinationem, omnia à me solerter peracta sunt, cùm in nullo penitùs imperiali manu ac potentia, vt quidam, paruum vel magnum effecerim. Neque enim vt sacratissimus Patriarcha ad proprium regre-

Ecclesiæ tẽpestas.

regrederetur thronũ, imperij mei opus vel excogitatio facta est:sed multùm antè sanctissimus & beatissimus papa Nicolaus,quæ circa illum erant certissimè discens,Synodicè decreuit reddi ei ius ꝓprij throni,& anathema cum tota sancta Romanorum ecclesia pronunciauit contra resistentes huiusmodi decreto atq; sententiæ. Hoc autẽ nos olìm scientes,& pauentes iudicium anathematis promulgari, obsecundare synodico iudicio Romanę ecclesię necessarium duximus. Et huius rei gratia reddidimus ei proprium thronum. Verùm non modò Romanæ, sed ad Orientem solem sitarum sedium prouidẽtia meliori vicarij peruenerunt, nihil deincèps vel impedire, vel aduersari,aut fauere vtrique parti iustissimo imperio nostro consensuro. Cuius rei gratia in nullo synodico iudicio inueniri voluit, multorũ garrulitates recidens,nè quis dixerit, quòd imperialis manus, & gladij, & protectores, ac mundanus potentatus concilium subadulterauerit. Vnum solùm nobis desiderium,& ad præfatos iudices,postquàm illos vidimus, supplicatio fuit,nè quẽquam permitterent deperire,vel ab ecclesia Dei quenquam, si fieri posset,proijci. Hoc solùm est nostrum,si quis voluerit nominare crimina. Alia verò canonibus, & his quibus imperiũ Synodi creditum est,tradidimus,multùm ꝑ pręsenti iudicio cõiurantes & condemnantes, id est, condemnationem imprecantes, nil ad gratiam vel per odium decernendũ: humanè autem magìs circa eos qui ceciderant,affectandum:quos non propriè tãtùm, sed & communiter hodiè omnibus videntibus deprecamur, manum ijs qui compassione opùs habẽt, porrigere, & vnam ecclesiam celebrantium festiuitatem perficere. Ità patres spirituales & veritatis defensores, qui figurati secundùm chrisma Aaron, secundùm zelum Phinees, ac secundùm iudicium Salomones, requirite ouem quæ pẽriẽrat, conuertite quæ errauerat, super humerum tollite solitariam, & compassionis vinculis alligate,quæ vlcerata est,emplastro cõdescensionis sanate: quæ extranea & abiecta est à spirituali mandra, nonagintanouem ouibus dispensationis more coniungite: relinquite memoriam sempiternam posterioribus generationibus cõpassionis vestræ ad imitationem Christi. Et vos quoq;, qui curationis indigetis,ac medela opùs habetis, preciosa membra Christi, etsi nescio quomodò à malo dæmone detenti, estis separati à capite:vitis vera, quæ propter contentionem importunam, immò verò iniustam,in amaritudinem conuersa es:amici & proximi nostri, etsi propter odium irreuocabile ex aduerso appropinquantes & stantes,ac veritatem respuentes,suscipite admonitionis sermonem, non autem confundor dicere, etiàm deprecationis. In id enim nos

Romanę sedis iudicio ab omnibus obtemperandum.

En quàm reuerẽter episcopos synodi appellat Imperator.

Alloquitur epos schismaticos.

adduxit misericordia,quam circa vos habemus. Scrutamini intima conscientiæ vestræ, & inuenietis malè vos ab ecclesia esse disiunctos. Nouissima hora est, & iudex præ foribus est,fratres. Nè pręoccupemur ab eius ecclesia sequestrati,& longè ab eius gloria proijciamur. Nihil turpe ducamus passionẽ manifestare, & vulnus ostendere, ac locum pœnitentiæ & medicinæ requirere, atq; intra atrium saluantium fieri, nè cõfusionem obedientiam arbitrando,confusionis æternæ sumamus experimentum. Qualis autem est confusio,fratres,procidere Deo & veniam expetere? Deo enim prócidunt, qui ecclesiæ & spiritualibus istis patribus prócidunt. Confusio quidem reuerà est & maximus pudor, immò verò in Deum dimicatio, nolle vnumquenq; proprium confiteri peccatum, & humiliari propter Christum, ac lucrari & se & multos. Si autem omninò hoc confusionem arbitramini, ego cui imperij superposita est corona, forma vobis efficiar huius optimæ humilitatis. Ego qui imperitus & insipiens sum, bonum initium ero vobis,qui sapientes estis & scientia clari. Ego qui in peccatis volutatus sum, primus vobis typus fiam, qui mundi estis & virtuti operam datis. Ego primus memet super pauimentum proijcio, purpuram & diadema paruipendens. Asscendite ad genas meas, & per oculos meos incedite,nec reputetis magnum Imperatoris calcare scapulas: neque vereamini tangere verticem, cui imponitur à Deo donata corona. Omnia pati promptum habeo & agere promptiùs,quæ vobis quidem confusionem,mihi autem gloriam & maximam claritatem conferre videntur. Neq; enim in hoc curam gero gloriæ meæ, tantùm vt videam communem vnitatem,& vnam ecclesiam festiuitatem celebrantium: tantùm nè animæ detrimentum patiar, & gaudeat super me ille omnium inimicus diabolus, captiuum sumens quod mihi desiderandum est. Tantùm spei meæ lampas insperatè non extinguatur, per quam festinabam communi illustrari lętitia simul & gaudio. Nescio quid erat satagendum & efficiendum, & non feci: vel quos proponendos admonitionis & deprecationis sermones, & non proposui. Vos ergò videbitis,innocens sum à perditione vestra. Si verò ad magnum & horrendum illud iudicium futuræ diei nos remittitis, quasi pro vobis rationẽ daturos:noscite quia benè noui, quòd nullus vobis iustitiæ sermo siue hîc adest, siue illic aderit,nisì quantùm in hac controuersia inuentum fuerit. Verùm si vultis,& ante illud iudicium,conscientiæ vestræ interrogate iudicium: discetis nihil ampliùs, quàm quod ab imperio nostro dicitur. Deponite ergò contentionẽ fratres, & resumite amorem fraternitatis: fugite dissensionẽ, & vnitatem amplectimini : odium auertite, & dilectio-

Insigne humilitatis exemplum Basilio Imp.

lectionem in sinum recipite:state cum probabilibus,& capiti compingimini: recipite per parentiam diuinæ communionis gratiam, & nihil ob secularia sitis soliciti. Sunt enim apud compatientissimum imperium nostrum susceptionum modi diuersi, per quos vos consolabimur,& incessanter,quæ secundùm seculum vobis opportuna fuerint,faciemus. Rursusq; multimodè decertabimus obsecrantes,rogantes,& omne ingenium mouentes ad spirituales patres vestros & patriarchas, vt dispensent quædam eorum,quæ insunt animo vestro: tantùm nè temerè contra salutem vestram agatis. Non enim est tempus ad pœnitentiam & receptionem præsenti acceptius. Qui nanq; hodiè ligare & soluere ecclesiæ negocia possunt,præstò sunt: dimittite importunè tempus explorare, & rerum immutationem expectare: quæ & si fiat aliquandò,nihil vobis conferet. Etenim etsi alia tempus immutauerit, hoc commouere non poterit. Nam si actio vnius viri vestri, nil rationabile habentis,cùm tota erronea esset, tantum æstũ operata est,vt huic vix ac difficilè dissoluere quiuerimus actionem: dic mihi,& iudicium quatuor patriarchalium sedium quis dissoluere poterit? Ad quem enim fugietis, solutionem obligamenti petentes? ad Romanum pręsulem? sed finetenùs vos condemnauit. Ad Antiochenum? sed consentaneus Romano & consonus factus est. Ad Hierosolymitanum vel Alexandrinum? sed & illi vestræ damnationi consentiunt. Ac si & thronum aliquandò Constantinopolitanũ ille,qui cuncta violat,vobis commisceat,& per vosmetipsos conuenire voluẽritis, quis vos sequetur? vel quomodò aperire oculos & adspicere quempiam poteritis,impugnati ab omnibus sacerdotibus ac patriarchalibus sedibus? Nè ergò fratres ipsi vos decipientes,tempus salutis vestræ perdatis,(neque enim tale inuenietis aliquãdò) sed importunas contẽtiones & obstinationes deferẽtes,communi medelæ occurrite, & medicinæ remedium sumite,ac adhærete spirituali capiti nostro, & Ecclesiæ Dei communicatores estote: vt & crimine exuamini, & Deum propitium habeatis ac etiàm lætificetis,imperiumq; nostrum exultare ac spiritualiter festiuitatem celebrare faciatis, atq; Rempub. vniuersam gaudio maximo & tripudio repleatis: necnon & in communi oẽs benedicamus pariter Domino gloriæ nostræ,ac principi pacis & authori, dispersa congreganti & benè coaptanti, intercessionibus sanctissimæ Dominæ nostræ DEI genitricis,Deum videntium angelorum, & omnium sanctorum,Amen.

Oratio Bahanis Patricii ad Photium,&c.

IN VII. Actione Bahanis patritius & præpositus dixit ad Synodum, Photio præsente cum episcopis suis: Sanctus Imperator noster vult facere allocutionẽ ad istos, per me indignum seruum suum. Sanctissimi vicarij senioris Romæ dixerunt: Sicut iubet imperium eius. Bahanis dixit ad Photium & episcopos eius: Hortatoriè alloquitur vos Imperator. Homines,dicite, vndè estis? De cælo estis? de abysso estis? an de terra, in qua nos degimus? Et ostendite mihi hac hora, quia siue hæresis mota est, siue schisma emerserit in qualibet parte, & senserit aliquis ex quatuor patriarchis, immò verò quinq;, qui condemnatione condemnãt vos: quid vobis videtur ad hæc? éstne qui adiuuet nos? Dicite, quis canon vos adiuuet,& vbì posuerit Dominus canones, in ecclesijs suis, an in alio aliquo loco, & vbì ecclesiæ sint hodiè,& vbì prædicetur Euangelium. Est'ne alius locus, quàm quem tenent vicarij isti? Dicite. Episcopi Photij dixerunt: Deus custodiat Imperatorem nostrum. Verbum petiuimus impunitatis, vt diceremns negocia nostra cum fidutia, & non accepimus: quantùm ergò habemus loqui? Bahanis dixit: Sanctus Imperator noster admonentis affectu ad vos dicit: Vtiq; Deus ideò audiuit deprecationem meam, & adduxit hos sanctos viros de finibus mũdi, nè quid secundùm faciem fiat, sed ex æquo ponatur iudicio. Iniustissimum dicitis, vt accipiatis verbum securitatis: & tunc quis à me tristatus vel læsus fuerit, volo vt dicatis. Ideò sunt hîc vicarij omnium sediũ, vt quicquid habetis in iustificationem vestram, loquamini. Episcopi Photij dixerunt: Scimus imperium sanctum eius, quia neminem vult contristari. Quid volumus dicere? Si dixerimus iustitias nostras, non fient. Bahanis dixit: Per Imperatorem nostrum sanctũ nihil prohibemini. iubet enim, vult & acquiescit vt loquamini. Sed videntes iudices conuicia vestra, nec audire vos volunt. Episcopi Photij dixerunt: Et nos iudices ipsos non recipimus. Bahanis dixit: Et reijcit regula Patriarchas, & irrationabiliter iudicant? Amphilochus Photij episcopus dixit: Irrationabilissimè. Bahanis dixit: Et ex transcensu regulæ & patriarcharum suorum iudicant? Episcopi Photij dixerũt: Extra. Bahanis dixit: Ite ad patriarchatus, & certificamini. Basilius pijssimus Imperator & amicus Christi, dixit: Quotquot creditis per omnia, quòd à patriarchalibus venerint homines isti cum commendatitijs literis, & non habetis aliquam ambiguitatem, suscipite illos & quæ iudicantur ab ipsis. Quotquot autem dubitatis ad hoc, & non habetis eos iustos, neq; secundùm verbum patriarcharum suorum agentes, ite ad eos, & discite ab illis, & adducite etiàm ad nos, immò verò quod plùs certum existit, & disponemus ità. Episcopi Photij dixerunt: Nos iudicium non vidimus, & quomodò habemus sequi, quod nos non vidimus? Bahanis iussus ab Imperatore, dixit: Sãctus Impera-

Iudices, dicit vicarios papæ & Patriarcharũ.

tor dicit: Nè dicatis fratres, quòd velim vos mittere illuc, vt pereat quis vestrûm. Testis est Deus, quem miisero illuc, (in conspectu totius senatûs & sanctæ Synodi dico) iterùm reducam eum huc.

In Actis eiusdem Synodi etiàm illud habetur, cùm se episcopi Photij multis argumẽtis tueri & defendere vellent, dixisse Basilium Imperatorem: Allegati per vos, sanati postea per Ecclesiam fuerunt: vos autem vsq; ad præsens in peccato vestro estis, & in sepulcro nequitiæ vestræ iacetis mortui, vndè omnes summi sacerdotes patriarchę vos condemnant concorditer. A Deo verò munitum imperium nostrum, placidum & benignum est, & vestrî curam gerit, & consulit vt percipiatis misericordias, quas deliberauerit sancta & vniuersalis synodus. Nam omnes nouimus, quòd laici estis, & non adduximus vos latrare, & sinè ordine facere verba. Omnia enim vestra, mendacia sunt & seductio. Photij episcopi dixerunt: Hoc nec diabolus ausus est dicere. (*Indignè ferunt se laicos dici. Imperator autem propterea eos laicos dicet, vt quidam annotauit, quòd à Photio, cùm nõ esset episcopus, ordinati fuêre.*) Deindè quidam Eulampius episcopus Photianus cœpit velle loqui Imperatori: tum verò sedis Apostolicæ vicarij dixerunt, Eulampium ab Apostolica fede damnatum & excommunicatum, & ideò verba cum eo Imperatorẽ facere non debere. Tunc dixit Basilius: Ego crebrò & multùm rogaui nè perirent, & ideò vocaui eos huc. Si nolunt concurrere ad ecclesiam, quicquid iudicauerint patriarchæ, etiamsi noluerint, confirmabunt. Nemo enim potest datam eis potestttem à Christo Deo & Saluatore nostro, reprobare.

Imperator de schismaticis sententiã patriarcharũ expectat, nõ ipse profert.

proficuus. Nam communis concursus, & in spiritu sancto magnæ huius & vniuersalis Synodi consensus, omne scandalum & offendiculum è medio remouit ecclesiæ, huiusq; multi temporis procellas compescuit, & ad limpidam tranquillitatem traduxit. Gratias ergò agimus Domino, patres venerabiles, de omnibus bonis, quæ nobis à deo cõcessa sunt, & admittimus zelum vestrum, qui secundùm Deum est: & optamus à munificentia magni Dei & rege vniuersitatis opulentam vobis retribui mercedem, dolores vestros & labores recompensantem: pro quibus & tranquillitas nostra festinabit reficere ac animare vos, & omne desiderium vestrum implere. In omni autem audentia expressa fateri & hoc iustum putauimus, pro communi omnium nostrûm nomine, & sanctæ Dei ecclesiæ perseueranti tranquillitate, propter eos qui communi inuident felicitati, & vulnerantur quidam sagitta serpentis super ecclesiastica ordinatione: congratulantur aũt huius cõmotioni & æstui, atq; delicias existimant, si viderint eam in tempestate fluctuantem. Talibus ergò expresse hodiè dicimus: quisquis habet aliquid aduersùs hanc sanctam & vniuersalem synodum dicendum, aut contra huius canones aut terminum, stet in medio, & quę sibi videntur edícat, siue episcopus sit, siue quisquam de ecclesiastico clero, siue laicus, aut ex ijs qui ciuilibus officijs mancipãtur, existat: quanquàm nõ sit datum istis secundùm canonem, dicendi quicquam penitùs de ecclesiasticis causis: (opus enim hoc, pótificum & sacerdotum est) sed ex abundanti, omne os iniquum obstruere volentes, licentiam præstamus omnibus, vt qui in mente habet quid ambiguum de ijs, quæ decreta sunt ab hac sancta Synodo, hoc in mediũ exhibeat, & suscipiat satisfactionis salubre remedium. Non modicum certamen certauimus, neque labori cuilibet cessimus, vt & ipsi nobiscum nõstis, ad congregãdum eos, qui à Roma & ab Orientis patriarchalibus sedibus cõuenerunt: quos conducere multi quidem & ante nos conati sunt, sed nullo modo valuerunt. Non modicam vexationẽ & contritionẽ etiàm Deo amantissimi summi sacerdotes sustinuerunt, à longè concurrentes ad sanctæ huius Synodi tractatum. Qui ergò habet quid dicendum, dicat, dum hæc celebratur. Nam soluta sancta & vniuersali synodo, qui apparuerit ecclesiæ Dei cõtradicens, aut nõ cõmunicans ei, siue eps sit, siue absolutè sacerdos, siue dignitate aliqua præditus, vel aliter conuersatus, veniã abimperio nostro minimè cõsequetur: sed iustè condemnabitur, & à ciuitate nostra pelletur vt corruptor & pestilens, & membrum putridum & inutile, & commune corpus ecclesiæ violans. Vos autem amatores virtutum, DEO amicissimi summi sacerdotes,

ORATIO BASILII IMPERATORIS AD *Synodum, cùm ea iam esset ad calcem perducta.*

BAsilius pijssimus & Christo amabilis Imperator ad Synodum dixit: Multam quidem vexationem & laborem vestra diuinitùs collecta pertulit sanctitas, singulis vobis hinc indè confluentibus ad felicissimam vrbem nostram, causa ecclesiasticæ ordinationis & constitutionis: pro qua etiàm diuturnam in ea moram sustinuistis, & propter quã multi & senectutem contempsistis, & corporalem infirmitatem paruipendistis, & fortes facti, ea quæ requiei non congruunt, toleràstis, & diuturnam separationem spiritualium filiorum vestrorũ magnanimiter pertulistis. Sed eccè dolorum & laborum vestrorum videtis quàm sit finis suauis, & ecclesiæ Dei

tes, qui episcopali decoramini dono, singuli commonere proprium gregem & ad salutem ducere nè pigritemini, demonstrantes quantum malum sit, eos, Ecclesia Dei manente in trãquillitate, ab illa dissilire, & cõtra eos qui præsunt animabus suis, insanire, & à diuinis mysterijs propter irrationabiles & viles occasiones sese coërcere. Et quidem subiectum vobis gregem per vnumquenq; diem Dominicum verbis doctrinæ confirmantes, ad diuinarum voluntatum dirigite perfectionẽ: eos verò, qui errore hæreseos cuiusquam detinentur, tanquàm pastores boni conuertite. Nouerit enim virtutibus plena perfectio vestra, quia si notum fuerit vobis, hæresis quęcunq; in prouincia cuiusquam vestrûm latitans, non per assiduã doctrinam radicitùs euellatur, & omnes ad orthodoxam fidem manuducantur, canonicè huiusmodi episcopus à proprio patriarcha condemnabitur. Et sacris quidem doctrinis, atq; ab abominationibus alienis, taliter sacratissimus grex vester per pascua salutaria pascatur: ipsi autem in alterutrum pacifici estote, & ecclesiæ vinculum indisruptum conseruate, in quo laborâstis & concordâstis, quodq; verbo & manu in præsenti sancta & vniuersali Synodo confirmâstis, nè p contentionẽ & pertinaciam mutuam, disruptionem rursùs communis ecclesiæ corporis faciatis, & non habeatis veniam in die iustissimæ retributionis: sed amicitia vestra & consensus sit ad ordinationem totius orbis districtissima norma: vndè vos contemplantur subditi, quemadmodùm prætores ad principalia, & ad vitam vestram & mores seu conuersationem moderari probantur. Sed & qui in clero deputati estis Ecclesiæ Dei, eandem conseruate constitutionem & alternam concordiam, in nullo declinantes vel præter quę sancita sunt spiritu sancto ab hac magna & vniuersali synodo prædicantes. Nam & ipsi in omnibus conuenistis, & sole clariùs veritatem resplendere vidistis, in quam & consensistis, & concordâtes apparuistis. De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus, quàm qui absolutè conuersamini, quid ampliùs dicam nõ habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de ecclesiasticis causis sermonem mouere, neq; penitùs resistere integritati ecclesiæ, & vniuersali synodo aduersari. Hæc enim inuestigare & quærere, patriarcharum, pontificũ & sacerdotum est, qui regiminis officium sortiti sunt, qui sanctificãdi, qui soluendi & ligãdi potestatem habent, qui ecclesiasticas & cælestes adepti sunt claues: non nostrum, qui pasci debemus, qui sanctificari, qui ligari, vel à ligamento solui egemus. quantæcunq; enim religionis & sapientiæ laicus existat, vel etiamsi vniuersa virtute interiùs polleat, donèc laicus est, ouis vocari non desinet. Rursùs Episcopus quantacunque sit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donèc antistes est, & veritatis verbum rectè pdicauerit, pastoris vocationis & dignitatis damna non patietur. Quæ ergò nobis ratio est, in ordine ouium constitutis? Pastores verborum subtilitatẽ discutiendi, & ea quæ super nos sunt, quærendi & ambiendi habent. Oportet nos ergò cum timore & fide syncera hos audire, & facies eorum vereri, (cùm sint ministri domini omnipotentis, & huius formam possideant) & nihil amplius, quàm ea quæ nostri ordinis sunt, requirere. Nunc autem, vt videmus, adeò multos malitia in insaniam accendit, vt obliuiscentes proprij ordinis, & quòd pedes sint, minimè cogitantes, legem ponere velint oculis, (nõ vt natura se habet) sicut ipsi cupiunt, & singuli ad accusandum quidem maiores, semper existunt promptissimi: ad corrigendum autem ea, in quibus accusantur & criminantur, pigerrimi. Et moneo & exhortor omes qui tales sunt, vt maledictum & alternum odium auertentes, & iudicare iudices desinentes, attendant sibi, & secundùm diuinã voluntatem conuersari contendant. Nam non quiesceat supernum iudicium, sed cõtra diffidentes diuinus furor stillabit, & iustam vltionem opere cunctis ostendet. Oramus autem super omnia sanctum Dominum, omnes melioratos, & secundùm beneplacentem ei voluntatem clarescentes, non sòlùm à diuina ira intentatos mansuros, sed & æterna bona consecuturos, orationibus & intercessionibus sanctissimæ Dominæ nostræ Dei genitricis, & omnium sanctorum, & precibus & obsecrationibus sanctę huius & vniuersalis Synodi, Amen. Et post lectionem, Basilius amicus Christi & magnus Imperator, dixit: Dicat nunc quicunq; voluêrit ex sedentibus in hac sancta & vniuersali Synodo, in quo istorum hæsitet vel ambigat, quæ nunc lecta sunt. Sancta Synodus exclamauit: Omnibus placent quæ lecta sunt, omnes ijsdem ipsis concordamus, oẽs libenter subscribimus.

Item post lectum terminum Synodi (ità enim vocãt) Basilius Imperator ad Synodũ dixit: Dicat nunc sancta & vniuersalis Synodus, si omnibus sanctissimis episcopis cõcordantibus atq; consentientibus præsens terminus sit depromptus. oportet enim diuina quæq; cum vniuersorum consensu & concordantia in ecclesiasticis prædicari & confirmari collegijs. Sancta Synodus dixit: Omnes ità sapimus, omnes ità prędicamus, omnes concinentes & consentientes promptè subscribimus. Hoc est veritatis iudiciũ, hoc est iustitiæ decretum, &c.

Posteà subscripserunt omnes. Primò legati Adriani Papæ, hac forma: Ego Donatus DEI gratia episcopus Ostiensis ecclesiæ, locum obtinens domini mei Adriani pontificis & vniuersalis papæ, omnia quæ superiùs

Nota subscriptionẽ legati.

superiùs leguntur, huic sanctæ & vniuersali Synodo præsidens, ad voluntatem eiusdem eximij præsulis promulgaui, & manu propria subscripsi. Eodem modo & alij duo Legati subscripserunt. Ignatius verò sic: Ignatius misericordia Dei episcopus Constantinopoleos nouæ Romæ, sanctam hãc & vniuersalem Synodum suscipiens, & omnibus quæ ab ea iudicata & scripta sunt, concordans & definiens, subscripsi manu propria. Eadem forma vsi sunt etiàm Legati patriarcharum Orientis. Post quos tãdem subscripserunt Imperatores his verbis: Basilius, Constantinus & Leo perpetui Augusti, in Christo Deo fideles principes Romanorũ & magni Imperatores, sanctam hanc & vniuersalem Synodum suscipientes, & omnibus quę ab ipsa definita & scripta sunt, concordantes, subscribimus manu propria.

In qua subscriptione Imperatorum hoc obiter aduertendum est, quòd aiunt quidem, suscipientes & concordantes, non autem definientes. id enim episcoporum est, non principum. Hæc pauca huius octauæ Synodi fragmenta lector boni cõsulat, donec liceat integra quandoquè frui.

FINIS OCTAVAE VNIVERsalis Synodi.

ADRIANI PAPAE TERTII GESTA, EX Platina de gestis pontificum breuibus collecta.

Anno 888. alij aliter.

ADrianus tertius, patria Romanus, patre Benedicto, tanti animi fuit, vt initio pontificatûs sui statim ad senatum populumq; retulerit, anno Domini 885, nè in creando pontifice Imperatoris authoritas expectaretur, vtque libera essent & cleri & populi suffragia. Quod quidem institutum à Nicolao primo tentatum potiùs quàm inchoatum diximus. Illectum credo hac opportunitate Adrianum, quòd Carolus Imperator ab Italia cum exercitu discedens, in Normannos rebellantes mouerat. Fuerat ei in animo, gentem inquietam omninò delere. At verò cùm id difficile videretur, nec fieri sinè magna suorum clade posset, partem illam Galliæ ad incolendum his concessit, quæ vltra Sequanam flumen est, quæq; hodie à gente ipsa Normandia vocatur. Pendere autem quotannis vectigal regibus Franciæ sunt iussi, nè vi, sed benignitate Imperatoris Caroli, loca illa obtinuisse viderentur. Interea verò Guilelmus cognomento Pius, Aquitanię dux & Aluerniæ comes, cùm stirpe virili careret, Cluniacense monasterium in fundo paterno Burgundię pago Masticensi, magnificentissimis operibus inchoauit, eidemque loco Bernonem abbatem præfecit, designatis prouentibus vndè monachi viuerent. Ante tempus verò Guilelmus moriens, monasterium imperfectum reliquit, Elbo comite Pictauiensi hærede instituto, qui rem ipsam ex testamento curaret. Adrianus autem pontifex, de quo clerus populusque Romanus magnam spem conceperat ob eius virtutem & magnitudinem animi, anno primo & mense secundo pontificatûs sui moritur, sepelituręque in basilica sancti Petri, collachrymantibus omnibus & ingemiscentibus, tantum parentem iniquo tempore tam repentè sibi ablatum esse.

FINIS.

COLONIENSIS SYNODVS, HABITA SVB CAROLO TERTIO IMPERATORE, COGNOMENTO CRASSI.

ANno incarnationis Domini nostri Iesu Christi, octingentesimo octogesimo septimo in Ecclesia B. Petri Apostolorũ principis, Indictione tertia, Calend. Aprilis, conuenerunt in vrbe Agrippinensi vnà cum consensu gloriosissimi Imperatoris Caroli, & Moguntinæ sedis Luidberti archiepiscopi, Vuillibertus humilis eiusdem præfatæ vrbis archiepiscopus, Franco Tungrensis sedis episcopus, Odilbaldus Traiectensis sedis episcopus, Vuulfelinus Mimigarnafurdensis ecclesiæ episcopus, Druogo Mimidonensis ecclesiæ episcopus, cum consensu venerabilis Rimberti episcopi, præsentibus etiàm bonę deuotionis abbatibus Neuolongo Indensis monasterij abbate, Andulfo Vuerdinensi monasterij abbate, Folchario Aquisgrani palatij abbate, cum præfatarũ sedium presbyteris & diaconibus, & laicis quibusdam religiosis celebrata synodo, ea quę subiecta sunt, diuini amoris instinctu de negocijs Ecclesiasticis promulgauerunt.

Mimigarnafurdensi, est Monasterien.

Caput primum.

Quòd clerus Mimidonensis ecclesiæ presbyterum nomine Druogonem vocatum, episcopum vnanimi consensu ad episcopalem promoueri ordinem petierũt, quorum petitioni

petitioni effectum præbentes, ad pastorale eum promouimus officium.

Caput 2.

Quòd Franco venerabilis Tungrensis sedis episcopus, cura pastorali permotus, & diuini amoris zelo succensus, suggessit sanctam Dei Ecclesiam, non habentem maculã neq; rugam, à schismaticis & raptoribus, qui neq; Deum præ oculis habent, neq; vllius verentur occursum, neq; diuina humanáve lege à malo coërcẽtur, sed ad omne malum præcipites feruntur, grauiter vexari. Cuius suggestioni valdè condolentes, illiusq; zelo secundùm canonicæ institutionis decreta compatientes, decreuimus, eos qui tam pertinaci stimulo irretiti sunt, vt ea mala sanctę matri Ecclesię inferrent, aut statuto tempore pia considerationе illorum saluti consulentes, videlicet in festiuitate sancti Ioannis Baptistæ, octauo Calendas Iulij in Foro Iulij, quandò iterùm Deo annuente synodus celebranda erit, pœnitentiæ & emendationi secundùm priscorum statuta patrum se summittant: aut si instigante diabolo, cuius instinctu ad tam nefandum peruenerũt flagitium, hoc contempserint, perpetuo & irreuocabili eos anathemate feriendos esse denunciamus. Eos verò, qui crebra admonitione & diuturna conuenti sunt, vt resipiscerent, & ad pœnitentiæ remedia confugerent, more canum ad vomitum rapacitatis absque Dei respectu reuersi sunt, statuimus, sinè dilatione gladio anathematis esse puniendos.

Platina de edit. q.6. Clemens opinatus.

Caput 3.

Hæc ità statuimus, quoniam necesse est, non transgredi terminos patrum, sed magìs assensum præbere diffinitioni eorum. In decretis nanque Anacleti papę capite secundo legimus, quòd omnis oppressus liberum sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Ex concilio Toletano quarto, capite trigesimo primo, Episcopi in protegendis populis ac defendendis impositam sibi à Deo curam non ambigant. Ideoque dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, sacerdotali eos commonitione redarguant. Item ex cõcilio Toletano 1. Si quis de potentibus clericũ aut quemlibet pauperiorem, aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus vt audiatur, & cõtempserit, mox inuicèm scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos, & quoscunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse, donèc audiat, & reddat aliena. Talium em scelerum patratoribus, sicut in capitularibus gloriosissimorum Imperatorum Caroli & Ludouici continetur, nisi post puram & publicam pœnitentiam, & per ecclesię satisfactionem, & per impositionem manũs episcoporum, nec viuis, nec mortuis communicare debemus.

q.4.ca.31.

Tol.1.ca.11.

Caput 4.

Vt nullus laicus, quamuis religiosus, præsumat aliquid de rebus Deo dicatis vel ecclesiæ facultatibus, id est, nec dandi basilicas, nec auferendi sinè consensu episcopi habeat potestatem, neq; ex dote ecclesię, id est, ex vno manso, & quatuor mãcipijs census exigatur, sed iuxta concilium Aurelianense primum, cap. 19. Omnes basilicæ, quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidiè construuntur, placuit secundùm priorũ canonum regulam, vt in eius ordinatione & potestate persistãt, in cuius territorio positæ sunt. Si quis verò cõtra hæc venire præsumpserit, anathemate feriatur. Aurelia. 1. cap. 19.

Caput 5.

Omnibus constat manifestum fore, nos nil temeritatis neq; nouitatis in hac synodo, vbi in Iesu nomine, qui est salus omniũ, congregati sumus, statuisse, sed causa vestræ salutis diuino admoniti instinctu feruentes, immò pastorali cura permoniti, vobismetipsis consulentes secundùm diuinæ institutionis normam, & iuxta nobis à DEO datam sapientiam, piè & iustè viuere vnumquenq; admonemus, quatenùs Deo reddentes quæ Dei sunt, & vos nobis (prout oportet) auxiliũ ferentes, nosq; vobis secundùm Apostolum spiritualia seminãtes, ad vitam pariter peruenìamus æternam. 1. Cor. 9. b

Caput 6.

De incestu autem coniunctionibus, vndè multimodis fines regionis nostræ circunquaq;, instigante diabolo, polluuntur, secundùm Agathen concilium cap. 61. nihil prorsùs veniæ reseruamus, nisi cùm adulterium separatione sanauerint. Ex concilio Ilerden cap. 4. De his, qui se incesti pollutione commaculant, placuit, quousq; in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseuerent, vsque ad Missam tantùm catechumenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiàm nec cibum sumere vlli Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet. 1. Cor. 5. d Quòd si conuenti fuerint, & ad pœnitentiæ remedia conuolauerint, seque sacramento cõstrinxerint, vlteriùs tam nefanda & prorsùs abominanda pollutione non esse polluendos, iterumque ad recidiua malitiæ, & vitæ pristinæ sordes relapsi fuerint, ab ẽpo ciuitatis comprehensi, sicut in concilio Toletano cap. 7. reperitur, in cuius territorio sunt, rursùm legibus pœnitentiæ in monasterijs subdantur inuiti. Quod si facere per aliquem potestatis vigorem difficile fuerit, tunc sicutì priscorum canonum statuerunt decreta, quousq; iterùm resipuerint, excommunicati, & anathemate condemnati habeantur: sed & hi, qui post excommunicationem vel interdictum, cum eis communicauerint. De virginibus autẽ sacratis in concilio Elibertano cap. 13. scriptum est: Si mœchauerint virgines, quę se deo dedicauerũt, Agatheñ cõcil. ca. 61. Ilerden cõcil. ca. 4. 27. q. 1. Virgines quæ se Et in Moguntia. cõcil tpe Caroli, cap. 27.

si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem seruierint libidini, non intelligentes quid amiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quòd si semèl persuasæ ad infirmi corporis vitia lapsæ, toto tempore vitæ suæ eiusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, vt abstineant se à coitu, placuit, eas in finem communionem accipere debere. Ex concilio Chalcedonẽ cap. 16. Virginem, quæ se Domino Deo consecrauit, non licere nuptialia iura contrahere. Quòd si hoc inuenta fuerit perpetrans, excommunicetur. Confitenti autem decreuimus, vt habeat authoritatem eiusdem loci Episcopus, misericordiam humanitatemque largiri.

In Mogũt. cóci. tẽpore Carol. ca. 27

MOGVNTIACENSE CONCILIVM TEMPORE ARNVLPHI IMPERATORIS.

Prælocutio Synodi Moguntiacensis.

Fratres, nôsse & animaduertere sanctitatis vestræ prudẽtiam oportet, quia omnipotentis Dei nutu omnia prouidentis, & secundùm interni consilij sui iudicium cuncta dispensantis, hîc congregati sumus. Cuius cõuentûs causam perpendere, & diligenti solicitudine considerare debemus. Omnipotens nanq; Deus occulto dispensationis suę examine rectores pariterq; pastores Ecclesiæ suæ præfecit, quam sibi suo sanguine acquisiuit, mundans eam lauacro aquę in verbo, q̃ quot malis oppressa, quot vẽtis tribulationũ illisa, plùs iam in nostris tribulationibus videmꝰ, quàm in codicibus legimus. Tamen quia causa illius, nostrique insupèr officij cura conuénimus, tractare & considerare nos condecet, qua ex causa, cuiúsve peccato talia nobis acciderunt, qualia hactenùs passi sumus, & quotidiè sinè cessatione patimur. Cuius considerationis vim recolẽtes, nos peccâsse, nosq; reos esse, secundùm prophetæ exemplũ profiteamur. (Dan. 4. c) Non enim tanta vis tribulationum, neq; tot tempestatum impetus Ecclesiam DEI impeterent, si iuxta alterius prophetæ dictum, ascenderemus ex aduerso, & opponeremus nos murum pro domo Israël, vt staremus in prælio in die Domini. (Ezech. 13. a) Ideoq;, charissimi & reuerentissimi fratres, ascendat vnusquisq; nostrûm tribunal cordis sui, & q̃d his agendum, qualitérve consulendum sit, diuina instigante gratia, cõmuni consensu, & concordi charitatis affectu decernamus, & secundùm diuinæ institutionis normam perscrutemur. Mirum quippe non est, (quia omnes in communi peccauimus) talia nobis contigisse. Sed quia nos, qui cæteris ferre ducatum debuimus, nostri officij curam postponentes, ad exteriora dilapsi sumus, specialiter nos hæc causa petit, reosq; fore notat, quorũ inertia nobis per abrupta gradiẽtibus, omnis grex, diuinitùs nobis commissus, præcipitio patuit. Qua de re humiliter ac deuotè præueniamus faciem eius in confessione, mundãtes nos secundùm Apostolicum dictum, ab omni inquinamento carnis & spiritûs. (2. Cor. 7. a) Patet nanq;, quia iuxta veridicæ rationis assertionem, cæcus cæco ducatũ præstans, ambo in foueam cadũt. (Matt. 15. b) Quo enim animo, quáve fronte, diuinã pietatem pro peccatis populi nobis cõmissi exorare poterimus, quos funibus peccatorũ constat fore irretitos? Eccè labentibus tot annorũ curriculis, nũquàm nec generali, nec etiàm prouinciali synodo coadunati sumus, vt aliquid dignũ necessariúmve Ecclesiæ, cui annuente Deo præsumus, mutuis collationũ sermonibus conferremus. Sed quia nunc auxiliante Domino, & imperante serenissimo seniore nostro Arnulpho rege cõuénimus, diuinã suppliciter imploremus misericordiã, quatenùs ea præueniente & subsequente, conuentũ & actionem istius synodi sibi acceptabilem facere dignetur, & Christiano proficientẽ populo ad salutẽ & vitã perpetuam, nobisq; ad æternæ remunerationis felicitatem & gloriã. His verò breuiter prælibatis, ponamus ante oculos adhuc peccatorum nostrorum vulnera, & congrua eis quæramus medicamina. Lugeamus ergò secundùm Prophetã, & quæramus capiti nostro aquam, & oculis nostris fontem lachrymarum, vt plãgamus interfectos filię populi nostri. (Hier. 9. a) Quis enim siccis oculorũ luminibus valeat enumerare mala gentis nostræ & sanctorum? Videte & considerate, q̃ pręclara & nobilia seruorum Dei ædificia destructa & incẽsa sint, & funditùs ad nihilum redacta. (Dicit de Normannorũ populationibus) Altaria defossa, & penitùs conculcata, ornamenta ecclesiarum Dei valdè preciosa & mirifica, direpta & igni exusta. Ep̃i & sacerdotes, & cæteri ordinis Ecclesiæ viri, gladio trũcati, & diuersis pœnarũ generibus morti addicti. Om̃is ætas vtriusq; sexûs, gladio & igne, diuerso mortium genere consumpti. Quid ergò ampliùs his dici possit? Om̃ia desiderabilia & preciosa nobis ablata sunt, velutì olìm sub cõminatione & euersione Iudaici tẽpli illis dictũ est: Eccè ego tollã à vobis desiderabile oculorũ vestrorũ, sup quo pauet anima vestra. (Ezech. 24) Multi ergò nostrûm, q̃bus hoc malũ contigit, nobilium ædificio templorũ, gregiq; sibi cõmisso metuebant, q̃ omnia, vt oculis intuentium patent, ablata sunt, & penitùs subuersa. Cuius subuersionis periculum incolæ monasteriorum vtriusq; sexûs metuentes, huc illucque vagantur incerti, penitusque omni solatio destituti, quid agendum, quóve declinãdum, errabundi cum piculo suæ professionis, & sinè pastore, ignorant. Sed his intereà malis amaricati, & penè vsque ad mortem afflicti, aliud è vicino malum nos coangustat & opprimit. Quod quãto vicinius, tanto grauius, nobisq;, qui pastores dicimur, periculosius. Eccè enim è latere turba raptorum & schismaticorum sæuit, qui pauperes & humiles Christi opprimunt & interimũt, neq; Dei respectum habẽtes, nec vllam hominis personã verentes. Ab his nanq;, si deesset paganorum sæuitia, redigeretũ in solitudinem terra: quia nec sexui, nec ætati, neq; paupertati parcere sciunt, sed om̃es, quos possunt, absq; Dei respectu & misericordia despoliant, & crudeliter, suî immemores, aut igni, aut gladio, aut quocunq; mortis genere interimunt, hocq; nihili putant & paruipendunt. Nec etiàm pœnitentiæ colla submittere volunt. Quibus omnibus circunsepti malis, illius Apostoli non immemores sumus sententiæ, qua ait: Foris pugnæ, intùs timores. (2. Cor. 7. a) Vndè quia DEI prouidentia hoc spatium nobis concessum est, quo mutuis frueremur adspectibus, & alternis releuaremur collationibus, quid de his & cæteris rebus emendatione dignis agendum sit, decernere studeamus.

CAPITVLA IN MOGVNTIACENSI CONcilio facta, Arnulphi regis anno primo.

Anno incarnatiõis Dñi nostri Iesu Christi octingẽtesimo octogesimooctauo, anno etiàm primo regni domini Arnulphi gloriosissimi regis, hæc capitula apud Moguntiam ciuitatem à Luitberto eiusdem ciuitatis archiepiscopo, necnon & à Vuilliberto sacræ sedis Coloniensis, seu etiàm Ratbodo Treuirensis ecclesię venerabilibus archiepiscopis cum suis Suffraganeis, cæteraq; non modica multitudine, abbatũ scilicet & aliorũ sacerdotum, tenenda, obseruanda, ac firmiter habenda, constituta sunt.

CAP. I.

Statuimus, vt oratio ab omnibus nobis tam pro glorioso rege Arnulpho, seu etiàm & pro gloriosa coniuge sua, necnon & pro statu totius Christianitatis, prout nos debitores esse cognoscimus, in ecclesijs nostris assiduè celebretur.

CAP. 2.

Vt annuncietur glorioso regi nostro domino Arnulpho, q̃d sit rex, quíd ve vocari debeat. Rex à rectè regendo vocatur. Si enim piè & iustè & misericorditer regit, meritò rex appellatur: si his caruerit, non rex, sed tyrannus est. (Isidori sunt hæc.) Antiqui autem, omnes reges tyrannos vocabãt. Sed posteà piè & iustè & misericorditer regentes, regis nomen adepti: impiè verò, iniustè, crudeliterq; principantibus, non regis, sed tyrannicum, aptatum est nomen. Quia rex à regendo dicitur, primò ei studendum est, vt semetipsum, suamq; domum, Christi adiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisq; operibꝰ exuberare faciat, vt ab ea cæteri bonum exemplum semper capiãt. Ipse etiàm salutiferis Christi præceptis fideliter atq; obedienter obsecundet, & rectè agendo, eos quibus temporaliter imperat, in pace & concordia atq; charitate, cæterorumq; bonorum operũ exhibitione, quantùm sibi diuinitùs datur, consistere faciat, & dictis atque exemplis ad opus pietatis & iustitiæ & misericordiæ solerter excitet, attendens, q̃ pro his Deo rationem redditurus sit, quatenùs ità agendo, sanctorũ regũ, qui Deo syncerè seruiendo placuerũt, post hanc peregrinationem consors efficiatur. De rege autẽ, qualis esse debeat, ità in Deuteron. legitur: (Deut. 17. c) Cùm ingressus fueris terram, quam Dñs Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisq; in illa, & dixeris, Cõstituam super me regem, sicut habent om̃es per circuitum nationes, eum cõstitues, quẽ Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Et post pauca: (Ibidèm d) Non habebit vxores plurimas, quæ illiciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. Postquàm sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribûs, & habebit secum: legetque illud om̃ibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deũ suum, & custodire verba & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec extollatur in superbiã sup fratres suos, neq; declinet in partem dexteram vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel. Attende, quòd timor Dei, & custodia pręceptorum eius, & humilitas, quæ non patitur eum extolli super fratres suos, & iustitiæ rectitudo non solùm regem, sed & filios eius lõgo faciat regnare tempore. Vt ergò princeps extollentiam cauere debeat, Ecclesiasticus admonens ait: Principẽ te cõstituerũt? noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex illis. (Eccl. 32. a) In Prouer. Rex q̃ iudicat in veritate pauperes, thronꝰ eius in æter- (Pro. 29. b)

æternum firmabitur. Item, Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Isidorus: Qui rectè vtitur potestate regni, ità præstare se omnibus debet, vt quanto magìs honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet, proponens sibi exemplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter sese deijciẽs, dixit: Vilis incedam, & vilis apparebo ante Deum, qui elegit me. Fulgentius in libro de veritate prædestinationis & gratiæ: Clementissimus quoq; Imperator non ideò est vas misericordiæ præparatum in gloria, quia apicem terreni principatûs accepit: sed si Imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis sanctæ religioni subijciat: si magìs intimo re Deo seruire, q̃ in tumore dominari populo delectetur: si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem: si se magìs diligendum, quàm metuendum cunctis exhibeat: si subiectis salubriter consulat: si iustitiam sic teneat, vt misericordiam non derelinquat: si præ omnibus ità se sanctæ matris Ecclesiæ meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati per vniuersum mundum, prodesse suum faciat principatũ. Magìs enim Christianum regitur ac propagatur Imperium, dum Ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quàm cùm in parte quacunq; terrarum pro temporali securitate pugnatur.

Pro.20.d

Isidorus.

2.Reg. 6.d

Fulgentius.

CAP. 3.

Quid sit propriè ministerium regis.

REgale ministerium specialiter est, populum Dei gubernare, & regere cum æquitate & iustitia, & vt pacem & concordiam habeant, studere. Ipse enim primò debet defensor esse ecclesiarum & seruorum Dei, viduarum, orphanorum, cæterorumq; pauperum, necnon & omnium indigentiũ. Ipsius enim terror & studiũ huiuscemodi, inquantùm possibile est, esse debet primò, vt nulla iniustitia fiat: Deindè, si euenerit, vt nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi siue audaciam malè agendi cuiquam relinquat. Sed sciant omnes, quoniam si ad ipsius notitiam peruenerit quippiam mali, quod admiserint, nequaq̃ incorrectum aut inultum remanebit, sed iuxta facti qualitatẽ, erit & modus iustæ correptionis. Quapropter in throno regiminis positus est ad iudicia recta peragẽda, vt ipse per se prouideat & perquirat, nè in iudicio aliquis à veritate & æquitate declinet. Scire etiàm debet, quòd causa, quam iuxta ministerium sibi commissum administrat, non hominum, sed Dei causa existit, cui pro ministerio, quod suscepit, in die tremendi examinis rationem redditurus est. Et ideò oportet, vt ipse, qui iudex est iudicum, causas pauperum ad se ingredi faciat, & diligẽter inquirat, nè fortè illi, qui ab eo constituti sunt, & vices eius agere debent in populo, iniustè aut negligenter pauperes oppressiones pati permittant. Plura igitur sunt ex authoritate sanctarum scripturarum de ministerio regis quæ scribere potuimus: sed nè onerosa glorioso principi nostro hæc admonitio nostra existat, hæc perpauca scripta sufficiant.

CAP. 4.

In synodo Toletana, vt ecclesiæ cum rebus ad ordinationem Episcopi pertineant, præcipitur.

MVlti contra canonum constituta, sic ecclesias, quas ædificauerint, postulant consecrari, vt dotem, quam eidem ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum displicet, & in futurum ꝓhibetur. Sed & omnia, secundùm constitutionem antiquam, ad episcopi ordinationẽ & potestatem pertineant.

Tolet. con. 3.ca.19. Et in decr. q.1. Sic quidam.

CAP. 5.

Nè presbyteri sinè consensu episcoporum per ecclesias constituantur, vel ab eis reijciantur.

QVicunque presbyter per precium ecclesiam fuerit adeptus, omnimodìs deponatur, quoniam contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dinoscitur, qui alium presbyterum legitimè ad ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicauerit. Quod vitium latè diffusum, summo studio emendandum est. Itemque interdicendum videtur clericis siue laicis, nè quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sinè licentia & consensu episcopi sui.

Turonen. con. tẽp. Carol.

CAP. 6.

Vt nullus ecclesiasticas res inuadere præsumat.

NE cui liceat, res vel facultates ecclesijs aut monasterijs, vel xenodochijs ꝓ quacunq; eleemosyna cum iustitia delegatas retẽtare, alienare atq; subtrahere. Quod quisquis fecerit, tanquàm necator pauperũ, antiquorum canonum sententijs constrictus, ab ecclesiæ liminibus excludatur, donèc ab ipso, quæ sunt ablata vel retenta, reddantur. Ex eodem concilio, capite eodem: Si quis quolibet tempore cuiuslibet potestatis aut ordinis persona contra institutionem sancti Concilij venire tentauerit, aut aliquid de consuetudine, vel facultate xenodochiorum vel ecclesiarum abstulerit, (quod Deus auertat) vt necator pauperum irreuocabili anathemate feriatur.

Aurel. con. v. cap. 13. vel 16.

Aurel. con. 5. ca. eod.

CAP. 7.

De varia vexatione sacerdotum.

REIatum est sanctæ synodo, q̃ à malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus

dotibus Christi, seu cæteris clericis inferioris gradûs sæpissimè inferãtur. Vndè visum est sancto Concilio, nè in anteà talia existãt, iaculo spiritali eos percutere, vt si quis clerico aliquã iniuriã seu calumniã ingesserit, à liminibus sanctæ ecclesiæ arceatur, vsque ad condignam satisfactionem.

CAP. VIII.

AD aures sanctæ synodi Arno venerabilis Vuirziburgeñ Ecclesiæ se reclamauit, quòd quidam scelesti quendam hõnorabilẽ presbyterum suũ compræhendissent, eiq; nares abscidissent, & capillos capitis incidissent, necnõ & sæuis verberib⁹ cruciatum, semiuiuum reliquerãt. Vndè tanto scelere inaudito peracto, sancta synod⁹ visceribus misericordiæ erga eundem cõmota, statuit communi consensu, vt ijdem temerarij, Deiq; cõtemptores, qui tale scelus ausi sunt perpetrare, anathematis vinculo constringantur, quousq; à ꝓprio episcopo post dignã pœnitentiã absoluti, sanctę matri ecclesiæ sociari mereantur, nullusq; cum eis in aliquo cõmunicet, nisì in hoc, vt eos ad dignam satisfactionẽ peragere hortetur. Si quis autem post hanc sententiã à nobis prolatã, sciens cum eis cõmunicauerit, vno eodemq; mucrone cum ipsis sciat se à nobis esse percussum.

CAP. 9.

Vbi Missarum solennia peragi liceat.

MIssarũ solennia non vbiq;, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbì ipse pmiserit, celebrãda esse censemus. Cõcedimus etiàm, vt sicubì (quod nostris exigentibus culpis perplurimùm est factum à Nortmannis, seu alio qualicunq; modo) ecclesiæ fuerint incensæ, in Capellis Missas interìm liceat celebrare, donèc ipsæ ecclesię restaurari queant. In itinere verò positis, si ecclesia defuerit, sub diuo, seu in tentorijs, si tabula altaris consecrata, cæteraque ministeria sacra ad id officiũ pertinentia adsunt, Missarũ solennia celebrari permittimus.

CAP. 10.

De mulieribus, quòd in domo clericorũ simul cum clericis non debeant habitare.

VT clericis interdicat̃, mulieres in domo sua habere, omnimodìs decernimus. Quanuìs etiàm sacri canones, quasdã personas fœminarum simul cum clericis in vna domo habitare permittant: tamẽ (quod multùm dolẽdum est) sæpè audiuimus, per illã concessionẽ plurima scelera esse cõmissa, ità vt quidam sacerdotũ cũ ꝓprijs sororibus concumbentes, filios ex eis generâssent. Et idcircò cõstituit hæc sancta synod⁹, vt null⁹ presbyter vllã fœminã secum in domo ꝓpria permittat, quatenùs occasio malę suspiciõis vel facti iniqui penitùs auferatur.

CAP. 11.

Nè inuadantur prædia.

ATtendendum est om̃ibus, & fideliter custodiendũ, & illius vsurpatiõis cõtumelia depellendã, nè ꝑdia vsibus secretorũm cælestiũ dicata, à quibusdã irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitæ vltiõis acrimoniã, q̃ erga sacrilegos iure ꝓmenda est, perpetua damnetur infamia, & infernali carceri tradat̃, aut exilij perpetua deportatione feriatur: qm̃ iuxta Apostolũ, oportet huiusmodi hominem tradere satanæ, vt spiritus saluus fiat in die Domini.

Vrbani papę 1. in epist. Et in decretis. 17.q.4. Attendendum

1.Cor.5.b

CAP. 12.

Quot testibus clerici conuinci debeant.

PResbyter non aduersùs episcopũ, non diaconus aduersùs presbyterũ, nõ subdiacon⁹ aduersùs diaconũ, nõ acolytus aduersùs subdiaconũ, nõ exorcista aduersùs acolytũ, non lector aduersùs exorcistã, non ostiarius aduersùs lectorẽ, det accusatiõem aliquã. Et nõ condẽnabitur ꝑsul, nisì in 72. neq; ꝑsul summus à quoquã iudicabit̃, qm̃ scriptum est: Nõ est discipulus supra magistrum. Presbyter autem in cardine constitutus, non nisì in 42. testibus damnabitur: diaconus cardinarius constitutus vrbis Romæ, non nisì in vigintisex condemnabitur: Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, ostiarius, nisì sicut scriptũ est, in 7. testibus non condemnabitur. Testes autem sinè aliqua sint infamia, vxores & filios habentes.

Romã. Cõc. sub Syluestro papa. In decre. 2.q.7. Nullus laicus.

2.q.5. Pręsul

Lucæ 6.f

CAP. 13.

De decimis ab antiquis ecclesijs non subtrahendis, & vt antiquæ ecclesiæ honorem suum habeant.

ECClesiæ antiquitùs constitutę, nec decimis, nec alijs possessionibus priuentur, ità vt nouis oratorijs tribuantur.

CAP. 14.

Quòd nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere aut ordinare.

NVllus episcopus alterius parochianũ ꝑsumat retinere aut ordinare absq; eius voluntate, vel iudicare: quia sicut eius irrita erit ordinatio, ità & iudicatio: qm̃ cẽsemus alterius nullum iudicis, nisì sui, sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenùs potest.

CAP. 15.

Item de eodem.

SI quis episcop⁹ iudicauerit, vel ordinauerit alterius parochianum sinè cõsensu & voluntate sui episcopi, oportet non sinè increpatiõe in cõmuni Cõcilio admitti, ità vt Ecclesiasticũ vltrà non soluat canonẽ.

CAP. 16.

De his qui sacerdotẽ spontè occiderint.

QVi sacerdotẽ morti voluntariè tradiderit, carnẽ non comedat, nec vinum bibere ꝑsumat om̃ibus dieb⁹ vitæ suæ. Ieiunet aũt vsque ad vesperam, exceptis diebus fe-

festis atque Dominicis. Arma non sumat, & vbicunquè ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, sed proprijs pedibus ꝓficiscatur. Ecclesiam per quinquennij tempus non ingrediatur, sed cùm sacrarum orationum officia, aut Missarum solennia celebrãtur, ante fores basilicæ perseueret, orans ac deprecans Dñm, vt tanto crimine abluatur. Post expletum verò quinquennij tempus ingrediatur ecclesiam, non tamen communicet, sed inter audientes tãtummodò stet, vel dũ facultas conceditur, sedeat. Dum autẽ duodecimi anni cursus fuerit finitus, communicandi ei tribuatur medela. Maneat tamen in reliquis obseruatiõibus tres dies per hebdomadam, vt ad perfectionis purificatus mereatur venire culmen.

CAP. 17.

De decimis dandis.

ADmonemus atq; ꝑcipimus, vt decima omninò Deo dari non negligatur, quã Dñs ipse dari sibi constituit. Timẽdum est enim, vt quisquis Deo debitum suũ abstrahit, Deus propter peccatũ suũ auferat ei necessaria sua. Qui verò decimas post crebras admonitiones & ꝑdicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur.

CAP. 18.

De quodam Altmanno, qui sibi commatrem spiritualem in coniugium habet sociatam.

PErlatũ est ad nos, ꝙ quidam Altmannus nomine, sibi commatrem spiritualem, ex parochia Arnonis episcopi scelesto coniugio associâsset. Sed posteà per sacramenta ab ea separatus, modò iterùm eam sibi impia copulatione habet sociatam. Quẽ, quia tale scelus perpetratum habere audiuimus, secundùm constitutionem sancti Gregorij papæ, gladio spirituali percutimus, eumque anathematis vinculo innodamus.

CAP. 19.

De presbyteris, qui crimine fornicationis, siue aliquo capitali flagitio accusantur, & nõ habent collegas, cum quibus se excusare possint, aut si fortè lapsi fuerint, quomodò satisfaciant.

Neocæsareensis cõ. ca. 1. Et in dec. dist. 28. Presbyter.

IN quorum iudicio, neq; ad dexterã, neq; ad sinistrã declinandum est, sed regia via gradiendum. In concilio Neocęsareeñ cap. 1. scriptum est: Presbyter, si vxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulteriũ perpetrauerit, amplùs pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Item in concilio Carthaginẽsi, capitulo vicesimoquinto scriptum est: Aurelius episcopus dixit: Præstereà cùm de quorundam clericorum, quanuìs erga vxores proprias, incontinentia referatur, placuit, quod & in diuersis concilijs firmatum est, vt subdiaconi, qui sacra mysteria contrectant, & diaconi & presbyteri, sed & episcopi secũdùm

Vide Carth. 2. cap 2. & Carthag. 5. cap. 3.

priorum statuta, etiàm ab vxoribus se abstineant, vt tãquàm non habentes esse videãtur. Quod nisì fecerint, ab Ecclesiastico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, nisì maturiori ætate.

CAP. 20.

De precarijs iniustè & irrationabiliter factis, easque cum vi & sinè nostræ voluntatis consensu habere volunt, sicut in Rhemensi concilio statutum est cap. 37.

SI quilibet hominum res ecclesiæ ꝑ mendacia vel mala ingenia in precariam sibi acquirere voluerit, & post factas precarias, eadem mendacia ad aures eiusdem ecclesię rectoris delata fuerint, ipsa ecclesia res suas, quæ & ei mẽdaciter abstractæ fuerũt, pleniter absq; vllius contradictione omnimodis recipiat. Ille verò, qui res suas per eadem mendacia propter cupiditatem ipsius precariæ, eidem Ecclesiæ tradidit, simili modo in suam recipiat dominationem.

Rhemẽsi tẽpore [...] rol. cap.

CAP. 21.

De his qui in ecclesijs seu atrijs ecclesiæ rixas mouerint, & mutuò inter se confligunt. Ex cõcilio Moguntiacensi tempore Caroli, cap. 40.

PRæcipimus, vt in ecclesijs siue atrijs ecclesiarum vel domibus, placita secularia minimè fiant, quanto minùs rixæ & cõtentiões? Item capitulo trigesimonono: De honore ecclesiarum, & his qui ad Ecclesias confugiunt, & quòd Ecclesia cum magna reuerentia adeũda sit, sicut in capitulari Dominico continetur, & in Moguntiacensi, & Turonensi ac Arelatensi tempore gloriosi Imperatoris Caroli conuentibus decretum est.

Turoneñ. pore Ca[...] cap. 39. Arela[...] tẽpore [...] rol. cap.

CAP. 22.

De his qui decimas suas dare nolunt, & iniustè subtrahunt, ità vt qui quinque aut eo amplius aratra habuerint, iuxta æstimationem vnius aratri persoluant: & qui hæreditatem ecclesiæ nostræ sibi vindicant, & de seruis, qui decimas, dominis consentiẽtibus, dare nolunt.

COncilio Arelatensi cap. 9. scriptũ est, vt vnusquisque de proprijs laboribus suis decimas & primitias Deo offerat, sicut scriptum est: Decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre Domino Deo tuo. Vbì nec liber, nec seruus excipitur, qui omnes vnũ sumus in Christo, apud quẽ nulla habetur personarum acceptio. Item in Cõcilio Arelatensi capitulo vigesimo: Vt ecclesiæ antiquitùs constitutæ, nec decimis, nec vlla alia possessione priuentur.

Exod. 22.

CAP. 23.

De viris & fœminis si adulterij reatu, siue alicuius flagitij crimine accusati fuerint, qualiter expurgari debeant.

Nam multi sunt, qui secundùm humanas leges diuina spernentes iudicia, testes ac coniu-

coniuratores sibimet producere volunt. Quos minimè admittentes, sicut vnum cõfitemur Deum, vnam fidem, vnũ baptisma, ità etiàm vna per totum mundum Ecclesia vniformiter pari lege & simili religione excolenda est. Itaque decernimus, vt iuxta diuinæ legis sanctionem, & secundùm ipsius sedem ciuitatis, in qua ratio vẽtilatur, vnaquæque gens, & cuncta adiacens parochia subiaceat, ità vt authoritate episcopi, aut iudicij examine, aut sacramenti protestatione se expurget. Et non minùs quàm quatuordecim annos ætatis habeat, qui ad testimonium admittendus est secundùm censuram canonicæ institutionis, sicut in Africano concilio cap. 98. scriptũ est: Testes ad testimonium non admittendos, qui nec ad accusationem admitti præcepti sunt, vel etiàm quos ipse accusator de sua domo produxerit. Ad testimonium autem infra annos quatuordecim ætatis suæ non admittantur.

CAP. XXIIII.

De pace fruenda.

DEcreuimus etiàm, vt pacis bonum & concordiæ, ab omnibus indiruptè teneatur: quia si inter nos fideles, vt in capitularibus domini Caroli legitur, pax & cõcordia habenda est, dicente Apostolo, Pacem sequimini & sanctitatem, sinè qua nemo videbit Deum: multò magìs inter episcopos & comites esse debet, qui post Imperialis apicis dignitatem populum Dei regunt. Ità enim inter se concordare debent, vt alterutrùm sibi ad DEI seruitium peragendum, & ministerium suum explendum, non solùm non noceant, quin potiùs adminiculo sint. Comitibus quippe & iudicib', reliquoque populo expedit, vt in Turoneñ concilio legimus, temporibus præfati principis acto, vt suis sint episcopis consentientes & obedientes, propter Dei amorem, & semper ab eis vtile quærant consilium, illorumque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure audiant. Similiter verò & episcopi prædictas personas similiter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant, & sic sese mutuis studeant subleuare consolationibus.

[...]neñ tẽpore [...] cap. [...] Turoneñ tẽpore [...] cap. 33.

CAP. XXV.

DE monasterijs clericorum, monachorum, atque puellarum, quæ clericis siue laicis beneficij iure donata sunt, placuit vt tales eis præficiant prouisores & præpositos, sicut in Cabilonensi concilio scriptũ est, qui & præesse nouerint & prodesse, & q ad episcopum recurrant, & secundùm eius ordinationem ad conuentum synodi occurrant, & commissum sibi gregem canonicè & cum magna religione custodiant, quasi rationẽ de animabus eorũ reddituri.

Cabiloneñ cõc. tẽpore Caroli cap. 52. & 54.

CAP. XXVI.

DE viduis præcipimus, vt nequaquàm citò velentur, sed in potestate earum maneat, consentiente episcopo, vtrùm nubant, an professionem castitatis assumant, vsq; dùm probetur earum conuersatio, nè fortè de eisdem dici possit, quod ab Apostolo dicitur: Quæ autem in delicijs sunt, viuentes mortuæ sunt. Si autem propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter cõstringãtur, aut domi mantntes, castitatem suæ ꝓfessionis integerrimè custodiant. Quòd si à proposito deuiauerint, canonicæ institutionis censura corrigantur. Quod & de virginibus, si mœchatæ fuerint, statuimus, sicut in concilio Elibertano cap. 13. scriptum est: Virgines quæ se Deo dedicauerunt, si pactum prodiderint virginitatis, atq; eidem libidini seruiẽrint, nõ intelligentes, q̃d amiserint: placuit, nec in fine dãdã eis esse cõionem: ꝙ si semèl ꝑsuasæ, ad infirmi corporis vitia *lapsæ, toto tempore vitæ suæ eiusmodi fœminę egerint pœnitentiã, vt abstineant se à coitu, placuit eas in fine communionem accipere debere.

Turoneñ con. tẽpore Caroli cap. 27.

1. Tim. 5. a

Elib. cõ. ca. 13. Et Coloniẽ tẽpore Caroli ca. 6 & 27. q. 1. Virgines q̃.

*lapsu vitiatæ

CONCILIVM METENSE.

ANno ab incarnatione Dñi nostri Iesu Christi , regni dñi Arnulfi gloriosissimi regis, die Calendarũ Maiarũ , acta est synodus in suburbio Metensis ciuitatis in ecclesia S. Arnulphi, ab archiepiscopo venerabili Ratbodo Treuereñ, & à Rotberto ꝑdictæ ciuitatis ꝑsule. Dado quoq; Virduneñ ecclesiæ Reuerendiss. episcopus, & Arnoldus Tullensiũ episcopus, & Stephanus inclytus abbas, & multi sacerdotes cum comitibus & pluribus nobilibus, & Deum timentibus viris adfuerunt, vbì pari voto pariq; cõsensu ꝓ vera charitate & tranquillitate sanctæ Dei ecclesię, quã redemit Christus sanguine suo, sibi inuicèm occurrẽtes, hæc in commune præsules locuti sunt:

CAP. I.

EPiscopi & presbyteri & fideles laici, q ante nos fuerũt, iuxta sacrã canonũ authoritatẽ sæpiùs in Chr̃i nomine conuenientes, iustitiã Dei statuerũt, & idcircò pacẽ suis diebus habuerũt, iuxta illud quod scriptum est: Pax multa diligentibus legẽ tuam Dñe, & hoĩbus bonæ volũtatis. Nos aũt, q tãto tẽpore trãsacto cõprouincialẽ synodũ non habuimus, & inuicèm q̃rere misericordiã Dei neglexim', videm' in nobis cõpletũ esse, quod per prophetam Dominus dicit: Terrã vestram in cõspectu vestro alieni deuorant, & erit in vastitate hostili. Ergò qualiter à Nortmannis hęc omia in nobis completa sint, nemo dubitat, quomodò etiàm à per-

Psal. 118. Lucæ 2. Esa. 1.

peruersis Christianis vndiquè atteramur, omnes in commune sentimus, sicut scriptũ

Psal. 93. est: Populum tuum Domine humiliauerũt, & hæreditatem tuam vexauerunt. Quærenda est igitur pietas Christi, qua pagani arceantur, & statuenda est lex Dei, qua crudelissimi nostræ gentis homines à vastatiõe pauperum repellantur. Idcircò quicquid in nobis prauæ voluntatis est, abijciamus, & de paganis, Christo auxiliante, pacem obtinere valebimus: authoritatem sanctorum patrum contumacibus nostris imponamus, & velint nolint, ꝓ timore etiàm gloriosissimi nostri senioris Arnulfi regis, ad satisfactionem venire faciemus: & sic iustitiã Dei statuendo, poterimus eius misericordiam inuenire, quem nos cognoscimus prauis actibus grauiter offendisse.

CAP. II.

Mal. 3. DOminus loquitur ꝑ prophetã, dicẽs: Adferte omnem decimam in horreis meis, & probate me in hoc, dicit Dñs, si non aperuero vobis cataractas cæli, & dedero vobis fructus vsq; ad abundãtiam. Scimus enim, quoniam peccatis exigentibus, clauditur cælum, & fit nostris diebus sæpissimè fames: ideò statuimus, vt deincèps nemo seniorum de ecclesia sua accipiat de decimis aliquam portionem, sed solummodò sacerdos, qui eo loco seruit, vbì antiquitùs decimæ fuerant cõsecratæ: ipse eas cum integritate accipiat in suî sustentationem, & ad luminaria concinnanda, & basilicæ ædificia, vestimenta quoquè sacerdotalia, & cætera vtensilia suo ministerio cõgrua obtinenda. Hæc omnia episcopi de suis ecclesijs, & cæteri attendere decreuerunt. ☞ Vnusquisque presbyter vnam solummodò habeat Ecclesiam, nisì fortè antiquitùs habuerit capellam, vel membrum aliquod adiacens sibi, quod non expedit separari. Est enim multùm laudabile coram Deo & hominibus, si vnus presbyter vnam Ecclesiam salubriter prouiderit, & vtiliter rexerit: quoniam non est nobis cura animarum adhibenda ꝓ temporali commoditate, sed cunctis sacerdotibus est optandũ, vt cum suis ouibus à Christo recipiãt pascua vitæ ęternæ. De vno mãso, & de terris ꝓ sepultura datis, & pro quatuor mancipijs, vel eorum procreatiõe nullus census deincèps exigatur, & pro sepultura nullum precium detur.

CAP. III.

Exod. 32. SAcerdotes qui vice Mosis, iram Dñi sup populum sæuientem precibus suis debent mitigare, attendentes etiàm nè illud

1. Esd. 9. fiat quod scriptum est, Maxima ruina populi in culpa sacerdotum fuit: nequaquàm in sua domo secum aliquam fœminam habeant, nec matrem, nec sororem: sed auferentes omnem occasionem satanæ, angelicam vitam ducãt, & Domino Deo casto corpore & mundo corde, finetenùs seruiant. Nam licèt hoc in sacris literis crebriùs inhibitum esse videatur, tamen quia hoc nefas in quibusdam oriri videbatur, idcircò communi decreto statutum est, & hoc interdictum à sancta synodo nimiùm laudatum est, cuncti presbyteri vt libros & sacerdotalia vestimẽta suo episcopo in ꝓxima synodo ostẽdant, & vt chrisma suum sub sigillo & sera semper custodiãt, à prædictis episcopis expressè commendatum ẽst. Et vt nemo clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id est, cottos vel mantellos sinè cappa non portet, & laici cappas non portent, Et nullus alteri suscipiat à fonte infantem, nisì qui apprimè signaculum, id est, abrenunciationem diaboli, & professionem catholicæ fidei tenuerit: & infantem nequaq̃ duo vel plures, sed vnus à fonte baptismatis suscipiat, quia in huiuscemodi secta diabolo datur locus, & tanti ministerij reuerẽtia vilescit. Nam vnus Deus, vnũ baptisma, vnus qui à fonte suscipit, debet esse pater vel mater infantis. Hæc omnia generaliter interdicta sunt, quia & grandis leuitas erat, & grauitas vel religio clericalis nimìs in talibus vilis efficiebatur.

CAP. IIII.

GVntbertus Metensis ecclesiæ primicerius, obtulit libellum proclamationis super Iudæos, qui habitant Metis. Quapropter interdictum est iuxta capitula sanctorum patrum, vt nemo Christianorum (Cum Iu- is non mendu- bus.) cum eis manducet & bibat, vel quicquid comedi aut potari potest, à Iudęis accipiat: Nimìs enim, iuxta quod ait Cæsarius Arelatẽsis ecclesiæ episcopus, indignum est atq; sacrilegum, eorum cibos à Christianis sumi, cùm ea, quibus nos fruimur, ab illis iudicẽtur immunda, ac sic inferiores incipiant esse Christiani, quàm Iudæi. Et om̃es eorum conuiuas, ipse & sanctus Siagrius Eduorũ episcopus cum alijs multis excommunicauerunt.

CAP. V.

IN locis verò non consecratis, id est, in solarijs siue in cubiculis, propter infirmos vel longius iter, à quibusdã presbyteris sacrificium offerebatur, quod om̃imodìs interdictum est: Et, vt basilicæ à chorepiscopis consecratæ, ab episcopis consecrentur, roboratum est: quia iuxta Decreta Damasi Papæ, Innocentij & Leonis, vacuum est atque inane, quicquid in summi sacerdotij chorepiscopi egérunt ministerio: & quòd & ipsi ijdem sint qui & presbyteri, sufficienter inuenitur.

CAP. VI.

DVæ sanctimoniales propter suum facinus de monasterio sancti Petri sinè velamine erant eiectæ: sed iuxta sacros canones sancta constituit synodus, vt velamina illis redderẽtur, & intra monasterium in ergastulo ponerentur, paruo pane & aqua breui

cum abundantia diuini verbi vsque ad satisfactionem fruerentur. Quidã etiàm diaconus, qui de sacrilegio cõfessus, & cõuictus fuit, pro misericordia in carcere poni iussus est, interdicto ministerio, & vt pro eo omnes generaliter orarent, iniunctum est.

CAP. VII.

QVædam fœmina nomine Aua, cum sui fratris cõsilio & auxilio, qui vocatur Folcrius, & cum alijs consanguineis suis, suum maritum dimisit, & ad eum redire noluit. Vndè illorum sacerdos seruus Dei, vocabulo Folccardus, ad suam dominam & ad eius fratrem veniẽs, vt eos à tanto scelere traheret, confestìm ab eodẽ & suis complicibus castratus est. Pro his omnibus ad Synodum vocati, venire noluerunt, & idcircò vsque ad satisfactionem excommunicati sunt. Viri pestilentes vastabant miserabiliter istam prouinciã: Pro quo scelere ad Synodum vocati, sicut scri-

Psal. 34. ptum est: Eripite pauperem & egenum: alij venerunt, alij venire noluerunt: Illi qui adfuerunt, Synodo satisfecerunt: cæteri autem canonicè excommunicati sunt. Pari etiàm tenore excommunicatus est quidam homo, vocabulo *Theodricus, cum complicibus suis, quia quandam viduam, fugiendo prostratam super corpus sancti Euẽtij, rapuit, & de monasterio traxit, & in vxorem sibi eam taliter sociauit. Quidam vir nomine *Lantberstus, interficiens consanguineum suum, & ducens eius vxorem, nomine Vualdradam, iurauit coram Archiepiscopo, quòd tale cõiugium dimitteret, & iterùm ei se sociauit, & adhuc eã habet, idcircò excommunicatus est.

CAP. VIII.

QVæsitum est à sancta Synodo, quid de ijs sacra fieri authoritas iuberet, q cum prædictis excommunicatis communionem habeant: Nam non tantùm Laici, verùm etiàm presbyteri in celebratione Missæ excommunicatos recipiunt: & quid de his, qui in eadem excommunicatione mortui fuerint. Verùm ad hæc tanta authoritas prolata est. Sanctus Petrus Apostolus in ordinatione sancti Clementis ità plebes alloquitur: Si inimicus est alicui ꝓ actibus suis, vos cum illo nolite amici esse, & prudenter obseruare debetis auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur. Istius transgressores sanctus Petrus & om̃is authoritas excommunicat. Seruis autem à proprijs libertis siue beneficiatis venerabiles Episcopi in communione dominorũ absolutionem dederunt. Sanctus Leo papa de excommunicatis, & ità defunctis taliter decreuit: Horũ causa iudicio Dei est seruanda, in cuius manu fuit, vt talium obitus vsque ad communionis remedium differretur: nos autem, quibus viuentibus nõ communicamus, mortuis communicare non possumus.

CAP. IX.

PRecando rogauerunt prædicti Episcopi, orare pro domino rege Arnulfo, & triduanum in proximo celebrare ieiunium, vbì cum litanijs & magna corporis adflictiõe precaremur Deum, vt faciat nos conuerti ad se in toto corde, & animo volenti adaperiat cor nostrum in lege sua & in præceptis suis, & faciat pacem, & placeat redemptori nostro eripere oppressos, reuocare in angustijs constitutos: Et sic talia agendo, mereamur obtinere hîc indulgentiam, & in futuro pacem sinè fine mansuram. Amen.

TRIBVRIENSIS CONCILII ACTA ET DECRETA, EX VETVSTISSIMO

codice bibliothecæ Brixinensis fideliter excerpta.

HVius loci Ptolemæus, Plinius, Antoninus, Strabo, non meminerunt. Est autem adhuc hodiè villa, quæ Germanica lingua dicitur **Tribur** */ sita vltra Rhenum prope Moguntiacum.*

CElebrata est sub Imperatore Arnulpho à vigintiduobus episcopis Germanorum, Triburiæ cõcilium anno incarnationis Domini 895. tam sancta sanè intentione & diligentia, ad resecandũ omnẽ palmitem inutilem, ad extirpandam cuiuslibet hæreseos radicem, ad tollendam schismatis occasionem, ad corrigenda clericorum vitia, ad præcauenda populorum scãdala, breuiter ad reformãdos mores & status non modò clericorum, sed & laicorũ, vt Gratianus posteà pleraque eius capitula, diligenti studio recitauerit in volumine Decretorum.

DECRETA ET CAPITVLA Concilij Triburiensis.

1 Communis oratio pro concordia tam cleri quàm populi.
2 De quodam presbytero excæcato, & de excõmunicatis interrogatio synodalis.
3 Responsio regis, & de excommunica-

tis ſententia vniuerſalis.
4 De iniuria & contumelia, quod abſit, presbyterorum.
5 Quali pœnitentiæ ſubiacere debeat, qui presbyterum voluntariè morti tradiderit.
6 De eo,qui euaginato gladio, atriũ Eccleſiæ intrauerit.
7 De his,qui res eccleſiæ,ſiue interiores, ſiue exteriores,rapiunt.
8 De his,qui contemnũt banum ab epiſcopis impoſitum.
9 De eo,ſi epiſcopus eccleſiaſticũ, & comes ſeculare placitum vna die condixerint.
10 Vt epiſcopus nõ deponatur, nisi à duodecim epiſcopis,presbyter à ſex,diaconus à tribus.
11 Si quis clericus homicidium fecerit,ab ordine ceſſare debebit.
12 Vt præter Paſcha & Pentecoſten,baptiſma non celebretur,excepta neceſſitate periclitantium.
13 De decimis.
14 De decimis antiquarum & nouiter cõſecratarum eccleſiarum.
15 De ſepultura mortuorum.
16 Vt ſepulturam morientiũ nemo vẽdat.
17 Vt nullus laicus in eccleſia ſepeliatur.
18 De vaſculis,quibus myſteria ſacra cõficiuntur.
19 Nè in calice aut vinum ſolum,aut aqua ſola offeratur.
20 De iniuria clericorum.
21 De querimonia inter presbyterum & laicum.
22 De eo,ſi quis líber aliquo crimine infamatur.
23 De his,qui velatas Deo conſecratas, in coniugium duxerint.
24 De virgine ante duodecim annos velata,non conſentiente patrono, ſub cuius erat patrocinio.
25 De viduis velatis.
26 De monachis regulariter exeuntib us, ſiue fuga regularis diſciplinæ elap ſis.
27 De clericis,qui ſemèl in clero deputati ſunt.
28 Vt nullus epiſcopus alterius miniſtrũ eccleſiaſticum ſolicitet.
29 Vt nullũ ſeruũ ante perfectam lib ertatem epiſcopus ordinare præſu mat.
30 De eo,ſi quis ab Apoſtolico falſam detulerit epiſtolam.
31 De furibus & latronibus.
32 De eccleſia à compluribus cohæredibus obſeſſa.
33 De claudis & aliqua parte corporis minutis,ſi ſacro ordini poſſint adiungi.
34 De eo,ſi quis in hoſte contra paganos interficit captiuos Chriſtianos.
35 Vt nullus comes,nullusque iud ex diebus feſtis vel Dominicis ſeu ieiuniorum aut quadrageſimæ, placitũ habere præſumat,& vt nullus pœnitens illò veniat.
36 De eo,ſi duo fratres ſimul arborẽ ſuc. cíderint,& cadente arbore, vnus eorum interfectus fuerit.
37 De muliere, cuius infans aliquo caſu propter negligentiam eius moritur.
38 Si quis líber libertam duxerit, vlteriùs habere debebit.
39 Si quis alienigenam in matrimonium duxerit,habere debebit.
40 De eo,quòd quidam vxorem alterius, viuẽte eo conſtuprauit, & inſupèr iuramento confirmauit, eo moriente, coniugem eam accipere.
41 De eo,ſi quis duxerit vxorem, & concumbere non valens cum ea, frater eius clàm violauerit illam.
42 Si quis de vno in aliũ tranſmigrat epiſcopatum, & conſanguineam ſuam polluerit, vel aliquod crimen commiſerit.
43 Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo neſciente, filius eius vel frater inſcius violauerit illam.
44 Si quis cum aliqua fornicatus fuerit, & frater eius ignarus duxerit illam vxorem.
45 Si quis cum duabus ſororibus fuerit pollutus.
46 Si cuius vxor cõſtuprata fuerit, & propterea maritus perdere illam * machinauerit.
47 Si quis ſpiritualem habet compatrem, cuius vxor commater non eſt,eo defuncto, eius viduam licet ei ducere vxorem.
48 De eo,ſi quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam duxerit vxorem.
49 De his,qui in adulterio filios genuerunt,vt omninò ſeparentur.
50 De eo,ſi quis aliquem per inluſionem à recta fide ſubuerterit vel perdiderit,vt dupliciter puniatur.
51 De eo, ſi quis cum vxore alterius, viuente eo, fornicatus fuerit.
52 De homicidijs non ſponte commiſſis.
53 De eo, ſi quis filium ſuum non ſponte, ſed caſu contingente occíderit.
54 De his,qui voluntariè homicidium fecerunt.
55 De pœnitentia quadraginta dierum.
56 Poſt quadraginta dies pœnitentia primi anni.
57 Pœnitentia ſecundi & tertij anni.
58 Pœnitentia quarti, quinti, ſexti & ſeptimi anni.

FINIS CAPITVlorum.

EPISTO-

EPISTOLA PRAELOQVVTIVA SEQVENtium capitulorum.

VM conſtet omnibus,diuinam legem tractantibus,poſt euãgelia & lympidiſſima noui teſtamentiſluenta, beatorum canonibus Apoſtolorũ, & ſanctorum patrum apud Niceã Bithynię congregatorum cõſtitutis, necnõ & Apoſtolicorũ Romanę ſedis pontificum decretis, ſatis occurriſſe, reſtitiſſe, & oppugnâſſe,ſiue hæreticis, ſiue ſchiſmaticis,& omnibus veræ fidei oppugnãtibus regulas:ſed antiquus ſerpens, qui dicitur diabolus &ſatanas,inimicus humani generis,noua venena malitiæ ſuæ, dulci poculo ſancti ſpiritũs admiſcere, & bono ſemini ſancti euangelij, zizania ſuæ prauitatis & prophanę iniquitatis,ſubſeminare non deſinit,ſicut in Matthæo,cùm bonæ meſſi zizania fuiſſent inſerta, ſcriptum eſt, Inimicus homo hoc fecit: & ſic de eius ſatellitibus ſub ſquamarum ſpecie in Iob perhibetur,Vna vni coniungitur,& ne ſpiraculum quidem incedit per eas: vndè neceſsè eſt, eius peruerſiſſimis machinationibus & ſatellitum ſuorum inſecutionibus,ex authẽtica poteſtate contraire,& nouum paradigma veræ aſſertionis opponere. Quapropter rex regum,cuius regnum (vt Pſalmiſta canit) regnum eſt omnium ſeculorũ, oñibus eccleſiaſticæ ſublimitatis ordinibus, necnon & ſecularis potentiæ dignitatibus, nouum principem Arnulphum,regem pacifico ordine perpetuæ tranquillitatis preferre dignatus eſt. Cuius cor,ſanctiſpiritũs ardore inflammare, & zelo diuini amoris voluit accendere, vt cognoſcat mundus, non ab homine neque per hominem, ſed per ipſum dominum eum eſſe electũ. Conſiderans enim idem ſapiẽtiſſimus rex profundæ mentis intuitu, abundantem in ſe ſancti ſpiritũs gratiam,quia quos repleuerit,ardentes in ſe pariter & loquentes facit deſe, anno incarnationis Ieſu Chriſti Domini noſtri 895.regni verò ſui octauo, Indictione 13, menſe Maio, eiuſdem ſancti ſpiritũs inſtinctu & primatuũ ſuorum conſultu,venit in villam regiam,videlicet Triburiam,in terra Francorum conſiſtentem, cum epiſcopis infrà conſcriptis,abbatibus, & omnibus regni ſui principibus, necnon conuenientibus eccleſiaſticorum & ſecularium innumeris turbis: quatenùs infatigabili perſeuerantia,diuina & humana tractarentur,atque emergentia mala comprimerentur,vt eo liberiùs ſancta Dei Eccleſia ſuo potiretur honore. Cùm autem ſapientiſſimus rex Concilium ſacrũm continuari decreuiſſet,placuit ſibi & vniuerſo clero, vt peracto triduano ieiunio,litanijs & orationibus,ſuper ſe de cælis promiſſum inuitarent adiutorium,ſicut ipſe ſaluator aſſcẽdens in cælum,diſcipulis ſuis promiſit, dicens:Eccè ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad cõſummationem ſeculi: Vt futura Concilia in ipſo inchoarẽtur, & per ipſum finirẽntur,qui eſt initium & finis, & ſupplementum legis, vt Apoſtolus Romanis ſcribens,ait:Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. Quo peracto, pergẽs ad palatium,regale ſedit ſolium, indutus veſte ſplendidiſſima,quam texit ſapientia,repletus eſt prudẽtia,erectus & potentia,pro ſua magnitudine ſtipatus multitudine,tractans practicè de ſtatu regni, & theoricè de ordine & ſtabilitate eccleſiarũ Chriſti,& qualiter boni quietè viuerent,& mali inultè non peccarent.Interìm epiſcorum ſacer conuentus in baſilica prædictæ villæ, poſt communes orationes & preces finitas,honorificentiſſimè infulati, põtificalibus ſedibus ſuffulti,mentibus ſerenati, prudentia præditi, ſacroſanctum ingreſſi ſunt ſynodale colloquium.Inter alia nãq;, quibus diuina & humana tractaturi erant, communi voto & pari conſenſu, de collegio ſanctorum ſacerdotum gnaros & idoneos direxerunt mediatores ad præfatum pium regem, inquirentes, quo ſtudio vel quali benignitate,ſecundùm ſapientiam & poſſibilitatẽ ab ipſo Deo ſibi datam, Eccleſiam Chriſti,illi per regalem poteſtatem, & ipſis per ſacerdotalem eminentiam,cõmiſſam defendere,& miniſterium illorum amplificare & ſublimare dignaretur: proponentes ei propriam regis eminentiã, id eſt, vt miſericordia & modeſtia omnes præcellat,& non ſecũdùm perſonam iudicet: atq; iuxta Salomonem, iuſtitiam, iudicium & æquitatem diligat:addentes inſupèr ſacrarum exempla literarum, quibus ſapientia alumnos ſuis laboribus educatos inſtruẽs, ait:Meũ eſt conſilium & æquitas, mea prudentia,mea eſt fortitudo: per me reges regnant,& legũ conditores iuſta decernunt: per me principes imperant,& potentes decernunt iuſtitiam.Et item:Rex qui iudicat in veritate,thronus eius in æternum firmabitur. Præferentes etiàm ei inſtitutiones Martini epiſcopi ad Mironem regem, quibus eum ad honeſtatem vitæ & pietatem morum,ordine rationis inſtituẽs, ait: Prudentis propriũ eſt,examinare conſilia. atq; ſubiunxit,Si prudens eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur:Præſentia ordina,futura præuide, præterita recordare. Et ſermo tuus nõ ſit inanis,ſed aut ſuadeat,aut moneat,aut conſoletur,aut præcipiat. Quibus rex theologiam quaſi ab alto differentibus, ab auguſta mentis ſuæ ſede (quia vt Sapientia ait, Cor regum inſcrutabile eſt) arcanum myſterij ſui reuelans, in

Matt.13.

Iob 41.

Pſal. 144.

Matt.28.

Roma.10.

3.Reg.1.

Prou.8.

Prou. 29.

Prou.25.

hæc verba prorupit: O paſtores Eccleſiarũ Chriſti,& clariſſima lumina mundi, agite, quæ vobis impoſita eſt, curam paſtoralem: 2. Tim. 4.
& iuxta Apoſtolum, inſtate opportunè, importunè: arguite, obſecrate, increpate in omni patientia & doctrina, vt vigili cura & admonitione ſedula, oues Chriſti ad caulas æternæ vitæ introducere mereamini. Habetis me, omnibus Eccleſiæ Chriſti aduerſantibus, & veſtro ſacerdotali miniſterio renitentibus, oppoſitiſſimum bellatorem. Quia, vt Apoſtolus Romanis ſcribit, In his omnibus ſuperamus propter eũ qui Rom. 8.
dilexit nos. Et item: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Certus ſum enim, quia neque mors, neq; vita, neq; inſtantia, neq; futura, neque vlla creatura poterit nos ſeparare à charitate Dei & vnanimitate ſancta, beatiſſimi patres. Gratulantes igitur beati, q̃ miſſi ſunt, ſacerdotes, congredientibus quibuſdam optimatibus de throno regis, cauſa iuſtæ legationis & veræ vnanimitatis, ad ſanctam ſynodum directis, reuerſi ſunt ad eos qui miſerant illos. Perambulantes igitur, & ſacrum conuentum irrumpentes, ritè & laudabiliter quæ iniuncta ſunt exponentes, & eccleſiam illic congregatã conſolatoria reſponſione lætificantes, ſiluerũt: & quid deincèps acturi eſſent, taciti expectare cœperunt. Exurgentes igitur de ſedibus ſuis reuerentiſſimi patres, cum adſtanti clero ter quaterq; proclamantes, & diuinæ maieſtati ſupplicãtes, Exaudi Chriſte, Arnulpho magno regi vita, & ſonantibus campanis, Te Deum laudamus, concinentibus cunctis, glorificantes & IESVM Chriſtum collaudantes, qui in ſeruis ſuis conſolabitur, qui Eccleſiæ ſuæ ſanctæ tam pium & mitem conſolatorem, tamq; ſtrenuum adiutorem, ad honorẽ nominis ſui condonare dignatus eſt. Et peractis diuinę maieſtati precibus, inclinantes ſe coram pij principis adſtantibus miſſis, gratificãtes & magno principi laudes perſoluentes, deindè recto ordine conſederũt: & præuio ſancto ſpiritu, quædam capitula magìs neceſſaria, ex canonicis inſtitutionibus ſubſcripſerunt, errata corrigere, ſuperflua abcídere, recta via regia coarctare. Poſt hæc prudentiſſimus rex regnorum, ſacroſanctis diuinę religionis interfuit myſterijs, & ſancti patres ſecretis palatinis. Et concordia erat in cunctis, ad laudem Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui ſit laus & gloria per infinita ſeculorum ſecula.

Communis oratio pro concordia tam cleri quàm populi. Cap. 1.

POſt ingreſſum ſancti & ſynodalis colloquij, è cælis diuinum implorabãt auxilium, vt Deus omnipotens, qui, Dauid canente, inhabitare facit vnanimes in do- Pſal. 67.
mo, & dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuę, in domo ſua, in ſancta videlicet eccleſia, clerum & populum vnanimes dignaretur cohibere, virtutem & fortitudinẽ dare, vt in nullo diſſiderent: quatenùs rationabilia meditantes, & dictis concordarẽt, & factis.

De quodam presbytero excæcato, & de excommunicatis interrogatio ſynodalis. Caput 2.

CVm hæc pro vnitate tam cleri quàm populi tractarentur, quidam presbyter venit medius, à quodam laico excæcatus, eiuſdem criminis, propter quod cæcus fuerat effectus, liberrimus, vt teſtatur Epiſcopus, in cuius ſancta ſynodo poſt excæcatiõem coràm poſitus, ſecurus eſt factus. Quapropter idem epiſcopus præcepit, vt veniret laicus, & de tam nefando ſcelere ſatisfactionem procuraret agere. Qui nequaquàm conſenſit, ſed communem Epiſcoporum ſynodum appellauit. Perpendẽtes epiſcopi lamentationem Hieremiæ impleri, aurum obſcurari, lapides ſanctuarij Thre. 4.
ab hoſtibus deſtrui, & iterùm in membris ſuis Chriſtum crucifigi, ſuſpirantes & compaſſibiliter ingemiſcentes, vicarijs pro ſe & ſancto clero tranſmiſſis, proclamantes, & pium eccleſiarum defenſorem appellãtes, & conſilium poſtulantes, quid ſtatuere dignaretur pro talibus & ſimilibus, qui pro diuerſis erratibus & certis criminibus ſunt incorrigibiles, & iuſto anathemate mucronè apoſtolici ſermonis abcidũtur, quo ait: Tradite huiuſmodi ſatanæ in interitũ car- 1. Cor. 5.
nis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Et iterùm: Cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Sed tamen, indurante diabolo, quanuìs excommunicentur, ad pœnitendum non emolliuntur: ſed ſicut ſcriptum eſt, Impius Prou. 18.
cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit: profundum peccatorum intuentes, & in deſperationem proruentes. Et Matt. 12.
erit nouiſſimus error peior priore. Mittẽtes etiàm ei contra eos ſcripta inſtituta canonica, in canonibus ſanctorum Apoſtolorum capitulo vndecimo: Quòd cum excommunicatis nõ ſit orandum. In Niceno magno Concilio, capitulo quinto: Qui ſuo peccauerunt euidenter epiſcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus æſtimentur. In Antiocheno ſancto Concilio, capitulo ſecundo: Vt ſi quis epiſcopus, aut presbyter, aut diacon⁹, ſeu quilibet ex clero, communicare depræhenſus fuerit cum excommunicatis, etiàm iſte communione priuetur, tanquàm qui regulam confundat Eccleſiæ. In Epiſtola Caliſti papæ, Vt nemo cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut oſculo communicet, neç eis Aue dicat.

Reſponſio regis, & de excommunicatis ſententia vniuerſalis. Cap. 3.

NOs igitur quibus regni cura, & ſolicitudo eccleſiarum Chriſti cõmiſſa eſt,

eſt, aliter regnum & imperium iure eccleſiaſtico regere & gubernare non poſſumus, niſì hos qui eccleſiam Chriſti, non haben- Ephe. 5.
tem (vt Apoſtolus ait) maculam, neque rugam, conturbant, zelo fidei perſequamur, de quo rex Dauid teſtatur: Nónne qui ode- Pſal. 138.
runt te Deus, oderam illos, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderã illos, inimici facti ſunt mihi. Et cùm euan- Matt. 18. for. * Eccleſiam
gelium legeretur, audiuimus: Si *te nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Rom. 13.
Et alibì: Qui percutit malos in eo quòd mali ſunt, miniſter Domini eſt. Idcircò non potentiam oſtendentes, ſed iuſtitiam exhibẽtes, præcipimus, & authoritate noſtra iniũgimus omnibus regni noſtri comitibus, poſtquàm ab epiſcopis anathemate excõmunicationis percelluntur, & tamẽ ad pœnitendum non inclinãtur, vt ab ipſis compræhendantur, & ante nos perferantur: vt qui diuina iudicia non verentur, humana ſententia feriantur. Vndè per quendam ſa- Prou. 20.
pientem dictum eſt: Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Si enim tam rebelles extiterint, vt comprẽhẽdentibus repugnare ſtuduerint, & in tali temeritate interfecti fuerint, iudicio Epiſcoporum interfectoribus nulla imponatur pœnitentia: & precepto noſtro. Vueregeldi nulla ab eis extorqueatur compoſitio. Conſtringanturque proximi & eorũ cognati cum iuramento, nè in illis eos vindicent, ſed pacem ad eos & concordiam ſeruent.

Vueregeldi / defenſionis pecuniam Germanicè ſignificat, & ità hic videt accipi.

De iniuria & contumelia, quod abſit, presbyterorum. Cap. 4.

SI quis presbyter, quod abſit, quia ſãcerdos altiſſimi DEI eſt, vulneratus, vel quibuſlibet iniurijs & contumelijs dehoneſtatus, euaſerit, & ſuperuixerit, tota compoſitio perſoluatur presbytero. Si autem articulo mortis præuẽtus obiêrit, precium Vueregeldi tripartita partiatur diuiſiõe: Id eſt, altari cui ordinatus fuerat, pars vna: Epiſcopo, in cuius diœceſi erat, altera: tertia parentibus, de quibus ortus fuerat. Si verò in atrio eccleſiæ aliquid ex iſtis presbytero factũ fuerit ſupradicto modo, presbytero & pro presbytero ſoluatur. Sed quia, vt Hilarius papa om̃ibus epiſcopis per diuerſas prouincias in epiſtola ſua ſcribit, iniuria ſacerdotum & eccleſiarum, ſacrilegium eſt: ſacrilegium in atrio factum, altari & Domino eiuſdẽ loci perſoluatur. Sacerdotes enim non ſunt lacerandi, ſed potiùs coronandi: quia de his Eccleſiaſticus liber Eccl. 7.
loquitur, dicẽs: In tota anima tua time Dominũ, & ſacerdotes illius ſanctifica, & miniſtros eius non derelinquas, & honorifica ſacerdotem. Et Iſidorus: His enim, ſicut & epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei cõmiſſa eſt. præſunt enim eccleſiæ Chriſti, & in conſecratione diuini corporis & ſanguinis, conſortes ſunt Epiſcopis. Similiter & in doctrina populorum, & in officio prędicandi.

Quali pœnitentiæ ſubiacere debeat, qui presbyterum voluntariè morti tradiderit. Cap. 5.

SI quis ſacẽrdotem, non coactus, ſed propria voluntate ſeductus, morti tradiderit, ſecundùm ſentẽtiam apoſtolicorum & noſtrorum moderni temporis ſacerdotũ, quinquennio pleniſſimæ caſtigationi pœnitentiæ ſubſternatur, ità vt carnem non manducet, nec vinum bibat, ieiunet autem Rigor priſcæ pœnitentiæ.
vſq; ad veſperã, exceptis Dominicis & diebus feſtis. Arma non portet, & vbicunquè eat, pedibus incedat, eccleſiam non intret, ſed ante fores ſtet, orans Dominum puro corde, vt abluatur tanto crimine. Expleto verò quinquẽnio, introducente Epiſcopo, ingrediatur eccleſiam, nondùm tamen cõ- *inter
municans, ſed *intra audientes ſtans. Et aliud quinquennium indulgentiùs introẽat indultũ. Quo verò expleto, cùm decimi anni curſus fuerit finit⁹, gratia cõmunicãdi & licentia concedatur ei equitandi. Maneat autem in reliquis obſeruatiõibus tres dies per hebdomadã, vt purificationis mereatur culmen.

De eo qui euaginato gladio atrium eccleſiæ intrauerit. Cap. 6.

SI quis temerarius atrium eccleſiæ euaginato gladio præſumptuosè intrauerit, ſacrilegium facit. Et idcircò ſacrilegium in atrio Domini factum, ſacrilegij more altari & domino perſoluatur. Dominus dicit Matt. 26.
in euangelio: Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Id eſt, qui ſcipſos vice talionis per peccatum in præſenti vlciſci deſiderãt, gladio ipſius peccati in anima moriuntur. Quanto magis is, qui *ſecũdum atrium, quod Dominus ſibi præ cęteris ſegregauit locis, ſuæ ſanctæ eccleſiæ ad honorem, polluit, & temerarius irruperit, gladio peccati & iniquitatis ſuæ mortuus iacuerit? Quapropter opùs eſt pœnitentia, vt reſurgat ad vitam, qui guſtauit mortem. *ſanctum

De his qui res eccleſiæ, ſiue interiores ſiue exteriores, rapiunt. Cap. 7.

QVicunq; timorem Domini poſtponentes, & eccleſiaſtica iudicia nõ verentes, res eccleſiæ rapiunt vel auferunt, vt in epiſtola Anacleti papæ legitur, ſacrilegium faciunt. Papa dixit: Ergò qui Chriſti pecunias & eccleſiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida eſt, atque homicida ante conſpectum iudicis deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatẽ operatur: qui autem pecuniam vel res eccleſię abſtulerit, ſacrilegium facit. Vndè tanta authoritate Apoſtolicæ ſententiæ ſuffulti, ſancimus & vnanimes iudicam⁹, vt res Ec-

cleſiæ tripliciter componantur, inſupèr verò bannus epiſcopalis exquiratur. Qui verò exteriores eccleſiæ res rapiunt vel fraudant, comite agente coërceātur, vt res ablatæ legitimè reſtituantur & componātur. Si verò non procurauerint, vel non emendauerint, ab epiſcopo canonicè conſtringantur, vt res reſtituantur.

De his qui contemnunt bannum ab Epiſcopis impoſitum. Cap. 8.

NEmo contemnat, neq; trāſgrediatur bannum ab Epiſcopis ſuperpoſitum. Sciat & abhorreat in epiſtola beati Clemētis dictum, contra ſe ſcriptum: Si vobis epiſcopis non obediêrint omnes tam maiores quàm & inferioris ordinis, atq; reliqui populi, tribus & linguæ: non ſolùm infames, ſed etiàm extorres à regno Dei & conſortio fidelium, à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt. Et audiant ipſum Dominū, in euangelio dicentem: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. (Luc. 10.) Quapropter nos euangelicam & apoſtolicam conſiderantes authoritatem, non quęſtum pecuniarum, ſed lucrum quærētes animarum, ſtatuimus & confirmamus, vt ſi quis poſt hanc huius ſancti concilij diffinitionem, inuētus fuerit corrupiſſe bannum ab Epiſcopis impoſitum, quadraginta dierum caſtigatione corripiatur, tantùm in pane, ſale, & aqua.

De eo, ſi epiſcopus eccleſiaſticum, & comes ſeculare placitum vna die condixerint. Cap. 9.

CVm autem epiſcopus eccleſiam à Domino DEO ſibi commiſſam regens, epiſcopatum circumeundo perrexerit, & placitum canonicè cōſtitutum decreuerit, populumq; ſibi creditum illò inuitauerit: atque comes eadem die, ſciens placitum ab epiſcopo condictum vel neſciēs, placitum cum populo ſuum condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum comitis oēs poſtponant, & comes ipſe: idemq; populus, poſt Epiſcopum feſtinè pergant, ſcientes ſe non illic ſeditioſa contentione decertare, ſed ꝑ fide catholica inuigilare: non cumulum pecuniarum, ſed lucrum cōgregare animarum. Vndè in eadem beati Clementis epiſtola: Veſtrum, qui legatione Domini fungimini, eſt docere populos. (Clemens.) Eorum verò eſt, vobis obedire vt Deo. Et in epiſtola Alexādri papæ, ſucceſſoris Euariſti: (Alexāder.) Si quis autem legationem veſtrā impedit, non vnius, ſed multorum profectum auertit: & ſicut multis nocet, ità à multis eſt arguendus: & quia Dei cauſam impedit, & ſtatum Eccleſiæ conturbat, ideò à liminibus eius arceatur. Quapropter nullus comes, nullusq́ue iudex, nullus omninò in clericatu vel ſeculari habitu conſtitutus, legationem epiſcoporum impediat, vel conturbare præſumat. Vt autem vnanimitas & concordia ſit inter Epiſcopos & comites, placuit, vt ſi quis epiſcopus domi reſidens, conuentum populi eſſe voluērit, & comes nihilominùs in ipſa eademq́ue die placitū eſſe dixerit, effectum obtineat, qui prior indicauerat, ſalua tamen dignitate & poteſtate epiſcopi.

Vt epiſcopus non deponatur, niſi à duodecim epiſcopis, presbyter à ſex, diaconus à tribus. Cap. 10.

STatutum eſt in hac ſancta & vniuerſali ſynodo, vt nullus epiſcopus deponatur, niſi à duodecim epiſcopis, presbyter à ſex, diaconus à tribus. In Concilio Carthaginēſi, (Concilio Carthagi.) cap. duodecimo, Felix epiſcopus dixit: Si quis epiſcopus in reatum aliquem incurrerit, & non poteſt plurimos congregare epiſcopos: nè in crimine remaneat, à duodecim epiſcopis audiatur. Et presbyter à ſex, cum proprio ſuo epiſcopo, & diaconus à tribus Epiſcopis audiatur. Et in eodem Concilio, cap. vigeſimo: Vt presbyter à ſex, diaconus à tribus diſcutiatur Epiſcopis. Reliquorum clericorū cauſas, etiàm ſolus epiſcopus loci cognoſcat & definiat.

Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine ceſſare debebit. Cap. 11.

SI quis clericus, quanuìs nimiū coactus, homicidium fecerit, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, deponatur. Legimus in canonibus Apoſtolorum, quòd Epiſcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatiōe, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur. Quanto magìs is, qui hoc immane ſcelus fecerit, ab ordine ceſſare debebit? Qui enim Chriſtum ſequi deſiderat, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. (1. Ioan. 2.) Qui cū maledicere tur, non remaledicebat: (1. Pet.) cùm percuteretur, non repercutiebat: cùm pro nobis pateretur, non comminabatur. Et ipſe in euangelio ſuo præcepit: Si quis te percuſſerit in vnam maxillam, (Matt. 5.) præbe illi & alteram. Nō enim debemus occídere, cùm Dominus dicat: Audiſtis quia dictum eſt antiquis: (Ibidem.) Non occídes: qui autem occíderit, reus erit iudicio. Ego autē dico vobis, Quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Nec malum pro malo reddere, ſed ſicut Apoſtolus Romanis ſcribens ait, Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. (Roma. 12.) Si quis clericorum præſens erit, vbi homicidium fuerit, & neq; conſenſu, neq; conſultu, neque in aliquo homicidij reatu pollutus eſſe conuincitur, nihil ei obſit, quin cōſecratus in gradu permaneat: non conſecratus, ſi aliâs dignus ſit, ꝓmotus accedat.

Vt præter Paſcha & Pentecoſten baptiſma non celebretur, excepta neceſſitate periclitantium. Cap. 12.

SAcroſanctum baptiſmi myſterium, ſciant omnes in CHRISTO regenerati, nō niſi præfixis & legitimis in anno celebrari temporibus, cùm hoc ſibi priuilegium, vt in epiſtola Siricij papæ legitur, (Siricius papa.) capite ſecūdo, & apud nos, & apud omnes Eccleſias, ſpecialiter cum pentecoſte ſua Dominicum paſcha defendit. In quo (vt legitur in epiſtola Leonis papæ, cap. nono) (Leo papa.) orta eſt & virtus muneris, & ſpecies actionis. Ad cuius rei confirmationē plurimùm valet, quòd ipſe Dominus Ieſus Chriſtus, poſtquàm reſurrexit à mortuis, diſcipulis ſuis formam & poteſtatem tradidit, baptizandi, dicens: (Matt. vlti.) Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. De quo vtiquè ante paſſionem potuiſſet eos inſtruere, niſi propriè voluiſſet demonſtrare, regenerationis gratiam ex ſua reſurrectione cœpiſſe. Additur ſanè huic obſeruantiæ, etiàm pentecoſtes, ex aduentu ſanctiſpiritûs, ſacra ſolennitas, quæ de paſchalis feſti pendet articulo. Nam cùm ad alios dies alia feſta pertineant, hęc ſemper ad eum diem recurrit, qui reſurrectione Domini eſt inſignis, porrigens quodammodò manum auxiliantis gratiæ, & eos inuitans, quos à die paſchę aut moleſtia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, vt deſiderij ſui effectum dono ſancti ſpiritûs conſequantur. Ipſe enim vnigenitus DEI, qui in paſcha reſurrexit, in fide credentium & in virtute operum, nullam inter ſe & ſpiritumſanctū voluīt eſſe diſtantiam, quia nulla eſt diuerſitas in natura. Vndè vtrique ſit proprium, non diſſimile eſſe feſtum, vbì vnum eſt ſacramentum. Sicut tunc, ità & nunc, in remiſſionem peccatorum, baptiſmi celebratur ſacramentum: qui idem ſpiritusſanctus, cuius hîc celebramus aduentum, eſt remiſſio omniū peccatorum. Trina nanque in baptiſmate immerſio, triduanam imitatur ſepulturam: Et ab aquis eleuatio, inſtàr eſt reſurgentis de ſepulcro. Periculo quocunque modo præoccupatis & deſperatis, omni tempore ſubueniendum, & baptiſmi ſacramentum eſt tribuendum, quia neceſſitas vix habet legem. Si enim valida infirmitate occupati & deſperati, ad Eccleſiam prouehi nō poſſint, loco mundo perſpecto, baptiſma celebretur, & ꝓcuratione presbyteri cautè obſeruetur & collocet̄. Vſq; ad octauum nanque diem, ipſa regeneratio ſacra ab omni Chriſtiano populo celebrabit̄, quia reſurrectio Domini octo diebus colitur.

De decimis. Cap. 13.

DE decimis Auguſtinus doctor mirabilis, ſub breui ratiuncula ſatìs videtur dilucidâſſe, cùm ait: Decimæ ex debito requiruntur. Quid ſi diceret DEVS, nempe, Meus es ô homo, Mea eſt terra quam colis, Mea ſemina quæ ſpargis, Mea animalia quæ fatigas, Meus eſt ſolis ardor: Et cùm omnia mea ſint, tu qui * minus accommodas, (* manus) ſolam decimā merebaris, ſed ſeruo tibi nouem. Da mihi decimam. Si non dederis decimam, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Si ergò quærit aliquis, cur decimæ dentur, (Decimæ cur dētur.) ſciat quòd ideò dandæ ſunt, vt hac deuotione DEVS placatus, largiùs præſtet quæ neceſſaria ſunt: & vt miniſtri Eccleſiæ exindè releuati, liberiores fiant ad ſpiritalis ſeruitij expletionem: & vt munus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur: necnon ſecundùm ſtatuta canonum, in ſuſtentationem pauperum & reſtaurationem eccleſiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes iuxta canones iudicamus, de decimis & oblationibus fidelium: vt vna ſit Epiſcopi, altera clericorū, tertia pauperum, quarta reſtaurationi Eccleſiarum ſeruetur, ſicut in epiſtola Gelaſij papæ cap. XXVII. legitur.

De decimis antiquarum, & nouiter conſecratarum eccleſiarum. Cap. 14.

PLacuit huic ſancto concilio, vt ſecundùm ſanctiones canonum, decimæ, ſicut & aliæ poſſeſſiones, antiquis conſeruentur Eccleſijs, ſicut in Chalcedonenſi ſancto concilio ſtatutum eſt, cap. XVII. Si quis autem in affinitate antiquæ Eccleſiæ noualia rura excoluerit, decima exindè debita, antiquæ reddatur eccleſiæ. Si verò in qualibet ſylua, vel deſerto loco, vltra milliaria quatuor aut quinque, vel eo ampliùs, aliquod dirutum conlaborauerit, & illic conſentiente epiſcopo eccleſiam conſtruxerit, & conſecratam perpetrauerit, proſpiciat presbyterum ad ſeruitium DEI idoneum & ſtudioſum, & tūc demùm nouam decimam nouæ reddat Eccleſiæ: ſalua tamen poteſtate epiſcopi.

De ſepultura mortuorum. Cap. 15.

REſtat propter inſtantem, quæ tunc maxima occurrit, neceſſitatem, vbicunquè facultas rerum & opportunitas temporum ſuppetat, ſepulturam morientiū apud eccleſiam, vbì ſedes eſt epiſcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatem, aut adiacentem alicuius inopportunitatis difficultatem, impoſſibile videatur, expectet eum terra ſepulturę ſuę, quo canonicorum aut monachorum, ſiue ſanctimonialium congregatio ſancta communiter degit, vt eorum orationibus iudici ſuo commendatus occurrat, & remiſſionem delictorum, quam meritis non (Viuorum pro defun)

obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Quòd si & hoc ineptum & difficile æstimetur: vbì decimã persoluebat viuus, sepeliatur mortuus.

&tis intercessiones afferi.

Vt sepulturam morientium nemo vendat.

Cap. 16.

ABhorrendus, & christianis omnibus deuitandus mos iniquus subrepsit, sepulturam mortuis debitã, sub precio vendere, & gratiam Dei venalem facere: cùm hoc nusquàm sub euangelica gratia meminimus nos inuenisse vel legisse. In Ecclesiastico nanq; libro scriptum est: Mortuo non prohibeas gratiam, sciens quia omnes moriemur. Et item: Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertuntur. Quid terra terram vendis? meméto quoniam terra es, & in terram ibis, & quoniam mors tibi futura est, appropiat & non tardat. Recordare quoniam non hominis est terra, sed vt Psalmista commemorat, Domini est terra, & qui habitant in ea. Si terram vendis, inuasione alienæ rei reus teneberis. Gratìs accepisti à Deo, gratìs da pro eo. Quarè interdictum sit omnibus omninò Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare. Nisì fortè proximi & amici defuncti, propter nomen Domini & redemptionem animę viri, gratìs aliquid donare velint.

Eccí 7. Gen. 3. Psal. 23.

Vt nullus laicus in Ecclesia sepeliatur.

Cap. 17.

SEcundùm statuta sanctorum patrum & experiméta miraculorum, prohibemus & præcipimus, vt deincèps nullus laicus in Ecclesia sepeliatur. Quidam mirabilis doctor nostræ diffinitioni consentiens, inquit: Nemo enim in Ecclesia sepeliatur, nisì fortè talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vitæ meritum, talem viuendo suo corpori defuncto locũ acquisiuit. Corpora antiquitùs in Ecclesia sepulta, nequaquàm proijciantur, sed pauimento desupèr facto, nullo tumulorũ vestigio apparente, ecclesiæ reuerentia conseruetur. Vbì verò hoc præ multitudine cadauerũ, difficile sit facere, locus ille cœmeterium & polyandrium habeatur, ablato indè altari, & constituto vbì religiosè sacrificium Deo valeat offerri. Beatus Gregorius in miraculis patrũ, memoria dignũ, & huic rei congruum refert miraculum in Genuensi vrbe contigisse. Ibì nanque quidam Valentinus nomine, Mediolanensis Ecclesiæ defensor, defunctus est, cuius corpus in Ecclesia beati martyris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadem Ecclesia factæ sunt voces, àc si quis violenter ex ea repelleretur, atq; traheretur foràs. Ad quas nimirùm voces cucurrêre custodes, & vidêre duos quosdã teterrimos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes cum ligatura constrinxerant, & eum ab Ecclesia clamantem, ac nimiùm vociferantem foràs trahebant. Qui videlicet exterriti, ad sua strata reuersi sunt. Manè autem facto, aperientes sepulcrũ, vbì idem Valentinus positus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cumque extra Ecclesiam quærerent, vbì proiectum esset, inuenerũt hoc in sepulcro alio positum, ligatis adhuc pedibus, sicut de Ecclesia fuerat abiectum. Ex qua re colligendum est, quia hi quos peccata grauia deprimũt, si in sacro loco sepeliri se faciũt, restat vt etiàm de sua præsumptione iudicentur, quatenùs eos sacra loca non liberent, sed etiàm culpa temeritatis accuset. Quid igitur sacra loca sepultis prosunt, quandò hi, qui indigni sunt, ab eisdem sacris locis diuinitùs proijciuntur? Sancta synodus dixit: Mira res, & multis expauescenda. Ideoq; per futura temporum curricula ab omnibus obseruanda.

Lib. 4. Dialog. cap. 53

Quiddam ex Gregorio mirũ valdè.

Impij sacra loca nihil conferunt.

De vasculis quibus mysteria sacra cõficiuntur.

Cap. 18.

VAsa quibus sacrosancta cõficiuntur mysteria, calices sunt & patenæ. De quibus Bonifacius martyr & episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: Quondàm sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebanť, nunc ecõtrà lignei sacerdotes aureis vtuntur calicibus. Zephyrinus XVI. Romanus Episcopus, patenis vitreis Missas celebrari constituit. Tum deindè Vrbanus xviij. papa, omnia ministeria sacrata fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus, magìs & magìs per incrementa temporum decus succreuit Ecclesiarum. Nostris enim diebus, qui serui patrisfamiliâs sumus, nè decus matris Ecclesiæ imminuatur, sed magìs cumuletur & amplificetur: statuimus, vt deincèps nullus sacerdos sacrũ mysterium corporis & sanguinis Iesu Christi Domini nostri, in ligneis vasculis vllo modo conficere præsumat, nè vndè placari debet, indè irascatur Deus.

De cõsec. di. 1. Vasa in quibus sacrosancta.

Nè in calice aut vinum solum aut aqua sola offeratur.

Cap. 19.

ALexander successor Euaristi, dixit: Non debet enim, vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunq; permixtum: quia vtrunq; ex latere eius profluxit: Vt videlicet per hoc indicet, populos, qui secundùm Ioannem aquæ sunt, à CHRISTO, cuius sanguis in calice est, d[illegible]idi non debere. Cuius rei veritatem in hanc sancta synodo confitemur, credimus & confirmamus, nè vllus sinè commixtione vini & aquæ mysteria sacra conficiat, sed vt duæ partes sint vini: quia maior

Ioan. 19. Apoc. 17.

est maiestas sanguinis Christi, quàm fragilitas populi: tertia aquæ, per quam intelligitur infirmitas humanæ naturæ.

De iniuria clericorum.

Cap. 20.

SI quis inreuerens, timoré Domini postponens, in seruos eius sæuire præsumpserit, quos ipse præ cæteris peculiari singularitate sibi segregauit, & coronæ suæ similitudinem, tradente Apostolorum principe, gestare fecit, & seruos suos dici & esse voluit, fortemq; illorum se constituit, sicut de eis scriptum est, loquente ipso Domino, Ego hæreditas eorum, Dominus hæreditas mea est: si quis (vt diximus) vllum eorũ, quocunq; ordine consecratum, cæsis vulneribus, vel quibuscunq; iniurijs angustauerit, iubeat eum Dominus Episcopus per bannum à se impositum ante se venire, & aduocet cognitorem & adiutorem comitem, & constringat proteruum Episcopus authoritate canonica: vt eidem clerico, cui contra Diuinas & humanas leges contumelias ingessit, iustam & debitã persoluat compositionem: & comite agente persoluat bannũ regibus debitum. Si verò agente proteruia venire contempserit, iustitięq; consentire detrectauerit, agantur super eũ omnia, quæ suprà scripta sunt in secundo & tertio capitulo, nisì iterùm veniat, & iustitiæ concordet.

Pet. 1. Num. 18. Deut. 18.

De querimonia inter presbyterum & laicum.

Cap. 21.

SI quis presbyter contra laicum, vel laicus cõtra presbyterum, aliquam habet querimoniæ controuersiam, Episcopo *regente sinè personarũ acceptione finiatur, & laicus * præiuramento, si necessè sit, *constringatur: presbyter verò, vice* præiuramenti, per sanctam cõsecrationem interrogetur, quia Sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus enim, per quam corpus & sanguis Christi conficitur, iuramento polluetur? absit, cùm Dominus in Euangelio discipulis suis, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus Ecclesia, dicat: Nolite omninò iurare. sit autem sermo vester, Est est, Non non: quod autem his abundantius est, à malo est. Nõ dixit, quod amplius est, malum est, sed à malo, id est, à malo homine, de cuius incredulitate cogimur iurare. Vt enim in quadam homilia beati Bedę presbyteri legimus, si fortè nos incautiùs iurâsse contigerit, quod scilicet obseruatum, peiorem vergat in exitum, liberè illud mutandum nouerimus salubriori consilio.

[...]q. 4. Si [...]us presbyter. [...] pópiéte [...] periura[...]tum [...] expur[...] iuraméti

[...]th. 5.

De eo, si quis liber aliquo crimine infamatur.

Cap. 22.

SI quis fidelis libertate notabilis aliquo crimine aut infamia deputatur, vtatur iure, iuramento se excusare. Si verò tanto

taliq; crimine publicatur, vt criminosus à populo suspicetur, & propterea superiuret, aut cõfiteatur & pœniteat, aut episcopo vel suo misso discutiente, per ignem candenti ferro cautè examinetur. Deus omnipotẽs, cùm omnia nuda & aperta sint oculis eius, (vt in epistola Euaristi papæ scriptum legimus) quô nos à dubijs & incognitis sententiam proferre compesceret, mala Sodomæ noluit audita iudicare, priusquàm manifestè agnosceret quæ dicebantur. Vndè ipse ait: Descendam & videbo, vtrùm clamoré qui venit ad me, opere cõpleuerint, an nõ est ità, vt sciam. Quo exemplo moniti, nè ad proferendam sententiã vnquàm præcipites simus, aut temerè indiligenterq; indiscussa quæq; quo modo iudicemus: sed exemplo Domini descendamus, videamus, & iusto examine criminosos diligẽter perscrutemur, sicut ipse Sodomam: vt videamus, vtrùm clamorem populi cõpleuerint, néc ne. Nam mala audita nullum moueãt, sed antè audita diligenter inquirat.

Heb. 4. Gen. 18.

De his qui velatas Deo consecratas, in coniugium duxerint. *Cap.* 23.

SI quis sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, & post dicatũ Deo propositum incesta fœdera sacrilegaq; miscuerit, vt in constitutis Gelasij papæ, cap. vigesimo legitur, protinùs ęquum est à sacra communione detrudi, & nisì per publicam probatamq; pœnitentiam omninò non recipi. Si tamen pœnituerint, trãseuntibus de seculo viaticum non negetur. In Chalcedonensi cõcilio cap. decimosexto: Hoc perpetrantes excommunicentur: cõfitentibus, authoritate episcopi misericordia largiatur. In epistola papæ Syricij capit. sexto: Velatæ Deo consecratæ, si abiecto proposito sanctitatis, clanculùm sacrilega se contagione miscuerint, vel de illicitis complexibus publicè & liberè filios procreauerint, has impudicas detestabilesque personas, à monasteriorum cœtu & Ecclesiarum conuentibus eliminandas esse, iudicatum est, quatenùs retrusæ ergastulis, tantum facinus cõtinua lamentatione defleãt. Vndè verbo Domini & canonica authoritate in hac sancta synodo præcipimus, vt omninò separentur, & iuramento conligentur, vlteriùs sub vno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in Ecclesia & in publico, aut pariter vllam habere communionem, vndè suspicio illecebrosi desiderij, aut scandalum libidinosi facti, iustè possit oriri. Si quæ etiàm inter se diuidenda sint, diuidant, & vterque sua prouideat.

Gelasius papa.

De virgine ante duodecim annos velata, non consentiente patrono, sub cuius erat patrocinio.

Cap. 24.

Quæcun-

QVæcunq; virgo sub patrocinio ante annos XII. nõ coacta, sed propria voluntate, sacrum velamen sibi imposuerit, annumque & diem, nullo repetente, velata permanserit, ab eodem sancto habitu vlteriùs non recedat, sed sponsa vero regi Christo, immaculato agno, vlteriùs incorrupta & immaculata deseruiat. Si verò idem patronus post annum & diem, sanctum propositum corrumpere, & velatam studuerit repetere, atque Christo suam sponsam rapere: secũdùm præstituta canonum præiudicemus, vt vires non obtineat, sed Christo regi suam sponsam, relinquat. Si quis de virginibus velatis curiosiùs & diligentiùs inuestigare perstiterit, insistat cap. decimosexto Carthaginensis sancti concilij, & nonagesimotertio Africani. In Carthaginensi, cap. decimosexto continetur, vt ante vigesimum quintum annum virgines non consecrentur: in Africano, nonagesimo tertio: Vt quicunque episcoporum, aliqua vrgente necessitate vel periculo mortis angustante, aut exigentibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet, velauerit, seu velauit, ante vigesimumquintum annum ętatis virginem, non ei obsit concilium, quod de isto annorũ numero constitutũ est, quin velata & cõsecrata pmaneat.

De viduis velatis. *Cap.* 25.

VIduas autem velare pontificum nullus attentet, prout cõstitutum est in decretis papæ Gelasij, cap. decimotertio, quod nec authoritas Diuina, nec canonum forma præstituit. Quæ si propria voluntate continentiã professa, vt in eiusdem Gelasij cap. 21. legitur, eiùs intentio pro se reddat rationem Deo. Quia sicut secundùm Apostolum, si se continere non poterat, nullatenùs nubere vetabatur: sic secũ habita deliberatione, promissam fidẽ pudicitiæ Deo debet custodire. Qua authoritate paternæ suffulti sententiæ, in hoc sacro conuentu sancimus & liberè iudicamus: quòd si spõtè velamen, quanuìs non consecratum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, sanctimoniæ habitum vlteriùs habere debebit: licèt sacramento confirmare velit, eo tenore & ratione velamen sibi imponere, vt iterùm possit deponere. 1.Tim.5.

De monachis regulariter exeuntibus, siue fuga regularis disciplinæ elapsis.
Cap. 26.

SI quis monachus pro lucro animæ vel animarum, à suo monasterio exire, & aliud proposuerit intrare, cõsentientibus episcopo, abbate & fratribus, cõsentimus & cõcordamus, quia id fecisse multos sanctos legimus. Si verò fuga regularis disciphinæ elapsus, propositũ sanctitatis calcauerit, omnimodìs coërcendus, & ab hominibus derestandus, atq; omni onere est grauandus: vt saltem rubore verecundiæ confusus, & onere paupertatis afflictus, redeat, quem relicta singularitatis professione inimicus tenebat. Si autem tam irreuerens & pertinax est, vt ad monasterium redire, & propositum monachi reluctauerit obseruare, impleantur super eum cõstituta, quæ de eo scripta sunt in sancto canone in concilio Chalcedonensi cap. 4. papæ Syricij sexto, Leonis xxvj. quatenùs retrusus ergastulo, decoq; possit pœnitudinis igne purgatorio.

Monach⁹ apostata

De clericis qui semèl in clero deputati sunt. *Cap.* 27.

IN synodo Chalcedonensi, cap. septimo statutum est, vt clerici qui semèl in clero deputati sunt, neque ad militiam, neq; ad aliquam veniant dignitatem mundanam. Et hoc tentantes, & pœnitentiam nõ agentes, quô minùs redeant ad hoc, quod propter Deum primitùs elegêre, anathematizari. Nos autem eandem sequẽtes canonicam authoritatem, statuimus, vt clericus ecclesiasticè nutritus, in Ecclesia coram populo vel legens vel cantans, si postmodùm relicto clericatûs habitu, à castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus & apostata elabitur, & ad seculum egreditur: ab Episcopo canonicè coërceatur, vt ad sinũ matris Ecclesiæ reuertatur. Quòd si in hac indisciplinatione perdurat, vt comam nutriat, cõstringatur, vt iterùm detondeatur, & posteà nec vxorem accipiat, nec sacrum ordinem attingat. Si verò huic huius sancti concilij reluctauerit definitioni, secundùm præstitutam Chalcedonensis capituli constitutionem anathematizetur. Sanctus Isidorus tales hippocentauris dicit esse similes, qui nec equi, nec homines, atque quasi bruta animalia, libertate ac desiderio suo feruntur.

Clericus desertor vt castigandus.

Vt nullus Episcopus alterius ministrum Ecclesiasticum solicitet.
Cap. 28.

IN Niceno sancto & vniuersali concilio continetur: Propter multam perturbationem & seditiones quæ fiunt, placuit cõsuetudinem omnimodìs amputari, ità vt de ciuitate ad ciuitatem, non Episcopus, non presbyter, non diaconus, transferatur, &c. In Chalcedonensi, cap. xx. Clericos in Ecclesia ministrantes, in alterius ciuitatis Ecclesia statutos fieri non oportet. Si quis Episcopus post hanc definitionem susceperit clericum ad alium pertinentem, suscipiens & susceptus, communione priuentur, donèc is qui migrauerat, ad propriã fuerit regressus Ecclesiam. Item in synodo Sardicensi, cap. decimooctauo: Vt nulli liceat Episcopo, alterius episcopi ministrum Ecclesiasticum solicitare, & in suis parochijs ordinare. In Africano, cap. vigesimo primo: Vt clericum alienũ nullus sibi priuet episcopus, præter eius arbitrium cuius fuerit clericus, &c. Item in decretis papæ Leonis: Alienum clericũ, inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo solicitet, nisì ex placito charitatis id inter dantem accipientemq; conuenerit. Quibus constitutis sanctorum canonum operam dantes, & vestigijs patrum inhærentes, hoc secundùm præfixos sanctos canones statuimus, & iustum esse decernimus.

Vt nullum seruum ante perfectam libertatem Episcopus ordinare præsumat.
Cap. 29.

SEcundùm decreta sanctorum patrum præiudicamus, & nos id acturos profitemur, vt nullum seruum Episcopus ordinare præsumat, antequàm perfecta ditetur ingenuitate, quia non debet vilis persona fungi sacerdotij dignitate. Leo papa in epistola sua, cap. 1. Debet enim esse ab alijs securus, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt à castris Dominicis quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur. Gregorius in decretis suis, capitulo septimo: Multos ex Ecclesiastica familia nouimus, ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant conuersari. Si verò festinantes ad omnipotentis DEI seruitiũ incautè retinemus, illi inuenimur quædam negare qui dedit omnia. Vndè necesse est, vt ab humano seruitio liber recedat, qui diuini obsequij districtã subire appetit seruitutem. Sancta synodus dixit: Præfinita patrum statuta, inuiolabilem habeant firmitatem.

Leo papa. Gregorius papa.

De eo, si quis ab Apostolico falsam detulerit epistolam. *Cap.* 30.

IN memoriam beati Petri Apostoli, honoremus sanctam Romanã & Apostolicã sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis. Quarè seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licèt vix ferẽdum, ab illa sancta sede imponatur iugum, conferamus & pia deuotiõe toleremus. Si verò, quod nõ decet, quilibet siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationẽ machinãdo, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid, quod indè non conuenerit, salua fide & integra circa Apostolicum humilitate, penès episcopum sit potestas, vtrùm eum in carcerem, aut in aliã detrudat custodiam, vsquequò per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos, Apostolicam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talib⁹ iusto ordine lex Romana statuat diffinire, vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

Ecclesiæ Romanæ honor habendus.

De furibus & latronibus.
Cap. 31.

TRanquillitatem sanctæ Dei Ecclesiæ inquietari, & pacem fraternã infestari testantur fures & latrones, qui ambulant inter nos ouina pelle obumbrati, sed lupina mente recedunt alienati, res Ecclesiarũ sæua mente adducti rapientes, & gregem Dominicum spoliando lacerantes. De quibus Saluator in Euangelio commemorat: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, ille fur est & latro. Atq; subiungit: Fur non venit, nisì vt furet, & mactet, & perdat. Vbì quanuìs hæreticos, qui fidem furantur Ecclesiæ, designet: tamen insecutione furum & latronum, turbatã monstrat pacem Ecclesiarum. De talibus Apostolus ad Philippenses: Videte canes, videte malos operarios. Canes vocauit, quòd non habent verecundiam: malos operarios, quia nulla faciunt quæ pietati conueniunt. Et Dominus per Prophetam Esaiam: Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. Vndè nos quæ Dominus diligit diligentes, & quę odit, odio habentes, statuimus & iudicamus, vt si quis post hæc Euangelica & Apostolica atq; Prophetica verba, & diffinitionẽ pacatissimæ synodi, inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortẽ meretur incurrere: nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo data, in memoriam clericorũ nec pauperũ veniat, sed execrabilis sordescat. B. Augustinus de talibus horribilẽ profert sententiã, dicens: Nemo te post mortẽ tuã fideliter redimit, quia tu te redimere noluisti. Si autem ille fur vel latro vulneratus elabitur, & expectatione mortis desperatus putatur, atque recõciliari se mysterijs sacrosanctis, habitu corporis & voluntate piæ mentis deprecatur, Deoq; & sacerdoti, comite vita, emendatione morum & actuũ confitetur, communionis gratiam nõ negamus tribuendã. In Niceno magno cõcilio statutũ legimus: Si quis egreditur è corpore, vltimo & necessario viatico minimè priuetur, &c. Item de vltima pœnitentia, in epistola Innocẽtij papæ cap. 21. Tribuitur ergò cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiusmodi vel in supremis suis, permittente Saluatore nostro, à perpetuo liberẽtur exitio. Item de eodem Carthaginensi 7. Et Cælestini 15. vbì ait: Quid, rogo, aliud est, vltimã pœnitentiã negare periclitanti, quàm mortem addere morienti?

Ioan. 10. Philip. 3. Esaię 61. Cap. 12. & 26. q. 6. De his verò.

De Ecclesia à compluribus cohæredibus obsessa. *Cap.* 32.

QVæcunq; Ecclesia à cõpluribus cohæredi-

Cohære-

des q. ius habeat patronatus. hæredibus ſit obſeſſa, concordi vnanimitate vndiquè procuretur, nè ꝓpter aliquas diſceptationes ſeruitium Dei minuatur, & cura populi inreligioſè agatur. Si verò contingat pro ea comparticipes diſſidere, & ſub vno presbytero nolle eam procurare, & propterea iurgia & cõtentiones tam inter ipſos, quàm inter clericos incipiant frequẽtare, quia iuxta Apoſtolum ſeruos Dei non oportet litigare, (2.Tim.2.) epiſcopus tollat indè reliquias, & ſub magna cura honorificè collocet eas, atque eiuſdem Eccleſiæ claudat oſtia, & ſub ſigillo conſignet ea, vt ſacrum miniſteriũ nullus celebret in ea, antequàm concordi vnanimitate vnum omnes eligãt presbyterum, qui idoneus ſit ſacroſanctũ locum procurare, & populo DEI vtiliter præeſſe. Hanc autem habeant authoritatem Epiſcopi, vt in nullis Eccleſijs nec cõſtituantur presbyteri, nec expellantur, illis inconſultis & nõ conſentientibus. In epiſtola beati papæ Clementis legitur: (Clemens papa.) Attendendum ſummoperè eſt omnibus presbyteris & reliquis clericis, vt nihil abſq; Epiſcopi proprij licentia agant, non vtiquè Miſſas ſinè eius iuſſu quiſquam presbyterorum in ſua parochia agat. Similiter & reliqui populi, maiores ſcilicet & minores, per eius licentiam, quicquid agendum eſt, agant. Animæ verò eorum ei creditæ ſunt: ideò omnia eius conſilio agere debent, & eo inconſulto nihil.

De claudis, & aliqua parte corporis minutis, ſi ſacro ordini poßint adiungi.

Cap. 33.

IN Niceno ſancto & vniuerſali concilio ſtatutũ eſt, cap. 1. vt ſi quis à medicis per languorem defectus eſt, aut à barbaris abciſus, hic in clero permaneat. In epiſtola Innocentij papæ, cap. 28. Qui igitur volens cuiuſlibet partem digiti ſibi abſcidit, hunc ad clerum canones non admittunt. Cui verò caſu aliquo cõtingit, hunc canones præcipiunt & clericum fieri, & ſi in clero fuerit repertus, non abijci. Item in decretis Gelaſij papæ, cap. 16. Vt nemo literas neſciens, vel aliqua parte corporis imminutus, promoueatur ad clerum. Hanc authoritatem ſanctorum patrum confitemur, & confirmamus, ſequimurque: ità vt ſi quis à medicis per languorẽ defectus eſt, vel per aliquam infirmitatem claudus effectus eſt, inueniatur aliâs dignus, permaneat clericus, & ſacro ordini aptus.

De eo ſi quis in hoſte cõtra Paganos, interficit captiuos Chriſtianos. *Cap.* 34.

VNdiquè bella conſurgunt, hoſtes ſæuiunt. Inimica gens paganorum inſequitur populum Chriſtianorũ. Impletũ eſt enim quod Euágelica teſtatur hiſtoria: (Matt.24.) Surget gens contra gentem, & regnum aduersùs regnum, &c. Et alibi ſcriptum eſt: Pugnabit orbis terrarum pro eo contra inſenſatos. (Sap.4.) Quapropter zelo diuinæ æmulationis accenſus Chriſtianorum exercitus, procedunt ad bellum, confidentes in eum qui dixit: Vos ad certamen acceditis, ego prælior pro vobis. Fit conuentus Chriſtianorum & paganorum: fortiter dimicãt iſti pro fide, illi contra fidem. Vndè fortiſſimo cõfortante Domino, ſicut * Matathias pater Machabæorum ait, (1.Mach.3.) Non in multitudine exercitûs fit victoria belli, ſed de cælo veniet fortitudo: ſæpè fit victoria Chriſtianorum, victa eſt pars paganorum. Quarè vnà cum interfectis paganis perempti fuerunt Chriſtiani, captiui à barbaris, quia in impetu belli nequeunt diſtingui. Idcircò iuſtum decernentes, ſtatuimus cum interfectoribus miſericordiùs agendum, ità vt quadraginta diebus pœnitentiæ indulgentiùs tranſactis, penès epiſcopum ſit authoritas & poteſtas, vt perpendat culpam, agat indulgentiam.

Vt nullus comes, nullusque iudex diebus feſtis vel Dominicis, ſeu ieiuniorũ aut Quadrageſimæ placitum habere præſumat, & vt nullus pœnitens illò veniat.

Cap. 35.

SEcundùm ſanctorum ſtatuta patrum, in hoc ſancto præiudicamus concilio, vt nullus comes, nullusq; omninò ſecularis, diebus Dominicis vel Sanctorum in feſtis, ſeu Quadrageſimæ aut ieiuniorũ, placitum habere, ſed nec populũ illò præſumat coërcere: Quia indè iraſcitur Deus, cùm tantùm ſuo ſancto ſeruitio debet populus deſudare, inueniatur lites & contentiones frequentare. Diebus verò Dominicis & ſanctorum feſtis, (Dominicis & feſtis diebus agendum.) vigilijs & orationibus inſiſtẽdum, & ad Miſſas cuilibet Chriſtiano cum oblationibus eſt currẽdum, & tantummodò Deo vacandũ. Diebus Quadrageſimæ & ieiuniorũ, ſumma deuotione ieiunandum, & omni intentione eſt orandum, atq; vnicuique pro facultatibus ſuis eleemoſynæ tribuẽdæ, & nullę lites vel cõtentiones habendæ. Arguit enim eos, qui contentiones & lites tempore ieiuniorum, & qui à debitoribus debita exigunt, Dominus per prophetam, (Eſai.58.) dicens: Eccè in diebus ieiuniorum veſtrorum inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis: eccè ad lites & cõtentiones ieiunatis & percutitis pugno impiè. Ideò nobis, qui gregis Dei curam accepimus paſtoralem, ſummoperè curãdũ & prohibendũ eſt, nè noſtra deſidia agente, præfatis dieb9 vllus placitum habere, & populũ nobis cõmiſſum, à ſeruitio Dei noſtri audeat impedire. Prætereà ſancimus & præcipimus, vt nullus comes aliquem pœnitentem ad placitum ire cõpellat, nec ipſe veniat: nè fortè, dum ieiunare & orare atque pro ſalute ſuæ animæ debet inuigilare, vaniloquijs & cõtentionibus cogatur laborare.

De eo, ſi duo fratres ſimul arborem ſuccíderint, & cadente arbore, vnus eorum interfectus fuerit. *Cap.* 36.

(Diſt. 50. Si duo fratres, habere ibi ſententialiter.) SI contingat duos fratres ſimul arborẽ ſuccídere, ſiue in ſylua, ſiue quocunq; loco, & cadente arbore, alter alteri, fuge vel caue dixerit, & ipſe ſtans ſiue fugiens, ſubtus ipſam arborem deuenerit, & mortuus fuerit: ſuperſtes frater, innocens de morte defuncti dijudicetur: Quia non voluntate, non incuria illius, non deniquè cõſenſu, nec vllo ſuo mortẽ incurrit reatu: ſed dum ambo inſiſterẽt operi neceſſario, incautus & inſperatus caſu arboris depreſſus eſt, nemine penitùs adiuuare valente. Hanc eandem ſtatuimus diffinitionem de cæteris ſimilibus, ſiue cognatis, ſiue nulla proximitate coniunctis. Iſtam diffinitionẽ tenuêre patres noſtri Apoſtolici viri: ideò eorum exempla ſequentes, per futura tempora inuiolabilem eam cuſtodimus, & poſteris noſtris ſequendam tranſmittimus: quia graue peccatum eſt, & noſtro miniſterio contrarium, innocentem opprimere, & ſecurum crimine, ſcienter crimínoſum habere. Quidã de ſapientibus ait: Premit inſontes debita ſceleri noxia pœna, iuſtusq; tulit crimen iniqui.

De muliere, cuius infans aliquo caſu, propter negligentiam eius moritur.

Cap. 37.

SI quæ mulier, vt ſæpè contingit, infantem proprium prope ignem collocauerit, & alius, qui caldarium ſuper ipſum ignẽ pependerit, & aquam infuderit, atque aqua ipſa per ignem feruens egreditur, & infanti ſuperfunditur, & ꝓpptereà mortuus agitur: mater infantis, propter neglígẽtiam, iudicio ſacerdotum pœniteat, & homo qui caldarium pependit, ſecurus permaneat. Simili modo de cæteris ſimilibus, quæ ſæpè diuersè ſolent euenire, & iudicamus, & eſſe volumus.

Si quis liber libertam duxerit, vlteriùs habere debebit. *Cap.* 38.

(Leo papa.) IN decretis papæ Leonis, cap. 18. ſcriptũ eſt: Non omnis mulier viro iuncta, vxor eſt viri, quia nec omnis filius hæres eſt patris. Nuptiarum autem fœdera, inter ingenuos ſunt legitima & inter æquales. Itaque aliud concubina, aliud vxor, ſicut aliud ancilla, aliud libera. Igitur ſi quis filiam ſuam viro habenti concubinam, in matrimoniũ dederit, nõ ità accipiendum eſt, quaſi eam coniugato dederit, niſi fortè illa mulier, & ingenua ſit facta, & dotata legitimè, & in publicis nuptijs honeſtata videatur. Vndè paternam ſequentes authoritatẽ, ſub præſenti huius ſancti catalogo concilij, ſtatuimus & liberè iudicamus, vt quiſquis liber libertam, hoc eſt, ex ancilla per manumiſſionem & regalem largitionem liberam factam, legitimè in matrimonium duxerit, vlteriùs habere debebit, tãquàm vnam ex nobili genere progenitam, excepta fornicationis cauſa: & quàm diù illa viuat, nullam aliam accipiat. Eſt igitur, vt ex decretis papæ Leonis prædiximus, ingenua facta, & dotata legitimè, & in publicis honeſtata nuptijs, & propterea iam non eſt concubina, ſed vxor legibus acquiſita. Hæc eadem lex, pro qualitate ſexûs, ſit fœminis & viris * libertas. (for. * libera.)

Si quis alienigenam in matrimonium duxerit, habere debebit. *Cap.* 39.

QVicunq; alienigenam, hoc eſt, alienæ gentis fœminam, (verbi gratia, Francus mulierem Baioricam) vtrorunque conſultu propinquorum legitimè vel ſua, vel mulieris lege acquiſitam, in coniugium duxerit: velit nolit, tenenda erit, nec vltrà ab eo ſeparanda, excepta fornicationis cauſa. Quanuis enim, vt Apoſtolus ait, (Ephe.4.) vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vtriq; communis ſit nationi, legem tamẽ habent diuerſam, & quantùm ad ſeculum, interdùm longè diſiunctam. Quarè ſi vnus è duobus, vnam carnem in duas diuidere, & copulam nuptialem machinetur diſiungere, dicendo, non ſecundùm ſuæ gentis legem iura matrimonij cõtraxiſſe, & idcircò ſeparari poſſe: canonica inſtitutione diffinimus, & noſtro omniumq; orthodoxorũ iudicio ſtatuimus, vt quod legis imperfectum ſit, perficiatur, & ius matrimonij nequaquã reſoluatur. Synodus Romana ait, quòd non dimittenda ſit vxor poſt baptiſmum, quæ habita eſt & ante baptiſmũ. In baptiſmo ſoluuntur crimina, non tamẽ legitima coniugia. Cùm enim in baptiſmo tranſmigrat de vita in vitam, & non mutat vxorem legitimam, quomodò mutat eam, qui non mutat vitã, ſed tranſit de gente ad gentem? Igitur quia iam ſuffugium nõ habent ſeparandi, impleant dictum Apoſtoli, (Philip.2.) vt vnanimes vnum ſentientes permaneant in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Nos autẽ cognita referimus, quia quendã Francum & mulierem Saxonicã talia egiſſe cognouimus. Si quis poſt hæc, huius ſancti concilij inſtitutionẽ paruipẽdens, aliam duxerit, cuiuſcunq; gentis ſit, canonicè arceatur, vt priori cum pœnitentia copuletur.

De eo, quòd quidam vxorem alterius, viuente eo, conſtuprauit. Et inſupèr iuramento confirmauit, eo moriente, coniugem eam accipere.

Cap. 40.

AVdiuimus rem execrabilẽ, & catholicis omnibus deteſtandam, quendã nefando fornicationis opere alicuius vxorem, viuente eo, cõmaculâſſe: & in augmẽtum iniquitatis, iuramento confirmâſſe, ſi eius

eius legitimum superuixissent ambo maritum, vt ille fornicator illam adulterã adulterio pollutam, sibi associaret toro & legitimo matrimonio, si hoc iure dici matrimonium potest, per quod oriuntur, quæ Apostolus enumerat mala, quę sunt fornicatio, Rom.1. immunditia, luxuria, &c. ad vltimum verò, veneficia & homicidia, quia pro tam inlicito amore, alij veneno, alij gladio, vel alijs diuersis sunt perempti maleficijs. Idcircò acutissimo ferro, & totius generis artificio resecanda, per quæ cælestia regna sunt occludẽda. Quoniam vt idem Apostolus ait, 1.Cor. 6. qui talia agũt, regnum Dei non cõsequentur. Tale igitur connubium anathematizamus, & Christianis omnibus obseramus. Non licet ergò nec Christianæ religioni oportet, vt vllus ea vtatur in matrimonio, cum qua priùs pollutus est adulterio.

De eo, si quis duxerit vxorem, & concumbere non valens cum ea, frater eius clam violauerit illam. Cap. 41

SI quis legitimã duxerit vxorem, & impediente quacunq; domestica infirmitate, vxorium opus nõ valens implere cum illa: frater verò eius, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculùm eam humiliauerit, & violatã reddiderit, omnimodò separentur, & à neutro vlteriùs eadem mulier contingatur. Igitur coniugium, quod erat legitimũ, fraterna cõmaculatione est pollutũ: & quod erat licitũ, inlicitũ est factũ, vt Hieronymus ait: Mulier duorum fratrũ non asscẽdat torum: si autẽ asscendit, adulterium perpetrabit. Quia verò humana fragilitas procliuis est ad labendũ, aliquo modo muniatur ad standũ. Idcircò episcopus, considerata mentis eorum imbecillitate, post pœnitentiam sua institutione peractã, si se continere non possint, legitimo cõsoletur *matrimonio: nè, dum sperant ad alta *eos subleuari, corruant in cœnum.

Si quis de vno in alium transmigrat episcopatum, & consanguineam suam polluerit, vel aliquod crimen commiserit. Cap. 42.

SI quis de vno in alium omninò trãsmigrat episcopatum. & si (quod absit) cõtingat eum filiã sororis suæ, amitæ aut materteræ, auunculi vel patrui polluere, aut aliquod crimen committere: Episcopus, in cuius tũc diœcesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat ius & potestatẽ, secundùm canonicã authoritatem, & nostrã synodalem institutionem, flagitiosum coẽrcere, & ad pœnitendũ emollire. Per quos enim meliùs rei veritas ventilatur & emẽdatur, quàm per hos, inter quos habitat & criminosus appáret?

Si quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente, filius eius vel frater inscius violauerit illam. Cap. 43.

SI quis cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nsciẽte, filius eius vel frater eiusdem rei insciũs, cum eadẽ se polluerit, & postquàm se pollutũ esse cognouit, confessus fuerit, & hoc se nescire cum iuramẽto cõfirmauerit: quia hoc pœnituit & confessus fuit, post peractam congruam pœnitentiã, legitimo vtatur matrimonio, nè iterùm mordente crudelissima libidinis bestia saucietur, & voraginem fornicationis incidere videatur. Nã vt Hieronymus ait, ferreas mentes domat libido. Mulier verò quæ tãtum nefas cõmiserat, vlteriùs pœniteat, atq; continens & innupta permaneat.

Si quis cum aliqua fornicatus fuerit, & frater eius ignarus duxerit illam vxorem. Cap. 44.

SI quis cum aliqua crimẽ fornicationis fecerit, & frater eius, eiusdem sceleris ignarus, duxerit illã vxorem, frater qui prior per fornicationem polluerat illam, quia non indicauit fratri vxorem ducenti, prædura arceatur pœnitentia & condigna castigatione. Qua peracta, si continens esse non possit, indulgentia subleuetur, nè libidini prosternatur, quatenùs legitimo consoletur matrimonio. De muliere verò sancimus, sicut de ea in Neocæsareensi sancto Concil. concilio diffinitum legimus, cap. 2. Mulier Neocæsa. si duobus fratribus nupserit, abijciatur vsque ad mortem. Veruntamen in exitu propter misericordiam fructũ pœnitentiæ cõsequatur, si promiserit, quòd facta incolumis, huius coniunctionis vincla dissoluat. Quòd si defecerit mulier aut vir in talibus nuptijs, difficilis erit pœnitẽtia in vita permanenti. Episcopus verò potestatem habeat secundùm conuersationem ipsius, aut adijcere negligenti, aut minuere pœnitenti. Tamen vlteriùs continens & à viro disiuncta permaneat.

Si quis cum duabus sororibus fuerit pollutus. Cap. 45.

SImili modo secũdùm sanctos canones diffinimus & iudicamus de eo, qui cũ duabus sororibus fuerit pollutus, vt vsq; in exitum vitæ pœnitens & continens permaneat. Soror autem, quæ posterior libidinis perforata aculeis, scienter se cum eodem commaculauerit, vsq; in finem vitę pœnitens & continens perduret. Si autem improuisè contingit, condigna stringatur castigatione: & si velit, legitima vtatur viri coniunctione.

*Si cuius vxor cõstuprata fuerit, & propterea maritus perdere illam * machinauerit. Cap. 46.*

SI cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali sentẽtia delere illam * machinauerit: ipsa verò, vrgẽte mortis periculo, ad Episcopum cõfugerit, & auxilium quæsierit, operosiori, si potest, Episco-

Episcopus labore desudet, nè occidatur. Si verò non potest, nullo modo liceat ei, requirenti eam reddere viro ad occidendũ, quæ se ei obtulit ad defendendum: sed solerti cura transmittet eam ad locum, quem ipsa delegerit, vt secura viuere possit. Si verò interdùm maritus eam inuenerit & re- *habeat, petierit, secundùm seculũ potestatem *habuerit, quid agere ei velit. Sed audiat sanctum Augustinum, dicentẽ: Cùm enim vir à virtute nomẽ accipit, & mulier à mollitia, id est, fragilitate: quarè cõtra crudelissimã libidinis bestiam, vult vnusquisq; vxorem suam esse victricem, cùm ipse ad primũ libidinis ictum victus *cadit? Nam quicquid *audat contra fidem Catholicam mulieribus non licet, nec viris licet. Si autem eadem mulier timore perterrita, à loco vbi eam episcopus destinauit, aufugerit, & vir eius ab Episcopo semèl aut bis vel sæpiùs repetiẽrit, si vitam ei obtinere possit, perquirat, & reddat: sin aũt, omninò non reddat. Maritus verò, quandiù ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.

Si quis spiritalem habet cõpatrem, cuius vxor commater non est: eo defuncto, eius viduam licet ei ducere vxorem. Cap. 47.

QVi spiritalem habet cõpatrem, cuius filiũ de lauacro sacri fontis accepit, & eius vxor cõmater non est: liceat ei, defuncto cõpatre suo, eius viduam ducere in vxorem, si nullam habent cõsanguinitatis propinquitatem. Quid enim? nunquìd nõ possunt coniungi, quos nulla proximitas *vel nulla carnalis, vel *in id generatio secernit spiritalis?

De eo, si quis suæ spiritalis commatris filiam duxerit vxorem. Cap. 48.

ILlud etiàm nec canonica institutione diffinimus, nec introductiõe aliqua refutamus: sed propter eos qui diuersè de eo sentiunt, hoc loco aliquid cõmemoramus. Si quis suæ spiritalis commatris filiam, fortuitù & ità contingente rerum casu, in cõiugium duxerit, consilio maturiori seruato, habeat, atque honestè legitimo coniugio operam det.

De his qui in adulterio filios genuerunt, vt omninò separentur. Cap. 49.

DE his qui in adulterio iuncti, per incentiua libidinis malæ filium vel filiam genuerunt, canonicè præiudicamus: vt quãdò ab Episcopo iusta diuisione separantur, eo tenore sciungantur, nè vltrà spe reuersionis deludantur. Quarè, si quid inter se proprietatis aut pecunię cõmuni do- *vtique natione tradiderunt, * vt quæ cõmuni seruent infanti. De reliqua verò proprietate & pecunia, nullã vlteriùs habeant communionẽ, sed vterq; sua prouideat, & vt velit faciat. Et vt hoc veriùs credaẽ, atq; firmiùs obseruetur: verbo dñi precipimus, & canonica atq; synodali impositiõe iniungimus, quatenùs iuramento colligentur, deinceps & vltrà sub vno non cohabitare tecto: nec familiari frui colloquio, excepto in Ecclesia & in publico: nec vllam habere cõmunionem in ꝓprietate, aut mancipijs, vel pecunia, siue vllis rebus, vndè suspicio luxuriosi facti, aut scandalum libidinosi desiderij iustè possit oriri.

De eo si quis aliquem per inlusionem à recta fide subuerterit, vel perdiderit, vt dupliciter puniatur. Cap. 50.

SI quis verò, siue sit vir, siue mulier, aliquem à recta credulitate & Catholica fide inlusione diabolica auerterit: expedit ei, vt euangelicus intonat sermo, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & dimer- Matth.18. gatur in profundum maris. Quia qui scandalizauerit alios, vt Deum offendant, ac de vera fide & salute recedant, multo melius esset ei, vt proprijs vitæ suæ vitijs & immũditia pollutus puniretur, q̃ pro suis & aliorũ peccatis in infernũ dimergeretur. Et si quempiã veneno vel herbis, aut diuersi generis maleficijs perdiderit, velut pessimus homicida, duplici mulctetur pœnitentia.

De eo si quis cum vxore alterius, vxuente eo, fornicatus fuerit. Cap. 51.

ILlud verò communi decreto secũdùm canonum instituta diffinimus & præiudicamus, vt si quis cum vxore alterius, viuente eo, fornicatus fuerit, moriente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur inlicitus, nè vlteriùs ei coniungatur matrimonio, quam priùs polluit a dulterio. Nolumus enim, nec Christianę religioni oportet, vt vllus ducat in coniugium, quã priùs polluit per adulterium.

De homicidijs non sponte commissis. Cap. 52.

PLacuit nobis de homicidijs non spõtè commissis, híc inferere, quod in Ancyrano sancto cõcilio, cap. 22. legitur, vbì dicitur: De homicidijs nõ spontè commissis, prior quidem diffinitio post septennẽ pœnitentiã perfectionẽ cõsequi præcepit: Secunda verò, quinquennij tempus replere. Modus aũt huius pœnitentiæ, in episcoporum sit arbitrio, vt secundùm conuersationem pœnitentium, possint & extẽdere tardantibus, & minuere studiosè festinãtib⁹.

De eo, si quis filium suum non sponte, sed casu contingente, occiderit. Cap. 53.

SI quis filium suũ (quod absit) nõ spontè, sed casu contingente occíderit, * secun- * iuxta homicidia dùm homicidia spõtè commissa pœniteat, nõ spõtè vt sequenti subinfertur capitulo.

De his qui voluntariè homicidium fecerint. Cap. 54.

DE his qui volũtariè homicidium fecerint, Ancyrano sancto cõcilio cap.

21. legitur: Vt pœnitentiæ quidem iugiter ſe ſubmittant: perfectionem verò, id eſt, communionis Chriſti gratiam, circa vitæ exitum conſequantur. Inſtituta canonica & ſanctorum patrum decreta, noſtro & omnium orthodoxorum iudicio, inuiolabilem habeant firmitatem. Nobis autem, qui paſtores Chriſti ouiũ ſumus, pro moderni temporis qualitate & hominum fragilitate, bonum & vtile videtur, vt his qui voluntariè homicidium fecerint, authoritate ſynodali & iudicio generali & modũ caſtigationis imponamus, & certum ac definitum pœnitentiæ tempus præmonſtremus: nè prolixum tempus pœnitentiæ, generet faſtidium negligentibus: ſed curſim exercitatis, accreſcat opus ſalutis.

De pœnitentia 40. dierum. Cap. 55.

Pœna voluntarij homicidij

SI quis ſponte homicidium fecerit, quadraginta diebus ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur. Et nihil manducet illis 40. diebus, præter ſolum panem & ſalem, neq; bibat nisi puram aquam. Nudis pedibus incedat. Lineis non induatur veſtibus, nisi tantùm femoralibus. Secularia arma non portet. Nullo vehiculo vtatur. Ad nullam fœminã, nec ad propriam vxorem, his diebus miſceatur. Nullam communionem illis XL. diebus cum alijs Chriſtianis, nec cum alio habeat pœnitẽte, in cibo vel potu aut vllis rebus. Si verò ſint aliqui vitæ ſuæ inſidiatores, vt præ illis non poſſit dignè pœnitere, interim differatur ei eadem pœnitentia, donèc ab Epiſcopo proprio pax ei ab illis ſit facta. Si enim aliqua corporali infirmitate detentus ſit, vt non poſſit ritè ieiunare, adhibeatur ei miſericordia, quouſquè cõualeſcat, & tũc demùm pœniteat. Si verò longo tempore eadem ſit occupatus infirmitate, ad epiſcopum pertinebit, vt prudenter pertractet, quomodò infirmum peccatorem curare diſponat: quia, vt Gregorius paſtorali cõmemorat libro, Occultiora ſunt vulnera mentium, quàm corporum: & ars eſt artium, regimen animarum.

Poſt 40. dies pœnitentia primi anni. Cap. 56.

POſt illos quadraginta dies, vnum annum integrũ ab introitu Eccleſiæ ſuſpendatur. Et abſtineat ſe à carne & caſeo, à vino & medone ac mellita ceruiſia, nisi Dominicis diebus & feſtis, qui per illum epiſcopatum publicè celebrãtur apud cunctum populum: & nisi vel in hoſte, aut in aliquo magno ſit itinere, vel longè aut diù ad Dominicam curtem, vel ſi infirmitate detentus ſit: Tunc licitum ſit ei, tertiam feriam & quintam atque ſabbatum redimere vno denario, vel precio denarij, ſiue tres pauperes pro nomine Domini paſcẽdo: ità duntaxàt, vt vel carne, vel vino, vel medone, id eſt, de tribus vna re vtatur, nõ omnibus veſcatur. Poſtquàm autem de itinere domum reuertatur, aut de infirmitate liberetur, prædictas ferias non redimat, ſed ſtatuto modo pœniteat. Completo verò vnius eiuſdemq; anni curriculo, ità caſtigatus ritè & ordinabiliter more pœnitentium, introducatur in Eccleſiam.

Pœnitentia ſecundi & tertij anni. Cap. 57.

SEcũdum verò & tertium annum ſimili modo pœniteat: excepto, quòd prædictas tres ferias redimere ius habeat, vbicũquè eſt, ſiue in domo, ſiue in itinere. Cætera per omnia obſeruet, vt in primo anno faciebat.

Pœnitentia quarti, quinti, ſexti, & ſeptimi anni. Cap. 58.

QVartum enim annum & quintum, ſextum & ſeptimum, iſto modo obſeruet: Ieiunet autem his ſingulis tres quadrageſimas: Vnam ante paſcha Domini, à caſeo & pinguib⁹ piſcibus, à vino & medone & mellita ceruiſia. Alteram ante natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ. Si verò deſunt quadraginta dies ante natiuitatem, impleãtur poſt natiuitatem. Tertiam quadrageſimam, ante natiuitatem Domini Saluatoris ieiunet, & abſtineat ſe à carne & cẽteſis rebus prædictis. Et in his quatuor annis, tertia feria & quinta ac ſabbato, manducet & bibat, quodcunq; libeat. Et ſecũdam atq; quartam feriam denario, aut prædicto denarij precio redimere ius habeat. Sextam verò feriam cautè obſeruet. His ſeptem annis ritè expletis, reconcilietur, & more pœnitentium ſacris altaribus & ſanctæ communioni reſtituatur, atque perfectionem conſequatur.

SVBSCRIPTIO EPISCOPORVM VIGINTI DVORVM.

In hoc ſancto concilio, præſidente & adiuuante pio principe Arnulpho glorioſiſſimo rege, cõſederunt, qui conuenerant, ſancti patres & venerabiles Eccleſiarũ paſtores. Et quæ catholica fide promulgauerunt, pari profeſſione confirmauerunt, & vnanimes ſubſcripſerunt.

NOMINA EPISCOPORVM.

Hattho ſanctæ Moguntiacenſis Eccleſiæ archiepiſcopus, ſubſcripſi.
Hermannus ſanctæ Agrippinenſis, quæ & Colonienſis, Eccleſiæ Archiepiſcopus, ſubſcripſi.
Rathbodo Treuirenſis Eccleſiæ archiepiſcopus, ſubſcripſi.
Vualdo Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.
Erchanbaldus Eiſtatenſis Eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi.
Tuto Radasbonenſis epiſcopus.
Adalpero Auguſtenſis epiſcopus.
Salomon Conſtantienſis epiſcopus.
Theodolfus Curienſis epiſcopus.
Fringus Baſileenſis epiſcopus.
Baldrammus Strasburgenſis epiſcopus.
Lotechaneus Spirenſis epiſcopus.
Theotelaus Vormatienſis epiſcopus.
Adalgarius * Brumenſis epiſcopus.
Dado Vuirdunenſis epiſcopus.
Vuigbertus Hiltinesheimenſis epiſcopus.
Ruodolfus Vuirtziburgenſis epiſcopus.
Sigimundus Haluaraſtatenſis epiſcopus.
Ruodolbertus Metenſis epiſcopus.

Druogo Mimidenſis epiſcopus.
Biſo Padarbrunnenſis epiſcopus.
Egilmarus Oſneburgenſis epiſcopus.

Hæc ſubſcriptio ſacroſancta, venerabili profeſſione & cõdigna reſponſione innumerabilium circunſtantium presbyterorũ & diaconorum, necnon & nobilium laicorum confirmata, & laudabiliter approbata: Ad laudẽ & gloriam Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui ſit honor, laus, & iubilatio, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Incertum habemus, quo tempore hoc Cõcilium actum ſit, itaq; hoc loco collocauimꝰ.

CONCILIVM NANNETENSE.

CAP. I. *De alterius parochiano.*

In Decre. Ioõis parmachiæ

VT dominicis & feſtis diebꝰ presbyteri, antequàm Miſſas celebrent, plebem interrogẽt, ſi alterius parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero, ibi Miſſam velit audire. Quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia eijciant, & ad ſuam parochiam redire compellant. Similiter interrogent, ſi aliqui diſcordantes ſint, qui inter ſe litem implacabilem habeant. Et ſi inuenti fuerint ſtatim reconcilientur. Quòd ſi renuerint, pacem ſuſcipere, ab Eccleſia eijciantur, vſquequò ad charitatem redeant. Non enim poſſumus munus vel oblationem ad altare offerre, donèc priùs fratri reconciliemur. His ita peractis, ſacerdotes Miſſarũ ſolennia ritè peragant.

Matth. 5.

CAP. 2.

VT nullus presbyter alterius parochianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Miſſam recipiat.

CAP. 3.

PRohibendum & modis omnibus interminandum eſt, vt nullus ſacerdos eas perſonas fœminarum, ſicut & in Canone inſertum cõtinetur, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, in domo ſua habeat. Sed neque illas, quas canones concedunt: quia inſtigante diabolo, etiàm in illis ſcelus frequẽter perpetratum reperitur, aut etiàm in pediſſequis illarum, ſcilicet matrem, amitam, ſororem: ſed ſi quis de his habuerit talem neceſſitatem patientem, cui ſit neceſſaria ſuſtentatio presbyteri, habeat in vico aut in villa domum longè à presbyteri cõuerſatione, & ibi eis ſubminiſtret quæ neceſſaria ſunt. Sed & hoc ſecundùm authoritatẽ canonum modis omnibus prohibendum, vt nulla fœmina ad altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare aut ſedere.

Nulla omnino fœmina habitabit apud presbyteros.

CAP. 4. *De viſitandis infirmis à presbytero.*

CVM ſacerdos audiẽrit aliquem infirmari in ſua plebe, quamcitiùs ad eum pergat, & ingreſſus cubiculum, aquam benedictam ſuper eum & per omne cubiculũ adſpergat cum antiphona, Adſperges me Domine: & verſu, Exurgat Deus. Deindè dicat orationem, Deus qui ſacerdotibus tuis totã præ cæteris gratiam contuliſti, &c. Deindè cantet ſeptem pſalmos cum precibus pro infirmis. Poſt hæc omnes iubeat extra cubiculũ ſecedere, & appropinquans lecto quo infirmus decumbit, eum blandè leniterque alloquatur, vt omnẽ ſpem ſuam in Deo ponat, vt flagellum Dei patienter toleret, vt hoc ad purgationem & caſtigationem ſuam prouenire credat, vt peccata ſua confiteatur, vt emendationem promittat, ſi Dominus vitam conceſſerit: pœnitentiam pro culpis commiſſis ſpõdeat: vt ſubſtantiam ſuam, dum adhuc ſenſus & ratio in eo vigẽt, diſponat: vt peccata ſua eleemoſynis redimat: vt his qui in ſe peccauerunt, indulgeat: vt rectam fidem & credulitatẽ teneat: vt de DEI miſericordia nunquàm deſperet. Cùm his & huiuſcemodi allocutionibus fuerit mens inferni releuata, data benedictione recedat ſacerdos, non poſt multum reuerſurus, detq; locum vt ægrotus de peccatis ſuis poſſit cogitare.

Aqua benedicta.

Pſal. 50.

Pſal. 67.

CAP. 5. *De infirmis, qui confitentur peccata ſua, & ſe reconciliari expoſcunt.*

INfirmus qui neceſſitate mortis vrgente confitetur peccata ſua, ſub ea conditione à ſacerdote reconcilietur, vt ſi ei Dominus vitam donauerit, ſanitatemq; reddiderit, ſecũdùm qualitatem delicti * omnibus pœniteat.

for. * omni nó

CAP. 6.

PRæcipiendum ſecundùm Canonum authoritatem, vt de ſepulcris & hominibus ſepeliendis nihil muneris exigant, nisi fortè qui ſepelitur, viuens iuſſerit Eccleſiæ, in cuius atrio ſepelitur, de ſuis rebus aliquid

aliq̄d tribuere, aut etiàm post mortẽ illius quibus cõmissum est eius eleemosynã facere de rebus illius, aliquid dare spõtè voluerint. Tamẽ nullatenùs à presbyteris illis aliquid exigat, siue ab illis qui locis & vicis presunt. Prohibendũ etiàm secũdùm maiorum instituta, vt in Ecclesia nullatenùs sepeliãtur, sed in atrio, aut in porticu, aut extra ecclesiã. Infra ecclesiam verò, aut prope altare, vbì corpus Dñi & sanguis cõficitur, nullatenùs habeat licentiam sepeliendi.

CAP. 7.

Nè sacri ordines pro muneribus conferantur.

OMnibus ministris Ecclesiasticę dignitatis interdicimus, vt null⁹ quocũq; munere aut fauore corruptus, clericũ alterius parochię latẽter ac furtiuè ad ordinatione subintroducere præsumat. Quod si Ca. 2. fecerit, iuxta Chalcedonense decretum, is qui ordinat⁹ est, donũ sanctispiritûs, quod furari conatus est, amittat: & qui mediator extitit, si clericus est, ꝓprio gradu decidat: si laicus aut monachus, anathematizetur.

CAP. 8.

In Decre. Iuo. par. 3. cap. 52. SIcut enim Episcopus nõ plus potest habere q̄ vnã ciuitatẽ, & vir vnã vxorem: ità presbyter vnã tãtùm Ecclesiã. Itaq; nullus presbyter plures præsumat habere ecclesias, nisì fortè alios presbyteros sub se in vnaquaq; habeat, q nocturnũ atq; diurnum officiũ solenniter adimpleant, & Missarum celebrationes quotidianis expleant cæremonijs.

CAP. 9.

De Eulogijs populo à presbyteris dandis.

VT de oblationibus, quæ offeruntur à populo, & cõsecrationi supersunt, vel de panibus, quos offerunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis presbyteris cõuenienter partes incisas habeat in vase nitido, vt post Missarum solennia qui cõmunicare non fuerunt rati, eulogias omni die Dominico & in diebus festis exindè accipiant, & illa vndè eulogias presbyter daturus est, antè in hæc verba benedicat:

ORATIO.

DOmine sancte pater omnipotẽs æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua sancta & spirituali benedictiõe, vt sit omnibus salus mẽtis & corporis, atq; contra omnes morbos & vniuersas inimicorum insidias tutamentum, per Dominũ nostrũ Iesum Christum filium tuum panẽ Ioan. 6. vitæ, qui de cælo descendit, & dat vitam ac salutem mundo, & tecũ viuit & regnat, &c.

CAP. 10.

Vt de decimis quatuor fiant portiones.

INstruendi sunt presbyteri paritérq; admonẽdi, quatenùs nouerint decimas & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum, & hospitum & peregrinorũ esse stipẽdia, & nõ quasi suis, sed quasi cõmendatis vti de quibus omnibus sciant se rationẽ posituros in cõspectu Dei: & nisì eas fideliter pauperib⁹ & his qui præmissi sunt, administrauerint, damna passuros. Qualiter verò dispensari debeant, canones sancti instituũt, scilicet vt quatuor partes indè fiãt, vna ad fabricã ecclesiæ releuandam, altera pauperibus distribuẽda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo reseruãda, vt quicquid exindè iusserit, prudenti consilio fiat.

CAP. 11.

De examinandis illis, qui sacros ordines accepturi sunt.

EPiscopus quandò ordinationẽ facere disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam ordinationẽ euocandi sunt ad ciuitatem vnà cũ archipresbyteris, qui eos representare debent. Et tunc Episcopus è latere suo dirigere debet sacerdotes, & alios prudẽtes viros, gnaros legis diuinæ, & exercitatos in Ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitã, genus, patriam, ætatẽ, institutionẽ, locum vbì educati sunt, si sint benè literati, si in lege Dñi instructi, diligenter inuestigent. Ante omnia si fidẽ catholicã firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autẽ, quibus hoc committitur, cauere debent, nè aut fauoris gratia, aut cuiuscunq; muneris cupiditate illecti, à vero deuient, vt indignũ & minùs idoneũ ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille qui indignè accessit, ab altari remouebitur, & ille qui donũ sancti spiritûs vendere conati sunt, corã Deo iam cõdemnati, Ecclesiastica dignitate carebũt. Igitur per tres cõtinuos dies diligenter examinẽtur, & sic sabbato qui ꝓbati inuenti sunt, Episcopo representuntur.

CAP. 12.

De pœnitentia adulterij.

SI cuius vxor adulteriũ perpetrauit, & hoc à viro depræhensum fuerit & publicatũ, dimittat vxorẽ, si voluẽrit, propter fornicationẽ: illa verò septẽ annis publicè pœniteat. Vir verò eius, illa viuente, nullatenùs aliã accipiat. Quod si voluẽrit adulterã sibi recõciliari, licentiã habeat, ità tamen, vt pariter cũ illa pœnitentiam agat, & exacta pœnitentia, post septẽ annos ad cõmunionẽ vterque accedat. Similis forma & in muliere seruabitur, si eam vir eius adulterauit.

CAP. 13.

De pœnitentia fornicantium.

SI qua mulier non habens virum, aut vir non habens vxorem, fuerint fornicati, tribus annis pœniteant.

CAP. 14.

QVòd si vir non habens vxorem, alterius vxorẽ adulterauit, aut si qua mulier nõ habens virũ, cũ alterius viro ille qui fœdus violauit cõiugij, septẽ annis, vt suprà dictũ est, pœniteat: ille qui lege cõiugij nõ tenetur, quinq; annis pœniteat. Neq; enim æqualis pœnitentia danda est his, quibus sufficere poterat ad explendam libidinem suã, coniugum amplexus: & illis, qui cõiuge carentes, ardore libidinis impellente, in fornicationem ceciderunt.

CAP. 15.

De quibusdam confraternitatibus.

DE collectis vel confratrijs, quas consortia vocant, sicut verbis monuim⁹, & nũc scriptis expresse ꝑcipimus, vt tãtum fiat, quantum rectũ ad authoritatẽ, & vtilitatẽ atq; ad salutẽ animę pertinet. Vltrà aũt nemo nec sacerdos, neq; fidelis quisquã in parochia nostra ꝓgredi audeat, i. vt in om̃i obsequio religionis, videlicet in oblatiõe, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequijs defunctorum, in eleemosynarijs, & cæteris pietatis officijs. Pastos aũt & cõmessationes, quas diuina authoritas vetat, vbì & grauedines, & indebitæ exactiões, & turpes ac inanes lætitiæ, & rixæ, sæpè etiàm, sicut experti sumus, vsq; ad homicidia, & odia, & dissensiones accidere solent, adeò penitùs interdicimus, vt qui cõtra hoc decretum agere ꝑsumpserint, si presbyter fuerit vel quilibet clericus, gradu priuetur: si laicus est aut fœmina, ab Ecclesia vsque ad satisfactionem separetur. Conuentus autẽ talium cõfratrum, necesse si fuerit vt simul conueniant, aut fortè aliquis cõtra parem suum discordiam habuerit, quem reconciliari necesse sit, & sinè conuentu presbyterorũ & cæterorũ esse nõ possit, post peracta illa, q̃ Dei sunt & Christianæ religioni cõueniunt, & post debitas admonitiones, si contigerit vt veræ charitatis & fraternæ in inuicèm consolationis oẽs ad refectionem conueniant: sic talia fieri ꝑmittimus, vt seruata modestia & temperãtia & sobrietate, pacisq; concordia, sicut decet fratres, om̃ia in ędificationem fraternitatis, & laudem & gloriam Dei, & gratiarum actiones fiant. Et hoc om̃inò caueatur, quod saluator ait: Videte nè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Qui voluẽrint, Eulogias à presbytero accipiant, & panẽ tantùm frangentes, singulos accipiãt * biberes, & nihil ampliùs contingere ꝑsumant, & sic vnusquisq; ad sua cum benedictione Dñi redeat.

CAP. 16.

Ecclesia vacans non est per ambitionẽ petẽda.

VT si quilibet presbyterorũ defunct⁹ fuerit, vicinus presbyter apud secularem seniorẽ nulla precatione vel aliquo xenio ecclesiã illã obtineat, quia titulus p se constans anteà extitit, sed neq; capellam sinè consultu Episcopi. Quod si fecerit, definitam sententiã sibi prolatã suscipiat, sicuti de Episcopo canonica deceuit authoritas, vt si per ambitionẽ maiorem ciuitatem appetiẽrit, & illã perdat quã tenuit, & illam nequaq̃ obtineat, quam vsurpare tentauit.

CAP. 17.

De pœnitentia homicidæ voluntarij.

SI quis voluntariè & per insidias hominẽ interfecerit, iugi se pœnitentię submittat. Et si hoc publicè actum cõstat, Exo. 21. si laicus est, à communione orationũ quinquenniò remoueatur: post quinquẽnium, tãtùm in orationum cõmunionem recipiatur, non aũt offerat, non corpus Dñi contingat. In quo perdurans XIIII. annis, tunc ad plenam cõmunionem cum oblatiõibus recipiatur. Si quis de industria & p insidias occíderit hoĩem, ab altari meo euelles eũ, vt moriatur, dicit Dominus.

CAP. 18.

De pœnitentia eius, qui non volens fecerit homicidium.

SI quis casu, non volens, homicidiũ perpetrauerit, quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fideliũ segregetur: nõ cõmunicet, nec offerat. Post bienniũ in cõmunione orationis offerat, non tamen cõmunicet: post quinquenniũ, ad plenã communionem recipiatur. Abstinentia ciborũ, in arbitrio sacerdotis maneat.

CAP. 19.

Nè fœminæ publicis conuentibus & placitis se immisceant.

CVm apostolus dicat, Mulieres in Ecclesia taceant: non enim ꝑmittitur eis 1. Cor. 14. loqui: turpe est enim mulieri loq in Ecclesia: mirum videtur, ꝙ quædam mulierculæ cõtra diuinas humanasq́; leges attrita frõte impudẽter agentes, placita generalia, & publicos conuentus indesinenter adeunt, & negocia regni vtilitatesq́; reipub. magìs perturbant, q̃ disponant: cùm indecens sit, & etiàm inter barbaras gentes reprehensibile, mulieres virorũ causas discutere: & q̃ de lanificijs suis & operibus textilibus & muliebrib⁹, inter genitarias suas residẽtes, debuerant disputare, in cõuentu publico, àc si in curia residentes, senatoriã sibi vsurpant authoritatẽ: Quæ ignominiosa ꝑsumptio fautoribus magìs imputanda videtur, q̃ fœminis. Vndè quia diuinæ leges, vt suprà monstratũ est, hoc cõtradicunt, & humanæ nihilominùs idipsum prohibent, vt fœminæ nihil aliud prosequantur in publico q̃ suã causam: ait enim lex Theodosina: Nulla ratione fœminæ ampliùs q̃ suas causas agendi habeant potestatẽ, nec alicuius causam à se nouerint consequendam: idcircò ex authoritate canonica interdicimus, vt nulla sanctimõialis virgo vel vidua conuentus generales adeat, nisì à principe fuerit euocata, aut ab Episcopo suo, nisì fortè propriæ necessitatis ratio impulerit, & hoc ipsum cum licentia * populi sui.

Fœminarũ quarundã insolẽtia.

for. * episcopi

CAP. 20.

De quodam cultu superstitioso abolendo.

SVmmo decertare debẽt ſtudio epiſcopi & eorũ miniſtri, vt arbores dæmonibus cõſecratę, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum vel ſurculum indè audeat amputare, radicitùs excindantur atque comburantur. Lapides quoquè, quos in ruinoſis locis & ſylueſtribus, dæmonum ludificationibus decepti, venerantur, vbi & vota *fouent & deferũt, funditùs effodiantur, atq; in tali loco proijciantur, vbi nũquàm à cultoribus ſuis venerari poſſint. Et omnibus adnuncietur, quantum ſcelus ſit idololatria, & qui hæc veneratur & colit, quaſi Deum ſuum negat, & Chriſtianitati abrenunciat, & talem pœnitentiã indè debet ſuſcipere quaſi idola adorâſſet: omnibuſque interdicatur, vt nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro ſalute ſua rogaturus alibi deferat, niſi ad Eccleſiã Domino deo ſuo, Scriptum eſt enim: Vouete & reddite Domino Deo veſtro. Nouimus ſiquidẽ, quanta Dominus antiquo populo per prophetas ſuos interminatus eſt, qui in lucis ſacrificabant, & in excelſis immolabant. Si quis hoc tranſgreſſus fuerit, fidem perdidit, & eſt infideli deterior: & idcircò omnimodò à ſanctæ Eccleſiæ conſortio abſcindatur, & non, niſi dignè pœnituerit, recipiatur. pſal.

*vouent

SALEGVNSTADIEN-
SE CONCILIVM, HABITVM SVB BENEDICTO Papa octauo, & Imp. Henrico ſecundo.

Synodi huius Salegunſtadienſis reliquiæ qualeſcunque, mutuatæ ſunt ex monumentis Burchardi Vuormatien epiſcopi, qui cùm huic ſynodo interfuiſſet, ea quæ ibi tractata fuerũt, ad eum qui ſequitur, modum deſcripſit. Oppidulum verò ſeu caſtellum hoc Salegunſtadien, vulgò **Selgenſtat** *dictum, adiacet etiàm hodie flumini Mogano in diœceſi Moguntina inter Aſſiburgum & Francofordum.*



IN Dei nomine, ego Aribo Moguntinæ ſedis archiepiſcopus, quãuis indignus, cum cæteris cõfratribꝰ noſtris & coëpiſcopis, Burchardo Vormatien, Vuerẽhario Argentino, Brunone Auguſten, Eberhardo Babenbergenſi, Meginhardo Vuirtzburgen, ſynodum in **Salegunſtat** condiximus Anno Dominicæ incarnationis M. XXIIII. indictione 5. ſecundo Idus Auguſti, anno autem Domini Henrici ſecundi regnantis 21. imperij verò ſexto: quatenùs cũ communi fratrum prædictorum conſilio atque conſultu, multimoda diuinorũ officiorum atq; ſynodalium legum componeretur diſſenſio, & diſparilitas noſtrarũ ſingularium conſuetudinum, honeſta cõſenſione redigeretur in vnum. Ideoque propter illas lamentabiles diſſenſiones, communi decreto concilij hæc capitula ſancita ſunt.

De abſtinentia carnis & ſanguinis in ſubſcriptis temporibus. *Cap.* 1.

VT quatuordecim dies omnes Chriſtiani ante feſtiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ in abſtinẽtia ſint carnis & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicuius feſti ſolennitate, quæ in illo epiſcopio celebris habetur, intercedente. Et ante natiuitatem Domini ſimiliter, & in vigilia Epiphaniæ, & in omnium vigilijs apoſtolorum, & in vigilia Aſſumptionis ſanctæ Mariæ, & in vigilia S. Laurentij, necnon etiàm in vigilia Omnium Sanctorum: adijcientes prædictis vigilijs vnam horam refectionis, excepta infirmitate: & niſi aliquis ſit, qui proprio voto maiori abſtinentia vti velit,

De cuſtodiendo ieiunio quatuor temporum. *Cap.* 2.

DE incerto autem ieiunio quatuor tẽporum, hãc certitudinem ſtatuimus, vt ſi calendæ Martij in quarta feria ſiue anteà euenerint, eadem hebdomada ieiunij celebretur. Si autem calendæ Martij in quintam feriam aut ſextam aut ſabbatum diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoquè modo ſi calendæ Iunij in quartam feriam aut anteà euenerint, in ſubſequente hebdomada ieiunium celebretur. Et ſi in quintam feriam aut ſextam aut ſabbatum contigerit, ieiunium in tertiam hebdomadam reſeruetur. Et hoc ſciẽdum eſt, quòd ſi quandò ieiunium menſis Iunij in vigilia Pentecoſtes ſecundùm prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, ſed in ipſa hebdomada ſolenni Pentecoſtes. & tunc propter ſolennitatem ſpirituſſancti, diaconeſ dalmaticis induantur, & Alleluia cãtetur, & Flectamus genua, non dicatur. Eodẽ modo de Septembris ieiunio conſtitutum eſt, vt ſi calendę Septembris in quarta feria euenerint, aut anteà, ieiunium in tertia hebdomada celebretur: & ſi in quinta aut ſexta aut ſabbato contigerit, in quarta hebdomada ieiunandum erit. In Decembri illud obſeruãdum erit, vt proximo ſabbato ante

to ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiunium: quia ſi vigilia in ſabbato euenerit, ſimul vigiliam & ieiunium celebrare non conuenit.

Quibus temporibus legitima connubia prohibenda ſint. *Cap.* 3.

DE legitimis autẽ coniugijs ità viſum eſt, quòd nullus Chriſtianus vxorẽ ducere debeat, ab Aduentu Domini vſque in octauas epiphaniæ, & à ſeptuageſima vſq; in octauas Paſchæ, nec in ſuprà notatis 14. diebus ante feſtiuitatẽ S. Ioannis Baptiſtę. neque in prędictis ieiuniorum diebus, ſiue in omnium ſolennium dierum præcedentibus noctibus.

Vt presbyter qui poſt gallicantum bibat, niſi neceſſitas cogat, ſequenti die Miſſam celebrare non audeat. *Cap.* 4.

DEcretum eſt etiàm in eodẽ concilio, vt presbyter aliquis poſt gallicantũ æſtiuis noctibus bibens, proximo die Miſſam non celebret: *hyemantibus ſimiliter, niſi neceſſitas cogat.

*hyema-
lis

Vt presbyter non amplius quàm tres Miſſas in die celebret. *Cap.* 5.

ITem decretum eſt, vt vnuſquiſque presbyter in die nõ amplius quàm tres Miſſas celebrare præſumat.

Vt nemo Corporale, ad extinguendum incendium, in ignem proijciat. *Cap.* 6.

COnqueſtum eſt etiàm in ſancto concilio de quibuſdam ſtultiſſ. presbyteris, vt quandò incendium videant, Corporale Dominico corpore conſecratum, ad extinguendum incendium temeraria præſumptione in ignem proijciant. Ideoque decretum eſt ſub anathematis interdictione, nè vlteriùs fiat.

De hoc, ſi duo inculpati fuerint in adulterio, & vnus negat, alter profitetur, quid indè faciendum ſit. *Cap.* 7.

INterrogatum eſt, ſi duo in adulterio inculpati fierent, & vnus profiteretur, & alter negaret, quid indè agẽdum eſſet. Decretũ eſt etiàm à ſancto concilio, vt ille qui negauerit, probabili iudicio ſe expurget: & qui profeſſus fuerit, dignè pœnitentiam agat.

Vt nemo gladium in eccleſiam portet. *Cap.* 8.

DEcretum eſt etiàm in eodẽ concilio, vt nemo gladium in Eccleſiam portet, regali tantùm excepto.

Ne mala colloquia in eccleſia, aut in atrio eccleſiæ fiant. *Cap.* 9.

STatuit etiàm ſancta ſynodus, vt mala conſuetudo, quæ apud omnes penè iam inoleuit, omninò prohibeatur: hoc eſt, q colloquia ſua in atrio alicuius eccleſię cõ-

ſtituunt habenda, & tunc ea in ipſa *maxima exercent eccleſia, vbi orationes & diuina tantùm fieri æquum eſt officia. * maximè

De euangelio, In principio erat verbum, *& Miſſis peculiaribus, nè fiant non ſuis temporibus.* *Cap.* 10.

QVidam etiàm laicorum, & maximè matronæ, habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant euangelium: IN PRINCIPIO ERAT VERBVM, & Miſſas peculiares, hoc eſt, de ſancta Trinitate, aut de S. Michaele: & ideò ſancitum eſt in eodem concilio, vt hoc vlteriùs non fiat, niſi ſuo tempore, & niſi aliquis fidelium audire velit pro reuerentia ſanctæ Trinitatis, non pro aliqua diuinatione: & ſi voluërint vt ſibi Miſſæ cantentur, de eodem die audiant Miſſas, vel pro ſalute viuorum, aut pro defunctis.

De computatione conſanguinitatis. *Cap.* 11.

QVidam etiàm generationem cõſanguinitatis ità volunt numerare, vt frater & ſoror ſint primi. Hoc autẽ ſtatuit ſancta ſynodus, ſicut etiàm ab antiquis patribus decretum eſt, vt ità nõ eſſet: ſed vt nepos & neptis, id eſt, filius fratris, ac filia ſororis, primi habeantur.

Aedificia laicorum in atrio eccleſiæ non ponantur. *Cap.* 12.

STatutum eſt etiàm, vt ædificia laicorũ, quæ Eccleſijs adiuncta ſunt, auferantur: & nulla in atrio Eccleſiæ ponantur, niſi tantùm presbyterorum.

Vt nullus laicus presbytero Eccleſiam ſuam commendet ſinè licentia epiſcopi ſui. *Cap.* 13.

ITem decretum eſt, vt nullus laicorũ alicui presbytero ſuam commendet eccleſiam, præter conſenſum Epiſcopi: ſed eum priùs mittat ſuo Epiſcopo vel eius vicario, vt probetur, ſi ſcientia, ætate & moribus talis ſit, vt ſibi populus Dei commendetur.

Si duo de adulterio accuſati fuerint, quid indè faciendum ſit. *Cap.* 14.

STatuit quoquè ſancta ſynodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, vt *alterum illorum vtroſque diuino purget iudicio, ſi *vnum in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur. *alter for. *vnus

Vt bannitum ieiunium ab omnibus diligentiſſimè obſeruetur. *Cap.* 15.

DEcretum eſt etiàm, vt omnes bannitum ieiunium, in quocunq; epiſcopio celebratur, diligentiſſimè obſeruent, & ſi quis illarum octo interdictarum rerum aliquam redimere voluërit, vnum pauperem, prout ſua facultas erit, eadem die reficiat.

De

De illis qui Romam ituri sunt. Cap. 16.

DEcreuit quoquè sancta synodus, vt nullus Romam eat, nisi cum licentia sui episcopi, vel eius vicarij.

*Vt *Carrinanon diuidatur pœnitenti. Cap. 17.*

for. *carena

ET illud sub anathemate præceptũ est, vt nullus presbyterorum cuiquã pœnitenti carrinam diuidere præsumat, si infirmitas non interuenerit.

De illis qui pœnitentiam à sacerdotibus accipere nolunt. Cap. 18.

QVia multi tanta mentis suæ fallũtur stultitia, vt in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitẽtiam à sacerdotibus suis accipere nolint, in hoc maximè confisi, vt Romam euntibus Apostolicus omnia sibi dimittat peccata: sancto visum est concilio, vt talis indulgentia illis non prosit, sed priùs iuxta modum delicti, pœnitẽtiam sibi datam à suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam, & literas ad Apostolicum *ex ijsdem rebus deferendas accipiant.

for. * de

*Vt omnis pœnitens, dum *carrinam suam ieiunat, de loco ad locum non migret. Cap. 19.*

*carenam

DEcretum est etiàm in eodem concilio, vt omnis pœnitens, dum carrinã suam ieiunat, de loco in locum nõ migret: sed ibi permaneat, vbi suam acceperit pœnitẽtiam, vt proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem ibi propter hostiles insidias ieiunare non poterit, suus sacerdos eum cõfratrum suorum alicui, vbi pacificè possit ieiunare, diligentissimè commendet.

Vt nullus presbyter quenquam pœnitentem in Ecclesiam introducat. Cap. 20.

IN eodem quoquè concilio decretũ est, vt nullus presbyterorum quenquã, nisi iussu episcopi, in Ecclesiã introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

Quæ sequuntur hoc loco de concilijs inchoandis & continuandis cæremoniæ, quanuis in exordio Tomi Conciliorum primi ex Isidoro pleræque sint habitæ, & ad præcedens Salegunstadien̄ concilium minùs cohærere videri possint: nos tamẽ, quoniam sic apud Burchardum inuenimus adiũctas, abrumpere seu posthabere ipsas hic noluimus.

QVOMODO INITIANDA SIT SYNODVS.

ORa conuenienti, quandò Episcopo vel eius vicario visum fuerit, omẽs expellantur de Ecclesia: obseratis foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quã sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent. & sella ponatur in medio, & super eam sacræ reliquiæ, & *plenariũ cum stola ponantur. Deindè conuenientes presbyteri omnes intrent, & secundùm ordinationis suæ tempus resideant. Post hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo poposcerit interesse. Exindè introducãtur laici bonæ conuersationis. Tunc ingrediatur episcopus, si voluerit, vel si necessitas exegerit: & si non aderit episcopus, eius vicarius eadem faciat. Synodum ingrediẽs ipse, vel eius vicarius, primùm salutet cleri & populum: & versus in Orientem, mediocri voce dicat:

DEVS humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, prætende societati nostræ gratiam tuam, vt per eos in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus aduentum. Per Dominum &c.

Tunc procedens diaconus cum subdiacono & cum thuribulo, & cum ceroferarijs duobus, legat euangelium:

Cùm esset serò die illo vna sabbatorum, & fores essent clausæ. Ioan.20.

Deindè dicat pontifex vel eius vicarius:

Sancta Maria & omnes sancti & electi Dei, intercedite pro nobis peccatoribus ad dominum Deum nostrum, vt mereamur ab eo adiuuari, & protegi, & sanari, Qui viuit, & regnat in secula.

Postmodùm duabus vicibus dicat:

Deus in adiutorium meum intende. Psal.69. Domine ad adiuuandum me festina. Dilectus.

Tunc tertiò iterùm dicat:

Deus in adiutorium meum intende.

Clero respondente:

Domine ad adiuuandum me festina.

Cum Gloria patri, & Kyrieleyson, & Pater noster, cum precibus istis:

Domine, nè memineris iniquitatũ nostrarum antiquarum. Psal.78.

Adiuua nos Deus salutaris noster. Psal.78.

Esto nobis Domine turris fortitudinis. Psal.60.

Domine, exaudi orationem meam. Psal.101.

Dominus vobiscum.

Oremus:

Exaudi nos Deus salutaris noster, & dies nostros in tua pace dispone, vt à cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi seruitute famulemur. Per Dominum.

Deindè pro vniuersis ordinibus, necnon pro statu Papæ, & antistitis eiusdem sedis, dicant istos psalmos:

Misere-

Miserere meî Deus secundùm magnã misPsal.50.
Deus, in nomine tuo saluum me fac. Psal.53.
Miserere meî Deus, miserere meî. Psal.56.
Deus, misereatur nostrî. Et, Pater noster Psal.66.
cum precibus.
Sacerdotes tui induantur iustitia. Psal.131.
Memento congregationis tuæ. Psal.73.
Saluos fac nos Domine Deus noster. Psal.105.g
Vt confiteamur nomini sancto tuo. Psal.105.
Adiutorium nostrum in nomine Domini. Psal.123.
Domine, exaudi orationem meam. Psal.101.
Dominus vobiscum. Luc.1.a

Oremus:

Omnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur, exaudi nos, p vniuersis ordinibus supplicantes, vt gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per Dominum.

Deindè dicat:

Deus omnium fidelium pastor & rector, famulum tuum, quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propicius respice: Da ei, quæsumus, verbo & exemplo, quibus præsit, proficere, vt ad vitam vnà cum grege sibi credito peruenire sempiternam. Per Dominum

His expletis, septem psalmos pœnitentiæ decantent, cum Kyrieleyson, & Pater noster, cum precibus istis:

Ego dixi, Domine miserere meî. Luc.10.a
Conuertere domine vsquequò. Psal.89.b
Fiat misericordia tua domine super nos. Psal.32.b
Domine exaudi orationem meam. Psal.101.a
Dominus vobiscum.

Oremus:

Dies nostros, quæsumus domine, placatus intende, pariterque nos & à peccatis absolue propicius, & à cunctis eripe benignus aduersis. Per Dominum

Posthæc verò egrediatur omnes, exceptis presbyteris, & cæteris idoneis clericis: factoque silentio, pontifex vel eius vicarius dicat hanc orationem:

Dominus vobiscum. Luc.1.a Oremus:

Adesto nobis, quæsumus Domine sancte spiritus, peccati quidem immanitate detẽtis, sed in nomine tuo specialiter aggregatis: veni ad nos, & dignare illabi cordibus nostris: doce nos quid agamus, quò gradiamur ostẽde, quid efficiamus operare. esto salus & suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum deo patre & eius filio nomen possides gloriosum: non nos patiaris perturbatores iustitiæ esse, qui summæ veritatis diligis æquitatẽ, vt in sinistrũ nos non ignorãtia trahat, non fauor inflectat, nõ acceptio muneris vel personæ corrumpat, sed iunge nos tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero: quatenùs in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt & hîc à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro benè gestis, consequamur præmia sempiterna. Per Dominum.

Tunc diaconus codicem canonũ in medium proferens, capitula de cõcilijs agendis pronunciet, id est, ex concilio Toletano finitisque titulis, & cunctis in ordine sedentibus, hæc admonitio ab episcopo, vel si voluerit, à diacono legatur:

Eccè sanctissimi fratres, præmissis deo precibus, fraternitatem vestrã cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor, vt ea quæ à nobis de deo & sacris ordinibus vel nostris moribus, vobis fuerint dicta, cum summa reuerentia perficere intendatis. Quòd si forsitan aliquis nostrûm aliter quàm dicta fuerint, senserit, sinè aliquo scrupulo contentionis, in nostrũ omnium copulatione eaipsa de quibus dubitauerit, conferenda reducat: qualiter Deo mediante aut doceri possit, aut doceat. Deindè vos simili obtestatione coniuro, vt nullus vestrûm in iudicando aut personã accipiat, aut quolibet fauore aut munere pulsatus, à veritate discedat. Sed cum tanta pietate quicquid cœtui se iudicandũ intulerit, retractate, vt nec discordans cõtentio ad subuersionem iustitiæ inter nos locum inueniat, nec iterùm in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis vel solicitudo tepescat.

Postè hanc exhortationem quisquis clericorum velit, conferat querelam. Et admonendi sunt, vt nullus ad synodum veniat non ieiunus, vel à cœtu cõmuni secedat, antequàm generalis secessio adueniat. Et tũc quoquè synodus primi diei soluatur.

Secunda die quandò Episcopus vel eius vicarius synodum ingreditur, in loco suo stans dicat:

Dominus vobiscum. Ruth.2.a

Oremus:

Deus qui nobis in famulis tuis præsentiæ tuæ signa manifestas, mitte super nos spiritum charitatis, vt in aduentu fratrum conseruorumque nostrorum, gratia nobis tuæ largitatis augeatur. Per Dominum.

Posteà legatur euangelium ità vt in priori die.

Designauit Dominus & alios septuaginta duos. Luc.10.

Deindè dicat Episcopus, vel eius vicarius, preces sicut in priori die.

Sancta Maria & omnes sancti, & sic cætera.

Tunc omnes prostrati, decantent psalmos istos pro regis nostri & aliorum sui regni primatuum sospitate.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? Psal.3.

Psal.19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.
Psal.43. Deus auribus nostris audiuimus.

Cum Kyrieleyson & Pater noster, cum precibus istis:

Psal.19. Domine, saluum fac regem.
Psal.60. Esto ei Domine turris fortitudinis.
Psal.27. Saluum fac populum tuum Domine.
Psal.121. Fiat pax in virtute tua.
Psal.43. Exurge Domine, adiuua nos.
Psal.101. Domine, exaudi orationem meam.
Psal. 79. c Domine Deus virtutum, conuerte nos.
Ruth.2.a Dominus vobiscum.

Oremus:

Deus regnorum omnium, & Christiani maximè protector imperij, da seruo tuo regi nostro triumphum virtutis tuæ sciêter excolere, vt qui tua constitutione est princeps, tuo semper munere sit potens. Per Dominum.

Oremus.

Prætende Domine famulis tuis dexteram cæleſtis auxilij, vt toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequi mereantur. Per Dominum.

Deindè pro infirmis & pro salute totius Ecclesiæ istos psalmos decantent.

Psal.40. Beatus qui intelligit super egenum
Psal. 89. Domine, refugium factus es
Psal.87. Domine Deus salutis meæ

Cum Kyrieleyson & Pater noster, cum precibus istis:

Psal. 117.c Castigans castigauit eos Dominus.
Psal. 88. b Nihil proficiat inimicus in eis.
Psal.43.d Exurge Domine, adiuua nos.
Psal. 101. Domine, exaudi orationem meam.
Ruth.2.a Dominus vobiscum.

Oremus:

Deus infirmitatis humanæ singulare præsidium, auxilij tui super infirmos famulos & famulas tuas ostende virtutẽ, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, Ecclesiæ tuæ sanctæ repræsentari mereantur. Per dominum.

Posteà lcgatur à diacono Homilia Gregorij, incipiente versu isto:

Matt. 9. d Messis quidem multa, vsq;, Patres esse minimè recognoscunt.

Tunc, si clerici querelam non habent conferẽdam, laici intromittantur. Illis autem audientibus, lectio Niceni concilij recitetur.

Iudices, non nisì ieiuni, leges & iudicia decernant.

Quisquis ex laicis habet querelam, proferat.

Et synodus secundæ diei sic soluatur.

Tertia die cum Episcopus, aut eius vicarius, vt in cæteris diebus, synodum ingreditur, dicat:

Ruth.2.a Dominus vobiscum.

Oremus:

Protege Domine, quæsumus, nos famulos tuos subsidijs mentis & corporis, & spiritualibus enutriens alimẽtis, propicius rede securos ab hostibus vniuersis. Per Dñm

Et post hoc legatur euangelium:

Circuibat Iesus ciuitates & castella, Luc.4

Deindè pro fidelibus defunctis istos psalmos decantent:

Verba mea auribus percipe Domine. Psal.
Domine, nè in furore tuo, minorem: Psal.
Ad te Domine leuaui animam meam. Psal.

Cum Kyrieleyson & Pater noster, cum precibus istis:

Requiem æternam dona eis Domine. Psal.
In memoria æterna erunt iusti. Psal.
A porta inferi. Dominus vobiscum. Psal.

Oremus:

Inueniant, quæsumus domine, animæ famulorum famularumque tuarum, omnium in Christo quiescentium, lucis æternę consortium: qui in hac luce positi, tuum consecuti sunt sacramentum. Per Dominum

Post hæc pro irreligiosis psalmos istos decantent:

Ad te Domine clamabo Psal.
Benedicam Dominum in omni temp. Psal.
Deus, venerunt gentes in hæred. Psal.

Cum Kyrieleyson & Pater noster, cum precibus istis:

Fiat pax in virtute tua Psal.
Ostende nobis domine misericordiã tuã, Psal.
Deus, tu conuersus viuificabis nos. Psal.
Domine, exaudi orationem meam. Psal.
Dominus vobiscum. Ruth.

Oremus:

Deus qui infideles deseris, & iustè indeuotis irasceris, populum tuum [(quęsumus) ad te conuerte propicius, vt qui te per duritiã irreligiosæ mentis semper offendunt: ad sancta officia promerenda, tuæ miserationis gratia inspirante conuertas. Per Dominum.

Si quæ sint quæstiones vel querelæ, conferantur. Et sic synodus tertiæ diei soluatur.

Quarta verò die Episcopus synodum ingrediens, sic procedat, vt primùm portentur ante eum duo candelabra cum cereis incensis, quæ sequatur Subdiaconus portans Euangelium, duæ cruces hinc & indè. Deindè diaconus. Postremùm Episcopus episcopalibus indutus vestimentis & cappa, ingrediatur.

Et ingreßus, in sede suastans, dicat:

Dominus vobiscum.

Oremus:

Nostrorum tibi Domine curuantes genua cordium, quæsumus, vt bonũ quod in nobis à te requiritur, exequamur, scilicet, vt prompta tecum solicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes, clareamus studijs tibi placitæ actionis. Per Dominum.

Postea

Postea solito more legatur Euangelium:

Respiciens IESVS discipulos suos, dixit Simoni Petro: Si peccauerit &c. Luc.6.

Appẽdicis Salegunst ad. Cõcilij, finis.

GESTA LEONIS PAPAE IX. EX PLATINA SVCCINCTE EXCERPTA.

LEO IX. natione Alemannus, pontificatum hac ratione inijt. Nam cùm Romani legatos ad Imperatorem misissent oratum, vt optimũ põtificem sibi daret, is statìm *Baunonẽ episcopum Tullensem, virum bonũ & simplicis ingenij, legatis & Ecclesiæ Romanæ obtulit. Cui quidem Romam põtificio habitu petenti Abbas Cluniacẽsis & Ildebrãdus monachus Saona oriundus, obuiàm facti persuasêre, vt deposito pontificali ornatu, Romam priuatus ingrederetur, quòd dicerent Henricum nullam creandi pontificis potestatem à Deo habere, sed ad clerum populumq; Romanũ id pertinere. Motus his verbis Leo, cùm etiàm vocem è cælo intereundum audiuisset, Ego cogito pacis cogitationes, non afflictionis, depositio pontificio apparatu, priuatus vrbem ingreditur, seipsum accusans, quòd Imperatori maluerit, quàm Deo, obtemperare. At verò Romanus clerus, suadente Ildebrando, eundẽ Baunonem in pontificem eligunt; eo libentiùs, quòd omnem authoritatem eligendorum põtificum ab Imperatore, vt par erat, ad clerum trãstulissent. Pontificatũ Baunon adeptus, ac mutato nomine Leo nonus appellatus, Ildebrandum ipsum statìm sanctę Romanæ Ecclesiæ diaconum cardinalẽ creat. Fuit certè Leo pietate, innocentia, benignitate, gratia, hospitalitate adeò insignis, vt eius domus peregrinis & pauperibus semper patuerit. Nam cùm semèl ante fores suas leprosum pauperem inuenisset, eumq; præmisericordia collocari in lecto suo mandâsset, apertis manè à ianitore foribꝰ, nusquàm pauper inuentus est. Christum pauperis nomine eo loci recubuisse creditum. In rebus præterea ad religionem pertinentibus tanta diligẽtia & solertia vsus est, vt & in cõcilio Vercellensi Berengarium hæreseos authorem damnauerit, & Constantinopolitanum Imperatorem suis monitionibus impulerit sepulcrum Domini Hierosolymis à barbaris diruptum restituere. Moritur autem Leo pontificatûs sui anno 5. mense 2. die 6. Hæc Platina. Porrò quidam grauis author scribit hũc pontificẽ habuisse patrẽ Hugonẽ virũ nobilissimũ, ex regio comitũ *Dagspurgi genere ortum in Alsatia.

for. *Habspurgi

EPISTOLA LEONIS IX. ADVERSVS INAVDITAS PRÆSVMPTIONES Michaëlis Constantinopolitani & Leonis Acridani episcoporum.

CAPVT I.

LEO Episcopus, seruꝰ seruorũ Dei, Michaëli Constantinopolitano & Leoni Acridano episcopis. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Huiusmodi exordium docuit nos illud Dominicum, In quancunque domum aut ciuitatem intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui: & si ibì fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: Sin autẽ, ad vos reuertetur. In pace etenim vocauit nos Deus, qui est pax nostra: qui fecit vtraque vnum, & veniens euangelizauit pacem his qui longè, & his qui propè erant: & inter nonnulla dixit: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur. Quorum pedes Deiloquus Esaias admiratus, proclamat: quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacem. Ad quam magnus Paulus contestando sic discipulos adhortatur: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sinè qua nemo videbit Deũ. Et, Si fieri potest, quod ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Et rursùm: Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscũ. Nec immeritò, dicẽte discipulis suis, immò omnibus Christianis ipso Domino: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Quæ vtiquè q̃ germano & vnanimi affectu & insolubilis fœderis nexu retinenda sit, hinc potest colligi, q̃ eam vltimã cohęredibꝰ & cõparticipibus suis, velut hæreditario & perpetuo iure cõmendatam sub testamẽto, mox suo sanguine subscripto, & pia morte cõfirmato reliquit. quasi diceret: Fratres & cohæredes mei, relinquo vobis ex patrimonio nostro sortẽ, temporalẽ videlicet pacẽ, quam si integrã & incõtaminatam in fine mihi repræsentaueritis, meã sortem, pacẽ scilicet sempiternã, adiũgo vobis. Nec his contentus, patri æqualis, patreq; minor, pro hac ipsa patrem sic deprecatur, ad patrẽ suum & patrem nostrum, à quo nunquàm discesserat, reditur: Pater, quos dedisti mihi, volo vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, & sint consummati in vnum. 2. Cor. 13. Ioan. 14. Ioan. 17.

CAPVT 2.

SEd væ mũdo ab scandalis: quia cùm penè oẽs paginæ diuinæ nos pariter inui- Matth. 18.

tent ad bonũ vnitatis & pacis,quatenùs cor
vnũ & anima vna ſit nobis in eo, qui vnani-
Pſalm. 67. mes in domo ſua,quæ eſt catholica Eccleſia,
habitare facit:extitêre tamẽ hactenùs,& ex-
iſtunt miſeri homines,ſua, nõ quæ ſint Ieſu
Chriſti,quęrentes, de dilacerationibus atq;
ſciſſionibus Eccleſiæ ſibi trophæa aucupan-
tes,per omnia militibus Dñm gloriæ cruci-
figentibus nequiores. Illi ſiquidẽ corrupti-
bili tunicę ipſius,quia incõſutilis & deſupèr
cõtexta erat per totum,pepercerũt,dicẽtes,
Ioan. 19. Nõ ſcindamus eam: quadã vtiquè reuerẽtia
admirati & textricis diligentiã,& operis ele-
gantiam. Iſti verò irruptibili charitati eius,
Epheſ. 5. qua vniuit Eccleſiam,vt exhiberet ſibi veſtẽ
glorioſam,non habentem maculã aut rugã,
impias & ſacrilegas manus ad diſcindendũ
crudeliter inijciũt, linguas magniloquas &
doloſas ad cõfodiendum illã exacuunt: ni-
hili pendentes ineffabili & ſpeciali artificio
coæternæ Deo patri ſapientiæ compactã &
contextam,nec humano ingenio,ſeu philo-
ſophorum ſyllogiſmis aut argumẽtationi-
1. Cor. 1. bus confutã.Stulta enim mundi elegit De9,
vt cõfundat ſapientes.Neq; enim per rheto-
res & ſophiſtas collegit piſcatores, ſed per
piſcatores & ſimplices,piſcatus eſt ſophiſtas
1. Cor. 4. & oratores:qa,ſicut egregius Paul9 dicit,Nõ
eſt in ſermone regnum Dei,ſed in virtute.

CAPVT 3.

VErùm erubeſcat & cõfundatur impia
hæreſis,impudenter inhians ſectioni
atq; diuiſiõi inſecabilis & indiuiſibilis vni-
tatis,reclamante & repugnante non ſolùm
ipſius vnitatis natura,ſed etiàm humanę ſa-
pientiæ coniectura.Diſcedant ergò perfidi
corui, milui, vultures, & quęcunq; laniatu
vel morte aliena paſcũtur aues.Sola colum-
Geneſ. 8. ba ad arcam redeat,& ſuper caput Dñi Ieſu
Matth. 3. manens,totum corpus eius,quod eſt Eccle-
ſia,vniat,infundat & repleat, vnicamq́; co-
lumbam de diuerſę profeſſionis & nationis
hominibus atq; linguis omnibus, quaſi de
diuerſis membris efficiat, cui voce capitis,
quod eſt ipſe Chriſtus,dicat: Vna eſt colũ-
Cant. 5. ba mea,perfecta mea,immaculata mea.Quę
enim ſemper vna vocat̃ & eſt,nunquàm di-
uiditur aut ſecatur.Quæ ſemper pfecta,hoc
eſt, plena, nunquàm minuitur aut euacuat̃.
Quæ ſemper immaculata,nunquàm corrũ-
pitur aut maculatur: quoniam etſi nõnun-
quàm ab ea pleriq; ità exeunt vt nõ reuertã-
tur,non tñ eius vnitas indè diſcinditur, aut
perfectio minorat̃,ſeu virginitas violatur.
Quandoquidem mẽbra corruina ad hoc re-
uertuntur,vt ſuo corpori, à quo ad tempus
videbantur eſſe diſiuncta,reincorporentur,
& integerrima permaneat columba illa vni-
ca,cui ſe incorporatos & vnitos falsò glori-
abantur: & quę gemebat ſub periculis in fal
ſis fratribus, releuata illorũ exitu, per os B.
1. Ioan. 2. Iohãnis apoſtoli liberè proteſtatur: Ex no-
bis exiêrunt,ſed nõ erant ex nobis. Nam ſi
fuiſſent ex nobis,permanſiſſent vtiquè no-
biſcũ. Qui enim pectus colũbę velut humo-
res mali ſolebãt premere, & ad nauſeã iugi-
ter prouocare,alicuius acceſſionis vel occa-
ſionis impulſu egreſſi, vel eiecti, aut potiùs
egeſti,cõprobantur eam releuare:atq; bonę
valetudinis ſtatum ſua diſceſſione eidẽ re-
uocare.Quotquot aũt exeunt redituri,omi-
nò ab ea nequeũt auelli aut præcidi, & ſi vi-
dentur aliquãdiù auulſi aut pręciſi: quia no
uit Deus qui ſunt eius,per cuius prędeſtina- 2. Tim. 2.
tionẽ ſunt intùs ſinè errore, etiàm q̃ putant̃
forìs eſſe & errare, nec rapit q̃ſquã de manu
ipſi9,quos iam p̃rsùs raptos ſuſpicabamur.

CAP. 4.

SEd væ hominum ſuperbiæ & ignorãtiæ,
qui membra Antichriſti & præcurſores
eius effecti,qui eſt rex ſuper vniuerſos filios Iob 41.
ſuperbiæ,non ceſſant zizaniorum peſtes in
medium tritici ſpargere,& meſſem,cui cęle- Matth. 13.
ſte præparatur horreum,quantùm in eis eſt,
atterere.De quorum periculoſo tẽpore di-
lectus Dñi virgo Ioannes voluĩt nos inſtru-
ere:Filioli, inquiens, nouiſſima hora eſt, & 1. Ioan. 2.
ſicut audîſtis,quia Antichriſtus venit:nunc
autem Antichriſti multi facti ſunt. Hęc no-
uiſſima hora à primo aduẽtu Saluatoris in-
cepta,vſq; ad ſecũdum eius aduentũ eſt p̃-
tendenda. Quæ quot Antichriſtos iam ha-
buerit aut detexerit,dicere quis poterit? De
quibus & doctor gentium mirabilis Paulus
Epheſijs in actibus apoſtolorũ ait:Ego ſcio Act. 20.
quoniã intrabunt poſt diſceſſionẽ meã lupi
graues in vos,nõ parcẽtes gregi: & ex vobis
ipſis exurgent viri loquentes peruerſa, vtì
abducãt diſcipulos poſt ſe. Sed ô Dñe Ieſu Apoc. 5.
peruigil paſtor,& leo de tribu Iuda, qui ſe-
cundùm Pſalmiſtam, ſuper aſpidem & baſi- Pſal. 90.
liſcum ambulas,& cõculcas leonẽ & draco-
nem, iam in fine ſeculorũ oues paſcuæ tuæ
varijs inſidijs & rabie innumerabiliũ lupo-
rum hactenùs feſſas,miſerãter attẽde, & in- Pſal. 67.
crepa feras arundinis,quę ſæuiũt & dẽtibus
frendunt ſuper humilitatem Eccleſiæ tuæ,
fulti & protecti arundineto,id eſt, mũdana
poteſtate,exteriùs quidẽ nitida,ſed interiùs
vacua:Vbì,ſicut ad B.Iob diuina voce dicit, Iob 40.
non ſolùm omnes beſtiæ agri ludunt, cũcta
ſcilicet turba malignorũ ſpirituũ, ſecũdùm
libitum ſuũ debacchatur: verùm etiàm Be-
hemoth,eorum vtiquè princeps, ibidẽ ſub
vmbra dormit in ſecreto calami & locis hu
mentibus,cum ſinè aliqua inquietudine vel
cõtradictione in ſuperborũ & lubricorum
cordibus requieſcit ſecurus.Catholica verò
Eccleſia promiſſiones tuas retinens Dñe,
quotidiè gaudet cõpleri in doctoribus ſuis
illud libri Sapientię:Fulgebunt iuſti,& tan- Sapien. 3.
quàm ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt,atq;
vento agitatas arundines cõburent. Tunc
feræ arundinis pariter interiẽt,in quibus eſt
cõgregatio taurorũ,cœtus videlicet hæreſi- Pſal. 67.
archarum,ceruicoſo ducatu poſt ſe trahen-
tium

tium vaccas,id eſt,laſciuas animas populo-
rum, vt qui probati ſunt argento, excludã-
tur, ſcilicet pfecti in eloquijs diuinis & ſta-
biles in fide appareant,emineant vel mani-
feſtentur. Argento quippe eloquia diuina
Pſalm. 11. ſignificãtur,vt idem Pſalmiſta teſtatur:Elo-
quia Dñi eloquia caſta, argentũ igne exami
natum.Per excluſionem autem,argentũ vel
aurum quodã artificio ſubrigitur, eleuatur
& exprimitur,vt repẽtè videatur reſperſum
& inſignitum decenti figuratione florũ aut
imaginũ,quod priùs humile iacebat & pla-
num.Quod totum breuiùs & clariùs ſic elo
1. Cor. 11. quitur magnus Paulus:Oportet hæreſes eſ-
ſe,vt qui probati ſunt,manifeſti fiant in vo-
bis.Sed ô maligna hæreſis,nõ indè tibi blã-
diaris,ꝙ ab Apoſtolo,oportet hæreſes eſſe,
audiêris. Etenim in ſancto Euangelio Dñs
Matth. 18. noſter dicit:Neceſsè eſt vt veniant ſcandala:
veruntñ væ homini,per quem ſcandalũ ve-
nit. Nẽpe nõ eſt fruſtrà in fornace aurificis
palea:qa aurũ nõ purgatur,ſi palea nõ vrat̃.

CAPVT 5.

HAec & alia ſimilia his,cum penè om̃es
ſacri eloquij paginæ contra impuden-
tem veſaniã hęreticorum concrepent,vehe-
menter obſtupeſcimus, & lachrymis chari-
tatis plangim9 ſic edormijſſe Eccleſię ſacer-
dotes,quatenùs qui Dei debuerant eſſe ad-
iutores,non exhorreant eorum fieri ſequa-
ces,quorum memoriã cum ſonitu perijſſe,
Pſalm. 9. & ciuitates deſtructas vident. Indè eſt totũ
illud, quod tãdèm cum indicibili cõtritio-
ne & gemitu cordis ac corporis effundim9,
in quo omnia viſcera catholicæ matris con-
cutiuntur,in quo omnes ſenſus Chriſtiano-
rum obtunduntur,in quo diſciplina Eccle-
ſiaſtica & ſanctorum vigor canonum con-
funditur ac calcatur,quia tu chariſſime no-
bis & adhuc dicẽde in Chriſto frater & an-
tiſtes Conſtantinopolitane, tuq́; Leo Acri-
dane,dicimini Apoſtolicam & Latinam Ec-
cleſiam noua præſumptiõe,atq; incredibili
audacia,nec auditam,nec conuictam palàm
damnâſſe,pro eo maximè, ꝙ de azymis au-
deat cõmemorationem Dñicę paſſionis ce-
lebrare.Eccè incauta rep̃henſio veſtra, quã-
Pſalm. 72. dò ponitis in cælum os veſtrũ, cùm lingua
veſtra tranſiens in terra,humanis argumen-
tationibus & coniecturis,antiquã fidẽ con-
fodere ac ſubuertere moliat̃. Eccè niſì quã-
tocyùs reſipiſcatis, incorporati & annume-
Apocal. 12. rati,quod abſit,eritis in illa cauda draconis,
qua tertiam partem ſtellarũ traxit,& in terrã
miſit.Eccè iam poſt mille ac fermè xx.à paſ-
ſione Saluatoris noſtri annos, incipit p vos
diſcere Romana Eccleſia,qualiter memoria
paſſionis eiuſdẽ ſit recolẽda,quaſi nil ei cõ-
Ioan. 21. tulerit præſentia,cõuerſatio & diuturna in-
ſtitutio,ſeu,qua clarificauit DEVM, mors
precioſa illius venerabilis ſenis,cui ſpeciali-
Matth. 16. ter Chriſtus filius Dei viui dicit: Beatus es
Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis non
reuelauit tibi, ſed pater me9 qui eſt in cęlis.

CAPVT 6.

NOn ergò perpenditis, quanta impu-
dentia dicatur pater qui eſt in cælis,
abſcondiſſe à principe apoſtolorum Petro
cultũ ſiue ritũ viſibilis ſacrificij,per diſpen-
ſationem vnigeniti ſui, cui per ſemetipſum
pleniſſimè reuelare dignat9 eſt illud ineffa-
bile arcanum inuiſibilis diuinitatis eiuſdẽ
filij ſui?Et cui nõ per angelum,nec per pro-
phetam,ſed proprio ore ipſe Dominus an-
gelorum & prophetarum in ſequentibus ſic
repromittit:Et ego dico tibi: quia tu es Pe- Matth. 16.
trus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccle-
ſiam meã: Illius capiti vos ſatagitis ſubtra-
here Chriſtum Ieſum,præter quẽ nemo po-
teſt vniuerſali Eccleſiæ aliud ponere funda-
mẽtum?Quod vtiquè deuotiſſimus ille Pe-
trus non ſolùm viuens, ſed etiàm moriens
demonſtrauit,quandò nimia humilitate &
cõgrua ſignificatione ſe crucifigi deorsùm
verſo capite petiuit:profectò diuina inſpi-
ratione præfigurans,ſeſe eſſe primũ & qua-
drum lapidẽ in fundamẽto, quod eſt Chri- 1. Cor. 3.
ſtus Ieſus,compaginatum:cohęrentem atq;
connexum,qui,vtpotè ſuperpoſitus angu-
lari lapidi,totum põdus Eccleſiaſticę fabri-
cę incorruptibili ſoliditate ſufferret,ac pro-
prij capitis ſuppoſitione omnia mẽbra cor-
poris Chriſti per aptas & naturales *vſq; ad *Hic deeſt iuncturas, aut aliquid eiuſmodi
cõſummationẽ ſeculi,q̃ſi vſq; ad pedes cre-
ſcẽtia,inflexibili collo ad cęlos ſuſtolleret.

CAP. 7.

TAliter ſancta Eccleſia ſuper petram, id
eſt,Chriſtum,& ſuper Petrum vel Ce-
pham filium Iohannis, qui priùs Simon di-
cebatur,ædificata,quia inferi portis, diſpu-
tationibus ſcilicet hæreticorum, quę vanos
ad interitum introducunt, nullatenùs foret
ſuperãda,ſic pollicetur ipſa veritas, per quã
ſunt vera,quæcunq; ſunt vera: Portæ inferi
non præualebunt aduersùs eam.Cuius pro- Matth. 16.
miſſionis effectum ſe precibus impetrâſſe à
patre,idem filius proteſtatur dicẽdo ad Pe-
trum:Simon,eccè Satanas expetiuit vos, vt Luc. 22.
cribraret ſicut triticum:ego aũt rogaui pro
te,vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò
conuerſus,confirma fratres tuos. Erit ergò
quiſquã tantæ dementiæ, qui orationẽ illi-
us,cuius velle eſt poſſe,audeat in aliquo va-
cuã putare? Nónne à ſede principis apoſto-
lorum,Romana videlicet Eccleſia, tam per
eundem Petrum,quàm per ſucceſſores ſuos
reprobata & conuicta atq; expugnata ſunt
omnium hæreticorum commenta, & fratrũ
corda in fide Petri, q̃ hactenùs nec defecit,
nec vſq; in finem deficiet, ſunt confirmata?

CAP. 8.

PRęterimus nominatìm replicare nona- Hęreſes 90. Gręcorum.
ginta & eo ampliùs hæreſes, ab Oriẽtis
partibus,vel ab ipſis Gręcis,diuerſo tẽpore
ex diuerſo errore ad corrumpendã virgini-
tatem catholicę Eccleſiæ matris emergẽtes:

dicendum videtur ex parte, quãtas Constã-
tinopolitana ecclesia per præsules suos susci
tauerit pestes, quas viriliter expugnauit, ꝓ-
triuit & suffocauit Romana & Apostolica
sedes. Eccè Eusebius Nicomediẽsis episco-
[Vide Nicephorũ lib. 9. cap. 4.] pus, sedis Constantinopolitanæ inuasor, &
signifer maledicti Arrij extitit. Quartus Ma
cedonius hæresiarcha, suffocator antecesso-
ris sui beati Pauli, blasphemator spiritussan-
cti, tortor Christianorum, & vsque ad mor-
tem persecutor, & alter Iulianus, charactere
in frontibus notãdo catholicos. Hæc & alia
multa tam ipse, quàm sui sequaces per om̃es
Orientis vrbes, & maximè Constãtinopoli
agebat, cùm Hesperiæ partes ab hac tempe-
state immotæ manerent, teste vestro histori-
[Socrates Hist. Eccl. lib. 2. ca. 27.] ographo Socrate. Quintus Eudoxius Arri-
an⁹ inuasor sedis, & ordinator Eunomij hę-
[Vide Nicep. lib. 9. ca. 46.] retici, dicens patrem ἀσεβῆσ, quòd nullũ co-
lat: filium εὐσεβῆσ, quòd patrẽ colat. Sextus
Demophilus, & ipse Arrianus. Nonus Ma-
ximus, Cynicus & Apollinarista. Decimus
Nectarius vir sanct⁹, ordinatus à sancta Cõ-
stantinopolitana synodo prima: de quo cũ
sancti patres Damaso papæ & suis coëpisco
pis scripsissent, dixerunt: Constantinopoli-
tanæ vrbis nouellam, vt ità dicamus ecclesi-
am velut ex ore leonis, hæreticis suffossam
blasphemijs, abstraximus, teste Theodore-
to vestro historiographo. Si non indè om̃i-
nò suffocatus est ille veternosus basiliscus
[Theodoretus Eccles. Hist. lib. 5. cap. 9.] & venenosus: quia successor huius Iohãnes
Chrysostom⁹ ab ingrata ecclesia bis est de-
positus, & in exilio defunctus. Cuius depo-
sitionem non ferentes occidentales episco-
pi, id est, Latini, ab oriẽtalium communio-
ne sunt segregati. Huius successor Arsacius
manu militari in Ioãnitas desęuijt, in sequa-
ces videlicet beati Ioannis. Iam quintusde-
cimus in catalogo Nestori⁹ hæresiarcha ex-
titit, qui spiritu diaboli plenus, inter alias
suæ peruersitatis blasphemias, tale vir⁹ euo-
muit: Dei genitricem Mariam nullus appel-
let. Maria enim homo fuit, & Deum ab ho-
mine generari nimìs impossibile est. qui eti-
àm duas personas in Christo mentitus est.
Hinc septimusdecimus Flauianus beatus ꝓ-
sul, martyrio coronatus posteà, quia dãna-
uit Eutychen abbatem, vnam substantiam
vel naturam in Christo asserentem. Propter
quod à beatissimæ memoriæ domino papa
Leone, & Martiano Christianissimo Impe-
ratore factũ est Chalcedonense Concilium
sexcentorum xxx. pontificũ. Quid dicemus
de Acacio accusatore, & restitutore Petri
Alexandrini episcopi, per quos plurima ho-
micidia extiterunt, nisì quòd à sanctissimo
Gelasio papa in perpetuum fuêre ambo da-
mnati cum Iohanne successore & defensore
Acacij? Post quos Anthimus Eutychianus
hæreticus per pręsentem papam Agapetum
in ipsa Constantinopoli est depositus. Eu-
tychiu sautem quia dogmatizabat humanũ
corpus in resurrectiõe impalpabile futurũ,
& vento aëreq; subtilius, à beato Gregorio
tunc diacono ità est conuictus, vt in pręsen-
tia piæ memoriæ Tiberij Imperatoris, codi-
ces dogmatis eius iustis flãmis traderentur.

CAPVT 9.

SVccessit quoquè huic Iohannes, cuius [Iohannis episcopi arrogantia.]
superbiam quanuìs vniuersus mundus
capere nequiuerit, angustus tñ cespes post
non multum temporis cõpressit. Hic nimiæ
vanitatis nouum nomen primus sibi vsur-
pauit, vbì se à cunctis œcumenicum patri-
archam, id est, Vniuersalem & dici & scribi
debere decreuit. Pro qua vtiquè pręsumpti-
one à beatis pontificibus Pelagio & Grego
rio digna perculsus est excommunicatione.
Cuius contagij macula adhuc vobis cũ ipsa
maledictione sic adhæsit, vt nunc quoquè
vosipsos œcumenicos patriarchas & appel-
lare, & scribere non timeatis. Et certè nomẽ
istud à sanctis patrib⁹ in Chalcedonẽsi syn-
odo, ob reuerentiã sanctæ Romanę & Apo
stolicæ sedis, sanctissimo decessori nostro
Leoni papæ & præclarissimo doctori, suc-
cessoribusq; eius fuit oblatũ: sed nec ab illo,
nec ab vllo successorũ ipsius constat hacte-
nùs receptum. Et cui post Christum Iesum
hoc nomen magis poterat aptari, quàm suc-
cessoribus Petri? Sed imitanda humilitas re-
uerendorum pontificum, attendens quòd
ipse princeps apostolorum non inueniatur
dictus vniuersalis apostolus, superbũ refu-
tauit vocabulũ penitùs, quo videbatur par
dignitas subtrahi cunctis per orbem pręsu-
libus, dum vni ex toto arrogaretur: tãquàm
singuli dicerent verbis & factis, quòd magi-
ster eorum & primus crucifigendus inquit:
Non sum dignus caput sursùm ponere: sed
declinate vultum in terram. Vestra ergò fra-
ternitas videat, quãta apud se proteruia tu-
meat, quę nec oblatum sibi à quoquam nec
cõcessum, sed potiùs denegatum & sub ana-
thematis interpositione ab Apostolica &
prima sede, & à sanctis atq; orthodoxis pa-
tribus interdictum superstitiosum vocabu-
lum, tantę obstinationis contumacia ꝑ qua-
dringentos iam à beatiss. papa Gregorio &
ampliùs annos vsurpare non cessat. Et qua-
liter exemplo Dñi nostri Iesu Christi & su-
orum, parati estis pro fratribus animas po-
nere, qui per tot tẽpora noluĩstis saltẽ inane
nomẽ, & totius Ecclesię vnitatẽ sua insolẽtia
scandalizãs deponere? & q̃d effecit in vestris
mẽtibus totiès declamata in aurib⁹ illa glo-
riosi Apostoli Pauli ꝓfessio, qua dicit: Quis [1. Cor. 11.]
scandalizatͅ, & ego nõ vror? Qui nõ solùm ꝓ
scãdalo aliorũ nõ vrimini, sed etiàm scãdalo
vestro quotidiè vritis Ecclesiã Dei? CA. X.

SEd vt ad reliquos decessores vestros re-
uertamur, q̃d de Pyrrho episcopo, im- [Pyrrhus.]
mò hęresiarchę Macarij Antiocheni sequa-
ce dicetur, q̃ veniens Romã, scripto anathe-
matizauit omnia, quæ ipse & decessores sui
contra

contra fidem catholicam, & Apostolicæ se-
dis senserant? Sed quanto cyùs ad vomitum
reuersus, à Papa Theodoro est damnatus, &
[Paulus.] successor eius Paulus, quòd ab eodem Ro-
mano pontifice monitus & increpatus non
resipuit: quandò velut simulacrũ aut phan-
tasma aliquod insensibile Dominũ nostrũ
Iesum Christũ arbitratus, nec vnam, nec du-
as voluntates vel operationes in eodem fu-
isse diffiniuit, & altare Latinorum & legato-
rum Romanæ Ecclesiæ, quod nemo hęreti-
corum ante eum præsumpserat, subuertit.
Ad cuius rabiẽ, qua sæuiebat in catholicos,
destruendam, sanctissimus papa Martinus,
collectis 105. episcopis, damnauit Cyrũ Ale-
xandrinum, Sergium, Pyrrhum & Paulum
Constãtinopolitanos episcopos. In qua vti-
què vesania nec vos istis modò temporibus
inferiores illo vestro Paulo, summã & Apo-
stolicam sedem, cunctosq; institutionis ei-
us fidissimos obseruatores anathemate da-
mnatis: incauta, impudenti arrogãtia adeò
cæcati, vt non animaduertatis, quid, & qui
[...Romana] faciatis, & cui. Illi nempe facitis præiudiciũ,
[...nulli] de qua nec vobis, nec cuilibet mortalium li-
[...care li...] cet facere iudicium: beatissimo & apostoli-
co pontifice Syluestro diuinitùs decernen-
te, spiritualique eius filio Constantino reli-
giosissimo Augusto cum vniuersa Synodo
Nicena approbante ac subscribente, vt sum-
ma sedes à nemine iudicetur, inuiolabiliter
& incõcussè sibi conseruato illo priuilegio,
quod idem princeps quarto baptismatis sui
die deuotus cõtulit pontifici Romano: sci-
licet vt in toto orbe sacerdotes ità hunc ca-
put habeant, sicut omnes iudices regem.
Quorum semper omni mundo reuerẽdam
sententiam, sicut veraciter diuina inspirati-
one promulgatam, amplexæ reliquæ vni-
uersales synodi: id est, Constantinopolita-
na prima, consensu pij Augusti & religiosi
maioris Theodosij: Ephesina prima, sub iu-
niore Theodosio filio Archadij: Chalcedo-
nensis, sub imperio diuę memoriæ Martia-
ni: tertia Constãtinopolitana, rogatu & cõ-
sensu iunioris Constantini, vnanimi volũ-
tate, concordique verbo & scripto confir-
mauêre sanctam Romanam & Apostolicam
sedem, post Dominũ Iesum caput esse om̃i-
um Ecclesiarum DEI, & hoc debere credi,
confiteri & scribi ab omnibus veneratori-
bus Niceni Concilij: cuius statutorum vsq;
ad vnum iota contemptoribus districtum
anathema cautum est à quinque præfatis, &
cunctis sanctorum patrum synodis subse-
quentibus.

CAP. II.

[...a. 26.] SIc iuxta Sapientem, lapis missus nõ per-
git ad cælum, & maledictũ frustrà pro-
latum, reuertitur in authorem suum. Sic iu-
xta vulgi prouerbium, qui supra caput suũ
spuere conatur, quanto cyùs in faciem illius
sputum relabitur. Sic nobis maledictũ pro
maledicto non reddentibus, sed cum Psal-
mista aduersùm nos peccatore consistente, [Psalm. 73.]
custodiam ori nostro iam diù ponentibus,
per tumorem vestrum incurristis quod do-
lemus: quia præiudicium faciendo summæ
sedi, de qua nec iudiciũ licet facere cuiquã
hominum, anathema accepistis ab vniuersis
patribus omniũ Conciliorum. Quo indis-
solubiliter adstringemini, si cor impœnitẽs
retinendo super tãtam præsumptionem, ab
illo per vicarios ipsius non soluamini, cui
specialiter dixit Christ⁹ filius Dei viui: Quę- [Matth. 16.]
cunque solueris super terram, erunt soluta
& in cælis: Si conferamus vetera nouis, Ba-
laam ille ariolus in hac parte cautior fuit vo-
bis: qui reuerens Deum, nec promissis, nec
minis regis Moab ad maledicendum filijs
Israel flecti potuit: Quomodò, inquiẽs, ma- [Num. 23.]
ledicam, cui non maledixit Deus? aut quo-
modò detestabor, quem Dominus non de-
testatur? Vos verò nec amor Dei & proximi,
nec reuerentia diuinorũ canonum, aut, sic-
ut dicitur, orthodoxorum principum no-
strorum prohibitio reuocat, quin publicè
maledicatis & detestemini genus electum, [1. Petr. 2.]
regale sacerdotium, gentemq; sanctam.

CAP. 12.

QVod quãuìs om̃ibus Ecclesijs Chri-
sti, quæ vnam catholicã in toto mun-
do efficiũt, à principe Apostolorum
Petro sit verè dictũ, nulli tamen veriùs apta-
tur, quàm illi cui propriè præsidet ipse, qui
cælestis regni meruit gubernacula obtine-
re, Domino Iesu Christò sibi dicente: Tibi
dabo claues regni cælorũ, & in speciali po- [Matth. 16.]
testate ligandi & soluendi summi sacerdotij
priuilegium. At quoniã attestante Salomo-
ne, cor regis in manu Domini, quocunquè [Prou. 21.]
voluërit vertet illud, tantum apicem digni-
tatis in beato Petro, & in eius vicarijs pru-
dentissimus terrenæ monarchiæ princeps
Constãtinus intima cõsideratione reuerit⁹,
cunctos vsq; in finẽ seculi successuros eidẽ
Apostolo in Romana sede pontifices, per
beatum Syluestrũ non solùm imperiali po-
testate & dignitate, verùm etiàm infulis &
ministris adornauit Imperialibus: valdè in-
dignũ fore arbitratus terreno imperio sub-
di, quos diuina maiestas ꝓfecit cælesti: Cui
equidem comparatum istud terrenum, ni-
hil est nisì vanitas vanitatum, qua homines
oblíti Domini creatoris sui, intumescentes,
mox detumescunt. Et tamen imperialis cel-
situdo hoc totum quod potuit effecit, quã-
dò tota deuotione quicquid à Domino ac-
ceperat, eidem in ministris suis reddidit. Vt
enim venerabilis Paulus docet, Non est po- [Rom. 13.]
testas nisì à Deo: quęcunq; autẽ sunt, à Deo
ordinata sunt. Quib⁹ in terreni regni opor-
tuna administratione non resistendum, sic
instruimur per ipsum principem apostolo-
rum: Subiecti estote om̃i humanæ creaturæ [1. Petr. 2.]
propter Deum: siue regi, quasi pręcellenti:

siue ducibus,tanquàm ab eo missis, ad vindictam malefactorum,laudẽ verò bonorũ: quia sic est voluntas Dei.Et post pauca: Deum timete,regem honorificate.Atq; per co-
Rom.13. apostolum eius Paulum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.Nam q resistit potestati,Dei ordinatiõi resistit.Qui autem resistunt,ipsi sibi damnationem acqrunt. Vndè Sapiẽtia in Prouerbijs intonat,
Prou. 8. dicẽs:Per me reges regnant, & principes iusta decernunt.Quod etiàm sæpè dictus Augustus perspicacis animi viuacitate depræhendit,& matri suæ religiosæ Helenæ inter nõnulla sic rescripsit: Qui moderatur secula, & disponit mundi totius suffragia, quibus alimur & sustentamur,per se quidẽ spirantia viuificat,sed per pectora principũ sua iura seculis dictat.

CAP. 13.

HIS & alijs quàm plurimis testimonijs iam vobis satisfactum esse debuit de terreno & cęlesti imperio, immò de regali sacerdotio sanctæ Romanę & Apostolicæ sedis,præcipuè super speciali eius dispositione in cælis,si quoquo modo Christiani esse vel dici optatis,& si ipsam Euangelij veritatem apertè,quod absit,nõ impugnatis.Ad cuius tonitruum quisquis nõ expergiscitur, non dormit,sed omninò est mortuus,cui iã frustrà ab hominibus clamabit. Sed nè fortè adhuc de terrena ipsius dominatione aliqs vobis dubietatis supersit scrupulus,néve leuiter suspicemini ineptis & anilibus fabulis sanctam Romanã sedem velle sibi incõcussum honorem vẽdicare & defensare aliquatenùs,pauca ex priuilegio,eiusdem Cõstãtini manu cum cruce aurea super cęlestis clauigeri venerabile corpus posito, ad medium proferemus, quibus fundetur veritas & confundatur vanitas:vt omnia mẽbra catholicę matris cognoscãt nos illius Petri disciplinæ esse, qui sic in epistola sua ait de se:
2.Petr.1. Non enim doctas fabulas secuti,notam vobis fecimus Domini nostri Iesu Christi virtutem:sed speculatores facti illius magnitudinis. Et nos vobis inculcare nõ tam relatu quolibet,quàm ipso visu & tactu comperta vel admoniti recognoscite: quia idem gloriosus princeps in iam dicto priuilegio post Christianæ fidei claram perfectamq; cõfessionem,atq; baptismatis sui enucleatam cõmendationem, specialem sanctæ Romanæ Ecclesiæ dignitatem sic promulgauit,dicẽs:
Dist. 96. Constant. imper. Vtile iudicauimus vnà cum omibus nostris satrapis,& vniuerso senatu, optimatib' eti-
Extant hęc hodiè Grę- cè & Latinè àm & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subiacẽte,vt sicut beatus Petrus in terris vicarius filij Dei esse videtur cõstitutus, ità etiàm & pontifices ipsius principis Apostolorum vice,principatûs potestatem, ampliùs quàm terrenæ imperialis nostrę serenitatis mansuetudo habere videtur,concessam à nobis nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum vel eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostra est terrena imperialis potentia,ità eius sacrosanctam Romanam Ecclesiã decreuimus venerãter honorare, & ampliùs quàm nostrum imperiũ terrenumq; thronum sedem sacratissimam beati Petri gloriosè exaltare,tribuẽtes ei potestatem & glorię dignitatem,atq; vigorem & honorificentiam imperialem: atq; decernentes sancimus,vt principatum teneat tam super quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam ac Constantinopolitanam, quamq; etiàm super omnes vniuerso orbe terrarum Dei ecclesias,& põtifex,qui pro tẽpore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat: & eius iudicio quæq; ad cultum Dei vel fidei Christianorum stabilitatem procurãda fuerint, disponantur. Iustum quippe est,vt ibì lex sancta caput teneat principatûs, vbì sanctarum legũ institutor, saluator noster, beatum Petrum Apostolum obtinere præcepit cathedram,vbì & crucis patibulum sustinens,beatæ mortis sumpsit poculũ,suiq; magistri & Domini imitator apparuit. Et ibì gentes pro Christi nominis confessione colla flectant,vbì eorũ doctor beatus Paulus Apostolus,ꝓ Christo extẽso collo martyrio est coronatus:& illic vsq; in finẽ quærant doctorem, vbì sanctorũ doctorũ quiescũt corpora:& ibì proni ac humoprostrati,cælestis regis Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, vbì superbi terreni regis seruiebant imperio. Et succinctè commemorato suo studio & deuotione in cõstruendis aliquot sanctorum basilicis,& imperialium donationũ magnificẽtia abũdanter ditatis,ait:Concedimus ipsis sanctis Apostolis, dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per hos etiàm beato Syluestro patri nostro,summo pontifici, & vniuersali vrbis Romæ papæ,& omibus eius successoribus pontificibus,qui vsq; in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri,atq; de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranẽse,quod omibus in toto orbe terrarum præfertur atq; præcellit palatijs. Deindè diadema,videlicet coronã capitis nostri,simulq;phrygium,id est,mitram,necnõ & superhumerale,videlicet lorum,quod imperiale circũdare assolet collum: verùm etiàm & chlamydem purpuream,atq; tunicam coccineam, & omnia imperialia induměta, sed & dignitatem imperialium pręsidentiũ equitũ, conferentes ei etiàm imperialia sceptra,simulq; cuncta signa atq; banda,etiàm & diuersa ornamenta imperialia,& omnem processionem imperialis culminis,& gloriã potestatis nostræ. Viros etiàm reuerẽdissimos clericos diuersi ordinis,eidẽ sacrosanctæ Romanæ Ecclesię seruiẽtes,illud culmẽ

singularis potẽtię & ꝑcellentię habere sancimus,cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est, patricios atq; consules effici,necnon & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari.Et sicut imperialis extat decorata militia, ità & Clerum sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornari decernimus.Et quemadmodùm imperialis potentia diuersis officijs,cubiculariorum nempe & ostiariorum,atque omnium excubitorum ornatur, ità & sanctã Romanam Ecclesiam decorari volumus. Et vt amplissimè põtificale decus præfulgeat,decernimus & hoc,vt clerici eiusdem Romanæ Ecclesiæ mappulis & linteaminibus, id est, candidissimo colore decoratos equos equitẽt: & sicut noster senatus calceamentis vtitur cum vdonibus, id est,candido linteamine illustratis, sic vtant & clerici, & ità cælestia sicut terrena ad laudem Dei decorentur.Præ omnibus autem licẽtiam tribuentes,concedimus ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro,vrbis Romæ episcopo & papæ,& omnibus qui post eum in successu, & perpetuis temporibus aduenerint beatissimis põtificibus,pro honore & gloria Christi Dei nostri in eadem magna Dei catholica & Apostolica Ecclesia ex nostro indicto, quem placatus ꝓprio consilio clericare voluẽrit,& in numero religiosorum clericorũ cõnumerare, nullũ ex omibus præsumentẽ superbè agere.

CAP. 14.

DEcreuimus itaque & hoc,vt idem venerabilis pater noster Syluester summus pontifex,vel omnes succedentes ei põtifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus) ex auro purissimo & gemmis preciosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse verò beatissimus papa super coronam clericatûs, quã gerit ad gloriam beati Petri, omninò ipsa ex auro non est passus vti corona:Phrygium autem candido nitore,splendidam resurrectionẽ Dominicam designans,eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus,& tenentes frenum equi ipsius,pro reuerentia beati Petri,stratoris illi officium exhibuimus, statuẽtes eodem phrygio omẽs successores eius singulariter vti in processiõibus,ad imitationem imperij nostri. Vndè vt põtificalis apex non vilescat,sed magis quàm terreni imperij dignitas & glorię potentia decoretur,eccè tam palatium nostrum,vt prælatum est,quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ seu occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates, sæpè fato beatissimo pontifici & patri nostro Syluestro, vniuersali papæ contradentes atque relinquentes, ei vel successoribus ipsius pontificibus potestatem & ditionem firmam imperiali censura per hanc nostram diualem iussionem, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda,atque iuri sanctę Romanę Ecclesiæ concedimus permansura.Vndè congruum prospeximus, nostrum imperium & regni potestatem Oriẽtalibus transferri ac transmutari regionib',& Byzantię prouinciæ optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium:quoniam vbì principatus sacerdotum & Christianæ religiõis caput ab Imperatore cælesti cõstitutum est,iustum non est, vt illic terrenus Imperator habeat potestatẽ. Hæc verò omnia,quæ per hanc imperialem sacram,& per alia diualia decreta statuimus atque confirmauimus, vsque in finem mũdi illibata & inconcussa permansura decernimus.Deindè facta obtestatione corã Deo viuo, & terribili eius iudicio, & imprecatione æternæ condemnationis temeratori & cõtemptori istius sui priuilegij, secutus idẽ venerabilis Cõstantinus ait:Huius verò imperialis nostri decreti paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri posuimus, ibique eidem Dei Apostolo spondentes nos cuncta inuiolabiliter conseruare, & nostris successoribus Imperatoribus conseruanda in mãdatis relinquere,patri nostro Syluestro summo põtifici & vniuersali papæ, & per eum cunctis successoribus põtificibus,Domino Deo & saluatore nostro Iesu Christo annuente,tradimus feliciter atque perẽniter possidẽda.

CAP. 15.

TOt ergò & talibus,alijsque quàm plurimis testimonijs subnixa non erubescit veritas, sed confutatur impudens vanitas.At nos hinc habentes testimonium maius Constantino, qui,vt ait beatus Baptista
Ioãnes,de terra est, & de terra loquitur, vix ab homine testimonium accipimus, contẽti testimonio illius, qui de cælo venit,& super omnes est,& dicit:Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersùs eã. Et tibi dabo claues regni cælorũ. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis:& quodcũque solueris super terram,erit solutum & in cælis. Qui etiàm in catalogo apostolorũ instàr cardinis ab ipso Domino Iesu Christo primus positus,Petrus, id est, Cephas extat cognominatus. Cui specialiter & nominatìm non tantùm ante passiõem suam, verùm & in ipsius articulo passionis, mox vt sui corporis & sanguinis mirabile mysterium agendum generaliter discipulis tradidit, tam oues se pastorum pastore percusso dispergendas, quàm & vsque in finem seculi ad vnum ouile & ad se vnum pastorem colligendas commendando, ait: Simon Simon, eccè satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego aũt rogaui pro te,vt nõ deficiat fides tua: & tu aliquãdò cõuersus,cõfirma fratres tuos. Ipsum quoquè angel' ꝑ mulieres ad vidẽdã

Ioan.3. Matth.16. Matth.26. Zacha.13. Luc.22.

Mar.16. resurgentis magistri gloriam nomine inuitauit,cùm dixit: Dicite discipulis eius & Petro,quia surrexit: & eccè p̃cedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Necuon eidem ipsa die resurrectiõis suæ, pius & verax magister apparuit, quemadmodùm venerabilis Euangelista Lucas nos instruit, dicens:

Luc.24. Quia surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Quam manifestationem soli Petro priùs, deindè illi soli cum reliquis condiscipulis factã, glorioſus coapostolus eius Paulus declarat, vbi ad Corinthios sic scribit:

1.Cor.15. Quia surrexit Christus tertia die secundùm scripturas: & quia visus est Cephæ: & post hæc vndecim. CAP. 16.

Ioan.21. INstante quoquè iam suæ assumptionis gloria, vbi prãdebat cũ 7. discipulis suis, Dominus amorem Petri erga se tertiò inquisiuit, & tertiò confitenti, agnos & oues suas tertiò pascere p̃cepit: pro quibus qua morte clarificaturus esset Deum, in extensione manuum illius & præcinctione futura, eidẽ significauit. Qui nec mora, assumpto Domino, in medio CXX. fratrum exurgens, & p̃fundos sanctissimi Psalmistæ sensus edisserens, authoritate sua apostolicum numerum, sorte annumerato Matthia, suppleuit, quem vndenariũ remanere nefas credidit.

Act.1. Quibus etiàm pariter misso spiritusancto in varijs linguis, cùm quidam stuperent admiratione, quidam deridentes inueterata cæcitate, dicerent musto plenos esse, Patrus vno sancti Ioëlis testimonio, & ignaros instruxit, & incredulos destruxit. Deindè cõstanter impro perata illis scelerata sua cõspiratione aduersùs Dominum & Christũ eius, qua ipsum authorem vitæ morte turpissima tunc condemnantes interfecerant, clarissimis beati Dauid oraculis adstruxit illius sanctam resurrectionem, & glorioſam assc̃sionem, & ab eo inpræsentiarùm factã spiritussancti effusiõem. Ità compunctis Iudæis, primꝰ apostolorũ reis sanguinis Christi pœnitentiam indixit, & eorum protinùs tria millia baptizauit. CAP. 17.

Act.2. Ioël,2. Psal.15. Psal.109. HIc solus, sicut doctiloquus Euangelista Lucas testatur, dum qui dispersi fuerant pro persecutione facta sub Stephano, circuirent ciuitates, nemini loquentes verbũ vitę, nisi solis Iudęis, orans incœnaculo, factus est in excessu mẽtis: & linteum oñibus terræ quadrupedibus & reptilibus, volucribusque cæli refertum, quatuor initijs submitti de cælo vidit, sibique cælitùs dictum tertiò: Surge Petre, occide & manduca: & tertiò ab eo responsum: quia commune & immundum nũquàm introiuit os meum: & tertiò superna voce repetitum, quod Deus mundauit, tu nè commune dixeris: sufficienter instructus, à quatuor mũdi partibus gentes quondàm immundas in vnitatem fidei congregandas: sicque fide mũdatis eorum conscientijs ab operibus mortuis, & occisa in eis pristina immunditia, cui seruire membra sua exhibuerant, Christo delectabiliter inuiscerandas: tribus nuncijs in mysterio Trinitatis se inuitantibus, immanem aprũ illũ de sylua gentium, Cornelium Act.10. Centurionẽ aggressus, nõ reluctantẽ occidit & comẽdit, quandò aqua & spiritu mũdatũ, Ecclesię indidit. Cui coadunatus ipsi domesticis & amicis, dum adhuc loqueret, spiritus sanctus cecidit super omnes, qui audiebãt verbum: & erant loquentes linguis, & magnificantes Deum. Quod nulli Iudæorum, nec ipsis Apostolis vspiàm legit concessum, vt paracleti tãtam plenitudinẽ acciperent priùs, quàm baptismũ. Nónne hinc iam luce clariùs cõstat, Petrum primitùs ad ædificationem Ecclesiæ Christi Iudæos & gentiles attraxisse, & quasi duos parietes ex diuerso veniẽtes, per angularẽ lapidẽ Christum indissolubili charitatis glutine coniũxisse? Qui posteà videns messem multam & Matth.9. operarios paucos, Paulũ & Barnabãab An- Act.13. tiochia p̃dicatores oñibus nationibus destinauit: quibus strenuè officio insudantibus, dexterã societatis dedit, vt illi quidem in gentibꝰ, ipse verò in circũcisiõe esset, sicut Gal.2. in Epistola ad Galatas ostenditur euidẽter. Neque tamẽ partito in eos onere, subtraxit se cœptæ vocatiõi gẽtium & curæ: quã post Asiã ab Illyrico sentit tota europa & Aphrica, præcipueque mũdi caput & domina gẽtiũ Roma. Nam cùm quidã pseudoapostoli turbãssent corda fratrum, dicentes eos debere circuncidi secundùm legẽ Mosis, Paulusque & Barnabas Hierosolymam ijssent, Act.15. super hac quæstione cõsulturi, solus Petrus sua authoritate circuncisionis onus atque veteris legis iugum à ceruicibus discipulorum remouit, & gratiam Euangelij ad plenam salutem credentium sufficere censuit, dicẽs: Quarè vultis imponere graue iugum super ceruices discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quẽadmodùm & illi. Visum estẽm spiritui sancto & nobis, nihil oneris vltrà eis imponere. Qua vtiquè responsione confirmatus doctor gentium Paulus, Galatis protestatur: Si circũcidamini, Christus vobis ni- Gal.5 hil proderit. CAP. 18.

SEd & illud in ipso Petro nihilo minùs est animaduertendũ, q̃ sui corporis vmbra infirmis cõferebat optatę sospitatis remediũ. Quod nulli sanctorum constat hactenùs concessum: nec ille, per quem Petrus potuit, quicqd boni potuit, ex suo sanctissimo corpore aliquan dò cuiquam tale donum attribuit sanctus sanctorũ, sed suo Petro specialiter in magna significatione præsentis & futurę Ecclesiæ hoc reseruauit priuilegium: scilicet quia ipse vtriusque principalis rector existeret, vtriusque statum in seipso portẽderet, quatenùs hæc visibilium & transi-

& transiturorum sacramentorũ secreta virtute, quasi vmbra sua, morbis animarum in terra curatis, illam nobis adhuc inuisibilem veritatis & beatitudinis solidã speciem, velut solidum corpus, exhibeat in cælis. Quarum differentiã breuiter Apostolus demonstrat. Videmus nunc, inquiens, p̃ speculũ in ænigmate, tũc aũt facie ad faciẽ. Nũc cognosco ex parte: tũc aũt cognoscam, sicut & cognitus sum. Cui concordans Iohannes coapostolus suꝰ, ait: Chariſſimi, filij dei sumꝰ, & nondùm apparuit q̃d erimꝰ, Scimꝰ qm̃ cùm apparuerit, similes ei erimꝰ: qm̃ videbimꝰ eũ sicuti est. Quòd verò p̃sens Ecclesia fide & spe saluaẽ, Paulus sic loquitur: Sinè fide impossibile est placere Deo. Fides autẽ est spẽdarũ substãtia rerũ, argumentũ nõ apparentiũ. Idẽ in alio loco: Spe salui facti sumꝰ. Spes aũt q̃ videẽ, nõ est spes. Quod emm̃ videt quis, q̃ sperat? Sic modò credẽdo & sperando, atq; p̃ patientiã expectando quod non videmus, fide & spe à peccatis liberati viuimus, q̃a iustus ex fide viuit. In futuro plenã beatitudinẽ in re videbimꝰ & possidebimꝰ, qua per charitatem solam sinè fastidio satiabimur, cùm apparuerit gloria eius.

CAP. 19.

VErùm vestra insolẽtia nihili pendens talia, specialibus Petri ouibꝰ claudere & interdicere non timet, in quibus temporaliter ad laudem Dei recubabãt, ouilia, quas ipse non cessat inuitare & introducere ad sempiternæ vitæ pascua: quas tantùm ex omnibus sibi compatientes in crucis vltima pœna iam positus attẽdẽs, pro eisdem animam ponendo, cum gratiarum actione & pijssima prece in ipsa emissione sui beati spiritũs Domino cõmendauit, dicens: Gratias tibi ago pastor bone, q̃a oues, quas tradidisti mihi, compatiũtur mihi. Peto ergò, vt participent mecum de gratia tua in sempiternum. Ergò prævalebit illis portas vitæ obserare vel obstruere errorum clauiculis, seu sophismatum tendiculis quilibet inimicus, quas potestate, meritis & prece referat & pandit tantus amicus, cui portæ inferi nõ prævalebunt aliquatenùs, & cælis terrisque præpotens ex vltimo desiderio animæ suæ & voluntate labiorum suorum à Domino, ad quem mox ibat, erit fraudatus? Absit.

CAP. 20.

QVapropter à tanta amentia iam resipiscite, & Latinos verè catholicos, atq; maximi Petri familiariores discipulos, institutionisque eius deuotiores sectatores cessate subsannando Azymitas vocare, aut ecclesias illis denegare, seu tormenta, sicut cœpistis, inferre, si vultis nunc & semper pacem & portionem cum Petro habere. Cuius doctrinam & traditionẽ in Epistola ad Romanos, sapientibus & insipiẽtibus debitor ille gentium doctor, ad tertium cælum & in paradisum raptus, sic per omnia commendat, dicens: Primùm quidẽ gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciaf in vniuerso mundo. Ex cuius capituli occasione, beatus & catholicus doctor Augustinus, in Latinaque lingua clarissimus, atq; noster Chrysostomus ait: Fides ista, quam Romani habent, ipsa eademque est & non alia, quæ in vniuerso mũdo annũciatur & creditur: quę non solùm in terra, sed & in cælis prædicatur: quia Iesus pacificauit per sanguinem suum non solùm terrestria & inferna, sed & cęlestia: & hoc est in vniuerso mundo fidem prædicari, per quam omnis mundus fit subditus Deo. Sed Paulum audite subsequentem: Desidero videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos. Qui nè putaretur velle aliquid institutioni Petri addere vel demere, exposuit quid dixerit ad confirmandos vos, id est, simul consolari iu vobis per eam, quæ inuicèm est, fidem vestram atq; meam. Et in fine epistolæ monẽs eos deuitare falsos fratres, & præter doctrinam, quam ipsi acceperant, euntes, ait: Rogo vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obediẽtia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. CAP. 25.

Rom.1. Rom.5. Col.1. Roma.14. Rom.16. Hæretici & schismatici vitandi.

FEcè in totius epistolæ serie non inuenitur magnus Paulus fidem Latinorũ correxisse, nec vitia redarguisse: sed congratulatus fidei & conuersationi eorum, de p̃seuerantia cõmonuisse: cùm non solùm, p̃pter reprobam actionem, sed & ob ipsius fidei citissimũ naufragiũ in Grẽcos fuerit inuectus acerrimè ab initio vsque in finẽ primæ ad Corinthios epistolę. Quod certè liquet in paucis verbis, vbi ait: Fidelis Deus, p̃ quẽ vocati estis in societatẽ filij eius Iesu Christi Dñi nostri. Obsecro autem vos fratres per nomẽ Dñi nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis oẽs, & non sint in vobis schismata: sitis aũt perfecti in eodẽ sensu, & in eadem scientia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab his qui sunt Chloës, quòd contentiones sint inter vos. Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrũm dicit: Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollò, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Et vbi notauit eos ex arrogantia falsæ & mundanæ sapientiæ, subiunxit: Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sinè nobis regnatis: & vtinàm regnaretis, vt & nos vobiscum regnaremus: Et inflatiõi eorũ minatꝰ virgã, ait: Oñinò audiẽ inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ità vt vxorem patris habeat quidam. Et vos inflati estis, & non magis

1.Corin.1. 1. Cor.4. 1. Cor.5.

luctum

luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrûm, qui hoc opus fecit. Quibus expletis, admonuit eos secũ epulari, nõ in fermento veteri, quod totã massam corrumpit, sed in azymis synceritatis & veritatis. Ibidèm.

CAP. 22.

IGitur istis & huiusmodi apostolicis sanctorumque patrum dictis cùm euidenter approbetur Latinorum syncera obedientia, & plurimorum Græcorum improbetur corrupta insolentia, sunt adhuc plura his super hoc, parti nostræ fauentia: quæ si liceret ad medium deducere, non solùm excederent modũ epistolæ, verùm etiàm possent armaria onerare: quapropter his omissis, charitatiuè monemus, nè absentes sitis vobis ipsis: sed vos ante vos constituatis, vias prædecessorum vestrorum & vestras solicitè consideretis, nec nos priuato amore palpetis, & in fratrum oculis festucam explorantes, in vestris trabem non videatis.

Hæc est Cõstantinopolitana sub Cõstantino Copronymo.

Recordamini illius nefandæ synodi, quam voluërunt vocari septimam vestri hęresiarchæ: quorum conspiratione ipsius Domini nostri Iesu Christi & sanctorum reuerendæ imagines, aut flammis traditæ, aut aquis sunt immersæ: picturæ verò ex parietibus basilicarum deletæ. Quibus quãuìs restiterit Romanorum authoritas, præ cunctis tamen sanctissimi papæ Nicolai vbiuìs laudãda libertas: qui per legatos suos tam pro sacris imaginibus, quàm pro depositione beati antistitis Ignatij, & substitutione Photij neophyti ecclesiam agię Sophię clausit, donèc sedis Apostolicę acquiesceret decretis.

CAP. 23.

ABsit autem, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat asserere, Constantinopolitanæ ecclesiæ contigisse, vt eunuchos contra primum sancti Niceni Concilij capitulum passìm promouendo, fœminam in sede pontificum suorum sublimâsset aliquandò. Hec tam abominabile scelus detestabileque facinus etsi enormitas ipsius vel horror, fraternaq; beneuolentia non permittit nos credere: considerata tamen incuria vestra erga sanctorum censuram canonum, quia eunuchos & aliqua parte corporis imminutos, non solùm ad clericatum, sed ad pontificatum etiàm indifferenter ac solenniter adhuc promouetis, fieri potuisse pensamus. Sed quid plura? Tot & tantis schismaticis & hæreticis, catholicam atque Apostolicam Ecclesiam apertè impugnantibus & discindere laborantibus hactenùs redundâstis, vt Latina vel occidentalis Ecclesia de vobis meritò cõqueri possit, voce sponsæ dicẽs in Cãticis Canticorum: Filij matris meæ pugnauerunt cõtra me. (Cantic.1.) Et vèrè. Nunquìd enim Romana & Apostolica sedes, quæ per Euangelium genuit Latinam Ecclesiam in Occidente, mater non est Constantinopolitanæ ecclesiæ

in Oriente, quam per gloriosum filium suum Constantinum, & nobiles sapiẽtesque Romanos non tantùm moribus, sed & muris studuit reparare? Quòd si contradicitis, ad quid vestro Imperatori Latinę laudes, & in ecclesia Græcis recitantur Latinæ lectiones? Vtiquè ob reuerentiam illius matris, q̃ iam cunctis paganorum crudelitatibus, & diuersorum tormentorum quæstionibus vexata & impugnata, ac velut aurum nimijs persecutorum flammis decocta, deliciosam filiam, videlicet Ecclesiam Constantinopolitanam, edidit.

CAP. 24.

ET certè iam decima à Nerone in Christianos persecutio penitùs refrixerat, iam omne mũdanæ insaniæ incendiũ sopitum erat, iam Roma adulta & lõgæua, in diuino cultu victrix & coronata, alta pace triumphabat. Iam innumerabilis vtriusque sexûs & diuersæ ætatis martyrum exercitus, nostris azymis saginatus, vniuersos idololatriæ fregerat impetus: iã mũdum & ipsum mũdi principem sub pedibus habebat: iam non solùm ipsi nostræ institutionis antistites, sed & ministri eorum, in quibus Laurentius ac Vincentius, omni mundo stupente, ipsis tormentis & tortoribus insultabant. Modò delicata filia, in conclaui residens secura, delicijs lasciua, & longo ocio dissoluta, nec ad campum ritè agonizantium aliquandò progressa, pia matre satagẽte & decertante pro ea, non erubescit aut veretur primatum arrogare, maternæ senectuti iam emeritę derogare, nec effœtum eius corpus laboribus & diebus, rugososque & minùs validos artus, quondàm torosos & ad prælia diuina exertos, saltem aliquo humanitatis respectu considerare, nullam reuerẽtiam reuerẽdis canis ipsius habere: sed ipsam puellari leuitate post innumerabiles triũphos ad recidiua bella aduersùm semet prouocare, & eam solido perfectorũ cibo priuatam, ad carnalium lac retrahere, quod contra vsum naturæ, ex ipsis pubertatis suæ mãmis, in Aegypto, sicut supradictũ est, totiès confractis, conatur impudenter ori eius instillare.

Hæretic[…] erga Romanam Ecclesiam ingratitudo & impudentia.

CAP. 25.

ET vtinàm saltem verum lac. Sed proh dolor, non est lac, quo tenera fidelium paulatìm nutriatĩ infantia, vt ad solidã escã ptingat: sed quod Salomõ cauendũ denũciat, dicẽs: Fili mi, si te lactauerint peccatores, nè acquiescas eis. (Prou.1.) Et: Væ ei, q lactat amicũ suũ, & ducit eũ via nõ bona: (Prou.16.) Nec est aqua, de qua q biberit, nõ sitiat vltrà, qa fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternã, (Ioan.4.) & flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aquę viuę: (Ioan.7.) sed potiùs aquę furtiuæ (Prou.9.) de puteis, quos Palæstini lutũ, non aquam, amantes, repleuerunt terra: (Gen.26.) vel de cisternis dissipatis, seu fluminibus Aegypti & Babylonis, quib⁹ distendiĩ vẽter, & grauat⁹ nõ repleĩ, sed exinaniĩ & intumescit, vt more hydropici tãto plùs sitiat ad pniciẽ, q̃nto plùs

plùs biberit. De quibus profectò Dominus per Ieremiam contra quosdam conqueritur, dicens: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. & post aliqua: Nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Aut quid tibi in vijs Assyriorum, vt bibas aquas fluminis? Quas vtiquè nè sitiamus, idem vetat, dicens: Prohibe guttur tuum à siti. Hinc Salomon, quas aquas appetere, quasque debeamus vitare demõstrans, ait: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foràs, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nè sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta. Et in subsequentibus hæreticam vanitatem sub specie stultę mulieris, visibili quodammodò forma coloratam atq; depictam, introducit, dicens: Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omninò sciens, sedet in foribus domûs suæ sup sellam in excelso vrbis loco, vt vocet transeuntes per viam & pergentes itinere suo. Quis est paruulus? declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quòd gigantes ibì sint, & in profundis inferni conuiuæ eius.

CAP. 26.

QVorũ nè sit particeps in Tartari flammis, quas vicissìm sinè fine pascat medullis suis, iam nunc filia recordetur gemit⁹ piæ genitricis, & quot vel quanta pericula ppter eam, seu propter sorores ipsius in vtero suo hactenùs vidit: & gratia Dei discat talis fieri saltem admonita, qualis benè de se meritam matrem, etiàm senio ac assiduo incuruam labore & tremulam, data manu atque supposito humero studeat subleuare & sustentare, non ad ruinam impellere, deprimere, perturbare vel affligere. Pio affectu & humili corde iugiter pendat, quid idem Salomon dicat: Stultus homo despicit matrem suam. Et item: Nè despicias, cùm senuerit mater tua. Alioquin si, quod absit, pertinax esse voluërit, & piæ matri supercilium eius & arrogantiam adhuc dissimulanti, atque ad satisfactionem patienter expectanti parcere & parére contempserit, experietur in anicula matre virides annos, exertos ad paternarum traditionum defensionem lacertos, adulescentulæ competentem alacritatem, iuuenculæ constantiam efficacem: & iuxta Salomonem, contumax comedet fructus vię suę, suisque consilijs saturabitur: quia, sicut idem testatur, Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris, eradicat fundamenta. Et iterùm: quàm malę famæ est q fugit patrem: & est maledictus à DEO, qui exasperat matrem. Et, Qui affligit patrem, & fugit matrẽ, ignominiosus est & infelix. Quam vtiquè offendere cauet, quisquis placere patri studet, velut etiàm quidam sapientum seculi ait:

Nè matrẽ offendas, dũ vis bonus esse parẽti.

CAP. 27.

HIs igitur & alijs quamplurimis liquet assertionibus, quid mereatur etiàm carnalis matris contemptus: & quid de spiritualis genitricis contumelia & exprobratione dicetur. (Psal.50.) Illa siquidem in iniquitatibus nos conceptos, generauit ad mortem: ista verò, culpis remissis, regenerauit ad vitam. Quarum ceu dispar est meritum, ità & dispar pro earũ honore * vt dedecore præmium: (*&) quia carnalem matrem honoranti, longæuitas super morientium terram, & firmamentum casæ casuræ repromittitur: exasperanti autem eam, terrenorum eradicatio fundamentorum. Porrò spiritualem venerantes, longitudinem dierum in dextera Dei videbunt, & in terra viuentium sinè fine habitabunt: spernentes verò illam, duplici contritione cõterentur, & sicut diploide confusione sua induentur, & radix eorum de terra viuentium euelletur. Etenim affectio carnalis matris si nos prohibet à reuerentia spiritualis, penitùs relinquenda & abscindẽda est nobis, vt in Deuteronomio (Deuter.33.) Moses de tribu Leui dicit: Qui dixerit patri suo & matri, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nesciêrunt filios suos, hi custodiêrunt testamentum tuum, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel. Quod deniquè facturis, Dominus Iesus in Euangelio (Matth.19.) centuplum hîc, & in futuro vitam æternam repromisit.

CAP. 28.

SEd eccè non debet ingrata filia apparére, quia præ cæteris eam honorare dignata est mater sua. Nam cùm nullo diuino vel humano priuilegio honorabilior seu clarior alijs ecclesijs, Constantinopolitana existat ecclesia, & Antiochena atque Alexandrina, ob reuerentiam principis apostolorum, inter alias retentent dignitatis iura: tamen pia mater, Romana scilicet Ecclesia, nolens dilectam filiam dote honorificẽtiæ ex toto carere, per beatos prędecessores nostros in aliquot synodis curauit decernere, vt salua principalium & apostolicarũ sedium antiqua dignitate, Cõstantinopolitanus antistes honoraretur sicut regiæ ciuitatis epus: quanuìs Iustinian⁹ religiosus Augustus legibus humanis voluisset adstruere, vt post papã Romanũ sedeat Cõstãtinopolitanæ psul ecclesiæ. Et certè hoc nulla alia excellentia meritorũ est assecuta, nisì q Romana Ecclesia pro amore venerabilis Constantini, seipsam, quãtùm in eo fuit, honorantis & exaltãtis, ciuitatẽ ipsius hoc priuilegio honoris sola humana beneuolẽtia insigniuit, iuxta prophetæ dictum ad Heli: (1.Reg.2.) Glorificantem me glorificabo: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

CAP. 29.

Aut si

AVt si quod aliud retinet, aut putat se habere dignitatis priuilegiũ, vos rebelles lumini ac veritati, & signiferi vmbræ & vanitatis, proferte in medium. Vos enim alloquimur, qui, sicut Dominus ait phariseis, Luc.11. tulistis clauẽ scientiæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines: nec ipsi intrâstis, nec alios intrare permittitis, sed potiùs prohibetis, dum matris venerandam faciem conspuere quęritis, dum eam insequimini conuicijs & maledictis, dum agnos eius ab ea segregare etiàm anathemate & flagellis, nè vocem maternam agnoscant & sequantur, contenditis. Vt enim fertur, omẽs Græcorum in Latinos iniuriæ. Latinorũ basilicas penès vos clausistis, monachis monasteria & abbatibus tulistis, donèc vestris viuerent institutis. Eccè in hac parte Romana Ecclesia quanto discretior, moderatior & clementior vobis est. Siquidem cùm intra & extra Romã plurima Græcorum reperiantur monasteria siue ecclesiæ, nullus eorum adhuc perturbatur, vel ꝓhibetur à paterna traditione siue sua consuetudine: quin potiùs suadetur & admonetur eam obseruare. Nec enim animositatem impiæ hæreseos habet, quæ semper diuisione gaudet, dicens per parricidam meretricem: 3.Reg.3. Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur: sed pietate veræ matris sic Salomonem deprecatur: Obsecro domine, date huic infantem viuum, & nolite interficere eum. Scit nanque, quia nil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco & tempore consuetudines, quandò vna fides per dilectionem operans bona quę potest, vni Deo cõmendat omẽs.

CAP. 30.

QVod vos cùm ex debito gradûs & loci vestri oportuisset scire & ꝑdicare, quatenùs de collectis ouibus gratiã à bono pastore, non condemnationem pro dispersis mereremini percipere, incurristis illud Apostoli ad Hebræos: Hebr.5. Quia cùm debueritis magistri esse ex tẽpore, iterùm necessè habetis doceri, quæ sint elementa sermonum Dei. Rom.10. Zelum enim Dei habetis, sed non secundùm scientiam. Quam vt appræhendissetis, non saltu, sed canonico interuallo, immò plano pede ad episcopatûs culmen, à laica cõuersatione peruenire debuistis, nè vobis refragarentur verba ipsius Apostoli, de episcopo dicentis: Non neopbytũ: 1.Tim.3. nè in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Nam cùm locum doctoris vsurpat indoctus, necessè est vt aut discat quod doceat: aut cæcus pastor, seu non valens latrare, Esa.56. canis mutus perniciosè sibi & subiectis remaneat: aut discere & tacere erubescens, perniciosiùs docere præsumat. Raròquoquè euenit, vt in culmine positus valeat humilitatem discere, qui in imis non desijt superbire. Leuit.21. Huc accedit & illud, quòd albuginem habẽs in oculo, à sacerdotio prohibetur. Albuginem quippe habet in oculo, qs-

quis arrogantia iustitiæ vel sapientiæ cæcatur.

CAP. 31.

SEd absit, vt religiosi principes & orthodoxi, atque Christianissima & Deo deuota ciuitas vos in hoc vestro errore audiendos putent, quos potiùs ad vnitatis bonum terrore potestatis cogere debent. Recordentur Constantinopolitanos præsules intantùm priscis temporibus familiarissimo sibi morbo superbiæ laborâsse, vt edicto Augustorum Theodosij, Archadij & Honorij, prohibitus sit quisquam ex Constantinopolitana ecclesia pontificatum, defuncto episcopo Sisinio, deincèps sperare, sed ex alia sibi iugiter pontificem expetere: quia erant vanæ gloriæ dediti, & supra modum arrogantes, ceu commemorant historiographi. Qui etiàm referunt, quòd lxxvj. Vide Nicephorũ li. 9. cap. 11. orientales episcopi Concilium Sardicense declinantes, in Philippopoli Thraciæ anathematizandum conuenticulum habuerũt, sanctamq; & immaculatã Nicenę synodi fidem adulterantes, communi subscriptione errorem suum confirmârunt: Occidentales verò 300. amplexi sanam sanctorum patrũ sententiam, vnanimitate sua corroborârũt. Quod totum ideò dicitur, nè post priorum cognitionem incautè præsentibus credatur.

CAP. 32.

NAm Romanę ecclesię fides, per Petrũ sup petrã ædificata, nec hactenùs defecit, nec deficiet in secula, Christo eiꝰ Dño rogante pro ea, ceu testatur sub ipsa passione sua: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat Luc.22. fides tua: & tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos. quo dicto demonstrauit fidem fratrum vario defectu periclitãdam, sed inconcussa & indeficiente fide Petri, velut firmæ ancoræ subsidio figendam, & in fundamento vniuersalis Ecclesiæ confirmandam. Quod nemo negat, nisì qui euidenter hæc ipsa verba veritatis impugnat: quia sicut cardine totũ regitur ostium, ità Petro & successoribus eius, totius Ecclesiæ deponitur emolumentum. Et sicut cardo immobilis permanẽs, ducit & reducit ostium: sic Petrus & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cùm nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes à nemine iudicatur. Vndè clerici eius cardinales dicũtur, cardini vtiquè illi, quo cætera mouentur, viciniùs adhærentes.

CAP. 33.

QVapropter nos certissimè retinentes omni venerabilem mundo institutionem Petri, & fidem ipsius coapostoli Galat.1. sui & doctoris gentium Pauli, clarissimo calamo subscriptam, ab Apostolica sede liberè omnibus clamamus, quod Galatis idẽ Paulus: Licèt nos, aut angelus de cælo euangelizet vobis, præterquàm quod euangeli-

zatum

zatum est vobis, anathema sit: Sicut prædixi, & nunc iterùm dico: Si quis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Nec ideò silebimus, si dicimur non esse quales debemꝰ, nec qualis est Petrus. Quod 2.Cor.4. vtiquè agendum esset, si cuiquam commendaremus nosmetipsos. Quia verò, sicut ait Apostolus, non prædicamus nosmetipsos, 1.Cor.4. sed Dominum Iesum, nos autem seruos seruorũ eius p Iesum, nobis ꝓ minimo est, vt à vobis iudicemur, aut ab humano die: quoniam qui iudicat nos, Dominus est. Neque 2.Cor.10. enim, qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Et repellendo temerarium iudicium, dicit alibì: Tu quis es, qui iudicas alienũ seruum? Rom.14. Suo domino stat aut cadit: Potens est enim Deus illum statuere.

CAP. 34.

NEmpe & vos, licèt quãplurimùm tumeatis, quanuìs de vobis vltra modum alta sentiatis, non credimus tamen, ꝙ dicere audeatis, vos esse quales debetis, aut qualis Alexander, Ioannes Chrysostomus, vel Flauianus fuit: Sicut nec Antiochenus se talem, qualis extitit ipse Petrus: nec Alexandrinus parem se Marco vel Athanasio profiteri est ausus: quia sinè retractiõe à suis punirentur. Idcircò etsi ad hoc vos impellit tumor, tamen retardat timor. Quæ cùm ità sint, nullius tamen vos detractio reprimit, quin diligenter lac & lanam ab ouibus exigatis: nec veremini, nè dicatur non esse vos pares illis antecessoribꝰ vestris magnis. Cur hoc, nisì quia quicũque sacerdotes, etsi dispares sunt merito, pares tamen sunt officio? Nec potest denegari pro merito, quod debetur officio. Alioquin non staret sacerdotiũ, si maius aut minus fieret, seu variaretur secundùm humanorum varietatem meritorum: essentq; penè tot sacerdotia, quot homines.

CAP. 35.

QVa de re fratres, vtinàm non ad iudi- Nota schismatice. cium nostrum dicamus, profectò sumus qualis Petrus, & non sumus qualis Petrus: quia & idem sumus officio, & nõ idem merito. Et quotiescunquè lac & lanam, scilicet stipendium & honorificẽtiam, ab ouibus Dei exigimus, nulla meriti ibì fit commemoratio, sed officio nostro quęritur debita recõpẽsatio. Ac sic meritũ Petri nõ habentes, officiũ aũt Petri exequẽtes, officio nostro debitos reposcimus honores, Apostolo dicẽte: Rom.11. Quãdiù minister ero, ministerium meũ honorificabo. Et ꝑmonens oues Rom.13. Christi ad soluẽdũ singulis debita, ait: Reddite omnibus debita: Cui honorẽ, honorẽ. Non qa bonũ sit accipientibus, sed qa malũ sit nõ reddentibus. Sic ergò & beatissimus ꝑdecessor noster Gregoriꝰ dicit: Nemo nos ꝓpter nos in loco Petri despiciat: quia ex cathedra eius, cui authore Deo qualescunque

præsidemus, debita sibi iura nostrũ officiũ reclamat. Frequẽter eñ solet euenire quod dicimus, vt persona in hoc mundo potens, despectum seruum habeat. Cumque per eũ suis vel extraneis aliqua mãdat, nõ despicitur persona missi serui, qa in corde seruatur reuerentia mittentis domini. Ergóne saltem quod Dñs cõcessit Pharisęis & scribis sedẽtibꝰ ĩ cathedra Mosis, seruꝰ denegabit qualibuscunque conseruis suis in cathedra Petri? Super cathedram, inqt, Mosis sederunt Matth.23. scribæ & Pharisęi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, seruate & facite. Ità ꝙ malè viuimus, nostrum est: ꝙ verò bona dicimꝰ, cathedrę: cuius occasione necessè habemus recta prædicare. Vndè dicit ille exercitatis- Philip.1. simus Paulus: Dum omnimodìs siue occasione, siue inuidia Christus annũcietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Eccè Apostolus sic necessarios ducit huiusmodi, vt gaudeat super eis: & vos qui estis, qui negligentiam eorũ ad iniuriam Apostolicę cathedrę retorquetis? Nos eñ quid sumus? Nec cõtra Exod.16. nos est murmur vestrũ, sed cõtra Dñm, cuius ordinationi resistendo, damnationẽ vobis acquiritis: cùm nostra potestas, sicut & Rom.13. omnis, à nullo alio nisì ab ipso sit. Sciẽdum Gregorius. est, quia falsa iustitia dedignationem, vera aũt cõpassionem habet. Qua vtiquè priuamini, insultãdo, non cõpatiendo, alienæ calamitati. Et fortè approbare nequitis, quod obijcere vel calumniari ꝑsumitis: immò cõstat vos cõprobare nõ posse. Sed esto. Eccè in cælo iudex noster, & conscius noster in Iob.16. excelsis.

CAP. 36.

CAeterùm de homine sentite ô homines quod vultis: vnũ tñ cõscientia respondet nobis, qa omniũ ecclesiarũ Dei salutẽ & exaltationẽ summoperè desideramꝰ: sed vt quicunq; quodlibet ex superbia arripiat, & sibi cõtra nostrã Apostolicã sedẽ atque leges eius vsurpet, hoc nos tolerare nõ possumus, quia quisquis Romanę Ecclesiæ authoritatẽ vel priuilegia euacuare seu imminuere nititur, nõ hic vnius Ecclesiæ, sed totius Christianitatis subuersionem & interitũ machinatur. Cuius enim cõpassione vel sustentatiõe vlteriùs respirabũt filiæ à quouis oppressę, vnica illa suffocata matre? Cuius refugium appellabunt? Ad quam confugium habebunt? Ipsa eñ Athanasium, ipsa omnes catholicos suscepit, fouit, defendit, & sedibus proprijs pulsos restituit.

CAP. 37.

IDeò cupiẽdo oẽs in visceribus Iesu Christi, nobiscũ vos admonemus, nè falsum nomen scientię, iustitiæ vel gloriæ qrendo, vnus aduersùs alterũ infletur, nè cinis & terra Eccle.10. periculosè superbiat, nè abominabilis & miser homo, bibens quasi aquas iniquitatem, Iob.15. sequendo exteriora, in vita sua proijciat in- Eccle.10. tima sua. Simus vnũ corpus, & vnus spiritꝰ, Ephe.4. sicut vocati sumus in vna spe vocationis no-

 stræ:

ſtræ: Ipſa corporis compoſitio & membrorum nos doceat, qualiter & quanti habēda ſit Eccleſiæ vnitas. Ipſa etenim corpus eſt Chriſti, vt Apoſtolus dicit: Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Et ſicut in vno corpore multa membra habent, omnia autem mēbra nō eundē actū habēt: ità multi vnū corpus ſumus in Chriſto, ſinguli aūt alter alterius membra. Et ſi dicit auditus vel manus, non ſum oculus, non ſum de corpore: non ideò nō eſt de corpore? Si totū corpus oculus, vbì auditus & reliq. ſenſus? Nūc autem diſpoſuit Deus ſicut voluit membra, ſingula officio ſuo apta. Membrū verò ſuo officio non contentum, ſed cupiens præripere alienum, conturbat corporis ordinem totum: velut ſi viſus voces, auditus colores, guſtus odores, olfact⁹ aſperas res aut lenes, tactus tentaret diſcernere ſaporēs. Nónne fruſtrà omnes paterentur? Sic ſingulorū ornamenta ſeu indumenta, nō ſunt omnibus membris accōmoda, nec congrua: ſed vnūquodq; requirit ſua, & abijcit aliena. Nēpe refutat pes coronam, galeam & pileum, caputque ſandalia vel pedules ad ſuū non applicat vſum. Sic manuum dignitas & maxima vtilitas, quanuìs componat inſigne Imperij coronam, non tamen hāc ſibi adaptat & imponit, ſed capiti, cōtenta ſuis armillis, dextrocherio & annulis. Idem fit & in cęteris, & tam diſcors concordia eſt in eis, vt eorum quodlibet alij officium ſuum omninò deputare recuſet: & tamen de bono vnius pariter exultent, ſicut de malo communiter dolent: & officia ſua nō ſibi tantùm, ſed magìs mutuæ vtilitati exhibent. Vndè ſecutus idem Apoſtolus, ait: Si glorificatur vnū mēbrum, congaudent omnia mēbra. Et quantæ inſipientiæ eſt, nolle nos imitari quod ſumus, & quod ad tranſitoriam vitam aliquandiù retinendam accepimus non conſiderare, vt in perpetuum ſubſiſtamus?

1. Cor. 12. — Ibidèm.

CAP. 28.

Qvia verò ante omnia peſtilens mater ſuperbia, eiuſque crudeliſſimæ filiæ, inuidia ſcilicet ac inanis gloria, paſsìm obſtinata rabie corpus Chriſti moliuntur euiſcerare & dilacerare, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicèm prouocantes, inuicèm inuidentes, nè, quod auertat DEVS, contingat nobis dictum Apoſtoli: Quòd ſi inuicèm mordetis, videte nè ab inuicèm conſumamini. Et illud Iacobi: Quòd ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt in vobis, nolite gloriari, & mendaces eſſe aduersùs veritatem. Non eſt iſta ſapientia deſursùm deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Quæ autem deſursùm eſt ſapientia, primò quidem pudica eſt: deindè pacifica, modeſta, ſuadibilis, amans bonū, ſinè ſimulatiōe. Has itaq; duas & valdè ſibi cōtrarias ſapiētias vigili-

Superbia & inuidia quarum rerum origo. — Gal. 5. — Ibidèm. — Iacob. 3.

mēte diſcernite: & ſi Petrus ſingulariter figura ſummi capitis noſtri, vicariusque eius, ac ſui ſucceſſores iā in terris retinēt ſpecialē dignitatem terreni cæleſtisque regni, nolite inuidere vel detrahere Romanæ Eccleſię apici, quem per charitatem totum valetis adipiſci, & in nobis regnare & ipſi. Sin aliâs, audietis quod ſuprà: Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſinè nobis regnatis: atque vtinàm regnaretis, vt & nos vobiſcū regnaremus.

1. Cor. 4.

CAP. 39.

Ecce nos veſtram gloriam ducimus noſtram: cur vos annullare nitimini nobis diuinitùs & humanitùs conceſſam? Nónne decus vel dedecus ſui capitis, manus ſeu pes ſuum non ducit? Nec dolet, ſed potiùs gaudet vno ſenſu, id eſt, ſolo tactu donatum corpus, ſuperpoſitum ſibi caput omnibus pollere ſenſibus, quia eos militare facit & inuigilare corporis ſubiecti vtilitatibus. & caput iudicans de omnibus, à nullo ſenſu iudicatur, vtpotè ſolius ſui iudicio ſufficientiſſimum: vtque Apoſtolus dicit, Spiritualis iudicat omnia, ipſe autē à nemine iudicatur. Hæc & ſuprà dicta de corporis noſtri harmonia, ſi non ſentitis in vobis, in corpore non eſtis, nec in corpore viuitis. Et ſi in corpore CHRISTI, quod eſt Eccleſia, non eſtis, nec de eo viuitis, iam videte vbì & quid ſitis. Abſciſſi eſtis, putreſcitis, & velut palmes præciſus de vite, foràs miſſi eſtis, & areſcitis, vt in ignem mittamini & ardeatis: quod diuina pietas longè faciat à vobis.

1. Cor. 2. — Ioan. 15.

CAP. 40.

Sed quia iam nunc videmur digreſſi modum epiſtolæ, alio exordio congruum cenſuimus reſpondere veſtræ calumniæ, quam confratribus & coëpiſcopis noſtris Apulis, ſcriptam ad ſugillationem noſtri azymi & prædicationem veſtri fermenti, non dubitâſtis dirigere. Inter hæc dirigimus veſtris cauillationibus refragantia venerabilium patrum noſtrorum aliqua ſuper his ſcripta: deindè, vt Deus inſpirabit, noſtra reſcripta, quatenùs multipliciter veſtra retundantur & retroferantur iacula, & quem non vultis feriant. Nam ſi vos non erubeſcitis, nec timetis de loquacitate, nos non tantùm erubeſcere, quantùm timere debemus de taciturnitate: quia de noſtra multorum pendent animæ, quæ falſis fratribus calumniātibus, & nobis tacentibus, habent perire.

CAP. 41.

Iſta autem vobis paterna pietate ac germana dilectione interìm reſcribimus, in quibus ſatìs declinâſſe nos credimus, nè in illud Salomonis incideremus: Noli reſpondere ſtulto iuxta ſtultitiā ſuam, nè efficiaris illi

Pro. 26.

illi ſimilis. Verùm ſi non reſipueritis, experiemini quod idē mox ſecutus ait: Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nè ſibi ſapiens eſſe videatur. Et illud Apoſtolicum: Hęreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita. Subuerſus eſt enim q. eiuſmodi eſt, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Et cauendo interdictum veteris legis typicum, deincèps non coquem⁹ hœdū in lacte matris ſuæ: ſed impetiginem eius & ſcabiem fricabimus inſtāter mordaci aceto & multo ſale: quia cum dolore abſcindenda ſunt, quę leni manu palpari & ſanari non poſſunt, vt Dominus admonet, dicens: Si manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & proijce abs te. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum. Sed miſeratio Dei præcedens hæc noſtra dicta, parcet & nobis & vobis, vt deincèps nō ſit neceſsè circa quæſtiones & pugnas verborum occupari, ſed ex diuinis paginis noſtram in hoc mūdo pegrinationem inuicèm conſolari, & pacificè adhortari, vt Pſalmiſta: Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non eſt illis ſcandalum. Quòd verò charitas & vnitas fratrum ipſa ſit lex Dei, oſtendit illud Euangelij: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicèm. Quam nos ſyncerā hìc conſeruare, & in futuro ſinè fine ipſam, quę Deus eſt, perſpicere, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, dignetur concedere, Amen.

Ibidem. — Tit. 3. — Exod. 23. 34. Deut. 14. — Matth. 18. — Psal. 118. — Ioan. 15. — 1. Ioan. 4. — 1. Tim. 2.

ITEM EIVSDEM Leonis ix. epiſtola ad Thomā Carthaginēſem epiſcopū.

Leo epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Thomæ confratri chariſſimo & coëpiſcopo ſalutem.

Cvm ex venerabilium canonum authoritate recolimus CCV. epiſcopos cōcilio interfuiſſe Carthaginenſi, & nūc à tua fraternitate audimus, quinque vix epiſcopos ſupeſſe in tota Africa, vtiquè tertia huius corruptibilis mundi parte, compatimur tantæ veſtræ imminutioni totis viſceribus animi. Cùm autem ipſas Chriſtianitatis reliquias ediſcim⁹ interna & mutua diſſenſione diſcindi & diſpergi, & aduersùs ſe inuicèm zelo & contentione principatûs inflari, nil aliud nobis primò dicendum occurrit, quàm illud ſancti Amos vatis: Parce Domine, parce, obſecro: quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Sed quāuìs in tali tātoq; defectu religionis plurimùm doleam⁹, multùm tamen gaudemus, quia ſanctæ Romanæ Eccleſię matris veſtrę ſententiam requiritis & expectatis ſuper quæſtionib⁹ veſtris: & quaſi riuulis ab vno fonte erumpētibus, & in ſuo ſe ſenſu per diuerſa ſpargentibus, ad ipſius fontis primam ſcaturiginē reuerti debere optimum putatis, vt indè reſumatis directionis veſtigium, vndè ſumpſiſtis totius Chriſtianæ religionis exordiū. Noueris

Epi paucis. ſunt in Africa. — Amos 7.

ergò proculdubiò, quia poſt Romanū pontificē primus archiepiſcopus, & totius Africæ maximus metropolitanus eſt Carthaginenſis epiſcopus: nec quicunq; ſit ille Gūmitanus epiſcopus, aliquam licentiā conſecrandi epiſcopos vel deponēdi, ſeu prouinciale concilium conuocandi habet ſinè cōſenſu Carthaginenſis archiepiſcopi, cuiuſlibet dignitatis aut poteſtatis ſit, exceptis his, quæ ad propriam parochiam pertinent: cętera autem, ſicut & alij Africani epiſcopi, conſilio Carthaginēſis archiepiſcopi aget. Vndè chariſſimi confratres noſtri & coepiſcopi Petrus & Ioānes rectè ſentiūt de Carthaginenſis eccleſiæ dignitate, nec conſentiunt errori Gummitanæ Eccleſiæ. Hoc autem nolo vos lateat, non debere præter ſententiam Romani pontificis, vniuerſale concilium celebrari, aut epiſcopos damnari vel deponi, quia etſi licet vobis aliquos examinare, diffinitiuam tamen ſententiam, abſq; conſultu Romani pontificis, vt dictum eſt, non licet dare: quod in ſanctis canonibus ſtatutum, ſi q̄ritis, poteſtis inuenire. Quanuìs enim omnibus generaliter apoſtolis dictum ſit à Domino: Quęcunque ligaueritis in terra, ligata erunt & in cælo: & quæcunque ſolueritis in terra, ſoluta erunt & in cælo: tamen nō ſinè cauſa ſpecialiter & nominatìm dictum eſt beato Petro apoſtolorum principi: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiā meam: & tibi dabo claues regni cælorum. Et in alio loco: Confirma fratres tuos. Scilicet quia omnium eccleſiarū maiores & difficiliores cauſæ, per ſanctam & principalem beati Petri ſedem, à ſucceſſoribus eius ſunt diffiniēdæ. Iam quia ad interrogata etiàm confratrū noſtrorum Petri & Ioannis epiſcoporum decreuimus reſpondere, optamus vt ſanctam tuam fraternitatem, iugiter inuigilantem vtilitatibus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ, atque deuotè pro nobis orantem, ſancta & indiuidua Trinitas ſemper conſeruet chariſſime frater.

Matth. 18. — Matth. 16. — Luc. 22.

ITEM EPISTOLA eiuſdem Leonis ix. ad duos Africæ epiſcopos.

Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimis in Chriſto fratribus Petro & Ioanni epiſcopis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Decus eccleſiarum Africanarū ità conculcatum à gētibus nimiùm dolem⁹, vt modò vix quinque inueniātur epiſcopi, vbì olìm ccv. ſolebant per concilia plenaria computari: & ibì pauculas oues, quotidianæ occiſioni deputatas, remāſiſſe, vbì quōdàm innūerabilis grex Domini ſub numeroſis arietibus exultabat alta pace. Sed hæc peccatis noſtris imputantes, iuſtitiam creatoris collaudantes timeamus, & miſericordiam eius inſtanter poſtulemus, vt ſeruos ſuos tandèm reſpicere dignetur. Quòd au-

tem ſcripſiſtis nobis, pro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſtatu noſtraque incolumitate vos Dominum gratias agendo exorâſſe, nouerit is nos veſtræ fraternitati gratias agere & pro conſolatione veſtra ſemper orare. Et re vera fratres hoc acceptabile eſt domino noſtro Ieſu Chriſto, vt caput omnibus membris proſpiciat & inuigilet, mẽbra verò ſui capitis ſalutem ſinè intermiſſione quærant & optent. Benè equidem feciſtis, quòd iuſſi à nobis, concilium de rebus Eccleſiaſticis habuiſtis: quod etiàm omni anno vel ſemèl agere debetis. Inſuper rectè contra Gũmitanum epiſcopum, dignitatem Carthaginenſis Eccleſię defendiſtis: quia ſinè dubio poſt Romanum pontificem primus archiepiſcopus, & totius Africæ maximus metropolitanus eſt Carthaginẽſis Epiſcopus, nec pro aliquo Epiſcopo in tota Africa poteſt perdere priuilegium ſemèl ſuſceptum à ſancta Romana & Apoſtolica ſede: ſed obtinebit illud vſque in finem ſeculi, & donèc in ea inuocabitur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſiue deſerta iaceat Carthago, ſiue reſurgat glorioſa aliquàdò. Hoc ex concilio beati martyris Cypriani, hoc ex ſynodis Aurelij, hoc ex omnibus Africanis concilijs, hoc (quod maius eſt) ex venerabilium prædeceſſorum noſtrorum Romanorum præſulum decretis apertè monſtratur: nec quicúque ille ſit Gummitanus Epus, aliquâ licentiâ conſecrãdi epiſcopos vel deponendi, ſeu prouinciale conciliũ cõuocandi habet ſinè conſenſu Carthaginenſis archiepiſcopi, cuiuſlibet dignitatis aut poteſtatis ſit: tãtummodò procurabit ille Gummitanus epiſcopus, quæ ad propriam parochiã pertinent. Cætera autem, ſicut & alij epiſcopi Africani, conſilio Carthaginenſis archiepiſcopi aget, qui ſolus in Africa pallium ab Apoſtolica ſede habere ſolet. Vndè & epiſcopos conſecrãdi principale & antiquum ius retinet, ſicut ex verbis Aurelij in concilio Carthaginenſi, capitulo 39. poteſt intelligi, cùm dicit: In Eccleſia, ad quam dignata eſt veſtra ſanctitas conuenire, crebrò ac penè per diem Dominicam epiſcopos ordinandos habemus, & cætera. Sed hoc vos nõ lateat, nõ debere præter *ſcientiam Romani pontificis vniuerſale concilium celebrari, aut epiſcopos damnari, vel deponi: quia etſi licet vobis aliquos epiſcopos examinare, diffinitiuam tamen ſententiam abſque conſultu Romani pontificis, vt dictum eſt, non licet dare: quod in ſanctis canonibus ſtatutum, ſi quæritis, poteſtis inuenire, ſcilicet quia omnium eccleſiarũ maiores & difficiliores cauſæ, per ſanctam & principalem beati Petri ſedem, à ſucceſſoribus eius diffiniendæ ſunt, vtpotè cui diuinitùs dicitur: Confirma fratres tuos. &, Tibi dabo claues regni cælorũ: & cætera. Nunc quia de archiepiſcopis & metropolitanis ſententiam noſtram requiritis, venerabilium anteceſſorũ noſtrorum dicta apertè demonſtrãt, id eſt, Clemẽtis, Anacleti, Aniceti, & aliorum, vbi ità legitur: Sacerdotum ordo bipartitus eſt, nec amplius quàm duo ordines, id eſt, epiſcoporum & presbyterorum, nobis collati ſunt, nec apoſtoli docuerũt. Epiſcoporum aũt ordo vn⁹ eſt, quãuis alij ꝓferantur alijs, ſiue pro eo, quòd primas ciuitates, & magis nominatas ſecundùm potentiam aut leges ſeculi retinent, ſiue quòd à ſanctis patrib⁹, pro aliqua reuerentia ſanctitatis, aliquod priuilegium dignitatis poſſidẽt. Nam ſicut omnis mundana poteſtas his gradibus dignitatum à ſe inuicèm diſtat, id eſt, vt prim⁹ ſit Auguſtus vel Imperator, deindè Cæſares, deindè reges, duces & comites atque tribuni: Ità & eccleſiaſtica dignitas ordinata à ſanctis patrib⁹ inuenitur, dicẽte beato Clemẽte: In his ciuitatibus, in qbus olìm apud ethnicos primi flamines eorum, atq; primi legis doctores erãt, primates vel patriarchæ poſiti ſunt, qui reliquorũ iudicia & maiora negocia iuſtè diffinirent: qui etiàm nõ vni prouinciæ, ſed pluribus præeſſent. Deindè vbi archiflamines erant paganorum, archiepiſcopi inſtituti ſunt Chriſtianorũ, qui ſingulis ꝓuincijs ꝓeſſent. Vbi verò metropolis erat, q̃ interpretat̃ mater ciuitas, metropolitani erant: qppe qui de tribus aut quatuor ciuitatibus intra aliquã prouinciam maiori & matri aliarũ ciuitatũ præſidebant. Iſti aliquandò metropolitani tantùm nominant̃, aliquãdò verò archiepiſcopi, ſi in ipſa prouincia maiores non fuerint aliqui. Vbi aũt minores ciuitates habuerint ſolũmodò flamines vel comites, ep̃i ſunt inſtituti. Porrò tribuni plebis, nõ abſurdè intelligũtur presbyteri, ſiue reliqui inferioris ordinis clerici. His omnibus diuino & humano priuilegio prælatus eſt pontifex Romanus. Sed de Africæ primatibus aliter intelligendum eſt, quia in ſingulis eius prouincijs antiquitùs primates inſtituebantur, non ſecundùm potentiam alicuius ciuitatis, ſed ſecundùm tẽpus ſuæ ordinationis: quibus tamen omnibus præerat vnus, ſcilicet Carthaginenſis archiepiſcopus, qui etiàm non incongrue dici poteſt metropolitanus, ꝓpter Carthaginem metropolim totius Africæ, quorum ſuprà meminimus. Ità legitur in Concilio Carthaginenſi, capitulo 26. Primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotũ, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid huiuſmodi, ſed tantùm primæ ſedis epiſcopus. Sanctam veſtram fraternitatem iugiter inuigilantem vtilitatibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque deuotè pro nobis orãtem, ſancta & indiuidua Trinitas ſemper conſeruet chariſſimi fratres.

Sacerdotũ ordo bipartitus.

Clemens in Epiſtola ad Iacobũ

Vide Diſt. 80. In illis ciuitatibus.

Carthaginenſis epus ſol⁹ in Africa palliũ habet.

Carthaginen. 3. Concil.

*ſentẽtiam

Carthagi. nen. 1. Cõci.

uc. 22. Iacth. 16.

ITEM ALIA EIVSDEM LEONIS Epiſtola ad Petrum epiſcopum Antiochenum

Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto fratri & coẽpiſcopo Petro.

CONgratulamur vehementer in domino tuæ ſanctiſſimæ fraternitati, atque multimodas gratias, vt dignũ eſt, referimus ei, qui eſt vera pax & charitas ſuorum, quòd tandèm per te, chariſſime frater, videtur refloruiſſe ſanctæ Antiochenæ eccleſiæ ſtudium, & ſentire quod eſt ſentiẽdũ. In hoc enim cognoſcent omnes, quia Chriſti ſumus diſcipuli, (q primùm in ipſa magna antiochia nominati fuerũt Chriſtiani) ſi dilectionem habuerimus ad inuicèm, & idipſum dixerimus omẽs, & non fuerint in nobis ſchiſmata: ſi fuerimus perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. Neque enim Deus, qui vnus eſt, in ſciſſuris mentium, ſed in ſola vnitate, & puro corde habitat, & habitare facit vnanimes in domo. Alioquin domus exaſperans erit, nec iam digna vocari Eccleſia dei, ſed ſynagoga maligni. Porrò ſicut calamitoſum eſt, ſi vnitas deeſt bonis: ità perniciоſum, ſi abſit malis. Quod ipſe ex ſpecula ſanctæ illius Eccleſiæ, cui vidéris deſignat⁹ diuinitùs ſpeculator, prudenti oculo cõſiderans, promotionem tuam ad epiſcopale faſtigium, electione cleri & populi, ſicut aſſeris, factam, atque fidem tuam ſecundùm antiquæ cõſuetudinis religioſum & valdè neceſſarium ſtudium, Apoſtolicæ & primæ ſedi, cui Deo authore quanuis indigni præſidemus, annunciare & exponere curâſti. In quo facto nouerit tua dilectio nos plurimùm recreatos & gauiſos in Domino: quia quod maximè oportebat, tibi & eccleſiæ, cui temporaliter præſides, non diſtuliſti efficere. Siquidem ab Apoſtolica tua ſede noſtram Apoſtolicam ſedem conſulendo, perpendimus tuam dilectionem nolle deuiare à dominico, & omnium ſanctorum patrum concordi decreto, quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarum eccleſijs, ſancta Romana & Apoſtolica ſedes caput præponitur, ad quam maiores & difficiliores cauſæ omnium eccleſiarum definiendæ referãtur. Sic omnia veneranda Concilia, ſic leges humanę promulgãt, ſic ipſe ſanctus ſanctorum, & Dominus dominantium confirmat, quatenùs ibi principalis dignitatis, & totiꝰ eccleſiaſticæ diſciplinæ venerabilis apex ꝓfulgeat & ꝓcellat, vbi ipſe vertex atque cardo apoſtolorum Petrus carnis ſuæ beatam reſurrectionem in nouiſſimo die expectat. Nimirùm ſolus eſt ille, pro qno, nè deficeret eius fides, Domin⁹ & ſaluator aſſeruit ſe rogãſſe, dicens: Simon Simon, eccè ſatanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego aũt rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: Et tu aliquandò conuerſus, cõfirma fratres tuos. Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quòd hactenùs fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſeculũ ſeculi: ſed confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſq; nunc confirmare non ceſſauit. Pro cuius excellentia tertiam à Romana Eccleſia dignitatẽ retinet Antiochena, quã te defendere ſummoperè monem⁹, non tuæ gloriæ cauſa, ſed pro ſedis, cui ad tempus præſides, antiqua honorificentia. Nec reuoceris ab hac intentione cuiuſlibet pompa vel arrogantia, quin conſtanter defendas honorem, quem Antiochenæ eccleſiæ reliquerunt omnia ſanctorum patrum Cõcilia. Ad quod vtiquè ſi oportuerit, maxima mater, Romana ſcilicet atque prima ſedes, tam dilectę ſibi filię, immò conſociæ, nuſquàm & nunquàm deerit. Quod totum ideò dicimus, quia quoſdam conari minuere antiquam dignitatem Antiochenæ eccleſiæ audiuimus. Porrò quòd à nobis cauſas diuiſionis vniuerſalis eccleſiæ compatiendo requiris, fatemur tuæ religioſæ ſolicitudini, nos adhuc à Domino miſerãte firmiſſimè retinere vinculum ſanctæ vnitatis: nec videmus nos alicubì incurriſſe damnũ ſchiſmatis, quos integritas cõcordiæ, & plenitudo Eccleſiaſticæ diſciplinæ indeſinenter regit. Vnicuique noſtrũm debetur honor, & ſua iura cõſeruãtur. Terminos, quos patres noſtri fixerunt, nulli arrogãter tranſgredi conceditur. Magìs veſtra fraternitas circunſpiciat, nè qua radix amaritudinis atque diſſenſiõis, quod abſit, in veſtris partibus ſuccreſcat, per quam inquinentur multi, & quam neceſſè ſit diſtricta falce ſanctorum canonum à Catholicæ Eccleſiæ agro extirpari. Mea verò humilitas in culmine Apoſtolici throni ideò exaltata, vt approbanda approbet, improbanda quoquè improbet, tuę ſanctiſſimæ fraternitatis epiſcopalem promotionem libens approbat, collaudat & confirmat, & communem Dominum inſtanter exorat, vt quod humano ore iam díceris, ante eius oculos exiſtas. Noueris tamen, nos ipſam tuam promotionem taliter approbare, ſi non hanc neophytus, aut curialis, ſeu digam⁹, vel precio, aut alio quolibet modo ſacris canonibus contrario, quod abſit, obtinuiſti. Sanè fidem tuam, quam proprio ſcripto ſummæ & Apoſtolicę ſedi expoſuiſti, ſanam & catholicam atque orthodoxam per omnia proteſtamur, & ſicut verè vnicam & ſalutarem amplectimur, & ruæ dilectioni vehementer congratulantes in Domino, eandem noſtram eſſe, deuoto corde & prompto ore profitemur, Firmiter enim credo ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, vnũ Deum omnipotentẽ eſſe, totamque in Trinitate deitatem coeſſentialẽ & conſubſtantialem, coæternam & coomnipotẽtem, vniuſque voluntatis, poteſtatis & maieſtatis: creatorem omnium creaturarum: ad quem omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ

Hebr. 12.

Fidei Romanę Eccleſiæ explicatio.

sunt in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia. Credo etiàm singulas quasque in sancta Trinitate personas, vnum Deũ verum, plenum & perfectum. Credo quoquè ipsum Dei patris filium, verbum Dei æternaliter natũ ante omnia tempora de patre, consubstantialem, coomnipotẽtem, & coæqualem patri per omnia in diuinitate, temporaliter natũ de spiritusancto ex Maria semper virgine, cum anima rationali: duas habentem natiuitates, vnam ex patre ęternam, alteram ex matre tẽporalem: duas volũtates & operationes habentem: Deum verum, & hominem verum: proprium in vtraq; natura atq; perfectum: nõ commixtionem atque diuisionem passum, nõ adoptiuum neque phantasticum: vnicum & vnum Deum, filiũ Dei in duabus naturis, sed in vnius personę singularitate: impassibilem & immortalem diuinitate, sed in humanitate pro nobis & ꝓ nostra salute passum vera carnis passione, & sepultum, ac resurrexisse à mortuis die tertia vera carnis resurrectione: propter quam

Luc.24. Ioan.20.

confirmandam, cum discipulis nulla indigentia cibi, sed sola voluntate & potestate comedisse, die quadragesimo post resurrectionem cum carne, qua surrexit, & anima ascendisse in cælum, & sedere in dextera patris: indè decimo die demisisse spiritum sanctum, & indè sicut ascendit venturum iudicare viuos & mortuos, & redditurũ vnicuique secũdùm opera sua. Credo etiàm spiritum sanctum plenum & perfectum verũque Deum, à patre & filio procedentem, coæqualem & coessentialem, & coomnipotentem, & coæternum per om̃ia patri & filio, per prophetas locutum. Hãc sanctam & indiuiduam Trinitatem, non tres deos, sed in tribus personis, & in vna natura siue essentia, vnum Deum omnipotentem, æternum, inuisibilem & incommutabilem ità credo & cõfiteor, vt patrem ingenitum, filium vnigenitũ, spiritum sanctum nec genitum, nec ingenitum, sed à patre & filio ꝓcedentem, veraciter prædicem. Credo sanctam Catholicam & apostolicam, vnam esse veram Ecclesiam, in qua vnus datur baptismus, & vera omnium remissio peccatorũ. Credo etiàm veram resurrectionem eiusdẽ carnis, quam nunc gesto, & vitam æternam. Credo etiàm noui & veteris testamenti, legis & prophetarũ & apostolorũ vnum esse authorem Deum & Dominum omnipotentem: Deum prædestinâsse solummodò bona, præsciuisse autẽ bona malaque. gratiam Dei præuenire & subsequi hominem credo & profiteor, ità tamẽ, vt liberum arbitrium rationali creaturæ non denegem. Animam non esse partem Dei, sed ex nihilo creatam, & absque baptismate, originali peccato obnoxiã credo & prædico. Porrò anathematizo omnem hæresim extollentem se aduersùs sanctã Ecclesiam Catholicam, pariterq;

Mar.16. Act.2. Act.1. Matth.16. Prædestinatio. Gratia. Liberũ arbitriũ. Anima.

eum, quicunque aliquas scripturas, præter eas, quas Catholica Ecclesia recipit, in authoritate habẽdas esse crediderit, vel veneratus fuerit. Quatuor concilia omnimodè recipio, & velut quatuor Euãgelia veneror: quia per quatuor partes mundi, vniuersalis Ecclesia in his, tanquàm in quadro lapide, fundata consistit. Primum, Nicenum 318. patrũ, sub beato Syluestro papa Romano, & Constantino Augusto Magno: Cui præfuerunt Victor & Vincentius Romani presbyteri. Secũdum, Cõstantinopolitanũ primũ 150. patrũ, sub Damasco papa & Theodosio maiore. Tertium, Ephesinũ primum 200. patrum, sub Cęlestino papa & iuniore Theodosio. Quartũ, Chalcedonense 630. patrum, sub beato Leone papa, & Martiano Augusto. Pari modo recipio & veneror reliqua tria concilia, id est, secundũ Constantinopolitanum, sub Vigilio papa & Iustiniano Augusto. Deindè tertium Constantinopolitanũ cõtra Monothelistas, sub Agathone papa & Constantino nepote Heraclij. Vltimum, secũdum Nicenum sub Adriano papa & Constãtino Irenæ filio, pro reuerendis Domini Iesu Christi & sanctorum imaginibus. Quicquid supradicta 7. sancta & vniuersalia concilia senserunt & collaudauerunt, sentio & collaudo: & quoscunq; anathematizauerunt, anathematizo. Hanc fidem sancta Romana & Apostolica sedes corde credit ad iustitiam: & ore confitetur ad salutem. Secundùm hanc viuere, Domino donante, studet, & pro eius defensione, si oportuerit, mori parata est. Quam & in te frater charissime perfectam cognoscimus, & secũdùm eam te viuere nobiscum admonemus, ꝓfectò scientes, quia fides sinè operibus mortua est. Salutamus cum omni fraternitate seu collegio sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis tuam fraternitatem sanctam, cunctumque collegium in Domino tibi subiectum: & vt pro nostra gemina salute omnipotentem Dominum iugiter exores, precamur plurimùm reuerende & desiderabilis frater.

Ità D. Gregorius epistola 24. li. 1. & 49. li. 4.

Rom.10.

Iaco.2.

ITEM EPISTOLA eiusdẽ ad Michaëlem Cõstantinopolitanũ episcopũ.

Leo Episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto confratri Michaëli Constantinopolitano archiepiscopo.

SCripta tuę honorandę fraternitatis tandèm ad nos peruenerunt, in quibus ad maximè necessarium, omnibusque Christi fidelibus, amplectendum bonum concordiæ & vnitatis exhortari studes: quatenùs post nimiùm longas & perniciosas discordias, filia ex propriæ matris reconciliatione exultet. Ad quod vtiquè te prouocãtem & præmonentem tanto promptiùs auscultare cupimus, quanto vigilantiùs animaduertimus hanc solam esse propriam & specialem

Charitas virtus propria sanctorum.

cialem virtutem piorum atque sanctorum: cùm cæteræ virtutes bonis & malis esse possint communes, Domino sic præmonstrante: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicèm. Et Dei loquo Paulo protestãte: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sinè qua nemo videbit Deum. Vndè plurimùm tuæ fraternitati cõgratulamur in Domino, quoniam summum desiderium nostrum tua industria anticipâsti: quod vtiquè si aliquo frigore charitatis pigritareris exequi, nostra debueras solertia pręueniri. Nos enim iuxta præfatum Apostolum, si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habere peroptamus. Quanto magis ergò tecum, quem videmus Ecclesiæ Dei valdè vtilem & necessarium posse fore ministrum, si non transgredi laboraueris terminos, quos patres nostri posuerunt? Et quia Christianæ perfectionis est, pacificum esse etiàm cum inimicis pacis, spe correctionis, non consensu malignitatis, tãto solicitiùs debem⁹ om̃es occasiones scandalorum de medio tollere, quanto tenaciùs optamus pacis amicos retinere. Plurima autẽ ex tua fraternitate intolerabilia rumor iam diù pertulit ad aures nostras, quæ nos partìm quia incredibilia videbantur, partìm quia nulla facultas inquirendi talia cõcedebatur, indiscussa hucusquè reliquimus. Deniquè diceris neophytus, & non gradatìm prosiluisse ad episcopale fastigium, quod nullatenùs esse faciendum, & Apostolus edocet, & venerabiles canones interdicunt. Hinc noua ambitione Alexandrinum & Antiochenum patriarchas, antiquis suæ dignitatis priuilegijs priuare contendens, cõtra omne fas & ius tuo dominio subiugare conaris. Quod quanto tuo periculo tentes, omnibus sanæ mentis patet: quandoquidem vana gloria & pompa seculari elatus: consilium diuinitatis antiquum super stabilimẽto columnarum suę Ecclesiæ * contendis, quasi ex fallacibus diuitijs pręiudicium facturus illi, qui cùm verè & singulariter diues esset, pauper pro nobis factus, delegit suæ temporali natiuitati oppidulum, & speluncæ diuersorium, non quodlibet regum palatium: Cuius exempla quisquis horret, ad sortem illius pertinet, qui tunc per se, nunc autem per suos satellites dicere audet. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Sed non cogitationis meæ, cogitationes vestræ: neq; viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus: qui dispergit superbos in furore suo, & respiciens omnem arrogantem humiliat, & exurgit vt non præualeat homo, in cuius cõspectu nõ est Deus. Nè enim superbia propter altitudinem suam se coniunctam putaret DEO, dicit Psalmista: Alta à longè cognoscit excelsus Dominus. Vndè per semetipsum testatur: Quod altum est hominibus, abomi-

Ioan.13. Hebr.12. Rom.12. 1.Tim.3. * Hic deest, [illegible]are, aut aliquid eiusmodi. 2.Cor.8. Lucæ 2. Esa.14. Esa.55. Iob 40. Psal.9. Psal.137. Luc.16.

nabile est apud Deum. Qualis verò & quàm detestabilis atque lamentabilis est illa sacrilega vsurpatio, qua te vniuersalem patriarchã iactas vbiquè & scripto & verbo, cùm om̃is Dei amicus huiusmodi hactenùs horruerit honorari vocabulo? Et q̃s post Christum conuenientiùs posset insigniri hoc vocabulo, quàm cui dicitur diuina voce: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam? & cætera. Veruntamen quia ille non inuenitur vniuersalis Apostolus dictus, quanuìs princeps apostolorum sit constitutus, nullus successorum eius tam prodigioso prænomine consensit appellari penitùs, licèt magno Leoni prædecessori nostro & successorib⁹ ipsius, hoc sancta decreuerit Chalcedonensis synodus. Nempe animaduertebant non esse amicum sponsi, qui pro sponso vellet amari: quin potiùs paranymphum & lenonem Antichristi, qui aduersatur & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Eccè ille Ioannes vester, cuius vesanæ adinuentionis adhuc hæredes permanetis, qui secũdùm Psalmistam per vos adhuc vocat nomina sua in terris suis, cùm interijt, non sumpsit omnia, neque descendit cum eo gloria eius ad infernum: quia cùm in honore esset, non intellexit. Ipse à beatissimis pontificibus Pelagio & Gregorio, successoribusque eorũ pro hac insolentia anathematizatus, in sua pertinacia irreuocabilis perijt, iamq; per quadraginta & quadringentos annos suæ contumaciæ sequaces præcipitare non cessauit. Quibus quid profuit superbia, & diuitiarũ iactantia quid contulit? Transiẽrunt omnia velut vmbra. Quid deniquè prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Et quomodò animas pro fratribus habetis ponere, qui inane nomen & vniuersalẽ Ecclesiam scandalizans dedignamini deponere? Resipisce ergò (rogamus) ab hac insania, nè illius consors tu quoquè, quod absit, fias de quo dicitur: Omne sublime videt, & ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Illud autem quis non stupeat, quòd post sanctos & orthodoxos patres, per mille & viginti à passione Saluatoris annos, nouus calumniator Ecclesiæ Latinorũ emersisti, anathematizãs om̃es, & publicã persecutionẽ excitãs, quicunq; participarẽtur sacramentorũ ex azymis? Quam pręsumptionẽ tuã & fama nobis obtulit, & literarũ sub nomine tuo ad Apulos datarũ text⁹ manifestauit, q̃ violẽter adstruere conanẽ fermentatũ panẽ fuisse, quo Dñs Apostolis suis corporis sui mysteriũ in cœna cõmendauit. Quod oĩnò falsum esse ex vtroq; testamẽto facilimè depræhendit: q̃a q̃ nõ venerat soluere legẽ, sed adimplere, iuxta ipsius legis præceptũ, ex azymis & vino vet⁹ pascha adimpleuit, & ꝓtinùs ex azymis & vino nouũ, sicut apertè Lucas narrat,

Matth.16. 2.Thess.2. Psalm.48. Sap.5. Matth.16. Iob 41. Matth.5. Luc.22.

Exod.12. discipulis tradidit. Neq; enim totis octo diebus illis fermentatum apparebat in omnibus finibus Israel, & apud quemcunq; inueniebatur, peribat anima eiꝰ de populo suo. Quod si in cœna Domini Iesu apparuisset, aut ipse seu discipuli eiꝰ quoquo modo gustâssent, iustè sicut prævaricatores legis perirent, nec ipse Dominus diceret suis insidiatoribus: Quis ex vobis arguet me de peccato? Nec esset opùs falsos testes ad perdendum eum quærere, cùm hoc solo perderetur iustè. Sed qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolꝰ in ore eius, quod passurus discipulis mandauit, euidenter per Apostolũ, in quo loquebatur, cõmemorans inquit: Epulemur, nõ in fermento veteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis. Deniquè modicũ fermẽtum totam massam corrumpit. Vbicunquè autem corruptio, ibi proculdubiò naturæ deterioratio, & alicuius vitij susceptio. Porrò nostrum Pascha ideò nouum dicitur, qa illud vetus præceptũ est Israelitis in memoriam suæ egressionis ex Aegypto: istud verò Christianis in memoriam Dominicæ passionis, qua ad patrem transiuit ex hoc mũdo. Sed quia tam de his, quàm de alijs, quibus nos calumniaris, latiùs à nostris nuncijs per alia scripta nostra, quæ deferunt, instrueris, hîc breuiter attigisse sit satis. Discat autem fraternitas tua saltem admonita, cautè & humiliter loqui, nè aliquandò Dominus dicat & tibi: Ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12. Luc.6. Scripsisti siquidem nobis, quoniã si vna Ecclesia Romana per nos haberet nomen tuũ, omnes ecclesię in toto orbe terrarum haberent per te nomen nostrum. Quid hoc mõstri est, frater charissime? Romana ecclesia, caput & mater ecclesiarum, mẽbra & filias non habet? Et quomodò potest dici caput aut mater? Credimus enim, propter quod & loquimur atq; constanter profitemur: Romana Ecclesia adeò non est sola, vel sicut tu putas vna, vt in toto orbe terrarũ quęcunq; natio dissentit superbè ab ea, non sit iam dicenda vel habenda ecclesia aliqua, sed omĩnò nulla: quin potiùs conciliabulum hæreticorum, aut cõuenticulum schismaticorũ, & synagoga Satanę. Vidéris dicere illud sancti Eliæ, tunc præsumentis de se: Relictꝰ sum ego solus. Sed audi quid ille audiuit à Domino: Relíqui mihi septem millia virorum. Quiesce, quiesce iam venerabilis frater ab his superstitionibus, nè illud Salomonis in te dicatur: Sunt qui se diuites affectant, nihil habentes. Similimum nempe hoc est diabolicæ arrogantiæ, qui regna mundi à cõditore omnium facta, putãs sua esse, dixit illi: Hæc omnia tibi dabo. Igitur hinc iam ad cor redeatur, & tam pernicioſa scandala de medio tollantur, & tunc secundùm Psalmistam loquetur Dominus pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui cõuertũtur ad cor. Nam nos cum pertinacibus & in errore suo permanẽtibus pacem aliquã habere nõ possumus, nè operibus malignis communicemus: quia nec Dominum Christum alicubì talia fecisse inuenimus: cùm etiàm in natiuitate ipsius angeli pacem annunciauerunt, sed summodò bonæ volũtatis hominibus. Qui etiàm oculum scandalizanti eruendum, manum vel pedem scandalizantes abscindendos insinuat. Cessent ergò hæreses & schismata, & diligentibus legem dei iam nõ erit scandalum, sed pax multa. Quicunque gloriatur Christiano nomine, cesset Romanam, sanctam & Apostolicam Ecclesiam maledicere & lacessere: quia frustrà patrem familiâs honorat, quisquis eius vxorẽ exhonorat. Et frustrà matris familiâs caput & faciem magnificat, qui minimos filiorum eius impugnans, tanquàm digitos pedũ illius conculcat. Vndè in Ecclesiastico dicitur: Quàm malæ est famæ, qui fugit patrẽ: & est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Et in Prouerbijs: Oculũ qui subsannat patrẽ, & despicit matrem, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Confidimus tamen ex diuina pietate, quòd ab his innoxius aut correctꝰ inueniẽris, aut certè admonitus, citò corrigéris. Quod dũ fuerit effectum, pax nostra iam ad nos non reuertetur, sed super te requiescet ceu super pacis filium: & regnabit inter nos germana charitas, de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta: nec necessè habebis nobis supplicare, sed iubere. Super hæc, sicut cœpisti, collabora, vt duo maxima regna cõnectantur pace optata. Orantem pro nobis tuam honorabilem fraternitatem sancta Trinitas in perpetuum conseruet. Data mense Ianuario, indictione septima.

Iohan.8. 1.Petr.2. 2.Cor.13. 1.Cor.5. 2.Cor.4. 3.Reg.19. Rom.11. Prou.13. Matth.4. Psal.84.

EPISTOLA EIVSDEM AD Constantinum Monomachum Imperatorem.

Leo episcopus, seruus seruorum Dei, glorioso & religioso Imperatori nouæ Romæ Constantino Monomacho, dilecto filio salutem.

QVantas gratias referre iugiter debeamus creatrici & gubernatrici omniũ, sanctæ & indiuiduæ Trinitati, super inenarrabili dono eius, quo operatur omia in omnibus, etiàm ex tua deuotione & religiosa industria, gloriosissime fili atq; serenissime Imperator, perpendere possumus: q te talem nostris exhibuit, & grata pietate, puidit diebus, cuius fida ope statũ sanctæ & catholicæ Ecclesiæ releuari, & terreni imperij rempublicam meliorari confidamus. Tu enim post nimiùm lõgas & pernicioſas discordias, primus pacis & cõcordiæ monitor, portitor & exoptatus exactor efficeris, & cũ ipso vase electionis humilimo Paulo dicere vidéris: Pro Christo legatione fungentes, tanquàm Deo exhortante per nos, obsecramus, recóciliamini propter eum, qui est pax nostra, qui facit vtraq; vnum. Etenim velut religiosa & egregiæ indolis proles, gemitus matris tuæ non obliuisceris: nec contemnẽdam, quia senuit, sed potiùs reuerendam arbitraris, atq; plenis charitate viscęribus, ad eã redire meditaris, vt vni Deo & patri omĩum tanto fias charior & propinquior, quãto eidem principali matri benignior atque humilior. Neq; enim tuam prudentiã latet, quod in Ecclesiastico habẽt: Benedictio patris, firmat domos filiorum: maledictio autem matris, eradícat fundamenta. Et illud: Nè dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter. Quę vtiquè puerbia magis curant nobis commendare matrem, quę ad ęternam vitã nos generat & erudit, quàm illam quæ ad mortem parit, & carnaliter diligit & instruit. Cui nisì illa successerit, vt regeneret & refoueat, ista proculdubiò secundæ morti filios suos destinat. Porrò hæc catholica mater & incorrupta virgo, quanuis omnẽ terrã & fines orbis occupauerit membris suis & repleuerit, tamẽ vnũ caput omĩbus reuerendum & suscipiendum exerit & prætendit. Quod quicunq; exhonorat, frustrà se in ipsius membris computat. Illud autem quid sit, tua Imperialis claritas omninò nouit: illud nimirùm, quòd Christi vox pũlit: & præminere voluit vniuersis, & subsequens Ecclesiæ pietas, & generalis sanctorum patrum consensus iugiter hactenùs celebrauit. Cuius venerabilem faciem tu quoquè honorificare disponis, non ingratus illi, quæ tuum verticẽ diademate terreni principatũs decenter insignivit, & tremẽdum & amandum populis effecit, & vt in sempiternum regnes, chrismate adoptionis inunxit. Nempe ipsa antiqua & iam emerita Roma illum primum nobilissimum & religiosissimum Constantinum, cuius genealogia gloriaris, & potentia magnificaris, cuiusque de nomine dictam vrbem famosam regis, temporaliter edidit, nutriuit, prouexit, & super omnes mortales constituit, nec à beneficijs cessauit, donèc eundem æterni regni gloria cumulauit. Vndè multimoda gratiarũactione tuam excellentiam glorioſissime fili magnificando, tanto maiori super tua deuotione & recognitione replemur gaudio, quãto copioſior animarum numerus ex tuo regimine pendet, tuoq; innititur exemplo. Et ideò non cessamus orare communem dñm, p quẽ reges regnãt, & principes iusta decernũt, vt in suo beneplacito te cõseruet longæuum, & compleat in bonis desideriũ tuũ. Porrò ego qualiscunq; Apostolicæ vicarius sedis, pro modulo humilitatis meæ & possibilitatis supplere laborans vicem mihi commissæ dispensationis, secundùm Deiloquũ Paulum, Væ mihi est, si non euangelizaue-

1.Cor.9. Ephes.6. 2.Cor.5.

ro: necessitas enim mihi incũbit maximã, posituro rationem æterno & districto iudici, propter vnius regimen Ecclesiæ, *ex omĩ- *de
um ecclesiarum merito. Illa ergò solicitudine, qua omnibus ecclesijs debeo inuigilare, videns indisciplinatam & alienam gẽtẽ incredibili & inaudita rabie, & plusquàm pagana impietate aduersùs ecclesias Dei insurgere passim, Christianos trucidare, & nõ nullos nouis horribilibusq; tormentis vsq; ad defectionem animæ affligere, nec infanti, aut seni, seu fœmineæ fragilitati aliquo humanitatis respectu parcere, nec inter sanctum & prophanum aliquã distantiam habere, sanctorum basilicas spoliare, incendere, & ad solum vsq; diruere, sæpissimè peruersitatẽ eius redargui, cõmonui, obsecraui, pdicaui, opportunè importuneq; institi, terrorẽ diuinę & humanę vindictę denũciaui. Sed quia sapiens ait, Nemo potest corrigere, quem Deus despexerit, & stultus nõ corrigitur verbis: adeò obdurata & obstinata eius malitia permansit, vt de die in dię adderet peiora pessimis. Vndè non tantùm exteriora bona pro liberatione ouiũ Christi, cupiens impendere, sed superimpẽdi ipse peroptans, visum est mihi ad testimonium nequitiæ eorũ, vel si sic expediret, ad represſionem contumaciæ, humanam defensionẽ vndecunquè attrahendam fore, audiens ab Apostolo principes non sinè causa gladium portare, sed ministros Dei esse, vindices in iram omni operanti malũ: & quia principes non sunt timori boni operis, sed mali: & reges atq; duces missos à Deo ad vindictã malefactorum. Suffultus ergò comitatu, qualẽ temporis breuitas & imminens necessitas permisit, glorioſi ducis & magistri Argyroi fidelissimi tui colloquium & consilium expetendũ censui, non vt cuiusquã Nortmannorum, seu aliquorum hominum interitum optarem, aut mortem tractarem, sed vt saltẽ humano terrore resipiscerẽt, qui diuina iudicia minimè formidant. Interea nobis eorum pertinaciam salutari admonitione frãgere tentantibus, & illis ex aduerso omnem subiectionem fictè pollicentibus, repentino impetu comitatum nostrum aggrediũtur: sed adhuc de victoria sua potiùs tristantur, quàm lætentur. Sicut enim tua pietas scribere curauit ad nostram cõsolationem, pro ista sua præsumptione maiorem in proximo expectant sibi superuenturam indignationem, post illam, quam experti sunt, suæ cæteruæ diminutionem. Nos quoquè diuinum adiutorium nobis affore, & humanum non defore credentes, ab hac nostra intentione liberandæ Christianitatis non deficiemus, nec dabimus requiem temporibus nostris, nisì cum requie sanctæ Ecclesiæ periclitantis. Ad quam acquirendam & obtinendam, habemus maximum ex

1.Petr.2.

divina

diuina pietate solatium & prę sidiũ, charissimum atq; clarissimum filium nostrum Imperatorem Henricum, cuius de die in diem expectamus promissum & proximũ aduẽtum, vtpotè cum procinctu & expeditione Imperiali properantis ad nostrum subsidiũ. Ad quod etiàm superna gratia tuam serenitatem animauit, vt hincindè vobis duobus, velut totidèm brachijs, inimicam gẽtem ab Ecclesia Christi propellẽtibus & procùl effugantibus, afflictæ nũc Christianitatis releuetur decus, & Reipubl. reformeť status. Et quia abundante iniquitate & refrigescẽte charitate, sancta Romana ecclesia & Apostolica sedes nimiùm diùobsessa fuit mercenarijs & non pastoribus, à quibus sua, non quæ sunt Christi, quęrentibus, deuastata iacebat miserabiliter hactenùs, diuinum consilium voluit meam humilitatem suscipere tantæ cathedrę pondus. Quo licèt plurimùm mei imbecilles prægrauentur & deprimãtur humeri, nõ paruum mihi subest sanctę spei, quandoquidem ex vtroq; latere tales adstãt filij, religione & potẽtia prę clarissimi. Quapropter deuotissime fili, & serenissime Imperator, collaborare nobis dignare ad releuationem tuæ matris sanctæ Ecclesiæ, & priuilegia dignitatis atq; reuerẽtiæ eius, necnõ patrimonia recuperãda in tuæ ditionis partibus, sicut manifestè cognoscere poteris ex venerabilium prædecessorum nostrorũ seu tuorum scriptis & gestis. Tu ergò magnus successor magni Constantini sanguine, nomine & imperio factus, vt sias etiàm imitator deuotionis eius erga Apostolicam sedẽ, exhortamur: & quæ ille mirabilis vir post Christum eidẽ sedi cõtulit & confirmauit & defendit, tu iuxta tui nominis etymologiã, cõstanter adiuua recuperare, retinere & defendere. Ità enim apud Deũ singulariter pugnans, cognominaberis, quod iam dudùm inter homines cognominaris. Hoc sanè gloriosissimus filius noster Henricus perficere molitur in suis partibus. Quæ omnia nobis & vobis proueniant feliciùs & multipliciùs vbi quantocyùs Dei gratia præueniente, & beatissimis Apostolorũ principibus interuenientibus, & me qualicunq; vicario eorũ mediante & obtinẽte, firmissimum pacis & amicitiæ inter vos ambos componetur fœdus. Præterea confrater noster archiepiscopus Michael exhortatorias ad concordiã & vnitatem direxit nobis literas, quẽ ad tam optabile & necessarium bonum præmonẽtem tãto necessè est nos deuotiùs & alacriùs suscipere, quanto perspicaciùs cõsideramus non posse computari inter discipulos Christi aliquem, qui fraternæ paci dedignatur acquiescere, Domino suis dicẽte: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicèm: & magno Paulo sic protestante: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sinè qua nemo videbit Deum. Sed nouerit tua claritas super præsumptiõibus eius iamdudùm pèr-

Matth. 24.

Alludit ad cognomen Monomachus.

Ioan. 13.

Heb. 12.

uenisse ad aures nostras, qualiter etiàm apta persecutione in Latinam Ecclesiam exardescens, anathematizare nõ timuit omnes, qui sacramenta attrectãt ex azymis: & quòd Alexandrinum & Antiochenũ patriarchas antiqua dignitate sua priuare contendens, contra fas & ius sibi subdere noua ambitione appetit, & pleraq; quę vsurpare dicitur, sicut à nostris nuncijs diligenter cognoscere poteris. In quibus si, quod absit, pertinax fuerit, pacem nostrã nullatenùs retinere poterit: quia proculdubiò ad nos reuertetur, sicut Dominus dicit, si ille noluerit esse filius pacis. Vndè & Apostolus: Si fieri, inquit, potest, quòd ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habẽtes. Si quidem in vano patremfamiliãs honorat, qui vxorẽ eius exhonorat. Et frustrà matrisfamiliãs caput & faciem magnificat, qui vel minimos filiorũ eius impugnans, velut digitos pedum eius conculcat. Contra quẽ sapientia Dei in Ecclesiastico sic intonat. Quàm malę famæ est, qui fugit patrem: & est maledictus à Deo, q exasperat matrem. Confidimus tamẽ, quòd præueniente gratia Dei, inuenietur innoxius ab his, aut correctus, aut citò resipiscet admonitus: & efficietur nõ qualis dicitur, sed qualis à nobis piè desideratur & speratur. Hinc iam tuæ gloriæ pręsentes filios nostros sanctæq; Romanæ & Apostolicæ sedis nũcios per omnia commẽdamus, quatenùs vt decet liberaliter suscipiantur, reuerẽter habeantur, benignè & honestè tractentur, rationabiliter patienterq; audiantur, atque quantocyus nobis laudabiliter remittãtur, nè tãtum laborem illos frustrà arripuisse pigeat, & nos mãdãsse pudeat. Porrò ex Amalfitano episcopo nulla tibi suboriatur suspicio, quia Romanus est omninò, & ab Amalfitanis discedens, familiariter nobiscum vixit iam penè anno integro. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & Deus totius consolationis, dignetur tuam excellẽtiam benedicere omni benedictione spirituãli, repleatq; omni gaudio & pace, vt in præsenti seculo per longa tempora feliciter domineris, & in futuro sinè fine cum rege regũ, & Domino dominãtium regno cælorum beatè pẽrfruaris, honorabilis & desiderabilis nobis in Christo fili & gloriosè Auguste, Amen.

FINIS.

DECRETA
NICOLAI PAPAE II.
EX PLATINA.

NIcolaus secundus, natione Allobrogus, Gerardus anteà vocatus, episcopus Florentinus, ob virtutem & animi præstantiam, abro-

gato Benedicto haud legitimè creato, pontifex maximus Senis decernitur. Qui statim sinito pontificatu, Sutrium concessit: ibiq; anno Domini 1059. Concilio habito, cui nõ solùm episcopi, verùm multi Italiæ proceres interfuêre, Benedictum abdicare se pontificio munere & habitu coẽgit, & Velitras exulatum abire. Indè verò Romam proficiscens, secundo apud Lateranũ Concilio habito, legem tulit, vt in Decretis legitur, Romanæ Ecclesiæ admodùm salubrem, quæ talis est: Si quis pecunia vel gratia humana, aut populari militarive tumultu, sinè concordi & canonica electione cardinalium, fuerit in throno Petri collocatus, is non Apostolicus, sed apostaticus, id est, à ratione deficiens, meritò vocetur: liceatque cardinalibus, clericis & laicis Deum colentibus, illum vt prædonem anathematizare, & quouis humano auxilio à sede Apostolicæ propellere, atque quouis in loco, si in vrbe non liceat, catholicos huiusce rei causa congregare. In eodem quoquè Concilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegauensis Ecclesiæ ferunt, qui arbitrabatur in sacramento Eucharistiæ & calicis non esse verum Christi corpus, integrumque sanguinem, nisì vt in signo & figura mysteriove: quem quidẽ errorem instante & vrgente Nicolao & Alberico diacono viro doctissimo, publicè cõfessus est, affirmans illud esse verum Christi corpus, integrumq; sanguinem. Scripsimus hunc errorem à Leone 9. damnatum, non tamen emendatũ fuisse. Quæ certè laus tota Nicolai est, vt Lãtfrancus scribit, vir ea tempestate doctissimus, qui errores eiusdem Berengarij præclaro opusculo notauit. Sunt qui scribant Henricum tertium à Nicolao secũdo coronam imperij accepisse, totoq; tempore pontificatũs sui, ob beneficium acceptum, nil cõtra ecclesiasticos molitum esse.

Nicolaus autem vir omni vita probatus, tertio pontificatũs sui anno, mense sexto, die 6. & 20. moritur.

SYNODI EPISCOPORVM CXIII. ROMAE IN BASILICA CONSTANTINIANA SUB NICOLAO SECUNDO HABITAE, DECRETA.

Quæ sequũtur huius concilij decreta, transumpta sunt ex codice illo Pergamenico, cuius superiùs sub Adriano primo mentio fit. Hic schismaticorũ tumultu ex Anglia nuperè exibilatus, & lucri potiùs è Pergameno, quàm pietatis aut vetustatis gratia, redemptus, atq; ità obitèr nobis præter spem oblatus, vt hęc ex ipso describeremus, causa fuit.

NIcolaus episcopus seruus seruorum Dei, omnibus episcopis catholicis, cunctoque clero & populo salutem charissimam & benedictionem apostolicam. Vigilantia vniuersalis regiminis assiduã solicitudinẽ omnibus debentes, saluti quoquè vestræ prouidentes, quæ in Romana synodo nuperè celebrata, coram centum tredecim episcopis, nobis licèt immeritis præsidentibus, sunt canonicè constituta: vobis notificare curamus, quia ad salutem vestrã executores eorum vos esse optamus, & Apostolica authoritate iubendo mandamus.

Primò namque inspectore Deo est statutum, vt electio Romani pontificis in potestate cardinalium episcoporum sit, ità vt si quis Apostolicæ sedis sinè præmissa concordi & canonica electione eorum, ac deindè sequentium ordinum religiosorum clericorum & laicorum cõsensu inthronizatur, is non papa vel apostolicus, sed apostaticus habeatur.

Vt moriente Romano pontifice vel cuiuscunque ciuitatis, nullus præsumat facultates eorum inuadere, sed successoribus eorum reseruentur integræ.

Vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductã mulierem. Vndè etiàm ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: Quicunque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi papæ Leonis de castitate clericorum, cõcubinam palàm duxerit, vel ductã non reliquerit: ex parte omnipotẽtis Dei, authoritate beatorum apostolorum Petri & Pauli, prę cipimus & omninò contradicimus, vt Missam non cantet, neq; euangelium vel epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum ijs qui præfatæ cõstitutioni obedientes fuerint, maneat, neq; partem ab ecclesia suscipiat, quousquè à nobis sententia super huiusmodi, Deo concedente, procedat.

Missa Notorij concubinarij non audienda.

Et prę cipientes statuimus, vt ij prędictorum ordinum, qui eidem prædecessori nostro obedientes castitatem seruauerunt, iuxta ecclesias quib⁹ ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent & dormiant: & quicquid eis ab ecclesijs venit, cõmuniter habeant. Et rogantes monemus, vt ad apostolicam, communem scilicet, vitã summoperè peruenire studeant.

Deindè, vt decimę & primitię seu oblationes viuorum & mortuorum, ecclesijs Dei fideliter reddãtur à laicis, & vt in dispositi-

one

one episcoporum sint. Quas qui retinuerint, à sanctæ Ecclesiæ communione separentur.

Vt per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbyter obtineat ecclesiã, nec gratis, nec precio.

Vt nullus habitũ monachi suscipiat, spem aut promissionem habens vt abbas fiat.

Nec aliquis presbyter duas ecclesias simul obtineat.

Vt per simoniacam hæresim nemo ordinetur vel promoueatur ad quodlibet ecclesiasticum officium.

Vt cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent, nec de ecclesijs eijciant.

Vt de cõsanguinitate sua nullus vxorem ducat vsq; ad generationem septimam, vel quousquè parentela cognosci poterit.

Vt laicus vxorem simul & concubinam habens, non communicet Ecclesiæ.

Vt nullus laicus ad quemlibet gradum ecclesiasticum repẽtè promoueatur, nisi post mutatum habitum secularem, diuturna cõuersatione inter clericos fuerit cõprobatus.

Vos ergò hæc & alia sanctorum patrum statuta fideliter & Christiana reuerẽtia obseruate, si vultis de sanctæ Romanę Ecclesię & Apostolicæ sedis pace & communione atque benedictione gaudere.

CVIVS SVPRA.

Simoniacorum execratio.

DOminus papa Nicolaꝰ, synodo in basilica Constantiniana præsidẽs, dixit: Erga Simoniacos nullam misericordiam in dignitate seruanda habendam esse, decernimus: sed iuxta canonũ sanctiones & decreta sanctorum patrum, eos oĩnò damnamus, ac deponendos esse, apostolica authoritate sancimus. ne ijs autem, qui non per pecuniam, sed gratis sunt à Simoniacis ordinati, qa quæstio à longo tempore est diutiùs ventilata, omnem modum dubietatis absoluimꝰ, ità vt super hoc capitulo neminẽ deincèps ambigere permittamus. Quia igitur vsque adeò hæc venenata pernicies hactenùs inoleuit, vt vix quęliber ecclesia valeat reperiri, quæ hoc morbo nõ sit aliqua ex parte corrupta: eos q vsq; modò gratis sunt à Simoniacis consecrati, non tam censura iustitiæ, quàm *intuitu in acceptis ordinibus manere permittimus: nisi fortè alia culpa ex vita eorũ cõtra canones eis existat. Tanta quippe talium multitudo est, vt dum rigorẽ canonici vigoris super eos seruare non possumus: necesse sit, vt dispẽsatorièad pię cõdescensionis studium nostros animos ad pẽsens inclinemus. Ità tamen authoritate sanctorum apostolorum Petri & Pauli omnimodis interdicimus, nè aliquandò aliquis successorum nostrorum, ex hac nostra permissione regulam sibi vel alicui assumat vel præfigat: quia hoc non authoritas antiquorum patrum iubendo aut concedendo promulgauit, sed tẽporis nimia necessitas permittendum à nobis extorsit. Decęterò autẽ si quis hinc in posterum ab eo quem Simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit: & consecrator, & consecratus non disparem damnationis sententiã subeat: sed vterq; depositus pœnitentiam agat, & priuatus à propria dignitate persistat.

*for. miseri-cordiæ in-tuitu

Nihilominùs authoritate Apostolica decernimus, quod in alijs cõuentibus nostris decreuimus, vt si quis pecunia vel gratia humana, vel populari seu militari tumultu, sinè cõcordi & canonica electiõe ac benedictione cardinalium episcoporum, ac deindè sequẽtium ordinum religiosorum clericorum, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus: nõ papa vel apostolicus, sed apostaticus habeatur, liceatq; cardinalibus episcopis, cum religiosis & Deum timẽtibus clericis & laicis, inuasorem etiàm cum anathemate & humano auxilio & studio à sede Apostolica repellere: & quem dignum iudicauerint, præponere. Quòd si hoc intra vrbem perficere nequiuerint, nostra authoritate Apostolica extra vrbem congregati in loco qui eis placuerit, eligãt, quem digniorem & vtiliorem Apostolicæ sedi perspexerint, concessa ei authoritate regendi & disponendi res & vtilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundùm quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omninò inthronizatus sit.

IVSIVRANDVM QVOD IN eadem synodo fecit Berengarius.

Primus liber Berengarij damnatus.

EGO Berengarius indignus diaconus ecclesiæ sancti Mauritij Andegauensis, cognoscens veram catholicam & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipuè eam de qua hactenùs infamatus sum, quæ adstruere conatur, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodò sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse: nec posse sensualiter, nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedi, & ore & corde profiteor de sacramentis Dominicæ mensæ eam fidem tenere, quam dominus & venerabilis papa Nicolaus & hæc sancta synodus authoritate euãgelica & apostolica tenendam tradidit, mihiq; firmauit, scilicet panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiàm verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse: & sensualiter non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotũ tractari, frangi, & fidelium dẽtibus atteri: iurans p sancta & homousiõ Trinitatẽ, & p hæc sacrosancta Christi euangelia. Eos verò qui cõtra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronũcio. Quòd si ego ipse aliquãdò aliquid contra hæc sentire ac prædicare præsumpsero, subiaceã canonũ seueritati. Lecto & perlecto spontè subscripsi.

Liber Berengarij damnatus.

AD LECTOREM

ADMONITIO F. LAVRENTII SVRII.

HÆC synodus 113. episcoporum, hactenùs adscripta est Nicolao eius nominis primo: sed id non satis consideratè, quemadmodùm non vno potest doceri argumento. Porrò manuscriptũ exemplar videtur causam præbuisse erroris, quod fortassis numerum mendosè habuit. Satis autem ex historicis liquet, Berengarium, qui in hac synodo suam hæresim abiurâsse hîc legitur, non sub Nicolao I. sed longè posteà extitisse, atque à Leone 9. Pontifice concilium Vercellis coactum, in quo omnium sententia damnatus est error Berengarij, atque idem ipse cum omnibus suis asseclis, nisi ad sanitatem rediret, perpetuo plexus anathemate. Verumenimuerò defuncto Leone & in sua sententia pertinaciter permanente Berengario, alia Synodus collecta est apud Turones sub Victore 2. vbi hæreseos conuictus est. Atqui nec sic illo respiscente, sed multos in suum errorem passim pertrahente, Nicolaus secundus concilium istud 113. Episcoporum Romæ habuit, in quo iterum conuictus, palàm cecinit palinodiam, & ea verborum forma, quæ paulò suprà habetur, hæresin suam abiurauit. Eius autem abiurationem & confessionem idem Nicolaus pontifex misit per vrbes Italiæ, Germaniæ, & ad quæcunque loca fama prauitatis peruenire antè potuit, vt Ecclesiæ quæ prius doluerant de aduerso & peruerso, posteà gauderent de reuerso atque conuerso, quemadmodùm legimus in Decreto Gratiani de consecrat. dist. 2. cap. Ego Berengarius. Nec tamen diù in sanitate permansit Berengarius: & ad pristinum quidem errorem non redijt, sed in alium prolapsus est, putà, in Eucharistia adesse quidem verum corpus & sanguinem Christi, sed simul etiam panis & vini substantiam in illa haberi. Ità vnus ille homo multùm negocij exhibuit ecclesiæ DEI, iterumque Synodus Romæ conuocata est authoritate Gregorij septimi, ad quam etiàm Berengarius accersitus venit, suumque errorem agnoscens, noua abiuratiõe, certa verborum formula comprehensa, & à synodo illi præscripta, eum publicitùs condemnauit. Ea verò ad verbum sic habet:

EGO BERENGARIVS corde credo, & ore confiteor, panem & vinum quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis, & verba nostri redemptoris substantialiter conuerti in veram & propriam ac viuificatricem carnem & sanguinem IESV CHRISTI Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, quod natum est de virgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram patris: & verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantùm per signum & virtutem sacramenti, sed in proprietate naturæ & veritate substantiæ: sicut in hoc breui continetur, & ego legi, & vos intelligitis, nec contra hanc fidem vlteriùs docebo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sacra Euangelia.

Huius concilij & abiurationis meminit Blondus Decadis 2. lib. 3. Meminit & Sabellicus libro 3. nonæ Enneadis, ità scribens: D. Gregorius 7. Romæ frequens concilium habuit, in quo Berengarius suum errorem fassus, veniam impetrauit. Confessionis forma hæc fuit: Ego Berengarius corde & animo credo, quod ore confiteor &c.

In hac abiuratione Berengarius perseuerauit, & egit pœnitentiam. Sed quia grauissimum iaculum est, prauis erroribus aliorum animos imbuere, & à catholica fide abducere, cum iam ad extrema perductus esset, & videret ex hac vita emigrandũ sibi esse, in lecto suo, quo æger decumbebat, ipso Epiphaniæ die his verbis vsus est, alludens ad præsentem solemnitatem: Hodiè apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus, vel ad gloriam, sicut spero, propter pœnitentiam meam: vel ad damnationem, sicut formido, propter aliorum corruptionem, quos ad viam veritatis reducere non potui. Testatur id D. Iohannes Gerson Serm. 1. de Cœna Domini. Eam mentem vtinàm etiàm nostræ ætatis sectarijs adspiret Deus, qui innumeros homines & perdiderunt, & perdunt.

DECRETA
GREGORII PAPAE VII.
ex Platina.

Anno Dñi 1073.

GRegorius septimus, Ildebrandus antè vocatus, natiõe Hetruscus, patria Soanensis, patre Bonicio, oĩm bonorum consensu pontifex creatur. Ipsius autem electionis verba ità annotata sunt: Nos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, clerici, acolyti, subdiaconi, presbyteri, præsentibus episcopis, abbatibus, multisque tum ecclesiasticis tum laicis ordinis, elegimus hodiè decimo calendas Maij in basilica S. Petri ad Vincula, anno salutis 1072. in verum Christi vicarium Ildebrandum archidiaconum, virum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis, modestum, sobrium continentem, domum suam gubernantem, pauperibus hospitalem, in gremio sanctæ matris ecclesiæ liberè à teneris annis vsque ad hanc ætatem educatum, doctum, quem quidem ea potestate ecclesiæ Dei præesse volumus, qua beatus Petrus Dei mandato quondàm præfuit. Adeptus pontificatum Gregorius, statìm Henricum Imperatorem admonet, nè deinceps largitiõe corruptus, episcopatus & beneficia alicui per simoniacam cupiditatem committat: aliter se vsurum in se & delinquentes censuris ecclesiasticis. His admonitionibus & quidem sanis non modò non obtemperauit Henricus, verùm etiàm Agnetem imperatricem benè admonentem, quid fieri cum religiõe oporteret, omni administratione depulit: q Romam profecta, non diù superuixit, dolore animi vitam cum morte permutans. Tandèm verò multis legationibus vltrò citroq; missis, Imperator in gratiã cum Gregorio redijt, eundemq; in pontificatu confirmauit, vt tum Imperatorum mos erat. At verò cùm Henricus in bono leuis, in malo pertinax, simoniam nequaq; omitteret, sæpiùs admonitus, omes illos anathematis censura pontifex notauit, qui episcopatus & beneficia largitione adepti erant, & nè id temerè fecisse videretur, concilio apud Lateranum habito, in quo multi episcopi interfuêre, maximè Gibertus Parmensis archiepiscopus Rauennãs, ratiõem reddidit, quam ob rem censuris ecclesiasticis simoniacos notãsset: facturum quoq; id in Imperatorem crebrò dicebat, nisì sententiam mutaret. Tum verò Gibertus, soluto concilio, & criminandi Gregorij occasiõem nactus, ad pontificatum viam quærens, Cincium Romanum ciuem, Stephani præfecti vrbis filium, hominem temerarium & seditiosum, in pontificem animat, magna ei pollicitus Imperatoris nomine, si tantùm facinus ex sententia confecisset. Structis itaq; insidijs Cincius, dum pontifex media nocte natalis Domini nostri celebrat in templo beatæ Mariæ ad Præsepe, quæ maior nunc dicitur, irrumpens cum satellitibus & coniuratis, dum hostiam sacrificij comminuit, hominem capit, & in regionem Pario. nis secum trahens, in turri quadam munitissima eum collocat. Sequenti verò die populus Romanus, cognito facinore, in Cincium arma sumit, pontificem liberat, ædes & turrim scelerati hominis à fundamentis euertit, familiamq; eius nares mutilatam ab vrbe pellit. Ipse verò Cincius tanti mali author, fuga salutem quærens, in Germaniam varijs tramitibus ad Imperatorem tandèm peruenit. Gibertus autem tanti doli machinator, cùm insidiæ ex voto non successissent, simulata beneuolentia à pontifice dimissus, Rauennam, peiora moliturus, se cõtulit. Nam & Theobaldum Mediolanensem archiepiscopum, & plerosq; alios Cisalpinæ antistites, coniurare in Gregorium pollicitationibus perpulerat. His addidit Hugonem Cãdidum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, qui etsi antè idem fecerat, in gratiamque simulato animo rediérat, nunc malum animum, malam mentem præ se tulit. Is enim viribus omnibus annixus est Imperatorem & Normannos, inter se de imperio dissidentes, composita pace, initisque fœderibus, in pontificem concitare. Quod vbì Gregorius resciuit, congregata ad Lateranum synodo, propositis rationibus quarè faceret, Gibertum & Hugonem dignitatibus priuatos anathemate notat. Dum hæc Romæ agerentur, Henricus cum Saxonibus hostibus feliciter pugnans, adeò felicitate illa elatus est, vt habito conuentu apud Vormatiam, Sigifredo archiepiscopo Moguntino negocium procurante, interdicere omnibus ausus sit, nè vlla in re pontifici Romano obtemperarent. Ex illo autem conuentu mandato Henrici Romandus clericus Parmensis Romam veniens, & Gregorio publicè interdixit, nè qd ageret deinceps quod ad magistratum pontificis pertineret: & cardinalibus ipse mandauit, vt relicto Gregorio, alium habituri pontificem, ad se proficiscerentur. Tum Gregorius tantam iniuriam diuinæ maiestatis causã non diutiùs ferens, & Sigifredum aliosq; clericos cum Henrico sentientes dignitatibus ac beneficijs priuauit, Imperatorem ipsum anathemate notauit, priuatum priùs omni regia administratione. Abrogatiõis autem pontificiæ habita ferè hæc formula est: Beate Petre apostolorũ princeps, inclina quæso aures tuas, & me seruum tuum exaudi, quem & ab infantia educãsti, & vsque ad hunc diem ab iniquorum manibus vendicãsti, qui me pro mea in te fide oderunt & persecuti sunt, tu mihi testis es optimus, & pia IESV CHRISTI mater, & frater tuus

Fuit is Henricus 4.

1073

Gibertus infestus põtifici.

Populus liberat pontificem.

Abrogatiõnis pontificiæ formula.

tuus Paulus tecum martyrij particeps, me non spontè, sed inuitum pontificatûs gubernacula suscepisse: Non quòd rapinam arbitratus sim, sedem tuam legitimè conscendere: sed malebam vitam meam in peregrinatione degere, quàm locum tuum pro fama & gloria tantùm occupare. Fateor ego ac meritò quidem, mihi tua gratia, nõ meritis meis, populi Christiani curam demandatam esse, concessamque ligandi atq; soluendi potestatem. Hac igitur fiducia fretus, pro dignitate & tutela ecclesiæ suæ sanctæ, omnipotentis Dei nomine patris, filij & spiritussancti, & Henricum regem Henrici quondàm Imperatoris filium, qui audacter nimiùm & temerariè in Ecclesiã tuam manus iniecit, imperatoria administratiõe regiaque deijcio, & Christianos omnes imperio subiectos, iuramento illo absoluo, quo fidem veris regibus præstare consueuerũt. Dignum est enim, vt is dignitate careat, q maiestatem Ecclesiæ imminuere conatur. Præterea verò, quia monita mea, immò tua, ad suũ ipsius populorumque salutem pertinentia contempsit, & se ab ecclesia Dei, quã seditionibus pessundare cupit, separauit, eum anathematis vinculo colligo: certò te sciens esse Petrum, in cuius petra, vt in vero fundamento, rex noster Christus ædificauit Ecclesiam suam. Fuêre tum multi post execrationem, qui pacis mentionem facerent. Quibus ità Gregorius respondit, se pacis conditiões non abnuere, modò Henricus ipse primò cum DEO pacem ineat. Non ignoratis, inquit, quàm diù & quantis malis Romanam affecerit Ecclesiam, quotiesque à me sit admonitus, vt meliorem vitam moresque probatiores indueret. Hoc tribuimus beneuolentiæ & charitati, qua Henrico patri coniuncti olim fuimus, sed nil profecimus: adeò mores à patre auersos imbibit. Instabant tamen ex his qui aderant nonnulli, regem non ità citò anathematizãdum esse. Quibus ità pontifex respondit: Quandò, inquit, CHRISTVS Ecclesiam suam beato Petro commisit & dixit, Pasce oues meas, excepítne reges? Nam cùm eidem ligandi & soluendi potestatem daret, nullum excepit, vel neminem eius potentiæ subtraxit. Hanc ob rem, qui dicit se vinculo Ecclesiæ ligari non posse, restat etiàm vt fateatur se absolui ab eius potestate nullo modo posse: & qui hoc impudẽter negat, à CHRISTO & ecclesia eius se omĩnò seiungit. At Henricus cognita Gregorij censura, multas literas ad gentes & nationes conscripsit, quibus se contra ius fasque damnatum à pontifice ostendebat. Gregorius autem id à se iure factum, non verbis tantùm & literis, verùm etiàm ratione & testibus comprobabat, re ipsa ante oculos omnium proposita. Interim verò cùm pars regni ab Henrico defecisset, & iam Saxones bellum contra Henricum quàm diligentissimè præpararent, Alemani principes veriti, nè quid mali in prouincia nasceretur, conuentu habito decernunt, vt si Gregorius in Alemaniam pergat, Henricus supplex veniam errati petat. Quod se facturũ rex ipse interposito iuramento pollicitus est. Motus itaque pontifex his pollicitationibus & precibus Treuirensis archiepiscopi Henrici oratoris, Augustam prætoriam petiturus, Vercellas vsque iam peruenerat, vbì ab episcopo loci ipsius regni Italiæ cancellario, clàm resciuit Henricum hostili in se animo cum exercitu aduentare. Tum verò pontifex, omisso instituto itinere, Canossum se recepit, oppidum agri Regiensis; ditióni Machtildis comitisse subiectum. Venit & eò properè cum omnibus copijs Henricus, qui statìm deposito regali ornamento, nudis pedibus, vt oppidanos ad misericordiam cõmoueret, portæ oppidi appropinquans, suppliciter intromitti petebat. Denegatum ingressum æquo animo tulit, aut tulisse dissimulauit, quanuis aspera esset hyems, & gelu cuncta rigescerent. In suburbio quidem oppidi triduo immoratus, continuò veniam petens, tandèm rogatu Machtildis & Adelai Sabaudiensis comitis & Cluniacensis abbatis introductus absoluitur, & Ecclesiæ reconciliatur, pace iureiurando confirmata, & integra obedientia promissa. Tum verò rebus ità peractis, dilabentibus indè omnibus varijs itineribus, dum Henricus Papiam iter facit, Cincium amittit subita febre correptum. Non tamen mortuo tam pernicioso homine, Henricus nouis rebus studere destitit, pacis fœdera abrumpens. At verò Gregorius cùm videret Henricum contra Ecclesiam DEI à quibusdam seditiosis Episcopis concitari, habita ingenti synodo, Giberto Rauennati archiepiscopo ob superbiam & malitiam interdicere sub anathematis pœna, nè episcopali & sacerdotali munere fungatur. Vocatus præterea ad sedem Apostolicam, scelerum suorum conscius, parére desiêrat: qua ex re tantummodò pœnam anathematis merebatur. Rolandumque Taruisinum censura notauit, quòd legatus ad res componendas inter Henricum & se factus, consequẽdi episcopatûs causa, semina discordiarum, non pacis, seuerat. Nec Hugoni quidem tituli sancti Clementis cardinali pepercit, quòd cum Cadolo Parmensi episcopo in seditionibus & hæresi sensisset.

Synodus ingens sub Gregor. 7.

In eodem postremò conuentu tres legatos delegit, Bernardum diaconum, alterum Bernardum Massilienſem abbatem, Odonem Treuirensem archiepiscopum, quide latere sedis Apostolicæ ad componendas res inter Henricum & Rodolphum

proficiscerentur. Videbat enim sapientissimus pontifex eam discordiam, nisi sedata foret, magnas aliquandò calamitates populo Christiano parituram. Verùm quia certò sciebat non defuturos perniciosos quosdã, qui id quò minùs fieret, impedire conarentur, quòd eorum maximè intererat discordias augeri, non tolli, literas Apostolicas in hunc modum conscriptas, legatis ad principes & nationem dedit: Cognita imbecillitate, cupiditate & ambitione humani generis, mandamus nè quispiam cuiusuis cõditionis sit, vel rex, vel archiepiscopus, episcopus, dux, comes, marchio, siue miles, aliqua electione temerarióve ausu, fraude, dòlo, cupiditate ductus, legatis nostris resistere audeat, nè pacem & concordiam ex æquo & bono componere possint. Quicunq; autem temeritate ductus, (quod nõ optamus) huiusce nostræ constitutionis violator extiterit, legatisque nostris impedimento fuerit, quò minùs pacem componant, eum anathematis vinculo alligamus: & nõ solùm in spiritu, verùm etiàm in corpore, atque in omnibus fortunæ bonis Apostolica potestate colligamus, victoriamque in armis partam ei auferimus, vt saltem cõfundatur, ac duplici pœnitentia conuertatur. Interea Gregorius, nè Romana Ecclesia ob largitionem & simoniacam cupiditatem aliquid incommodi caperet, conuẽtu habito, maiorum decreta ad rescindendã hanc labem pertinentia, confirmauit his verbis: Sanctorum patrum instituta nunc sequentes, quemadmodùm in prioribus concilijs fecimus, authoritate omnipotentis Dei decernimus ac confirmamus, vt qui deinceps episcopatum vel cœnobium, vel aliquod aliud ecclesiasticum beneficium à laico acceperit, nullo modo in numero episcoporum, abbatum, vel clericorum is censeatur, néve idem sub censura anathematis limina apostolorum attingat, priusquàm locum ambitione & contumacia conquisitũ, quod est idololatriæ scelus, resipiscendo commutauerit. Ad hoc verò Gibertum discordiarum omnium & hæresum, quæ tunc erant, authorem, ab ecclesia Rauennate dejiciens, sacerdotibus omnibus eidem ecclesiæ obtemperantibus mandauit, nè Giberto facinorum omnium authori, & ob eam rem execrationis vinculo illigato, vlla in re obedirent: & nè populi illi gubernatore indigerent, Petrum imitatus, qui Apollinarem quasi supplementum mittere consueuerat vbi oportebat, eò alterum archiepiscopum proficisci iubet cum integra potestate, qui & hæresim Giberti auelleret, & mentes hominum in fide cõfirmaret. Tum verò Henricus iritatus magis his censuris quàm monitus, capto Ostiensi episcopo è legatione redeunte, habitoque episcoporũ secum malè sentientium conuentu, Gibertum olim Rauennatem Archiepiscopum pontificem creat, Clementemque appellat. Henricus itaque superata apud Parmam Machtildi, eiusque marito Azone, Romam hostili animo proficiscens, in pratis Neronianis castra collocat: vrbem Leoninam ingreditur, sanctam Petri basilicã cum suo Clemente prophanat, porticusque demolitur. Idem quoquè factum de basilica beati Pauli constat. At verò cùm vrbem ingredi non posset, Tibur concedens, indè tanquàm ex arce belli in Romanos quotidiè incursiões faciens, vastatis rebus omnibus, eò inopiæ eos redegit, vt pacem quauis conditione expeterent. Admotis itaque copijs, Henricus reperit transfugas cognita, vrbem ingreditur. Tum pontifex haud satìs populo fidens, in molem Adriani se confestim recepit, vbi aliquandiù obsessus est, acriter qui in præsidio erãt, arcem ipsam defendentibus. At verò Henricus cognito Guiscardi aduentu Apuliæ ducis in auxilium Gregorij, non ampliùs immorandum ratus, addolos conuersus, Cluniacensem episcopum ad Gregorium in arcem mittit, qui diceret se in Germaniam properè cum exercitu rediturum, si ab eo in Laterano coronaretur. populus quoquè Romanus, vt idem fieret, precibus instabat. Facturum se id Gregorius dicebat, si errata sua Henricus corrigeret, veniamque peteret. quod cùm facere recusaret, etiàm aduentare cum exercitu Guiscardum sentiret, Clementem antipapam in Lateranensi basilica corona pontificia publicè donat, eam rem procurantibus Bononiensi, Cerusiensi, Mutinensi episcopis. Quo facto, statìm Senas proficiscitur, Clemente secum ducto. Guiscardus autem perportam Flamineam irrumpens, resistentibus ciuibus, vsque ad triumphalem Domitiani arcum vrbem incendio consumpsit. Muniérant Capitolium ciues, & se acriter contra Guiscardum defendebant, qui Lateranum iam ceperat. Vndè cùm multa crebrò vtrinquè committerentur certamina, & illa pars vrbis euersa esset, quæ Lateranum & Capitolium interiacet, & ipsum Capitolium postremò vi captum, ferè vsque ad solum æquatur. Indè verò superata iam & capta Roma, fortunisque ciuium militibus in prædam datis, ad molem Adriani profectus, vbi pontifex obsidebatur, hominem multis calamitatibus vexatum, tandèm è manibus hostium liberat, secumque Cassinum ac Salernum perducit. Vbi non ità multò pòst põtificatûs sui anno duodecimo, mense vno, diebus tribus, sanctè & piè moritur. Vir certè Deo gratus, prudens, iustus, clemens, pauperum, pupillorum, viduarumq; patronus, atque vnicus Ecclesiæ Romanæ fortissimus & acerrimus defensor contra hæreticorum improbitatem, & malorum principum potentiam, res ecclesiasticas per vim occupare conantium.

Literæ põtificis.

Pontificis decretum.

Gibertus antipapa

Guiscardus dux liberat Pontificem

DE hoc Papa Gregorio septimo, ità scribit Marianus Scotus: Anno ad veritatem Euangelij 1096. secũdum verò Dionysij cyclum anno 1074. Hiltiprandus, qui & Gregorius, Romanus archidiaconus, papa est electus & creatus. Iste papa synodo facta, ex decreto sancti Petri Apostoli & sancti Clementis aliorumque sanctorum patrum, vetuit & hanno interdixit clericis, maximè diuino ministerio consecratis, vxores habere, vel cum mulieribus habitare, nisi quas Nicena synodus vel alij canones exceperunt. Decreuit quoquè sub sententia sancti Petri, vt cum Simone mago damnarentur, non solum emptor & venditor cuiusque officij, veputà episcopatûs, abbatiæ, præposituræ, decaniæ, vel decimationis ecclesiæ, sed & quicunque consentiret eis. Dominus enim dicit: Gratis acc epistis, gratis date. De prædicta Synodo duo episcopi missi sunt à Papa ad regem Romanum Henricum, cum matre ipsius Imperatrice Agnete, ob hoc scilicet, vt decreta Papæ roborata perficerentur. Ipsique duo episcopi noluerunt esse in Pascha cum rege in ciuitate Bambergensi, nè aliquam societatem haberent cum Hermanno eiusdem vrbis episcopo, qui Episcopatum emit, & in illo Pascha regi seruiuit. Cum autem clerici magis eligerent anathemati subiacere, quàm vxoribus carere, Hiltiprandus papa, vt per dios si posset, eos castigaret, præcepit, vt nullus audiret Missam coniugati presbyteri, sic: Gregorius, qui & Hiltiprandus papa, seruorum Dei seruus, per totum Italicum regnum & Teutonum debitam sancto Petro obedientiam exhibentibus, Apostolicam benedictionem: Si qui sunt presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui iaceant in crimine fornicationis, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei & authoritate S. Petri introitũ ecclesiæ, vsque dum pœniteant, & emendent. Si qui autem in peccato suo perseuerare maluerint, nullus vestrum officium eorum auscultare præsumat: quia benedictio illorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, testante Domino per Prophetam: Maledicam (inquit) benedictionibus vestris &c.

PASCHALIS II. PAPA.

Pæ vita, ex Platina de vitis pontificum, excerpta.

PAschalis secundus, Rainerius ante pontificatum vocatus, natione Italus è Flaminia, patre Crescentio, matre Alphacia, eo ferè tempore pontifex creatur, quo Christiani in Asia dimicantes, Antiochiam cepêre. Hunc Gregorius septimus ob virtutem & doctrinam, S. Clementis presbyterum creauit: in quo quidem loco clerus ipse post Vrbani secundi mortem, eundem Paschalem vita priuata contentum, quippe qui anteà monachus fuerat, etiàm nolentem & latitantẽ, pontificem creat, quòd diceret humeros suos nequaquàm tanto oneri suffecturos. sed experente populo, eligente clero, collaudante Cardinalium senatu, pontificium munus susc epit: maximè verò, cùm ter acclamatum esset, Sanctus Petrus Raineriũ virũ optimum pontificem elegit: cui posteà primiscrinij & scribæ regionarij, Paschalis nomen indidêre. Indutus deindè coccineam chlamydem, tiaraque capiti eius imposita, comitante populo & clero, equo albo ad Lateranum perducitur, maximè verò ad eã porticum, quæ ad austrum versa, in basilicã Saluatoris ducit, quam Constantinianam vocant. Vbi cùm in sede ad eam rem de more parata, aliquandiù quieuisset, atrium Lateranense conscendens, balteo succingitur, vndè septem claues, septemq; sigilla pẽdebant: vt intelligeret se secundùm septifariam spiritus sancti gratiam, sanctarum ecclesiarum, quibus Deo authore præerat, claudendi, sigillandi, aperiendi, recludendique rationem habere. Inuisit, sceptrum pontificium manibus gerens, ea quoq; loca, quę solis pontificibus sunt adiudicata. Sequentibus verò diebus cõsecrationem accepturus, ad basilicam beati Petri proficiscitur, in qua eum chrismate inunxerunt Oddo Ostiẽn episcop⁹, Mauricius Portuen, Gualterus Albanus, Bono Lauicanus, Milo Prænestinus, Offo Nepesinus. Oddoni Ostiẽn primæ partes, quas adhuc retinet, obtigêre. Post vnctionem verò in vrbem rediens, coronam de more accepit. Hoc ità futurum, Albertus Alatrinus episcopus aliquãdò diuinauit. Nam cùm ab amico interrogaret, quem Vrbano succes surum putaret: Rainerium, inquit, propter fidem & constantiam Deus eliget. Ferunt & eundem Albertum tempus ipsum, quo in pontificatu victurus erat, prædixisse. At verò Paschalis Ecclesiæ Dei, propè labenti quorundam seditionibus consulturus, copias suas in Gibertum Antipapam mittit malorum omniũ caput. Vt autem tanto bello sufficere põtifex posset, Rogerius Siciliæ comes ei turmas aliquot & mille auri vncias auxilio misit. Albę Marsorũ Gibertus homo pernicios us tum degebat. Qui vbi intellexit hostes aduentare, haud satìs copijs suis fidens, à Richardo Campano comite acceptis, relicta Alba, in Furconensium montana, q̃ nunc Aquilanorum mutato nomine habentur, se se, pripuit. Vbi nõ ità multò pòst subita morte correptus, sui sceleris pœnas luit. A malis tamẽ

Gibertus Antipapa extinguit.

Ecclesia Dei non statim, tam pernicioso homine sublato, quieuit. Richardus enim, quē diximus Giberto copijs & opibus fauisse, in locum demortui, Albertum quendā sufficit Attelanum ciuem, q̄ vrbs Auersa nunc dicitur, inter Neapolim & Capuam posita. qui statim à benè sentientibus abdicare se magistratu coactus, relegatur. Cauenses aūt agri Prænestini incolæ, Richardi stultitiam & arrogantiā imitati, Theodoricū quēdam pontificem creauēre. Verùm hi quoq; pœnitentia ducti, 5. & 100. die è pōtificatu deiectum, anachoretæ habitū induere cogūt, & vitam ducere priuatam. Tertius præterea Maginulphus Romanus ciuis, apud Rauēnam pōtificatūs titulum vsurpare ausus est: quem quidem & Romani exilio mulctārūt, & Rauennates omni humana ope destitutum, ab vrbe sua pepulēre. Pacata autē hoc modo Romana Ecclesia, Paschalis vir magni ingenij atq; animi, à religione ad arma conuersus, adiuuante Rogerio, vrbem Castellanam & Beneuentum ab hostibus occupatum recipit. Apparuisse tum multa prodigia authores pleriq; scribūt, quòd & mare quibusdam in locis littus præter solitum 20. passibus occupauerit, in quibusdam verò à littore in altum centum excesserit. Apparuisse & cometē miræ magnitudinis tum affirmant, qui in occasu cadente sole statim apparebat. Non mouebatur his prodigijs Paschalis, quippe qui fieri hæc natura cernebat. Verùm cùm intellexisset Florētinum episcopum affirmare solitum, Antichristum natum esse, eò statim proficiscitur. Concilioq; habito, re ipsa admodùm discussa, cùm leuitate quadam, vt alicuius magnæ rei author videretur, motū episcopum cerneret, hominem verbis castigatum dimittit, atque indè in Cisalpinam proficiscitur. Vbi ad Guardastellum conuentu multorum principum & episcoporum habito, de homagijs, de feudis, de sacramentis episcoporum laicis anteà exhibitis, exhibendisve, magna est habita ratio. At verò cùm intelligeret, Gallos sacerdotes non ità integrè, vt decebat, vitam ducere: eò profectus, apud Trecas conuentu habito, redactis ad laudabiliorem cultum ecclesijs, earum q; præsidibus partim pulsis, partim castigatione emendatis, in Italiam properè redijt, quòd intellexerat omnia seditiosorum quorundam factionibus perturbari. Stephanus enim Corsus Montem altum & Ponticulum de ea parte Hetruriæ, quam nūc principis apostolorum patrimonium vocant, ceperat, p̄sidijs q; muniuerat, vndè frequenti incursione omnia circunquaquè vexabat. Quem pontifex insecutus, ex altero castello deiecit: alterum vi capere non potuit, natura loci obstante & hyeme, quæ iam appetebat.

Synodus Florentina.

Trecensis Synodus.

Iturus itaque in Apuliam, componendarum rerum Italicarum gratia, Lauicano episcopo ecclesiam, Petro Leonis, & Leoni Fregepani vrbem vrbanaq̄ue omnia, Ptolemæo Sublacensi domino, quæ circa vrbem sunt, quàm diligentissimè commendauit, relicto Gualfredo nepote militiæ principe, qui vnà cum his ditionem Ecclesiasticam tueretur. Verùm absente pontifice, ab ecclesia DEI hi omnes defecēre: Petrus Columna, quem pontifex in gratiam receperat, Farfensis abbas cum Anagninis, Prænestinis, Tiburtinis, Tusculanis, Sabinis. Ausus & idem Ptolemæus comparato exercitu Albam Latinā oppugnare, ciuibus ipsis acriter vrbem defendentibus. Verùm superueniente pontifice cum principe Caietano, cumque Richardo Aquilano egregijs copiarum ducibus, pulsis tyrannis Ecclesiam Dei occupare conantibus, & Albā obsidiōe liberat, & reliqua oppida quæ iam defecerant, in deditionem recipit. Tibur obstinatè resistens, expugnat, non sinè magno vtriusque partis incōmodo. Montem altum, deiecto indè Stephano, recipiens, totum patrimonium breui pacatum reddidit. Pace deindè composita, ad bellum Asiaticum animum adijcit. principes Christianos literis & nuncijs ad eam rem quàm diligentissimè animat, quòd intellexerat, Gothifredo Hierosolymis mortuo, Saracenos recuperandæ Hierosolymæ causā magnos exercitus eò duxisse: superatisque Christianis ingenti clade, & comitem Burgundiæ in ipso, prælio cecidisse, ac Boēmundum viuum in manus hostium deuenisse, ipsum verò Balduinum regem, Gothifredi fratrem, ægrè ex tanta clade sese propripuisse, nec paulùm abesse quin vrbs caperetur.

Hunc Henricum alij rectius V. dicunt.

Interea Henricus quartus mortuo patre, quem apud Leodium bello superauerat, compositis in Germania rebus, in Italiam veniens, apud Sutrium substitit, quòd sensserat eius aduentum Paschali parùm admodùm gratum esse: quippe qui & Ecclesias multas in bellis euerterat, & Episcopatus contra ius fasque pro libidine animi, cui placuisset, demandauerat. Verùm missis vtrò citroque legatis, cùm Imperator iureiurando interposito pollicereturse & pacato agmine vrbem ingressurum, & coacturum suos episcopos, vt se à possessione episcopatuum abdicarent, quos largitione acceperant & potentia, portæ repentè apertæ sunt. Nam Sutrio mouens Henricus, ad montem Guadij castra posuerat, vndè posteà, annuente populo, prodeunteque obuiàm honorato quoque, vrbem Leoninam primò ingreditur, præcedentibus sacerdotibus cum insulis & reliquijs sanctorum à mole Hadriani. Nam per eam portam vrbem Leoninam ingressus est vsq; ad basilicam sancti Petri, cuius in gradibus pedes pontificis cousquè cum cardinalibus pro-

deuntis, exosculatus est. Positis deindè mitibus suis in stationibus, vnà cum pontifice, ad dextram tamen, templum ingreditur, in quo post orationem ad altare factam, à pontifice petit, vt illos confirmet, quibus ipse episcopatus dederat, licèt iusiurandum anteà interposuisset, se nunquàm id à pontifice petiturum. Paschalem verò id facere recusantem, intromissis militibus dato signo, vnà cum Cardinalibus statim capit, eumq; cum magna parte cleri, spoliati priùs, in castra perducit. Permotus tam insigni iniuria populus Romanus, sumptis armis, Teutonicos ex vrbe Leonina pellit, portasque omnes claudit. Tum verò Imperator ad Soractis montem perueniens, quem nunc sancti Sylueſtri vocant, in loco excelso & munitissimo pontificem & Cardinales collocat, dispositis circunquaquè custodibus & præsidibus, nè indè ausugere vel retrahi ab aliquo possent. quo facto, statim reliquas copias, vrbem oppugnaturus, mouens, ad Anienem peruenit. Vndè occupato priùs ponte Mammeo, incensis circunquaquè villis, incursiones continuò in Romanos faciebat. Quarè pontifex incommodis ciuium & precibus motus, ad Pontem Salarum perductus, accitis ex vrbe notarijs, qui pacta conscriberent, eos omnes (licèt inuitus) in episcopatu confirmauit, quos antè Henricus delegerat. Hoc itaque modo compositis rebus, dimissis captiuis omnibus, Imperator à pontifice coronatur in basilica sancti Petri, clausis priùs vrbis portis, nè populus erumperet, firmataq; stationibus ipsa ab Henrico basilica. Vndè non ità multò pòst voti compos factus, in Germaniam redijt. Pontifex verò pacata aliquantulùm Italia, concilioque apud Lateranum habito, omnia quæ Henrico promiserat, reuocat: quòd coactus, non libens, in eius sententiam armis; non rationibus, munitam, descendisset, instantibus Cardinalibus, qui in vinculis erant, populoque Romano, quiab Henrico bello vexabatur, vt quauis conditione pacem componeret. Satiùs itaque visum est retractare malè acta, violenter præsertim, quàm pati exemplo perniciosō, vt id quoquè reliquis principibus licere videatur, quòd Henricus ab inuito pontifice extorserat. Decreuit item pontifex in concilio apud Guardastallum habito, nè vrbes Aemiliæ, Placentia, Parma, Rhegium, Mutina, Bononia, Rauennati Ecclesiæ anteà Metropoli, subiectæ ampliùs essent, quòd sæpiùs ob superbiam in Romanam sedem præsules Rauennates cornua erexerant. Pontificem verò ad vrbem redeuntem rogārunt ciues quidam, vt in locum Petri præfecti vrbis demortui filium subrogaret. Quod cùm facere pontifex negaret propter ætatem pueri, qui vix decimum attigerat annum: tanta repentè seditiò exorta est, vt ei abire ex ciuitate necesse fuerit, nè magna aliqua cædes inter ciues committeretur, cùm multi inessent, qui nequaquàm tantum magistratum puero committendum dicerent. Neque ità quoquè seditionis semina abstulit. Nam cùm Albæ esset, intellexissetque Petrum Leonis Ecclesiæ fautorem, in ædibus suis ab aduersa factione oppugnari, eò properè Ptolemæum mittit ab Aricia accitum cum satis valida manu, qui pulsos in transtiberinam regionem aduersarios partim interfecit, partim capit, ac per municipia custodiendos diuidit. sed magna repentè in Ptolemæo inconstantia apparuit. Nam quos ipse paulò antè ceperat, eosdem posteà suo quoquè nutu ad municipia proficiscentes, dum iter per Algidum faciunt, ex insidijs adortus capit, & Laritiam secum ducit: inter quos & demortui præfecti filius erat. Non contentus autem tanto admisso facinore Ptolemæus, Sarminetum, Nymphæum, Tiberiam, oramque maritimam occupat. Interim verò Henricus è Germania in Italiam cum exercitu descendens, magno terrori omnibus fuit. Verùm cùm is Romam venisset, absente pontifice, qui tum in Apulia conciliū habebat, cumque se priuatum dignitate imperij putaret, vnà cum potestate dandorum episcopatuum, à Bracharensi Archiepiscopo patria exule, iterùm coronatus ante beati Gregorij corpus, in patriam abijt. Paschalis autem absoluto conuentu ex Apulia Romam cum copijs Normannorum rediens, & multa oppida ab hostibus occupata recepit, & Prænesti Caloioānis Imperatoris Constantinopolitani, qui patri Alexio successerat, oratores libenter audiuit, eisdemq; in mandatis dedit, vt Coloioannem suo nomine contra Saracenos animarent. At verò Farfensis abbas & Ptolemæus, qui nullum sibi veniæ locum apud pontificem ob sua maleficia reliquerant, latebris delitescentes, tandèm per amicos in Paschalis viri mitissimi gratiam redeunt. Pacatis hoc modo rebus, dedicataque Prænesti Agapeti basilica, Romam, effusa obuiàm vrbana multitudine honoris causa, tandèm redijt: qua quidem ex frequentia in valetudinem incidens, se paulò pòst moriturum cognouit: quarè acceptis Ecclesiæ sacramentis, cohortatisque clerum ad pacem & concordiam, pontificatūs sui anno decimooctauo, mense sexto, die septimo, moritur decimoquinto calendas Februarij: sepelituraque honorificentissima pompa in basilica Constantiniana. Suo autem pontificatu facta potestate sacrorum ordinum, presbyteros 50. diaconos 30. episcopos 100. creauit. Romæ prætereà ecclesias 15. consecrauit, maximè verò basilicam sancti Adriani in tri-

Pascalis apud Guardastallum,

bus foris prophanatum quorundam facinoroſorum ſcelere, eccleſiam ſanctæ Mariæ Monticelli in regione Ariolæ. Poſtremò verò reſtituit & conſecrauit baſilicam ſanctorum Coronatorum, eo tempore dirutam, quo Robertus Guiſcardi Salernitanus princeps eam partem vrbis incendit, quę à Laterano ad Capitolium vergit.

ALEXANDRI PAPAE TERTII GESTA, PAVCIS E PLATINA

de pontificum vitis excerpta.

Anno Dñi 1159.

ALexander tertius, patria Seneñ, patre Ranucio, mortuo Adriano, duorum & viginti Cardinalium ſuffragijs pontifex creatur, licèt Octauianū Romanum ciuem, tituli ſancti Clementis presbyterum cardinalem, Victorem appellatum, tres tantùm ſubrogauerint. Vndè ſchiſma ortum eſt. Tum verò Alexander, nè diutiùs ſeditio illa cum pernicię Eccleſiæ Romanæ protraheretur, Fredericum Imperatorem Cremonam tum obſidentem per legatos rogat, vt interpoſita authoritate imperatoria, ſeditionem tollat. Reſpondit ille, vtrunque pontificem Papiam ire oportere, quò & ipſe proficiſceretur cognoſcēdæ diſceptationis cauſa. At verò cùm Alexander, accepto tali reſponſo, Anagniam ſe contuliſſet, Octauianus Anagniam occupat. Tum Imperator indignatus, quòd dicto ſuo pontifex non obtemperâſſet, epiſcopos duos ad Alexandrū mittit, qui eum non pontificem, ſed Cardinalem appellatum, ad concilium citarent. Hi autem ab Alexandro confutati & reiecti, ad Octauianum ſtatìm ſe conferunt: eumque Papiam perducunt, vt haberent quem Alexandro obijcerent. Habito deindè cōcilio, Fredericus Octauianum pontificem confirmat, eumq; equo albo inſidentem, per vrbē Ticineñ ducit, & de more adorat. Qua iniuria Alexander permotus, præmiſſa admonitione, Octauianū & Fredericum anathematis vinculo colligat, literaſque mittit ad Chriſtianæ Reip. principes & populos, quibus intelligant, id à ſe iure & meritò fieri. Rediens deindè Romam Alexander pontificatûs ſui anno ſecundo, multos aduerſarios in vrbe inuenit, in ſe cornua palàm erigentes, quòd Frederici exercitus, præter vrbem veterem & Anagniam, omnem Eccleſiæ ditionem iam occupauerat. Quarè Alexander adhortante etiàm Philippo Francorum rege, Tarracinam profectus, conſcenſo nauigio, ad eam rem mādato Guilielmi Siciliæ regis parato, in Franciam contendit:

Concilium Claromontenſe.

conuentuq; in Claro mōte habito, anathema in Imperatorem & Octauianū factum, ſtatìm enunciat. Fredericus autem tyrannica poteſtate vſus, direpta Dertona, & Mediolanum ſolo æquauit, (vndè tranſlata Magorum corpora Coloniam tum crediderim à Rodolpho Colonienſium archiepiſcopo) & Cremoneñ magnis incommodis affecit. Quarè Veroneñ, Vincentini, Patauini, Veneti, communi periculo moti, decreuêre, nè ampliùs vlla auxilia Frederico Ciſalpinam vaſtanti præſtarentur. Fredericus itaque ira incenſus, Veronam ducens oppugnādæ vrbis cauſa, cùm eò perueniſſe aliarum vrbiū auxilia intellexiſſet, retrocedens, ac Papiam ſeſe recipiens, literis & nuncijs Franciæ regem adhortatur, vt tollendi ſchiſmatis cauſa, Alexandrum ſecum ad concilium ducat, quô & ſe vnà cum Victore profecturū pollicetur. Apud * Diuionē locus eſt, vbi * Sauo fluuius Gallos à Germanis diuidit. Is locus concilij eſt habitus, quò Fredericus, rebus Italiæ pro tempore compoſitis, profectus cum Octauiano eſt, Scotiæ ac Boëmiæ regibus, magniſque armatorum copijs ſtipatus. Verùm cùm Alexander ad id ſe profecturum concilium negaret, quod ipſe non indixiſſet, Turoniq; id inchoâſſet, Fredericus ira ac minarum plenus in Germaniā rediens, Octauianum, quem paulò pòſt ſecuturus erat, in Italiam miſit: quo quidem Lucæ mortuo, Guido Cremeñ in Antipapam Octauiano ſubrogatur. At verò Romani creatis coss. Alexandro pontifici amicis, eū ſtatìm ex Francia reuocant, qui primò in Siciliam, mox Romam nauigio delatus, congratulantibus omnibus, perbenignè ſuſcipitur. Aduentu autem Alexandri Ciſalpinæ Gallię populi in ſpem libertatis erecti, anno ſalutis 1165. in Fredericū ſæuè nimiùm imperantē, arma ſumūt, præſidiaq; eius ex arcibus quibuſdā deijciūt. Verùm Fredericus comparato magno exercitu in Italiam veniens, præter ſpem nulli noxius, traiecto ratibus Pado, in agrum Bononieñ deſcendens, copias partitur. Cohortes enim quaſdā Lucam miſit, quarū pręſidio tutus antipapa eſſet, q tum Lucæ erat. Ipſe verò cum reliquo exercitu Anconā profectus, vrbem aliquandiù obſidens, in ſuam tādèm redegit poteſtatem. Interìm verò ſocię Ciſalpinę Galliæ ciuitates, Mediolanū reſtituunt ac muniūt, Laudenſes Mediolanēſium hoſtes in ſocietatem recipiūt, quô faciliùs Frederico reſiſtere poſſent, ſi in eos moueret. Verùm Fredericum maior cura inceſſit. Mortuo enim Guilielmo Normāno Siciliæ rege, Emanuel Græcus

...nuelis ...toris ...pam.

Græcus Imperator legatos ad pontificē miſit, qui ei pollicerentur & magnas copias in Fredericum, & vnicam mentem omnium Græcorum cum Eccleſia Romana conuenientem, vt Orientalis cum Occidentali eadem fieret, ſi pateretur imperium Romanū anteà diuiſum, in vnum corpus redigi. legatis autem quid ſit reſpōſum, haud ſatìs conſtat, cùm bellum inter Romanos, Tuſculanos atq; Albanos ortum, pontificem impediuerit, quô minùs certum reſponſum legatis daret. Nam cùm Tuſculani Albanique pendere Romanis tributa immoderatiùs imperata recuſarent, incenſus ira populus Romanus, reclamante pontifice, populariter in Tuſculanos mouent. Tuſculanorum rempub. tum maximè gabernabat Aino comes, quem Rogerius ducatu Apuliæ deiecerat. Is itaq; in re militari peritus, accerſitis Germanis, qui apud Nepeſum Sutriumq; conſederant, tanta Romanos clade affecit, vt deincèps vix ſe tueri mœnibus, nedùm hoſtem forìs laceſſere, potuerint. Tum verò Fredericus vlciſcendi iniurias (vt ipſe dicebat) ab Alexandro acceptas occaſionem nactus, Ancona deſcendens, Romam mouet. Poſitis autem in pratis Neronianis caſtris, irrumpere ſuburbium Vaticani conatus, à familiaribus Alexandri conſtantiſſimè repellitur. Sequenti verò die baſilicam Petri incendiſſet, ſi æditui furentem ac iam facem intentantem admiſiſſent. Pontifex aūt haud ſatis tutò in Laterano cōſiſtens, quòd iam iam irrupturos Germanos videbat, in ædes Fregepanum ad Palladiū diuerteutes, confugit. Tum verò Guilielmus Sicilię rex, magni Guilielmi filius, audito pōtificis diſcrimine, magnam vim pecuniæ & triremes duas paratiſſimas ei miſit. Inſtabat cum populo Romano Fredericus, cui pacem promittebat, vt de duobus pōtificibus digniorem eligeret, altero eliminato & reiecto. Quę res certè cùm tota ad Frederici nutum ſpectaret, pontifex noctù abiens nauigatione, ſalutem ſibi fuga quæſiuit, Caietam primò, mox Beneuentum delatus. Expulit & Fredericū ab vrbe Roma peſtis, qua paſsìm velutì pecora & ciues & milites oppetebant. Venienti autem in Galliam Ciſalpinā Frederico Imperatori, fœderatæ ciuitates cum exercitu obuiàm fiunt: quos alacriter nimìs inſtantes, detrectato certamine, ſtudioſè vitans, in Germaniam peruenit. Abeunte itaq;

...andria ...ditur.

Frederico, ſociæ ciuitates Alexandriam, de nomine Alexandri pontificis nuncupatam, apud Rouretum Taro amni adiacentē, paribus animis impenſaq; condunt: in eamq; ex omnibus ciuitatibus quindecim millia hominum ad incolendum mittunt, diuiſis agris viritìm, partitiſq; in vrbe locis ad ædificandum. Romani autē acceptæ cladis memores, abeunte Frederico, Albam vi capiūt ac diruunt. Idem etiàm in Tuſculanos feciſſent, ni pontifex eos nunc minis, nunc execrationibus à tanto facinore deterruiſſet. Miſit tum etiàm Emanuel Imperator Conſtantinopolitanus alios oratores, qui maiora pollicebantur, ſi pontifex in ſententiam ſuam deſcendiſſet: quibus Alexander ità reſpōdit, ſe nolle id in vnum cōiungere, quod olìm de induſtria maiores ſui diſiunxiſſent. Moritur interìm Guido Cremeñ Antipapa in baſilica S. Petri: quam magno Frederici præſidio adhuc obtinebat, cuius in locum à ſeditioſis quibuſdam ſufficitur Ioānes Sarmieñ abbas ex Pannonia, vir pridèm furto infamis, cuiq; Aino comes ſibi timēs ob cladem anteà Romanis illatam, Tuſculum tradidit, montem Flaſconem ex pacto recepturus. Verùm cùm Aino à Flaſconenſibus nō reciperetur, recuſarentq; Tuſculani Antipapam recipere, Tuſculū rediens, omninò excluditur. Indè verò ad Alexādrum, qui tum Verulis erat, abiens, ius omne ſuum, quod in Tuſculo habebat, ei condonauit. Vndè Tuſculani, publico etiàm decreto ac conſilio adhibito, pontificem recipiunt.

Legati regis Angliæ ad Pontificem.

Quo in loco Henrici Angliæ regis oratores auditi ſunt, regem ſuum purgantes, quòd falsò diceretur in necem B. Thomæ archiepiſcopi Cantuarieñ coniurâſſe. Hanc ob rem pontifex cùm non facilè oratoribus regis crederet, in Angliam duos cardinales cum magna poteſtate mittit, qui rem ipſam diligenter inſpicerent, quibus certè rex, omiſſo Hybernico bello, quo erat implicitus, honoris cauſa apud Normanniam occurrit: reque diſcuſſa, ad hoc ventum eſt, vt Henricus iuramento adhibito, cùm non ſatìs de facto conſtaret, ſeſe purgauerit, promiſeritque ſe pœnitentiam pro nece ſanctiſſimi viri acturum: cuius etſi fuiſſet inſons atq; inſcius, occaſionem tamen præſtitiſſe ſit viſus, quòd viuentem ſimultate & odio perſecutus ſit. Additum præterea, vt ducētos milites Hieroſolymā mitteret, qui ſuis auſpicijs, ſuaque impenſa per annum contra Saracenos dimicarent: vtq; ipſe triennio, cum quāto poſſet exercitu, contra barbaros bellum gereret, libertatem eccleſiaſticā in ſuo regno tueretur, appellationibus ad curiam Romanam factis nō aduerſaretur. His autē rebus iureiurando confirmatis, regni Anglici titulum in ſe atque in hæredes ſuos transferri meruit, pontifice annuente. Hinc autem obſeruatum eſt, vt omnes Anglici reges à Romano pontifice regni iura recognoſcant.

Alexander autem diù cum Romanis colluctatus, cùm diceret ſe vrbem eorum pace ingreſſurum, nil ampliùs quàm rem diuinam curaturum, omiſſa eis cura rerum ſecularium: cùm id etiàm non impetraret, * Segniam proficiſcitur: ibì auditis legatis, qui ex Anglia venerant, cognitiſq; beati Thomæ miraculis, eum in numerum ſanctorum refert.

S. Thomas Cantuarieñ canonizat.

Fredericus autē in Italiam per montem

tem Cinisium rediens, Secusam dolo captam diruit: Astenses timore perculsos, in deditionem accipit: Alexandriam menses quatuor graui obsidione premés, magnum incommodum ab erumpentibus accipit. Posteà verò pertæsus longitudine laborum, in die Paschatis obsidionẽ soluens, Papiam venit: vbi de pace Italiæ est actum, interposita pontificis authoritate, quã Veneti, cum Imperatore Cõstantinopolitano anteà sentientes, libenter amplexi sunt, ob violatum à Græcis ius gentium. Henricũ enim Dandalum ciuem suum, legatum ad Emanuelem missum, tandiù candentia æra inspicere coegêre, quoàd oculorum aciem amitteret. Alexander autem pontifex cùm iam pacata esse omnia existimaret, Alexandriæ nouæ vrbi Episcopum dedit, anno salutis 1175. Verùm non ità diù põst Fredericus in Italiam cum magnis exercitibus descendens, omnia statim infesta reddidit. Mediolanenses tamen, adiuuantibus socijs omnibus, eius copias ità attriuêre frequentibus prælijs, vt paulùm abfuerit, quin ipse quoquè Imperator, subfosso eius equo, interficeretur. Ex Papiensibus autem & Comensibus, qui Imperatori fauebant, multi desiderati sunt. Ipsum verò Papiẽsem Episcopum pallij & ferendæ crucis dignitate priuauit pontifex, quia in partes Imperatoris declinauerat. Tum verò Frederici proceres arbitrati id ei accidisse, quòd Ecclesiam Dei persequeretur, palàm minari se in patriam redituros, omissa tam iniqua militia, ni properè cum pontifice in gratiam rediret. Conuenerat iam Venetias Alexander componendæ pacis Italiæ causa: eò & Fredericus accedens, in vestibulo sancti Marci, pontificis pedes exosculatur: simul deindè ad altare maius profecti, accepta dataque salute, de fœderibus pacis inter se multùm diúque collocuti sunt, quæ posteà sequenti die ex sententia confecta est. Abiens deindè Imperator cum bona pontificis venia, Rauennam primò, mox Bertonorum se contulit, quod oppidum cùm retinere ob opportunitatem loci instituisset, rogatu Alexandri Ecclesiæ tandèm restituit. Abiens quoquè Venetijs Alexander cum triremibus tredecim Guilielmi Siculi, & quatuor Venetorum, ornato ob beneficium acceptum eorum summo magistratu insignibus quibusdam & muneribus, Sipontum primò ventis delatus, atque indè Troiam & Beneuentũ, per Cassinen saltum Anagniam se contulit: vbi non diù immoratus, Tusculum petens; de abrogandis coss. agere cum Romanis cœpit antequàm pax componeretur. Verùm quia res in L. annum protracta, tolli difficilimè videretur, pacti sunt, vt nõ priùs electi à populo coss. magistratum inirent, quàm in verba pontificis iurarent, se Ecclesiæ Romanæ fidelissimos fore: nihilque vnquàm molituros, quod dignitati pontificiæ obesset. Hoc itaque modo rebus compositis, pontifex tertiùm Romã profectus, prodeunte obuiàm gratulationis & honoris causa honoratissimo quoque, cõcilium statim in Laterano celebrat: tum vt mores curiæ iam nimia licentia labefactatos componeret, tum vel maximè, vt decerneretur sub anathematis pœna, nè quis ferrum, ligna, armáve infidelibus & à religione nostra alienis importaret. Alexander verò post longos & assiduos labores, cùm iam quieturus à tyrãnicis perturbationibus videretur, põtificatûs sui anno vigesimoprimo, die decimonono, Romæ moritur, sublatis priùs è medio quatuor schismaticis pontificibus, quorum seditionibus Ecclesia Romana ferè subuersa est.

Pax inter Pontif. & Imper. facta.

LECTORI BENEVOLO

BARTHOLOMAEVS LAVRENS COGNOMENTO VVLGARI Poin, S.

SYNODVS Lateranensis sub Alexandro tertio habita, cum Indice sibi præfixo, itémque cum ijs quæ sibi adiecta habet, ad quæ præfixus hic index specialim respicit, sicuti paulò pòst videbis: excerpta est è volumine pergamenico, nõ illo cuius suprà sub Adriano I. & Nicolao II. mentionem fecimus, sed alio ac diuerso, nihil præter illa quæ hìc sequuntur, aliud compræhendente: ideoque totum hoc integrè, nõ diuisim, exhibere placuit: quanquàm pars ea quæ prima hìc asseritur, & in archetypo ità vocatur, seorsim ac specialiter ipsum tantummodò Lateranense concilium videri possit, cùm & archetypi titulus ea tantum in parte hoc præferat, nec omnia quæ deinceps ex ordine sequuntur, Alexandri tertij sint, sed aliquorum etiàm qui post eum Apostolicæ sedi præfuerunt. Verùm quia totus ille archetypi de quo loquimur, codex eorũdem propè characterum erat: & maximè, quia pars prima, secũda, tertia, & cæteræ deinceps aptè sibi cohærebãt: & super omnia, quòd D. Petrus Crab ordinis S. Francisci de obseruãtia, vnicus ac sedulus archetyporũ, quibus in editione conciliorũ anno Domini millesimo quingẽtesimo quinquagesimo primo vsi fuimus, procurator, istud nobis exẽplar vnicè cõmendauit,

ait, omittere quicquã ex illo, præsertim quod de textu (vt vocant) esset, neq; voluimus, nèq; ausi sumus. Nam adnotationum, quæ in archetypo ob marginis capacitatem plurimæ sunt, non potuit in editione hac ob marginis exiguitatem, haberi passim ratio. Cæterum quanto labore constiterit archetypi huius, quod propter breuiationes insuetas ac nimias non tam lectore, quàm coniectore indiguit, transcriptio: quoniam neminem, nisi quem hoc ipsum archetypon videre contigerit, creditura putamus, nullum hìc verbum facimus, Deo tantùm hoc nostræ quicquid est & opellæ commendatum volentes.

EORVM QVAE VEL LATERANA SVB ALEXANDRO PAPA TERTIO SYNODO, VEL ijs quæ illi proximè adhærent, compræhenduntur, Index.

DE SIMONIA.

1 NÈ prælati vices suas ad terminandas causas sub annuo precio committãt.

2 Nè sacerdos sub annuo precio ecclesiarum regimen suscipiat.

3 Quòd pro excessibus corrigendis aut criminibus puniendis, & quòd pro examinatione aquæ vel ignis, à clericis vel laicis pœna pecuniaria non debet exigi: & quòd pro exactiõe pecuniæ, nõ debent personæ suspendi, nec ecclesiæ interdici: & quòd à vicarijs non debet pecunia exigi, vt eis diuina permittatur celebrare.

4 Quòd episcopus ab ecclesia, quã consecrat, potest exigere procurationem moderatam, & nihil aliud.

5 Quòd in collectione denariorum, beati Petri ecclesiæ vel personę grauari non debent.

6 Quòd ecclesiæ vel personæ in visitatione grauari non debent.

7 Nè prælati in presbyteros tallias & indebitas exactiones exercere, vel eos irrationabiliter grauare vel inhonestè tractare, aut sinè capituli sui iudicio suspendere, aut eorum ecclesias interdicto subijcere præsumant: & quòd vnus duas maiores ecclesias non debet habere, quarum vna possit ei sufficere: & quòd non debet aliquis sinè ordine iudiciario excommunicari.

8 Episcopus ecclesias, quas de manibus laicorum eripuit, nouis non debet exactionibus prægrauare.

9 Quòd à prælatis non debent subditi viliter & inhonestè tractari, vel indebitis exactionibus vel procuratiõibus grauari: nec eorũ ecclesiæ, sinè manifesta ratione & causa rationabili, interdicto supponi.

10 Quòd ab ijs qui ad religionem transire voluërint, non debet aliqua pecunia exigi: nec prioratus vel capellania annua distractione vendi: nec ab eo, cui regimen ecclesiarum committitur, pro ipsarum commissione precium peti: nec pro sepultura, vel chrismatis & olei perceptione, vlla alicuius precij exactio debet exerceri.

11 Nè quis clericos vel laicos pro suis excessibus pœna pecuniaria mulctare, siue per examinationem ignis vel aquæ, pecuniam extorquere: aut pro indebita exactione pecuniæ, personas suspendere, aut ecclesias interdicere præsumat: neque ad ecclesias visitandas, nisi semèl in anno, aliquis accedat: nisi fortè talis emerserit causa, ob quã oporteat eas sæpiùs visitare: & etiàm cum ea moderantia hominum & equitaturarum, quòd qui in eis morantur, non debeant exindè meritò querulari.

12 Quòd ecclesia vel cauea super ipsam facta, nec emi potest, nec redimi.

13 Quòd si qui, vt electioni alicuius consentirent, premium vel aliquod beneficium receperint, & hoc manifestum sit, aut exteriùs confessi inuitè vel legitimi conuicti fuerint, ab altaris ministerio perpetuò sunt deponendi. Si autem manifestum non sit, nec confessi nec conuicti fuerint, & tamen posteà laborãt infamia, eis canonica debet purgatio indíci: in qua si defecerint, tanq; tanti sceleris authores, sunt puniendi.

14 Non esse alicui dandam ecclesiam intuitu operæ.

15 Quòd si qui ecclesias Simoniacè fuerint adepti, & hoc sit notorium, eis debent priuari. Si verò notorium non sit nec publicum, & tamẽ posteà laborent infamia: cum violenta manu vel vi canonica sui ordinis debet eis purgatio indíci: in qua si defecerint, beneficijs perpetuò debent carere adquisitis. Talesq; personæ in purgatione debent recipi, de quibus verisimile sit, quod non debeant alicuius rei obtentu peierare.

16 Quòd pro regimine scholarum nihil debet præstari.

17 Quòd pro licentia docẽdi nihil debet exigi aut promitti: promissum verò, remissi: solutum, debet reddi. Si autem huius prohibitionis occasione distulerit quis magistros congruos in locis congruis ordinare, prælatus ex officio suo ibidèm poterit viros idoneos institutioni præficere animarum.

18 Item de eodem.

De dolo & contumacia & calumnia alterius partium punienda.

1 Quòd in ecclesiasticis personis & negocijs rigor nimius non debet exerceri, si propter hoc iustitia non periclitatur.

2 Quòd victus victori in causis proprijs, vbi

vbi fortè (ſicut cautum eſt) pro abſente ſententia feratur, debet condemnari.

3 Quòd ſi quis cauſa rei ſeruandæ in poſſeſſionem miſſus fuerit, & alius intra annum poſſeſſionem ſecundùm formam iuris non intrauerit, licèt poſteà veritate tacita, literas à ſede apoſtolica de recuperanda poſſeſſione impetrauerit, de proprietate tantùm eſt audiendus.

4 Item. Idem de eodem.

5 Quòd ob peremptorium in die prima citationis factum, vbi magna vrgeat neceſſitas, poteſt appellari.

De decimis præſtandis.

1 Quòd decimæ pro temporalibus non ſunt commutandæ.

2 Quòd de prouentibus molendinorum & piſcariarum, & de fœno & lana decimæ debent perſolui.

3 Quòd decimæ de fœno equitio, pomis, piris, & apibus & omni fructu cum integritate debent perſolui.

4 Quòd ſeruientibus & mercenarijs de frugibus non decimatis debita non debent impendi, & quòd de nutrimentis animaliũ decimæ debent præſtari.

De coniugatis & ſponſis monaſterium ingreſſis, vel ingredi volentibus.

1 Quòd poſt legitimum conſenſum de præſenti, licitum eſt alteri, altero etiàm repudiante, monaſterium ingredi, & altero in ſeculo remanente, ſi vna caro non ſunt effecti.

2 Qui inuita vxore monaſterium ingreſſus eſt, ea petente ad eam debet redire: ſed & ea mortua, in ſeculo poterit remanere, ſed aliam non poteſt accipere.

3 Non debet vir ſinè vxore, vel vxor ſinè coniuge ad religionem conuolare, nisì qui remanet, tam ſenex ſit, quòd ſinè ſuſpicione poſſit in ſeculo commorari.

4 Si quis abſq; licentia vxoris monaſterium ſit ingreſſus, ea non vouente continentiam, ab epiſcopo poterit reuocari.

5 Si quis habitum religionis ſuſceperit, nondùm verò profeſſus eſt, & poſtmodùm vxorem duxerit: non eſt cogendus, ab ea recedere, & ad religionem tranſire.

6 Quòd nõ recipitur illius viri apud Deum conuerſio, cuius ſequitur coniugalis fœderis proſtitutio: nec vllus ad ſacros ordines eſt promouendus, nisì ab vxore continentiam profitente fuerit abſolutus.

7 Quòd vxoratus, nisì vxor eius profiteatur continentiam, & ſibi velamen impoſuerit, non debet ordinari.

8 Quòd ſi vir & vxor per carnis commixtionem vna caro non ſint effecti, poteſt alter ſinè altero conuerti, & alter in ſeculo remanere.

9 Quòd viro religionis habitũ aſſumente, ſi vxor ſuſpicione careat, quòd voletad ſecunda vota migrare, continentiam profeſſa, poterit cum filijs & familia remanere. Si autem talis non fuerit, à ſecularium hominum cõuerſatione debet remanere: nec aliquis vxorem tonſurare, & cum ea preſumat habitare.

10 Quòd poſt votum ſimplex, metu interpoſito factum, permittitur contrahere matrimonium.

De ſponſalibus & matrimonio contracto ſiue contrahendo.

1 Quòd ſi quis vxore inſcia, aliam ſibi matrimonio copulauerit, non poteſt poſteà ab ea recedere inuita, nè de dolo ſuo videatur lucrum reportare.

2 Qui fidem dedit de aliqua ducenda, ſi eam cognouit, & aliam poſteà acceperit, nõ eſt ab ea ſeparãdus, ſed de fidei læſione pœnitentia iniungenda.

3 Si qui infra annos matrimonio aptos fuerint deſponſati, à pactione nuptiali non poſſunt recedere, & ad aliud matrimonium conuolare.

4 Nullus conſanguineorum alterius ſpõſam ætati nubili aptam, aliquandò poteſt ſibi matrimonio copulare.

5 Qui ſub conditione aliquam deſponſauerit, non poteſt eam poſteà relinquere, quanuis conditio non extiterit.

6 Quòd pubes dicendus eſt, qui talis eſt, vt iam poſſit procreare.

7 Quòd ſi quis aliquam infra ſeptimum annum deſponſauerit, poteſt matrimonium cum matre eius poſteà contrahere, cùm deſponſationes & matrimonia ante ſeptimum annum fieri non poſſint, nisì poſteà cõſenſus interuenerit: & filij ab ea ſuſcepti, à paterna vel materna hæreditate non debent prohiberi.

8 Quòd ſi qui mutuo conſenſu ſe adinuicèm receperint, dicentes, Ego te in meam, &, Ego te in meum recipio: licèt alter eorũ alij poſteà ſe copulauerit, debet ab eo vel ab ea ſeparari, licèt carnalis commixtio inter eos fuerit ſubſecuta.

9 Quòd qui habitum religionis ſuſcepit, ſi profeſſionem non fecit, & aliquam ſibi poſteà matrimonio copulauerit: non eſt cogendus ab ea recedere, & ad eccleſiam redire.

10 Si vir dixerit mulierem ab eo cognitã, & ipſa negauerit, ſtandum eſt viri veritati, ſi id adfirmauerit iuramento: & ſi ipſa nubili ætate proxima, alicui fuerit deſponſata, nõ licet alicui de conſanguinitate viri eam ducere in vxorem: nec fas eſt ſponſo, aliquam de conſanguinitate puellæ matrimonio ſibi copulare.

11 Matrimonia canonicè contracta, non eſſe leuitate aliqua diſſoluenda.

12 Quòd qui iurauit ſe aliquam ducturũ, ſi poſteà ad alienas partes ſe tranſtulerit ea incogni-

incognita, liberum erit mulieri ad alia vota tranſire, Et quòd ſponſalia, ſed non matrimonia, in conditionis euentum rectè contrahantur.

13 Quòd ſi aliquis vi compulſus, aliquam ſibi matrimonio copulauerit, & eam non cognouerit, & aliam poſteà ſuſceperit, non eſt cogendus ad primam redire.

14 Quòd adulterium adulterio compenſatur.

15 Quòd ſi aliquis aliquam ſibi copulauerit, & poſteà cõperit ei coniunctam primæ vel ſecundæ linea, vtraq; debet perpetuò carere. Si autem in tertio vel ſuprà ſe gradu contigerint, à ſecunda debet ſeparari, & primæ adhærere.

16 Quòd ſi quis vxore viuente aliam acceperit, vel de ea ducenda ei fidem dederit: ab eius conſortio perpetuò debet, phiberi.

17 Quòd ſi pari conſenſu contractum ſit matrimonium, & vir ea incognita aliam duxerit, & eam cognouerit: ſecũda relicta, primæ debet adhærere. Quãquàm mulieri deſponſatæ & incognitæ liceat ad religionem tranſire, aliam tamen non poteſt in vxorem ſibi copulare.

18 Quòd ſi quis aliquam nubili ætati aptam, in ſuam receperit, licèt poſteà ab alio deſponſetur & cognoſcatur, debet primo reſtitui.

19 Quòd qui prohibentur cõiungi, ſi poſteà ſeſe coniunxerint, poſſunt excommunicari, quouſq; de matrimonio cognoſcatur.

20 Quòd partibus abſentibus veritas nõ poteſt plenariè inquiri: & quòd ad eũ à quo appellatum eſt, cauſa non debet remitti.

21 Quòd ſi quis pendente lite matrimoniali aliam acceperit, & poſteà inter ipſum & primam diuortium fuerit celebratũ, poteſt cum ſecunda remanere. Et quòd nõ eſt dicendus conſenſus de præſenti, licèt verbis præſentibus exprimatur, qui ex arbitrio dependet alieno.

22 Quòd ſi quis aliquam deſponſauerit, & eam nõ cognouerit: ſi poſteà aliquis eam acceperit & cognouerit, cum eo debet remanere.

23 De eo q ∗

24 Quòd ob cõcubindi impoſſibilitatem, non debet fieri diuortium.

25 Quòd non licet vxorem dimittere ſinè manifeſta cauſa fornicationis: & tunc, ipſa viuente, tenetur continere.

26 Quòd licèt diuina officia prohibeantur, baptiſma tamen paruulorum & pœnitentia morientium non debet prohiberi.

27 Quòd qui vnam ſororum deſponſauerit, ſi eam non cognouerit, poteſt aliam ſororem ſibi matrimonio copulare.

28 Secundum matrimoniũ ſolenne, primo clandeſtino præiudicat: & matrimoniũ contra indictum Eccleſiæ contractum, tenet, etiàm poſt appellationem.

29 Si puberes cõtraxerint ſponſalia, poſteà reclamantes nõ ſunt audiendi: ſed ſi ambo impuberes & reclamauerint, ſunt audiendi: ſi verò alter pubes, alter impubes, & impubes reclamauerit, eſt audiendus.

30 Quòd non poteſt vir vel mulier matrimonium ſuum accuſare, nec alij, ſi octodecim annis tacuerint.

31 Actu extrinſeco matrimonium præſumitur adimpleri.

32 Eorum qui poſt motam quæſtionem vel ab accuſatoribus conſanguinitatem dicerunt, teſtimonium non valere. Nominandæ ſunt etiàm perſonæ, & gradus ex vtroq; latere diſtinguendi: nec nisì per iudices diſcretos & pacem habentes, debet cauſa pertractari.

33 Qui de matrimonio contrahendo fidem dederunt, commonendi ſunt eam ſeruare.

De poteſtate iudicum delegatorum, & de varijs literis diuerſis temporibus impetratis.

1 Licèt inhibita fuerit appellatio, à ſecundo tamen delegato ad primum delegantem poteſt appellari.

2 Accuſatores & eorum fautores iuſtitiam impedientes, Eccleſiaſtica debent cenſura coërceri.

3 Quòd pro varietate literarum, in executione iudicibus eſt ſuperſedendum.

4 Quòd non eſt ſtandum ſententiæ, quæ manifeſtam continet iniquitatem.

5 Iudex delegatus, alij vices ſuas committere poteſt.

6 Cauſæ quę intra certum terminum decidendæ committuntur, nisì de communi conſenſu prorogetur, eo elapſo expirat mãdatum. Et qui ad hortationem iudicis delegati venire neglexerit, ſecundùm iudicis arbitrium poterit puniri.

7 Cùm iuriſdictio delegatur, omnia videntur delegata, q̃ faciunt ad iuriſdictionẽ.

8 Iudex delegatus cauſam appellatione remota commiſſam, alij non poteſt committere re. ap.

9 Quòd priores literæ derogant poſterioribus, nisì intentio prioris commiſſionis in poſterioribus habeatur. Quòd etiamſi cauſa conſenſu partium alteri fuerit delegata, & alter ignorante altero, tacita priori cõmiſſione, eam alij impetrauerit committi, propter dolum & fraudem debet alter in expenſis condemnari.

10 Quòd iudex delegatus ſuam executionem poteſt demandare.

11 Item de eodem, & ſi quis ei reſtiterit, poteſt eum coërcere.

12 Quòd ad iuſtam ordinarij commonitionem cauſa delegata debet differri, & Papa propterea conſuli.

13 Quòd non ſecundùm formam in literis expreſſam,

expreſſam, ſed ſecundùm rigorem iuſtitiæ eſt in cauſa procedendum.
14 De eo quod ſuprà e. 6. Cauſæ: & ſi iudex aliter fecerit, & fines mandati exceſſerit, eius iuriſdictio expirat.
15 Quòd delegatus ſecundùm priores literas poteſt in cauſa procedere, niſi expreſsìm in poſterioribus contineatur, cauſam ipſam ab eius examine ſubtractam.
16 Quòd qui ſemèl officio ſuo functus eſt, decæterò eius iuriſdictio ceſſat.
17 Quòd abſens cauſa ſtudij vel peregrinationis, vel alia certa cauſa, ante citationẽ excuſatur, & de eo qui ſuprà 6. Cauſæ.
18 Quòd hæc conditio, ſi preces veritate nitantur, eſt ſubintelligenda, & ſi nó apponatur.
19 Quòd iudex poteſt terminum appellationis abbreuiare, & ſi intra terminum non fuerit appellationem proſequutus, appellantem proſequi appellatiõem compellere poteſt, vel coram ſe iudicio ſtare debet.
20 Quòd iudex delegatus maior eſt eo, cuius cauſam ſuſcepit terminandam: & ſi rebellis fuerit, poterit eum punire.
21 Quòd etiamſi aliquis præſtito iuramento iudicio ſiſti fuerit abſolutus, & ſtatim in vocem appellationis proruperit, nõ eſt aliquatenùs audiendus.
22 Quòd morte mandatoris, lite nõ conteſtata, finitur mandatum.

De teſtibus cogendis vel non.

1 Quòd vocatus ad teſtimonium perhibendum, nisì venerit, eſt coërcendus.
2 Quòd poſt publicationem atteſtationum, teſtes non debent produci.
3 Quòd religioſi in proprijs cauſis à ferendo teſtimonio non ſunt expellendi.
4 Quòd teſtis ſuper crimine conuictus, non eſt audiendus.
5 Scripta authentica, ſi in ſcriptura teſtes deceſſerint, robur non habent: nisì per manum publicam ſint authẽticata, aut authenticatum habuerint ſigillum.
6 Teſtis ob crimen contra eum ciuiliter probatum, à teſtimonio repellitur, ſed non aliter punitur.
7 Quòd ad ferendum teſtimonium nullus ſit cogendus, nisì timore aduerſæ partis ſe ſubtraxerit: & quòd laicus à clerico in cauſam tractus, in foro forenſi eſt conueniendus.
8 Laicus contra clericũ teſtimonium non poteſt perhibere, nisì ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam: ſed nec tunc poteſt eum accuſare.
9 Quòd nõ ſunt teſtes vltra tertiam productionem producendi.
10 Quòd dicta teſtium benignè debent interpretari, nè de periurij reatu notentur.
11 Quòd in cauſa filiationis, contra communem viciniæ opinionẽ, ſtandum eſt verbo viri & mulieris.
12 Quòd poſt teſtium renunciationem in cauſa appellationis, ſuper nouis articulis teſtes ſunt admittendi.
13 Quòd licet iuramentis contrauenire.
14 Quòd qui perſonatui renũciat, & penſionem ſoluit, nõ poteſt inniti inſtitutioni.
15 Quod priuilegium ſuper re litigioſa impetratur, non valet.
16 Quòd teſtes ſunt compellendi.
17 Quòd teſtes duplex debent præſtare iuramentum.
18 De eo qui ſuprà e. 3. Cùm nuncia.
19 quòd teſtes debent moneri, non cogi.
20 Quòd iudices debent intrare vbi teſtes degunt, ſi decrepiti fuerint.
21 Quòd teſtes purgationis ſecundùm propriam conſcientiam iurare debent.
22 Quòd qui fornicarias habent, eccleſiaſtico debent beneficio ſpoliari: & quòd latrones & raptores & de periurio conuicti, non poſſunt teſtimonium perhibere.
23 Quòd teſtes ad accuſationem matrimonij non ſunt admittendi, qui tempore contracti matrimonij conſanguinitatẽ ſcientes ſiluerunt.

De ſecundis nuptijs.

1 Quòd non debet benedictio iterari.
2 Quod ſinè infamia mulier infra tempus luctûs nubere poteſt.

De appellationibus.

1 Quòd non debet inquiri, cuiuſmodi actio intendatur, ſed primò rei veritas inquiratur.
2 Quòd appellatio de omni grauamine non eſt admittenda.
3 Quòd vbi ſub prætextu appellationis noſcitur crimen committendum, non eſt appellans defendendus.
4 Quòd religioſus, nè caſtigetur appellans, non audietur.
5 Quòd fruſtratoriæ dilationis cauſa appellans audietur, & quòd morbo conſimili laborantes, in teſtimonium non admittuntur.
6 De eo quòd ſupra e. c. proximo, & quòd iudex poterit terminum abbreuiare, infra quem nisì appellationem fuerit appellans proſequutus, tenet ſententia contra eum lata: & quòd raptor & alienæ rei detentor & fornicator, nisì ſit manifeſtum, appellans audietur.
7 Quòd tenet excommunicatio poſt appellationem antè interpoſitam.
8 Quòd ſi iter arreptum fuerit ante accuſationem factam, non eſt in cauſa procedendum.
9 Quòd appellationi ſuper incidenti quæſtione factæ, ſi ſinè ea principalis quæſtio non poſſit terminari, eſt deferendum: & quòd app. inhib. etiàm de falſa ſuggeſtione appellari non poſſit.
10 Quòd appellationi, pro qualicunque fiat cauſa leui, eſt deferendũ: & de eo quit

11 Quòd ſi cauſa ap. re. committitur, licèt aliquod ſpeciale mãdatum habuerit, vbì ei liberè liceat appellare: non eſt tamen audiendus, quia ſpeciale mandatum derogat generali.
12 Quòd vbì inhibita eſt appellatio, & recuſatio: & quòd tunc incipit, cùm iudices ſuſceperint mandatum.
13 quòd qui violentas manus in clericum iniecerit, appellans non audietur.
14 Quòd in criminibus notorijs non eſt deferendum appellationi, & de eo quòd ſuprà 6. Cùm ſit.
15 Quòd ſi quis ab aliquo appellauerit, & aliqua re, & poſteà coram eodem ſuper alia conueniatur, poteſt eum velut ſuſpectum euitare.
16 De eo quod ſuprà e. 12. c. Super eo.
17 Quòd ſi quis appellauerit, nisì ſit app. re. eſt audiendus.
18 Quòd delegatus poteſt accuſari.
19 Quòd appellans metu literarum, quas ſcit impetratas, non eſt audiendus.
20 De eo quod ſuprà e. 3. c. Quòd verò
21 Quòd de facto excommunicatus, licèt non de iure, de facto abſolui *
22 Quòd literæ, pendente appellatione, impetrari non valent.
23 Quòd ſi cuius poſſeſſio poſt appellationem fuerit turbata, archiepiſcopus poteſt emendare.
24 Quòd archiepiſcopus poſt appellationem poteſt exceſſus corrigere, de quibus non appellatur.
25 Quòd religioſi pro euitanda diſciplina appellantes, non ſunt audiendi.
26 Quòd ſuper re ſpirituali ad ſecularem iudicem non eſt appellandum.
27 Quòd qui publica laborat infamia, teſtibus deficientibus, ad purgationem eſt cogendus: & quòd pro inimicitia vel manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ordinarius euitari.
28 Quòd obtentu appellationis non poteſt quis excuſari, quin ad vocationem Cardinalis debeat venire.
29 Quòd qui iurant iudicio ſiſti, & poſteà appellant, compellendi ſunt ſeruare quæ iurant, vel intra quadraginta dies proſequi appellationem.
30 De eo quod ſuprà e. 24. c. Significauit.
31 De eo quod ſuprà e. 9. c. Super eo.
32 De eo quod ſuprà e. 22. c. Ex literis. Et quòd non reijcitur, qui volens poſſeſſionem ingredi, vi repellitur in cõtinenti.

Vt actor reſpondeat ei quem conuenit.

1 Quòd actor ei quem conuenit, ſuper alijs negocijs in eodem iudicio tenetur reſpondere.
2 De eodem.

De eo qui conſanguineam vxoris ſuæ, vel ſponſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognouit.

1 Quòd qui matrem vel ſororem vel filiã vxoris ſuæ cognouerit, debet ſinè coniugio perpetuò permanere, & ipſa.
2 Quòd ſi quis puellam non ſeptennem deſponſauerit, & poſteà eius matrẽ in vxorem duxerit, non ſunt ſeparandi.
3 Quòd ſi filius patris ſponſam cognouerit, pater verò eam non, ea viuente aliam poterit habere.
4 Quòd quí ſponſa intacta, matrem eius cognouit: cum alia matrimonium contrahere, & illa alij nubere poteſt.
5 Quòd vxore viuente, maritus ſciens cũ alia legitimè contrahere non poteſt.
6 Quòd qui ſponſa intacta, eius conſanguineam cognouit: ipſa eum petente, debet abſolui.
7 De eo quod ſuprà e. 1. c. Si quis.
8 Quòd qui ſponſa intacta, tamẽ eam cognoſcere tentauerit, cõſobrinam eius poſtmodùm duxerit, ab ea eſt ſeparandus.

De religioſis viris decimas ex priuilegio non præſtantibus, & de priuilegio abutentibus.

1 Quòd non poſſunt religioſi ſinè authoritate epiſcopi, portiones vel antiquos redditus minuere, vel parochias diuidere.
2 Quòd religioſi ex prædijs conductis decimas ſoluere debent.
3 Quòd religioſi de laboribus quos proprijs manibus vel ſumptibus colunt, & de animalium nutrimentis, à decimarum præſtatione ſunt immunes.
4 Pacificam poſſe fieri compoſitionem ſuper decimis.
5 Fratribus * Ciſtertienſis ordinis, Templarijs, Hoſpitalarijs, laborũ ſuorum decimas indulgeri cunctis de noualibus. *Ciſtren
6 De prædijs, traditis ruſticis ad excolendum, monachos debere decimas dare.
7 De eo quod ſuprà 3. c. Fraternitatem.
8 De eo quod ſuprà 3. c. Fraternitatem: & quod ſummus pontifex dicit præter ſolitũ, ab eo debet exponi.
9 Monaſteria de ſuis prædijs decimas nõ debent præſtare.
10 Monachis non alias decimas, quàm de noualibus indulgendas.
11 Priuilegium ſequens, priori non deroget conuentori.
12 Monachi decimas dare debent de prædijs, de quibus priùs dabantur.
13 Abbas non debet detinere quæ ad epiſcopum pertinent, nisì authoritate Romani vel ſui pontificis.
14 A clericis non ſunt decimæ indiſtinctè exigendæ.
15 Clerici à clericis non debent decimas exige-

exigere, sed illi eis tenentur soluere, qui ab eis spiritualia percipiunt.

De illis qui incidunt in canonem datæ sententiæ, vel incidere videntur: & qui sint ad sedem Apostolicam propter absolutionem mittendi.

1 Qui ignoranter manus violentas iniecerit in clericum, excusatur.
2 Non possunt per abbatem absolui, qui ante religionem susceptam, in canonem datæ sententiæ inciderunt.
3 Qui viros religiosos læserunt, Apostolico conspectui se debent præsentare: & de eo quod suprà c. Pro Christo.
4 Religiosi, sicut alij, pro violenta manuũ iniectione in clericos, sunt euitandi.
5 Tam mandantes quàm malefactores, p violẽta manuum iniectione in clericos, sicut excommunicati sunt euitandi.
6 Qui in fratres Templi violentas manus inijciunt, sunt excommunicati.
7 Si clerici impuberes sese inuicèm percusserint, vel puberes ex iocosa leuitate, & magistri discipulos causa correctionis, non incidunt in canonem datæ sententiæ.
8 Religiosi sese inuicèm percutientes, à suo abbate vel episcopo possunt absolui.
9 Qui prætextu officij clericum læserit vel vulnerauerit, ab eo suo potest absolui.
10 Qui clericum vim inferentem lędit repellendo, vel cum matre vel sorore inuenitur vel etiàm filia, non incidit in canonem datæ sententiæ.
11 Qui in conuersis violentas manus injiciunt, sunt excommunicati.
12 Qui sui iuris non sunt, vel etiàm mulieres, si in clericum violentas manus iniecerint, ab episcopo suo possunt absolui: & delicati qui magnum laborem sustinere nequeũt, possunt excusari, quô minùs ad Apostolicam sedem mittantur pro violenta manuum iniectione.
13 Qui incidunt in canonem datę sententiæ, si sinè periculo Romanum pontificem adire nequiuerint, ab episcopo suo possunt absolui.

De iure patronatûs & clericorum institutionibus.

1 Rectorem Ecclesię sųę, in illa debere residere, nisì iusta causa subsit. vno etiàm præsentato & non instituto, alium pòst præsentatum & institutum præferri.
2 Concessio laici super Ecclesia sinè consensu Episcopi, est inutilis, etiàm collegio facta.
3 De eo quod suprà c. 13. c. Relatum.
4 Si qui aduocationes ecclesiarum adquisiẽrunt, vt ad easdem filios & nepotes præsentent, eis possunt spoliari.
5 Firmarij vitam esse præsentationem.
6 Si ecclesia non vacans alicui à patrono concedatur, postèa ea vacãte alio instituto, posterior præferri debet, & laicus etiàm loco religioso ius patronatûs licitè potest conferre.
7 Secundùm patronorum traditiones, ecclesiarum ordinationes non sunt mutãdæ.
8 Si à patrono clericus episcopo idoneus fuerit præsentatꝰ, & postmodùm alius æquè idoneus: episcopi relinquitur arbitrio, quis alteri præferatur. Verùm si collegium vel religiosa persona præsentauerit, qui prior tempore, potior est in iure.
9 Longa præscriptio robur dat cõcessioni à laico factę sinè episcopali authoritate.
10 Emptionis titulo non debet ius patronatûs adquiri.
11 Concessio ecclesiarum viuentibus personis facta, est euacuanda.
12 Per Episcopum potest in ecclesia persona instituì, si cuius ordinatio propter controuersiam laicorum differatur.
13 Si fundus ematur, ius patronatûs adquiritur.
14 Ius patronatûs licitè potest ordinari.
15 Filij ecclesias à parentibus fundatas, nó debent authoritate propria detinere, nec alijs conferre.
16 Ius patronatûs annexum est spirituali, & ideò non potest vendi.
17 De eodem.
18 Nullus ecclesiam vel quod ecclesiastici iuris est, monasterijs vel canonicis sinè episcopi authoritate potest conferre.
19 Episcopi personas debent admittere idoneas in ecclesijs, in quibus adepti sunt præsentationes.
20 Qui ab eo præsentatus creditur, & ab ordinario instituitur, licèt alius postèa patronatûs ius euicerit, non est propter hoc ab Ecclesia destituendus, & de eo quod suprà 11. c. Ea quæ. & de eo quod suprà 6. c. Illud in fine.
21 In ecclesijs quarũ ordinatio differtur, ab episcopo debet œconomus constitui.
22 Episcopi debent instituere, patroni consentire.
23 Quòd episcopi consensus subsequens potest sufficere.
24 Personæ ecclesiarum, in quibus monachi habent ius præsentandi, monachis de temporalibus, Episcopis de spiritualibus debent respondere.
25 Renunciatio ecclesiarum in manibus episcopi fieri debet, non patroni.
26 Defensor appellans audietur.

De Vsuris.

1 Non admittitur dispensatio, vt accipiantur vsuræ.
2 Contractus vsuram continet, licèt ex forma sic transeatur.
3 Fructus in sortem sunt computandi.
4 Quòd vsuræ sub iuramento promissæ, sunt soluendæ.

5 Vsuræ ante interdictum vel post perceptæ, sunt soluendæ.
6 Nullus ad vsuras soluendas est cogendus, nisì ad earum teneatur solutionem.
7 Fructus reddituum, in sortem sunt computandi.
8 Sorte recepta, pignus est restituendum.
9 Clericus vsuras accipiens, nisì vbì de manu laicali beneficium Ecclesiæ redimat, officij sui periculum debet sustinere.
10 De eo quod suprà 8. c. Nihilominùs.

De iuramentis seruandis.

1 Non est contra iuramẽtum veniendum, nisì vergat ad interitum salutis.
2 Contra iuramentum ex causa licitè potest veniri.
3 Qui iurant, compellendi sunt iuramentum seruare.
4 Clerici pro periurio ecclesijs perpetuò debent priuari.
5 Non debent ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti.
6 De eo quod suprà e. 4. e. Tua nos.
7 Compulsus iurare, debet absolui.

De clericis matrimonio copulatis, & alijs fornicarias habentibus.

1 Clerici concubinas habentes, eas compelli possunt abiurare.
2 Clerici in subdiaconatu & supra, qui infra quadraginta dies post commonitionem fornicarias non remouerint, Ecclesiastico beneficio debent priuari.
3 Simplex beneficium clerico potest concedi coniugato.
4 Subdiaconorum, de quorum incontinentia timetur, matrimonium est dissimulandum.
5 Pro bono pacis, quod est illicitum, dissimulatur.
6 Clerici qui citra subdiaconatum matrimonium contrahunt, ab vxoribus non debent separari, nisì de communi consensu ad religionem voluerint transire. Si verò in subdiaconatu & supra, ad matrimonium conuolauerint, vxoribus inuitis debent segregari.
7 Sacerdotes qui vxores ad commonitionem episcopi dimittere nolunt, officio & beneficio possunt priuari.
8 Clerici, siue in sacris ordinibus constituti, siue infra, nolentes dimittere fornicarias, beneficio possunt priuari.
9 Si sacerdos fornicariam non dimiserit, debet suspendi: & quousquè eam dimittat, in suspensione permanere.
10 De eo quod suprà 2. ca. Sicut. & de eo quod suprà ca. octauo c. Si autem.
11 De eodem.
12 Episcopus potest eum absoluere, qui clericum vulnerauit.
13 Minus malum, vt maius vitetur, est tolerandum.
14 Permittitur subdiacono cuidam contrahere matrimonium.
15 Sacerdos non debet tabernas frequentare.

De ordinatione filiorum sacerdotum, & eisdem in ecclesijs paternis non tolerandis.

1 Nõ debet aliquis permitti habere ecclesiam, in qua pater eius proximè ministrauit.
2 Filij sacerdotum non debẽt ad ordines admitti, nisì in monasterio vel canonica regulari vita fuerint probati.
3 Nou debet aliquis in ecclesia, in qua pater eius ministrauit, ministrare.
4 De eodem.
5 Si episcopus scienter in paterna ecclesia aliquẽ instituit vel ignoranter, dum ad eundem ipsum postèa ordinauerit, potest in ea remanere.
6 Si filius sacerdotis ad sacros ordines fuerit promotus, potest ecclesiastici beneficij obtinere portionem.
7 Quilibet ab Ecclesia, in qua pater eius personatum habuit, est excludendus.
6 Filius in patris ecclesia potest institui, si media interceſſit persona.
9 Filius paternam potest ecclesiam habere, si pater eius eiusdẽ ecclesiæ vicarius perpetuus non fuerit vel persona.
10 Si quis cum aliquo per literas summi pontificis dispensauit, per posteriores literas non debet actum irritari.

De Iudæis, & nè Christiani eorum mancipia fiant.

1 Iudæi ad baptismum non sunt compellendi: sed si voluërint, absq; calumnia Christiani efficiantur. Nullus etiàm eos sinè iudicio vulnerare vel occidere, vel eis res suas auferre, vel eorum solennitates perturbare præsumat.
2 Non debet clericus ad secularem iudicem trahi, nec debet aliquis Iudæis seruire, nec nutrices Christianas eis licet habere aut obstetrices.
3 Iudæis quocunq; titulo non licet parochias occupare, nec à Christianis sunt eis homagia præstanda.
4 Iudæi Christiana mancipia non debent habere.

De monachis & monialibus sinè probatione receptis, & in probatione positis recedere volentibus.

1 Habitus religionis ante decimum quartum annum susceptus, quomodò licitè potest relinqui.
2 Qui habitum religionis ante professionem deserunt, in secularibus non debent ecclesijs admitti.
3 Qui habitum non susceperit, nec professionem fecit, licèt de suscipiendo coram epi-

scopo votum fecerit, si postea vxorem duxerit, non est cogendus eam dimittere, & ad ecclesiam cui se deuouit, redire.

De spoliatis restituendis vel non.

1 Qui spoliatus renunciauit Ecclesiæ, etsi eam pluriès abiurauerit, est restituendus.
2 Idiotę personę non discretę, peremptorias reprobant exceptiones.
3 Iudices debent ad locum venire, in quo faciliùs partes possunt esse præsentes.
4 Si spoliatus quis renunciauerit ecclesię, licèt id iuramento firmauerit, nullum exindè generatur ei præiudicium.
5 Priùs est de violenta eiectione, quàm de canonica institutione, agendum.
6 In possessorio iudicio criminis obiectio non retardat principalis causæ executionem.
7 Quę vi & metu facta sunt, in irritum debent reuocari.
8 Spoliatus debet restitui, licèt ei obijciatur, quòd filius fuerit sacerdotis proximè ministrantis, vel quòd indè soluerit pensionem.
9 Qui violento succedit possessori, velut ipse potest conueniri.

De iuramento calumniæ.

1 Clerici non debent præstare iuramentum de calumnia, nec aliud, prælato inconsulto.
2 In causis super rebus spiritualibus non est iuramentum de calumnia præstandum.
3 Neq; præstatur iuramentũ de calumnia ab his qui causam sciant.
4 Religiosi debent sibi œconomum statuere, qui iuramentum de calumnia valeat subire.
5 Iuramentum de calumnia à quocunque est præstandum.
6 Qui debitum vel accessiones initiatur, iuramentum de calumnia debet præstare.

De excessibus episcoporum contra suos archidiaconos, & archidiaconorum contra suos episcopos.

1 Episcopus potest institutiones ab archidiacono post ꝓhibitionem factas, irritare.
2 Non licèt alicui sub obtentu alicuius consuetudinis, sanctorum patrum transgredi institutiones, nec sinè licentia Episcopi curam committere animarum.
3 Nõ licet archidiacono, ecclesias vacantes occupare & detinere.
4 Consuetudines ecclesiarum archidiaconis debitæ, ab episcopo non possunt minui, sed eis debent integrè conseruari.
5 Vno archidiaconatu debet omnis esse contentus.

Quibus & quãdò & infra quam ætatem ecclesiasticum beneficium conferatur.

1 Non nisi his qui ætatem habent & scientiam, ecclesiæ sunt conferendæ.
2 Nemini infra decimum quartum annum constituto, ecclesiæ personatus vel regimen est concedendus.
3 De eodem, & ꝙ nullus quasi iure hæreditario debet in paterna ecclesia collocari.
4 Si minor quindecim annis ante concilium celebratum, in ecclesia fuit institutus, non est ab ea amouendus.
5 Ad personatum parochialis ecclesiæ, nõ nisi subdiaconus debet admitti vel supra, nisi ex dispensatione.

De depositione clericorum, & de dispensatione circa eosdem facta.

1 Fauore religionis admittitur, qui aliàs non admitteretur.
2 In ordine Simoniacè adquisito quomodò potest quis tolerari.
3 Qui literas summi pontificis falsauit, in monasterium districtæ religionis debet detrudi, officio & beneficio spoliatus.
4 Confessio super crimine coram iudice seculari facta, clerico non præiudicat: nec si aliquis pro suis excessibus sit depositus, seculari iudici est tradendus.
5 Clericus qui duellum spõtè obtulit, vel oblatum susceperit, de rigore est deponendus.
6 Sacerdos qui in duello partem digiti amisit, non debet tolerari.
7 Sacerdos qui puerum causa disciplinæ percusserit, ità quòd expirauerit, est deponendus.
8 Qui decimas vel Ecclesiarum dispositiones laico in seculo manenti concesserit, est deponendus.
9 Qui furtiuè ordinem diaconi susceperit, nisi sub anathemate facta esset prohibitio, potest promoueri in sacerdotem.
10 Clerici excommunicati vel interdicti, qui ante absolutionẽ diuina celebrare præsumpserint, perpetuò sunt deponendi.
11 Qui in conflictu vbi homines interfecti sunt, lapides proiecit: si neminem percussit, potest in ordine tolerari.
12 Actio vt causa clerico imputatur.
13 Sacerdos post perpetratum homicidiũ quomodò potest in ordine sustineri.
14 Actionem mortis clerico non imputari.
15 Presbyter propter membri deformitatem prohibetur celebrare.
16 Clerici, habitu relicto, in crimine deprehensi, per Ecclesiasticam iustitiam non debent liberari.
17 Clerici non debent esse ministri vel ꝓcuratores laicorum: quod si fecerint, & pro aliquibus capiantur, indignum est eis ab ecclesia subueniri.
18 Officium potest exequi episcopus, qui loco tantùm renunciauit.
19 Neque serui neq; spurij sunt ordinandi, nec aliquis seruilis conditionis.
20 Qui in remotis partibus sunt ordinati, eorum literas debent habere, qui eis manus impo-

nunt: & incogniti per aliquod temp⁹ debent esse in suspenso, vt de eorum actib⁹ alij instruantur.
21 Officium diacono reddi potest, q̃ alium vulnerauit.
22 Inuito prælato non debet subditus ꝓmoueri. Non in sublimitate graduum, sed amplitudine meritorũ, regnum Dei acquiritur.
23 Diebus Dominicis non licet alicui, nisi summo pontifici, in subdiaconum aliquẽ ordinare, nec in vigilia pentecostes.
24 Extra quatuor tempora ieiunia nõ sunt aliqui ad sacros ordines promouendi.
25 Licitè potest quis in diebus Dominicis aut alijs festiuis aliquos ad minores ordines promouere.
26 Clerici ignota sigilla de ordinatione dẽferentes, non sunt admittendi.

Nè clericus & monachus secularibus se immisceat negocijs, & de regula religiosorum.

1 Monachi non debent villas ad firmam tenere vel ecclesias.
2 Religiosi ad legendas leges & confectiones physicas ponderãdas, de suis claustris non debent exire.
3 Monachi non debent causa lucri negociari, vel à laicis firmas habere, vel laici Ecclesias ad firmam tenere.
4 Clericis nõ licet causam sanguinis agitare: clerici etiàm comam nutrientes, ab archidiaconis tondeantur vel inuiti.
5 Fratres sinè proprio debent viuere, Priori ꝓfessionẽ facere, crucem nõ debent accipere, in hospitalibus possunt oratorium construere, episcopi licentia non requisita.
6 Monachi de claustro exeũtes, redire tenentur ad monasteria, in quibus fecerunt professionem.
7 Monachi non regulariter viuentes, per alterius ordinis institutionem debent puniri.

De pactionibus licitis & illicitis in rebus ecclesiasticis.

1 Sub annuo censu vsq; ad certum terminum, potest ecclesia teneri ad firmam.
2 Propter ingratitudinem, quod actum est, reuocatur.
3 Inter ecclesiasticas personas super decimis transactio facta, rata perpetuò debet pfistere & inconuulsa.
4 Nulli concedendæ sunt Ecclesiæ, vbi alij nominatim succedant.
5 Transactio per abbatẽ vel priorem cum literis ratihabitionis conuentûs facta, rata debet permanere.
6 Transactio super cõtrouersia Ecclesiæ facta, quia speciem continet Simoniæ, in irritum debet reuocari.
7 Decimæ ablatæ, sinè diminutione sunt restituendæ.
8 Non debet aliquis pensionem Ecclesiæ soluere, vt faciliùs ad suos transferatur.
9 Clericus sinè authoritate episcopi non potest ecclesiam constituere censualem.
10 Compositio coram extraordinario delegato facta, si non est iuri contraria, ab episcopo non debet irritari: sed census ob hãc absq; authoritate episcopi solutus, vitam soluentis non excedit.
11 Sinè diœcesani vel officialium suorum authoritate, ecclesiæ non sunt occupandę.
12 Collusores beneficijs, de quibus collusum est, debent spoliari.
13 Canonem authoritate episcopi & iuramento interueniente constitutũ, soluendũ.
14 Filij personatuum vel alij qui in ecclesias se vacantes intrudunt, non possunt eas sub appellationis obtentu occupare.
15 Super re sacra in litigiũ deducta, trãsigi non potest.

De alienatione rerum ecclesiæ, & earundem reparatione.

1 Res ecclesiæ pignori obligatæ, à filio vel hærede obligantis, Ecclesiæ debẽt resarciri.
2 Personæ debent ecclesias reparare.
3 Possessio ecclesiæ sub conditione donata, non potest nisi in casu reuocari.
4 Terras de syluis extirpatas, eis à quibus sunt extirpatæ, potest episcopus concedere ad annuum censum tenendas.
5 Clerici de his, quæ intuitu Ecclesiæ acquisiẽrunt, nullum de iure possunt facere testamentum.
6 Si clericus à Calendis Martij vsque ad Calendas Nouembris decesserit, dispositionem fructuum illius anni pro sua volũtate poterit habere.
7 Non licet conditionem Ecclesiæ facere deteriorem, nec licet colonum expensis factis in fundo Ecclesiæ defraudari.
7 Clerici de mobilibus per ecclesiam adeptis, non possunt condere testamentum.
9 De redditibus * episcopi debita pro vtilitate Ecclesiæ contracta, sunt persoluenda. for. * ecclesiæ, episcopi

Vni plura ecclesiastica beneficia non committenda, nec vnum inter plures diuidendum, & de in beneficio sibi assignato non residentibus.

1 Qui in duabus ecclesijs præbendam habet, ab ea tantùm poterit communia exigere, cui in propria voluerit persona deseruire.
2 Qui sufficiens ecclesiasticum habuerit beneficium, si de alio literas summi pontificis obtinuerit, prioris beneficij non facta mentiõe, dignum est, eum à iudicibus non exaudiri.
3 Qui duas habet ecclesias, si altera fuerit spoliatus, non est restituendus.
6 Nec dignitatum permutatio, nec præbendarum diuisio est facienda.
5 Qui in diuersis ecclesijs curã habet ani-

marum,vicarius non potest esse in aliena.
6 Prælati nō debent clericos à scholis reuocare.
7 Non debet archidiaconus præbēda carere in ecclesia,in qua est archidiaconus.
8 Archidiaconus vno archidiaconatu debet esse contentus.
9 Seruientes fratribus hospitalis,suos nō debent redditus amittere.

De excommunicatis.

1 Excommunicati si excommunicationis causa tacita,priuilegium meruerint absolutionis,cogendi sunt redire: sed si dubium fuerit,& veritatem sint confessi, poterit eis purgatio de hoc indici.
2 Contra appellationem ab aduersario interpositam, potest iudex aliū absoluere, præstita tamen iudicio sisti cautione.
3 De eodem.
4 Sententia post appellationem lata, neminem ligat. Sed si ante appellationem fuerit quis excommunicatus,præstita cautione iudicio sisti, potest eum archiepiscopus absoluere.
5 Hospitalarij non debent nominatim in excommunicatione defunctos,in Christianorum cœmeterio sepelire.
6 Nominatim excommunicatus, non est in hospitio recipiendus. De cœmeterijs etiàm vel ecclesijs vel ecclesiasticis quibuslibet possessionibus non sunt tenserię præstandæ,& multa alia q̄ in decretis cōtinentur.
7 Sententia excommunicationis vel interdicti,sinè satisfactione congrua non est relaxanda.

De coniungendis filijs ante vel post compaternitatem genitis.

1 Geniti ante vel post compaternitatem, in matrimonio possunt coniungi, excepta persona per quā venitur ad cōpaternitatē.
2 Malignātibus nō debet dolus vel fraus patrocinari.

Qui filij sint legitimi, & de exactione dotium post diuortiū, & ad quæ pertineat huius causæ cognitio.

1 Ante matrimoniū geniti, per matrimonium pòst contractum fiunt legitimi.
2 Post diuortium dotem esse restituendā.
3 Non est exhæredandus, quicunque ante desponsationem est natus.
4 Ad regem,non ad Ecclesiam,pertinet, de rebus hæreditarijs iudicare.
5 Nati ante diuortium vel concepti filij vel filiæ,sunt legitimi.

De raptoribus Ecclesiarum & violatoribus: quando etiàm post peractam pœnitentiam neganda sepultura ecclesiastica, nisi satisdent de damno restituendo.

1 Raptori rerum ecclesiasticarum,nisi ablata restituat, vel de restituendo cautiōem dederit,pœnitentia est deneganda:& si talis decesserit, clerici eius sepulturæ non debent interesse.
2 Hæredes de parentum excessibus satisfacere tenentur.
3 Pro furibus & latronibus iniuriādo occisis,non est orandum.
4 Defuncto nocet, quo ad ecclesiasticam sepulturam habendam, contemptus propinquorum.

De Pœnitentia.

1 Delicti qualitas & quantitas, ætas delinquentis & scientia,sensus & conditio,in pœnitentia sunt respicienda. Conatus etiàm non minùs,quàm effectus,est puniēdus.
2 Secreto delicto secreta debetur pœnitentia.
3 Peregrinationis votum redimi potest.
4 Quòd nullus à non suo iudice possit ligari vel absolui:nec alicui à non suo episcopo remissio dari.

De sententijs & interlocutionibus.

1 Sententia à proprijs iudicibus lata, posterioribus præiudicat.
2 Possessione alicui adiudicata, non sufficit pignus dari.
3 Lis sopita,non debet resuscitari.
4 Non licet archidiaconis in aliquos sententiam promulgare.
5 Si sententia feratur iniqua, debet euacuari.

De leprosis.

1 Valet concessio viuente persona facta, dūmodò fuerit lepra percussus. Testes etiàm moneri debent,non cogi.
2 Vxores viros suos leprosos, & viri vxores sequi debent,vel illis viuentibus continentiam seruare.
3 Vxores propter lepram non sunt dimittendæ, sed illis petentibus debet debitum reddi:leprosi etiàm matrimoniū licitè possunt contrahere.
4 Rectoribus ecclesiarum lepra percussis dādus est coadiutor, qui curam habeat animarum.

De Præscriptionibus.

1 Quadragenaria præscriptio, nisi in casu,locum obtinet in ecclesijs.
2 In iudicio finium regundorum vterq; est actor & reus. Proniora etiàm sunt iura ad absoluendum, quàm ad condemnandū, excepta causa liberali.
3 Præscriptio triennalis Ecclesiæ sufficit.
4 Liberum est vnicuique,iuri suo renunciare.
5 Nulla antiquorū dierum possessio,malæ fidei possessorem liberat,quantùm ad eum, nisi resipuerit
6 Quadraginta annorū præscriptio seruatur.
7 Contra tricenalem præscriptionē nullius vox est audienda.
8 Limites parochiarum non p̄scribuntur.

De

De vicarijs monachorum & aliorum.

1 Vicarij à monachis non sunt recipiendi sinè honestæ sustentationis assignatione.
2 Persona succedens, nō potest vicarium à prædecessore institutum remouere, vel eius minuere constitutam portionem.
3 Vicarij in vicarijs suis alios constituere non possunt.
4 Si vicarij qui fide vel iuramento priùs sunt obligati,contra personas se erexerint, personatum petentes:vicaria debent spoliari,& decæterò in eodem episcopatu nō debent admitti ad officij executionem.
5 Qui sufficientem habet in vicaria aliqua sustentationem, aliam petens non exaudietur.
6 Nullus debet plures habere vicarias.

De electionibus & electorum potestate.

1 Electus,ante confirmationem electiōis, de rebus Ecclesiæ disponendi nullam habet facultatem.
2 Electio illius, qui nupèr schismate abiurato, ad vnitatem Ecclesiæ redijt,si à schismatico vllum ordinem accepit, nisi aliud impediat, debet confirmari.
3 Filius canonici etiàm maculas in oculo habens,potest in episcopū eligi & ordinari.
4 Munere alterius interueniente cōmittitur Simonia.
5 Electio in episcopum translata,rata debet esse & confirmata.

De interpretatione verborum & rescriptorū.

1 Cùm aliqua sub disiunctione mandantur,alterum sufficit.
2 Constitutiones nouæ,negocijs dāt formam futuris.
3 Ad communem verbi intelligentiam in ambiguis est recurrendum.
4 Literæ impetratę contra monachos Cistertienſis ordinis,non valent,nisi in literis mentio ordinis Cistertieñ habeatur.
5 Si filum literarum summi pontificis fuerit fractum, non est secundùm illas in causa procedendum.
6 Ad hoc vt literæ posteriores sint reuocatoriæ,necessè est, vt in illis sit mentio de priore commissione.
7 Si super aliqua causa literæ priùs impetrentur,& posteà aliæ,non facta mentione priorum,iudicibus,donèc Romanum pontificem consulant, est supersedendum.
8 Literæ per quas actor minores redditus petit,si in illis nomen suę dignitatis supprimit,nullum ius debent obtinere.
9 Si aliquis authoritate priorum voluerit agētem repellere,quia in posterioribus priorum non est facta mentio, si eis dolo vti postposuit,non erit audiendus.

De exceptionibus.

1 Licèt causa sub certa forma terminanda sit commissa,nihilominùs ratiōabiliter exceptio est admittenda.
2 Sententia contra vicarium lata, si alieno nomine possidet, non ei cuius nomine possidet,præiudicat.
3 Appellatio inter litigantes tantùm est inhibita.
4 Canonicè institutus, si eiectus fuerit, est restituendus.

De sepulturis & mortuorum voluntatibus.

1 Licet vnicuique,vbì voluerit,eligere sepulturam.
2 Liberum est vnicuique,vbì voluerit, sepulturam eligere,dum tamen tertia pars iudicij sui illi Ecclesiæ conferatur,à qua cęlesti pabulo est refectus.
3 Propter debitum, defuncti differtur sepultura.
4 Monachi non debent authoritate propria mortuos in cœmeterio suo sepelire.
5 Hæredes iussa testatoris tenentur adimplere.

De præminentia Londinensis & Eboracensis, & de priuilegijs generaliter & specialiter indultis, & de eorum abusu & confirmationibus.

1 Qui prioris est ordinationis, prior est habendus.
2 Neuter ab altero debet exigere professionem.
3 Vniuersæ causæ suffraganeorum Cantuarien, quanuis non iure metropolitico, legationis tamen obtentu ad eam transferri possunt,licèt ad eum non sit appellatum.
4 Extra prouinciā causa potest delegari.
5 Interdicti,quanuis non nominatim excōmunicati ab Hospitalarijs possunt sepeliri,&c.
6 Si quis contra priuilegia Romanæ Ecclesiæ pro alijs indulta, venire præsumpserit,si qua pro se sint indulta,ea amittere meretur. Hospitalarij etiàm nullo modo debēt prægrauari vel molestari.
7 Non licet Episcopis Hospitalarios excommunicare vel interdicere,vel eorū oratoria.
8 Ei qui in fraternitate hospitalari est receptus, nisi interdictus fuerit vel nominatim excommunicatus,Christiana non denegetur sepultura.
9 Non licet Hospitalarijs vel alijs priuilegium suum excedere,quia priuilegiū meretur amittere, q̄ percepto abuti præsumit.
10 Non valet priuilegium de re litigiosa impetratum:si autē tempore priuilegij impetrati res litigiosa non fuerit,non licet alicui contra illud venire, nisi speciali interueniente mandato.

De sponsalibus secundò.

1 Qui fidem de aliqua ducenda dedit, si eam posteà cognouerit carnaliter, licèt aliā matrimonio postmodùm sibi copulauerit, primæ adhærere debet: quia carnalis cōmixtio facit matrimoniū, vbì priùs nullū fuit.

2 Con-

2 Contrahere nó potest quis cum ea matrimonium, quã, viro viuente, pollu erit adulterio.

De eodem, & quòd multùm delinquit, qui fidem violat.

4 Simplex votum, matrimonium impedit contrahendũ, sed nó dirimit contractũ.

Vir & mulier non sunt vna caro, nisì p arnalem commixtionem.

6 Mulier, quæ se nupturam iurauit, vt nubat, nó est cogenda. Illa verò, cuius vir cum matre adulterium vel incestum commisit, nõ viro suo carnaliter cõiungi, nec eo viuẽte, cum alio matrimoniũ cõtrahere valebit.

7 Matrimonia seruorum, à dominis non sunt irritanda, cùm nullus à sacramentis ecclesiæ sit amouendus.

8 Qui aliquam lege canonum duxit, licèt non secundùm patriæ suæ legem vel illius, non est propterea ab ea separandus.

De potestate iudicum secundò.

1 Episcopus sententiam à delegato latam, potest confirmare, sed eam tenetur executioni mandare, reseruata sibi sententia definitiua.

2 Nõ debet causa de crimine alicui committi terminanda, nisì personæ appareant, quæ velint personam criminosi impetere. Nec licet alicui ecclesiasticum beneficium habenti, matrimonium contrahere.

3 Vnus in causa potest p̃cedere, si id contineatur in mandato. lites etiàm quæ concordia vel iudicio terminantur, non debent suscitari.

4 De seculari feudo non pertinet ad Ecclesiam iudicare.

De iure patronatûs.

1 Quòd ius patronatûs non potest vendi.

2 Si curator ecclesias illas quas habet in custodia, aliquibus contulerit, poterit huius donatio reuocari.

3 Non licet delegato aliquem instituere, eo ad quem institutio pertinet, inscio vel reclamãte. Nullis etiàm, nisi illis, inter quos causa committitur, appellationis beneficiũ est sublatum.

4 Causa patronatûs q̃a ecclesiasticis causis est connexa, non nisi per ecclesiasticũ iudicem valet expediri.

5 Prior concessio abbatis, conuentu sciẽte & non contradicente facta, secundæ p̃iudicat, licèt conuentus suum exprimat cõsensum.

6 Non licet canonicis regularibus vel monachis, rectoribus ecclesiarũ suarum decedentibus, eas occupare vel censum augere.

7 Promissio de ecclesia nõ vacante facta, nihil firmitatis habebit.

8 Si quis timore mortis habitũ religiõis assumpserit, licitè poterit ad seculũ redire.

9 Clericus ex dono militis ecclesiã vendicare nõ potest, sed tantùm ius patronatûs.

10 Si alicui de prima vacãte ecclesia promissio fuerit facta, si ea vacãte alius postèa ad eam fuerit præsentatus, non debet propter hoc eius institutio retardari.

De pactionibus secundò.

1 Pactio à prædecessore facta, successorẽ non ligat, nisì authoritate summi pontificis fuerit confirmata. Illi etiàm ecclesiæ ab his decimæ persoluendæ, qui ab ea ecclesiastica percipiunt sacramenta.

2 Transactio inter accusatum & accusatores super crimine facta, nullũ robur debet obtinere.

3 Libello citationis ante obitum delegãtis proposito, lite post eius obitum contestata, potest in causa p̃cedere delegatus. qui etiàm ad producendos testes inducias postulauit, videtur appellationi renunciare.

Hic incipit pars 40. sed non habet titulum.

1 Appellationi de rebus modicis factæ, q̃ scilicet infra summam viginti marcarũ subsistunt, non est deferendum: sed vt intra fines iudices qui suspicione careant, eligat appellans, est cogẽdus: à quibus si qua partium crediderit appellandum, ad archiepiscopum vel primatem vocem appellationis emittat.

2 Literæ à tribus mensibus ante obitum delegantis impetratæ, eundem debent tempore successoris sortiri effectum, quem, si adhuc ille viueret, habere debuissent.

3 Si literæ in narratione facti nõ in suspecto loco fuerint abrasæ, non debent propter hoc falsæ iudicari. Si verò de appellatione inhibita in prioribus, in posterioribꝰ non sit mentio facta, posteriores in irritum sunt reuocandæ.

4 Si mulier à consanguineo viri sui fuerit polluta, & veneficum periculum & alias vitæ insidias viro machinata, potest inter eos diuortij sententia promulgari, ità vt vir ea mortua, licentiam habeat aliam ducendi in vxorem. Ipsa verò sinè spe coniugij perpetuò remanebit.

5 Si qui pro euacuando mãdato Apostolico ante citatiõem appellauerint, aut alios in possessionem rei litigiosæ induxerint, vel se malitiosè subtraxerint, non est eorũ appellationi deferẽdum: sed illi qui in possessione sunt, licèt in rescripto non cõprehendant̃, authoritate eius cõueniri possunt.

6 Qui in ægritudine ad loca religiosa se transtulerint, si in ipsa ægritudine decesserint, cogi possunt & debent, vt personis vel ecclesijs, à quibus pabulum receperunt salutis, canonicam relinquant portionem.

7 Super re sacra & litigiosa transigi non potest. Aliâs autem litigantes amicabiliter componere possunt.

8 Iudex delegatus tam ordinariũ q̃ aliũ ad efficiendũ id quod mandat, cogere potest: & si obedire noluerit, eum poterit punire.

9 Spontaneæ abiurationis exceptio, sinè causæ cognitione nõ est admittẽda: & probatio

probatio spontaneam negantis renunciationẽ, est recipienda.

10 Si sacerdos occultè aliquos coniunxerit, ab officio triennio suspẽdi debet, quoniam non sunt occultè matrimonia contrahenda.

11 Si in executione mandati fraus interuenerit, non potest executor de toto negocio cognoscere: sed debet incidẽs quæstio ad sedem Apostolicam referri.

12 Clericus à laico præsentatus, si ab episcopo non fuerit institutus, & appellauerit: licèt alius postmodùm intrusus fuerit, ab ecclesia debet amoueri, & alius institui.

13 Si causa, appellatione remota, sit commissa, & altera pars appellauerit, non est appellationi deferendum, nisì appellans ante citationem iter arripuerit ad sedem Apostolicam veniendi. Item: Si iudex super suggestione falsi probationes audire noluerit, appellans auditur. Item ab vno iudicum appellatione remota, in causa procedi non potest, nisì hoc in literis specialiter contineat.

14 Quòd nullus ad ecclesiastica beneficia est admittendus, nisì sit electus, & quòd filij personarum citra sacros ordines constitutarum, parentibus in ecclesiasticis succedere possunt, si tamen merita suffraganẽt.

15 Monachi Cistertiensis ordinis non debent villas, molẽdina, ecclesias, altaria possidere, fidelitates & hominia suscipere, rusticos & tributarios tenere, nec operam adhibere, vt termini possessionum eorum dilatentur.

16 Qui præstito iuramento iudicio sisti, beneficium absolutionis obtinuit, nisì infra annum appellationẽ fuerit p̃secutus, in pristinã potest sententiã detrudi: & non obstante Apostolico iudicio, Ecclesię stare cõpelli.

17 Variantis verbũ, testimõium reprobat.

18 Potest quis ius quod habuit, suo amittere facto.

19 Is qui præsidet, potest votũ dispensare.

20 Nè quis dicat, Christum non esse aliquid secundùm quod homo.

Incipit 1 pars, sed ipsa titulum habens.

1 Si res precij modici, quæ scilicet animũ accipientis allicere vel inuertere non solet, pro electione alicuius vel prò pallio alicui deferendo data fuerit, non propter hoc cõmittitur simonia, nisì interueniat pactum. Item, Puer qui à parẽtibus pecunia interueniente Ecclesiæ offertur, ab eadem ad tempus debet remoueri: sed postmodùm non solùm ad aliã, sed etiã ad illã potest assumi.

2 Iudex potest appellantibus terminum prosequendæ appellationis p̃figere, vel eos compellere iudicio ecclesiæ sisti: vel si noluerint, potest eos, appellatione remota, excommunicare.

3 Propter occultum delictũ, non est aliqs à promotione repellendus.

4 Si quis matrem vxoris suæ cognouerit, si id occultũ sit, non est ab vxore inscia p̃pter hoc separandus.

5 Licèt qs sororẽ vxoris suæ cognouerit, non debet propter hoc ab vxore separari.

6 Episcopus cum clerico dæmones inuocante misericorditer agere potest.

7 Clerici infra subdiaconatûs ordinẽ cõstituti, matrimõia contrahẽtes, ecclesiastico possunt beneficio spoliari: sed si de bonis suis aliqua ecclesijs contulerint, ad ipsos redire debent.

8 In legatis testamento Ecclesiæ relictis, duo vel tres sufficiunt testes.

9 Ecclesia licitè potest sub conditione donari.

10 Si puer habitum religionis susceperit, & eum voti pœnituerit, infra 14. annũ habitum relinquere potest, & ad seculum redire, dum tamen à parentibus non sit oblatus, nec id vnquàm ratum habuerit.

11 Ecclesia non debet propter alicuius appellationem debitis obsequijs defraudari: canonici etiàm seculares, debitam in ecclesijs tenentur facere residentiam.

12 Ab itinere Hierosolymitano potest qs absolui.

13 Si quis habitum religionis metu mortis susceperit, licitè habitum relinquere potest, nisì id aliquandò ratum habuerit.

14 Quòd laicus non est in accusationem clerici admittendus. Item, si quis aliquẽ accusauerit, frater illius non potest postmodùm accusare. Item purgatores alicuius honesti, debent esse & bonæ opiniõis, vitamq; illius quem purgare debent, cognoscere & conuersationem.

15 A voto potest quis absolui, dum tamẽ eleemosynis redimatur.

16 Monachi in accusatiõem abbatũ suorum sunt admittendi, eisq; de monasterio expensæ necessarię debent administrari. Itẽ contra confirmationem summi pontificis non est aliquatenùs iudicandũ, nisì nouum emerserit mandatũ, aut certũ sit, ipsam per falsam suggestionem impetratam.

17 Clandestina matrimonia à contrahentibus publicata, ab ecclesia sunt recipiẽda: genitiq; in tali matrimonio, sunt legitimi.

18 Institutiones vel destitutiões sinè fratrum consilio non sunt faciendæ.

19 De eodem, & quòd in confirmationibus absentum nomina nõ sunt scribenda.

20 Testamẽta coram presbytero, vel tribus vel duobus alijs facta, rata sunt & firma.

21 Ecclesia adulterio polluta, per adspersionem aquæ benedictæ debet reconciliari: & propter peccatum vnius, alijs purgatio est indicenda.

22 Sacerdõs infirmum vno tantùm præsente clerico, vel etiã solus, inũgere potest. Item, festum beati Matthiæ in anno bissextili, in primo vel secundo die potest celebrari.

brari. Item, mulier à viro suo pro crimine aliquatenùs non est separanda, nisi vbi eam ad maleficia transire contigerit, de viro similiter statuentes.

23 Si verò ad alienas partes se transtulerit, ibique per decennium moram fecerit, & redire noluerit: poterit inter ipsum & vxorem eius diuortium celebrari, sed proles ante diuortium procreata, est legitima.

24 Raptor dici non debet, qui mulieris habuerit consensum: & post carnis commixtionem, matrimonium est perfectum.

25 Ea quæ propter filium proprium quę interemerat, à viro est abiurata, eidem viro debet restitui, & ei de commisso pœnitentia indici.

26 Confessio coacta nō valet. Item, Cùm causa duobus committitur, sententia vnius non valet.

27 Si quis aliquem interfecerit, ab altaris ministerio debet cessare.

28 Propter naturalem frigiditatem vel alia maleficia, legitimè coniuncti non sunt separandi. Item qui non est aptus debitū reddere vxori, ad matrimonium contrahendū aptus minimè reputatur.

29 Ad arctiorem religionem licitum est transire. Item, licèt inter aliquos publica & notoria sit parentela, non possunt tamē ab inuicèm absque iudicio Ecclesiæ separari. Licèt notorium sit & publicum, aliquem cognatam suam duxisse, si non appareāt aliqui qui velint matrimonium impetere, non sunt separandi, nisi in primo vel secundo gradu consanguinitatis sint coniuncti. Decimæ à laicis iure hæreditario non possunt possideri.

30 De eucharistia in ore mulieris in carnem versa.

31 Licitum est, à sponsalitijs recedere, & ad vitam contemplatiuam venire. Si quis aliquam petat in vxorem, cuius viri cōsanguineam se cognouisse dicat, non est inter eos matrimonium contrahendum, nisi sit iuramento firmatum.

31 Si mulier iudicio Ecclesię ab aliquo sit separata, & alij sinè contradictione Ecclesiæ matrimonio copulata, non potest secūdus vir ab ea recedere, licèt prior vir viuat.

32 Clerici obtentu patronatūs ab Ecclesijs canonicè acquisitis non sunt amouēdi.

33 Non est ius patronatūs vel ecclesiasticum beneficium, nisi requisita episcopi licentia, in foro seculari ab aliquo vendicandum.

Videatur ipse locus. 35 Laicus ecclesiam spolians, est excommunicandus.

35 Ecclesia iudicat aliquem diris quæstionibus subijciendum.

36 Appellationibus, vt Iudæi Christiana mancipia habeant, factis, non est aliquatenùs deferendum. Item non licet Iudæis nouas constituere synagogas, aut altiores, aut ampliores facere, aut pretiosiores.

37 Lite pendente, nihil est innouandum.

38 A clericis & presbyteris, quamuis fornicarijs, quandiù ab ecclesia tolerantur, licitè diuina officia audiuntur, & alia ecclesiastica recipiuntur sacramenta.

39 Vbi quis percipit spiritualia, ibi dare debet temporalia.

40 Decimæ noualium ecclesiæ, in cuius parochia territorium est, persolui debent. Item, laici à clericis vel cōuersis decimas de laboribus suis exigere non debēt. Item qui à colonis tertiam vel quartam partem laborum suorum ante solutionem decimarum recipiunt, decimam de portione sua, scilicet quod colonus de sua, persoluere tenetur.

41 Si quis per verba de præsenti aliquam desponsauerit, licèt ea incognita, aliam acceperit & cognouerit, ab ea debet separari, & primæ adhærere. Si verò promissio facta est tantùm de futuro, de violatione iuramenti pœnitentia est iniungenda. Item, Lite pendente nihil est innouandum. Item, Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ factum, est irritandum. Item, matrimonium prætextu minoris ætatis non est dissoluendum, cùm malitia suppleat ætatem. Item, matrimonium vi contractū, nisi postmodùm consensus accesserit, potest irritari.

42 In dubijs, vicinię fama est inquirenda: & quòd instrumētum ab eo cognitum qui officium gerebat, ratum & firmum est habendum.

43 Iuramentum à iurantibus adinuicem potest remitti.

44 Non baptizatus vel cōfirmatus, in baptismo vel chrismate alium in filium suscipere non potest.

45 Presbyter ordinatus nō baptizatus, debet baptizari, & iterùm ordinari, & omnes ab eo baptizati.

46 Mulier à viro separata, detem debet habere, & post annum alium potest accipere virum.

47 Qui eodem crimine est infectus, cōtra alium non potest testificari: cùm nulli de se confesso, aduersùs alium in eodem crimine sit credendum.

48 Iudicio Ecclesię potest quis pœna pecuniaria mulctari, & quæstionibus subijci duris.

49 Licèt aliquis confiteatur, ante matrimonium se vxorē fratris sui cognouisse, nisi hoc publicum sit & notorium, non est propter hoc inter eos diuortium celebrandum. Item Sarracenus mulierem tenens Christianam, est puniendus, & ipsa similiter.

50 Iudicio aquę frigidæ purgatus, si fama laborat, & testes non appareant, iterùm se debet purgare, quoniam in ecclesiasticis iudicia inhibita sunt peregrina. Item purgatores debent iurare, quia purgatū credunt verum iurâsse.

51 Interdicti vel excōmunicati si diuina præsumpserint officia celebrare, perpetuò sunt deponendi, nisi multitudo sit in causa. Multi verò sunt quadraginta.

52 Si excommunicatus lecto ęgritudinis detineatur, & propinqui eius pro eo satis fecerint, Christianam poterit & debet habere sepulturam.

53 Vbi prætextu appellationis crimē noscitur committendum, non est appellationi deferendum. Item, si excommunicatus præstito iuramento iudicio Ecclesiæ sisti, fuerit absolutus, statim appellans, per eandem sententiam compelli potest vel appellationem prosequi, vel iudicio Ecclesiæ stare.

54 Appellationi de omni grauamine interpositæ non est deferendum. Si verò de omni grauamine, quod in vna causa potest contingere, fuerit appellatum, est supersedendum.

55 Sacerdos sciens aliquem reum criminis, ad instantiam illius qui damnū passus est, potest eum excommunicare, non tamē potest eum à publicis officijs remouere.

56 Seruus nisi sit manumissus, nō est ordinandus. Si verò aliqua calliditate fuerit ordinatus, est deponendus, dominoq; restituendus.

57 Impetitus de Simonia, iurare debet, quòd nec ipse, nec alius pro eo, se sciente, precium dedit. Item purgatores debēt iurare, quòd credunt ipsum verum iurâsse.

58 Res Ecclesiastica iure hæreditario nō potest possideri.

59 Subdiaconus matrimonium contrahens, non potest promoueri, nec in subdiaconatu tolerari, nisi habitum susceperit religionis: in minoribus tamē ordinibus potest ministrare.

60 Filij clericorum, siue geniti sint in sacerdotio, siue non, in Ecclesiasticis rebus patribus primo loco succedere nō possunt. Si verò vnus plures Ecclesias, quas pater eius tenuerat, sit adeptus: vna, dum tamen sufficiat, debet esse contentus.

61 Posteriores literæ prioribus præiudicant, si non sint veritate tacita impetratæ.

62 Qui, cùm non esset sacerdos, Missam publicè celebrare præsumpsit, non potest postmodùm ad sacerdotiū promoueri, sed ei potest de misericordia beneficiū Ecclesiasticum assignari.

63 Si sponsalia inter aliquos sint contracta, & alter ante carnis commixtionem lepram incurrerit, non est alter ad consummandam maritalem copulam cogendus. Si mulier consortium viri propter hæresim declinauit, ea scilicet intentione, vt eum ab errore conuerteret: eo reuertente, cogenda matrimonium redintegrare: Si verò iudicio Ecclesiæ fuerit separata, ad recipiendum eum non est cogenda. Mulier, quem-

admodùm & vir, liberam sibi pōtest præeligere sepulturam. Vbi non inuenitur aliquid diffinitum, consuetudini est relinquendum.

64 Si quis diaconatūs ordine postposito, officium presbyteri susceperit, si id nō ex malitia fecerit, competenti tempore ei potest diaconatūs ordo impendi, & postmodùm poterit in officio sacerdotis permanere.

65 Si quis fuerit infamatus, accusatoribus deficientibus, debet se purgare.

66 Metropolitanus iure metropolitico causas audire non potest, nisi per appellationem ad eum deferantur. Si verò legatus fuerit, vniuersas causas legationis obtentu, licèt ad eum per appellationem non deferantur, poterit audire.

67 Qui de rebus Ecclesiasticis nolūt testimoniū perhibere, si aliās veritas nequiuerit elici, ad id sunt compellendi. Item, Si clerici passi sint iniuriam, & id nequiuerint testibus comprobare: licèt vnius testimonio standum non sit, tamen propter reuerentiam clericalis ordinis, ipsorum iuramento fides est adhibenda. Item qui pro absolutione ad sedem Apostolicam sunt mittendi, si valetudine præpediantur, ab episcopo possunt absolui, præstito iuramēto, quòd pristinæ sanitati restituti, Apostolico conspectui se repræsentent. Item fœmineo sexui, pueris, ac senib⁹ liberè potest dispēsare. Item ecclesiæ si sanguinis vel seminis effusione sunt pollutæ, cum processione & aquæ benedictæ adspersione sunt reconciliandæ.

Hæc sunt primę Partis capitula, nec tamē omnia, sed tantùm 10.

1 Maioris & sanioris partis debet sententia prævalere.

2 Ordinationes ab hæresiarchis & ab ordinatis ab eis factæ, & alienationes vel inuasiones de rebus Ecclesiasticis, omni debent firmitate carere. Item qui iuramentū spontè præstitit de tenendo schismate, debet suspendi.

3 Nullus debet in Episcopum eligi, nisi sit triginta annorum, & de legitimo matrimonio natus. Item nulli regimen ecclesiarum vel cūra animarum est committenda, nisi 25. annum attigerit. Item archidiaconus, debet esse diaconus: Decanus, presbyter.

4 Prælati in procurationibus suis nō debent subditis esse onerosi. & archiepiscopus quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum in visitatione parochiæ nō debet excedere: Cardinales, viginti vel 25: Episcopi, viginti vel triginta: Archidiacōni, quinque vel septem. Decani duobus equis debent esse contenti, nec cum canibus venatorijs vel auibus proficisci. Item episcopi non debent subditos tallijs & exactionibus grauare, licèt pro magna neces-

sitate moderatum cum charitate auxilium valeant postulare. Archidiaconi vel decani nullas tallias vel exactiones in subditos possunt exercere, &c.

5 Si Episcopus aliquem sinè certo titulo ordinauerit, si proprium non habuit, vndè sustétari valeat, ci debet necessaria subministrare.

6 Nè prælati sinè canonica admonitione suspésionis vel excommunicationis sentétiam proferát in subiectos: nec subiecti ante ingressum causæ in vocem prorumpant appellationis: & nè religiosi, pro euitanda disciplina appellantes, audiantur. Item si appellans prosequi appellatiõem neglexerit, eo qui appellatus fuerat, veniente, debet ei recompensatio fieri expensarum.

7 Nè pro personis ecclesiasticis ad sedem deducendis, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiàm nubentibus benedicendis, vel alijs Ecclesiasticis sacramẽtis aliquid exigatur, & nè noui cẽsus à prælatis ecclesijs imponantur, nec veteres augeãtur, nec partem reddituum audeant sibi appropriare.

8 Nè ecclesiæ vel ecclesiastica beneficia alicui tribuantur vel promittantur, anteq̃ vacent: & vt vacantes, infra 6. menses personis dignis conferantur.

9 Nè ecclesiæ vel decimæ de manu laici recipiantur, vel in eis absque licentia Episcopi aliqui instituantur: & nè ab eis instituti, ab aliquo sinè eo amoueantur: & nè hospitalarij vel templarij in Ecclesia interdicta, nisi semèl in anno, diuina præsumant officia celebrare, nec tunc mortuos sepeliant: & nè aliqui ab episcoporum potestate eximantur, obtentu alicuius religiõis, nisi se omninò religioni vel fraternitati contulerint, propria relinquentes.

10 Nè religiosi precio recipiantur, nec peculium habere permittantur, vel in Ecclesijs parochialibus ponantur: & de pœna contra hoc venientium, & nè aliqua obedientia pro precio alicui tradatur.

CONCILIVM LATERANENSE SVB PONTIFICE SVMmo Alexandro III.

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI M. C. LXXX. PRAESIDENTE ROMANAE ECCLESIAE

*Papa Alexandro III. anno Pontificatûs eius XX. mense Martio, indictione *XXV. die mensis secundo, præsidente eodem summo Pontifice, sancta synodus in basilica, quæ appellatur Constantiniana, ducentorum LXXX. Episcoporum celebratâ est.*

DE ELECTIONE SVMMI PONTIFICIS.

Pars I.

LICET de euitanda discordia in electione summi pontificis, manifesta satis à nostris prædecessoribus constituta manauerint: tamen quia sæpè post illa per improbę ambitionis audaciam, grauem passa est Ecclesia scissuram: nos etiàm ad malum hoc euitandum, de consilio fratrum nostrorum & sacri approbatione concilij aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus igitur, vt si fortè inimico homine superseminante zizaniam, inter Cardinales de substituendo pontifice, non potuerit concordia plena esse, & duabus partibus cõcordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut sibi alium presumpserit ordinare: ille Romanus pontifex habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, quia rem non potest, sibi nomen Episcopi vsurpauerit: tam ipse, quàm qui eũ receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulctentur, ità vt viatici eis etiàm, nisi tantùm in vltimis, communio denegetur: & nisi resipuerint, cum Dathan & Abiron, quos terra viuos absorbuit, accipiãt portionem. Prætereà si à paucioribus aliquis, quàm à duabus partibus fuerit electus ad Apostolatûs officium, nisi maior cõcordia intercesserit, nullatenùs assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluẽrit abstinere. Ex hoc tamẽ nullum canonicis constitutionibus & alijs Ecclesiasticis, præiudicium generetur, in quib* maioris & senioris partis debet sententia prævalere: quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit iudicio diffiniri. In Romana verò Ecclesia aliquid speciale constituitur, quia non potest recursus ad superiorem haberi. Di.23. In nomine. Num.16.

CAP. 2.

QVod à prædecessore nostro felicis memorię Innocentio factum est, innouantes, ordinationes ab Octauiano &

ano & Guidone hæresiarchis, necnõ & Ioanne *Struinẽsi, qui eos secutus est, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus: adijcientes etiàm, vt si qui dignitates ecclesiasticas seu beneficia per prædictos schismaticos receperunt, careant impetratis. Alienationes quoquè seu inuasiones, quæ per eosdem schismaticos siue per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesiam sinè omi eius onere reuertantur. Si quis autem contraire presumpserit, excommunicationi se nouerit subiacere. Illos autem qui sponte iuramentum de tenendo schismate præstiterint, à sacris ordinibus & dignitatibus decreuimus manere suspensos. Cau.q.7. Conuenientibus. Cap.q.1. Diuinus. Cau.q.2. Alienationes

CAP. 3.

CVm in sacris ordinibus & ministerijs Ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum grauitas, & sciẽtia literarum sit inquirenda: multo fortiùs hoc in Episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in seipso debet ostẽdere, qualiter alios in domo Domini oporteat conuersari. ꝛapropter, nè quod à quibusdam ex necessitate temporis factum est, in exemplũ trahatur apostasis: presenti decreto statuimus, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam trigesimum ætatis annum egerit, & de legitimo sit matrimonio natus, qui etiàm vita & scientia commendabilis demõstretur. Cùm autem electus fuerit, & cõfirmationem acceperit, & Ecclesiasticorũ honorum administrationem habuerit, decurso tempore, de cõsecrandis Episcopis à canonibus definito: is ad quem spectant beneficia quæ habuerat, disponẽdi de illis liberam habeat facultatẽ. Inferiora etiàm ministeria, vtputà decanatus, archidiaconatus, & alia quæ animarum curam habẽt annexam, nullus omninò suscipiat: Sed nec parochialium Ecclesiarum regimẽ, nisi qui iam vigesimũmquintum ætatis annum attigerit, & qui scientia & moribus existat commendandus. Cùm autem assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconem, & decani & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à canonibus tempore in presbyteros ordinati, & ab illo remoueantur officio, & alij conferatur, qui & velit & possit conuenienter illud implere. Nec prosit illis appellationis diffugium, si fortè in transgressionem constitutionis istius *institutionis per appellationem voluẽrint se tueri. Hoc sanè non solùm de promouendis, sed de his etiàm qui iam promoti sunt, si canones non obsistant, præcipimus obseruandum. Clerici *sanè si contra formam istam quenquã elegerint, & eligendi potestate tunc priuatos, & ab ecclesiasticis beneficijs triennio se nouerint suspensos. Dignum est enim, vt quos timor Dei à malo non reuocat, ecclesiasticæ tamen coẽrceat seueritas disci- Dist.77. quoniam Dist.23. Si qui Episc. Verò

plinæ. Episcopus autem si cui fecerit, aut sibi consenserit contra hoc, in conferendis prædictis potestatem suam amittat: & per Capitulum, aut per metropolitanum, si capitulũ concordare nequiuerit, ordinẽtur. 11.q.3. Priuilegium. Dist.63. Si fortè.

CAP. 4.

CVm Apostolus se & suos proprijs manibus decreuerit exhibendos, vt locum prædicandi auferret pseudo apostolis, & illis quibus prædicabat, non existeret onerosus: graue nimìs & emendatione fore dignum dinoscitur, quòd quidam fratrũ coẽpiscoporũ nostrorum ità graues in procurationibus sujs subditis existunt, vt pro huiusmodi causa interdùm ornamenta ecclesiastica subditi compellantur exponere, & longi temporis victum breuis hora consumat. Quocircà statuimus, quòd archiepiscopi parochias visitantes, pro diuersitate prouinciarum & facultatibus ecclesiarum, quadraginta vel quinquaginta euectionis numerum non excedant: Cardinales verò, viginti quinque non excedant: Episcopi, viginti vel triginta nequaquàm excedant: Archidiaconi, quinq; aut septem: Decani constituti sub ipsis, duobus equis existant contẽti. Cum canibus venatorijs & auibus nõ proficiscantur: sed ità procedant, vt nõ quæ sunt sua, sed quę Iesu Christi, quærere videantur. Prohibemus etiàm, nè subditos suos tallijs & exactionib* Episcopi grauare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quę aliquotiès superueniũt, vt si manifesta & rationabilis causa extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeãt auxilium postulare. Cùm enim dicat Apostolus, non debent parentibus filij thesaurizare, sed parentes filijs: multùm longè à paterna pietate videẽ, si præpositi suis subditis graues existãt, quos in cunctis necessitatibus pastoris more fouere debent. Archidiaconi autẽ siue decani nullas exactiones vel tallias in presbyteros seu clericos exercere præsumant. Sanè quod de prædicto numero euectionis secundùm tolerã- tiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt redditus & Ecclesiæ facultates. In pauperioribus autẽ locis tantam volumus teneri mensuram, vt ex accessu maiorum, minores non debeãt grauari: nè sub tali indulgentia illi qui paucioribus equis vti solebant, hactenùs plurimam sibi credant potestatem indultam. 2.Co.12.6 Di.94. dictum est.

CAP. 5.

EPiscopus si aliquem sinè certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinauerit: tam diù necessaria ei submiñistret, donèc in aliqua ei ecclesia conuenientia stipendia militiæ clericali assignet: nisi fortè talis qui ordinatur, extiterit, qui de sua vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere. Dist.1.q.1. Clericor.

CAP. 6.

Di.16.q.1. cap.vlt. REpræhensibilis valdè consuetudo in quibusdam partibus inoleuit,vt fratres & coëpiscopi nostri,seu etiàm archidiaconi,quos appellaturos in causis suis existimãt,nulla penitùs admonitione pręmissa,suspensionis vel excommunicationis in eos ferant sentsntiam. Alij etiàm dum superioris sententiam & disciplinam canonicam reformidant,sinè vllo grauamine appellationem obijciunt,& ad defensionem iniquitatis vsurpant,quod ad subsidiũ innocentium dinoscitur institutum. Quo- *Di.11. q.3. Si episcopus for.* circà nè vel prælati valeant sinè causa grauare subiectos,vel subditi pro sua volũtate sub appellatiõis obtentu correctionem valeant eludere prælatorum: præsenti decreto statuimus,vt nec prælati,nisì canonica commonitione præmissa, suspensionis vel excommunicationis sentẽtiam proferant in subiectos:nisì fortè talis sit culpa, quæ ipso genere suo excommunicationis pœnam inducat:nec subiecti contra disci- *f. frustratoriè & sinè causa. Secùs aũt est, si à manifesta iniuria.* plinam Ecclesiasticam ante ingressum causæ in vocem appellationis prorumpant. Si verò quisquam pro sua necessitate crediderit appellandum,competens ei ad prosequendam appellationem terminus præfigatur. Infra quem si fortè persequi neglexerit,liberè tunc episcopus sua authoritate vtatur. Si autem in quocunque negocio aliquis appellauerit, & eo qui appellatus fuerit,veniẽte,qui appellauerit,venire neglexerit,si proprium quid habuit, competentem ei recõpensationem faciat expẽsarum: vt hoc saltem timore perterritus, in grauamen alterius nõ facilè quis appellet. Præcipuè verò in locis religiosis hoc volumus obseruari,nè monachi siue quicunq; religiosi,cùm ꝓ aliquo excessu fuerint corrigendi,contra regularem prælati sui & capituli disciplinam appellare præsumãt: sed humiliter ac deuotè suscipiant, quod pro salute sua vtiliter eis fuerit iniunctum.

CAP. 7.

CVm in Ecclesiæ corpore omnia debeant ex charitate tractari, & quod gratìs receptum est,gratìs impendi: horribile nimìs est,quod in quibusdam ecclesijs locum venalitas perhibetur habere, ità vt ꝓ episcopis vel abbatibus seu quibuscunque personis ecclesiasticis ponẽdis in sede, seu introducendis presbyteris in ecclesiã,necnon pro sepulturis & exequijs mortuorũ, & benedictionibus nubẽtium,seu alijs sacramentis aliquid exigatur:& ille qui indiget,non possit ìsta percipere, nisì manum implere curauerit largitoris. Putant plures ex hoc sibi licere,quia legem mortis de lõga inualuisse consuetudine arbitrantur, nõ *1.q.1. Nullus episco. 34.q.7. Flagitia* satis,quia cupiditate cæcati sunt,attendentes,quòd tãto grauiora sunt crimina, quãto diutiùs animam infelicem tenuerint alligatam. Nè igitur hoc decætero fiat, & vel pro personis ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis,seu etiàm nubentibus benedicendis,seu etiàm alijs sacramentis aliquid exigatur,districtiùs inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit,portionem cum Giezi se nouerit habi- *4.Reg.5.* turum:cuius factũ, turpis muneris exactione imitatur. Prohibemus insupèr,nè noui census ab episcopis vel abbatibus, alijs've prælatis imponantur ecclesijs, nec veteres augeantur,nec partem reddituum suis vsibus appropriare præsumant:sed libertates quas sibi maiores desiderant cõseruari,minoribus quoquè suis bona voluntate conseruent. Si quis autem aliter egerit, irritum quod fecerit,habeatur.

CAP. 8.

NVlla Ecclesiastica ministeria seu etiã beneficia vel Ecclesiæ alicui tribuãtur seu promittantur,antequàm vacent,nè desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficiũ se crediderit successurum. Cùm enim id etiàm in ipsis gentilium legibus inueniatur prohibitum,turpe nimìs est & diuini plenum animaduersione iudicij,si locum in Dei Ecclesia futu- *Di.63.Obeuntibus.* ræ successiõis expectatio habeat,quã etiàm damnare ipsi gentiles homines curauerũt. Cùm verò Prębẽdas ecclesiasticas seu quęlibet officia in aliqua ecclesia vacare contigerit,vel etiàm si modò vacant, non diù maneant in suspenso,sed infra sex menses personis quæ dignè administrare valeant, conferantur. Si autem Episcopus vbì ad eũ spectauerit,conferre distulerit,per Capitulum ordinetur. Quòd si ad Capitulum electio pertinuerit,& infra prædictum terminum hoc non fecerit,Episcopus hoc secũdùm Deum cum virorum religiosorũ consilio exequatur. Aut si omnes fortè neglexerint,metropolitanus de ipsis secundùm Deum absque illorum contradictione disponat.

CAP. 9.

CVm & plantare sacram religionem, & plantatam fouere modis omibus debeamus:nũquàm hoc meliùs exequemur, quàm si nutrire quę recta sunt,& corrigere quæ profectum veritatis impediunt,commissa nobis authoritate curamus. Fratrum autem & coepiscoporum nostrorum vehementi conquestione cõperimus,quòd fratres Templi & Hospitalis, alij quoquè religiosæ professionis,indulta sibi ab Apostolica sede excedentes priuilegia,contra episcopalem authoritatem multa præsumunt, quę & scandalum generant in populo Dei, & graue pariunt periculum animarũ. Proponunt enim, quòd ecclesias recipiant de manibus laicorum,excommunicatos & interdictos ad Ecclesiastica sacramenta & sepulturam admittant,in ecclesijs suis pręter eorum

eorum conscientiam & instituant & amoueant sacerdotes,& fratribus eorũ ad eleemosynas quærendas euntibus, cùm indultum sit eis,vt in aduentu eorum semèl in anno ecclesiæ aperiantur, atq; in eis diuina celebrentur officia:plures ex eis de vna si- *11.q.3. Priuilegium.* ue diuersis domibus ad locum interdictũ sæpiùs accedentes,indulgentia priuilegiorum in celebrandis officijs abutuntur, & tunc mortuos apud prædictas ecclesias sepelire præsumunt. Occasione quoquè fraternitatum,quas in pluribus locis faciunt, robur Episcopalis authoritatis eneruant, dum contra eorum sentẽtiam sub aliquorum priuilegiorum obtentu munire cunctos intendunt,qui ad eorum fraternitatẽ volunt accedere,& se conferre. In his quia non tam de maiorum conscientia vel consilio,quàm de minorum indiscretiõe quorundam exceditur:& remouenda ea in quibus excedunt,& quæ dubietatem faciunt, declaranda decreuimus. Ecclesias sanè & decimas de manu laicorum sinè consensu episcoporum,tam illos,quàm quoscunque alios religiosos recipere prohibemus, dimissis etiàm quas contra tenorem istũ mo- *16.q.7. Qm̃ siquis.* derno tempore receperunt: excommunicatos & nominatìm interdictos, tam ab illis quàm ab omnibus alijs,iuxta episcoporum sententiam, statuimus euitandos. In ecclesijs suis,quę ad eos pleno iure nõ pertinent, instituendos presbyteros episcopis præsentẽt, vt eis quidem de plebis cura respondeant,ipsis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competẽtem. Institutos autem, episcopis inconsultis, non audeant remouere. Si verò Templarij siue Hospitalarij ad Ecclesiasticum interdictũ venerint,non nisì semèl in anno ad ecclesiasticum admittantur officium,nec tũc ibì corpora sepeliant defunctorum. De fraternitatibus hoc statuimus,vt si nõ se prædictis fratribus ominò reddiderint, sed in suis proprietatibus duxerint remanẽdum, propter hoc ab episcoporum sentẽtia nullatenùs eximãntur:sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant,cũ pro suis excessibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, de alijs quoquè religiosis, qui præsumptione sua episcoporum iura præripiunt,& contra canonicas eorum sententias & tenorem priuilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si autem contra hoc institutum venerint, & Ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto,& quod egerint, irritum habeatur.

CAP. 10.

MOnachi non precio recipiantur in monasterio,non peculium permittantur habere,non singuli per villas & oppida seu ad quascunq; parochiales ponantur ecclesias:sed in maiori cõuentu aut cũ aliquibus fratribus maneant:nec soli inter seculares homines spiritualium hostiũ cõflictionem expectent, Salomone dicente: *Eccés 4.c* Væ soli,quia si ceciderit, non habet subleuantem. Si quis autem exactus pro sua receptiõe aliquid dederit,ad sacros ordines non ascendat. Is autem qui acceperit,officij sui priuatione mulctetur. Si verò peculium habuerit,nisì ei ab Abbate pro iniuncta fuerit administratione permissum, de communione remoueatur altaris:& qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulturã. Quod etiàm de diuersis religiosis præcipimus obseruari. Abbas etiã qui ista diligenter non curauerit,officij sui iacturam se nouerit incursurum. Prioratus quoquè siue Obedientiæ, precij datione nulla tradantur. Alioquì & dantes & accipientes,à ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores verò cùm in conuentualibus ecclesijs,fuerint cõstituti, nisì ptò manifesta causa & rationabili nõ mutentur,videlicet si fuerint dilapidatores, nec continẽter vixerint,aut aliquid tale egerint,ꝓ quo amouendi meritò videantur: aut si etiàm pro necessitate maioris officij, de consilio fratrum fuerint transferendi.

CAP. 11.

CLerici in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis *Dist.32. Interdix. Dist.81. Volumus.* incontinentiæ nota tenuerint, aut abijciãt eas,& continenter viuant,aut ab officio & beneficio ecclesiastico fiant alieni. Quicũque incontinentia illa quæ cõtra naturam est,propter quam venit ira Dei in filios diffidentiæ,& quinque ciuitates igne cõsumpsit,depræhensi fuerint laborare: si clerici fuerint, eijciantur à clero,vel ad pœnitentiam agendam in monasterijs detrudãtur: si laici,excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant prorsùs alieni. Monasteria pręterea sanctimonialium,si quisquã clericus sinè manifesta & necessaria causa frequentare præsumpserit,per Episcopum arceatur:& si nõ destiterit, à beneficio Ecclesiastico reddatur immunis.

CAP. 12.

CLerici in subdiaconatu & suprà, & in minoribus quoquè ordinibus, si stipendijs ecclesiasticis sustentantur,corã iudice seculari aduocati in negocijs fieri nõ *In criminibus nõ vt aduocati, sed vt intercessores pro reo supplicãt.* præsumant,nisì propriam vel Ecclesiæ suæ causam fuerint prosecuti,aut pro miserabilibus fortè personis, quæ proprias causas administrare non possunt. Sec nec procurationes villarum aut iurisdictiones etiàm seculares sub aliquibus principibus vel secularibus viris, vt iustitiarij eorum fiant, clericorum quisquam assumere præsumat. Si quis aduersùs hoc venire tentauerit, (quoniam contra doctrinam Apostoli est,

1.Tim. 2. dicentis: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus) & seculariter agit, ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, pro eo quòd officio clericali neglecto, fluctibus seculi, vt potentibus seculi placeat, se immergit. Districtiùs autem decreuimus puniẽdum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum audeat attentare.

CAP. 13.

Distin. 70. Sanctorũ. QVia nonnulli modum auaritiæ non ponẽtes, dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales contra sacrorũ canonum instituta nituntur adquirere, ità vt cùm vnum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum, nè id decæterò fiat, districtiùs inhibemus. Cùm igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsum valeat exercere: quod si aliter fuerit actum, & qui receperit quod contra sacros canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi potestate priuetur.

CAP. 14.

Di.8. quod contra. QVia intantùm iam quorundam processit ambitio, vt non duas vel tres, sed sex aut plures ecclesias perhibeantur habere, nec duabus debitam possint prouisionem impendere: per fratres & coëpiscopos nostros charissimos emendari præcipimus: & de multitudine canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum: eorum, qui Ecclesijs dignè valeant deseruire, volumus ecclesiasticis beneficijs indigentiam subleuari. Prætereà quia intantùm quorundam laicorum processit audacia, vt episcoporum authoritate neglecta, clericos instituãt in ecclesijs, & remoueant etiàm cùm voluërint, possessiones quoq; atq; alia bona Ecclesiastica ꝓ sua plurimùm volũtate distribuant, & tam ecclesias ipsas quàm eorũ homines, tallijs & exactiõibus præsumant grauare: eos qui amodò ista cõmiserint, anathemate decernimus feriẽdos. 16.q.7. Per laicos. Presbyter autem siue clericus, qui ecclesiam per laicos sinè proprij episcopi authoritate receperit tenendam, communiõe priuetur: & si perstiterit, à ministerio ecclesiastico & ordine deponatur. Sanè quia laici quidam Ecclesiasticas personas & ipsos etiàm Episcopos suo iudicio stare compellunt: eos qui decæterò id prȩsumpserint, à communiõe fidelium decernimus segregandos. Prohibemus etiàm, nè laici decimas cum animarum suarum periculo retinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & ecclesiæ nõ tradiderit, Christiana sepultura priuetur.

CAP. 15.

Di.86. Nõ satis. CVm in officijs charitatis illis primò teneamur obnoxij, à quibꝰ nos beneficium cognoscimus accepisse: ecclesiastici quidam clerici cùm ab ecclesijs suis multa bona perceperint, bona ꝑ ecclesias acquisita, in alios vsus præsumunt trãsferre. Hoc igitur quia & antiquis canonibus constat inhibitum, nos etiàm nihilominùs inhibemus. Indemnitati itaque ecclesiarum prouidere volentes, siue intestati decesserint, siue alijs conferre voluërint, penès ecclesiã eadem bona prȩcipimus remanere. Prætereà quoniã quidam in quibusdam partibus sub precio statuuntur, qui decani vocãtur, & pro certa pecuniæ quantitate episcopalẽ iurisdictionem exercent, præsenti decreto statuimus, vt qui decæterò id præsumpserit, officio suo priuetur, & episcopus cõferendi hoc officium potestatem amittat.

CAP. 16.

Dist.19. In canonicis. Distin.65. Sanè. CVm in cunctis ecclesijs, quod pluribus & senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat obseruari: graue nimìs & repræhensione est dignum, quòd quarundam ecclesiarum pauci quandoquè non tam de ratione, quàm de propria voluntate ordinationẽ multotiès impediunt, & ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocircà præsenti decreto statuimus, vt nisì à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile fuerit ostensum, appellatiõe remota, semper prȩualeat & suum cõsequatur effectum, quod à maiõris vel sanioris parte concilij fuerit cõstitutum. Electionẽ maioris & sanioris partis, appellatione remota, tenere. Nec nostram constitutionem impediat, si fortè aliquis ad conseruandã Ecclesiæ suæ consuetudinem iuramento se dicat adstrictum. nõ enim dicenda sunt iuramenta, sed potiùs periuria, quæ cõtra vtilitatem ecclesiasticam & sanctorum patrũ veniunt instituta. Si aliquis huiusmodi cõsuetudines, quæ ratione iuuantur & sacris congruunt institutis, irritare prȩsumpserit, donèc congruam egerit pœnitentiã, à Dominici corporis perceptione fiat alienus.

CAP. 17.

QVoniam in quibusdam locis ecclesiarum fundatores aut hæredes eorũ, potestate in qua eos Ecclesia hucusquè sustinuit, abutuntur: & cùm in Ecclesia DEI vnus debeat esse qui præsit, ipsi plures sinè respectu subiectionis eligere moliuntur: & cùm vna Ecclesia vnius debeat esse rectoris, pro sua defensione plurimos reprȩsentant. Quocircà præsenti decreto statuimus, vt si fortè in plures partes fundatorum se vota diffuderint, ille præficiatur ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis, & plurium eligitur & probatur assensu. Dist.63. Si fortè. Si autem hoc sinè scandalo fieri nequiuerit, ordinet antistes Ecclesiam, sicut melius

liùs secundùm DEVM viderit ordinandum. Idipsum etiàm faciat, si de iure patronatûs quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, infra tres menses non fuerit diffinitum.

CAP. XVIII.

QVoniam Ecclesia Dei & in his quæ spectãt ad subsidium corporis, & in his quæ ad profectum veniunt animarum, indigẽtibus sicut pia mater prouidere tenetur: nè pauperibus, qui parẽtum Dist.37. De quibusdã. opibus iuuari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahaẽ, per vnãquanq; ecclesiam cathedralẽ magistro, qui clericos eiusdem Ecclesiȩ & scholares pauperes gratìs doceat, competens aliquod beneficium assignetur, quo docentis necessitas subleuetur, & discentibus via pateat ad doctrinam. In alijs quoquè restituatur Ecclesijs siue monasterijs, si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia verò docendi nullus omninò precium exigat, vel sub obtentu alicuius cõsuetudinis ab his qui docent, aliquid quærat: nec docere quempiã, expetita licentia, qui sit idoneus, interdicat. Qui verò contra hoc venire præsumpserit, à beneficio Ecclesiastico fiat alienus. Dignum quidem esse videtur, vt in Ecclesia DEI fructum laboris sui non habeat, qui cupiditate animi diuendens licentiam docendi, Ecclesiarum profectum nititur impedire.

CAP. XIX.

Ne seculares aliqd exigant à cle(ro). NON minùs pro peccato eorum qui faciunt, quàm pro illorum detrimẽto qui sustinent, graue nimìs esse dinoscitur, quòd in diuersis partibus mundi rectores & cõsules ciuitatum, necnon & alij qui potestatem habere videntur, tot Ecclesijs frequenter onera imponunt: & ità grauibus eas crebrisq; exactionibus premunt, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quàm sub Pharaone Gen.47. fuerit, qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem omnibus alijs seruituti subiectis, sacerdotes suos & eorum possessiones in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministrauit. Isti verò vniuersa ferè onera sua imponunt Ecclesijs, & tot angarijs eas affligunt, vt illud eis quod Ieremias deplorat, competere videatur: Thren.1.a Princeps prouinciarum facta ẽst sub tributo. Siue quidem fossata, siue expeditiones, siue quælibet alia sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, clericorum, & pauperum CHRISTI vsibus deputatis cuncta volunt ferè compilari. Iurisdictionem etiàm & authoritatem episcoporum & aliorum prælatorum ità euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse. Super quo dolendum est pro Ecclesijs, dolendum etiàm nihilominùs & pro ipsis, qui timorem Dei & Ecclesiastici ordinis reuerentiam videntur penitùs abiecisse. Quocircà sub anathematis districtione seueriùs prohibemus, nè decæterò talia præsumant attentare, nisì Episcopus & clerus tantam necessitatem vel vtilitatem adspexerint, vt absque coactione ad releuandas communes necessitates vbì laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment cõferenda. Si autem consules aut alij decæterò id præsumpserint, & commoniti desistere fortè noluerint, tam ipsi quàm eorum fautores excommunicationi se nouerint subiacere: nec communicationi fidelium reddantur, nisì satisfactionem fecerint cõpetentem.

CAP. XX.

FElicis memoriæ Papæ Innocẽtij & Eugenij prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, detestabiles nundinas vel ferias, quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire solent, & ad ostentationem virium suarum & audaciæ temerariè cõgrediuntur, vndè mortes hominum & animarum pericula sæpè proueniunt, fieri prohibemus. Quòd si qs eorum ibidèm mortuus fuerit, quanuìs ei Mortuus in torneamẽto, qua pœna plectendus. poscenti venia non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura.

CAP. XXI.

TReugas à quarta feria post occasum solis vsq; ad secũdam feriam, & ab aduentu Domini vsq; ad octauas Epiphaniæ, & à septuagesima vsq; ad octauas Paschæ, ab omnibus inuiolabiliter obseruari præcipimus. Si quis autem treugam frangere 33.q.3. Placita. tentauerit, post tertiam commonitionem, si non satisfecerit, Episcopus suus sententiam excõmunicationis dictet, & scriptam vicinis suis annunciet. Episcopus autem nullus excommunicatum in communionem suscipiat: immò scriptam susceptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat. Et quoniam funiculus triplex non facilè rumpitur, præcipimus vt Eccés 4. c Episcopi solùm DEI & salutis populi habentes respectum, omni tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium prȩstent. Neque hoc alicuius amore vel odio prætermittãt. Quòd si quis in opere DEI tepidus fuerit inuentus, damnum dignitatis suȩ incurrat.

CAP. XXII.

INnouamus vt presbyteri, monachi, clerici, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia quæ semina portant ad agrum, congrua securitate lȩtentur. Nec quisquam alicui nouas pedagiorũ exactiones sinè authoritate regum & principum consensu

consensu statuere, aut statutas de nouo tenere, aut veteres augmẽtare aliquo modo temerè præsumat. Si quis autẽ contra hoc venire præsumpserit, & commonitus non destiterit, donèc satisfaciat, communione careat Christiana.

CAP. 23.

1.cor.12.c CVm dicat Apostolus, Abundantiorẽ honorem membris infirmioribus deferendum, Ecclesiastici quidam quæ sua sunt, nõ quę Iesu Christi, quærentes, leprosis, qui cum sanis habitare non possunt, & ad ecclesiã cum alijs conuenire, ecclesias & cœmeteria non permittunt habere, nec prijs iuuari ministerio sacerdotis. Quod qa procùl à pietate Christiana esse dinoscitur, de benignitate Apostolica constituimus, vt vbicunquè tot simul sub cõmuni vita fuerint congregati, qui Ecclesiam sibi cum cœmeterio constituere, & proprio gaudere valeant presbytero, sinè contradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniurioſi veteribus ecclesijs de iure parochiali nequaquàm existant. Quod nanque eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam noluimus redundare. Statuimus etiàm, vt de hortis & nutrimentis animalium suorum, decimas tribuere non cogantur.

Dist.45. Qui suam

CAP. 24.

ITà quorundam animos occupauit seua cupiditas, vt cùm glorientur noſe Christiano, Sarracenis arma, ferrum & ligamina galearum deferant, & pares eis, aut etiàm superiores in malitia fiant, dum ad impugnandos Christianos, arma eis & necessaria submini strant. Sunt etiàm, qui pro sua cupiditate in galeis & piraticis Sarracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur à cõmunione Ecclesiæ præcisos, & excõmunicationi pro sua iniquitate subiectos, & rerum suarũ per seculi principes catholicos & consules ciuitatum priuatione mulctari, & capientiũ seruos, si capti fuerint, fore censemus. Præcipimus etiàm, vt per Ecclesias maritimarũ vrbium, crebra & solennis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicationis quoquè pœnæ subdantur, qui Romanos aut Christianos pro negociatione vel alijs causis honestis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumũt. Illi etiàm qui Christianos naufragia patientes, quibus secundùm regulam fidei auxilio esse tenentur, damnanda cupiditate rebus suis spoliare præsumũt, nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint subiacere.

Dist.63.In synodo.

CAP. 25.

In vsurarios. QVia in omnibus ferè locis tantũ vsurarum ità inoleuit, vt multi alijs negocijs prætermissis, quasi licitè vsuras exerceant, & qualiter vtriusque Testa. pagina condemnentur, nequaquàm attendant:

Dist. 47. Eps, qm

ideò cõstituimus, vt vsurarij manifesti nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam. Sed nec eorum oblationem quisquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Christianæ tradiderit sepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur, & donèc ad arbitrium sui Episcopi satisfaciat, ab officij sui maneat executione suspensus.

CAP. 26.

IVdæi siue Sarraceni nec sub alendorum puerorum obtentu, nec pro seruitio, nec alia qualibet causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excõmunicẽtur autem, qui cum eis præsumpserint habitare. Testimonium quoquè Christianorum aduersùs Iudæos in omnibus causis, cùm illi aduersùs Christianos testibus suis vtantur, recipiendum esse censemus: & anathemate decernimus feriendos, quicunq; Iudæos Christianis voluẽrint in hac parte præferre, cùm eos subiacere Christianis oporteat, & ab eis pro sola humanitate foueri. Si qui præterea Deo inspirante ad fidem conuerterint Christianam, à possessionibus suis nullatenùs excludantur, cùm melioris conditionis conuersos ad fidem esse oporteat, quàm antequàm fidem acceperunt, habebantur. Si autem secùs factum fuerit, principibus vel potestatibus eorundem locorum sub pœna excommunicationis iniungimus, vt portionem hereditatis & bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi.

CAP. 27.

SIcut ait beatus Leo, licèt Ecclesiastica disciplina sacerdotali cõtenta iudicio, cruentas non efficiat vltiones, catholicorũ tamen principum constitutionibus adiuuatur, vt sæpè quęrant homines salutare remedium, dum corporale super se metuunt euenire supplicium. Eapropter quia in Gasconia, Allegesio & partibus Tolosanis & alijs locis ità hæreticorum, quos alij Catharos, alij * Patrinos, alij Publicanos, alij alijs nominibus vocant, inualuit damnata peruersitas, vt iam nõ in occulto, sicut aliqui, nequitiam suam exerceant, sed suum errorem publicè manifestent, & ad suum consensum simplices attrahant & infirmos: eos & defensores eorum, & receptores anathemati decernimus subiacere: & sub anathemate ,phibemus, nè quis eos in domibus vel in terra sua tenere vel fouere, vel negociationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserint, non sub nostrorum priuilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec sub aliacunque occasione aut oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipiant sepulturam. De Brebantionibus & * Arrogenũ Nauarijs, Basculis, Coterellis & Triauerdinis, qui

Dist.63.In synodo. Cathari hæretici, * Patarenoi,

qui tantam in Christianos inhumanitatem exercent, vt nec Ecclesijs nec monasterijs deferant, non viduis & puellis, nõ senibus & pueris, nec cuilibet parcant ætati aut sexui: sed more paganorum omnia perdant & vastent, similiter cõstituimus, vt qui eos conduxerint vel tenuerint vel fouerint per regiones, in quibus taliter debacchantur, in Dominicis & alijs Solennibus diebus per Ecclesias publicè denuncientur, & eadem omninò sententia & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adstricti, nec ad cõmunionem recipiantur Ecclesiæ, nisi sodalros cietate illa pestifera & hæresi abiuratis. Relaxatos autem se nouerint à debito fidelitatis & hominij ac totius obsequij, donèc in tanta iniquitate permanserint, quicunque illis aliquo * peccato tenentur annexi. Ipsis autem, cunctisque fidelibus in remissionem peccatorum iniungimus, vt tantis cladibus se viriliter opponant, & cõtra eos armis populum Christianũ tueantur. Confiscenturq; eorum bona, & liberum sit principibus, huiusmodi homines subijcere seruituti. Qui autem in vera pœnitentia ibì decesserint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternę se non dubitent percepturos. Nos etiàm de misericordia DEI & beatorum Apostolorum Petri & Pauli authoritate confisi, fidelibus Christianis qui contra eos arma susceperint, & ad Episcoporum seu aliorũ prælatorum consilium, ad eos decertando expugnandos, biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus: aut si longiorem ibì moram habuerint, Episcoporum discretioni quibus huius rei causa fuerit iniuncta, committimus, vt ad eorum arbitrium, secundùm modum laboris, maior eis indulgentia tribuatur. Illis autem qui admonitioni Episcoporum in huiusmodi parte parére contempserint, à perceptione corporis & sanguinis Domini iubemus fieri alienos. Interìm verò eos, qui ardore ad eos expugnandum, laborem iustum assumpserint, sicut eos qui sepulcrum Dominicum visitant, sub Eccclesiæ defensione recipimus, & ab vniuersis inquietatiõibus tã in rebus quàm in personis statuimus manere securos. Si verò quispiam vestrùm præsumpserit eos molestare, per Episcopum loci excõmunicationis sententia feriatur: & tam diù sententia seruetur ab omnibus, donèc & ablata reddantur, & de illatis damnis congruè iterùm satisfaciat.

Episcopi verò siue presbyteri, qui talibus fortiter non restituerint, officij sui priuatione mulctentur, donèc misericordiam Apostolicæ sedis obtineant.

DE SIMONIA, ET NE MERCES PRO ECCLESIÆ CONSECRATIONE RECIPIATVR, VEL PRO * MONIACATIONE, VEL PRO SACRAMENTIS ECCLESIÆ, VEL PRO LICENTIA DOCENDI. NEVE PRÆLATI VICES SUAS AD CAUSAS TERMINANDAS, VEL REGIMEN ECCLESIARUM SUB ANNUO PRECIO COMMITTANT. NEVE SUBDITOS TALLIJS VEXẼT, VEL PŒNA PECUNIARIA MULCTẽT.

* sor. * monachatiõe

CAPITVLVM PRIMVM.

QVONIAM in quibusdam partibus decani quidam vel archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum seu Archiepiscoporũ, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo precio statuuntur, quod ad sacerdotũ grauamen, & ad subuersionem iudiciorum non est dubium redundare, id vlteriùs fieri prohibemus. Quod si quis decæterò fecerit, nostra authoritate remouetur à clero. Episcopus autẽ qui in sua diœcesi hoc sustinuerit, & Ecclesiastica iudicia patiatur dissimulatione sua peruerti, canonica districtione percellatur. 21.q.2.Precipimus

Idem in Turonensi concilio residens, ait:

Cap. 2.

QVoniam enormis quædam consuetudo in quibusdam locis cõtra sanctorum patrum institutionem inualuit, vt sub annuo precio sacerdotes ad Ecclesiarũ regimen statuãtur: nè id fiat, modis omnibus prohibemus: quia dum sacerdotiũ sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

Idem R. Cantuarien archiepiscopo.

Cap. 3.

LIcèt (iuxta Apostolum) arguere, obsecrare, & increpare debeamus: sic tamẽ debemus excessus corrigere singulorum, vt probemur non quæ nostra sunt, sed quæ IESV CHRISTI sunt, quærere. Accepimus autẽ, quòd archidiaconi Couentrenſis Episcopatũs, pro excessibus & criminibus puniendis, à clericis & laicis pœnam pecuniariam exigant. & pro examinatione ignis & aquæ, triginta denarios à viro & muliere quærere præsumunt, & pro annua exactione personæ quandoquè personas suspẽdunt, Ecclesias interdicunt, à vicarijs quoquè duodecim denarios, vt in Ecclesijs eorum cantare permittant, exigere nõ formidant: & alia agunt, quæ canonũ obuiant institutis, & de radice cupiditatis & auaritiæ 2. Tim. 4.

ritiæ prodire videntur. Quia igitur ſolicitudini noſtræ incumbit, paſtorali diligentia prouidere, nè ab Eccleſiaſticis perſonis tuæ prouinciæ aliquid exigatur, quod reprehenſioni ſubiaceat, vel Eccleſiaſticâ denigret dignitatem: fraternitati tuæ &c. quatenùs archidiaconis prædicti epiſcopatûs ex parte noſtra & tua diſtrictè inhibeas, nè pro exceſſibus corrigendis aut criminibus puniendis, à clericis vel laicis pœnâ pecuniariam, neq; pro examinatione ignis & aquæ denarios ampliùs exigere audeant, vel alia quæ dicta ſunt, quomodolibèt exercere. Si autem contra prohibitionẽ tuam auſu temerario venire præſumpſerint, eos omni excuſatione & appellatione remota, Eccleſiaſtica diſtrictione percellas, & ſententiam ipſam vſq; ad dignam ſatisfactionem facias inuiolabiliter obſeruari.

Dist. 94. Dictum.

Idem Vigilenſi epiſcopo.

Cap. 4.

CVm ſit Romana Eccleſia, cui licèt immeriti præſidemus, mater eccleſiarũ omnium & magiſtra: cogimur ex debito ſuſcepti honoris & regiminis, prout Dominus nobis dederit, reſpondere cõſultationibus ſingulorum, vt dubiæ quæſtiones, Apoſtolicæ ſedis prouidentia enodentur. Quæſiuiſti autem frater epiſcope, tuæ fraternitati reſcribi, vtrùm pro Eccleſiarum conſecratione quicquam præter procurationem moderatam habere debeas, cùm Apoſtolus dicat, Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, * ab eádem Eccleſia exigere potes.

Episcopũ ab eccleſia quam conſecrat, procurádum. 1. Cor. 9.

* deeſt aliquid.

Idem in concilio Turonẽſi de eadem re.

Cap. 5.

CVm autem collectas denariorũ beati Petri per archidiaconatus veſtros feceritis, in collectione facienda Eccleſias vel parochias grauare nullatenùs præſumatis aliter ſiue magis, quàm prædeceſſores veſtri tẽpore ſanctæ recordationis Eugenij & Innocentij Romanorum pontificũ feciſſe noſcuntur. Quod ſi temeritate aliqua contempſeritis, id quod videmini habere, auferetur à vobis.

Matt. 25.

Idem eidem Epiſcopo. Cap. 6.

NIhilominùs & præſentium authoritate iniungimus, vt cùm Eccleſias ipſas viſitaueritis, ſecũdùm quod canones præcipiunt, viſitatoris officium exerceatis. nec Eccleſias viſitatione veſtra grauetis, vt magis intuitu informationis & correctionis, quàm affectu comeſſationis videamini viſitare.

Idem. Cap. 7.

PEruenit ad audientiam noſtrã, & plurimùm miramur, & aduersùm vos de iure mouemur, quòd in presbyteros qui ſunt in iuriſdictione veſtra conſtituti, ſingulis annis quaſi in ſeruos & mercenarios talliam facitis: quibus, niſi ad voluntatem veſtram pecuniam ſoluũt, diurnum officium interdicitis, & eos viliter & inhoneſtè tractatis, intantùm quòd ipſos laicis deſpicabiles reddidiſtis. Ideò verò hæc, ſi vera ſunt, graui debent vltione puniri, cùm eoſdem presbyteros quaſi filios & fratres benignè ac ſumma charitate fouere debeatis. Vndè vobis per A.S. &c. vt in prædictos presbyteros huiuſmodi tallias & indebitas exactiones exercere non præſumatis: nec eos decæterò irrationabiliter grauetis, vel inhoneſtè tractetis, aut ſinè iudicio capituli ſui ſuſpendere præſumatis, vel eorũ Eccleſias interdicto ſubijciatis: nec eos duas matrices eccleſias, quarum vnam ſufficere ſibi videbitis, tenere permittatis, nec eos ſinè ordine iudiciario excõmunicare pſumatis. Sciatis pro certo, quòd ſi huiuſmodi rumores de vobis ad aures noſtras iterùm peruenerint, nos pro tantis exceſſibus, Domino authore, taliter puniemus, quòd timore pœnæ cæteri à ſimilibus abſtinebunt.

Dist. 94. Dictum

Idem Cenomanenſi Epiſcopo.

Cap. 8.

ECcleſias autem, quas de nouo Epiſcopus de manibus laicorum eripuit, præter cathedraticum & iura omnia, quæ alijs Eccleſijs imponuntur, non videmus exactionem aliam imponendam, qui nouis exactionibus decreto noſtro prohibuimus amodò Eccleſias prægrauari.

Idem archidiaconis & decanis.

Cap. 9.

AD noſtrã noueritis audientiam peruenisse, quòd perſonas Eccleſiarum quaſi ſeruos & mercenarios ſingulis annis indebitis exactionibus grauare præſumitis, extorquendo ab eis pecuniam, & procurationes eas diuerſis nominibus, ſcilicet aliquandò auxilium Epiſcopi, interdùm eiuſdem Epiſcopi & veſtras conſuetudines nuncupantes: quas ſi vobis fortè reddere contradicunt, vos eoſdem vicarios Eccleſiarum & perſonas ab officio ſuſpendentes, in eorundem eccleſijs diuina celebrare officia prohibetis, & inter cætera denarios chriſmatis ab eis pro voluntate veſtra, in ſalutis veſtræ periculum, extorquere præſumitis: huiuſmodi exactionem, vt eam liberiùs videamini exigere, quãdoquè conſuetudinẽ epiſcopalẽ, quandoquè ſynodalia, quãdoquè denarios paſchales appellantes. Et infrà: Quia verò nõ decet vos, ità clericos viliter & inhoneſtè tractare, D.V. &c. quatenùs indebitis exactionibus aut procurationibus decæterò grauare vel perſonas eorum aut Eccleſias ſinè manifeſta ratione & rationabili cauſa interdicto ſupponere nullatenùs præſumatis. Alioquin, ſi exindè ad nos iterata quæſtio peruenerit, &c.

Idem

Idem in concilio Turonẽſi.

Cap. 10.

QVia non ſatis vtiliter auaritia in populo redarguitur, ſi ab his qui in clero conſtituti videntur, & præcipuè cõtempto ſeculo, religioſorum nomen profitentur & regulas, modis omnibus nõ cauetur: prohibemus, nè ab eis qui ad religionem tranſire voluẽrint, aliqua pecunia requiratur: néve Prioratus vel capellania quelibet monachorum vel clericorum annua diſtrictione vendatur: neq; ab eo cui regimen ipſarum committitur, ex earum cõmiſſione precium exigant. Hoc ſimoniacum eſſe, ſanctorum patrum authoritas manifeſtè declarat. Vndè quiſquis hoc decæterò attentare præſumpſerit, tã qui dederit, quàm qui receperit, partem ſe cum Simone non dubitet habiturum. Pro ſepultura quidem & chriſmatis & olei perceptione, nũlla alicuius precij exactio intendatur, neque ſub obtentu huius cõſuetudinis reatum ſuum aliquis tueatur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.

16. quę. 7. Decimas 1. q. 3. quæſitum

Diuturnitas temporis non minuit peccatum.

*Idem * Cotrouenſi epiſcopo & abbati Ceſtrenſi. Cap.* 11.

MAndamus vt ex noſtra parte & veſtra R. archidiacono Ceſtrenſi prohibeatur, clericos ſiue laicos qui pro ſuis exceſſibus puniendi ſunt, pœna pecuniaria mulctare, ſiue * in examinatione ignis vel aquę à quolibet viro vel muliere pecuniam extorquere præſumat, aut pro annua & indebita exactione pecunię, perſonas ſuſpendere vel eccleſias interdicere: neque ad eccleſias ſui archidiaconatũs viſitandas, niſi ſemèl in anno, accedat: niſi fortè talis cauſa emerſerit, propter quam ipſum oporteat eccleſias ſæpiùs viſitare: & tunc cum ea moderantia hominum & equitaturarũ, quòd qui in eis morantur, exindè non debeant meritò querulari. Si autem contra inhibitionem talem venire præſumpſerit, eccleſiaſtica ſeueritate percellatis, omni occaſione & appellatione ceſſante, & ſententiam ipſam vſque ad dignam ſatisfactionem faciatis inuiolabiliter obſeruari, ità quòd in vos & in illos hîc non cogamur duriùs vindicare.

* pro

Idem venerabili fratri R. & Vuigorẽſi epiſcopo, & dilecto filio Priori de Panteia.

Cap. 12.

QVerelã nobis monachorũ de * Atra tranſmiſſam accepimus, quòd cùm ipſi * quondàm mannium, quod dicitur Vella, cum pertinentijs ſuis & eccleſiam de * Gadonum à monachis de * Gadonio ſub annuo canonẽ quindecim librarum fuiſſent adepti, & inde chartam ab ipſis monachis habuiſſent: quidam Prior eorum, capitulo inconſulto, præſcriptum mannium & eccleſiam & chartam, de * Cadonio accepta perſona, reſignauit. indeque præfati monachi de * Atra, cõqueruntur ſe iniuſtè grauatos, & nobis imminet corrigendum, ſi quid minùs quàm rationabiliter attentatur, cauſam ipſam experientiæ veſtrę committimus, præſentium vobis authoritate mandantes, quatenùs partibus ante præſentiam veſtram conuocatis, quę hinc indè propoſita fuerint, diligentiùs audiatis, & prædictam cauſam, ſublato appellationis remedio, concordia vel iudicio terminetis, prouiſuri, quòd ſicut emi non potuerunt iura, etiàm nec redimi. Si verò monachi de * Gadonio legitimè citati, ad præſentiam veſtram accedere & iudicio ſtare contempſerint: vos prædictos monachos de * Acra, in poſſeſſionem eorum de quibus controuerſia vertitur, occaſione & appellatione ceſſante, inducere feſtinetis, nec ipſos exindè permittatis abſque ordine iudiciario moleſtari. Si verò vterq; veſtrũm his exequendis intereſſe non poterit, alter nihilominùs ea exequatur.

* Atra

Idem Toletano archiepiſcopo.

Cap. 13.

DE hoc quòd Rex & principes ſui à Bernardo quondàm * Certomenſi Epiſcopo pecuniam accepiſſe dicuntur, vt eius electioni præſtarent aſſenſum, & quòd idem Epiſcopus archidiacono * Seuiẽ beneficium certi redditũs, & cuidam clerico ante electionem ſuam Prioratum dicitur promiſiſſe, vt vterque eorum, archidiaconus videlicet & clericus, eius electioni cõſentirent: hoc tuæ paternitati duximus reſpondendum, quòd ſi operis euidentia manifeſta æſtimatur, ità quòd notorium eſt, eundem archidiaconum & clericum ob illam cauſam tam iniquam & deteſtabilem, promiſſam rem accepiſſe: aut ſi exindè cõfeſſi fuerint in iure, vel legitimè poſſunt ab aliquibus conuinci, ab altaris miniſterio ſunt perpetuò deponendi. Si verò id manifeſtum non eſt, nec indè conuicti vel confeſſi fuerint, & tamen poſteà laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici: in qua ſi defecerint, tanquàm tanti ſceleris authores ſunt puniendi. Regem autem & principes ſuos ſolicitè monere debes & diligenter inducere, vt ſi qua receperint à præfato Epiſcopo, vt eius electioni præſtarent aſſenſum, eccleſiæ * Ceromenſi ſinè diminutione reſtituant, cùm ea ſinè graui ſalutis ſuæ periculo retinere non poſſint.

Idem Eboracẽſi archiepiſc. ſ. legato.

Cap. 14.

CVm eſſent in præſentia noſtra conſtituti R. clericus de Põte fracto, & nobilis

bilis vir Vu. filius Godrici, pro controuersia quę vertebatur inter eos super quadam Ecclesia, quã idẽ R. asserebat à p̃fato milite sibi datam fuisse: prædictus Vu. qui moram diutiùs facere non poterat, in recessu suo dilectum filium nostrum Magistrum Milonem nuncium suum, pro se in causa illa sufficientẽ responsalem constituit. Cumq; causæ cognitionẽ dilectis filijs nostris M. presbytero TT. sanctæ Luciæ, & Vu. TT. sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali commisissemus, ipsi vtranque partem ante præsentiam suam conuocârũt, & ab ore præfati R. intellexerũt, quòd præfatus miles promiserat ei dare præscriptam Ecclesiã, si quoddã negocium eiusdẽ militis posset in curia nostra promouere. Vndè & cùm id nobis per eosdem cardinales innotuisset, nos intelligentes promissionem illam Simoniacam continere prauitatem, eidem R. super Ecclesia silentium imposuimus. Ideoq; fraternitatem tuã &c. quatenùs memoratum militem occasione prædictæ controuersiæ à prænominato R. vel alijs super scripta Ecclesia grauari vel inquietari nulla ratione permittas.

Idem Cestrensi Episcopo.
Cap. 15.

INsinuatum est auribus nostris, quòd dũ Episcopatus tibi commissus vacaret, in ecclesijs eius plurimi sunt instituti, qui per Simoniam dicuntur habere ingressum, & infamia respergi. Vndè quoniam indignum est, vt in tali crimine vel tam turpi suspicione remanerent, F. T. &c. quatenùs si quí fuerint in prædictis Ecclesijs, quos publicum sit & notorium Simoniacè intrâsse, eos ab Ecclesijs taliter acquisitis, appellatione cessante, amoueas: illis autem, quorum crimen non est publicum & notorium, si publica laborant infamia, cum quinta manu vel sexta sui ordinis, infra quadraginta dies post harum susceptionẽ, purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficijs Ecclesiarum sibi commissarum perpetuò priues, prouisurus attentiùs, vt tales personas ad eorum purgationem recipias, de quibus verisimile sit, quòd non debeant alicuius rei obtentu* deierare.

Quæ personæ ad purgationẽ admittendæ.

* peierare.

Idem. *Cap.* 16.

DIlectus filius noster Magister R. p̃sentiũ lator, in nostra p̃sentia constitutus, constanti nobis assertione proposuit, quòd cũ ipse Blesis sub magistro Husdicro scholas regeret, & se crederet de clementia sedis Apostolicæ ab huiusc̃emodi precij exactione immunem: idem Husdricus, nostra constitutione contempta, fideiussores quos à præfato R. de precij solutione receperat, pro eodem precio spoliare præsumpsit. Quia igitur grauiter nimìs excedit, qui Apostolicis obuiat institutis, D. T. &c. quatenùs vtraq; parte coram te cõuocata, veritatem diligenter inquiras: & si ità inueneris, memoratum Husdricum moneas, & Ecclesiastica districtione cogas, vt ea quæ de fideiussoribus ipsius R. abstulit, appellatione cessante, cũ omni integritate restituat, eosq; ab eadẽ fideiussione prorsùs absoluat, nè decæterò ab ipso R. vel alijs pro magisterio scholarum quicquam exigere vel extorquere p̃sumat: sed eum Blesis quàm diù voluerit, scholas sinè aliqua molestia vel exactióe regere patiatur.

Idem Lundẽ. *Cap.* 17.

PRohibeas attentiùs deceterò, nè in parochia tua pro licentia docendi alios aliquid exigatur, aut etiàm promittatur. Si quid verò post tuam prohibitionem solutum fuerit vel promissum, ꝓmissum remitti, solutum reddi facias, appellatióe cessante, sciens quod scriptum est, Qui gratis accepistis, gratis date. Sanè si aliquis occasione huius ꝓhibitionis distulerit magistros congruos in locis cõgruis instituere, liceat tibi de concessione nostra, omni contradictione & appellatione cessante ibidèm viros prouidos & discretos aliorum institutioni præficere. Matth. 10.

Idem. *Cap.* 18.

QVanto Gallicana Ecclesia maiorum p̃sonarũ scientia & honestate p̃fulget, & eo cautiùs nititur curare quę cõfundere videantur ecclesiasticã honestatẽ: tanto vehemẽtiori dignos animaduersione eos censemus, qui nomen magistri scholarum & dignitatem in ecclesijs vestris assumunt, & sinè precio viris ecclesiasticis docendi alios licentiam nõ impendunt. Cùm autem hæc praua & enormis cõsuetudo ex cupiditatis radice processerit, & decorem admodùm Ecclesiasticæ honestatis cõfundat, prouidendum nobis est & summoperè satagendum, vt cõsuetudo ista de ecclesijs vestris extirpetur, cùm nobis præcipuè ac specialiter asscribatur, si quid in Ecclesijs ipsis laude dignum inueniatur, vel reprehensione notãdum. Sub anathematis ergò interminatione prohibere curetis, nè qui dignitate (si dignitas dici poteſt) fungẽtes, pro præstanda licentia docendi alios, sub aliquo modo aliquid exigere p̃sumant: sed eis districtè p̃cipiatis, vt quicunque viri idonei & literati voluerint regere studia literarum, sinè molestia & exactione qualicunq; scholas regere patiantur. Si verò vestræ prohibitionis vel præcepti extiterint trãsgressores, eos authoritate nostra & vestra officijs & dignitatibus spolietis. Porrò si iuxta mãdatum nostrũ corrigere neglexeritis, negligentiã vestrã grauem habemus & molestam: & ad eam corrigendã, manum extendere cõpellemur: ità quòd si voluerint in huiusc̃emodi rapacitatis proposito perſistere, non valebunt.

PARS III.

DE DOLO ET CONTVMACIA ET CALVMNIA ALTERIVS partium punienda.

Idem Herefordẽn. Episcopo.
Cap. 1.

AD hæc cùm contingat actorem multotiès mittẽdum esse in possessionẽ causa rei seruandæ propter absentiam alterius partis, & per eius dolum siue potentiam actor non possit rem custodiendam nancisci: & imminẽte fine anni, reus, nè possessionem amittat, debitam offerat cautionem, cuiusmodi pœna sit mulctandus, quia * responsioni non paret iudicis, à nobis tua fraternitas postulauit. Ad quod dicimus, quòd in Ecclesiasticis personis & negocijs rigor & districtio iuris non requiritur nec exercetur. Sed cùm propter hoc iustitia nõ periclitatur, admitti debet & patienter tolerari, cùm reus per cautionem standi iudicio se adstringit.

* Responsioni

Idem. *Cap.* 2.

CAlumniam & audaciã temerè litigantium, condẽnando in expensas & alio multiplici remedio, imperialis sanctio cõpescit. Quoniam igitur sacris institutis cõsonare dinoscitur, p̃cipimus vt decæterò in causis pecuniarijs victus victori in expẽsas condemnetur: nisi fortè, sicut cautũ est, pro absente sententia feratur.

Cap. 3.

CAusam quæ inter dilectos filios nostros de * Giseleburñ & canonicos de * super Ecclesia de * Leuentri & Capella de * Chorun & iure decimarũ super quadã transactione, quæ exindè post appellationem facta fuisse dicitur, diutiùs est agitata, ad suggestionem cuiusdam canonici de * Chorun, experientiæ vestrę sub certa forma commisimus terminandam. Verùm quidam canonicorum de * Giselebuc, ad nostrã postmodùm p̃sentiam accedentes, dilectorum filiorum nostrorum cardinalium tunc sedis Apostolicæ literas pertulerunt, in quibus continebatur, quòd cùm de mãdato nostro causam suscepissent definiendam, canonicos de * Giseleburc in possessionẽ prædictæ ecclesiæ induxerunt. Verùm quia prædicti cardinales tantæ honestatis, circunspectionis & maturitatis habentur, quòd eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum & iustũ iudicium protulisse: D. V. &c. quatenùs si infra annũ memorati canonici de * Thorun causa possessionis secundùm formam iuris nõ intrauerint, canonicos de * Giseleborñ possessionem à cardinalibus adiudicatam, quietè faciatis & pacificè possidere, nõ obstantib' literis, quas canonicus de * Torun, sententia Cardinaliũ tacita, noscitur repor tâsse: ità quoquè, ꝙ si canonici de * Thorũ de p̃prietate agere voluerint, causam ipsã vsq; ad diffinitiuã sententiã, remota appellatione, audiatis & fine debito terminetis. Si qua verò partium duxerit appellandum, depositiones iuratorum testium & alias rationes vtriusque partis sub vestris sigillis clausas, nobis mittatis, terminum vtrique parti congruum p̃figentes, quo debeant cum ipsis attestationibus & rationibus se Apostolico conspectui p̃sentare.

* Leuinter

*Idem Priori & canonicis de * Giseleburñ.*
Cap. 4.

CONstitutis in p̃sentia nostra dilecto filio nostro R. canonico & respõsalibus dilecti filij nostri G. prepositi ecclesiæ * Beuellacen̄ super possessione ecclesiæ de * Leuintri, in qua dę mandato & authoritate nostra per iudices delegatos, videlicet * Exonien̄ eṕm & Prioré de Knieleunede, causa rei seruandæ fueratis introducti, hinc indè fuit corã te aliquantulùm disputatum. * Et tantundẽ post rationes & allegationes vtrinq; ꝓductas, ex vtriusq; partis tenuimus assertiõe, quòd licèt causa rei seruandę tantùm in possessionem eiusdem ecclesiæ fuissetis inducti, infra annũ tamen altera pars nõ p̃stitit cautionẽ super eadẽ ecclesia vobiscũ iudicio standi, licèt voluntatem habuerit ipsam cautionẽ p̃standi, & vos fuissetis parati eam recipere. Indè est vtiquè, ꝙ nos de cõmuni fratrũ nostrorum consilio, authoritate Apostolica decernimus, vt vos amodò possessionẽ p̃scriptæ ecclesiæ, saluo iure quod idẽ p̃positus in petẽda ecclesia habere dinoscitur, liberè & absq; cõtradictione qualibet habeatis, nec p̃fatus p̃positus super possessione aliquatenùs vos audeat decæterò fatigare.

* for. * Quia verò tandèm

Idem abbati Riuallis, & Priori de Bridi.
Cap. 5.

DIlecti filij nostri abbas & fratres de Neuhus, trãsmissa nobis insinuatione literarum monstrauerunt, ꝙ cùm causa quę vertitur inter ipsos & abbatissã & moniales de Elnestou Vesteę, super ecclesia S. Petri de Altuñ, quã prædicti fratres diù canonicè & incõcussè, sicut asserũt, possederunt, & adhuc possidẽt, dilectis filijs decano Linc, & archidiacono de Bedeford ad suggestionẽ nuncij monialium prædictarũ cõmisissemus sine debito terminandã, prędicti fratres timẽtes à iudicibus grauari, eõ quòd ad primã citationẽ diem statuerunt peremptoriũ, ad audientiam nostrã appellârunt, sed ipsi nihilominùs ecclesiã interdicto supposuerunt. Quia verò nõ spectat ad iuris ordinẽ, diem peremptorium, maximè cùm de rebus ecclesiasticis agitur, nisi maxima ingruente necessitate, ità maturare: neq; inter eos qui contumaciter se absentant, sententiã taliter promulgare: nisi quòd aduersa pars in possessionẽ mittatur, vt sic tędio affecti, iustitiæ stare cogantur: F. T. &c. quatenùs partes ante præsentiam

Peremptorium ad primam citationem, nõ nisi ex magna necessitate proponẽdum.

vestram conuocetis,& rei veritaté diligenter inquiratis: & si vobis constiterit, quòd memorati fratres præfatam Ecclesiam canonicè fuerint adepti, eosdé fratres ipsam ecclesiam ab interdicto solutam,sub.ap.re. pacificè possidere faciatis, & aduersæ parti silentium imponatis.

DE DECIMIS PRAESTANDIS.

PARS IIII.

Idem Cusano episcopo. Cap. 1.

INtelleximus ex literis tuis,quòd R.de * Lantino parochianus tuus, tam diù scilicet sex annis decimas capellæ suæ tibi detinuit, asserens quòd in cômutatione ipsius decimæ, pdecessori tuo redditus quarundã dedit villarũ, quos etiàm tibi vult assignare. Cæterùm quia decimæ cum temporalibus nõ sint cômutandæ,attendétes,tibi authoritate pręsentium inhibemus, nè pscriptos redditus in ipsius decimæ cômutationé præsumas recipere: sed prædictũ R.ad restituendas decimas subtractas tibi, & ad eas soluendas in posterũ Ecclesiastica districtione compellas.

* Lantmo

Idem Cant.archiepis.& eius suffraganeis. Cap. 2.

PEruenit ad nos, quòd cùm parochiani vestri decimas bonorũ suorum côsueuerũt ecclesijs, quibus debent,persoluere: nunc tam laudabili côsuetudine ptermissa, quidã ex ipsis de lana & de fœno & de puentibus molendinorũ & piscariarũ ipsis ecclesijs subtrahere nõ verétur. Quoniam igitur institutioni diuinæ manifestiùs obuiant, qui decimas Ecclesijs nõ persoluũt, F.V.&c.quatenùs parochianos vestros monere curetis,& si opùs fuerit, sub excômunicationis districtione côpellatis, vt de puentibus molendinorum & piscariarum & de fœno & de lana decimas ecclesijs, quibus debentur, omni occasione & app. cessante,cum integritate persoluant.

Idem Vujntoñ episcopo. Cap. 3.

NVncios & literas tuę fraternitatis ea, qua decuit, benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoàd licuit,curauimus exaudire:sicut illius personæ quam purè in Domino & feruenti charitate diligimus,& cuius cômodis & profectib⁹ intendere volumus diligenter. Cùm ergò ad officiũ tuũ spectent ea,in quibus præcepti nostri desideras authoritate muniri,tanto in his faciliùs debuisti exaudiri, quãto ipsa eorũ specialiùs saluté respiciunt, de quib⁹ in extremo iudicio redditurus es rationé. Indè est quòd F.T. &c. quatenùs tã comites quàm barones, necnon & milites & omnes alios de parochia tua moneas propensiùs & inducas,& appellatione cessante & * E. D. CON. vt decimas matricibus Ecclesijs de diuitijs suis cũ omni integritate persoluãt. Prætereà parochianos vestros de fœno,eqtio, pomis & piris & apibus & omni fructu decimas soluere Ecclesiastica districtione, appellatione cessante,compellas.

*Idem * Ryomeñ & Vuintoñ episcopis. Cap. 4.*

*Vuigorieñ

CVm homines de Hortuñ, secundùm generalem Ecclesiæ Anglicanę institutioné, de frugibus suis in autumno, nouem partibus sibi retétis, decimas ecclesiæ & mihi,cuius parochiani sunt,sinè diminutione soluere teneantur, antequàm eidem ecclesiæ decimas ad eam spectãtes persoluant, seruientibus & mercenarijs suis de frugibus non decimatis debita totius anni pro seruitio suo impédunt, & tunc deindè de residuo decimas persoluentes: vndè D. V. &c. quatenùs sub anathematis districtione côpellatis eos, vt decimas tã de nutrimétis animaliũ suorũ,q̃ de frugibus sinè fraude & diminutione aliqua in autumno, sicut mos est, statìm collectis frugibus, & in alijs temporibus, prout debétur, persoluant, atq; de subtractis atq; retentis dignã satisfactionem exhibeant.

An decimandum sit anteq̃ seruientibus debita impendantur de frugibus.

DE CONIVGATIS ET SPONSIS MONASTERIVM INGRESSIS, vel ingredi volentibus.

PARS V.

Idem Salernitano archiepiscopo. Cap. 1.

VErùm post consensum illum legitimum de præsenti, licitũ est alteri, altero etiàm repudiante, monasterium eligere:sicut quidam sancti de nuptijs vocati fuerũt: dummodò inter eos carnis commixtio non interuenerit, & alteri remanenti, si commonitus seruare noluerit continentiam,licitũ esse videtur, vt ad secũda vota transire possit. Quia cùm non fuissent vna caro effecti, potest vnus ad Dominum transire, & alter in seculo remanere.

Idem Pisano archiepiscopo. Cap. 2.

QVidam intrauit monasterium,inuita vxore,ipsum eadem repetente, coactus est ad eam redire:ea mortua,quęris an ipse cogatur ad monasteriũ redire, an aliã possit accipere vxorem. Quæstioni tuæ taliter respondemus,quòd votum nõ tenuit. Vndè ratione voti non tenetur ad monasterium redire. Vlteriùs verò nõ potest accipere vxorem. Promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideò tenuit votum. nõ reddere aũt,non erat in eius potestate, sed mulieris. Vndè Apostolus: Vir non habet potestatem &c. 1.Cor.7.

Distin.31. Seriatim

Idem Exonieñ episcopo. Cap. 3.

CVM præditus sis scientia literarum, ignorare nõ potes nec debes,sanctorum patrum côstitutione côtraditũ,vt vir, vxore sua in seculo remanente,aut mulier, viro nõ assumente religionis habitum, nõ debeat ad religionem trãsire: quia cùm vir & vxor vna caro sint, vt ait Apostolus, non potest alter ad Deum conuerti, & alter in seculo remanere. Indè est q̃ Apostolica authoritate tibi phibemus, nè in Episcopatu tuo virum vel vxoré,nisi vterq; ad religionem migrauerit, transire permittas. Sed si voluerint ad Deum conuerti, vterq; ad frugem melioris vitæ transeat. Verùm si vxor ità senex est & sterilis, quòd sinè suspicióe possit esse in seculo: dissimulare poteris,vt vir,ea in seculo remanente & castitaté promittente,ad religionem transeat.

Ephe.5. Dist.30. Si quis diac.

Idem Herefordeñ episc. Cap. 4.

PRætereà, vtrùm laicus vxoratus, qui præsentibus sacerdotib⁹ & monachis, Episcopo ignorante, de licentia & permissione vxoris suæ, monasteriũ est ingressus, & fortè professioné fecit, vxore in seculari habitu remanente, nec ad religioné transeunte, aut perpetuã côtinentiam vouente, ab epo suo possit ad torũ vxoris reuocari, an illa côpellenda sit ad obseruationé perpetuæ côtinentiæ. Dicimus,quòd nisi,vbi subest timor incôtinentię,vxor ad religionem transiêrit,vel in côspectu Ecclesię côtinétiam seruare pmiserit,ad eam debet & potest ab episcopo reuocari. Quia cùm sint vna caro effecti,nõ debet vna pars in seculo remanere,& altera ad religioné transire. Veruntamen vxor cômonenda est & propensiùs exhortãda, vt ad religioné trãseat, & castitatem seruare promittat.

Sed quid, si côsensu vxoris perpetuã habuisset côtinentiã, manens cum ea in habitu seculari?

Idem Exonieñ epo. Cap. 5.

SI quisquam qui se religioni deuouit,& habitu suscepto professionem fecit, postmodùm sibi aliquã copulauerit,cogendus est ab ea discedere,& ad ecclesiam,cui se contulerat, debet sinè contradictione transire. Quòd si habitum suscepit, & non professioné fecit, sed solùm votum emisit, & se ad religionem transire promisit, licèt postmodùm matrimonium côtraxerit, nõ est ab Ecclesia cogendus ad monasterium transire,& matrimonij vota rescindere.

*Idem Strigonieñ & * Colonieñ archiepis. Cap. 6.*

*Salonieñ

COniugatus in monasterium,côuerti desiderãs,suscipi phibetur, nisi vxor illius similiter conuertatur. Nam dum vnũ vtrinquè corpus post côiugij copulationé sit factum: incôgruum est,partem côuerti, & parté in seculo remanere. Nec recipitur illius viri apud Deũ conuersio,cuius sequit coniugalis fœderis prostitutio. Cùm igitur senatus S. clericorũ longè præminet cœtui monachorũ, ità vt aliquãdò bonus monachus vix bonũ clericũ faciat: nullus côiugatorum est ad sacros ordines promouendus,nisi ab vxore continentiam profitente fuerit absolut⁹, vt fiat deincèps de carnali copula spirituale coniugium.

Idem eidem. Cap. 7.

SAnè si coniugati côsenserint ordinari, etiàm vxoris voluntas priùs requiréda est, vt sequestraro mansionis cubiculo, religione promissa,postquàm pariter côuersi fuerint, ordinétur. Quòd si in quibuslibet ecclesiasticis gradibus puidéter scienterq; curandũ est, vt in domo Dei nihil sit inordinatum,nihilq; præposterũ: multo magìs laborãdum, vt in eius promotione qui supra gradus oés côtinetur,nõ erretur. Indè est, q̃ fraternitati tuæ Apostolica authoritate prohibemus, nè vxoratũ in Episcopũ pręsumatis ordinare, nisì priùs vxor côtinentiã professa,sacrũ velamé sibi imponat, & religioni côgruam vesté assumat. Nolumus etiàm, vt viri promotio, vxori relictæ in seculo fieri possit perditionis occasio.

Dist. 61. Miramur

Idem Brixiensi episcopo. Cap. 8.

EX publico instrumento, quod nobis est præsentatum, & ex tenore literarũ tuarum nobis innotuit,quòd cùm venerabilis frater noster Veroneñ eps de mãdato nostro causam matrimonij,quę inter Agolechen virum & Matthæam mulierem vertebatur, suscepisset sine debito terminandam, auditis vtriusq; rationibus & allegationibus, inter eos iudiciali sententia matrimoniũ approbauit,& eidé mulieri pręcepit, vt ad virũ suũ rediret, & exhiberet côiugalem affectum. Verùm cùm eadé mulier ad eum iuxta sententiam prædicti episcopi regredi nollet,de mãdato nostro, sicut accepimus, fuit vinculis excômunicationis adstricta. Cæterùm quia præfata mulier,licèt à præfato viro desponsata fuerit, adhuc tamé,sicut ipsa asserit,ab ipso est incognita, fraternitati tuæ per A. S. præsentibus mandamus,quatenùs si supradictus vir mulieré ipsam carnaliter nõ cognouit, & eadé mulier,sicut ex parte sua nobis proponitur, ad religionem transire voluêrit,recepta ab ea sufficienti cautione, q̃ vel ad religionem transire,vel ad virum suũ redire infra duorum mensium spatiũ debeat,ipsam,contradictione & appellatione cessante,à sentẽtia qua tenetur, absoluas: ità q̃ si ad religioné transire maluerit, vterq; restituat alteri, si qua alter ab altero habuit: & vir ipse,ea religionis habitum assumente,ad alia vota licentiam habeat trãseundi. Sanè quod Dñs in Euangelio dicit,Nõ licet viro vxoré suã, nisì causa fornicationis, dimittere: intelligendũ est, secundùm interpretationé sacri eloquij, de his, quorum matrimonium est carnali copula côsummatũ,sinè qua matrimonium consummari nõ potest. & ideò si prædicta mulier nõ fuerit à viro suo cognita, licitum est ei ad religionem transire.

Matth.5. & 19.

27.q.2.Nõ dubium

Idem Priori G. & fratribus iuxta disciplinam bonæ memoriæ Electi viuentibus. Cap. 9.

VXoratus autem sinè licentia propriæ vxoris inter vos nullatenùs recipiatur: quę si integrę famę & opinionis ità existat, quòd nulla meritò suspicio habeatur, eam

eã ad ſecunda vota migrare velle, vel quòd minùs continenter debeat viuere: quòd ſi, prout dictum eſt, talis extiterit, marito eius in conſortio veſtro recepto, ipſa publicè in conſpectu Eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filijs ſuisfamiliaq; poterit remanere. Si autem talis fuerit, quę ſuſpicione careat, voto continentiæ celebrato, à ſecularium hominum cõuerſatione ſe remoueat, & in loco religioſo, vbì Deo ſeruiat, perpetuò moretur. Nullus veſtrûm audiat mulierem aliquam tõſurare, vel eam ad habitandum ſecum aſſumat.

32. q. 1. § cùm ergò

Idem. *Cap.* 10.

VEniens ad noſtram præſentiam Marcus eremita, ſua nobis aſſertione ꝓpoſuit, quòd quædam mulier cuidam viro abſenti fide data ſe nupturam promiſit. Sed poſtmodùm audiens plura de ſeueritate & inhumanitate ipſius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cùm itaq; timeret, nè illi nubere cogeretur, in manibus ſuis ſimpliciter votum continentię compromiſit: non tamen veſtem aut locum mutauit. Quo audito, prędictus vir aliam ſibi copulauit, & ex ea prolem ſuſcepit. Nos itaque attendentes tutius eſſe, vt præfata mulier poſt fidem & votum ſimplex oblatum, matrimonium contrahat, quàm fornicationis reatum incurrat: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenùs ſi plùs non proceſſerit, nec veſtem aut locum mutauit, nec profeſſionem fecit, prædictæ mulieri de fide mentita & voto violato congruam ſatisfactionem indícas, & ei cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere nõ poſtponas.

Poſt votũ ſimplex metu interpoſitũ, permitti cõtrahere matrimonium.

PARS VI.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIO CONTRAHENDO, vel iam contracto.

Idem S. abbati ſancti Albani. *Cap.* 1.

PRopoſitum eſt nobis, quòd vir quidam C. dum vxorem haberet, ſibi aliam huius rei inſciam copulauit, de qua plures filios habuit. Sed prima mortua, nititur à ſecunda diſcedere, aſſerens quòd vxore ſua viuẽte, eam non licuit ſibi copulare. Licèt autem à canonibus habeatur, vt nullus copulet matrimonio quod priùs polluerat adulterio, & illam maximè, cui fidem dederat, vxore ſua viuente, vel quæ machinata eſt in mortem vxoris: quia tamen præfata mulier inſcia, quòd ille aliam vxorem haberet viuentem, nec dignum eſſet vt prædictus vir, qui ſcienter contra canones venerat, lucra de ſuo dolo reportaret: conſultationi tuæ reſpondemus, quòd niſì prædicta mulier diuortium petat, ad petitionẽ viri nõ ſunt abinuicèm ſeparandi, cùm ex ſuo delicto videretur commodum reportare.

Idem Vuigorẽ epiſcopo. *Cap.* 2.

COnſuluit nos fraternitas tua, quid tibi faciendum ſit de Vuilhelmo Parochiano, qui licèt in manu tua fidem dederit, quòd mulierem quandam duceret in vxorem: ſpreta tamen religione fidei, ipſe ſibi aliam copulare præſumpſit. Super hoc vtiquè conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd licèt non ſit tutum contra fidẽ ſuam venire, ſi tamen aliam in ſuam receperit, nec in facto primæ mulieris vltrà ꝓceſſerit, niſì quòd fidẽ dedit, à muliere ea ſeparari non debet, ſed ei de læſione fidei pœnitentia eſt indicenda.

Idem Vigilẽ epiſcopo. *Cap.* 3.

SI verò puellã infra duodecimum annũ aliquis deſponſauerit, antequàm ad annos matrimonio aptos ambo peruenerint, non poſſunt à pactione nuptiali recedere, & ad aliud matrimonium conuolare. Sed cùm puella ad nubiles annos, & ſpõſus ad annos aptos matrimonio peruenerint, tũc de pactione ipſa complenda vel remittenda ſunt audiendi, & ad implendum matrimonium ab his qui matrimonium iurauerunt, commonẽdi.

30. q. 2. Vbi

Idem eidem in eadem. *Cap.* 4.

SPonſam aũt alterius, ſi eſt ætati nubili ꝓxima, nullus cõſanguineorũ aliquandò ſibi poteſt matrimonio copulare.

Idem ex concilio Africano. *Cap.* 5.

QVicunq; ſub cõditionis noĩe aliquã deſpõſauerit, & pòſt eam relinquere voluerit: dicimus quòd cõditio frangatur, & deſponſatio firmiter teneatur.

Vel de pręſenti, vel de futuro, cùm inhoneſta fuerit conditio.

Idem GG. 7. *Cap.* 6.

MAnifeſtũ eſt, eum puberem eſſe, qui de geſticulatione ſui corporis talis eſt, vt iam procreare poſſit, licèt ad metas legibus diffinitas non peruenerit.

Idem Eboracẽ archiepõ. *Cap.* 7.

ACceſſit ad præſentiam noſtram nobilis vir Vuilhelmus filius G. cum literis tuis, ex quarum tenore perpendimus, quòd cùm filiam cuiuſdã nobilis viri, dum eſſet minoris ętatis, deſpõſaſſet, & ipſa poſtmodùm aſſenſum in hac parte nõ præbente, antequàm ad nubiles annos perueniſſet, celebratũ eſt inter eos diuortium. Procedente verò tẽpore, defuncto patre puellæ, matrem eius Vuilhelmus ſibi matrimonio copulauit. Quod quidem factum cùm ſuſtinere nolles, eum ſolicitè monuiſti, vt ipſam dimitteret: & qa monitis tuis in hac parte noluit acquieſcere, ipſum excõmunicationis vinculo innodâſti. tãdèm accepta ab eo cautione, quòd noſtram adiret præſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrũ firmiter obſeruaret, eundem mandato noſtro abſolutũ denũciâſti, & cum literis tuis ad pręſentiã noſtrã miſiſti. Verùm pręfatus Vuilhelmus in pręſentia noſtra cõſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, ꝙ puellam illam dum eſſet infra duodecimũ annum, deſponſauit: poſteà verò antequàm ad nubiles annos perueniſſet, noluit aliquatenùs cõſentire, vt pręfatum Vuilhelmum in virũ acciperet: & ità cum patre ſuo, in cuius poteſtate remanſerat, & cum prædicto Vuilhelmo, ad præſentiam tuam acceſſit: & cùm ab ore puellæ audiſſes & per patrem eius, ꝙ memoratum Vuilhelmũ in virum nolebat, ſtatìm illum in plena ſynodo ab huius deſponſatione publicè abſolutũ denunciâſti. Elapſis pluribus annis pòſt mortuo patre puellæ, chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Anglorum rex, matrẽ ſupradictę puellæ memorato Vuilhelmo tradidit in vxorem: quam ideò Vuilhelmus, vt diſcordia orta inter cõſanguineos ſuos & cõſanguineos mulieris ſopiretur, accepit & ſolenniter deſpõſauit, & ſinè contradictione Eccleſiæ duxit, & ab ea liberos procreauit, & puella fuit alteri viro copulata. Verùm licèt cõtineatur in literis ipſis, ꝙ puella illa erat minoris ætatis, quãdò huiuſmodi deſponſatio facta fuit, tamẽ refert vtrùm cùm eſſet minoris ętatis, fuit proxima ętati aptę matrimonio, aut infra 7. annos. Ideò per Apoſtolicam ſanctionem fraternitati tuæ præſentibus mandamus, quatenùs veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit, ꝙ puella præfata nõ eſſet ſeptennis quandò præmemorato deſponſata fuit, & poſteà in eum non conſenſerit, & ꝙ idem Vuilhelmus ab huiuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus, matrimoniũ inter eundem Vuilhelmũ & matrẽ puellæ celebratũ, præcipias immobiliter obſeruari, & eorũdem proles denuncies eſſe legitimas. Quia ſicut diſcretio tua nõ ignorat, deſpõſatiões & matrimoniũ ante 7. annũ fieri nõ poſſunt, ſi conſenſus poſteà nõ interuenit. Sanè ſi ꝑfata puella ante huiuſmodi deſpõſationẽ 7. annũ cõpleuerat, licèt ꝑdictus vir à deſpõſatione ipſius puellę ipſo iure fuerit abſolutus, cùm ea in eũ cõſentire nolebat: inhoneſtũ tamẽ videtur, vt matrẽ eius habeat, cui⁹ filia ſibi fuerat deſpõſata. Verùm ſi tibi viſum fuerit, vt cũ matre maneat, nè diſcordia inter vtriuſq; cõſanguineos olìm exorta, nunc autẽ ſopita, denuò ſuſcitetur, id diſſimulare poteris & ęquanimiter tolerare. Filij autẽ quos ab ipſa ſuſcepit, ſi eam tolerante Eccleſia duxit in vxorẽ, à ſucceſſione non poſſunt paternę vel maternę hęreditatis prohiberi.

Caſus, vbi matrimonii, à ſpõſo cũ matre ſponſę contractũ, tenet.

Iuſtitia publicę honeſtatis.

Idem Salernitano epõ. *Cap.* 8.

LIcèt præter ſolitum & ampliùs ſolito, multis ſimus & varijs negocijs præpediti, ità quòd nõ ſit nobis facile aliquorum cõſultationibus reſpõdere, illa tamẽ ſpirituali gratia, quam ad perſonã tuã habemus, & fraterna charitate cogimur, quid ſentiamus de his, ſuper quibus cõſuluit nos prudentia tua, tibi, quãtumcunquè ſumus alijs

intenti, præſentibus literis aperire. Cõſuluiſti nos ſiquidẽ, vtrùm inter virũ & mulierem præſtito vel nõ præſtito ſacramẽto, ſi legitimus cõſenſus interuenerit de præſenti, carnali copula non ſecuta, liceat mulieri alij nubere: vel ſi nupſerit alij, & carnalis fuerit copula ſecuta, an ab ipſo debeat ſeparari. Super hoc inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi legitimus cõſenſus ea ſolennitate qua fieri ſolet, præſente ſ. ſacerdote, aut etiàm eius notario, ſicut etiàm in quibuſdã locis adhuc obſeruatur, corã idoneis teſtibus interueniat de pręſenti, ità quòd vnus ad alium in ſuã mutuo cõſenſu verbis expreſſis recipiat, vtrinquè dicẽdo: Ego te recipio in meam, & ego te in meum: ſiue ſit iuramentũ, ſiue nõ, nõ licèt mulieri alij nubere: & ſi nupſerit, etſi fuerit carnalis copula ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & vt ad primum redeat, eccleſiaſtica diſtrictione cõpelli, quanuìs alij aliter ſentiant, aliter etiã à quibuſdã prædeceſſoribus noſtris ſit aliquandò iudicatum.

27. q. vlt.

Idem Vuigorẽ epõ. *Cap.* 9.

MEminimus nos ex parte tua quęſtionem huiuſmodi audiuiſſe, ſ. vtrùm illi qui ſe ad religionẽ coram Epiſcopo deuouerant tranſituros, & habitũ religionis ſuſceperunt: ſi poſtmodùm vxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad Eccleſiam, cui ſe cõtulerũt, redire. Super hoc vtiquè duximus reſpondendum, ꝙ ſi quiſquam qui ſe religioni deuouerit, & habitu ſuſcepto, profeſſionẽ fecerit, poſtmodùm aliquã ſibi copulauerit, eſt ab ea cogendus recedere, & ad Eccleſiã, cui ſe contulit, debet ſinè contradictione tranſire. Verùm ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem, ſed ſolummodò votum fecit, & ſe ad religionem tranſiturum promiſit: licèt poſteà matrimonium contraxerit, non eſt ad Eccleſiam cogendus tranſire, & matrimonij votum reſcindere.

Infrà de monachis in probatione ſuſceptis.

Idem Noruuicenſi epõ. *Cap.* 10.

COntinebaẽ in literis tuis, quòd cùm quædam puella infra nubiles annos cuidam viro in vxorem tradita fuerit, & ab ipſo traducta, parentibus ſuis aſſentientibus eã legitimæ ætatis exiſtere, hæc ad nubiles annos perueniens, alij nubendi licentiam poſtulauit, aſſerens ſe in eundem virũ nullatenùs conſenſiſſe: prædictus verò vir ecõtrà proponit, quòd licèt eadem puella nondùm fortè annũ 12. attigiſſet, cùm tradita fuiſſet ei in vxorem, vſqueadeò tamen fuit ætati proxima, quòd ipſam carnali cõmixtione cognouit. Indè eſt, ꝙ cùm ipſa eidem viro dicit ſe incognitam, & ità nos cõſuluiſti, vtrùm alij poſſit nubere: taliter reſpondemus, quòd cùm in decretis habetur expreſſum, quòd ſi vir dixerit ꝙ vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit, viri ſtandũ eſt veritati. Vndè præfato viro

Viri ſtandũ vbì ſit veritati.

qui se dicit præfatam puellam cognouisse, fides est habenda, si id iuramento firmauerit: & si fuerit proxima duodecimo anno, vel circa duodecimum annum, & cum suo consensu & voluntate parentum desponsata & benedicta fuerit, & cognita ab eodẽ viro, separari nõ debebunt, præsertim cùm parentes ipsam legitimæ ætatis faterentur. Si verò puella infra nubiles annos & ætati proxima, alicui desponsata fuerit, benedicta atq; traducta, non licet alicui de consanguinitate illius cui desponsata fuerit, eam ducere in vxorem: nec fas est eidem sponso, de consanguinitate puellæ sibi aliquam copulare. 27. q. 1. Si despon.

*Idem Noruuiceñ. episcopo, & * * archidiaconis. Cap.* 11.

LAtor præsentium Vu. parochianus vester sua nobis assertione monstrauit, quòd cùm in facie Ecclesiæ quandam mulierem viduam, A. nomine, legitimè despõsasset, & carnali copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione prędictus vir ei debitum coniugale subtraxit: consanguinei dictæ mulieris hoc molestum habentes, coram vobis quęstionem mouerunt, proponentes quòd mulierem inuitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio existentem duxisset vxorem. Et quoniã idem vir vitam, sicut nobis proponitur, cupiebat agere dyscolã, deindè vtriusq; studio interueniente, fuerunt minùs rationabiliter separati. Nolentes igitur vt matrimonia canonicè contracta, leuitate quadam dissoluãtur, discretioni vestræ per A.S. mandamus, quatenùs si vobis constiterit, prædictos virum & mulierem per iudiciũ Ecclesiæ non fuisse rationabiliter separatos, Ecclesiamq; deceptam, ipsos contradictiõe & appellatione cessante, faciatis sicut virum & vxorem insimul permanere.

Idem Pañ archiepiscopo. Cap. 12.

DE illis autem, qui pręstito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos, & posteà eis incognitis, dimittunt terram, & se ad partes alienas transferunt: hoc tuæ discretioni volumus innotescere, quòd liberum erat mulieribus ipsis, si non est ampliùs in facto processum, ad alia vota transire: recepta tamẽ de periurio pœnitentia, si per eas nõ steterit, quô minùs matrimoniũ cõsummetur. Si verò aliquis sub huiusmodi verbis iuramentũ præstiterit alicui mulieri, Ego te accipio in vxorem, si tantũ mihi donaueris: reus periurij non habebitur, si eam nolentem sibi soluere, quod iuramento sibi petijt dari, non acceperit in vxorem, nisì cõsensus de præsenti, aut carnalis sit inter eos commixtio subsecuta.

Spõsalia, sed nõ matrimoniũ, rectè contrahi in cõditionis euentum.

Idem abbati de Fontibus & M. Vacario. Cap. 13.

SIgnificauit nobis O. Andegaueñ, parochianus Eboracensis Ecclesiæ, per Vu. fratrem suum, quòd Vu. de Romare, qui est ex hac luce subtractus, eum capiens, tandiù in vinculis ferreis & carcere tenuit, donèc iurare coëgit, quòd Ha. mulierem duceret in vxorem. Cùm autẽ carcerem & vincula euasisset, aliam in vxorem accepit, de qua filios procreauit. Posteà verò idem O. à præfata H. coram venerabili fratre nostro Eboraceñ archiepiscopo Apostolicæ sedis legato tract⁹ in causam, ab eo coactus est iuramẽto firmare, quòd ad illã quam spontè acceperat in vxorem, non accederet, donèc lis esset Ecclesiastico iudicio terminata. Cæterùm quia priusquàm de causa cognosceretur legitimè, prænominata Ha. diem clausit extremum, prædictus O. ad eam de qua filios habuit, reuerti nõ audet. Indè est, quòd discretioni tuæ per A.S. P.M. quatenùs rei veritate diligenter inquisita & cognita, si vobis constiterit ꝙ eidem O. tanta vis illata fuerit, vt prædictã Ha. iuraret in vxorem accipere, & ꝙ spontè in eam non consenserit, nec post prȩstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit: propter hoc non dimittatis, quin ad illam quam posteà accepit in vxorem, reuertendi, appellatione cessante, liberam tribuatis facultatem. Verùm si prænominatus O. in præfatam Ha. consensit, & post præstitum sacramentum, quòd ipsam in vxorem acciperet, carnaliter cognouit, nè ad secundam reuertatur, sub interminatione anathematis inhibeatis, dantes ei licentiam, aliam (si voluerit) ducendi vxorem. 27. q. 2. Palam duob;

*Idem * Cretensi episcopo. Cap.* 14. *Treceñ

SIgnificâsti nobis, quòd quidam miles in prouincia tua vxorem suam sinè iudicio Ecclesiæ & authoritate dimiserit, pro eo quòd suggestum ei fuerat, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo cõmisisse, & propter hoc vinculo fuit excommunicationis adstrictus. Verùm mulier ipsa non continuit, sed sobolem ab alio viro suscepit: nec minùs postulat viro suo restitui, asserens se ab ipso iniustè fuisse dimissam, & eundem virum materiam adulterandi sibi dedisse. Vndè quia nos consuluisti, vtrùm mulier ista debebat viro suo restitui, & vir ad eius receptionem cõpelli: fraternitati tuæ præsentibus literis respondemus, quòd si manifestum est, mulierem ipsam adulterium cõmisisse post dimissionem, sed non * idem si antè, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet, nisì constaret ipsum cum alia adulterium commisisse. 27. q. 2. Si tu abst.

Idem Vigorensi episcopo. Cap. 15.

AD aures nostras perlatum fuisse cognoscas, ꝙ cùm quidã Parochianus tuus

tuus vxorem duxisset, ea dimissa, aliam (scilicet ei consanguineam) sibi copulare præsumpsit, & eam carnali cõmixtione cognoscere, & secum tenere minimè dubitauit. Cumq; prior mulier super hoc querelã mouisset, matrimonium eius denegauit, & secundæ copulã professus est. Vndè cùm primũ coniugium aduersùs eum per testes ꝓbaretur fuisse, quoniã à secunda recedere noluit, ad audientiã nostrã appellauit. Super quo vtiq; prudentię tuæ respondemus, ꝙ si prima mulier & secunda, se vel prima vel secunda linea contingunt, tu virũ facias vtraq;, omni contradictione & appellatione cessante, carére, & sinè spe coniugij perpetuò manere. Si verò eas * interdicto gradu solummodò vel supra sese attingere constiterit, tu ipsum compellas à secunda recedere: & de commisso pœnitentia sibi cõdigna imposita, eum priorem sicut vxorem suam recipere, & maritali decæterò affectione tractare constringas.

Idem Beruaceñ episcopo. Cap. 16.

SVper hoc quòd de latore prȩsentiũ tuis literis quęsiuisti, an liceat sibi matrimonium cum ea contrahere, quam, vxore sua viuẽte, sibi de facto copulauit in matrimonium: tuæ solicitudini duximus respondẽdum, quòd si adultera in mortem alterius aliquid est machinata, seu iste fidem dederit, quòd ea defuncta, hanc esset ducturus: secundùm canones ab eius consortio perpetuò prohibetur, & hęc prohibitio perpetuò est obseruanda.

Idem archiep. Senoneñ. Cap. 17.

POrrò si qui vir & mulier pari consensu cõtraxerint matrimonium, & vir ea incognita, aliam duxerit in vxorem, & eam cognouerit, cogendus est secũdam dimittere, & ad primam redire. Quia quãuìs exindè sit diuersa quorũdam sententia, & nõ eadem consuetudo ecclesiæ, tutius tamen videtur, vt primam hanc q̃ secundam, cùm à prima iudicio Ecclesiæ separari non debeat, postq̃ cum ea pari voto & consensu matrimonium contraxit. Sanè quanq̃ mulieri desponsatæ, & à viro nõ cognitæ, liceat ad religionem transire, aliam tamen non potest ducere in vxorem.

Ante carnalẽ cop. licet ad religionem transire. Aliquis secus, nisi post consensum, contrà.

Idem Eboardo Paduano epis. Cap. 18.

SOlicitudini sedis Apostolicę incumbit, vt si dubia vel difficilia ad nostrã aurẽ perferantur, ea debeamus absoluere, & in lucẽ reuocare. Super eo siquidẽ vndè nos cõsuluit dilectio tua, quid videlicet seruãdum sit & retinendũ de muliere, q̃ cùm sit vni viro desponsata, ab alio posteà desponsatur & cognoscitur: solicitudini tuæ taliter respõdemus, ꝙ licèt quarundã ecclesiarũ consuetudo habeat, vt cum secũdo viro debeat remanere, cõuenientius tñ videtur, vt si vir & mulier ad ætatẽ coniugio aptam deuenerint, & infrà mulier desponsata fuerit, ꝙ vir mulierẽ in suã, & mulier virũ in suum recipiat, licèt posteà ab alio desponsetur & cognoscatur, debet primo restitui.

Cap. 19.

DE muliere quę est inuita tradita viro, & detenta, cùm inter vim & vim sit differentia, & vtrùm posteà consensus intercesserit, quia certũ nobis nil expressisti, inquisitioni tuæ nil possumus respondere. Illos autem qui propter consanguinitatem prohibentur coniũgi, & posteà cõtra interdictum Ecclesiæ sese receperint, excõmunicationi debes subijcere, donèc tã diù separentur, quousquè legitimè cognoscatur, vtrùm eorum matrimonium de iure possit & debeat stare.

Idem Cant. archiepiscopo. Cap. 20.

EX literis quas super causa matrimonij cuiusdam iuuenis, R. nomine, & Mariæ filiæ Gileberti de S. Leodegario, transmisisti: solicitudo nobis innotuit, quam in ipsius negocij examine seruâsti. Quia verò absentibus partibus veritatẽ nequiuimus plenariè indagare, nec causam ipsam ad te remittere, à quo pars mulieris ad audientiã nostram noscitur appellâsse, eam venerabilibus fratribus nostris, Vuintoñ, Herefordeñ & Bathonieñ episcopis duximus committendam. Ideoq; fraternitati tuæ per A.S. præsentibus mandamus, quatenùs partes adire eorũ præsentiam, cùm ab eis fuerint euocatæ, & quod ipsi iudicauerint, inuiolabiliter obseruare, cõtradictione & appellatione cessante, compellas.

Ad eum à quo est appellatum, non posse causam remitti.

Idem Vrbanus M. Cenom. Cap. 21.

CVm in Apostolica sede, cui licèt immeriti præsidemus, magisterium resideat totius Ecclesiasticæ disciplinæ, dignũ est & cõsonum rationi, vt quotiès circa negocium Ecclesiæ aliquid dubietatis emerserit, ad ipsius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus siquidem ꝙ cùm inter villicum de Herneia & vxorem eius coram te quæstio matrimonij tractaretur, & productis testibus, & eorum examinatiõibus diligẽti examine discussis, ante publicationẽ idẽ villic⁹ reuersus ad ꝓpria, publicè inter se & vxorem suam proposuit, sententiam diuortij iudicio Ecclesiæ esse promulgatam: & sic suggesta omnibus falsitate, quandam aliam mulierem facti nesciam, sibi copulare prȩsumpsit. Postmodùm verò super prioris matrimonij quæstione literis à sede Apostolica impetratis, delegati iudices sententiam diuortij protulerunt. Vndè quia villicũ & mulierẽ quã supinduxerat, pendente lite prioris vxoris, in inuicèm asseris consentire: tua nos duxit fraternitas cõsulendos, vtrùm tales sint ad matrimonium admittendi. Nos aũt authoritate prȩsentium tuæ solicitudini respondemus, quòd imposita ei pœnitentia competenti, & infra ipsius pœnitentiæ tempus carnali

commercio interdicto,postmodùm in maritali copula poterunt remanere. Super eo verò quod à nobis similiter postulâsti,vtrũ ille qui in quandam mulierem consensit:si pater eius videlicet suum præstaret assensum,si ad cõsummandũ matrimonium sit cõpellendus:non minùs respondemus, qa cùm assensus liber dici non possit, qui alieno reseruatur arbitrio ac cõditioni, ipsam canonica non improbant instituta, q̃ consonãt honestati,nisì voluntas patris postmodùm intercedat, nequaq̃ ad contrahẽdum matrimonium est cogendus. Nã licèt felicis recordationis. Alexander papa prædecessor noster in suis videatur consultationibus respondisse,ꝙ desponsalia interposita conditione certa,conditione ipsa minimè obseruata,si consensus de p̃senti intercedat,vel carnalis copula subsequatur, dissolui non debent,sed firmiter obseruari:nequaq̃ est nostræ diffinitioni cõtrariũ, cùm huiusmodi consensus nequaq̃ sit de præsenti habendus,licèt per verba de præsenti, euidentiùs exprimatur, ꝙ in alieno arbitrio non habito,sed habendo,cõsistũt: aliam tamen non potest ducere vxorem.

Ante carnalẽ cop. ipsa ad religionem transeũte: alioquì secùs, vt suprà.

Idem Eberardo Paduano. Cap. 22.

SVper eo quod ex literis tuis intellexImus,virum quendam & mulierem de mãdato dñi vtriusq; assensu se inuicẽ recepisse,nullo sacerdote presente,nec adhibita solennitate,quã solet Anglicana ecclesia adhibere,& aliũ predictam mulierem ante carnalem cõmixtionem solenniter duxisse & cognouisse:tuæ paternitati duximus taliter respondendum,ꝙ si primus vir & mulier pari consensu de presenti sese receperint,ipsa debet primo restitui,cùm nec potuerit,nec debuerit post talem consensum alij nubere:si verò cõsensus talis inter eos nõ intercesserit sub verbis illis q̃ diximus, nec carnalis copula etiàm assensu de futuro præeunte,secundo viro qui eam posteà traduxit atq; cognouit, mulier ipsa debet relinqui,& ab impetitione prioris absolui, iniuncta primo pœnitẽtia de læsione fidei vel violatione iuramenti, si dedit fidẽ vel præstitit iuramentum.

Idem eidem in eadem epistola. Cap. 23.

SPonsam autẽ alterius,si est nubili ætati proxima,nullus consanguineorum aliquandò sibi potest matrimonio copulare.

Idem Andreñ episcopo. Cap. 24.

SVper eo verò, quod de illo nobis significâsti,qui cùm procreare vellet filios, vxori suæ nunq̃ carnis debitũ reddidit vel reddere potuit:inquisitioni tuæ taliter respondemus, ꝙ diuersa sunt indè decreta, diuersæ sententiæ. Sed cõsuetudo est Romanæ Ecclesiæ, in similibus taliter tenere, ꝙ si non potest eam sicut vxorem habere, ipsam habeat sicut sororem.

Ob coeũdi impotẽtiam, non fieri diuortium.

Idem abbati S. Edmundi & de Ramesereia. Cap. 25.

EX parte Emme mulieris,nostris est auribus intimatum,ꝙ Andreas sibi corã sacerdote quodã & diacono & alijs, pluribusq; tam clericis q̃ laicis ad hoc conuocatis,iuramentum præstiterit, ꝙ ipsam ab eo tẽpore pro coniuge teneret,& ei sicut vxori suæ fidem seruaret:ipsa quoquè Andree præstito iuramẽto promisit, se illũ pro marito habituram,& fidẽ ei tanq̃ proprio viro seruaturam. Quo facto, diù in eadẽ domo cohabitantes, sibi liberos procreauerunt. Procedẽte verò tempore p̃dictus Andreas contra iuramentum p̃stitum prænominatã Emmã & filios ex ea procreatos reliquit,& à cohabitatione recessit. Quia igitur nemini licet vxorem suam sinè manifesta causa fornicationis dimittere, & tũc eam vel sibi reconciliare debet,aut ipsa viuente continere:nec nos sustinere debemus,vt prædictus Andreas iuramenti p̃stiti religionem infringat:discretioni vestræ per A.S. p̃sentibus mandamus,quatenùs rei veritate diligenter inquisita,si,prout superiùs dictum est,ità esse inueneritis,eũdem Andreã moneatis studiosiùs,vt suæ saluti consulens,& superinducta quam habet,priùs dimissa,ad vxorẽ suã redeat,& eam maritali affectiõe tractet,&reatũ suũ condigna pœna expiare satagat. Quòd si cõmonitioni vestræ adquescere fortè contẽpserit,vos eũ & superinductã,omi occasione & appellatiõe cessante,excõmunicationis vinculo innodetis,& vsq; ad dignã satisfactionẽ p̃cipiatis hominib⁹,sicut excõmunicatos,cautiùs euitare.

32.q.1.Dixit.

Idem Pictauen̄ episcopo. Cap. 26.

EX literis venerabilis fratris nostri*Sãxonis episcopi accepimus,ꝙ cùm duo nobiles viri sui episcopatûs, Vu. scilicet de *Monda,& B. de Mauritania,filios & filias impubescẽtes haberẽt,&spe pacis inter eos reconciliandæ ità inter se conuenirent, ꝙ filios & filias mutuis adinuicèm matrimonijs sociarent:& hoc tam patres q̃ filij sub iuramento se facturos promiserunt. Inter quos quidem G. prioris filius, filiam prædicti B. consentiente patre,semèl & iterùm recipere in vxorem iurauit. Cumq; ipso volente ad alia vota migrare, eũ episcop⁹ sub districtione anathematis cõpellere voluit, vt secundùm quod iurauerat, filiam p̃fati B. traduceret in vxorẽ,ipse ad audientiam nostrã appellauit: & altera parte nuncium suum ad nos destinante,nec ipse venit, nec responsalem aliquẽ pro se transmisit. Quia igitur periculum G. prædicto extitit, cõtra iuramentum suum venire, fraternitati vestræ per A.S. præsentibus mandamus, quatenùs cùm exindè fueris requisitus, vtrãq; partem ante tuam conuoces præsentiã, & rationibus hincindè pleniùs auditis & agitatis,

* Morõda

tatis,si tibi constiterit,ꝙ præfatus G. prestito iuramento firmâsset,ꝙ filiam memorati B. duceret in vxorem, eum moneas, & authoritate nostra districtè cõpellas,vt ipsam nisi rationabilis causa extiterit, in vxorem recipiat,& maritali affectiõe pertractet. Si verò rationabilem causam prætendere voluerit,eam cum omni diligentia & studio audias,& fine canonico, appellatione cessante,decidas. Cæterùm si legitimè monitus,iudicio tuo parére contempserit, eũ & patrem suum,si fouere ipsum in sua malitia p̃sumpserit,excõmunicationis vinculo adstringas:& in tota terra ipsorum,omnia diuina,preter baptisma paruulorũ & pœnitẽtias morientiũ,prohibeas officia celebrari.

Benedictus papa Gaudensi patriarchæ. Cap. 27.

LEx diuinæ constitutionis,sedem Apostolicam totius posuit orbis terrarum magistram:vt quicquid vbiq; locorum dubitatur,ab ea tandèm ratio eiusdem requiratur. Affatus est autẽ nos suis literis eiusdẽ cathedræ sessorẽ,ac percontatus est quidam vir nomine Ioannes, pro connubio filiæ suæ superstitis,cui⁹ soror defuncta,cuidam iuueni nomine Stephano,simplicibus verbis fuit desponsata,& anteq̃ ad nuptias peruenerit,morte p̃uenta: vtrùm cum eodẽ inuene possit matrimoniũ celebrari superstitis filiæ,nécne. Nãq; testatus est, hui⁹ rei rationẽ haberi apud vos ambiguã: quã, Deo docente,reddimus his verbis certissimam. Protoplastus enim ille radix & origo nostra,detracta sibi costa videns mulierem formatã,prophetico spiritu inter alia protulit:Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrem,& adhærebit vxori sue,& erũt duo in carne vna. Quibus verbis innotuit, non aliter virũ & mulierẽ posse fieri vnã carnẽ, nisì carnali copula sibi cohæreãt. *Qui ergò nequaq̃ mixtus est extraneę mulieri fœdere nuptiali,quo pacto per nuda spõsionis verba possunt vna caro fieri,nullatenùs valem⁹ intueri.propinquitas enim sanguinis verbis dicitur,non verbis efficitur. Sed nec osculum parit propinquitatẽ, quod facit nullã sanguinis cõmixtionem. Quoniã verò ità prorsùs se habet res Ioannis istius, vt velit filiã illi nuptijs copulare, cui primã iam decreuerat desponsare:cẽsura Apostolica mandamus hoc absque criminis vitio posse fieri. Nam cur prohibeamus,quod p̃hibitum,nunq̃ sacra scriptura declarauit? Sed neque mundanæ leges, connumeratis personis quibus inter se nuptias cõtrahere non licet,de huiusmodi aliquid dicũt negocio. Nè ergò abnegetis, quod nulla abnegandum ratione monstratis.

...nsa,a.

* Quòd ...

...opin-...uitem ...guinis ...bis di- ...non ef-...

Idem Vuiñ. Bat. & Hereford. episc. Cap. 28.

EX literis venerab. fratris nostri Cant. archiepisc. Apostolicæ sedis legati,ad audientiam nostri Apostolatûs peruenit, ꝙ cùm G. de S. Leodegario,Mariam filiam suã absentem,cuidã iuueni R. nomine despõsâsset:postmodùm quibusdã ipsius mulieris cõsanguineis p̃curantibus, memoratus R. cùm ea p̃sente per verba p̃sentis tẽporis contraxit,sicut dicitur,matrimonium, fide hincindè corporaliter præstita,ꝙ vir mulierem sicut vxorem legitimã decætero exhiberet,& ipsa reuerenter ei sinè contradictione,sicut viro legitimo obediret,nihilq; defuit nisì solennitas illa in facie Ecclesiæ celebranda,q̃ propter tempus Quadragesimæ tunc nõ potuit effectui mancipari. Tẽpore verò procedente orta suspicione, ꝙ p̃fatus R. ad alia desideret vota transire,ad examen fuit iam dicti archiepisc. causa perlata. qui sub anathematis interminatiõe p̃hibuit,sicut ex literis ipsius accepimus, nè anteq̃ de p̃scripto negocio plenè cõstaret, vir ad secunda vota transiret. Sed ipse præscripta prohibitione contempta, filiã Hugonis de Polstede, Matildã nomine, in facie Ecclesiæ sibi solenniter copulauit vxorem. Postmodùm verò duabus mulieribus & viro coram archiepiscopo constitutis,p̃fatus R. publicè cõfessus est,se cum Maria, sicut dictum est,publicè matrimoniũ contraxisse,& aliã,scilicet Matildã, praua quorundam suggestiõe seductũ,accepisse. Maria verò frequẽter asseruit, ꝙ pater eius nõ mouerat de voluntate eius querelam,adijciens ꝙ inter ipsam & præfatũ R. excepta sola fide de cõtrahendo matrimonio, nulla obligatio intercesserat:quã,quia ipse nõ seruauerat, seruare minimè tenebatur: & ideò,quia eam quã secundò acceperat, relinquebat. Cùm autem præfatum R. tanq̃ proprium virũ restitui postularet, & archiepiscopus vellet de primo matrimonio cognoscere,ob id maximè,quia mulieres dicebantur sese consanguinitate contingere, ac per hoc tam incestûs q̃ adulterij vitium timebatur,Maria ad Apostolicam sedẽ appellationis vocem emisit, & festum circũcisionis proximæ terminũ appellatiõi præfixit,Appellationi verò archiepisc. deferẽs, eidẽ Mariæ sub periculo aĩæ & excommunicationis interminatiõe districtiùs interdixit,nè cui nuberet,donèc causa ipsa corã nobis vel corã delegatis ab Apostolica sede iudicibus,finẽ debitum sortiretur. Ipsa tñ de remedio appellationis confisa,cuidã alij Vu. nomine,nihilominùs nupsit.& propter hoc citata coram archiepisc. noluit propter appellationẽ quam obiêrat,apparére. Cùm igitur absentibus partibus non videretur nobis negociũ finiendum, ipsum experiẽtiæ vestræ de qua plenè confidimus,cõmittentes p̃sentium authoritate terminandũ: quatenùs partib⁹ ante p̃sentiam vestrã cõuocatis,inquiratis diligẽtiùs veritatẽ:& si nihil cõstiterit quod impediat, p̃ter cõsensũ qui

32.q.4.Nõ opor.

f. de futuro, secūdū affectionē Mariæ. nā de presenti, secundū impediret & rescinderet matrimonium.

qui inter præfatum R. & Mariam asseritur præcessisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis diffugio, iudicetis. Licèt enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire nequaquàm debuerit, conueniens non videtur, vt ob id solùm sacramentum coniugij dissoluatur. Alia enim pœna debebat eis imponi, quòd cōtra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt. Nonis Februarij.

Idem Bathonien̄ episcopo. *Cap.* 29.

DE illis qui infra annos aptos existentes matrimonijs cōtrahendis sponsalia contrahunt, siue vterq;, siue alter, antequàm ad annos aptos matrimonijs contrahendis perueniunt, reclament & postulent separari, non sunt aliquatenùs audiendi. Si verò alteruter eorum ad annos aptos contrahendis matrimonijs peruenerit, infra eosdem annos altero existēte, sponsalia contrahūtur: si is q minoris est ætatis, cùm ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterū voluerit consentire, iudicio Ecclesiæ poterūt ab inuicèm separari. Vtrùm aūt mulier q̄ postq̄ ad annos matrimonijs contrahēdis aptos veniat, nupsit, ab eo si quærat dissidiū, debeat separari: tuę consultationi taliter respondemus, ꝙ cùm in eum semèl consenserit, ampliùs cōsentire nō potest aliquatenùs vel diuertere: nisì fortè illi nupsit, postq̄ ad annos aptos matrimonijs contrahendis peruenerit, & in eum suum omninò negauerit præstare consensum.

Alexāder 3. Burdeg. archiepiscopo. Cap. 30.

COnsuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciēdum sit de milite quodā, qui cùm mulierem quandam duxerit in vxorem, & eam longo tempore tenuerit, & prolem ex ea susceperit: nunc matrimonium suū accusat, dicens in 4. gradu consanguinitatis esse: ad quod vtiq; cōsultationi tuæ taliter respōdemus, ꝙ si pręfatus miles mulierem ipsam in facie Ecclesiæ duxerit, & longo tēpore tenuerit, non debet vox accusationis suæ admitti, nisì personæ aliæ & idoneæ appareant, & merito suspicionis carentes, quę matrimonium ipsum velint & possint legitimè accusare: nec hæredes personæ admitti debent, si per viginti vel octodecim annos insimul sinè quæstione remanserunt.

Innocentius Vuin. episcopo. *Cap.* 31.

SVper eo quod interrogâsti de sacramēto coniugij, breuiter respondeo: Illam quam dixisti, à patre cōiugi traditam, & ab eo cui tradita fuerat, patri commendatam, donèc statuta die in domum suam ille traduceret: dico quòd legitimo consensu interueniēte, ex eo statìm coniunx fuerit, ꝙ spontanea *voluntate sese coniugem esse consenserit. non enim futurum promittebatur, sed præsens cōfirmabatur. Quapropter quicquid cum alia postmodùm factū est in coitu siue in generatione prolis, tanto repræhensibilius est secundum, quanto verius primū. Constante enim primo, quāto ampliùs in Deū committitur, tanto magìs culpa augetur. His ergò cognitis, facile erit negocium præsentium latoris tuæ discretioni debito fine terminare.

*concessione.

Idem Cassinien̄ abbati. *Cap.* 32.

EX literis tuis ad nos directis accepim⁹, ꝙ cùm quidā secretò mulierem viduā subarrâsset, & cognoscens carnaliter cohabitâsset cum ea per annū, Mundualdus virum mulieris traxit in causam, proponens ꝙ illam in potestate sua positam, quasi fornicariam cognouisset: tūc vir & mulier iuramento firmârunt, ꝙ ab anno alter in alterius copulā maritalē consenserat, & de cæterò sicut vir & mulier simul cohabitārunt. Cùm autem nec iuramento fidē mulieris procurator habuit, exegit eam publicè subarrari. Quod cùm vir publicè facere paratus esset in conspectu Ecclesiæ, surrexerunt duo, proponentes, p̄fatæ mulieris coniuges in 5. gradu vel 6. cōsanguinitatis sese contingere: quia pater eius qui eā subarrare volebat, priorē virū in 4. consanguinitatis gradu attigerit. Vuus autē ità se audiuisse iurauit, alius aūt id iurare voluit, & ob hoc, licèt ille p̄fatam viduam subarrare distulerit, minimè tn̄ ab ei⁹ cohabitatione discessit. Processu verò temporis ad instātiam Mundualdi p̄fatus vir publicè matrimoniū celebrauit, & postmodùm ferè per annū cum vxore permansit. Nunc aūt quęstio prima reuixit, & iurauerūt duo coram archiepisc. plebano, velut dicis, ꝙ prim⁹ vir fuit in 5. gradu consanguinitatis patri viri p̄sentis. Vndè quia diuersi diuersa sentiūt, quid agendum sit in hoc casu, meis quæris literis edoceri. Quocircà discretioni tuæ per A. S. mandamus, quatenùs vtranq; partē ante tuā præsentiam conuoces, & facias testes corā te iurare, & adhuc inquiras, à q̄bus & qn̄ didicerint quod testantur. Si verò post motā quæstionē didicerint, nō est iam dictū matrimoniū dissoluēdum. Similiter nec si ab accusatorib⁹ matrimonij didicerint. Inquisita verò veritate diligēter, si per testes circunspectos & omni exceptione maiores inueneris, ꝙ primus vir patrē superstitis in 5. vel 6. gradu attigerit, nō differas sententiā diuortij promulgare. Aequè enim, vt canones dicunt, abstinendū est à consanguineis vxoris, àc proprijs, vsque ad 6. gradum. Cæterùm prudentiā tuam nolumus latére, ꝙ personæ idoneę nominādę sunt, & gradus distinguendi ab vtroq; latere & cōputandi: nec sunt causę matrimonij tractādæ p quoslibet, sed p iudices discretos, qui potestatē habeant iudicandi, & statuta canonum super his nequaq̄ ignorent.

Quorum testimonia nō valeant.

Personas nominandas, & gradus ex vtroq; latere distinguendos. Qui iudices futuri.

Idem Exonien̄ episcopo. *Cap.* 33.

PRætereà hi qui matrimonio contrahēdo purè & sinè omni contradictione

fidem

fidem dederunt, aut iuramentum fecerūt, commonendi sunt diligentiùs & exhortādi, & omnibus modis inducendi, vt fidem præstitam vel iuramentum factum obseruent, & se, sicut promiserunt, coniungant.

DE POTESTATE IVDICVM delegatorum, & de varijs literis diuersis temporibus impetratis.

Idem Londoniensi Episcopo. *Cap.* 1.

CVm tibi sit de benignitate sedis Apostolicæ indultum, vt causas quas de mandato nostro suscipis terminandas, liceat tibi personis alijs vni vel pluribus delegare: sed ab his quibus causa fuit per te commissa, fas sit litigantibus appellare, & si eadem causa tibi fuerit à nobis, appellatiōe cessante, cōmissa: accidit interdùm, sicut tu asseris, ꝙ causam quam tibi commisimus, appellatione postposita, terminandam, aliorum experientiæ committis audiendam: & appellationem alter litigātium ad tuam, alter ad nostram audientiam interponat: consultationi tuæ respondemus, quòd ei appellationi, quæ ad nos interponitur, est omninò deferēdum, licèt fuerit appellatione remota commissa.

Idem Bathonensi episcopo. *Cap.* 2.

QVia quæsitū est à nobis ex parte tua, quid faciendum sit de potestatibus, quæ, cùm præcipimus alicui iustitiā exhiberi, de his quos diligunt aut tueri volunt, minis & terroribus suis conquerentes silere compellunt, & mandatum nostrum eludunt: id tibi respondemus, quòd sicut agentes & consentiētes pari pœna scripturæ testimonio puniuntur: sic tam eos qui trahūtur in causam, quàm principales fautores eorū, si eos manifestè cognoueris iustitiam impedire, censura Ecclesiastica poteris coërcere.

Idem Eboracensi archiep. *Cap.* 3.

SAnè si à nobis literæ priùs impetrentur, & aliæ posteà (non facta mentione priorum literarum) literæ impetrentur, si iudicibus innotuit, donèc Roma. pontificem consulant, & suam exindè pleniùs cognoscant voluntatem, executione literarū debent penitùs supersedere, nè pro varietate literarum, causarum fines valeāt impediri.

Et hoc iubemus obseruari ab omni administratore, vt si contigerit in scriptis nostram fieri iussionem ad aliquem, & intereà quiescat ab administratione, is qui post illum susceperit dignitatem, eam accipiat & insinuet. Et si quidem priuata est causa, implere eam & * assequi, queādmodùm ad eum promeruerit rescriptum. Si verò huiusmodi in scriptis iussio publicum ius respicit, inquirat eam. & si quidem non læditur fiscus, quę in ea comprænhensa sunt, adimpleat: Si verò ad læsionem fisci est, nil super ea omninò agi. Nunciare verò nobis primùm oportet, vt secunda de hoc nostra iussio fiat. Si verò præcepta cuiuslibet iudicis sunt, & priusquam insinuentur hæc, aut præcipientem, aut ad quem præcepta facta sunt, cōtigerit remoueri de cingnlo, etiàm sic qui factus fuerit iudex, hæc suscipiat & exigat, si legitimè facta sunt. Si verò cōtra legem, aut contra ius publicum facta sunt, pro non scriptis esse iubemus.

Idem. *Cap.* 4.

CVm aliqua causa, appellatione remota, committitur, & sententia fertur iniqua, eā vacuare oportet, nec ei debet stari, si manifestam continet iniquitatem.

Idem London̄ episcopo. *Cap.* 5.

SI pro debilitate tua, vel pro aliqua graui necessitate tractandis causis, quæ tibi ab Apostolica sede committuntur, adesse nō poteris: liberum tibi sit, alijs personis idoneis & discretis vices tuas cōmittere, ità quòd si res tanti est, te cōsulere debeant: nisì fortè causæ ità graues sint, quòd sinè p̄sentia tua nō possint oīnò terminari.

Idem Vu. Carnotensi electo. *Cap.* 6.

DE causis quę intra certum terminum decidēdæ committuntur, hoc tuam volumus cognitionem tenere, quòd nisì dies ab Apostolico præfixus, de communi consensu prorogetur, eo transacto, mandatum expirat. Illi etiàm qui pro causis tibi commissis ad citationem tuam venire, aut tuo super his iudicio parére neglexerint, si tale fuerit negociū, quòd certa exindè pœna canonib⁹ exprimatur, eam infligas. Alioquin ipsos pro delicti qualitate & causæ, secundùm arbitrium tuum punias.

Idem Senonensi archiepiscopo. *Cap.* 7.

PRætereà super hoc, ꝙ nos cōsulere voluisti, vtrùm liceat iudici delegato, nō ordinario, sinè literis citatorijs cogere cōtumacem vt veniat, aut damnare, si nō venerit: hoc tibi præsentium authoritate innotescat, ꝙ quāuìs ei causa licèt simpliciter delegeē, satìs potest partes authoritate nostra compellere, & contumaces seueritate Ecclesiastica coërcere: etiàm si literæ commissionis id non cōtineant, aut partes mādatum non habeant vt accedant: quia ex eo ꝙ causa sibi committitur, super his omībus quæ ad causam ipsam pertinere noscūtur, plenariam recipit potestatem.

Idem Vuinton̄ episcopo. *Cap.* 8.

QVanuìs simus multiplicitate negociorum impliciti, & grauib⁹ diuersisq; solicitudinibus occupati, nos tamē cogit præter cōmune debitum, tua fraternitas & dilectio, qua personam tuam diligimus, tuis consultationibus respondere, nè videamur indiscussa relinquere, q̄ nobis enodanda tua voluīt dilectio p̄sentare. In-

note-

notescat itaque solicitudini tuæ, quòd iudex à nobis delegatus, causam sibi cõmissam potest alij vel pluribus delegare, aut totam audiendam & terminãdam, aut etiàm vt audiant rationes, & allegationes & attestationes recipiant, & sententiam sibi seruent, vel vt horum aliquid faciant tantùm iuxta volũtatem & beneplacitum delegantis, quanquàm non possit eandẽ causam alij appellatione postposita delegare: etsi sit tibi, appellatione remota, commissa. Si verò duobus causa committitur, etiamsi non apponatur, vt vnus sinè altero in ea procedat, nihilominùs vnꝰ ex ipsis, siue suo coniudici, siue alij, vices suas in hac parte committere potest.

Sed quid, si suo cõiudici? nũquid ab ipso poterit appellari?

Idem eidem in eadem. *Cap.* 9.

CAeterùm si qui ad iudices sup aliqua causa ab Apostolica sede literas commissorias impetrent alijs iudicibus fortè committi, nisi de commissione prioribꝰ facta, in literis commissionis, quæ alijs delegantur, mẽtio fiat: nihilominùs priores iudices in cognitiõe ac causæ decisione procedere debẽt, nec secundæ literæ super eadem causa taliter impetratæ, alicuius roboris firmitatem habere possunt. Si verò in secundis literis habeatur mentio de cõmissione prioribus iudicibus facta, prædicta causa à priorum est exẽpta iudicio, cùm eædem non sint tacita veritate impetratæ. Verùm si præsentibus partibus de ipsarum consensu cuilibet causa committitur, & ꝓcessu temporis, vel etiàm continuò, alterutra partium, altera nesciente, causam ipsam tacita veritate de priore cõmissione facta, impetrauit committi: non immeritò is, qui tali dolo & fraude aduersariũ cogit laborare, in expensis condemnari debet.

Nisì fortè secundùm priores sẽtentiã tulerint, antequàm secũdæ ad iudices peruenerint.

Idem eidem in eadem. *Cap.* 10.

SEntentiam à delegato iudice latam, si ad mandatum ipsius iudicis diœcesianus episcopus executioni mandare neglexerit: is qui ex delegatione Roma. pontificis sententiam tulit, eam executioni mandandi plenam & liberam habet facultatẽ.

Idem Noruuicen̄ episcopo. *Cap.* 11.

SIgnificâsti nobis per literas tuas, quòd interdùm à iudice delegato frustrà super aliqua causa fertur sententia, cùm ordinarius iudex eam ad mandatũ ipsius nolit executioni mandare, vel alijs resistentibus effectui mancipare non possit. Sup hoc autem consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si ordinarius iudex ad mandatũ iudicis à nobis delegati, non vult aut non potest alijs resistentibus sententiam ab eo latam, effectui mancipare, delegatus iudex causam authoritate sibi cõmissa potest executioni mandare: & si quis sibi restiterit, eum Ecclesiastica censura coercere.

Idem eidem in e. e. *Cap.* 12.

SI quandò verò clerici coram iudice delegato prælatos ecclesiarũ super Ecclesijs quas teuent, in causam traxerit, & corã eodem iudice transactione vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem canonicam nullatenùs habuisse, nec possessionem etiàm corporalem, ordinarius iudex non debet delegati iudicis mandato resistere violenter, sed apud ipsum înstare, vt differat illos in possessionem mittere, donèc nobis rei veritas innotescat.

Idem Herefordeñ episcopo. *Cap.* 13.

INtelleximus ex tuæ fraternitatis relatu, quòd quandoquè impetrantur à nobis literæ, certam causam habentes ad te & ad alios, aliquãdò per suggestionem falsitatis, aliquãdò per suppressionem veritatis. Vndè à nobis consilium postulâsti, vtrùm secundùm formam aut secundùm rigorem iustitiæ, tunc debeas in ipsa causa procedere. Super quo discretioni tuę tale damus responsum, quòd si literæ nostræ ad te directæ, formam expressam habuerint, & cognoueris eas per suggestionem falsitatis & per suppressionem veritatis cum tali forma impetratas fuisse: tunc non secundùm formam in eis expressam, sed secundùm rigorem iustitiæ in causa ipsa sinè personarum acceptione procedas.

Non secũdùm formã facti, sed secũdùm rigorẽ iustitię, procedẽdum.

Idem. *Cap.* 14.

SI autem lis infra certum terminum pręcipiatur decídi, non poterit negocium vltra præfixum terminum, nisì de communi consensu partium, prorogari. Verùm si iudex delegatus aliter fecerit, & fines mãdati excesserit, eius iurisdictionem non est dubium expirare.

Idem London̄ & Vuigorensi episcopis. *Cap.* 15.

PEruenerat ad nos ex parte R. senis presbyteri, quòd cùm ad vos olìm literas nostras attulisset, quòd si vobis constaret eum per vim T. clerici, metu regio cooperante, Ecclesiam de Gitebergia, quam se asserit per 40. annos pacificè possedisse, iãpridèm iuramento præstito refutâsse, eandem ecclesiam ei restitueres. Prædictus verò T. alias literas à nobis posteriùs impetratas, ad alios iudices super eodem negocio reportauit, & sic causa ipsa sub vestro non fuit examine terminata. Mandamus itaque fraternitati vestræ atque prudentię, quatenùs non obstantibus literis à memorato T. posteriùs impetratis, nisì ibì contineatur * expressum, quòd causam ipsam vestro iudicio subtraxerimus, vtranque partem ante vos cõuocetis, & eidem causæ iuxta tenorem alterarum literarum nostrarum, sublato appellationis remedio, non differatis debitum finem imponere.

* expressim,

*Idem * Lexonien̄ episcopo.* *Cap.* 16.

IN literis quas tua nobis destinauit fraternitas, quæstiones quasdam inseruisti, super quibus solutionẽ tibi à nobis postulas exhiberi: quarum siquidem vna est, scilicet: Vsque ad quod tempus iudex delegatus se possit interponere, vt stetur rei iudicatæ vel transactioni. Super quo vtiquè paternitati tuæ taliter respõdemus, quòd ex quo iudex delegatus per se aut per alium, si potuit, executioni mandauerit: vel pro se petierit mãdari, eius authoritas & iurisdictio cessat, qa semèl functus est officio suo.

Semèl officio suo functi, decetero nõ fungi

Idem abbati sancti Albani. *Cap.* 17.

COnsultationibus singulorum ex ministerio susceptæ seruitutis cogimur respondere, vt si quid dubietatis vel quęstionis in mentem alicuius emerserit, ab Ecclesia Romana soluatur, quæ inter alias, dispo- nente Domino, obtinere meruit principatum. Quęsitũ est siquidem à vobis, vt si quis ecclesia vel possessione aliqua se asseuerans absque iudicio & causa rationabili spoliatũ, & à nobis ad iudices literas obtinuerit, vt infra certum tempus restituatur sibi possessio: si cõstiterit iudici, eum esse taliter spoliatũ, possessio debeat ei restitui, cùm is qui tenet ecclesiam, vel postquàm ipse requirit, antequàm de literis aliqua mẽtio fieret, studiorum, peregrinationis vel alia huiusmodi causa se absentauerit: num infra præfixum tempus iudici possit suam pręsentiam exhibere. Super quo itaq; inquisitioni tuæ taliter respondemꝰ, quòd nec debet, nec potest testimonium habere, quanuìs paratus sit coram iudice delegato testibus idoneis possessionem & deiectionẽ suam probare: nisì is qui possidet, terminum prorogauerit. Expirat enim iurisdictio sua, quia sinè consensu vtriusque partis non licet iudici terminum prorogare aliquatenùs præfixum à delegatore.

Matth. 16.

Idem R. Cant. archiepiscopo. *Cap.* 18.

EX parte venerab. fratris nostri Couentreñ episcopi, auribus nostris est intimatum, quòd cùm de causa quæ inter G. & F. clericum super præbenda de Norbale diligenter cognouisset, & eidem G. secũdùm tenorem literarum nostrarũ, in quibus continebatur, quòd si cõstaret prædictum F. de periurio esse conuictum, & perpetuò illi ꝑbendæ renunciâsse, ab eadem pręb enda, appellatione cessante, amoueretur. Eoq́ue cognito & probato, cùm prælibatam præbendam G. adiudicâsset, prædictus F. in vocem appellationis prorupit, & ad nos veniẽs, secundùm hunc tenorem literas reportauit, quòd ei præcisè & absq; causæ cognitione restitueres, & ipsum qui post appellationem eam præbenda spoliauit, authoritate alicui beneficium auferendi, appellatione cessante, priuares, donèc per se vel per nuncium, aut per literas suas satisfacturus, ad sedem Apostolicam accederet, & prænominatum G. si eundem F. super iam dicta pręb enda ꝓsumeret molestare, vinculo excommunicationis vsque ad dignam satisfactionem adstringeres. Vndè quia non credimus nos ità præcisè scripsisse, & si taliter scripsimus, hoc ex nimia occupatione contigit, & in huiusmodi literis intelligenda est conditio, etiãsi non apponatur, si preces veritate nitantur, fraternitati tuæ taliter &c. quatenùs inspecto tenore literarum, quas prędicto episcopo direximus, si inueneris quòd secundùm prædictum modum ei scripsimus, & in literis quas præfatus F. reportauit, non fuit habita mentio priorum literarum, sententiam prefati episcopi, omni contradictione & appellatione cessante, confirmes, & prædictũ F. cum literis nostris quas tibi detulit, ad ꝓsentiam nostram venire compellas.

Subintelligendã cõditionem, si preces veritate nitãtur

Idem Exonien̄ episcopo. *Cap.* 19.

AD hæc cùm aliquis nimìs prolixum terminum suæ appellationi pręfigit, iudex potestatem habet competenti modo abbreuiãdi: & si in termino de tempore abbreuiando competẽter statuto appellationem non fuerit prosecutus, nec canonicam executionem prætenderit: sententia, si lata est, tenet. Quòd si lata non est, iudex appellantem, appellatione cessante, potest compellere infra terminum statutum appellationem prosequi, vel coram se iudicio stare.

Idem Carnoten̄ episcopo. *Cap.* 20.

SAnè quia nos inprimìs consulere voluisti, qualiter à nobis iudex delegatꝰ, episcopum qui ei non subest, ad aliquid dandum vel faciendum compellere debeat, cùm causam quæ inter episcopum & clericũ vel laicum vertitur, à mandato nostro suscipit terminandam: id tuæ quæstioni damus responsum, quòd iudex à nobis delegatus, vices nostras gerit. vndè in causa illa est superior & maior illis, quorum causam suscipit terminandam: ideò si episcopus vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in causa quam illi delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secundùm qualitatẽ vel quantitatẽ facti, poterit vel interdicti, vel suspensionis sententia à iudice delegato compelli, ità quòd iudex secundùm negocij qualitatem temperatè procedens, episcopo vel ingressum ecclesiarum, vel sacerdotale officiũ interdicat, aut etiàm terram illius, quæ ad iurisdictionem suam specialiter pertinet, interdicto supponat. De testibus autem non habemus in sacris canonibus, quòd cogẽdi sint, sed admonendi, cùm celare veritatem,

6.q.1. Et illi qui.

sicut dicere falsum, mortale deputatur sępè delictum. Quęstioni verò quam facis, vtrùm appellationi illius sit deferendum, qui (sicut mos est) præstito iuramento absolui inhibetur, si antequàm aliquid ei mandatum est, appellet, vel si mandato recepto, causa diffugij appellet: taliter respõdemus, quòd postquàm iurauerit, appellationi eius quæ iuramento derogat, penitùs nõ est in aliquo deferendum: sed statim erit in eandẽ reducendus sententiam, quæ, donèc mandatũ susceperit, & susceptum pro posse suo fuerit executus, debet firmiter obseruari.

Idem Eboracẽn archiepisc. & Couentrẽn episcopo. Cap. 21.

EXparte N. Capellani nobis innotuit, Q cùm ad te frater * Couetrẽn episcope, literas nostras impetrâsset, vt ei archidiaconatum, quẽ in ecclesia primò vacare contigerit, assignares: R. aduersarius eius alias ad te frater Eboracẽn literas, sicut dicit, impetrauit, nulla de prioribus habita mentione: vt si aunnculus eius archidiaconatũ quẽ habebat in iam dicta ecclesia, vellet omninò dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur si memores fuissemus, nos præfato N. literas nostras sicut prædiximus, direxisse: pro aduersario eius nullatenùs scripsissemus, nolentes literas nostras quas pro eodem N. misimus, occasione aliqua effectu carere: fraternitati tuæ &c, quatenùs præscriptum episcopum admoneas, vt præfato N. archidiaconatum ecclesię suæ, si vacet, iuxta promissum suum assignet, non obstantibus literis, quæ ab aduersario eius postmodùm fuerint, tacita veritate, impetratæ.

Idem Lucius tertius, Cant. archiepiscopo & eius suffraganeis. Cap. 22.

RElatum est ex parte vestra, quòd licèt in commissionibus à sanctæ recordationis Alexandro Papa tertio prædecessore nostro factis, fuerit appellationis remediũ amotum: altera tamen partium, siue lis fuerit contestata, siue non, expirâsse mandatũ morte mandatoris allegat. Ideoq; negocijs omnibus postpositis, in suspenso mandatũ Apostolicum expectatis. Nos igitur consultationibus vestris præsentium authoritate respondemus, quòd si lis contestata fuerit ante obitum prædecessoris nostri, mandatũ in morte mandatoris nullatenùs expirauit. Si verò ante litem contestatam decessit, nõ est in eo casu iudicibus quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedendum, etiàm si ab eis minimè fuerit appellatũ. Poterit ergò in eo casu, appellatione cessante, procedi, in quo ante mortem mãdatoris lis fuerit per conquestionem & responsionem partium contestata. Vbi autem mors mandatoris, lite cõtestata, pręcessit, penitùs subsistatur, siue fuerit, siue non fuerit appellationis obstaculum interiectum.

DE TESTIBVS COGENDIS vel non. Pars viij.

Idem Alexander. Cap. 1.

CVm super causa quæ vertitur inter venerabiles fratres nostros Prænestinum episcopum, & dilectum filium * nostrum abbatem, sit testimonium vestrum necessarium, & veritati cõtingat: præsentium authoritate vobis præcipimus, quatenùs quarta feria proximæ hebdomadæ perhibituri testimoniũ veritati, omni occasione & excusatione cessante, vos Apostolico conspectui presentetis. Si verò tunc non veneritis, sciatis ab officio & beneficio Apostolica authoritate vos suspensos: & si non sic veneritis, excommunicationis sententiam poteritis formidare.

Idem Capuano episcopn & abbati S. Luciæ, & Priori S. Crucis. Cap. 2.

CAusam quæ inter N. & O. monachos super electione de vtroq; facta in monasterio diutiùs est agitata, experiẽtiæ vestræ committimus audiendam, & appellatione remota, fine debito terminandam. Ideoq; dilectioni vestræ &c. quatenùs partes ante præsentiam vestram conuocetis, & susceptis attestationib⁹ vtriusq; partis, quæ ab alijs iudicibus sunt receptæ, testes alios, si qui idonei sunt, admittentes, nisì attestationes ipsę sint publicatæ, & rationib⁹ hinc indè auditis diligenter & cognitis, causam ipsam, sublato appellationis remedio, fine debito terminetis.

Post publicationẽ at. testationũ, producendi locum non esse.

Idem R. Cant. archiepiscopo. & R. Vuigorẽn episcopo. Cap. 3.

CVm nuncius canonicorũ de Plinteim, & nuncius Ioëlis militis &c. & infrà, Præterea non lateat prudentiam vestram, quòd prædicti canonici non sunt à ferendo testimonio super proprio negocio ecclesiæ suæ repellendi, nisì alia rationabilis causa impediat.

14.q.2. Sic per pru.

Idem Tarraconẽn archiepiscopo. Cap. 4.

SVper eo quòd quęsiuisti à nobis, vtrùm testes illi sint reprobãdi in causa criminali vel ciuili, quibus ab aduersa parte crimina opponuntur, tuæ prudentię respõdemus: quòd si etiàm aut non sunt cõuicti, aut cõfessi de criminalibus illis, dummodò * indè * cõmunicantur, non debent admitti.

quid si antè dãnati, pòst restituuntur vel nõ damnati perfectè pœnitentes * cõmunẽt,

Idem Vuigorẽn episcopo. Cap. 5.

SCripta verò authẽtica, si testes inscripti decesserint, nisì fortè per manum publicam fuerint facta, ità quòd publica appareant, aut sigillum authentici habuerint, per quod possint probari, nõ videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

Idem Vuintonien episcopo. in c. Suggestum. Cap. 6.

POrrò si quis crimẽ obijcit testi, qui cõtra ipsum producit, vt eum in ciuilibus causis

causis repellere possit, eodem modo * afferẽdo testimonio audiendus est, & si crimen ciuiliter probare poterit, ad testimonium cõtra ipsum ferendum non est aliquatenùs audiendus, sed propter hoc non debet puniri. Quemlibet autem ad perhibẽdum testimonium veritati, Romana Ecclesia minimè cogere consueuit.

Idem Bononien episcopo. Cap. 7.

SVper eo quòd certificari desideras, an si aliquis de aliquo facto manifesto anteiudicem cõueniatur, hi qui facto interfuerint, cogendi sint ad ferendum testimonium veritati: prudentiæ tuæ volumus innotescere, quòd si factum est manifestũ, non eget testium depositionibus declarari: cùm manifesta, sicut tua non ignorat discretio, probationem vel ordinem iudiciarium non requirant. Vndè si manifestum nõ est, & is qui cõuenitur, factum negauerit: testes qui interfuerunt facto, ex cõsuetudine Romanæ Ecclesiæ monendi sunt, nõ cogendi, ad testimonium ferendum veritati: nisì fortètimore aduersæ partis constaret iudici à ferendo testimonio reuocari, licèt de rigore humani iuris ad hoc fortè passim possint compelli. Si verò presbyter vel clericus alius aliquem laicũ de rebus suis vel ecclesiæ impetierit, & laicus res ipsas non esse ecclesiæ vel presbyteri, aut clerici, qui eum exindè impetit, sed suas proprias asseuerat, laicus ipse debet de rigore iuris super hoc ad forẽ seiudicium trahi, cùm actor semper forũ rei sequatur, licèt in pluribus partibus aliter de consuetudine fiat.

Idem Salernitano archiepiscopo. Pars capituli, Licèt pater. Cap. 8.

DEcęterò laicos in accusationẽ vel testimonium contra clericum in criminali causa non esse aliquatenùs admittẽdos, censura sacrorum canonũ manifestiùs edocet: nisì fortè suam vel suorum iniuriã persequentur, nec tunc etiàm ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

Idem eidem in eadem epistola. Cap. 9.

IN causis ecclesiasticis vel ciuilibus vltra tertiam productionem non debent testes produci, nisì adhibita quadam solennitate, quæ in legibus inuenitur expressa: & super dictis testium, cùm fuerint publicata, potest publicè disputari.

Idem Præposito & canonicis Eburdineñ ecclesiæ. Cap. 10.

CVM tu fili prępposite, cum quibusdam canonicis tuis, & frater noster venerabilis archiepiscopus pro causa quę inter vos & ipsum vertebatur, in nostra essetis præsentia constituti, archiepiscopo asserente, quòd vos ante appellationem excommunicâsset, & postulante sententiam suam cõfirmari: econtrà proposuisti, quòd post appellationem in vos sententiam excommunicationis protulisset, & ob hoc duxisti nullius momenti fuisse: adiecisti etiàm tam tu, quàm altera pars, quòd testes fuerunt hinc indè producti, & attestationes eorum receptæ. Nos autem auditis & cognitis rationibus & allegationibus vtriusque partis, & attestationibus inspectis diligenter, cùm constaret vestros testes iurâsse, quòd post appellationem sententia in vos lata fuisset: & testes archiepiscopi iuramento cõfirmâssent, quòd ante appellationem sentẽtiam in vos tulerit: dicta testium benignè interpretari ac prouidere volentes, nè de periurij reatu notentur: quia vtrunque verum esse potuit, quòd post primam appellationem & ante secundam sententia lata fuerit: de communi consilio fratrum, eandem sententiam denũciamus & decernimus non tenere. Vt autem hîc nostræ diffinitionis &c.

Testiũ dicta quomodò interpretãda.

Idem Rothomagen archiepisc. Cap. 11.

TRansmissæ nobis literæ tuæ continebant, quòd cùm Nicolaus Sagantinus vsque ad iuuentutem puerum quẽdam nutriuisset: vxore sua nõdùm matrimonio desponsata cum eo cohabitante, postmodùm ipsam, sicut creditur, legitimè desponsauit, & de ipsa filios sustulit. Quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus iuuenis contradixit, dicens se filium & hæredem: quanuìs à vicinia, quæ ipsum filium eorum credebant, spurius diceretur. Prædictus verò Nicolaus & vxor eius Matildis, prefatum iuuenem spurium suum aut legitimum filiũ omninò negabant, sed dicebant quòd pietatis intuitu eum nutriuissent. Cùm autem quæstio coram te mota est, & prædictus iuuenis pro eo quòd iuri stare nolebat, vinculo excommunicationis sit adstrictus: quid de hoc agere debeas, nos consulere voluisti. Super quo itaque consultationi tuæ taliter respondemus, quòd in tali casu standum est verbo viri & mulieris, nisì certis indicijs & testibus prædictum iuuenem tibi constiterit eorum esse filium.

In causa filiationis cõtra communẽ vicinię opinionẽ, viri & mulieris verbo standum.

Idem Placentino episcopo. Cap. 12.

FRaternitatis tuæ literis nos consuluisti, vtrùm noui testes super quæstione iudicata, in qua testibus renunciatum fore ex vtraq; parte cõstat, sint recipiendi: & vtrùm testibus in prima causa receptis, præter causam appellationis liceat aliquid noui proponere super quæstionibus iudicatis. Licèt igitur nobis ex his nõ plenè innotuerit, vtrùm testes super eisdem vel nouis capitulis à partibus desiderantur induci, quia tamen iuris prudentiũ copiam habebant, nos super hoc consulere voluisti: hoc tibi duximus respõden-

dendum, quòd ſi in prædicta cauſa contigerit emergere capitula, ſuper quib⁹ aliqua partium voluërit nouos teſtes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare, eos credimus ſuper nouis dũtaxàt capitulis fraternitatem tuam poſſe recipere, receptis priùs ab ipſis ſecundùm formam recipiendorũ teſtium iuramentis.

Idem Exonien̄ epiſcopo & abbati ſancti Albini. *Cap.* 13.

INnotuit nobis R. quòd Vu. clericus capellanum eius & alios quàmplures de teſtibus ſuis iuramento adſtrinxit, quòd nec teſtimonium vel conſilium vel auxilium eidem R. contra ipſum præberẽt. Ideò publica authoritate vobis iniungimus, vt ſi teſtimonium illorum publicatum non eſt, & nõ eſt abrenunciatum teſtibus, eos qui ſunt iuramento adſtricti, & alios, ſi neceſsè fuerit, idoneos quos ipſe in teſtimonium produxerit, recipere non poſtponatis.

Caſus vbì aliquis contra iuramentum ſuum licitè venire poſſit.

Idem decano Ciceſtren̄. *Cap.* 14.

LIteras Exonien̄ epiſcopi ſuſcepimus, continentes quòd cùm Vu. clericus ad præſentiam Vuillelmi nobilis viri acceſſiſſet, orans & ſupplicans, vt eum in perſonam eiuſdem eccleſiæ admitteret: quidam clericus E. nomine, in eadem inuentus eſt miniſtrare, dicens ſe à bonæ memoriæ R prædeceſſore ſuo legitimè inſtitutum. Vu. verò obijciebat, etiàm ſi facta fuit inſtitutio, prędictum E. non poſſe inniti, quia capellano domini perſonatum renunciauit, & ſub annua penſione ab illo tanquàm à perſona vicariam recepit, & ſic poſt obitum illius Eccleſiam vacare aſſeuerauit. Sed quia veri ſimilitudinem non habet, quòd prędictus E. perſonatum eccleſiæ prælibatæ capellano prænominati R. ceſſerit, & ab eo ipſius Eccleſiæ vicariam acceperit, præuideas attentiùs, vt memorati Vu. ſuper hoc probationem recipias, niſì hoc communis fama loci habeat, vel tales perſonæ appareant, de quibus veri ſimile ſit quòd debeant deierare: Quoniam ſæpè contingit, quòd teſtes corrupti precio, facilè inueniantur ad falſum teſtimonium proferendum.

*Idem abbati & fratribus monaſterij S. Michaëlis de *Matura.* *Cap.* 15.

CAuſam quæ vertitur inter vos & dilectos filios noſtros, plebanum & clericos plebis ſanctæ Mariæ de *Martura, iampridèm filijs n. *Volterano archiepiſcopo & abbati de Spongia commiſimus, appellatione remota, fine debito terminandam. Cumque vtraque pars propter hoc in eorum præſentia eſſet conſtituta, & teſtes eſſent hincindè recepti, & eis ab vtraq; parte renunciatum, & atteſtationes vtriuſque partis publicatæ, quoddam priuilegium nupèr à nobis impetratum, in medium protuliſtis, aſſerentes vos quędam alia munimenta à nobis impetrâſſe, quæ rationes prędictæ plebis obſcurare & impedire vidẽtur, quòd cauſa ipſa nondùm potuit terminari. Quia verò ſolicitudini noſtræ incumbit, vtrique eccleſiæ iura ſua conſeruare integra, ac litibus & contentionibus finem imponere, iudicibus ipſis præcipiẽdo mandamus, vt partes ante ſuam præſentiam conuocent, & ſuper alijs capitulis, ſi qua alia ſint, ab his ſuper quibus teſtes ſunt recepti, & eorum atteſtationes publicatæ, rationes diligenter hincindè audiant, & teſtes, ſi qui idonei fuerint, recipiant, & in illis capitulis nupèr per nuncios veſtros à nobis impetratis, quæ cõtinentur in priuilegio noſtro, vel in alijs literis quas vobis indulſimus, poſtquàm cauſam ipſam eiſdem commiſimus, prædictæ cauſæ impedimentum pręſtantibus concordia vel iuſtitia mediante, decidant. Et quia venerabilis frater noſter Florentinus epiſcopus per ſuas literas nobis intimauit, quędã capitula priuilegio noſtro, quod monaſterio veſtro nupèr indulſim⁹, eſſe inſerta, quę obuia rationi videntur: per præſentia ſcripta vobis præcipimus, mandantes, quatenùs priuilegium illud, ſicut gratiam ſancti Petri & noſtram charam habetis, cum nuncio veſtro, qui ad nos ſecurè cum eodem veniat, dilatione & occaſione ceſſante, nobis remittatis.

Idem Exonien̄ & Vuigoren̄ epiſcopis. *Cap.* 16.

TEſtes, quos R. clericos vel laicos vobis nominauerit, moneatis, & ſi opùs fuerit, authoritate Apoſtolica compellatis ad perhibendum teſtimonium veritati.

Aliquos ad teſtimoniũ cõpellẽdos.

Eugenius tertius. *Cap.* 17.

QVotiès aliqui ſeparantur propter cognationem propinquitatis vel conſanguinitatis, tribus teſtibus adhibitis affirmari debet, qui de eadem conſanguinitate ſuperſunt: vel à duobus vel tribus teſtibus ſenioribus & melioribus eiuſdem loci probari debet. Probatio autem teſtium debet fieri duplici iuramento. Teſtes enim debent iurare, ſe neq; priuato odio vel amicitia, neque pro auro, neque pro aliquo cõmercio quod habuerint vel habituri ſint, ad hoc iuramentum eſſe inductos. Poſteà debent iurare, ſicut ipſi dicunt, ſic ſe rei veritatem accepiſſe à maioribus ſuis, & ità eſſe.

Duplex iuramentum teſtium.

Idem Priori & fratribus ſanctæ Trinitatis Lunden̄. *Cap.* 18.

INſupèr etiàm authoritate noſtra ſtatuimus, vt liceat vobis in cauſis eccleſiæ veſtrę teſtimonium ferre, dummodò vnus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendũ inſtituãtur, quorum teſtimonium in cauſis, in quibus actores vel reſponſales ſunt inſtituti, debet admitti.

In cauſa ꝓpria religioſos ad teſtimonium admitti.

Idem Exonien̄ & Vuigoren̄ epiſcopis. *Cap.* 19.

AD

AD hoc quòd præfati clerici ſcripta authentica non habent, quibus muniri poſſint, pręſentiũ vobis ſignificatiõe mandamus, vt omnes illos clericos ſiue laicos, quos iſti clerici nominauerũt, moneatis, vt rei veritatem & quæ ſuper ipſa cauſa nouerunt, coram vobis aperiant: non etiàm gratia vel timore alicuius vel odio, in ſuę ſalutis periculum reticere præſumant.

*Idem Cant. arch. & *Ciſtren̄ epiſcopo.* *Cap.* 20.

REtulit nobis A. presbyter, quòd cùm nimia paupertate laboraret, & quidã ex eis qui pro eo teſtimonium ferre deberent, ſuper cauſa quæ vertitur inter eum & aduerſarios ſuos de eccleſia de *Berton̄, ſenio fuerint & ætate confecti, & à veſtris partibus valdè ręmoti, eos veſtro conſpectui ꝑſentare non poteſt. Quia igitur ſolicitudini noſtræ incumbit, litibus & contentionibus finem imponere, & vnicuiq; iura ſua integra & illibata ſeruare: præſentibus mandamus, quatenùs ſi ità eſt, aliquos prudentes viros & honeſtos, de quibus pleniùs confidatis, ad partes illas, vbì eſt eccleſia ſup qua cõtrouerſia vertitur, mittatis, qui teſtes idoneos ab vtraque parte productos, appellatione remota, ſuſcipiant: & eorum depoſitiones diligenter conſcriptas vobis reportantes, ſub ſigillis veſtris clauſas, vt ſecundùm tenorem eorũdem atteſtationum cauſam terminare poſſitis.

ſtibus no con- ſtis.

Item Lucius tertius. *Cap.* 21.

COnſtitutus in præſentia noſtra P. diaconus de Buchan, nobis ſua aſſertione mõſtrauit &c. infrà: Prætereà illud nobis non modicam admirationem adducit, quòd purgationem oblatam accipere noluiſti, niſì priùs commendâſſes nomina ſingulorum, quia iam dictum P. purgare volebãt, & de maioribus & cæteris priùs inquireres diligenter, tanquàm eſſes ordinationes facturus. Vtinàm ſic diſcuteres ordinandos. Sanè in purgatiõibus faciẽdis cùm ſatìs ſit, vt illi qui pro purgando exhibent iuramentum, ſi ſecundùm propriam cõſcientiam & opinionem iurauerint, quòd purgandus, ſit à crimine immunis, & bonum exhibuit iuramentum: ſi purgatores ab eccleſia tollerẽtur, & ſint bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrantes, nec in iudicio pro crimine cõdemnati, proculdubiò ſunt abſq; vlla indagine admittendi.

Idem Hereforden̄ epiſcopo & abbati de Forde. *Cap.* 22.

EX parte A. clerici, ad nos eſt querela ꝓlata, quòd cùm ipſe eccleſiam de * Calumprun canonicè fuiſſet adeptus, & eam vigintiquinque annis & ampliùs poſſediſſet, miles quidam H. nomine, ipſum exindè grauibus moleſtijs & iniurijs laceſſiuit, & tandèm tacito quòd laicus erat, ad *Toſenſem epiſcopum & abbatem de Ferverſham literas noſtras apportauit: quòd ſi prædict⁹ A. filius eſſet illius qui proximò in eadem eccleſia miniſtrauit, & iure hęreditario eam teneret, vel quòd publicè fornicariam haberet, à prædicta eccleſia prorsùs amoueretur. Tàdèm verò cùm idem miles per interpoſitam perſonam præfatum A. presbyterum coram prædictis iudicibus traxiſſet in cauſam, quoſdam laicos infames & notabiles produxiſſe dicitur ad teſtimonium perhibendum, quòd videlicet memoratus presbyter, filius illius ſacerdoſis fuiſſet, qui ꝓximò in eccleſia ipſa miniſtrauerat. Licèt etiàm prædictus A. presbyter aſſereret illos teſtes non eſſe recipiendos, pro eo quòd ꝗdam eorum latrones & raptores erant manifeſti, quidam verò in alia cauſa fuerant conuicti de periurio: & ſe conſtanter diceret, hoc probaturũ, nihilominùs tamen pręfati iudices talibus teſtibus partis aduerſæ receptis, eidem presbytero, etiàm poſt appellationem, quam ſe ſuper hoc interpoſuiſſe proponit, reo abſente, præſcriptam abiudicauerunt eccleſiam, quam nunc præfati militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis ſatìs plenè confidimus, cauſam ipſam diſcretioni veſtræ duximus committendam, præſentium authoritate vobis præcipiendo mandantes, quatenùs partibus ante vos conuocatis, ſuper hoc rei veritatem diligenter inquiratis: & ſi vobis conſtiterit, quòd prædictus presbyter non fuerit legitimè per teſtes idoneos præſcripta eccleſia ſpoliatus, eorundem iudicum ſententia, literis etiàm confirmationis, ſi quæ ſunt ſuper eadẽ eccleſia impetratæ, nõn obſtãtibus, eccleſiã illã pręnominato A. presbytero contradictione & appellatione ceſſante, reſtituatis, ipſumq; decętero non permittatis exindè à ſupradicto milite vel ab eo qui ipſam eccleſiam tenet, moleſtari. Si verò res aliter ſe habet, nihilominùs cauſam audiatis, & fine debito terminetis. Teſtes autem ſi quos idem A. in ſuæ aſſertionis teſtimonium inuocauerit, vt coram vobis ſuper his teſtimonium perhibeant veritati, monere curetis, & diligenter inducere diuino intuitu & amore iuſtitiæ, vt coram vobis teſtimonium perhibeant veritati, nec quicquam exindè in ſuæ ſalutis periculum reticere præſumant.

Fornicarios eccleſiaſtico beneficio ſpoliandos.

Idem B. Exonien̄ epiſcopo. *Cap.* 23.

PEruenit ad audientiam noſtram, quòd Hugo de Kalega & M. vxor eius, in tali ſunt linea conſanguinitatis cõiuncti, quòd nullo modo poſſunt legitimè inſimul commorari. Vndè quoniam ad hoc magna eſt diſcretio adhibẽda, fraternitati tuę &c. quatenùs ſi aliqui apparuerint, qui poſſint & velint ipſum matrimoniũ legitimè *impugnare,

*improbare

re,vtraq; parte ante præsentiam tuam conuocata,quãto tempore cohabitauerint, diligenter ac studiosè perquiras, & vtrùm tẽpore quo coniuncti fuerint, accusatores filuerunt, & eos coniungi debere cognouerint, solicitè inuestiges. Quòd si illos tẽpore coniunctionis hoc sciuisse & siluisse constiterit, decæterò graue esset eos audiri. Tolerabilius est enim,aliquos cõtra statuta hominum copulatos, coniunctos relinquere: quàm coniunctos quoslibet legitimè,contra statuta Domini separare. Si verò matrimonium ipsum recenter estcontractum,vel notitiam eius tempore contractûs ad accusatores non peruenisse constiterit, fama viciniæ & personarũ solicitè perscrutata,causam audias, & eã fine canonico studeas terminare.

Non admittendos ad accusationẽ matrimonij qui tẽpore cõtracti cõsanguinitatem scientes filuerunt.

Pars ix.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

Vigilen episcopo. Cap. 1.

VIR autem vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à presbytero benedici: quia cùm alia vice benedicti sint,eorumbenedictio non debet iterari.

Idem Exonien episcopo. Pars capituli, In literis. Cap. 2.

SVper illa verò quæstione,qua quæsitum est,an scilicet mulier possit sinè infamia nubere,infra tempus luctûs secũdùm leges diffinitum,solicitudini tuæ respondemus, quòd cùm Apostolus dicat,Mulier mortuo viro soluta est à lege viri,& in Domino nubat,cui voluerit,per sententiam & authoritatem Apostoli,infamia aboletur.

Rom.7.

cùm

pars x.

DE APPELLATIONIBVS.

Alexander 3. Exonien episcopo & decano Lincolnien. Cap. 1.

DIlecti filij nostri Prior & canonici de *Gisebuir, grauem admodùm & difficilem nobis querimoniam trãsmiserunt, quòd venerabilis frater noster R. Eboracen archiep. Apostolicæ sedis legatus,eundem Priorem post appellationem ad nos factam suspẽdit, & ecclesias suas interdixit, & canonicos, si eidem tanquàm Priori obedirent,tanquàm excommunicatos denunciauit. & infrà: Super quibus autem omnibus rei veritatẽ per idoneas personas & famam loci solicitè inquiratis, & si ità esse inueneritis, ecclesiarũ concessiones taliter factas, nisi Prior & canonici malitiosè distulerint eas, quantùm ad se pertinẽt,ordinare: nullius appellatione obstante,authoritate nostra reuocetis in irritum: & Priori & canonicis ecclesias ipsas restitui faciẽtes, tam vicarios quàm iuratos eorundem canonicorum,iuramentum præstitũ seruare cogatis,nisi fuerit à Priore iniquè extortum. & infrà: Prouisuri attentiùs, nè ità subtiliter,sicut à multis fieri solet,cuiusmodi actio intẽdatur, inquiratis: sed simpliciter & purè factum ipsum & rei veritatẽ, secundùm formam canonum & statuta sanctorum patrum,inuestigetis.

Idem Rhemensi archiepiscopo. Cap. 2.

SVper eo quòd abbas sancti Apollinaris in claustro à te appellãs,imposuit Generalem super omnem causam,quę aliquo tẽpore aduersùs eum posset moueri, ipsum exindè redarguimus,nec huiusmodi appellationem dicimus admittendam.

Idem Cant. archiep. Cap. 3.

QVòd verò quęsiuisti,an debeat appellationi deferri,vbi sub eius prætextu noscatur adulterium vel aliud crimẽ cõmittendum: consultationi tuæ taliter respondemus,quòd vbi notorium est crimen vel adulteriũ,si appellationi deferretur, deferri non debet. Nolumus enim incestûs vel adulterij matrimonia aliquibus ministrare.

*Idem abbati sancti Petri de * Diua. Cap. 4.*

AD nostram audientiam noueris peruenisse,quòd si quandò subditos tuos vis pro suis excessibus,secundùm regulã S. Benedicti & institutionẽ tui ordinis,corrigere & castigare: ipsi,vt liberiùs malitiam suam exercere valeant,ad remedium appellationis confugiunt. Quia verò appellationis remedium non ideò fuit inuentũ,vt alicui à religionis & ordinis obseruantia exorbitanti debeat in sua malitia patrocinium exhibere: discretioni tuæ taliter &c. quatenùs si quandò quilibet subditorum tuorũ, nè ipsum pro suis excessibus corrigas & castiges,ad remedium appellationis conuolauerit, non ideò minùs eum iuxta tenorem mandati,quod in scripta regula cõtinetur, & institutionem ordinis tui corrigas.

Idem Norwicen episcopo. Cap. 5.

PErsonas Ecclesiarum in tua diœcesi cõsistẽtium,ità tuis & dominorum fundi authenticis scriptis præmunias, vt cùm aliquem istorum decedere fortè cõtigerit: decedentis filius, vel vicarius, seu alius quilibet,personatum Ecclesię vacantis viro idoneo conferendi tibi viam precludere aliqua calliditate non possit. Quòd si aliquis talium frustratoriæ dilationis causa ad audientiam nostrã appellauerit,& appellationi suę prolixum terminum præfixerit: tu ei terminum,infra quem possit sedem Apostolicam conuenienter adire, assignes: & si ad illam venire contempserit,tu illum ex tunc iudicio tuo super his quæ in quæstione vertuntur,sinè contradictione aliqua stare, omni excusatione & appellatione cessante,districtè compellas. Si autem quisquam appellationi suæ congruentem terminum præfigat, nec tamen causam ad diem appellationis fuerit prosecutus, ipsum nihilominùs extunc sententiæ tuæ, sicut de alia diximus, appellatione remota,parére constringas. Verùm si corã te vel alio quolibet huiusmodi negocia ventilentur,nolumus vt morbo consimili laborantes,si certum sit, aut legitimè possint conuinci super his, si ab alterutra parte adducti fuerint, in testimonium recipiantur.

Morbo consimili laborantes cum non,nõ admittendi in testimonium.

Idem H. Rhemensi archiepiscopo. Cap. 6.

CVm sit Romana Ecclesia caput & magistra omnium Ecclesiarum,disponẽte Domino, constituta: & ad eandem consultationes & quæstiones de diuersis mundi partibus referantur, quòd eam super varijs quæstionibus consulis, gratulamur, & prudentiam tuam non immeritò commendamus. Indè est quòd fraternitati tuę taliter respondentes,præsenti scripto duximus respondendũ: Si frustratoriæ dilationis causa vel etiàm necessariò ante sententiã vel posteà fuerit appellatum, huiusmodi appellationibus annũ indulgetur: aut si necessaria & euidens necessitas apparuerit,indulgetur biennium: nisi fortè iudex,à quo appellatũ fuerit, secũdùm locorum & prouinciarum distantiam & qualitatem temporis,recipius tempus fuerit moderatus,infra quod si is q appellauerit,causam appellationis non fuerit prosecutus,sententia tenebit,si post sententiam appellauerit,& à causa sua cecidisse videtur: nec ampliùs super eodem negocio audiet appellans. Si verò à grauamine & antelitis ingressum fuerit appellatũ,huiusmodi audietur appellans,quoniam sacri canones passim appellare permittũt. Si verò ante sententiam appellauit, cogetur illius stare iudicio,ad quem noscitur appellâsse. Si autem in agro vel aliàs ante causæ ingressum fuerit appellatum,non solent dici huiusmodi appellationes, sed ad causam prouocationes. Præterea si raptor sit vel aliàs violentus detentor alienæ rei is qui appellat, huiusmodi appellatio in iudicio facta,apud Ecclesiasticas personas solet audiri,nisi manifestissimũ raptor vel fornicutor existat,sicut ille,quem absentem & nõ requisitum Apostolus excommunicauit.

Indutorium mentis appellationis.

Idem eidem in eadem epistola. Cap. 7.

SI duobus coram non suo iudice litigantibus,alter ad nostram,alter ad sui iudicis audiẽtiam appellauerit: & ille qui ad suũ iudicẽ appellauerit,ad diẽ appellatiõis veniens,appellâsse se ad eũ proponit,eo tacito, quòd aduersarius eius ad audientiam Romani põtificis appellâsset,si legitimè citatus non venerit,nec aliquem misit responsalem, aut etiàm aliàs parére cõtemnit,& in eum excommunicationis sententiam tuleritenebit excommunicatiõis sententia in eum pro contumacia promulgata,nisi agnouerit eum iudex ad audientiam nostram appellâsse. Deniquè in fine quæstiõum tuarum quæris,si à ciuili iudice ante iudicium vel post ad nostram audiẽtiam fuerit appellatum,an huiusmodi appellatio teneat. Tenet quidem in his,qui vestrę sunt episcopali iurisdictioni subiecti: In alijs verò etsi de consuetudine Ecclesiæ teneat,secundùm rigorem iuris tenere non credimus.

Excommunicatus post appellationẽ audiẽdus in appellatam.

Incidens principali iudicat.

Idem Vuigorn episcopo. Cap. 8.

CAeterùm cùm aliquam causam contigerit tibi, appellatione remota, fuisse commissam, & aduersa pars post factam citationem iter arripuerit ad sedem Apostolicam veniendi,nihilominùs poteris in negocij cognitione secundùm iuris formam procedere, quòd vtiquè si ante citationem factam iter arripuerit, non est aliquatenùs procedendum.

Idem Vuigorn episcopo. Cap. 9.

SVper eo quod à nobis tua solicitudo requisiuit,vtrùm sententia pro appellatione, quam ex incidẽti quæstione fieri sæpè contigerit,fuerit suspendenda,licèt causa fuerit,appellatione remota,cõmissa: prudentiæ tuæ duximus respondendum, quòd si de aliqua exceptione suboriatur quæstio, & exindè appellationem fieri contingat,eidem exceptioni erit meritò supersedendũ: & si principalis causa sinè illa terminari non poterit, ei nihilominùs supersedeatur. Si autem aduersa pars de falsi suggestione in appellationem proruperit, non est sententia propter hoc differenda. si in literis commissionis, appellationis obstaculum inhibeatur.

Idem eidem in eadem. Cap. 10.

DE appellationibus quæ in causis minimis fiunt,tuam volumus cognitionem tenere,quòd eis,pro qualicunque leui causa fiant,nõ minùs in illis, quàm pro maioribus est deferendum. Verùm si appellantes suam contempserint appellationem, tu ipsos aut appellationem prosequi, vel iudicio tuo stare,appellatione remota,districtè compellas.

Idem Senonum archiepiscopo Cap. 11.

SIcut Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum, disponente Domino, mater est, ità etiàm nos qui eidem Ecclesiæ, licèt immeriti,supnæ dispositionis prouidẽtia præsidemus,& prout Dominus nobis ministrauerit, consultationibus singulorũ cogimur

respondere,& quę videntur dubia,Apostolicæ circunspectionis prouidentia declarare. Sanè quæsitum est à nobis ex parte tua, vtrũ si aliqua causa inter aliquos delegatis iudicibus, appellatione remota, committitur, & altera pars literis Apostolicæ protectionis munita,quibus est ei generaliter indultum, vt liberè sibi liceat appellare, si in vocem appellationis proruperit, eius sit in eadem causa appellationi deferẽdum. Hoc ergò presentibus literis inquisitioni tuę respondemus, quod eius in hac parte appellationi nõ est aliquatenùs deferendum, postquàm est iudicibus, appellatione remota, causa commissa, quia speciale mandatũ derogat generali.

Speciale mãdatũ derogat gñali.

Item eidem in eadem epistola.
CAP. 12.

SVper eo q̃ interdùm iudices delegati ab altera partium,tãquàm suspecti recusantur,hoc tuę prudentiæ præsentibus literis innotescat, quòd cùm sacri canones ante & post litis decisionem & in prolatione sententię,& post sententiam singulis appellandi facultatem tribuunt, non admittunt aliud remedium præter solam appellationem,sicut leges faciũt seculares, quæ appellationem nisi in casu ante sententiam non admittunt. Verùm in causis Ecclesiasticis vbi appellationis remediũ tollitur,vtrunq; remedium denegatur: & ità sicut appellationi,ità recusationi non est aliquatenùs deferendum. Si autem infra certum temporis spatium aliquibus committitur lis deciden da,itaq̃ cõtineatur in literis, causam post susceptionem literarum infra certum terminum terminari debere:extunc terminus incipit,cùm eos quibus literæ delegãtur, easdem contigerit literas accepisse.

Sublata appellatione, tolli recusationem.

Idem Cant. archiepiscopo.
CAP. 13.

PEruenit ad nos, quòd cùm presbyteri vel alij se conquerant ab aliquibus vulneratos, vel aliter grauiter læsos, & ad probandum quod assumunt, plerunquè testes producunt, hi qui impetuntur, Apostolicã sedem appellant: sed appellationem interpositam prosequi, vel consortium hominum deuitare contemnunt. Vndè quia qd faciendum sit, literis nostris certiorari desideras: fraternitati tuæ &c. quatenùs illos qui pro tali causa appellant, si eorum excessus publicus & notorius non sit, contradictione & appellatione cessante, Ecclesiastica censura compellas, vt infra conueniens tempus ipsam appellationem interpositam prosequantur. Si verò excessus publicus sit & notorius,appellationis obtentu,si quam ad iniquitatem suam fouendam interposuerint,nullatenùs prætermittas,quin eos excommunicatos denũcies, sicut ex ipsa iniectione manuum in clericum,excommicationis sententiam incurrerunt, & ipsos sicut excommunicatos cautiùs facias euitari,donèc passis iniuriã satisfaciãt,& cũ literis tuis Apostolico conspectui se repsentent.

Idem archiepiscopo Toletano.
CAP. 14.

COnsuluit nos tua fraternitas, vtrùm deferendum sit appellationibus, quæ super manifestis criminibus interponũtur, aut eorum appellationibus qui frustratorię dilationis causa appellant, nec appellationem prosequuntur. Super quo vtiquè consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si quandò aliqui, quos manifestum sit & notorium,vxorem alterius detinere, aut manu violentas iniecisse in clericum,appellãt, nec appellationem prosequuntur,eorum appellationi non est aliquatenùs deferendũ. Sed cùm multa dicantur notoria,quę non sunt, prouidere debes,nè,quod dubium est, pro notorio videaris habere.Illos autem qui appellant à præsentia tua, cogere debes infra tempus conueniens, appellatiõem interpositam prosequi,aut iudicio tuo,appellatione cessante,parére.

In criminibus notoriis nõ est deferẽdi appellationi.

Idem Rhemensi archiepiscopo. Pars capituli, Cùm sit Romana.
CAP. 15.

SI in vna causa aliqs appellauerit,& pendente appellatione,aliquod crimen cõmittat,vel priùs commisisse dicatur,vel modò etiàm accusetur vel conueniatur de alia re,super qua non sit appellatum, & illam pferri contingat ad audiẽtiam iudicis,à quo etiàm in alio negocio appellauerit, eum potest,si voluẽrit,tanquàm suspectum vitare. Alioquin debet iudicio stare illi⁹,à quo appellatum est,maximè si iudex suus ordinarius existat.

CAP. 16.

COnsuluit nosfraternitas tua,vtrùm recusatiões admittere debeas in causis, quas absque remedio appellationis tibi committimus terminandas: Super quo discretioni tuæ taliter respondemus, quòd licèt sacræ leges tale remedium admittant, cùm censuræ sacrorum canonum aliud remedium præter appellationem non admittant, cùm licitum sit secũdùm statuta canonum ante litis contestationem, & in ipsa litis contestatione,& post decisionem causæ, ad appellationis remediũ cõuolare. Ideoq; remediũ recusationis non debes admittere, si quandò causas aliquas tibi commisimus, appellatione remota,terminandas. Veruntamen cognitioni causæ quæ vertitur inter B.& nepotem Baldeuini,volumus in præsenti vt supersedeas,quia vtraque pars conspectui nostro se præsentauit.

Idem

Idem Exoniẽ episcopo. Pars capituli, Significâsti,suprà de potestate iudicum.
Cap. 17.

APpellationi, si qua super aliquo casu ab alterutra partium fuerit interposita, nisi appelletur ab ipso,cui causa sit,appellatiõe remota, commissa, cum debita est deuotione deferendum.

Idem Lucius 3. Vu. Lincolniẽ episcopo.
Cap. 18.

POstremò præsentibus literis fraternitati tuæ intimamus,quòd si aliqua causa alicui fuerit delegata,qui consanguineus illius sit, qui literas impetrauit, aut in eodẽ negocio aduocati officio functꝰ, aut ex alia quacunque causa suspectus,huiusmodi delegatus potest nõ immeritò recusari, quauis appellatione remota, fuerit negocium delegatum.

Alexander 3. Dunelmeñ episcopo.
Cap. 19.

SVggestum est auribꝰ nostris, quòd cùm oppressi & grauati ad præsidium sedis Apostolicæ recurrunt,& appellatione facta iter arripiunt,aduersarij eorum,appellationem interpositam cognoscẽtes,nec ad præsentiam nostrã accedunt,nec pro se respõsalem transmittunt. Cùm autem præsenserint eos redisse & literas nostras reportâsse, in vocem appellationis prorumpunt,& iter ad nos veniendi arripiunt, vt sic eorum solicitudinem,à quibus impetuntur,eludant. Verùm quoniam nemini debet fraus sua patrocinari, & falce Apostolici moderaminis sunt resecanda,quæ in se vitium calliditatis & fraudis continere noscũtur: & nos super hoc consulenti tibi respondemus, quòd si quis depræhensus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, eius appellationi non deferas,neque ob id causam tibi commissam fine congruo terminare postponas: quia decretalem epistolam,qua tales videntur muniri, non ad deprimendum cuiusquã iustitiam, sed ad remouendum iniustum grauamen nos fecisse cognoscas.

Iudex non debet patrocinari.

Idem Cant. archiepiscopo & eius suffraganeis.
Cap. 20.

RElatum est auribus nostris,quòd quidam sint in prouincia vestra,qui vxoribus propria authoritate relictis,cõcubinis adhærere non dubitant,& errorem suum ac temeritatem suam fouere ac tueri per appellationis obstaculũ nituntur. Quoniam igitur officio nostræ solicitudinis imminet prouidẽdum,nè appellationis obtentu in sua malitia perseuerẽt: fraternitati vestræ &c. quatenùs si manifestum est, aliquos de ꝓuincia vestra vxores suas sinè rationabili causa dimisisse,& alijs adhæsisse,si commoniti vxores suas, concubinis abiectis,nõ receperint, propter appellationem, si quam ad errorem suum fouendum interposuerunt,non prætermittatis,quin eos ad abijciendas cõcubinas, & recipiendas vxores suas & maritali affectu tractandas, per excõmunicationis sententiã compellatis.

Idem Eboracen archiepiscopo & R. presbytero.
Cap. 21.

AD præsentiam nostram R. presbytero veniẽte, episcopo Tusculano & P. sanctæ Susannæ cardinali, tuam & ipsius causam commisimus audiendam:qui ob excommunicationem tuam, licèt non esset excommunicatus de iure, de facto tamen fecerunt eum absolui.quia verò quod à fratribus nostris noscitur in hac parte constitutum, nolumus aliqua ratione mutare: fraternitati vestræ &c.quatenùs prędictum presbyterum pro eo quòd post excommunicationem contra appellationem factam diuina cantauit, nullo modo attentetis inquietare, sed ad eum statum omni reducatis appellatione cessante, in quo erant tempore appellationis ad sedem Apostolicam factæ.

Idem Carnoteñ episcopo.
Cap. 22.

EX literis venerab.fratris nostri Bathoñ Epifcopi, & dilecti filij nostri Vuelleñ decani accepimus, quòd cùm causam, quæ inter G.clericum præsentiũ latorem, & abbatissam de Helenostoue,& H. clericum super quodam beneficio de Ecclesia De Vuestoñ,susceptisset de mandato prędecessoris nostri I.felicis memoriæ terminandam, de ipsa plenius cognouerint, sed pro decessu prædecessoris nostri eam reliquerũt, quauis appellatione remota eis esset commissa, indecisam.Adiecit autem prędictus clericus, quòd persona abbatissæ, vt sententiam impediret,& eum ampliùs ꝓsua volũtate grauaret,ad festum beati Petri proximò venturum,vocem appellatiõis emisit. Sed ipse ad festum Inuentionis sanctæ crucis proximò vẽturum,terminum coarctauit:infra quem nuncius abbatissę clericum suum prævenies, ad dilectos filios nostros abbatem sancti Albani,& Priorem de Dunestaple, & archidiaconũ Cicestreñ, sup iam dicta causa literas nostræ cõmissionis impetrauit.quoniam igitur alienum est & ab ordine iuris, vt de dolo vel fraude qlibet cõmodũ reportet:fraternitati tuæ &c. quatenùs literas q̃s nuncius abbatissæ ad prædictos iudices impetrauit, tibi facias exhiberi: & ipsis inspectis,si eas infra terminũ appellatiõi ꝓfixum, sicut ꝓfatus clericus asserit, obtentas fuisse cognoueris: eis non obstantibus, de ꝓdicta causa cognoscas, & auditis q̃ hincindè ꝓpo-

sita

sita fuerint,& qualiter prędictus episcopus & decanus in ea processerunt,cognito,sublato appellatiõis remedio, canonicũ finem imponere nõ postponas:prouisurus,vt mãdatum nostrũ taliter exequaris,vt super causa ea,de qua totiès scriptum est, vlteriùs scribere nõ cogamur. Si quid autem eidem G. super beneficio ipso grauaminis irrogatum fuerit, postquàm iter arripuit ad sedẽ Apostolicam veniendi ante ingressum principalis causæ,contradictione & appellatiõe cessante,prout rectum fuerit,eneruari.

Idem Cantuar. archiepiscopo.
Cap. 23.

CVm teneamur cõsultationibus singulorum, quantùm Dominus ministrauerit,respondere:tanto gratius volumus tibi respõsum impẽdere, quanto personam tuam abũdantiori diligim⁹ charitate. Quoniam igitur nos consulere voluisti,vtrùm si eorum q̃ appellant ad audiẽtiam nostram, possessio turbata fuerit, reformare debeas, eo prætermisso, de quo appellatio est interposita,prudentiæ tuæ taliter respondemus, si exindè ad te querela peruenerit, id ordine iudiciario tibi corrigere licebit.

Idem vniuersis Ecclesiæ Cant.& eius suffraganeis.
Cap. 24.

SIgnificauit nobis frater noster R. Cant. archiepiscopus, quòd si quãdò vos appellatis ad audientiam nostram vel archidiaconi vestri super aliquo certo negocio, episcopatus vel archidiaconat⁹ vestros sub protectione Apostolica ponitis ad annum: & infra,nec de præteritis commissis, nec de nouis excessibus vestris, nec de subditorum vestrorũ delictis permittitis eum cognoscere, sed omnem iustitiam eius suspenditis,& protinùs euacuatis. Quoniam igitur nobis prouidendum est, nè mala impunita sub appellationis obtentu remaneant,aut subditi vestri de suorum excessuum impunitate lætentur:fraternitati vestræ &c. quatenùs si qui vestrũm episcopatus aut archidiaconatus Apostolicę protectioni subijciunt, & audientiam nostram appellant: propter hoc prædictum archiepiscopũ nullatenùs impedire tẽtetis,quõ minùs de causis & de excessibus subditorũ vestrorũ cognoscere valeat, & iuxta meritorũ qualitatem eos animaduersione debita punire,aut etiàm excessus vestros persequi, qui manifesti sunt & notorij: his duntaxàt exceptis, 2.q.6. Si qs ex plurib⁹. super quibus appellatio est interposita, possit dignè corrigere, & quod iniustè actum est, ad rectitudinis tramitem reuocare.

Idem Eboracẽ archiepiscopo.
Cap. 25.

DE Priore qui non deferens nostræ p̃tectioni & appellationi ad sedẽ Apostolicam factæ, quendam canonicum suum fecit vestibus omnibus ad camisiam spoliari,& eum accusationi & appellatiõi renunciare coẽgit: qui de suis & quorundam fratrum enormitatibus murmurauit:id tuæ solicitudini duximus insinuandum, vt rei veritate diligẽter inquisita, si inueneris quòd pro euitanda disciplina prædictus canonicus appellauit, eidem Priori propterea nullam pœnam infligere debes: quoniã sacrosancta Romana Eccleſia huiusmodi appellationem non consueuit admittere,nè monachis vel canonicis regularibus præbere. tur audacia delinquendi. Cæterùm si præfatus canonicus Priorem propter suas enormitates manifestas, quæ ipsum notabilem redderent, ad Apostolicam sedem appellauit,& si ipse tali appellationi deferre noluerat, eum cum literis tuis rei veritatem continentibus, de tanto excessu satisfacturum, ad sedem Apostolicam venire compellas,& eius in tali malitia complicibus talem pœnam infligas,quòd cæteri audientes,similia non audeant perpetrare. Pœna non deferẽtis appellationi legitimæ.

Idem Exoniẽ episcopo & Cicestren decano.
Cap. 26.

AD audiẽtiam nostram peruenit, quòd R. presbyter de Curket, & Vu. clericus de Ciceſtre,decimas de * Beinosa, quas idem Vu. multorum virorum testimonio probare dicitur, ad se & ad Capellam suam rationabiliter pertinere, violenter auferre conatur. Vndè cùm Vu. propter hoc ad audientiam nostram appellâſſet, prædictus R. authoritate sedis Apostolicæ contempta, ad audientiam domini regis appellauit. Verùm quoniam nemini licet super rebus spiritualibus ad secularem iudicem appellare, si verum est quòd prædictus R. enormiter & immoderatè deliquit, nec delictum huiusmodi debet inultum aut impunitum relinqui:discretiõi vestræ &c. quatenùs vtrãque partem ante præsentiam vestram conuocãtes, rem solicitè & diligenter inquiratis:& si ità esse inueneritis, præfatum R. ab omni Ecclesiastico beneficio(appellatione remota)& officio suspendatis,& ad præsentiam nostram cum literis vestris, rei veritatem continentibus, suspensum mittatis, & prædictas decimas prædicto Vu. præcipiatis sinè molestia & contradictione restitui. Pœna clerici ad iudicē secularẽ in spiritalibus appellantis

Idem Ianuen episcopo.
Cap. 27.

CVm inter alios præmine⁹ &c. Quoniam fraternitas tua nos consulere voluit, vtrùm episcopus parochianum suum, publica fama eum accusante,ad purgationẽ cogere possit: consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si de aliquo crimine publica

blica laborat infamia,accusatore & testibus deficientibus,ad purgationem per diœcesianum episcopum est compellẽdus:nisi fortè super ipsa ad superiorem iudicem duxerit appellandum. Sanè si appellauerit, eius iudicio apparebit, ad cuius examen causa per appellationem refertur. Quatenùs verò inimicitia vel cõtrarietate aliquis parochianus iudicio diœcesiani episcopi eximatur qa nos consulere voluisti,duximus respondendum, quòd non solùm pro inimicitia, sed etiàm pro manifesta causa suspitionis, potest sui Episcopi iudicium euitare, & ad superiorem iudicem recurrere, cùm nullus à suspecto iudice debeat iudicari.

Idem Zamorensi episcopo.
Cap. 28.

CVm parati essemus petitiones tuas, q̃s nobis per nuncium tuum porrexisti, benignè suscipere & efficaciter exaudire: dilectus frater noster, Hyacinthus scilicet in Cosmedin diacon⁹ cardinalis,olim Apostolicæ sedis legatus, constanti nobis assertione proposuit, quòd cùm te ad synodum suam vocâſſet, & ad eius vocationem contempſisses accedere, in personam tuam excommunicationis sentẽtiam promulgauit: post cuius excommunicationem, qui vice nostra fungebatur, te fecisti in episcopum consecrari. Cumque dilectus filius noster Martinus canonicus B. Iacobi firmiter asseueraret, quòd in legatiõe regis esses, & non potuisses ad vocationem prædicti cardinalis accedere, Cardinalis econtrà asseruit, q̃ nõ in legatione regis, sed in Salamantina ecclesia te nuncius suus inuenisset,tibique dixisset,quòd non in alia ecclesia esses * quæsiturus. Et cùm iterùm ex parte tua fuisset propositum, quòd venerabilis N. archidiaconus Prędanus appellauit,tuam etiàm appellationem interposuisses,cardinalis adiecit, quòd appellatio illa te tueri in parte illa non potuit, quin ad illius vocationem accedere tenereris. Nos verò attẽdentes,quomodò te non decet contemnere, obtentu appellationis,ad vocationem cardinalis vẽnire:fraternitatẽ tuam monemus,mandantes atque prẽcipientes,quatenùs vel in propria persona,vel per idoneos nuncios Apostolico conspectui te præsentes, innocentiam & immunitatẽ tuam, si poteris,ostensurus.

Idem R. Cant. archiepiscopo.
Cap. 29.

PRætereà de his qui iuramentum præstant,quòd stabunt iudicio Ecclesiæ,& postea præstito iuramento appellant:id tua solicitudo prouideat, vt eos seruare quod iurãt,vel infra 40. dies post appellationem interpositam iter arripere ad ipsam prosequendam compellas.

Idem eidem. Cap. 30.

RElatum est auribus nostris, q̃ si quandò Episcopi suffragan⁹i tui vel archidiaconi prouinciæ tuæ super aliquo certo negocio ad audientiam nostram appellant, episcopatus & archidiaconus suos nostræ & Romanæ Eccleſiæ subijciunt. & cùm appellant, ad annum interìm de suis vel suorũ subditorum excessibus cognoscere nõ permittunt, sed omnem iustitiam tibi euacuãt & suspendunt. Volentes igitur pastorali solicitudine prouidere, nè appellationis obtentu detur eis audacia grauiora cõmittendi,authoritate Apostolica tibi duximus respondendum,quòd si præfati episcopi & archidiaconi, quandò appellauerint ad audientiam nostram, & Episcopatus & archidiaconatus suos sub protectione Apostolica posuerint,pro eorum appellatione nullatenùs prętermittas,quin de causis & de excessibus subditorũ suorum, & de suis proprijs excessibus, si qui manifesti sint & notorij, his dũtaxàt exceptis, super quib⁹ appellatũ est, cognoscere possis, & super his statuere, quod secundùm iustiriam víderis statuendum. Appellante, in eo solo tutum,de quo ad pellauit.

Idem Vuintoñ episcopo.
Cap. 31.

SVper eo verò, quòd à nobis tua quærẽdum duxit discretio,vtrùm videlicet,pter incidentem quæstionem sub qua fuerit appellatum, tota principalis causa, quæ commissa est iudici, appellatione remota, terminãda,debeat indecisa relinqui:inquisitioni tuæ duximus respondendum, quòd si quæstio incidens talis fueris,quòd sinè ea principalis causa non possit terminari,propter interpositum appellationis obstaculũ, totius causæ cognitioni debet de iure deferri,donèc superior iudex, ad quẽ super prædicta quęstione est appellatum,aliter de tota causa disponat.

Idem Cant. archiepiscopo.
Cap. 32.

SIgnificauerunt nobis dilecti filij N. Prior & canonici sanctæ * Fridesvuihæ, q̃ super causa quæ inter eos & canonicos de Osenia, de Ecclesia sanctæ Mariæ Magdalenæ vertitur, de mandato nostro coram venerabil. fratr. nostr. Exonien & Ciſtren Episcopis tractaretur,& ad audientiam nostram appellâſſent, ijdem episcopi canonicos de Osenia in possessionem ipsius ecclesiæ, cuusa rei feruandæ iudicauerunt induci:& postmodùm ijdem episcopi literas cõmissionis nostræ, quas super causa ipsa receperant,diligentiùs intuentes,& videntes appellationem alterutri partium in eisdem literis non fuisse inhibitam: quæstione facta à Xenefordẽ archidiacono, mandauerunt vt omnia in eodẽ statu seruaret,in quo tempore factæ appellationis fuisse dinoscit.

Interim

Interìm verò canonici de* Oseneia, in præscriptam ecclesiam irruerunt, & ibì manere volẽtes, à ministris sanctæ *Frides vuerichæ eiecti fuerũt. Deindè canonici de* Oseneia, ad Lũdeñ & Vuigorñ Episcopos literas nostras impetrauerunt, continentes quòd à possessione ipsius ecclesiæ fuissent violẽter eiecti, eis possessio redderetur: & sicut vtraque pars eorum conspectui se præsentâsset, præfatus Prior sanctæ *Fridesvuichę, quoniam literæ ante terminũ appellationi præfixum, sicut aiebat, per surreptionẽ fuerunt impetratæ, ad audientiam nostram iterùm appellauit. Sed London̄ Episcopus appellationi non deferẽs, canonicos de* Osenia, in possessionem eiusdem ecclesiæ fecit induci. Indè est quòd fraternitati tuę &c. quatenùs siue in literis nostræ commissionis, p̄dictis Exonieñ & *Cicestrensi Epis factæ, siue ex assertione ipsorũ episcoporũ, aut etiàm aliâs legitimè constiterit, in prædictis literis appellationem inhibitam non fuisse, quicqd post appellationẽ ab eis Epis ad nos interpositam, in causa ipsa innouatũ est aut mutatum, in eo statu facias, appellatiõe cessante, reduci, in quo tempore appellationis factæ noscitur fuisse, non obstãtibus literis, neque Lundeñ, neque Vuigornieñ episcopis posteà directis, si ante terminum appellationi præfixum, aut etiàm in termino fuerint, tacita veritate, impetratæ. Non enim fuerunt violenter à possessione eiecti, si volentes intrare, sunt in cõtinenti reiecti, cùm liceat omnibus vim vi in continẽti tantùm repellere, & ab eorum violentia iura tueri. Deindè verò vtraque parte ante præsentiã tuam conuocata, causam ipsam diligentiùs audias, & eam sublato appellationis remedio termines.

Non deijcit, qui volens priùs ingredi, vi repellitur in continenti.

QVIS SEV QVANDO NON AVDITVR APPELLANS.

Hęc glossæ, non textûs instàr, autographo inerãt, eaq; de causa & hìc ità habent.

Laicus detinens decimas.

Intrusor.

Adhærens concubinæ, relicta vxore.

Quotiès sub prætextu appellationis, adulterium vel aliud crimen dinoscitur faciendum.

Si appellauerit quis, & infrà terminum appellationi præfixum, non fuerit appellationem prosecutus, cogetur stare iudicio eius à quo appellauit.

Si notorium fuerit, aliquem iniecisse manus violentas in clericum.

Religiosus, castigatus aut castigandus à prælato suo, appellans, nè corrigatur secũdùm regulam suã.

Appellans metu literarum, quas scit impetratas ab aduersario ante citationem.

Ante litis ingressum appellans.

Excommunicatus, præstito iuramento absolutus, si statìm appellauerit, antequàm mãdatum susceperit, & susceptum, secundùm posse suum non fuerit prosecutus, non auditur appellans.

Institutus in ecclesia, dicens se velle ibì residere & curam eius gerere, postmodùm absentans se sinè causa rationabili, priuatusque beneficio, non auditur appellans.

Si tibi habenti alios redditus prima vacans concessa fuerit, & cùm vacauerit, appelles, nè alius instituatur, non audièris.

Si dispositio alicuius ecclesiæ spectet ad capitulum, & non disposuerit infra terminum præfinitum, episcopus appellatione cessante disponere poterit: sic & econuersò.

Si interponit generalem appellationem ab omni grauamine, non auditur appellans.

A delegato, qui delegauit, reseruata sibi definitiua sententia, appellare non potest.

VT ACTOR RESPONDEAT ei quem conuenit.

Idem Vuolterano archiepiscopo.
Cap. I.

EX literis vestris accepimus, quòd dilecti filij nostri abbas & fratres Maturiensis monasterij, super quæstionibus quas plebanˢ & clerici Maturieñ aduersùs eos proponunt, vestrum parati fuerint grauamen subire, si illi in continenti de suis quęstionibus *debent respondere. Vndè quoniam indignum penitùs & absurdum videtur, vt memorati plebanus & clerici, abbati & fratribus de his q̃ aduersùs eos proponunt, respondere non debeant, cùm sibi exindè iustitiam postulant exhiberi: discretioni tuæ &c. quatenùs actione clericorum & plebani proposita, & responsione facta, eos moneatis authoritate nostra & districtiùs compellatis, memoratis abbati & fratribus super quæstionibus suis coram vobis respondere, & vos vicissim postmodùm rationes & allegationes partis vtriusque diligentiùs audiatis, & cõcordia vel iudicio terminetis.

*vellent.

Actoré reũ, qué cóuenit, sup alijs negocijs, in eodem iudicio respondere debere.

Idem decano & clericis Maturieñ.
Cap. 2.

MIramur plurimùm & mouemur, q̄ cùm causam quæ inter vos & dilectos fratres Abbatem & fratres Maturiensis monasterij vertitur, dilectis filijs nostris archidiacono Vuolterano & abbati de Spógia commisissemus sine debito terminandam, & abbas & fratres parati essent iudicium illorũ subire, si vos eis super quæstionibus, quas aduersùs vos proponunt, deberetis respondere in continenti, sicut ijdem iudices nobis literis suis intimauerunt, id efficere noluistis. Vndè quia rationis ordo hoc exigit, vt si quis sibi vult ab aliquo iustitiã exhiberi, ei non debet quod iustum est, denegare: fraternitatem vestrã & &c. quatenùs accusatione ipsa, quam aduersùs prædictos abbatem & fratres intenditis, proposita, & responsione facta eidem abbati & fratribus coram prædictis iudicibus in continenti respondeatis: vt causa vestra & ipsorum vicisim postmodùm audiri debeat & terminari. Nos enim eisdem iudicibus dedimus in mandatis, vt vos ad id faciẽdum instanter moneant, & authoritate nostra districtè compellant.

DE EO QVI CONSANGVINEAM vxoris suæ, vel sponsam patris sui, vel consanguineam sponsæ propriæ cognouit.

Idem Vuigoreñ episcopo.
Cap. I.

SI quis parochianorum tuorum, matrem fortè vel sororem, vel filiã vxoris suæ carnaliter cognouerit, & hoc publicum & manifestum fuerit: ab ea penitùs est separandus, & vterque illorum, s. tam mœchˢ quàm mœcha, debet sinè spe coniugij perpetuò permanere. Si autem hoc secretum & occultum fuerit, pœnitentiam de commisso debet accipere, & vxori suæ infra tempus pœnitentiæ vel extra, debitum, si exegerit, soluere. Sanè si aliquam vxoris suæ consanguineam, quæ illi in tertio gradu vel deincèps cõtingat, carnali cõmixtione cognouerit, non est propterea diuortium inter eos celebrandum: sed delinquenti, secundùm qualitatem personæ & criminis, est pœnitentia iniungenda.

Idem. *Cap.* 2.

FRaternitatis tuæ literas suscepimus, ex quarum tenore perpendimus, quòd q̄dam parochianus tuus A. nomine, cùm esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit. Procedente verò tempore idem A. matrem puellæ cognouit, & eam in vxorẽ duxit. Vndè quia dubitas an huiusmodi matrimoniũ stare debeat, exindè à nobis consilium postulâsti. Super quo fraternitati tuæ duximus respondendum, quòd si memoratus vir matrem præfatæ puellę, antequàm puella illa annum septimum implêsset, accepit in vxorem: matrimoniũ non dissoluas, sed eundem virum pręfatam mulierem sicut vxorem liberè tenere permittas, cùm huiusmodi dispensationes nullæ sint, quæ in cunabulis factæ sunt. Verùm si postquàm præfata puella septimum annũ compleuit, prędictus vir matrem eius accepit in vxorem, cùm extunc sponsalia placere consueuerint, inter eos sententiã diuortij nõ differas promulgare, nec ipsum filiam siue matrem in vxorem habere permittas.

Idem Tullieñ episcopo.
Cap. 3.

PRæsentium lator P. cum literis tuę fraternitatis ad pręsentiam nostram accessit, ex quarum tenore innotuit, quòd pater eius quandam iuuenculam sibi despõsauit, ipsumque tempus vt illam adduceret, destinauit. Sed ipse diabolico instinctu sponsam patris sui, licèt vxoratus, carnali commixtione corrupit. Cumque patratum scelus ambo celarẽt, pater ignarus commissi sceleris, ad sponsam suam secũdùm morem accessit. Tum is de diuina miseratione compũctus, ad præsentiam vestram accessit: & crimen quod illicitè commiserat, humiliter est confessus. Mulier verò interrogata, priùs negauit: sed posteà discussione cautiùs facta, eandem culpam confessione propria patefecit. Quod cùm patri eius innotuisset, vehementi dolore commotus, ad te pro consilio venit. Constitutis igitur in facie Ecclesiæ tribus prædictis, licèt clerici tui abũdarẽt sensu, diuersi diuersa dantes consilia: vnum tamen omnium consilium fuit, vt super instãti periculo in causa tam difficili Apostolicũ oraculum adirent. Indicta itaque patri continentia & vxori suæ, filium pœnitentẽ cum literis tuis, rei veritatem confessum, ad præsentiam nostram curâsti destinare, quærens tibi formam præscribi, quam in similibus, si fortè aliquid tale per diabolicam cooperationẽ emerserit, deceat obseruari: & quã eis debeas satisfactiõem imponere, scripto nostro postulas edoceri. Tuæ igitur inquisitioni respondentes, pręsentium tibi significatiõe mãdamus, quòd si pater eius postquàm rei conscius fuit, vxorem suam carnaliter nõ cognouit, de priore commixtione leue aut nullum peccatum incurrit: ei stamẽ viuenti, vel alij, ea viuente, non poterit copulari. Cæterùm si sciens facinus, carnaliter eidem mulieri adhæserit, ei septennis pœnitentia indicatur: nec illi, nec alij carnaliter de rigore commisceri valebit. Mulieri quoquè perpetuam continentiam & quatuordecim annorum pœnitentiam duximus imponendam. Lator autem præsentium totidem annis pœniteat. Ab vxore tamen legitima, quam priùs habuerat, nisì de communi consensu, nullatenùs separetur.

De rigore. Ex dispẽsatione tñ ab vxore debitum exiget, cũ occultũ fuerit delictum.

Idem Pictaueñ episcopo.
Cap. 4.

VEniẽs ad nos lator præsentium P. nobis fraternitatis tuæ literas reportauit: ex quarum tenore perpendimus, quòd cùm quãdam vxorem duxisset, quidam dissuaserunt ei per mensem, quo eam duxerat, carnaliter cognoscere. Contigit autem, sicut dixit, quòd pater iussit vxorẽ suam quæ mater erat spõsæ, in lecto huius iacere: quã, diabolo suadente, cognouit: trãsacto verò mense, tam pater quàm alij propinqui coẽgerunt, vt matrimoniũ cum sponsa sua consummaret: quod facere noluit, donèc tecũ super hoc loqueretur. Tu verò audita eius confessiõe, ipsum cum literis tuis ad sedem Apostolicam trãsmisisti. Tuæ igitur inquisitioni taliter respondemus, quòd si occultum esset huius delictum, non posset rescindere matrimonium, quod publicè contraxisset. Verùm si publicum est, quòd matri sponsæ carnaliter adhæsit, imponẽda est pœnitẽtia paulò maior quàm de adulterio: & exindè peracta pœnitentia vel parte pœnitentiæ, poterit ex dispensatione cum alia matrimonium contrahere, & illa alij nube-

re. Cæterùm si sponsam cognouerit anteq̃ matrem vel pòst, nunquàm poterit eam vel aliam in vxorem accipere.

Idem B. Exonien. episcopo.
Cap. 5.

VEniens ad præsentiam nostram R. lator præsentium, sua nobis assertione monstrauit, quòd cùm quandam mulierem cognouisset, posteà sciens consobrinam eius ausu temerario in vxorẽ accepit. & infrà: Si publicum & notorium fuerit, & eam quam priùs cognouit, vxoris suæ consobrinam esse constiterit, aut alij compárent qui hoc velint vel possint legitimè cõprobare, ipsum religiõem intrare commoneas & inducas. Si autem eum ad hoc inducere non poteris, ei de tãto delicto dignam pœnitentiam imponas, & ipsum ab vtraque muliere remoueas, & sinè coniugio perpetuò manere pręcipias. quòd si delictum eius occultum esse recognoscis, ipsum cum vxore quam in facie Ecclesiæ duxit, morari permittas, & eidem de commisso condignã pœnitentiam imponas.

Sed hoc de rigore, illud ex dispẽsatione.

Idem Burdegalen. episcopo. Pars capituli, Consuluit. suprà de spons.
Cap. 6.

SVper eo quòd quendam iuuenem asseris puellam nondùm nubilem, fide interposita, iurâsse: quæ dum facta nubilis, virum repetit: & ille excipit, dicens eam non se debere ducere, pro eo quòd postquàm eam affidauit, carnaliter propinquã eius cognouit: inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si manifestum est, eundem iuuenem cognouisse propinquam iam dictæ puellæ: aut si manifestum non est, & id fama loci habet, cùm sponsio tantùm esset de futuro, idem iuuenis potest & debet à puella absolui.

Idem Exonien. episcopo.
Cap. 7.

SVper eo quod à nobis tua solicitudo requisiuit, vtrùm ille qui priùs cognouerat matrem siue sororem eius, quam posteà duxit in vxorem, teneatur ei carnaliter debitum soluere, & ab ea non possit exigere: quod etiàm consilium dandum sit ei, qui hoc secretiùs confitetur, cùm probari non possit, nec ipse velit vllatenùs continere: tuę petitioni duximus respondẽdum, quòd attentiùs est monendus, vt vxorem suam laboret inducere ad continentiam seruandam: vt si illa continere voluerit, continentiam simul obseruent. Si autem ad hoc induci non possit, & vir debitum soluat, & de commisso pœnitentiam agat. In hoc verò casu cùm aliquis post cõtractum matrimonium, vxoris suæ siue matrem siue sororem cognoscit, idipsum quod in priori, seruetur.

Item Eugenius tertius Sed. presbytero.
Cap. 8.

IVuenis ille qui puellam nondùm septennem duxit, quanuìs ætas repugnaret, ex humana tamen fragilitate tentauit quod complere non potuit. quia igitur in his quę dubia sunt, quod certius æstimamus, tenere debemus, tum propter honestatem Ecclesiæ, quia ipsa ipsius coniunx esse dicitur, tum ptopter prædictam dubitationem: mandamus tibi, vt consobrinam ipsius puellæ, quam postmodùm duxit, ab eo diuidas.

In dubijs quid tenendum.

¶DE RELIGIOSIS VIRIS, DECIMAS EX PRIUILEGIO NON PRÆSTANTIBUS: & DE PRIUILEGIO ABUTENTIBUS.

Item Alexander tertius canonicis regularibus & monachis Eboracensis Ecclesiæ.
Cap. 1.

AVaritiæ, quæ est idolorum seruitus, radicem extirpare debent, qui seculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu militare. Intelleximus autem, quòd in ecclesijs vestris, de quibus certas pensiones consueuistis percipere, portiones vel aliquos redditus minorâstis, quos in illis ante tempora venerabilis fratris nostri Eboraceñ archiepiscopi Apostolicæ sedis legati, etiàm postquàm est archiepiscopatum adeptus, clerici habuerunt. Vndè quoniam hoc ex radice auaritiæ processit & cupiditatis, quam debetis modis omnibus deuitare: fraternitati vestræ &c. quatenùs si quas portiones vel antiquos redditus clericorum indebitè & sinè consensu & auxilio prædicti archiepiscopi, postquàm ipse archiepiscopatum habuit, in ministris vel per parochias diuisistis, eas ad integritatem pristinam reuocetis, & indè rationabiles & antiquas pensiones clericorum qui debent altaribus deseruire, integras eis & illibatas seruetis, & ecclesijs de quibus certas pensiones soliti estis percipere, partitiones vel antiquos redditus, quos in illis clerici ante tempora ipsius archiepiscopi, & postquàm adeptus est archiepiscopatum, habuerint, nullatenùs præsumptione temeraria minuatis, nec parochias ecclesiarum authoritate vestra diuidere vllatenùs præsumatis.

Ephes. 5. a Col. 3. a

Idem monachis. Cap. 2.

DIlecti filij nostri abbas & fratres sanctę Crucis, transmissa nobis conquestione demonstrauerunt, quòd prædia de quibus decimas & in magna parte sustentationem habere consueuerunt, conduxistis & recepistis ad firmã. Vndè quoniam ijdem fratres ex hoc immoderatè & enormiter grauantur, nec fuit intentionis antecessorum nostrorum, vt de possessionibus quas conducitis, decimas non deberetis persoluere: discretioni vestræ per &c. quatenùs eisdem fratribus de prædijs quæcunque conduxistis in parochijs suis, de quibus * consueuistis decimas percipere, plenariè persoluatis, vel cũ ipsis tam pacificè & amicabilieer conueniatis, quòd nulla debeant inter vos scandali mala suscitari, & nè vos videamini vltrà quàm vobis indultũ est, manus extendere.

for. *cōsueuerunt.

Idem Eboraceñ archiepiscopo.
Cap. 3.

FRaternitatẽ tuam scire volumus & firmiter tenere, ꝙ vt te ex charitatis feruore ob multiplicia tuæ deuotionis gratissimæ obsequia nobis frequenter impensa, diligimus, ità & aliquandò tibi negare nolumus, quod cuilibet fratrum nostrorũ cõcedere debemus. Super eo quod de compellẽdis monachis albis & nigris, & canonicis regularibus ad soluẽdas decimas de terris cõductis, quas habent ad terminum vel ad firmam, à nobis tua discretio postulauit, te vel quemlibet alium audire & exaudire, nulla ratione possumus, nisì manifestè vellem⁹ obuiare iustitiæ, & prædecessorum institutis contraire, nè videamur religionem persequi: quam si fortè non habemus in nobis, in alijs diligere & fouere tenemur. Cautum siquidẽ in scriptis prædecessorum nostrorum Romañ. pontificum habetur, quòd religiosi viri ab exactione decimarum de laboribus quos proprijs manibus vel sumptibus colunt, & de nutrimentis animalium suorum prorsùs erunt immunes. Sed piæ record. Adrianus papa prædecessor noster labores in noualia pro sua voluntate conuertit. Illud etiàm debet nos à tuæ petitiõis effectu retrahere, quòd in veteri testamento non vsquàm legisse recolimus, vt Leuitæ Leuitis decimas persoluerint: immò sicut tua discretio non ignorat, non ambigimus esse statutũ, vt ecclesijs illis decimas persoluant, vbì Ecclesiastica sacramẽta percipiunt. Vndè Apostolus: Non est magnum si metimus temporalia, vbì spiritualia seminauimus. Non graue tibi sit, sicut esse non debet, si ratione diuinæ scripturæ & honestate nostra pensata, petitionem illam, quãtumcunquè te diligamus, & sicut charissimum fratrem nostrum defendentes, non duximus admittendam. In nullo patereris repulsam, quod secundùm iustitiã fieri à nobis postulares.

1. Cor. 9. b

Idem Cap. 4.

SVggestum est nobis ex parte tua, quòd abbas & fratres de * Vrsituñ, decimas auferre conantur, & alia damna & grauamina vobis irrogare non cessant. Quia non decet honestatem vestram siue religiõem monasticam litibus & contentionibus intendere, discretioni vestræ per A. S. monendo cõsulimus & hortamur, quatenùs cum prędicto abbate & fratribus super decimis ipsis & alijs, vndè inter vos est controuersia, pacificè conueniatis, nè pro huiusmodi contentionibus fama vestræ religionis valeat denigrari. Nam quandò ordini vestro Romana Ecclesia priuilegia de decimis dederat, domus vestræ ità erant raræ, quòd exindè nulli poterat de iure scandalum suboriri. Sed per gratiam Dei nunc sunt intantùm augmentatę, & possessionibus ditatę, quòd multi viri ecclesiastici de confinibus vestris apud nos querelam sæpè deponunt.

Idem Trecensi episcopo.
Cap. 5.

EX parte fraternitatis tuæ ad audiẽtiam nostram noueris peruenisse, quòd albi monachi & nigri, & quidam alij viri religiosi, ecclesias tuæ iurisdictionis redditibus decimarum spoliare præsumunt, occasione priuilegiorũ quæ sibi Romana indulsit Ecclesia. Sanè tuam nolumus latére prudentiam, quòd sanctæ memoriæ prædecessores nostri ferè omnibus religiosis decimas laborum suorum concesserũt. Sed bonæ memoriæ prædecessor noster Adrianus, solis fratribus * Cistreñ ordinis, & Templarijs & Hospitalarijs, decimas laborum suorum indulsit. Cæteris verò, vt de noualibus suis, quæ proprijs manibus & sumptibus excolunt, & de nutrimẽtis animalium & de hortis suis decimas non persoluant, concessit. Quem super his imitati sumus, quatenùs hi quibus indultæ sunt decimæ de noualibus suis & de nutrimentis animalium suorum & de hortis suis, hac occasione decimas de alijs ecclesiæ suę rebus non debent nec possunt subtrahere, vel sibi vlteriùs aliquid vẽdicare.

for. * Cistertieñ

*Idem & fratribus * Ramensis ecclesiæ.*
Cap. 6.

LIcèt de benignitate sedis Apostolicæ vobis sit indultum, vt de laboribus vestris quos proprijs manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini: propter hoc tamen non est vobis licitum, cuilibet decimas de terris illis subtrahere, quas alijs traditis ad colendum. Relatum est siquidem aurib⁹ nostris, quòd cùm terras quasdam, quas in decimatione dilecti filij nostri thesaurarij Senoñ habetis, detis rusticis excolẽdas, & ei exindè decimas, sicut debetis, non soluitis, nec facitis à rusticis ipsis exolui. Quoniam igitur quanto arctiùs viuitis, tanto tardiùs debetis efficere vos quæ sunt honestati contraria vel obuia ratiõi, aut ex quibus priuilegiorum vestrorum tenorem trãsgredi videamini, cùm priuilegium mereantur amittere, qui concessa sibi abutuntur potestate: fraternitati vestræ &c. quatenùs de terris illis, quas in decimatione prædicti thesaurarij proprijs manibus non colitis, sed rusticis traditis excolẽdas, decimas vobis vsurpare nullatenùs p̃sumatis:

sumatis: sed eas inprimis eidem thesauratio faciatis cum omni integritate persolui, sciturí pro certo, quòd si præceptum nostrum contempseritis, nos venerabili F. nostro Senoñ archiepiscopo dedimus in mandatis, vt rusticos quibus in decimatione præfati thesaurarij terras dederitis excolendas, ad soluendas indè decimas eidem thesaurario, appellatione cessante, districtè compellat.

Item ex priuilegio Alexandri papæ.
Cap. 7.

SAnè laborum vestrorum, quos proprijs manibus vel sumptibus excolitis, siue de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omninò clericus vel laicus à vobis decimas exigere præsumat. Hoc etiàm idem ex priuilegijs alijs aliorum Romañ. pontificum.

Idem Couentreñ episcopo & officialibus eius.
Cap. 8.

ADaudictiam nostram noueritis peruenisse, quòd quidam vestratiũ à dilectis filijs nostris abbate & fratribus de *Pipevuella *Cistertieñ, pennella, qui sunt *Cistrensis ordinis, de laboribus quos proprijs manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere conantur, illud priuilegij capitulum sedis Apostolicæ praua interpretatione ac malitiosè peruertentes, quo eisdem fratribus indulgetur, nè de laborib⁹ quos proprijs manibus & sumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Asserũt enim quòd pro laboribus noualia intelligi debent. Verùm quoniam fratres præscripti ordinis benignitate Apostolica fouere debemus, & nè vllus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra iustitiam quantumlibet molestandi, attentiùs prouidere: tuæ venerabilitati &c. quatenùs à præscriptis fratribus de laboribus suis quos proprijs manibus aut sumptibus excolunt, nullatenùs decimas exigatis, nec à parochianis vestris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam si tantùm de noualib⁹ intelleximus, vbi põimus, de laboribus, poneremus de noualibus, sicut in priuilegijs quorundam aliorum præsumimus.

Item Gregorius. Cap. 9.

STatuimus vt monasteria ex suis prædijs nullo modo decimas soluere cogantur. Quia si legitimè dandæ sunt, orphanis & peregrinis dandæ sunt. Indignum est enim vt à clericis exigantur, qui propter eum cuius sunt decimę, pauperes efficiuntur. Nam si pauperes Domini sunt, pauperum hæreditas pauperibus eius eroganda est, illis videlicet, qui propter amorem illius quæ poterant possidere, dimittunt: eumque nudi sequentes, protestati alterius se submittunt.

Item Adrianus papa.
Cap. 10.

NObis in eminenti specula, disponente Domino, constitutis, si cunctarum iura ecclesiarum integrè non debeat & illibata seruari, locum beati Petri apostolorum principis inutiliter obtinere, & iuxta nobis commissæ dispensationis officium negligenter agere videmur. Sic enim Ecclesiæ Dei, nobis cum diuina gratia prouidente gubernantibus, recto suo cursu diriguntur, dum nos & errata quàm vigili, p- *proprium uisione corrigere, & vnicuique studemus ius * suum seruare. Dilecti filij nostri * Par- *Parcone tonoleñ ecclesiæ, aduersùm vos quæstione lect. deposita, sua nobis relatione monstrauerunt, vos quasdam decimationes ad ius suum pertinentes, violenter auferre, & ipsos fratres eisdem decimationibus ausu temerario infestare: qui si beati Benedicti regulam, iuxta quam viuitis, & monachicum habitum gestatis, attenta solicitudine pensaretis, ad proximorum bona diripiẽda non præsumeretis manum extendere, vel quæ alterius iuris sunt, vobis illicitè vsurpare. Nè ergò vos decepterò aut auaritiæ malum, aut vitium (quod absit) rapacitatis accũset, per Apostolica scripta vobis mandamus, quatenùs nullam eorum antiquam possessionem vel decimationem, vel eam quæ in illo loco præsertim, qui * Macien appellatur, existit, auferre seu protrahere præsumatis, & si quas eis præter solitum in hoc anno de ipsis decimis negâstis, quascunque etiàm possessiones per violentiam detinetis, secũdùm quod antiquitùs præfata Ecclesia noscitur possedisse, eis in integrum, omni occasione cessante, nullatenùs restituere differatis. Nos siquidem viris religiosis non alias decimas, nisi eas quæ de noualibus prouenire noscuntur, duximus indulgendas. Si verò huius mandati ausi fueritis existere contemptores, & ad sedem Apostolicam querimonia peruenerit iterata, timendum vobis erit, nè sentire debeatis seueritatis Ecclesiasticæ vltionem.

Idem Vuigorñ & Herefordeñ episcopis.
Cap. 11.

EX multiplici conquestione Vu. presbyteri de Tritona accepimus, quòd cùm *ecclesiã de *in Ecclesia de Tritona, triginta annis & eo amplius * ministrâsset, monachi de * Beria *possedissent decimas vniuersas quas de terris cultis à pri- *Bueria ma fundatione eadem Ecclesia semper percipere consueuit, infra hoc quadriennium sibi & Ecclesiæ subtraxerunt: cùm inter abbatem de * Bueria Vu. nomine, de consensu totius conuentũs, & prædictum presbyterũ, quindecim annis & eo amplius elapsis, talis interuenisse dicatur conuentio, scripto authentico monachorum roborata, quòd

quòd monachi prædicto presbytero & Ecclesiæ suæ de blado & vniuersis leguminib⁹ in integrum, quandiù viueret, deberẽt persoluere, exceptis minutis decimis, quas idẽ presbyter, ob exaltationem Ecclesię monachorum, quietas clamauit. Cumque conuẽtio temporibus trium abbatum præscripti loci seruata fuisset, abbas illius loci ad præsentiam nostram accedẽs, à nobis scriptum priuilegiũ obtinuit, in quo monasterio suo indultum est, vt de laboribus quos proprijs manibus & sumptib⁹ excolit, nulli decimas soluere teneatur. Qui siquidem reuersus ad propria, tãtam gratiã * aduersùs H. illustrem regem Angliæ & fauorẽ inuenit, quòd rex totam terrã illius villæ, in qua Ecclesia præfati presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuam eleemosynam contulit. Quo facto, prædictus abbas vniuersis illius villæ colonis expulsis, totam terram prædictæ parochię excolens proprijs sumptibus, Ecclesiæ debitos, redditus subtraxit. Vndè quia non fuit intentionis nostræ, per prædictum priuilegium nostrum prædictæ conuentioni derogare: fraternitati vestræ, &c. quatenùs vtraque parte ante vos conuocata, rei veritatem diligentiùs inquiratis, & si inter prædecessorem prædicti abbatis & prænominatum presbyterum cõsensu monachorum talis cõuentio fuerit, & per annum seruata, eundem abbatem & monachos authoritate nostra moneatis, & districtè compellatis, vt eandem conuentionem & compactionẽ, non obstante priuilegio, nisi (quod non credimus) de trãsactione illa in eodem priuilegio contineatur, occasione & appellatione cessante, inuiolabiliter teneãt & obseruent, vel exindè pacificè secum conueniant, & secundùm formã compositionis redditus ipsius integrè persoluant.

Idem Thomæ Cantuar. arch.
Cap. 12.

COmmissum nobis à Domino dispensationis officium nos admonet multipliciter & hortatur, vt vniuersis Christifidelibus debeamus vtiliter prouidere, atque iura sua integra nos oportet atque illibata seruare. Peruenit quidem ad nos, quòd monachi de Boxle, Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persoluant, & eas reddere contradicunt. Eapropter fraternitati tuæ &c. quatenùs ꝑdictos monachos *, vt ipsas decimas & de ipsis cultis, in qbus domus olim constructæ fuerãt, præfatæ ecclesiæ cum integritate persoluant: quoniam priusquàm in eadem Ecclesia morarentur, solebant psolui. Si non, appellatione cessante, authoritate nostra cum omni districtione, sicut olim de pascuis soluebanť decimæ, ità nunc de eisdem ad frugũ fertilitatẽ translatis, decimas volumus absq; diminutione psolui.

Idem monachis de sancto Laurentio.
Cap. 13.

SIcut vobis iura vestra integra & illibata vultis seruari, sic alijs iustitiã suam subtrahere nequaquàm debetis. Audiuim⁹ etiàm, quòd decimas ecclesiæ de * Colinghã, cum ea in qua debeãt solui integritate, quãdò fundus ad vestrũ dominium peruenit, non soluitis. Verùm quoniam indecens & inhonestum vobis valdè existit, vt alijs damna * inferre præsumatis, quæ vobis nulla- *irrogare tenùs inferri velletis: vniuersitati vestræ &c. quatenùs prædictas decimas memoratę Ecclesiæ sinè diminutióe aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitùs solui solebant, soluere nõ differatis: quia nobis plurimùm graue existit, si sup his vlteriùs ad nos querimonia deferetur. Veruntamen si aliquid iuris ibì vos habere confiditis, in præsentia fratris nostri Vuigornienſis episcopi, & dilecti filij nostri decani Ciceſtrenſis, occasione & appellatione cessante, ordine iudiciario experiamini, quod ipsi inter vos & partem alteram duxerint statuendum, firmiter suscepturi & inuiolabiliter seruaturi.

Item Gregorius. Cap. 14.

VT nullus abbas decimas & primitias, & reliqua quæ secundùm statuta canonum ad episcopos pertinent, detineat sinè authoritate Romani põtificis, seu episcopi in cuius diœcesi habitat, Apostolica authoritate firmamus.

Item Ioannes papa. Cap. 15.

CErtam habemus prædecessorum nostrorum constitutionem & rationem, nil in hoc mundo habentibus decimas & oblationes viuorum & mortuorum conuenire, qui spontaneam eligentes paupertatem, in monasterio suo degere volunt sub imperio, in quibus CHRISTVS alitur & vestitur.

Item Paschalis 2. *Cap.* 16.

NOuum exactionis genus est, vt clerici à clericis frugum vel animaliũ decimas exigant. Nunquàm enim hoc in lege Domini præcipi legimus aut permitti: nec enim à Leuitis Leuitæ decimas * extor- *cepisse sisse leguntur. Illi profectò soluere laborum suorum decimas debent, qui à clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt.

¶ *DE ILLIS QVI INCIdunt in canonem datæ sententiæ, vel incidere videntur, cùm non incidant, & qui propter absolutionem sint ad sedem Apostolicam mittendi.* Cap. 14.

Alexander III. Bathoñ & Exonieñ episcopis. *Cap.* 1.

De clerico nutriente comam.

SI verò aliquis in clericum comam nutrientem, ignorans quòd clericus fuerit, manus violentas iniecerit: propter hoc non debet Apostolico conspectui præsentari, nec etiàm excommunicatione notari: dummodò ipsum esse clericum ignorârit: & si hoc dubiũ fuerit, propria manu voluërit præstare * sacramentum.

* iuramentũ

Idem abbati de nexibus. *Cap.* 2.

COnsuluit nos tuæ discretionis prouidentia, quid tibi faciendum sit de his, qui de seculo fugientes in monasterium, tuæ religionis habitum susceperunt: & infra certum tempus postmodùm confitentur se tale delictum commisisse, quòd ipso actu sententiam excommunicationis incurrerunt. Hos autem non potes, sinè licentia summi pontificis, nec debes absoluere, sed præsumptionem delinquentium debita animaduersione punire.

Idem. *Cap.* 3.

POrrò si aliqui violentas manus in fratres tuos mittunt, & pœnitentia ducti, non conuicti, sed priuatìm, sicut asseris, à te veniam postulant, eos monere debes propensiùs & inducere, vt his quos læserunt, congruè satisfaciant, & Apostolico conspectui se præsentẽt, cùm à te vel ab aliquo sinè speciali mandato Romani pontificis absolui non possint.

Idem Exoniensi episcopo. *Cap.* 4.

NVlli autẽ monachi Templarij se possunt priuilegio Apostolicæ sedis tueri, quô minùs excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum iniectione in clericos, sicut excommunicatos vitare.

Idem Cantuarieñ archiepisc. & eius suffraganeis. *Cap.* 5.

NOn sinè cordis dolore & amaritudine audiuimus, q cùm viri ecclesiastici per vos aut per alias personas ecclesiasticas in ecclesijs secundùm statuta canonum ordinantur: laici verò, qui fortè aliquandò cõtra ecclesiasticam ordinationem ex vsurpatione consueuerunt in periculum suę salutis habere, in tantam vesaniam & furorem prorumpunt, quò decclesiasticos viros canonicè in ecclesijs ipsis ordinatos, multis iniurijs afficiunt, aliquandò affligũt eos verberibus, & interdùm etiàm, quod est auditu terribile, occídere non verent̃. Quoniam igitur quanta sit præsumptio & impietas eorum, qui talia & tam atrocia & nefaria facinora committunt, nemo potest, qui rectè sapit, ignorare: ad eos puniendos & castigandos, qui hoc instinctu diabolicæ fraudis committũt, spiritualem gladium debetis exercere, & vos ità volumus in eos ecclesiasticæ disciplinæ rigorem exercere, vt nil videamini omittere, quod aduersùs hos ex iuris districtione fieri possit. Indè est quòd fraternitati vestræ &c. quatenùs si qui se in tantam vesaniam & præsumptionem erexerint, quòd hac vel alia occasiõe clericos occídant, vel occídere faciant, vel aliter violẽtas manus in eos iniecerint: tam malefactores ipsos, quàm illos de quorum mandato id fuerit perpetratum, publicè accensis candelis & pulsatis * signis, apertè excommunicatos denuncietis, & faciatis sicut excommunicatos deuitari, donèc DEO & sanctæ matri Ecclesię satisfaciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad sedem Apostolicam accedant.

* campanis.

Idem. *Cap.* 6.

GRauiter oculos diuinæ maiestatis offendunt, qui religiosos viros indebitis fatigant molestijs, & locum suæ perturbãt quietis. Sanè à prædecessore nostro sanctæ memoriæ papa A. III. in concilio Lateranensi statutum est, vt qui violẽtas manus in clericos vel monachos, hospitalarios, tẽplarios, mittunt, seu in viros alterius religionis, excommunicationi subiaceant. Nos autem statutum prædecessoris nostri ratum & firmum tenere volentes, fraternitati vestrę &c. quatenùs si qui parochianorum vestrorum in fratres hospitalis Hierosolymitani manus violentas iniecerint, eos publicè excommunicatos, appellatione remota, denuncietis, & ab omnibus faciatis cautiùs euitari, donèc prædictis fratribus de illata iniuria congruè satisfaciant, & cum literis episcoporum suorum rei veritatem continentibus, Apostolico conspectui se præsentent.

Idem Exonieñ episcopo. Pars capituli, Sicut dignum.

Cap. 7.

SVper eo quod à nobis consilium postulâsti, vtrùm si scholares sese inuicèm percusserint, in plena vel minori ætate, clerici aut religiosi viri in claustro, secundùm canonẽ illum quo statutũ est, vt illi qui in clericos manus violentas iniecerint, ad sedem Apostolicam pro sua absolutiõe venire debeant: inquisitioni tuæ taliter respondem⁹, quòd si clerici infra puberes annos sese adinuicèm, vel vnus alterum percusserit, non sunt ad sedem Apostolicam mittendi: quia eos ætas excusat: nec etiàm clerici, si sint plenæ ætatis, si non de odio aut inuidia vel indignatione, sed leuitate iocosa se inuicèm percusserint: nec magistri, si clericũ scholarem intuitu disciplinæ vel correctionis percusserint, quia non potest in ipsis violenta manùs iniectio notari. Cæterùm si ex odio sese ijdẽ scholares percusserint pro sua absolutione debent ad sedem Apostolicam venire.

Excusat ætas.

Iocosa Leuitas.

Intuitus disciplinæ.

Idem eidem in eadem epistola.

Cap. 8.

MOnachi verò & canonici seculares, quocunq; modo sese in claustro pcusserint, nõ sunt super hoc ad sedem Apostolicam mittendi: sed secundùm discretionem & prouidentiam abbatis sui disciplinę subdantur: & si abbatis discretio non sufficiat, ad eorum correctionẽ diœcesiani episcopi prouidentia erit adhibenda.

Idem eidem in eadem epistola.

Cap. 9.

SI verò alicuius potentis ostiarius, sub ptextu officij sui malignatus, clericũ læserit, ab officio suo potest absolui, nisì fortè eundem clericum grauiter vulnerauerit.

Cap. 10.

OFficialis pro iniectione manuũ in clericum, non potest sinè mandato Romani põtificis, absolutionis beneficiũ promereri. Quia nulli laico tanta super clericũ datur potestas, nisì fortè turbam arcẽdo irruentem, non ex deliberatione, sed casu fortuito clericum læserit. Si fortè clericum vim sibi inferentem, vi repellat vel lędat, non debet propter hoc ad sedem Apostolicã transmitti: sed si in cõtinenti vim vi repellat, cùm vim vi repellere, omnes leges & omnia iura permittunt. Nec ille compellendus est ad sedem Apostolicã venire, qui in clericũ, cum vxore, matre, vel sorore, vel filia sua propria inuentum turpiter, manus iniecerit violentas. Cæterùm si eum in stupro vel adulterio, quandò ea cum qua stuprũ committitur vel adulterium, ità proxima ipsum cõsanguinitatis linea non cõtigerit, ceperit, aut aliâs in eum manus violentas iniecerit, à sententia excommunicationis non erit ille immunis.

Vim vi repul[sare]

Idem episcopis, archidiaconis & alijs ecclesiarum prælatis per Angliam constitutis.

Cap. 11.

PArochianos autẽ vestros, si qui in monachos vel conuersos præfati ordinis manus violentas iniecerint, sublato appellationis remedio, secundùm tenorem generalis decreti excommunicatos denuncietis, ipsos sicut excommunicatos, faciatis cautiùs euitari, donèc eis quos læserint, cõgruè satisfaciãt, & cum literis vestris Apostolico conspectui se præsentent.

Idem Bathoñ episcopo. *Cap.* 12.

MVlieres etiàm vel aliæ personæ, quæ sui iuris non sunt, possunt à diœcesiano episcopo absolui, si manus violentas in clericum iniecerint. De his verò qui magnæ sunt potentię, & ità delicati, quòd magnum laborem sustinere nequiuerint, si manus in clericos iniecerint violentas, tale damus petitioni tuæ responsum, quòd status personę priùs & veritas negocij, Romano pontifici est intimanda, & secundùm consilium eius de commisso scelere erunt puniendi. Illi verò qui non inijciunt, sed eorum authoritate & mandato manus violentæ injiciuntur in clericos, ad sedem Apostolicam, omi excusatione cessante, sunt mittendi, cùm is verè committat, cuius authoritate delictum committi probatur.

Idem Cenomaneñ episcopo. *Cap.* 13.

DEcęterò noueris, quòd si laicus pro violenta manuum iniectione in clericum, est excõmunicationis vinculo adstrictus, si habens capitales inimicitias vel alias iustas causas, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, vt sinè periculo Apostolico nequeat sé cõspectui præsentare: licet diœcesiano episcopo, accepto iuramento, secundùm morem Ecclesiæ absolutionis gratiam impartiri. Sed illi sub iuramenti debito est iniungendũ, vt quàm citiùs habuerit opportunitatem, Romanum põtificem adeat, mãdatum Apostolicum suscepturus.

DE iure patronatûs & clericorum institutionibus.

Pars 15.

Idem R. Eboraceñ archiepisc. *Cap.* 1.

RElatum est nobis ex parte tua, q cùm in Laterano concilio sit statutum, vt personę tali ecclesia vel ecclesiasticum beneficium conferatur, quæ resideat in loco, & curam eius per se valeat exercere. Nonnulli autem ad ecclesias præséntati, se posse residere affirmãt, & curam habere ecclesiæ & ecclesiastici beneficij profitentur, id tamen efficere cõtradicunt. Ideò consulere nos voluïsti, an propter hoc tales possis repellere, vel institutos sinè appellatione remouere. Tuæ itaq; prudentiæ innotescat, quòd cùm verba accipienda sint cum effectu, tales si præsentati fuerint, licitè poterunt amoueri, nisì fortè de licẽtia prælatorum vel studio literarum, vel pro alijs honestis causis cõtigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra decreti intentionẽ fuerit interiectum. Quia autem consulis, si clericus idoneus ad vacantem Ecclesiam præsentatus ab episcopo diœcesiano, non fuerit admissus, & postmodùm alius idoneus psentatus, & ab episcopo institutus, possessionem tenuerit corporalem, an clerico priore ecclesiam petente, debeat posterior priori præferri: dubium non est, quin in hoc casu melior sit conditio possidentis: quoniam antequàm præsentatio per diœcesianũ episcopum approbetur, ratum non est, quod à patrono fuerit inchoatum.

Verba cum effectu recipienda.

Appellatio vbi non p̃sit.

Idem. *Cap.* 2.

DEcæterò prudentiæ tuæ præsentibus literis intimamus, quòd si laïci clericis vel collegijs de concessionibus vel donationibus instrumenta concesserint in hęc verba

verba vel similia: Concessi vel dedi ecclesiam,& præsenti charta confirmaui:si consensus episcopi nõ accesserit, nil actum vel datum videtur. A laico enim ecclesia dari non potest. Patronatum autem de authoritate & assensu episcopi, certũ est à laico in eosdem iurè conferri.

Idem eidem. *Cap.* 3.

CVm laici episcopis nesciẽtibus aut nõ consentientibus, clericis ecclesias cõcedunt,in quibus habent ius patronatûs:& postea pœnitentia ducti, alios ad ecclesias ipsas episcopis præsentant, & illi ad eorum p̃sentationem in eisdem eccles̃ij ab episcopis instituuntur,eorum debet institutio stare & firmiter obseruari, qui authoritate episcopi fuerint instituti, cõcessione priori: quæ nulla est, omninò euacuata. Non enim licet laicis,in eccles̃ijs clericos propria præsumptione ordinare.

Idem Herefordẽ episcopo & abbati de Forde. *Cap.* 4.

QVia clerici quidã vestræ dicœsis aduocationem eccleſiarum, ſicut accepimus, comparant vel quocunq; modo poſſunt, adquirunt, vt poſtmodùm filij vel nepotes ad eaſdẽ p̃ſententur eccleſias, nos tam prauam conſuetudinẽ penitùs eradicare volentes, nihilominùs præſentiũ authoritate mandamus atq; p̃cipimus, nè id attentare præſumãt, vniuerſis clericis iuriſdictionis veſtræ arctiùs inhibere curetis: & ſi p̃sbyteri eccleſiarum veſtrarũ aduocationes adquiſierint, eos aduocationibus taliter acquiſitis, appellatione ceſſante, Apoſtolica authoritate ſpolietis.

Idem I. baſilicæ XII. Apoſtolorum presbytero cardinali. *Cap.* 5.

EX literis Sarenſis epiſcopi accepimus, quòd cùm defuncta p̃ſona de Lauerchon, G. miles, qui villã in qua eccleſia ſita eſt,à monaſterio de Vuilthon ad firmam tenebat,ad eandem vacãtem Vu.de Leiceſter clericum prædicto epiſcopo præſentabat, poſt aliquantum tẽporis abbatiſſa p̃dicti monaſterij ad epiſcopum veniens,ei Vu. de Norhale ad prædictã eccleſiam p̃ſentauit. Epiſcopo verò nolente p̃ſentatam perſonam ab ea recipere,tum ad venerabilem fratrem noſtrum Cantu. archiepiſcopũ abbatiſſa acceſſit,& apud eum querimoniam depoſuit de ipſo. Archiepiſcop⁹ verò, quia viſum ſibi erat, quòd factũ militis ſuper præſentatione præfata nullius eſſet momenti: prædicto epiſcopo in vi obedientiæ iniunxit, vt perſonam illam reciperet,& in poſſeſſionem induceret, quam Abbatiſſa duxerat præſentandam. & infrà: Reſtitutione autem facta, cauſam audiatis, ità quòd ſi vobis conſtiterit, quòd præfato militi præſcripta villa fuerit, non excepto iure patronatûs, ad firmam conceſſa, vel antèquàm de iure patronatûs inter abbatiſſam & militẽ controuerſia eſſet ſuborta, præfatus Vu. de Leiceſter in præſcripta eccleſia per inſtitutionem epiſcopi ad p̃ſentationem militis fuiſſet inſtitutus, ei, dummodò aliàs idoneus fuerit, eccleſiam ipſam adiudicetis, ità quòd ſi abbatiſſa obtineat aduersùm militem, illi de tẽporalibus debeat reſpondere.

Idem Vuintoñ epiſcopo. *Cap.* 6.

ILlud p̃tereundum non duximus, ſuper quo te intelleximus dubitare, q̃p ſi aliquis laicus inconſulto epiſcopo, Eccleſiam non vacantem concedat alicui religioſę domui: & poſteà cùm vacauerit, ad præſentationem eius laici aliquis clericus ibi fuerit per diœceſianum epiſcopum inſtitutus: prior conceſſio ſecundam conceſſionem, quõ minùs rata habeatur, infirmari non poteſt: nec debet aliquatenùs impediri, cùm illa cõceſſio, de iure nullius poſſit eſſe momenti: tum quia de re non vacante facta eſt, tum quia laicus ſinè authoritate epiſcopi nemini poteſt eccleſias dare, licèt religioſo loco ius patronatûs conferendi liberam habeat facultatẽ. Si verò ius patronatûs, Eccleſia vacante, religioſo loco contulerit, & aliquis poſteà ſinè p̃ſentatione fratrum eiuſdem loci fuerit in ipſa Eccleſia inſtitutus, eius inſtitutio ſecundùm rigorem iuris eſt irritanda.

Idem Vuigorñ epiſcopo. *Cap.* 7.

QVerimoniam Prioris & fratrum de Lauch, nobis literis deſtinatã audiuimus, quòd R. quõdàm de Hereford comes, ius quod idem Prior & fratres in eccleſia de Vuica, ex ordinatione R. de Laci, fundatores Eccleſiæ ſuæ, & ipſius Richardi ſocij, habere debebant, coram bonæ memoriæ I. quõdam Vuigorñ epiſcopo recognouit. Vndè idem epiſcopus poſteà iam dictũ Priorem & fratres, nullo reclamante aut cõtradicente, inueſtiuit, & exindè eã deinceps illi quietè & pacificè poſſederunt. Deindè cùm inter præfatum comitem & C. vxorẽ, in cuius patrimonio Eccleſia illa conſiſtit, diuortium per eccleſiaſticum iudicium celebratum fuiſſet, eadẽ C. Vu. Pictauenſi nupſit, qui Eccleſiæ præſcriptę fructus, memorato Priori & fratribus omninò ſubtraxit, & eos in vſus R. ſacerdotis eiuſdem loci ſinè epiſcopali authoritate conuertit. Cumq́ue poſtmodùm Vu. de medio ſublato, p̃fata C. tertio viro, Vu. ſcilicet de Meduan, eſſet matrimonio copulata, idem Vu. in ea qua alter Vu. temeritate perſiſtens, iam dictũ R. in præſcripta Eccleſia cõtra Priorem ſupradictum manutenere & fouere incepit, dicẽs quòd prænominati epiſcopi inſtitutio, quã ſuper Eccleſia ipſa, quæ de vxoris ſuæ aduocatione conſiſtit, dum erat in poteſtate illius viri, à quo poſtmodùm ſeparata eſſe dinoſcitur, fecit, nullam debet firmitatẽ habere, præſertim cùm matrimonium vxoris ſuę, ſicut aſſerit, integrè ſibi reſtitutum non eſſet, nisi de Eccleſia illa ſuam poſſet adimplere voluntatem. Verùm quoniã abſurdũ videtur omninò, & ab Eccleſia penitùs eliminandum, vt ad ſingulas patronorum ſecundùm humanam conditionem mutationes, eccleſiarum debeant ordinationes mutari: nè quod à ſupradicto R. taliter factũ fuerit, alicui ſucceſſorũ liceat irritare, fraternitati tuæ, &c. quatenùs rei veritatem diligẽter & ſtudioſè inquiras: & ſi ità inueneris eſſe, p̃ut ſuperiùs narratur, ſæpedictis Priori & fratribus Eccleſiam p̃libatam, omi occaſione & appellatiõe ceſſãte, reſtituas, & in pace facias poſſidere. Viciſſitudines etiàm huiuſmodi eccleſiarũ ab aduocatis vel alijs q̃buſlibet in tua diœceſi fieri, decæterò nulla ratione permittas: ſed earum p̃ſumptores vſque ad dignam ſatisfactionem, dilatione ſublata, vinculo excommunicationis percellas.

Lucius tertius Norwicenſi epiſcopo. *Cap.* 8.

CVM aduocatus clericum vnũ idoneũ p̃ſentauerit epiſcopo, & poſtulauerit poſtmodùm, eo non inſtituto aliũ æquè idoneum, in eccleſiam eãdem admitti, quis eorum alteri p̃ferat, epiſcopi iudicio credimus relinquendũ, ſi laicus fuerit, cui competit ius præſentandi. Verùm ſi collegiũ vel religioſa perſona p̃ſentationem habuerit, prior tempore, potior iure meritò videtur.

Idem. *Cap.* 9.

CVM paſtorali neceſſitate conſtringimur, & authoritate iniuncti nobis officij prouocamur pro ſtatu eccleſiarũ vigili cura ſatagere, & nè cõtra iuris ordinẽ alicui conferri debeant, attentiori ſolicitudine p̃uidere: indè eſt, quòd vniuerſitati veſtrę &c. quatenùs ex donatione laicorũ, nisi authoritas diœceſiani epiſcopi interueniat & cõſenſus aſſit, nullus veſtrũm ſibi eccleſias vẽdicare præſumat, vel retinere taliter acquiſitas, nisi longa fuerit p̃ſcriptione munit⁹, aut poſteà diœceſiani epiſcopi fortè habuerit conſenſum. Nos enim, cùm laici nõ poſſint nisi ius quod habent, trãsferre in alios, huiuſmodi conceſſiones viribus carere decernimus, & penitùs irritas eſſe cenſemus.

Idem. *Cap.* 10.

RElatum eſt auribus noſtris, quòd vos ius p̃ſentandi clericos ad eccleſias, cõtra inſtitutionem antiquã veſtri ordinis, emptiõis titulo & modis alijs ſatagitis adipiſci, vt ſub tali prætextu vobis liceat habere eccleſias, & per vos vel per alios detinere. Quoniam igitur non decet nos occaſione qualibet vel obtẽtu ab antiquis canonibus patrum noſtrorum recedere, aut quicquam efficere, in quo poſſitis de vitio cupiditatis reprehendi: diſcretioni veſtrę &c. quatenùs iura patronatûs in eccleſijs aut in eccleſias decæterò acquirere deſiſtatis, quia non expedit vobis, nec nos volumus ſuſtinere, vt ſub tali prętextu vobis vel ordini veſtro derogetur. Sanè vſqueadeò vos & ordinem veſtrum diligimus, vt in vobis quę honeſtati & religioni contraria ſunt, nullatenùs fouere velimus: quia de vobis nil incómodi, nil volumus audire ſiniſtri.

Idem. *Cap.* 11.

EA quę honeſtatis doctorem deformãt, & canonum probantur ſanctionibus obuiare, penitùs ſunt euellẽda, & falce Apoſtolici moderaminis reſecanda. Vndè quia cùm Eccleſia viuentibus perſonis alijs conferri non debeat, conſultationi tuæ taliter reſpondemus, vt ſi quas conceſſiones eccleſiarum tui epiſcopatûs, viuentibus perſonis, factas eſſe conſtiterit, & ſuper hoc ventum fuerit ad iudicium, eas authoritate veſtra in irritum reuoces, & friuolas & vanas eſſe decernas.

Idem Lundoñ epiſcopo. *Cap.* 12.

SI verò aliquãdò ordinatio alicuius Eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat, & pro controuerſia laicorum de iure patronatûs inter ſe diſcrepantium ordinationes malitioſè differuntur: fas tibi ſit de authoritate noſtra, nullius contradictione & appellatione obſtante, in eadem eccleſia perſonam idoneã inſtituere, ità quòd ipſa eadem præſentetur ab eo, qui ius patronatûs euicerit.

Idem. *Cap.* 13.

CVM ſeculum relinquitis, vt creatori veſtro poſſitis in arce cõtemplationis placere, decet vos ab his quæ ſunt obuia rationi, abſtinere, & quæ reprehenſioni ſubiaceant, aut veſtram opinionem aut famam valeant denigrare. Indè eſt quòd vniuerſitati veſtræ diſtrictiùs per Apoſtolica ſcripta prohibemus, nè cùm ratione feudorum emptorum, alitérve adquiſitorũ, vel etiàm alio modo ius patronatûs in eccleſijs parochialibus acq̃ũeritis, in eis presbyteros, nisi per epiſcopos, inſtituatis: nec epiſcopo ità ius parochiale minuere vel auferre aliquatenùs p̃ſumatis. excommunicato ſq́; ipſius epiſcopi vel archidiaconorum ſuorum, contra authentica ſcripta Romanæ Eccleſiæ, ad digna officia in capitulis veſtris recipere non audeatis.

Idem. *Cap.* 14.

EX inſinuatione dilecti filij noſtri O. clerici accepimus, quòd cùm frater ſuus ius ei patronatûs, quod in quibuſdam eccleſijs in Lincolnien & Sareñ epiſcopatib⁹ conſtitutis habebat, liberaliter cõtuliſſet: eaſdẽ eccleſias quidã presbyteri alij occaſione fratris ſui prædicti O. ſinè ipſius voluntate & conſenſu, per violentiam occupauerunt, & ea

Ius patronatus licitè donari.

eas iniustè occupatas detinent. Quia igitur nostrum interest, quæ nimìs inordinatè ab aliquibus super ecclesijs attententur, ad rectitudinis tramitẽ reuocare: fraternitati tuę in. &c. quatenùs rei veritate diligenter inquisita & cognita, si ità sicut dictum est, cognoueris memoratos presbyteros earum ecclesiarum detẽtores, moneas, modisq; omnibus inducas, vt easdẽ ecclesias prædicto clerico sinè mora & difficultate restituãt liberè & pacificè ordinandas, & nullam ei exindè molestiam inferant vel grauamen. Quòd si prædicti presbyteri cõmonitioni tuæ acquiescere fortè noluerint, tu ipsos excõmunicationi, & terras si quas habent, omni occasione & appellatione cessante, interdicto subijcias, & in memoratis ecclesijs diuina facias cessare officia, quandiù ab aliquibus, p̃dictorum militũ authoritate, occupatę detinebuntur: quòd si nec sic earundem ecclesiarũ detẽtores resipuerint, ipsos, appellatione cessante, ecclesiastica cẽsura compellas.

Idem. *Cap.* 15.

CONsuluit nos tua fraternitas, quid tibi faciendum sit de clericis, qui ecclesias à parentibus cõstitutas, hæreditario iure sibi vendicant, nec tibi volunt respondere: & de laicis, qui filijs vel nepotibus suis prædictas ecclesias dare nituntur. Cùm autem sanctuariũ Dei hæreditario iure non possit teneri, & indignum sit penitùs & absurdũ, vt quilibet authoritate propria ecclesias occupet, vel taliter occupatas detineat, nec te decet aliquatenùs sustinere, vt in episcopatu tuo vel clerici ecclesias à parentibus fundatas, authoritate propria detineant, aut laici filijs vel aliquibus alijs ecclesias concedant.

Idem Vuintonieñ episcopo.
Cap. 16.

AD aures nostras peruenit, quod R. & Vu. de Hortuñ, ius patronatûs eiusdẽ loci ab eo, ad quem spectabat pręsentatio, emerunt. Quibus decedẽtibus, R. filius Vu. iam dicti, patris exemplo ius patronatûs ecclesiæ emere non dubitauit, & canonicis de Stodleia tantas molestias intulit, persecutiones & grauamina, quòd metu & dolo illius seducti, iuri suo penitùs renunciauerũt. Vndè cùm ius patronatûs annexũ sit spirituali, nemini licitum est vendere illud. Discretioni tuæ &c. quatenùs vtraq; parte ante te cõuocata, rei veritatem diligẽtiùs inquiras, & si ità esse inueneris, prædicto R. sup patronatu Ecclesiæ, occasione & appellatione remota, perpetuum silẽtium imponas, & prædictis canonicis ius quod ibì habebant, si Prior eorum metu captus, quòd idem R. se abscissurũ fide nititur, firmauit, eidem renunciauit, integrè facias restitui: non obstãtibus literis nostris, si quæ sunt, tacita veritate, impetratæ. — Ius patronatis adnexum esse spirituali.

Idem. *Cap.* 17.

DE iure verò patronatûs in præscripta Ecclesia, hoc tuæ discretioni mandamus, quatenùs si p̃dictus R. ius patronatûs comparauit, cùm hoc incõueniens sit & penitùs inhonestũ, vendi ius patronatûs: contractum illum, sublato appellationis remedio, Apostolica fretus authoritate, non differas reuocare.

Idem. *Cap.* 18.

NVllus laicus decimas aut ecclesiã, aut quicq̃d ecclesiastici iuris est, sinè concessione sui pontificis, nec monasterijs, nec canonicis offerat: & si quis episcop⁹ improbitatis causa & auaritiæ cõsentire voluerit, Romano pontifici nuncietur, & quod offerendum est, tunc eis licentia offeratur.

Idem Noruuiceñ episcopo. *Cap.* 19.

CAeterùm si episcopi post promotionẽ suam præsentationes personarum ad ecclesias, à patronis ecclesiarũ pro ecclesijs sibi commissis adepti fuerint, personæ idoneæ, quas ad eas vacantes præsentauerint, sunt admittendæ.

Idem abbati S. Albani, Pars capituli, Inconsultum. *Cap.* 20.

DEcæterò si quis clericus ab ordinario iudice in aliqua Ecclesia fuerit institutus, ad præsentationem ipsius qui eiusdẽ ecclesiæ credebatur patronus, & posteà ius patronatûs alius euicerit in iudicio: clericus qui institutus est, non debet ab ipsa ecclesia remoueri, si tempore præsentationis suæ ille qui eum præsentauit, ius patronatûs ecclesiæ possidebat. Si verò tunc non possidebat ius patronatûs, sed tantũmodò credebatur esse patronus, cùm tamẽ non esset, nec possessionem patronatûs haberet, secũdùm cõsuetudinem Anglicanam poterit ab eadem ecclesia remoueri. Donationes verò vel cõcessiones, si quæ fiant priuatis personis, illis viuentibus quæ ipsas ecclesias possidẽt, nullius debent esse momenti. Si fiant religiosis locis, ratæ debent haberi, ità quidem, quòd personæ quę iam dictas ecclesias possident, sinè assensu ipsorum in vita sua eis non debent spoliari. — Cùm certè non esset, ipsum illicitè occupasse patronatum. Alioqui secus est.

Idem Cant. archiepiscopo. *Cap.* 21.

CVM nos plerunquè ordinationes clericorũ oporteat differre, pro eo quòd quandoquè minùs idoneæ personæ præsentãtur, aut interdùm inter nos & pręsentatores personarũ alia de causa radix dissensiõis emerserit: prouidendũ est, nè occasione huius scandali aut fruct⁹ ecclesijs depereant, aut eis in spiritualibus grauia p̃ueniant detrimẽta. Indè est, quòd fraternitati tuæ &c. quatenùs si quandò in illis ecclesijs vacantibus, in quibus persona ecclesiastica præsentationem non habet, vel quia personæ minùs idoneæ vobis præsentantur, vel alia de causa de iure personas non poteris

teris instituere in ecclesijs ipsis, contradictione & appellatione cessante, ponatis œconomos, qui debent redditus ecclesiarũ percipere, & eos aut in vtilitatem ecclesiarum expẽdere, aut futuris personis fideliter obseruare.

Idem. *Cap.* 22.

DIlecti filij nostri decanus Eboraceñ, & Prior de Neubure, quib⁹ causam quæ inter canonicos de Giseburne & R. clericũ super ecclesia de Craduñ, vertitur, commisimus terminãdam: transmissa nobis relatione monstrauerunt, quòd canonici concessionem domini fundi habeant: R. verò donationem venerabilis fratris nostri Eboraceñ archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, & non domini fundi, se habuisse probauit. Vndè quoniam donatio ecclesiarum ad episcopos pertinet, & ad laicos assensum præbere spectat, eisdem significamus, quòd si res ità se haberet, videbatur nobis, concessionẽ archiepiscopi donationi laicali debere pręiudicare: quia sicut diximus, episcoporum est ecclesiarum beneficia conferre: laicorũ verò, qui in ecclesia ius patronatûs habent, assensum præbere. Quibus in concessionibus ecclesiarum illud obseruandum est, quod sancti patres seruare noscuntur.

Idem Eboraceñ archiepiscopo.
Cap. 23.

SVggestum est aurib⁹ nostris, quòd cùm ecclesiæ de *Ochera, & de Malessart, & de *Leinder, de assensu dñi fundi & authoritate Eboraceñ archiepiscopi, ecclesiæ B. Petri Eboraceñ concessæ & assignatæ sint in præbendã, canonici de Nouoburgo concessionem illam attenuare & irritare nituntur, occasione donationis, quã sibi asserunt priùs factam fuisse. Vndè quoniam licèt in donationibus ecclesiarũ requirendus sit & expectandus patronorum consensus, ecclesiæ tamen ipsæ, nisì authoritas pontificalis interuenerit, canonicè concedi nõ possunt: vniuersitati vestrę significamus, quòd prior concessio, si cum consensu patroni & authoritate diœcesiani episcopi facta est, aut eius fuerit assensus posteà subsequut⁹, posteriori concessioni præfertur. Alioquin illa debet præferri, quanuìs posteriùs facta sit, quę cõsensu domini fundi & episcopi authoritate fulcitur.

Idem vniuersis monachis regularibus per Cantu. prouinciam constitutis.
Cap. 24.

CVM deceat nos cõmodis & profectibus ecclesiarum firmiter intẽdere, nobis summoperè cõpetere dinoscitur, vt earũ ordinationibus tanto studiosiùs intendamus, & nè inordinatæ remaneant, vigilẽ curam & solicitudinem adhibeamus: indè est q vniuersitati vestrę &c. vt in ecclesijs, in q̃bus pręsentationẽ habetis, cùm vacauerint, diœcesianis episcopis clericos idoneos pręsentetis, qui illis de spiritualibus, vobis de temporalibus debeant respondere.

Idem Panormitano episcopo. *Cap.* 25.

INsinuatum est auribus nostris, q quidã clerici tui episcopatûs, ecclesias ipsas ad tuã ordinationẽ pertinentes, sinè authoritate & conscientia tua, in manibus aduocatorum resignant: quod quia indignũ, & sacris canonibus omninò cõtrarium, nec aliquatenùs debet tolerari: fraternitati tuæ taliter respondemus, q huiusmodi renunciationes non debes aliquatenùs ratas habere, nisì sint ab eisdem factæ, quos religionis habitum cõstat induisse, sed ipsos clericos, vt eleemosynas retineãt, quibus tali modo renunciant, teneris compellere, & dignam eis pro tantæ leuitatis & culpæ reatu infligere vltionem: quia nec debẽt nec possunt ecclesias suas resignare, nisì in manib⁹ episcoporum, ad quorũ donatiões p̃tinere noscũtur.

Clemens papa 3. episcopo Vuigorñ, & abbati de Theokesbr. & priori S. Sepulcri de Vuaruuic. *Cap.* 26.

REferẽtibus nobis canonicis de Kinildevurde, accepim⁹, quòd cùm cõtrouersia quæ vertebatur inter ipsos & clericos de *Gnoshale, super ecclesia de Cule, fuisset dilectis filijs nostris de Cumbermere & de Derlee abbatibus, & archidiacono Couẽntreñ, ab Apostolica sede cõmissa canonicè dirimenda, p̃curator R. militis de Stanford, qui ius habet defensionis in illa ecclesia, sentiens partem canonicorum iniustè grauari, cùm ipsi clerici illam cõtra antiquam libertatem vellent iurisdictioni Capellæ suæ de *Gnosale subiugare, vocem appellatiõis ad sedem Apostolicam emisit. Iudices verò appellationi legitimè interpositæ minimè deferentes, in decisione controuersiæ, absente altera parte, processerũt. Quia verò ipsi canonici iuri suo in hoc queruntur plurimùm derogari, discretioni vestræ per A. S. pręcipiendo mãdamus, quatenùs partibus ad vestram præsentiam conuocatis, audiatis causam, & appellatione remota, mediante iustitia terminetis. Datum Laterani, 10. Calend. Aprilis, pontificatûs nostri anno primo.

DE VSVRIS. — Pars xvj.

Alexander tertius Panormitano archiepisc.
Cap. 1.

SVper eo quòd à nobis tua discretio postulauit, vtrùm possit in recipiẽda pecunia ad vsuram, fieri dispensatio, vt pauperes qui in Saracenorũ captiuitate tenentur, per eãdem possint pecuniã liberari: pręsentibus tibi literis duximus respondendũ, q cùm vsurarũ crimen vtriusq; testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationem aliquam non videmus admittendam, quia cùm scriptura sacra prohibeat vel pro alterius vita mentiri, multo magìs prohibendum est, nè quis in redimẽda vita captiui, vsurarum crimine inuoluatur.

Idem Ianuensi episcopo. Pars capituli, Tua fraternitas *Cap.* 2.

IN ciuitate tua dicis sæpè cõtingere, quòd quidam piper seu cyminum, aut alias merces comparant, quę tunc vltra quinq; libras non valent, & promittunt per publicum instrumentum, se illis à quibus merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos. Licèt autem contractus huiusmodi ex forma non possit censeri nomine vsurarum, nihilominùs tamen venditores peccatum incurrunt: nisì dubium sit, merces illas plùs minúsve tempore quo preciũ debent recipere, valituras: & ideò ciues tui saluti suæ benè consulerent, si à tali cõtractu cessarent, cùm cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeunt occultari.

Idem. *Cap.* 3.

QVoniam non solùm viris Ecclesiasticis, sed etiàm quibuslibet alijs periculosum est, vsurarum lucris intendere: authoritate præsentium tibi duximus iniũgendum, vt liceat tibi clericos tuos, qui de possessionib⁹ vel arboribus, quas tenere in pignore noscuntur, sortem suam deductis expensis receperunt, ad eadem pignora restituenda sinè vsurarum exactione, ecclesiastica districtione compellere.

Idem Vigilensi episcopo. *Cap.* 4.

DEbitores autem ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi non debent, nisì eas iuramento soluere teneantur. Si verò de ipsarum solutione iuramentum fecerint, cogẽdi sunt domino reddere iuramentum, vt à creditoribus absoluãtur: & cùm vsuræ solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas ecclesiastica, si necesè fuerit, cogendi sunt seueritate.

Idem Salernitano episcopo. *Cap.* 5.

CVm sicut tu asseris, manifestos vsurarios, scilicet qui in illo decesserũt peccato, communione altaris & ecclesiastica, iuxta decretum nostrum nupèr in concilio ꝓmulgatum, præceperis sepultura priuãdos, donèc reddant quæ tam prauè receperint: quidam eorum dicunt ad soluendas perceptas vsuras, proprias non sufficere facultates: alij verò promittunt se partes vsurarum quas habent præ manibus, reddituros: sed alias quas extorserũt vsuras, cùm de his possessiones comparatæ sunt, & eorum filijs vel parentibus traditæ, se non posse reddere ꝓfitentur. Alij verò ad excusandas excusationes in peccatis, impudenter affirmant, illas duntaxàt vsuras restituendas, quæ sunt post interdictum nostrum receptæ, nec aliquos ad soluendas vsuras, quas ante interdictum receperant, debere cõpelli. Super his discretioni tuę respondemus, quòd siue antè, siue post interdictum nostrũ vsuras receperint, cogendi sunt sub pœna quam statuimus in concilio, eas his, à quibus extorserint, vel eorum hęredibus restituere: vel his non superstitibus, pauperibus erogare, dummodò in facultatibus habeant, vndè ipsas restituere possint, cùm iuxta verbũ B. Augustini, nõ remittatur peccatum, nisì restituatur ablatum. Illi autem qui non habent in facultatibus, de quibus vsuras valeant restituere, nõ debẽt pœna illa mulctari, cùm eos nota paupertas excuset. Possessiões verò quę de vsuris comparatæ sunt, vendi debẽt & ipsa precia his à quibus vsuræ extortæ sunt, restitui, vt sic non solùm à pœna ista, sed etiàm à peccato, quod per vsurarum extorsiones incurrerunt, possint liberari.

Psalm. 140.

Restitutio vsurarum.

Idem Vuintonẽ episcopo. *Cap.* 6.

SVper eo quod nos consulere voluisti, vtrùm clericus sit cogendus vsuras creditori soluere, prudentiæ tuæ taliter respõdemus, quòd cùm periculosum sit omibus Dei fidelibus vsuras recipere: ad earum solutionem nullus Christianus est cogendus, nisì iuramẽto vel fide eas soluere teneatur: sed potiùs creditores ab vsurarum exactione, Ecclesiastica debent coërceri sententia.

Idem Cant. archiepiscopo. *Cap.* 7.

AD nostram noueris audientiam peruenisse, quòd cùm Petrus de Vrsiton tempore guerriæ, quæ fuit inter charissimũ filium nostrum Henricum illustrem regem Anglorum & filios eius, quibusdam hominibus pro tuitione regni Francorum, pecuniam certæ summæ ꝑmutuâsset, ab eis quasdam possessiones & redditus recepit in pignus. Ipsos etiàm sibi iuramẽti religione adstrinxit, quòd ei super possessionibus & redditibus illis donèc sibi mutuatam soluerent pecuniam, nullam molestiam vel grauamen inferrent. Licèt autem de possessionibus illis & redditibus præfatus Petrus nondùm sortem suam sicut asserit, deductis expẽsis, receperit: quia tamẽ tu frater archiepiscope propter hoc eum vinculo excommunicationis adstrinxisti, exindè cogimur literas nostras vobis destinare, ꝓsertim cùm ipse sicut asserit, forte velit esse contentus. Indè est ꝙ fraternitati tuæ consulenti &c. quatenùs ꝓcepta à præfato P. sufficiẽti cautione, quòd exindè mãdato vestro debeat parére, ipsum cõtradictione & appellatione cessante, à sententia qua tenetur, authoritate nostra penitùs absoluas: & deindè debitores, qui sibi ꝑdictas possessiones & redditus contra iuramentum suum subtraxisse dicũtur, si ità est, Ecclesiastica censura compellas, vt possessiones illas & redditus eidem Petro dicto, appellatione cessante, restituãt: nec sibi decętero contra iuramentum molestias inferant, donèc ei pecunia soluatur. Quia non est tutum cuilibet, sed periculosum potiùs religionem infringere iuramenti. Cùm autem ꝑdicto P. pecuniã suam, sicut iurauerũt, persoluerint, vos ipsum ad restituendũ quicqd cum

cum nouis deductis expensis, vltra sortem recepisse constiterit, studiosè monere curetis & diligenter inducere: & si cõmonitus id non fecerit, ipsum remoto appellatiõis obstaculo, in eandem excommunicationis sententiam reducas: quia sicut periculosum est debitoribus suum infringere iuramentum, ità nõ minùs periculosum est crebitoribus, retinere quod pro vsuris receperũt, cùm sit vsurarum crimen detestabile plurimùm & horrendum, & vtriusque testamenti pagina condemnatum.

Idem Vuintonẽ episcopo *Cap.* 8.

NIhilominùs præcipimus tibi præsentium authoritate, vt si qui sunt in parochia tua, qui sortem suam * de fructibus arborũ vel animaliũ, deductis expẽsis, receperint, eos moneas & per excõmunicationis sententiã cõpellas, sublato appellationis remedio, vt debitoribus suis pignora ipsa sinè difficultate & dilatione restituant.

Idem in Turonẽ concilio. *Cap.* 9.

PLures clericorũ eorum, quia pręsens seculum professione vocis & habitu religionis reliquerunt, communes vsuras quasi manifestiùs damnatas, non exercent. Commodata autẽ pecunia indigentibus, possessiones eorum in pignus accipiũt, & fructus prouenientes recipiũt vltra sortem. Idcircò generalis cõcilij decreuit authoritas, vt nullus amodò in clero constitutus, vel hoc, vel aliud vsuræ genus exercere præsumat: & si aliquis hactenùs possessionem alicuius data pecunia sub hac specie in pignus acceperit, si sortem deductis expẽsis de fructibus iam perceperit, absolutè possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minùs habet, eo recepto quod deest, possessionẽ ei resignet. Si autem quis in clero extiterit, qui detestãdis sibi lucris vsurarum insistat, ecclesiastici beneficij periculum patiatur: nisì fortè beneficium ecclesiæ fuerit, quod redimẽdum ei de manu laicali videatur.

Idem. *Cap.* 10.

EX transmissa nobis conquestione T. & matris eius innotuit, quòd pater eius q̃ est de hac luce subtractus, terram suam de *Dullis, monachis de Vuardone pro quadã pecunię summa, pignori obligauit: qui licèt exindè sortem suam & vltrà receperint, eam tamen sibi reddere cõtradicunt. Quia verò vsurarum crimen Deo & hominibus abominandum existit, & tanto grauiùs in ecclesiasticis & religiosis personis est repræhendendum, quanto magìs se & alios è peccatorum laqueis tenentur eruere: fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit quòd ꝑdicti monachi de præfata terra sortem suam deductis expensis receperint, eos attentiùs moneas, & si necesè fuerit, appellatione remota, ecclesiastica districtione cõpellas, vt memorato * T. & matri eius prędictã terram absq; difficultate restituant pacificè possidendam.

*Dullen

*Tesaleysi

DE IVRAMENTIS SERuandis. *Idem.* *Cap.* 1.

Pars xvij.

SI verò aliquis quenquam grauissimo metu sub religione iuramenti ius suum refutare coẽgerit, ipsum quoquè sibi retinuerit: quia nos cõsulere voluisti, alter, an neuter, id habere debeat: hoc tibi duximus respondendum, quòd non est tutum, quemlibet contra iuramentum suũ venire, nisì tale fuerit iuramentũ, quod seruatum, vergat in interitum salutis ęternæ: nec nos cuilibet ex respõsione nostra volumus dare materiam contra iuramentũ suum venire, nè authores periurij esse videamur. Vndè aliquandò in Romana Ecclesia à pluribus & à prædecessoribus nostris factũ esse recolitur, quòd clerici q̃ coacti ecclesiæ ministerium abiurauerũt, de iuramẽto absolutionis beneficium meruerunt: & ad coërcẽdam improbitatem eorũ, qui ecclesiasticos viros ad pręstandũ illud iuramentũ impulerant, ꝑmissi sunt in eadẽ ecclesia ministrare.

Idem Cant. archiepiscopo. *Cap.* 2.

INsinuatum est nobis ex parte Vu. quòd cùm ipse Capellam de N. canonicè fuisset adeptus, canonici de Lanstanet super eadẽ ecclesia huiusmodi conuentionem fecerũt, quia ipsi eandem Ecclesiam tenere à pręfato Vu. & exindè ei annuum canonem deberent persoluere. & infrà: Sed quia compositio eorum huic fuit damnosa, de iuramento violato pœnitentiam recipiant, & prelibatã Ecclesiam prædicto clerico restituant.

Idem Santonẽ & Bilonẽ episcopis. *Cap.* 3.

DE rescripto quod nobis est pręsentatũ, manifestè nobis innotuit, R. quõdàm * Treuorẽsem abbatem cum Vu. super summa septem milliũ solidorum taliter cõuenisse, &c. & infrà: Super hoc quidem prædictus abbas de monachis obsides quosdã dedit, qui de obseruanda cõuentione iuramentum dederunt, vt si ipsi decesserint, alij monachi loco eorũ in hostagio reuerterentur. Insupèr si dicti monachi fidem non seruarẽt, abbas dedit eidem Vu. I. & eius vxorem fideiussores: qui similiter fidem pręstitisse dicuntur. Si ità est, tam abbatem & monachos qui iurauerunt, quàm I. & eius vxorem studiosè monere curetis, vt sicut iurauerunt, eandem coniurationẽ faciant adimpleri. Si verò cõmonitionem vestram facere neglexerint, eidẽ abbati & monachis ingressum Ecclesiæ interdicatis, & in terra ꝑfati I. & vxoris eius vsq; ad dignam satisfactionẽ, inhibeatis diuina officia celebrari.

Idem Noruuicẽ episcopo. *Cap.* 4.

TVa nos fraternitas duxit consulendos, cui standum sit iuramento, cùm clericos

cos quidam religiosi iurisiurandi religione constringunt ad maiorē pensionem soluendam, vel præstādum aliquid nomine beneficij, prꝫter solitam pensionem. Cùm autem instituuntur ab episcopis, iurant quòd antiquam pensionem & solitā non augebūnt. Tuæ igitur consultationi breuiter respondemus, quòd posterius iuramentum, quod ratione & Laterani concilij authoritate iuuatur, primo præiudicat, quod de cupiditate processit. Iustum est autem, vt clerici sic perplexi, pro periurio quod vitare non possunt, ab ecclesijs perpetuò excludantur.

Idem Lundoñ & Vuigorñ episcopis.

Cap. 3.

*canonici Q Verelam R.*clerici Lincolnieñ ecclesiæ accepimus, quòd cùm Vu. Saluagius clericus ei duos Byzantios nomine ecclesiæ de Stantuñ, annis plurimis persoluisset, & se illos annuatim persoluturum interposito sacramento firmâsset, cōtempta religione sacramenti, iam per biennium ab huius pensionis cessauit solutione. Quoniā igitur non tenētur ecclesias regere, qui sunt crimine irretiti periurij, fraternitati vestræ &c. quatenùs partes ante præsentiam vestrā cōuocetis, & super his rei veritatem curetis diligenter inquirere: & si vobis constiterit, memoratum Vu. contra iuramentum suum non necessitate, sed voluntate, ab pensionis solutiōe cessâsse, ipsum à prꝫscripta ecclesia, authoritate nostra, contradictione & appellatione cessante, remouere curetis: & ecclesiam ipsam p̄fato R. restituere minimè differatis, & ipsum faciatis eā pacificè possidere.

Idem Londoñ episcopo. *Cap.* 6.

SI Stephanum cōtra compositionem fidei interpositione firmatam venisse cōstiterit, nisì manifestam rationē poterit allegare, ipsum præfata ecclesia & beneficijs eius, appellatione cessante, nō differas spoliare, & eam Vu. cum integritate resignes.

for. *Item *Idem ex Registro Gregorij.* *Cap.* 7.

PEruenit ad nos, Laodiceñ episcopū ab Arnulfo comite rebus suis spoliatū, & ad nequitiꝫ augmenta gladijs iurare cōpulsum, quòd ablata nūquàm repeteret, & huius tanti sceleris veniā sibi impetrâsse rogat. Cognita itaq; contumelia, valdè doluimus, asserentes eius fraternitatem nullius iuramenti vinculis posse adstringi, quia nefandissima coactione iurauerat, eum tamē Apostolica authoritate absoluimus.

Pars xviij. *DE CLERICIS MATRIMOnio copulatis, vel alijs fornicarias habentibus.*

Alexander 3. Salernitano episcopo.

Cap. 1.

CLericos autem in sacris ordinib⁹ constitutos, qui in domibus suis proprijs publicè detinēt concubinas, ad eas abiurādas volumus à tua fraternitate compelli, nè in eādem fornicationē instinctu diabolicæ fraudis redeant, & insupèr reatum periurij incurrāt. Vndè ipsos per suspēsionis & interdicti sententiam arctiùs cogere debes, vt mulieres ipsas ità à se remoueāt, vt de ipsis sinistra suspicio non habeatur.

Idem Cant. archiepiscopo & eius suffraganeis. *Cap.* 2.

SIcut ad extirpanda vitia, quæ periculum pariunt animarū, summoperè nos decet intendere, ità etiàm nos conuenit germina virtutum propagare, ex quibus Dei fidelib⁹ salutis augmentum, & sacris ecclesijs decor proueniat honestatis. Vndè cùm in Anglia praua & detestabili consuetudine & longo tempore fuit obtentū, vt clerici in domibus suis fornicarias haberent, volētes tam graue scandalum à populo remouere, & prꝫdictos clericos ad honestatem ecclesiasticā reducere, fraternitati vestræ &c. quatenùs clericos iurisdictionis vestræ, qui in subdiaconatu & supra, in domibus suis fornicarias habēt, studiosè monere curetis, vt à se illas, occasione & appellatione cessante, remoueant, eas vlteriùs nō admissuri. Si verò infra 40. dies post cōmonitionem vestrā vobis in his fortè adquiescere cōtempserint, eas authoritate Apostolica, appellatiōe remota, ab ecclesiasticis beneficijs vsq; ad congruā satisfactionem suspendatis: & si eas suspensi detinere p̄sumpserint, ipsos ab eisdē beneficijs perpetuò remouere curetis. Si qui autē clericorum ipsorum infra subdiaconatū accipiant vxores, ipsos ad relinquēda beneficia Ecclesiastica, si quæ habent, & retinendas vxores suas, ecclesiastica districtione cōpellatis. Sed si fortè in subdiaconatu & alijs superioribus ordinib⁹ vxores accepisse noscūtur, eorum vxores dimittere, & pœnitentiā agere de cōmisso, authoritate nostra per suspensionis & excommunicationis sententiā, appellatione postposita, compellatis. In subdia[conatu] matri[moniū] s[...] uendum.

Idem Lundoñ episcopo. *Cap.* 3.

VNiuersalis solicitudo Ecclesiæ, quam (prouidente Dño) gerimus pro ecclesiarum statu, nos compellit propēsiori cura satagere, & vt secundùm Deum & iustitiam disponamus, vigilem diligentiam & studiū adhibere. Accepimus aūt, ꝙ pleriq; in tuo episcopatu degentes, cùm essent in acolytatûs officio & infra constituti, vxores duxerint, & nihilominùs ecclesias, quas priùs habebant, detinere prꝫsumāt. Vndè quoniam & vxorati diuisi sunt, eos cogitare oportet, quomodò vxoribus placere valeāt & seruire, obsequijs solummodò diuinis non possunt intēdere: fraternitati tuæ &c. quatenùs prꝫdictos viros Ecclesias liberè & absolutè dimittere, appellatione cessante, compellas, & alijs eas personis idoneis, in sacris ordinibus constitutis, cōcedas. Verùm si qui illorū aliquandò in eisdem ecclesijs simplex priùs beneficium habuerint, ipsum eis, excepto *magistro ecclesiarum, sub dissimulatione dimittere poteris. Simplex b[e]neficiū [...]

[...]to coniu[...] [...]to cōcedi [...]m dissi[mu]latione. [m]agisterio

Idem Hipponensi & Salernitauo episcopis. *Pars capituli, Continebatur.*

Cap. 4.

SVper eo quod asseris, quosdā viros tuꝫ iurisdictionis in sacris ordinibus cōstitutos, matrimonium contraxisse: hoc tuæ prudentiꝫ respondemus, quòd si qui in diaconatu & supra, matrimonium cōtraxerint, cogendi sunt vxores dimittere & continenter viuere, ità quòd post actam pœnitentiam ex dispensatione possint in suis ordinibus ministrare. Si verò subdiaconi cōtraxerint matrimonium, eos, dummodò antè tales fuerint, quòd timèndum sit, nè pro vna pluribus abutātur, dissimulare poteris cum suis mulieribus remanere: quia tolerādum est malum, vt peiora vitentur.

Idem Herefordeñ episcopo. *Pars capituli, Super eo quod quæsitum est.*

Cap. 5.

SAnè de clericis inferiorum ordinum, q in coniugio constituti, diù Ecclesiastica beneficia ex concessione prædecessorū nostrorum habuēre, à quibus sinè magno discrimine ac effusiōe sanguinis nō possunt priuari, fraternitati tuꝫ id duximus respondendum, vt quia ibì natio & barbarica gens, & multitudo est in causa, eos sub dissimulatione sustineas ecclesiastica beneficia tam diù habita possidere, prouisurus attentiùs, nè deincèps clericis coniugatis ecclesiastica beneficia conferantur. Sed nec eorum aliqui ad sacros ordines vel ecclesiarum administrationes admittātur, nisì castitatem fortè vouerint, & perpetuò seruēt, & qui vnicam & virginem habuerint vxorem. Quod in[...] [...]stin p[...] [...]niū, vetat [...]futurum.

Idem Vuigorñ episcopo. *Cap.* 6.

INter cætera solicitudini tuꝫ cōuenit studiosè ac diligenter attendere, vt tales ecclesijs tuæ gubernationi cōmissis ministros ordines & proponas, q domui Domini sciant decenter disponere, & populo Domini sciant præesse & prodesse. Peruenit autē ad audientiam nostram, quòd quidam in tua diœcesi cōmorantur, qui se ecclesiasticꝫ p̄fessionis esse fingētes, cùm tamen Ecclesiastica beneficia habeant, matrimoniū cōtrahunt, & adepta beneficia nihilominùs obtinere contendunt. Alij autem, licèt filij sacerdotum existant, patribus suis quasi iure hꝫreditario succedunt: & in his postmodùm constituti, minùs licitè promouētur. Quod quia indignum est, & sanctorum canonum institutionibus noscit penitùs obuiare: fraternitati tuæ &c. quatenùs illos q infra subdiaconatū matrimoniū cōtraxerunt, à suis vxoribus nulla ratione permittas diuertere: nisì de cōmuni consensu illi ad religionem trāsire voluerint, & ibì in Dei seruitio iugiter commorari. Si autē cum vxoribus vixerint, Ecclesiastica beneficia quæ ad illos tantùm, qui assiduè in Dei seruitio persistunt, spectare noscūtur, nō debēt vllatenùs obtinere. Illi verò qui in subdiaconatu & supra ad matrimonium cōuolauerunt, possunt & debent mulieres inuitas & renitentes relinquere: nec huiusmodi cōiunctio matrimoniū, sed cōtuberniū est potiùs nūcupandū. Di. 34. Presbyteris. Di. 17. Mulieris.

Idem eidem in eadem epistola.

Cap. 7.

DE sacerdotib⁹ publicè fornicarias habētibus discretioni tuæ nihilominùs præcipiendo mandamus, vt eos diligenter conuenias, & attentiùs commoneas, vt fornicarias suas dimittant, & à se prorsùs expellāt. Quòd si fortè admonitionē tuam facere contempserint, sed in immūditia sua duxerint persistēdum, tu eos, appellatione remota, ab omnì officio & beneficio ecclesiastico non differas spoliare.

Idem Londoñ episcopo. *Cap.* 8.

SI autē clerici tuæ iurisdictionis, siue sint in sacris ordinibus, siue in inferioribus constituti, fornicarias detinent, nisì eas ad secundam & tertiam commonitionē tuā à se dimiserint, eas cōtempturi, decꝫterò liceat tibi eos ecclesijs vel earū portionibus, si quas habēt, appellatione postposita, spoliare, & ipsis diuina officia interdicere.

Idem Eboraceñ archiepiscopo.

Cap. 9.

SVper eo quòd asseris A. presbyterū fornicariam detinere, & eum ad crebrā admonitionem tuam dimittere nolentē, ab officio suspensum, prudentiæ tuæ respōdemus, quòd si super hoc appellatum fuerit ad præsentiam nostram, si contigerit ipsum ad nos accedere, prout expedire viderimus, petitionem eius & audaciam corrigemus. Si verò non venerit ad præsentiam nostram, suspēsionis sententiam in eum propter hoc latā, tam diù volumus obseruari, donèc fornicariam suā à se abijciat, & viuat (sicut decet presbyterum) continenter. Porrò si literas à nobis obtinuerit, quæ facti seriem non contineant, nolumus ipsas sibi prodesse.

Idem Cant. archiepiscopo. *Cap* 10.

CVm in Cantuariensi prouincia, vbì legationis officio fungeris, quod tibi commisimus, multi clerici sint, qui in domibus suis fornicarias habere dicuntur: satìs graue est, quòd in spurcitia vitiorum eorū eos permanere permittas, qui ad resecanda vitia & præparandas virtutes diligens omìnò & solicitus esse deberes. Vndè fraternitati tuæ &c. quatenùs si qui clerici p̄uinciæ tuæ concubinas vel fornicarias habent, eos constanter admoneas, & si opùs fuerit, ecclesiastica districtione compellas, vt concubinas & fornicarias à se, dilatione & appel-

latione postposita, prorsùs amoueāt, eas vel alias nequaquàm vlteriùs admissuri. Si qui autem eorum ità fuerint pertinaces, quòd noluerint in hac parte mandatis tuis parére: ipsos ab ecclesijs quas habent, appellatione remota, non differas spoliare.

Cap. II.

*de Vellentiñ

DEcæterò quia Stephan⁹ clericus *Deuellentiñ in archidiaconatu prædicti archiepiscopi adulteram in domo sua & cōmatrem dicitur detinere: si hoc publicū est & manifestum, ob tantū excessum, animaduersione debita, nullius contradictione & appellatione obstante, corrigas.

Idem. *Cap.* 12.

DE diacono q in sabbato sancto quēdam alium diaconum vulnerauit, & mulierem vxoris nomine suscepit: hoc prudentiæ tuæ duximus respondendum, quòd si contrito & humiliato animo ad Ecclesiā redire voluerit, dimissa illa quam in vxorē accepit, cùm non possit (sicut nôsti) contrahere matrimonium, ipsum recipere potes & absoluere à sententia excommunicationis, quam pro violenta manuum iniectione noscitur meruisse: & iniuncta sibi pœnitentia de vtroque excessu, post peractam pœnitentiam poteris ei diaconatûs officium reddere, & etiàm dispensatiuè, si perfectæ vitæ & cōuersionis fuerit, in presbyterū ordinare.

Infamiā aboleri post actam pœnitentiam.

Idem Exonieñ episcopo. *Cap.* 13.

SIgnificatum est nobis, quod quidā subdiaconi in tua diœcesi cōmorantes, matrimonium contrahere præsumpserunt, & sicut laici quilibet cum vxoribus commorantur. Vndè quoniam id, sicut tua nō ignorat discretio, sacrorum canonum obuiat institutis: fraternitati tuę &c. quatenùs cuiusmodi vitæ subdiaconi ante cōtractum matrimonium extiterint, & quales futuri credantur, si vxores dimiserint, diligēter ac studiosè inquiras: & si eos honestæ vitæ ante contractum matrimoniū fuisse, aut dimissis illis quæ vxores eorum esse dicuntur, castè victuros credideris, tu ipsos mulieres à se dimittere moneas diligentiùs, & appellatione remota, districtè compellas. Si autem anteà dissolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimissis, in deteriora lapsuri credanť, & plures pro vna frequētare: tu id dissimulare poteris, & pro grauiori lapsu vitādo, quòd insimul maneant, sustinere: ità tamē, quòd ad altaris ministerium non accedant, nec ecclesiastica beneficia percipiant. Veruntamen si tales *aliqui Ecclesiæ personas gerunt: aut Ecclesias, aut vxores prorsùs dimittere sunt cogendi.

Malum dissimulari.

Idem decano & canonicis Lincolnieñ vel Lemoniceñ. *Cap.* 14.

CVm instituisset apud nos lator præsentium H. parochianus vester, vt de ordine subdiaconatûs, ad quem recipiendū *minùs enormiter & inordinatè se ingesserat, cum eo misericorditer ageremus: nec potuisset, sicut nec debuerat, in hac parte ꝑficere: tandèm tamen à nobis licentiam postulauit, vt posset sibi aliquam in matrimonio copulare. Nos itaq; studiosiùs attendentes, quomodò prædictus ordo cùm nullam sibi dignitatem attulerit vel honorē, matrimonium eius non impedit, discretioni vestræ &c. quatenùs si matrimonium legitimè duxerit contrahendum, nullus vestrûm eum à cōtracto matrimonio prædicti ordinis obtentu prohibere præsumat, nec sibi propter hoc molestiam inferat vel grauamen.

for. *nimìs

Idem Vuigorñ episcopo. *Cap.* 15.

EX parte Prioris & fratrū de Vuellebec nobis innotuit, quòd C. presbyter, q habet vicariam in ecclesia ipsorum de Hortuñ: publicè concubinam tenet, & sicut laicus quilibet tabernas frequentare non erubescit. Sed quia indecens & rationi contrarium est, vt ij qui altario seruiunt, fœminarū amatores sint, cùm eos sobrios & castos esse oporteat: fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquisita & cognita, si eū talem inueneris, qualis esse describiť, ipsum ab eadem ecclesia, occasione & appellatione cessante, amoueas.

DE ordinatione filiorum sacerdotum, & eisdē in ecclesijs paternis non tolerandis. PARS 19.

Idem Vuigorñ episcopo. *Cap.* 1.

COnquerente nobis Milone clerico, quòd cùm R. presbyter ecclesiam B. Mariæ de *Vuicun, tanq̃ persona diutiùs habuisset, & post mortem eius idem Milo à Ricardo Paciford domino fundi tibi fuisset præsentatus, R. filius illius presbyteri in sacerdotio genitus, institutionē ipsi⁹ clerici visus est impedire, & ad habendam eandem Ecclesiam modis omnibus, quibus potest, adspirat. quoniam igitur indignum est, & canonicę obuiat sanctioni, vt filij debeant patribus in ecclesijs succedere: nos ad enormitatem istam eradicandam solicitè volentes & diligenter intēdere, fraternitati tuæ &c. quatenùs si publicum est & notorium, patrem prædicti R. in præscripta ecclesia personatum habuisse, filium eius ibidèm ministrare, aut eiusdē ecclesiæ personatum habere nullatenùs patiaris. Sed si fortè *aliqua causa institutus est, ibì eum, appellatione remota, authoritate nostra non differas amouere, & memoratū Milonem, sicut fuerat ad ipsam ecclesiā præsentatus ab eo, ad quē pręsentatio spectare dinoscitur, ibì, dummodò aliâs idoneus sit, contradictione & appellatione cessante, nō postponas recipere, ipsumq; facias prędictā ecclesiam quietè possidere.

*alia

Idem Dunelmeñ episcopo. *Cap.* 2.

QVòd super his, de quibus dubitas, à nobis postulas edoceri, & ab animo tuo

tuo dubitationem auferri: solicitudinem tuam & diligentiam, sicut dignum est, commendamus: & consultationi tuæ libenter in eo quod possumus, respondemus. Indè est ꝙ à nobis deuotio tua postulauit, vtrùm filij sacerdotum, si idonei inuēti fuerint, ad sacros ordines promoueri possint, vel eis cura animarum committi. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd filij sacerdotū, nisì in monasterio vel canonica regulari, si probatæ vitæ fuerint & conuersationis habiti, ad diaconatum vel sacerdotium non debēt admitti.

Pars capituli, Ex insinuatione. *Cap.* 3.

AD præsentiam nostram accedens R. presbyter, tacita veritate quòd esset filius sacerdotis, per fraudem à nobis literas impetrauit, vt in Ecclesia de Bilesbi, in qua R. pater eius ministrauerat, capellanus existeret. Quia verò nullis fraus vel dol⁹ patrocinium præstare debet, discretioni tuæ &c. quatenùs infra xl. dies post harum literarū susceptionem, rei veritatem diligenter inqras: & si tibi constiterit, quòd memoratus R. sit in sacerdotio genitus, & ꝙ pater eius in eadem ecclesia ministrauerit, non obstantibus literis nostris, ipsum exindè, omni occasione & appellatione cessante, amoueas.

Idem Vuigorñ episcopo. *Cap.* 4.

PRæsentium tibi authoritate iubemus, vt filios sacerdotū in paternis ecclesijs ministrare, vel eas occasione aliqua obtinere nullatenùs permittas, & ipsos ab ecclesijs, in quibus patres eorum ministrare noscuntur, cessante omni appellationis obstaculo, studeas penitùs amouere.

Idem Londoñ episcopo. *Cap.* 5.

VEniens ad pręsentiā nostram Vu. presbyter lator præsentium, supplici nobis assertione proposuit, quòd cùm ipsum ad ecclesiam S. Laurentij de Nouoburgo, quam ei cōcessisti & assignâsti, articulâsses, & ad eandē in presbyterū ordinâsses, ipsum posteà ꝑscripta Ecclesia spoliâsti, eô quòd pater eius in præscripta ecclesia ministrauit. Quia verò ad nostrum spectat officium, viris ecclesiasticis paterna prouisione consulere, fraternitati tuæ &c. quatenùs si tibi innotuerit, quòd pater eiusdem presbyteri in præscripta ecclesia ministrauerit, quandò eum instituisti, ipsam eidem, dilatione & appellatione cessante, in pace dimittas, amoto alio si quē instituisti. Verùm si te ignorante, ꝙ pater eius in eadē ecclesia ministrauerat, ipsam ei assignâsti, ex quo ad ecclesiā ipsam eum in presbyterū ordinâsti, sibi restituas, donèc in alia ecclesia ei prouideas, vndè honestè valeat sustētari, & sibi nullā sup ꝑscripta ecclesia molestiam vel grauamē inferas.

Idem B. *Cap.* 6.

PRoposuit nobis præsentium lator R. ꝙ cùm ipse ad Ecclesiam de Salebi, à domino fundi fuisset præsentatus, tu causam animarū noluisti sibi cōmittere, vel huic ei assensum tuum pręstare, pro eo ꝙ erat filius sacerdotis. Super quo itaq; discretionē tuā, sicut dignum est, in Dño commēdamus, & prouidentiam tuam gratam gerimus, accōmodam & acceptā. Cęterùm quia necessitatibus eius & laboribus, quos ad nos veniēdo sustinuit, in tanta mentis affectione cōpatimur: indignum est autem, vt postquàm ipse in subdiaconatum est ordinatus, omni debeat ecclesiastici beneficij susceptione carere: discretionem tuam per A.S. monemus, vt aliquem honestum presbyterum cum assensu eiusdem presbyteri infra 40. dies post harum literarū susceptionē, contradictione & appellatione cessante, inuenire studeas, q eidem ecclesiæ deseruiat, ità quidē, ꝙ pręfatus R. medietatem omniū beneficiorū pręscriptæ ecclesiæ in suo ordine seruiendo diuino intuitu, quoàd vixerit, nostra & tua authoritate pacificè debeat obtinere. Non enī solus presbyter Missarū solēnia vel alia officia potest sinè ministri suffragio celebrare.

Idem Sareñ & Exonieñ episcopis. *Cap.* 7.

SVggestum est nobis, ꝙ cùm I. dicatur filius sacerdotis, &c. & infrà: Quia manifestum est & publicum, patrē pręcdicti I. personatum prædictę ecclesię gessisse, ipsum ab eadē ecclesia, si eam adeptus est, excludatis, nec ad eius gubernationem vlteriùs assumatur. Nolumus tamē vt propterea id in iudicium deducatur, vel testes super hoc producantur, dūmodò factū ipsum manifestū sit.

Idem Cant. archiepiscopo & Vuigorñ episcopo. *Cap* 8.

EX trāsmissa nobis cōquestione Vu. clerici accepimus, ꝙ ad dilecti fratris nostri abbatis de Castin ꝑsentationē, in quoddam beneficium ecclesiæ de Vuintoñ, sibi canonicè concessum, recipere distulisti in ꝑsenti, eô quòd quidam, qui pater eius dicebatur, in pręfata ministrauit ecclesia. Pręterèa nobis ex parte eius insinuatur, ꝙ memorato E. defuncto, media intercessit persona, cui pręcdictū collatū est beneficiū. Indè est ꝙ fraternitati vestræ, &c. quatenùs si ꝑdicta cōstiterint, pręnominatū Vu. in possessionē ei collati beneficij *mittere nō differas, omī occasione & appellatione cessante. nec ideò minùs obseruare rescripta Apostolica decet, qa hęc in Ecclesia Dei hęreditariā detestantur successionē, vt canonicā approbent in posterū possessionē. Porrò si is *ex. *A. inter. non possint, alter nihilominùs exequať.

*inducere

Idem Vuigorñ episcopo, & Priori de Lucivureden. *Cap.* 9.

COnstitutus in pręsentia nostra G. clericus lator præsentium, supplici nobis insinuatione monstrauit, ꝙ cùm Capellam de Streitoñ canonicè fuisset adeptus, & eam pluribus annis pacificè tenuisset, R. miles ipsum

ipſum præſcripta eccleſia ſinè iudicio & iuſtitia ſpoliauit. Cumq́; memoratus clericus exindè epiſcopo querelam depoſuiſſet, obiectum fuit ei quòd pater eius in eadem eccleſia miniſtrauit, & præſcriptam Capellam non potuit rehabere. Quia verò ad noſtrũ ſpectat officium, inſolentiam laicorum cõtra viros eccleſiaſticos debita ſeueritate cõpeſcere: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs rei veritate diligẽter inquiſita & cognita, ſi vobis conſtiterit, quòd idem clericus à præſcripta eccleſia per manũ laicalẽ fuerit eiectus, & quòd pater eius præfatæ capellæ perſona ſeu vicarius perpetuus nõ fuerit: licèt in eadem nomine ipſius G. quãdoquè miniſtrauit, ipſam ſibi cũ redditibus indè perceptis, amoto alio, ſi quis eam detinuit, dilatiõe & appellatione & occaſione ceſſante, reſtituatis, literis noſtris, ſi quæ ſunt impetratæ, veritati & iuſtitiæ nõ præiudicãtibus, & ipſum ſicut eam canonicè adeptus fuit, faciatis pacificè poſſidere. Porrò ſi *his ex.am.in.ñ.po. alter, adhibitis ſibi viris diſcretis & honeſtis, ea nihilominùs exequatur.

locus obſcurus aut mutilatus.

Cap. 10.

EX tua parte nobis propoſitũ eſt, quòd cùm olim ad conſultationem tuã ſuper filijs ſacerdotũ tales literas ſuſcepiſſes à nobis, vt eos poſſis in eccleſijs, quas patres eorum nullo mediante, poſſederant, ſuſtinere, quos *bonæ vitæ & ſanæ cõuerſationis cognoſceres, vel quos eas longo tẽpore tenuiſſe conſtaret: quidam ad iudices literas impetrauerunt, vt ſi conſtaret eos eſſe filios ſacerdotum vel clericorum qui proximè ante eos eccleſias tenuerunt, ſuper his imponant eis, appellatione ceſſante, ſilentium, & eccleſias iſtas eis aſſignent, quanuis in eis ſe oſtẽdere nequeãt per epiſcopum inſtitutos. Super quo tibi reſpondemus, quòd ſi per priores literas noſtras cum aliquibus clericis diſpenſâſtis, diſpenſationem tuam poſteriorum literarum noſtrarum intuitu nolum' irritari, ſed eam præcipimus ſeruari illibatã. Alios verò clericos laicæ donationis intuitu in eccleſijs, ipſis parochiali iure ſubiectis, ſinè authoritate pontificis inſtitui, aut inſtitutos in eis remanere, authoritate Apoſtolicã prohibemus.

*probatæ

Pars xx.

DE IVDÆIS, ET NE CHRIſtiani mancipia eorum fiant.

Cap. 1.

SIcut Iudæis non debet eſſe licentia, vltrà quàm pmiſſum eſt lege, in ſynagogis ſuis præſumere, ità in eis quæ eis conceſſa ſunt, nullum debent præiudiciũ ſuſtinere. Hos ergò cùm in ſua magìs velint duritia permanere, quàm prophetarum verba arcana cognoſcere, atq; Chriſtianæ fidei & ſalutis notitiam habere: quia tamen defenſionẽ & auxiliũ noſtrũ poſtulant, ex Chriſtianæ pietatis mãſuetudine p̃deceſſorum noſtrorũ felicis memoriæ Calixti & Eugenij Romanorum pontificum veſtigijs inhærẽtes, ipſorum petitiones admittimus, eisque protectionis noſtræ clypeum indulgemus. Statuimus em̃, vt nullus Chriſtianus inuitos vel nolentes eos ad baptiſmum venire compellat. Sed ſi eorum quilibet ad Chriſtianos fidei cauſa confugerit, poſtquàm voluntas eius fuerit patefecta, Chriſtianus abſq; calumnia efficiatur. Veram quippe Chriſtianitatis fidẽ habere nõ creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmũ non ſpontaneus, ſed inuitus cognoſcitur puenire. Nullus etiàm Chriſtianus eorum quemlibet ſinè iudicio poteſtatis terrenæ vulnerare vel occídere, vel ſuas eis pecunias auferre præſumat: aut bonas, quas hactenùs in ea quam priùs habitabãt, regione habuerũt, conſuetudines immutare: præſertim in feſtiuitatum ſuarũ celebratione, quiſquam fuſtibus vel lapidibus eos nullatenùs perturbet: nec aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat: niſi ea quæ ipſi præfato tempore facere conſueuerunt. Ad hæc malorum hominũ prauitati & nequitiæ obuiãtes decernimus, vt nemo cœmeterium Iudæorum mutilare vel inuadere audeat, ſiue obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autẽ huius decreti tenore agnito, quod abſit, temerè contraire præſumpſerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis ſententia plectatur, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

Dist. 45. qui ſyncera.

Idem. Cap. 2.

LIcèt vniuerſis Dei fidelibus ex cõmiſſi nobis officij debita debeamus prouiſione adeſſe, attentiùs tamen eccleſiaſticos viros à prauorum moleſtijs malignantium vigili cura defendere, ad quorum regimen ſpecialiùs ſumus, licèt inſufficientibus meritis, prouidẽtia *deputati. Perlatum eſt autem ad audientiam noſtram, quòd Iudæi in ciuitate veſtra commorantes, ad tantam ſuperbiam & elationem peruenerunt, quòd ſi quandò inter eos & quemlibet clericũ, ſiue inter vos & ipſos cauſa emerſerit, vos ad ſecularem iudicem trahunt, & corã quocunq; iudice vobiſcum litigant per ſimplicẽ chartam abſq; teſtibus, vel per vnũ qualemcũq; Chriſtianum ſiue Iudæum, contra omnẽ rationem *& iuſtitiam, ſententiam ſuam probare intendunt, & aduersùs eos magnorum & bonorum virorũ non recipiunt teſtimonium. Quia verò quod non eſt licitũ Chriſtiano cuilibet, multò minùs inimicis crucis Chriſti, vt ſcilicet viros eccleſiaſticos ad ſecularẽ iudicẽ trahant, & cauſæ ſuæ, vnius tãtùm & non legitimo teſtimonio ſinẽ imponãt: diſcretiõi tuæ &c. quatenùs ſi inter vos & quoſcunq; Chriſtianos ſiue Iudæos cauſa emerſerit, pro nullius vocatione ad ſecularẽ curiã, vt ibì de negocio tractetis: aut iudicẽ ſecularẽ ibì accedere p̃ſumatis. Sed ſicut iuſtitia exigit, & æquitatis ratio poſtulat, in qualibet cauſa Chriſtiani, & maximè clerici, ad minùs duorũ vel triũ teſtium, qui ſint probatæ vitæ & conuerſationis, admittatis, iuxta illud Dominicum, In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quia licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures quàm duos exigant teſtes, nulla tamen eſt quæ vnius tãtùm, quanuis legitimo, teſtimonio terminetur. Ad hæc præſentium authoritate tibi ſignificamus atque præcipimus, quatenùs omnibus Chriſtianis, qui ſunt in veſtra iuriſdictione, penitùs interdicatis: & ſi opùs fuerit, eccleſiaſtica diſtrictiõe prohibeatis, nè ipſi Iudæorum ſeruitio aſſiduè pro aliqua mercede ſe exponãt. obſtetricibus etiàm & nutricibus Chriſtianis omĩbus prohibere curetis, nè infantes Iudæorum in domibus eorum nutrire præſumant: quia Iudæorum mores & noſtri in nullo concordant, & ipſi de facili ob frequentem cõuerſationem & aſſiduam familiaritatem, inſtigante humani generis inimico, ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiam, ſimplicium animos inclinarent. Prætereà parochianis veſtris vſuram accipere omnibus modis interdicatis: quia vſurarum crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtatur. Quòd ſi monitis veſtris parére contempſerint, ſi clerici ſunt, eos ab officio & beneficio ſuſpenſos, cum literis veſtris rei veritatem continentibus, ad præſentiam noſtram mittere nõ differatis. Si laici fuerint, vſque ad dignam ſatisfactionem vinculo excommunicationis eos adſtringatis.

12. q. 11. Religioſa

ior. *diuinitus deputati.

*& inſtituti cauſam ſuã

Deut. 17. b 19. d

Matt. 18.

Idem. Cap. 3.

NOn ſinè multa admiratione auditur & creditur, quòd Iudæi parochias eccleſiarum per prouinciam veſtram, emptionis ſiue conductionis, aut etiàm pignoris titulo, contemptu Dei & fidei Chriſtianæ inſtitutiõis, detinẽt occupatas: & cùm redditus eiſdem eccleſijs non ſoluantur, hæ eccleſiæ penitùs deperîſſe iam noſcũtur. Quia igitur ad ea corrigẽda quæ ſunt diuinæ maieſtati contraria, & à fidei Chriſtianæ inſtitutionibus aliena, promptos nos decet & diligentes exiſtere: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi qui Iudæi ſunt in prouincia veſtra, qui tali modo parochias detineãt, ipſos ad eas dimittendas, requiſito priùs & habito conſenſu chariſſimi in Chriſto filij noſtri Henrici illuſtris Anglorum regis, arctiùs compellatis: aut ſi receptas detinuerint, aut parochias amodò receperint, ipſos cũ omĩ diſtrictione cogatis. vt eccleſijs quarum eædem parochiæ ſunt, debitos & collectos redditus cum integritate perſoluant, prohibentes omnibus Dei fidelibus ſub interminatione anathematis, nè quis Iudæis hominia vel fidelitates faciat: quoniam contrarium eſt ſacris canonibus, vt Chriſtiani debeant Iudæis adſtringi. Si quis verò cõtra inhibitionem noſtram venire præſumpſerit, contradictione & appellatione ceſſante, in eos excommunicationis ſententiam proferatis.

Idem. Cap. 4.

AD hæc cùm ſacris canonibus cautum ſit, nè Iudæi Chriſtiana mancipia habeant, præſentium tibi authoritate præcipimus, quatenùs ſublato appellationis remedio, anathematis interminatione iubeas publicè, nè quis Chriſtianorum alicuius Iudæi mancipium efficiatur. Si quis autẽ contra prohibitionem tuam venire præſumpſerit, *eos ſublato appellationis remedio, eccleſiaſtica cenſura compellas.

for. *eum

Pars 21.

DE MONACHIS ET MOnialibus ſinè probatione ſuſceptis, item in probatione poſitis, recedere volentibus. *Cap.* 1.

AD audientiam noſtram noueris perueniſſe, q̃ Eremitæ de monte Filiano, quoſdã pueros infra 14. annũ intantùm ſeduxerint, quòd quidam illorum, ſuaſionibus eorum aſſenſum præbentes, ad eccleſiam illorum acceſſerunt. Quos cùm ſtatìm religiõis habitum induiſſent, vn' prædictorum puerorum T. nomine, ſtatìm pœnitens quòd habitum ipſum ſuſcepiſſet, id quod fecerat, ſuis parentibus intimauit: qui ad locũ ipſum, mora poſtpoſita, accedẽtes, eum exindè extraxerũt: & cùm ſtetiſſet ibì niſì p vnam noctẽ, put accepimus, præfati eremitæ & quidã alij eum non permittunt quandam puellam ducere in vxorem, quam ipſe iurauit in vxorẽ accipere, ac (ſicut dicitur) deſpõſauit. Quocircà diſtrictioni tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit, q̃ p̃fatus T. ante conſummationem 14. anni, habitum ipſum ſuſceptum depoſuerit, aut ſi poſt 14. annũ habitũ ipſum ſinè probatione ſuſceperit, & infra triduum depoſuerit, eum ab impetitione prædictorum eremitarum vel aliorum in hac parte, occaſione & excuſatione & appellatione ceſſante, penitùs abſolutum, & eam quã iurauit accipere in vxorem, liberè poſſe traducere, ſi alia rationabilis cauſa non impedit, denuncies.

Diſt. 28. De his

Idem Herefordeñ epiſcopo. Cap. 2.

SVper eo quod quæſitum erat à nobis ex parte tua, vtrùm ſacerdotes qui religionis habitum ſuſceperunt, & antequàm eſſent vinculo profeſſionis adſtricti, ad priorem ſtatum reuerſi ſunt, permittendi ſint eccleſias & curam animarum habere: & an clerici, ſi monachicũ habitum ante oblatũ profeſſionis libellum deferũt, ad ſacros ordines pmoueri, & ad gubernationẽ animarũ poſſũt aſſumi: ſanctitati tuæ taliter reſpõdem', q̃ ſi auſteritatẽ religiõis, ad quã *trãſiſſe noſcunt, ſeruare noluerint, ad minorem reli-

Accipe hæc de ijs, qui religionis votũ nũcupârunt.

*migrâſſe

religionem tranſire cogendi ſunt, nec amplius in eccleſijs ſecularibus debent aſſumi, nè contra votum quod Domino fecerunt, in animarum ſuarum periculum probentur venire. Veruntamen ſi ante ſuſceptum habitum in probatione poſiti, recedere voluerint, ſecundùm regulam B. Benedicti non videntur prohiberi ad priorem ſtatum redire. Sed illa videtur pręcipere, vt in eadem veſte redeant, in qua venerunt.

Nam in laicali veſte ꝓbantur.

Cap. 3.

MEminim⁹ nos ex parte tua huiuſmodi quæſtionem audiuiſſe, ſ. vtrùm illi qui ſe ad religionem coram epiſcopo deuouerunt trāſituros, & habitum religionis ſuſcipiunt, ſi & poſtmodùm vxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerant, redire. Super quo vtiquè*dicimus reſpondendo, quòd ſi quiſpiam qui ſe religioni deuouit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit, poſtmodùm ſibi aliquam copulauit, eſt ab ea cogēdus recedere. Verùm ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem fecit, ſed votum fecit, & ſe ad religionem tranſiturum promiſit, licèt poſteà matrimonium contraxerit, non eſt cogendus ad eccleſiam tranſire, & matrimonij vota reſcindere. *Item ex concilio Toletano, vt clerici qui ſe fingunt habitu & nomine monachos eſſe*.

*damus reſpōſum, q̄ ſi

Pars 22.

DE SPOLIATIS RESTItuendis vel non.

Idem Vuigorn̄ epiſcopo.

Cap. 1.

SOlicitè cures & diligenter, quo tempore H. renunciauit eccleſię: & ſi vobis conſtiterit, ipſum ſpoliatum eſſe cùm eidem eccleſiæ renunciauit: ſi hac vice tantùm renunciauit, aut pluribus vicibus renunciauit p̄ſcriptę eccleſiæ, dummodò ſpoliatus renūciauit, contra eum teſtes alterius partis de iuramento & de renūciatione ſpontaneè facta, nullatenùs admittas: quia non eſt veriſimile, quòd ſpontè iuri ſuo renunciauerit, qui ſpoliatus renunciauit. Sed teſtes H. qui pro ſe intendūt, quòd violenter prædicta eccleſia fuit ſpoliatus, dummodò idonei ſunt, minimè differas accipere.

Spoliatū iuramento renunciantē, reſtituēdū.

Idem decano Lincol. & abbati de *Riuaus.

Cap. 2.

ACcepta conqueſtione P. clerici, quòd violenter eccleſia de *Sprotebtur fuiſſet ſpoliatus, diſcretioni tuæ (ſi benè meminimus) dedimus in mandatis, vt ſi per officiales venerabilis patris noſtri Eboracēn archiepiſcopi, Apoſtolicæ ſedis legati, ex conceſſione ipſius in eadem eccleſia introductus fuiſſet, & indè per violentiam exire coactus, eam ſibi authoritate noſtra reſtitui faciatis. Quibus cognitis, reſpōſum eſt, ſicut nobis dicitur, ab aduerſario, iſta omnia non debere proficere, eô quòd ſpontanea voluntate præſcriptam eccleſiam in præſentia præfati archiepiſcopi abiurâſſet. Quia verò non ſcripſimus idiotis, ſed diſcretis pſonis, & nitimur diſcernere quid ratio dictet: diſcretioni veſtræ iniungimus præſentium authoritate, vt rei veritatem diligenter & ſubtiliter inquiratis, & ſi vobis conſtiterit, quòd præfatus P. nullo metu vel vi coactus, ſed ſpontaneè prælibatam eccleſiam abiurauit, ei (omni contradictione & appellatione remota) ſuper hoc perpetuum ſilentium imponatis.

Idiotæ non diſcretæ pſonæ, peremptorias exceptiones reprobant.

Idem. Cap. 3.

FRatres * Arcemarenes grauem ad nos contra abbatem ſuum trāſmiſêre querelam, dicentes eum bona illius monaſterij dilapidâſſe, ipſumque inutilem & ſortilegū eſſe. Nuncius verò abbatis in præſentia noſtra conſtitutus, hæc omnia inſtantiùs denegabat, adijciens pręſcriptum abbatem ab adminiſtratione abſque rationabili cauſa deſtitutum. Ideò dilectioni veſtræ &c. quatenùs ad locum in quo faciliùs poſſitis partes præſentes habere, & de cauſa cognoſcere venientes, & quæ hinc & indè propoſita fuerint, audiētes diligētiùs, negociū ipſum, omni gratia & amore poſtpoſito, terminare curetis, ità quòd ſi vobis conſtiterit prædictum abbatem irrationabiliter deſtitutum, ipſum reſtituatis. Si verò deſtitutus non eſt, & eum inueneritis deſtituendum, illum authoritate noſtra deſtituatis, indemnitati eccleſiæ, ſicut meliùs noueritis expedire, conſulentes. Verùm ſi prædicti fratres ipſum canonicè*conuicerunt de obiectis, depoſitionis ſententiam afferatis. Cæterùm ſi præfati fratres, accuſationis libello porrecto, in probatiōe defecerint, abbati canonica purgatione iniuncta, illos debita animaduerſione puniatis.

24. q. 1. Pudenda

*cōuincūt

Idem Vuigorn̄ epiſcopo & Helien̄ archid.

Cap. 4.

AVdita querela dilecti filij noſtri T. clerici chariſſimi in Chriſto Scottorum regis, quòd H. perſona eccleſiæ de Sandeta, ipſum ſuper eccleſia de Porten̄ indebitè moleſtauit, *quam liberam tunc & vacantem ad præſentationem eiuſdem regis prædictus T. adeptus fuerat, licèt idem H. ſpontè iurâſſe dicatur, quòd ſuper eadem eccleſia de Porten̄, præfato T. nullam quæſtionem moueret: venerabili fratri noſtro London̄ epiſcopo & tibi fili archidiacone dedimus in mādatis, vt rei veritate diligenter inquiſita, ſi vobis conſtaret, quòd prædictus H. alterius eccleſiæ perſonatum haberet, vel iuramento ſpontaneè pręſtito firmauerit, ſe memorato T. ſuper eadem eccleſia decæterò quæſtionem non moturum: ei exindè perpetuum ſilentium, appellatione remota, imponatis, & ab ei⁹ impetitiōe eundem T. abſoluere minimè differatis. Poſtmodùm verò nuncius præfati H. ad præſentiam noſtram accedens, cōſtanti nobis aſſertione propoſuit, quòd per violētiam idem H. eadem eccleſia fuerit ſpoliatus: & ideò ad vos literas noſtras impetrauit, vt ſi conſtaret vobis veritate cognita, ipſum H. ſpoliatum eſſe cùm eidem renunciauit eccleſię, contra eum teſtes alterius partis de iuramēto & de renūciatione ſpōtaneè facta, nullatenùs reciperetis: ſed teſtes potiùs ipſius H. quibus intendebat poſſe probare, quia violenter pręfata eccleſia ſpoliatus fuerit, dūmodò eſſent idonei, nō differretis recipere, & ſecundùm eorū depoſitiōes & ratiōes & allegatiōes hincindè ꝓductas, in cauſa ipſa, remoto appellationis obſtaculo, quod iuſtum eſſet, iudicaretis: non obſtantibus literis, ſi quæ aliæ ab alia parte impetratæ eſſent tacita forma, quam expreſſimus in alijs literis ſuper hoc impetratis. Addidimus inſupèr, quòd ſi in cauſa ipſa aliquid eſſet mutatum, poſtquàm nuncius præfati Henrici iter arripuit ad noſtram præſentiam veniendi, totam cauſam ante ingreſſum principalis cauſæ, contradictione & appellatione ceſſante, in eum ſtatum reduceretis, in quo fuiſſe dinoſcitur, cùm nuncius ipſius H. eſt iter ipſum aggreſſus: niſì fortè idem H. cum altera parte ſpontanea voluntate poſſet ſup ipſa eccleſia cōuenire. Nunc autem ex literis prædicti epiſcopi & tuis fili archidiacone nobis innotuit, quòd vos priorum literarum tenorē ſecuti, partes debita ſolennitate citâſtis, & cùm poſt plures citationes die tādèm peremptorio conſtituto, de iam dicti H. contumacia legitima probatione vobis pleniùs conſtitiſſet, idonearum perſonarum teſtimonio cognoſcentes ſæpedictum H. alterius eccleſię perſonatum habere, & ſpontanea voluntate eccleſiam de Porten̄ in facie eccleſiæ in perpetuū abiurâſſe, ei ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium impoſuiſtis, & ab eius impetitione prænominatum T. penitùs abſoluiſtis. Licèt autem nuncius eiuſdem H. alias literas, ſicut diximus, impetrauit, formam aliam continētes, & quòd reuocari deberet, ſi quid immutatū eſſet in cauſa, poſtquàm idem nuncius iter arripuit ad nos veniendi: quia tamen nō intelleximus, nec intelligi volum⁹, vt ſi quid per iudices delegatos factū eſſet, reuocaret̄ in irritum authoritate noſtrarū literarū: ſed ſi q̣d p̄ſumptiōe vel violētia immutatū eſt &c. diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi ante receptionē literarū noſtrarū, q̄s nūcius p̄fati H. ſuper ipſa cauſa ad vos impetrauit, memoratus epiſcopus & tu fili archidiacone ſuper iam dicta eccleſia ſentētiam protuliſtis eandem, cōtradictione & appellatione ceſſante, ratam habeatis & firmam: nec eam obtētu literarum poſteriorum reuocare tentetis, ità quidem, quòd ſi contra ſententiam ipſam aliquid ſtatuiſtis, id ſublato appellatiōis remedio reuocetis, & pręfatum H. contra eandem ſententiam venire nullatenùs permittatis, ſed potiùs ſententiam (contradictione & appellatione poſtpoſita) faciatis authoritate noſtra inuiolabiliter obſeruari. Si verò poſt ſuſceptionem ſequentium literarum ſententia lata fuerit, eadem ſententia non obſtante, in cauſa iuxta tenorem literarum ipſarum, appellatione poſtpoſita, procedatis, dummodò pręfatus H. ſpoliatus fuerit, eadem ſententia non obſtante, & per violentiam ſpoliatus, illud præſtiterit ſacramentum.

*quoniam

Idem * Lexonien̄ epiſcopo. Pars capituli, In literis. ſuprà de poteſtate iudicum.

Cap. 5.

SVper illa quæſtione videlicet, cùm quis dicit ſe de poſſeſſione violenter eſſe eiectum, & aduerſarius dicit eum non fuiſſe canonicè inſtitutum, huiuſmodi tibi damus reſponſum: Priùs de violēta eiectiōe, quàm de canonica inſtitutiōe agi debet: quia prædo etiàm eſt ſecundùm rigorem iuris reſtituendus.

Quid ſi laicus à poſſeſſione eccleſiæ eſſet eiectus, quā cū nulla ratiōe poſſidere liceret?

Idem eidem in eadem.

Cap. 6.

ITem cùm aliquis dicit ſe de poſſeſſione eiectum, vel aduerſarium clàm poſſeſſionem intrâſſe, & aduerſarius ei crimen obijciat, vt eum ratione criminis à ſua intentione repellat: non occurrit nobis, quòd illius obiectio debeat admitti vel executio principalis cauſæ propter hoc retardari: quoniam criminaliter aduersùs eum agere non poteſt, cùm ipſum conſtet eius inimicum exiſtere.

Idem Vuigorn̄ epiſcopo. Cap. 7.

ABbas S. *Eadmundi, à quo R. lator præſentium patrimoniū ſuum tenere dinoſcitur, milites ſuos & burgenſes ad domum prædicti R. miſit, qui eum à domo & vniuerſa poſſeſſione ſua expellerent, niſì eccleſiā ſuam penitùs abiuraret. Quod cùm idem R. tali modo coactus feciſſet, abbas prædictam eccleſiam alij conceſſit. Vndè, quia quæ metu & vi facta fuerunt, de ratione iuris & ordine in irritum debent reuocari: fraternitati tuæ &c. quatenùs prædicto R. ſi ità conſtiterit, omnia cum integritate reſtituas.

Idem Cant. archiepiſcopo & Vuigorn̄ epiſcopo. Cap. 8.

PRæcipimus vt N. reſtitui faciatis eccleſiam, non obſtante quantùm ad reſtitutionem, ſi poſt eiectiōem ei obijcitur, quòd filius illius fuit perſonæ, qui in eadem eccleſia proximò miniſtrauit, vel quòd ab eo annuam penſionem acceperit.

Idem

Idem Vuigorñ episcopo, & abbati de S. Albano. Cap. 9.

QVia Vu. qui violéter dicebatur ecclesiam de N. ingressus, defunctus est, vt accepimus: & Nigellus in eadem ecclesia intrusus, volumus & præcipimus, vt secúdùm formam literarum inter ipsum & Patricium iudicetur ratione mediante, sicut inter eundem & præfatum Vu. si viueret, iudicaretur.

PARS 23. *DE IVRAMENTO CALVMNIAE.*

Item Honorius 2. omnibus epis orientalibus. Cap. 1.

INhærentes vestigijs prædecessorú nostrorum, dicétium grauiores per summum Pont. terminari debere quæstiones, nostrorum fratrum consilio diligenter inquisito, huius causæ speciem irrefragabiliter Deo opitulante terminátes decídimus. Legibus itaque cautum esse comperimus, vt nullus clericus iurare præsumat. alibi verò reperitur scriptum, vt omes principales personæ in primo litis exordio iusiurandum de calumnia subeant. Nonnullis legisperitis & alijs sapientibus venit in dubium, vtrùm clericus iusiurádum præstare debeat, an alij personę liceat hoc officium delegare. *Quia enim illud constitutionis edictum, vt iurare clerici prohibeantur, à Marco Augusto Cóstantino præfecto prætorio de Cóstantinopolitanis clericis constitutú promulgatum fuisset, idcircò ad alios pertinere nó creditur. Vt ergò dubietas ista penitùs auferatur ab omnibus secundùm decisionem etiàm filij nostri H. quondàm Imperatoris, anno sui imperij (vt accepimus) factam tertio: nos eius, inquam, interpretationem corroboramus, & D. Marci constitutionem ità interpretari debere decernimus, vt ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cùm Imperator Iustinianus decreuerit, vt canones patrum, vim legum habere oporteat, & in nonnullis canonibus reperiatur, vt iurare clerici omínò nó audeant: dignum est vt totus clericalis ordo à præstando iuramento immunis esse proculdubiò censeatur. Præterea statuti *principalis tenor penès nos talis esse dinoscitur: Nos itaque vtriusque legis diuinæ & humanæ intentione seruata, decernimus, & imperiali authoritate *irrefragabiliter diffinimus, vt non episcopus, non presbyter, non cuiuslibet ordinis clericus, non abbas, non monachus, non sanctimonialis, in quacunque causa vel controuersia, siue criminali siue ciuili, iusiurandum compellatur qualibet ratione subire: sed alijs defensoribus idoneis, si expedire ecclesiæ suæ nouerint, huiusmodi officium liceat delegare: verùm cum hac moderatione, vt episcopus inconsulto Ro. Pontifice, vel qlibet clericus inconsulto prælato suo, minimè iurare audeat. Omnibus autẽ epis, ac generaliter cunctis sacerdotibus, ac vniuerso clero ità custodiri debere mãdamus, vt si qs in hanc constitutionẽ cómiserit, veniã sibi deincèps nouerit denegari. Non sumẽtes exemplũ siue formã à nobis, qp aliter in causa fratrũ & coẽporum nostrorũ *Areannæ & Senonẽsis ecclesiæ nup fecim⁹, qm eorum volũtati & postulationi annuimus.*

*principis

*irretractabiliter

*Item Eugenius 3. Cardioni Romanæ Ecclesiæ subdiacono, & *magistro Omnibono. Cap. 2.*

*Magno

LIteras benignitatis tuæ, benignè accepimus, in quibus vtrùm in causa, quæ vertitur inter venerabilem fratrẽ nostrũ G. Bononien̄ epum, & dilectũ filiũ nostrũ Paduarium abbatẽ, sub vestro examine iusiurandũ de calũnia pstari cóueniat, requisisti. Sanè Ro. Ecclesia, in qbus causis de decimis ecclesiarũ & rebus spiritualib⁹ tantùm agit, iuramentũ calumniæ nec dare, nec recipere cósueuit. Et quidem huiusmodi causæ non ex legũ districtione, sed canonũ equitatesiné debitũ sortiunt. Canones aũt iuramentũ calũnię nulli prorsùs indicũt. Vndè de iuramento calumniæ præstando cótentione dimissa, ad vlteriora fraternitas tua procedat.

Idem. Cap. 3.

IN pertractãdis causis iuramentum de calumnia nõ passim exhiberi præcipimus: sed cùm fieri sinimus, & causæ & principalium personarum qualitate diligéter inspecta, quãdoquè per principales personas, quandoquè per œconomos sibi indultos, qui causam omninò non nesciunt, in anima principalium personarum præstari iubemus.

Idem R. Marabeñ & Anemensi episcopis. Cap. 4.

IMperatorum secularium leges, & ecclesiasticæ patrum constitutiones, viros religiosos in omnipotentis DEI seruitio protegunt & defendunt, & nullam eis molestiam vel turbationem, quæ sacro ordini contradicat, irrogari permittunt. Accepim⁹ autem quòd quidam causidici de terra vestra, occasione decidendarum litium, quæ aliquandò solẽt emergere, ab abbate & fratribus Franciæuallis iuramentum de calumnia, sicut ab alijs hominibus, exigebant: quod quidem inter fratres eiusdem ordinis inusitatum est: & nos ad id faciendum nos cogere non possumus, nec debemus. Sed nè aliena iura alieni hac occasione videantur detinere illicitè, & ipsi à causa sua decidant, si ex parte ipsorum prædictum iuramentum, cùm res postulauerit, non fuerit præstitum: eis præcipimus, vt in suo monasterio, sicut Imperiales constitutiones consentiũt, œconomũ statuant, q pro eis petere & ex-

& excipere, atque iuramẽtum de calumnia, cùm necesse fuerit, valeat exhibere.

Idem Lucius 3. episcopo Elien̄ & S. archidiacono Norwuicen̄. Cap. 5.

PEruenit ad nos de transmissa nobis cõquestiõe R. clerici de S. Albano, quòd cùm ipse pro Ph. & pro Helia clericis de Lund, ad eorum instantiam pro altero illorum, Helia videlicet, in sex, pro altero in 7. marcis argẽti fideiussisset mercatoribus Bononię, & ei vnus fide, sicut & alter iuramento promiserat: præscriptam pecuniam non soluentibus, coactus est prædictis creditoribus pro ipsis, sicut inter eos conuenerat, prædictam pecuniam exhibere. & infrà: Cæterùm quia nouis morbis noua conuenit antidota pparari, volumus & mandamus, vt ad veritatem eliciẽdam, appellatione remota, præstari faciatis ab vtraque parte iuramentum calumniæ.

Idem Cant. archiepiscopo. Cap. 6.

COnstitutus in præsentia nostra M. Stephanus sua nobis assertione monstrauit, quòd Ma. P. de Bleis, cancellario tuo tempore Laterani concilij ad preces ipsius in 15. marcas sterlingorum legalium & communium interceserit. & infrà: Quia verò contra diuersa experimenta morborum, varia nos cõuenit medicamina inuenire, præsentium tibi significatione iniungimus, vt si præfatus P. debitum vel assertiones denegauerit, consuetudine quæ legi cõtraria est, non obstante, sacramentum calumniæ subire cogatur.

DE EXCESSIBVS EPISCOporum contra suos archidiaconos, & archidiaconorum contra suos episcopos.

Item Alexand. 3. Londoñ episcopo. Cap. 1.

ADaures nostras noueris peruenisse, quòd quidam archidiaconi tui, te inconsulto, contra consuetudinem ecclesiæ sibi cómissæ, personas in ecclesijs instituerunt, & sic in ecclesijs vel eorum portionibus nunc filios, nunc alias personas & vicarios instituere non verentur. Volentes itaque pro officij nostri debito in irritum deducere, quod contra iuris ordinem attentatur, authoritate Apostolica tibi duximus iniungendum, vt si ijdem archidiaconi post prohibitiõem tuam ipsis indè factã, instituerint sinè mandato & authoritate vestra aliquos in ecclesijs, in quibus patres eorum ministrâsse noscũtur, aut personas alias vel vicarios, cùm id sit canonicæ sanctioni contrarium, liberum tibi sit, nullius contradictione vel appellatione obstãte, institutiones huiusmodi penitùs irritare, & taliter institutos remouere ab ecclesijs.

Idem Elien̄ archid. Cap. 2.

CVm satìs sit absurdum, & à sanctorum patrum institutionibus alienum, vt archidiacon⁹ authoritate propria debeat cuilibet causam animarum committere: ægrè nimìs ferimus, quòd tu sinè mandato episcopi tui personis animarum curam committis. Quóniam igitur obtẽtu alicuius cõsuetudinis nõ debes sanctorum patrum institutiones transgredi, & quod ad tuum nõ spectat officium, vendicare: ideò mandam⁹, vt nemini decæterò sinè mandato & licentia episcopi tui, curam animarum committere præsumas.

Idem Exonien̄ episcopo. Cap. 3.

ADaures nostras peruenit, quòd quidam archidiaconi tui se in ecclesias, quæ in suis archidiaconatib⁹ vacant, authoritate propria non verentur intrudere, & sic ipsas ecclesias detinere non erubescũt. Nos attendentes absonum esse, atque omni rationi contrarium præsumptionis excessum, nec volentes incorrectum relinqui: fraternitati tuæ &c. quatenùs si qui archidiaconi sint in episcopatu tuo, qui tali modo ecclesias occupent, & occupatas detineant, ipsos ad eas dimittendas, omi occasione & appellatione cessante, ecclesiastica districtiõe cõpellas, & easdem ecclesias personis idoneis & honestis ordines, & prefatos archidiaconos pro tanta psumptione, debita animaduersione punire curetis.

Idem Cant. archiepiscopo. Cap. 4.

ADhæc quoniam prædict⁹ episcopus, sicut accepimus, plures ecclesias & pcipuè ecclesiam de Nortuñ, à consuetudinè & obsequio archidiaconorum liberas constituit & immunes, & in hac parte redditus eorum diminuit & attenuauit: nihilominùs præsentium significatione iniungimus, vt si res ità se habet, factũ episcopi hoc, appellatione remota, corrigas & emendes: & ità prouideas, vt præfato archidiacono G. cõsuetudines, quas presbyteri in ecclesijs sui archidiaconatûs debẽt, plenariè cõseruent, & illi debitã reuerentiã exhibeãt & honorẽ.

Idem Burdegalen̄ arch. Cap. 5.

PRætereà de archidiacono G. * q in tua & in Toletana ecclesia archidiaconus sit constitutus, *in vtraque ecclesia regulariter professus, collectis illis quæ in archidiaconatu tuæ ecclesiæ colligere potest, præter conscientiam tuam Tolosanam ecclesiam ingreditur, & ibi per annum vel eo ampliùs moratur: prudentiæ tuę significamus, vt eum decæterò altero, quem maluerit, archidiaconatu, si res ità se habet, appellatione remota, facias esse contentum.

for. * q cùm in for. * & in

QVI-

PARS 25. *QVIBVS, ET QVANDO, ET IN quam ætatem conferatur eccleſiaſticum beneficium, & ad quem ſpectet eccleſiarum reparatio.*

Alexander tertius Cantuarienſi archiepiſcopo.

Cap. I.

EX ratione commiſſę tibi dignitatis, & cõſideratione legationis ad vniuerſas eccleſias, aciem tuæ ſolicitudinis debes extẽdere: & quæ enormiter ſeu cõtra iuſtitiam fiunt, paſtorali cura corrigere & emẽdare: quatenùs de commiſſis ouibus in patrisfamiliâs pręſentia rationem reddere valeas, & tibi pro labore & Matth.25.b ſolicitudine merces copioſa cumuletur in cælis. Accepimus autem quòd Couentrẽ epiſcopus, non attẽdens quid ſacrorum canonum ſtatuta decernant, nec modeſtiam pontificalem cõſeruans: pueris qui ſunt infra decennium conſtituti, in archidiaconatu dilecti filij noſtri R. archidiaconi Couentrẽſis, eccleſias plures cõceſſit, quæ non per clericos, ſed p̄ laicos diſpenſantur & diſponuntur. Vndè quoniam hoc eccleſiaſticæ vtilitati eſt inimicum & rationi contrarium, & non debet eatenùs tolerari: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi res ità ſe habet, p̄dictum epiſcopum ſuper his dura increpatione corrigas & caſtiges, & clericis ſeu miniſtris idoneis *cuſtodiã præſcriptarum eccleſiarum, donèc prædicti pueri ad congruam perueniant ætatem, omni occaſionę & appellatione ceſſante, laicis amotis, committas: & eidem epiſcopo arctiùs prohibeas, nè decæterò eccleſias niſì perſonis quæ ætatem & ſcientiam habeant, regendas concedat. Quod ſi ſecùs fecerit, ei debitam pœnitentiam infligas, & inſtitutionem & conceſſionem ipſius, omninò viribus carere decernas.

*administrationem

Idem Cant. archiepiſcopo & eius ſuffraganeis.

Cap. 2.

INdecorum eſt admodùm & abſurdum, vt hi debeant eccleſias regere, qui ſemetipſos regere non nouerũt, cùm ad regimen eccleſiarum tales perſonæ ſint admittendæ, quæ diſcretione præmineant, & morum fulgeant honeſtate. Nolentes itaque ſuſtinere, vt ad preces vel ad inſtantiam aliquorum, ſicut frequenter ſolet in veſtris partibus fieri, paruulis regimen committatur eccleſiarũ: fraternitati veſtræ &c. quatenùs nemini infra 14. annum conſtituto, perſonatum alicuius eccleſiæ aliquorum gratia vel obtentu cõcedere præſumatis: ſcituri pro certo, quòd ſi p̄cepto noſtro in hac parte contraire præſumpſeritis, quod indè feceritis, authoritate Dei penitùs irritabimus, & inobedientiam veſtram grauiter puniemus.

Idem Decano & capitulo Sareſbirien.

Cap. 3.

CVm Hugo Bunet in noſtra eſſet conſtitutus præſentia &c. & infrà: Nos diligentiùs attẽdentes quòd pater ſuus, ſicut vterque recognouit, eam habuerit priùs, quia pernicioſum eſt exemplo, vt in eandem quaſi iure hæreditario ei ſuccederet: conſiderantes etiàm, quòd cùm ei præbenda concedi debuit, illius ætatis erat, quòd curam animarum gerere nõ potuit: memoratum epiſcopum, vos etiàm & eccleſiã veſtram ab ipſius impetitione abſoluimus, & ei p̄petuum exindè imponimus ſilentium.

Idem. Cap. 4.

A Nobis tua diſcretio requiſiuit, vtrùm is cui ante 15. annum ætatis ſuæ nondùm concilio quod nupèr Laterani fecim᷑, celebrato, eccleſiæ magiſterium conceſſum fuit, occaſione decreti, quo in concilio eodem clericis minoris ętatis conferri eccleſias prohibuimus, poſſit eccleſia ſpoliari, quã ante concilium obtinuerat, præſertim cùm ipſa cõceſſio fuerit ab ipſo diœceſiano epiſcopo poſt cõcilium approbata. Super quo cõſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quòd niſì alia cauſa rationabiliter obſtet, occaſione minoris ætatis aut decreti, quod in cõcilio promulgauimus, nolumus eum à percepto antè beneficio remoueri. Di.31. Ante triennium.

*Idem *Lexonienſi epiſcopo.*

Cap. 5.

PRætereà licèt aliquis ad perſonatũ parochialis eccleſiæ non debeat, niſì ſubdiaconus ad minùs, admitti vel recipi, diſpenſatiuè tamen in minoribus ordinibus conſtituti, conſueuerunt admitti: dummodò tales ſint, qui infra breue tempus ſubdiaconatum vel diaconatũ recipere poſſint.

DE DEPOSITIONE CLERICOrum, & de diſpenſatione circa eoſdem facta.

Cap. I.

EX literarum tuarum tenore perpendimus, quòd quidam longa ægritudine confectus, cepit conſilium à ſortilegis mũlieribus, quòd ſi ſanari vellet, ſe p̄mitteret iterùm baptizari. Qui inſano credens conſilio, vt ſanaretur, iniuriam fecit per iterationem ſacramento. Adſtitit autem huic ſacrilegio adoleſcens bonæ (vt videtur) indolis acolytus, frater carnalis illius, in quo baptiſmus aſſeritur iteratus, & miniſterium exhibuit in reſpondendo presbytero baptizanti, & cooperator extitit rei nefandæ. Quia ergò nos tua duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat vel purgari acolytus, quem minor ętas & intẽtio fraternę ſalutis corporeæ aliquãtulùm excuſare videt᷑: dilectiõi tuę pręſentibus literis reſpõdemus, ꝙ quãuìs non multùm videat᷑ proptereà plectendus, ad ſuperiores

periores tamẽ ordines promoueri, ſi publicum eſt quod proponitur, non valebit, niſì ad religionem tranſire voluerit, vt fauore illius religionis circa eum debeat diſpenſari. Si verò occultum eſt, promoueri poterit, & exceſſum ſuum dignis pœnitẽtiæ fructibus expiare.

Pars 26.

Idem abbati & fratribus trium fontium.

Cap. 2.

COnſuluit nos tua *deuotio ſup quodam confratre veſtro, †ꝙ cùm eſſet in ſeculo, & quinq; ſolidos p̄ ordinatiõe ſua dediſſet, ſtatìm poſtquàm delicti quantitatem cognouit, pœnitentia ductus, religioni ſe contulit. Nos igitur quæſtioni veſtræ ſatisfacere cupientes, vobis præſentibus literis ſignificamus, quòd ordine ſuſcepto carere meruit, nec ad ſuperiores promoueri poteſt. Veruntamen in ordinibus quos priùs ſuſcepit, Domino poterit deſeruire.

*fraternitas †or. qui

Idem Vuigorñ & Noruuicẽ epiſcopis.

Cap. 3.

Diſt. 19. In memoriam DE ſacerdote qui literas noſtras falſauit, quas tibi miſimus, diſcretioni veſtræ &c. vt ſi inueniri poterit, omni officio ſacerdotis & beneficio eccleſiaſtico perpetuò priuatum, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas: vt ibì tanti facinoris pœnas luens, ſe taliter defleat cõmiſiſſe, & alij per hoc à ſimilibus valeãt deterreri. Quòd ſi aliquos de conſimilibus compræhendere poteris, ipſos arctiſſimæ cuſtodiæ, ſublato appellationis remedio, retrudas, donèc indè Apoſtolicum ſuſceperitis mandatum. Diſt. 50. Si quis epiſc.

Idem Salernitano archiepiſcopo. Pars capituli, Licèt præter. Cap. 4.

AT ſi clerici coram iudice ſeculari cõuicti fuerint vel confeſſi de crimine, non propter hoc ab epiſcopo ſuo aliqua ſentẽtia ſunt condemnãdi. Sicut enim ſententia à non ſuo iudice lata, non tenet: ità nec confeſſio coram ipſo facta. Si verò coram epiſcopo de crimine in iure ſunt confeſſi, ſeu legitima probatione cõuicti, dummodò ſunt talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant vel deponi, non immeritò ſunt à ſuis ordinibus deponendi, & ab altaris miniſterio perpetuò remouendi. De adulterijs & alijs criminibus quę minora ſunt, poteſt epiſcopus cum ſuis clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, vt in ſuis ordinibus deſeruiant: ſed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus iudici tradere ſeculari: quia ſuo functus officio, nõ debet eum duplici contritiõe cõterere.

Cõfeſſioné coram ſeculari iudice facta, clerico non præiudicare.

Circa clericos adulteros epiſcopum poſſe diſpenſare.

Item eidem in eadem epiſtola. Cap. 5.

POrrò ſi clericus alicui ſpontè duellum obtulerit, vel ſi oblatum ſuſceperit, & victus fuerit ſiue victor, de rigore iuris meritò eſt deponendus. Sed quantumcunquè eius grauis in hac parte & enormis ſit exceſſus, euadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus epiſcopus miſericorditer duxerit diſpenſandum: dummodò ex illo duello homicidiũ vel diminutio membrorum non ſit ſubſecuta.

Idem eidem in eadem epiſtola. Cap. 6.

DE presbytero autem Campaniæ, qui ſpontè duellum obtulit, & oblatum ſuſcepit, & in eo partem digiti amiſit, ſicut olìm, ità & nunc prudentiæ tuæ reſpondemus, quòd cùm ipſe, ſicut & nos vidimus, non perdidit tantum ex digito, quin ipſe ſinè ſcandalo poſſit ſolennia celebrare: ſatìs potes cum ipſo poſt peractam pœnitentiam miſericorditer agere, & permittere ipſum in ſuo ordine miniſtrare, licèt eius exceſſus grauis ſit.

Idem eidem in eadem epiſtola. Cap. 7.

PResbyterum autem alium, qui quendã puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, & vulnerauit, cùm poſt paucos dies expirâſſet, ſicut aſſeris, ab omni altaris miniſterio debes perpetuò remouere, eumq; ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interiẽrit, vel aliam infirmitatẽ incurrerit, de qua noſcitur expirâſſe. 24.q.4. Qui peccat.

Idem. Cap. 8.

QVanuìs ſit graue nimìs, & diuina dignum animaduerſione habeatur, ꝙ laici quidam, quod ſacerdotum eſt, in eccleſiaſticis rebus vſurpant: maiorem tamẽ metuent formidinem ac dolorem, qui fomitẽ ſui erroris in ipſo clero dicuntur aliquotiès inuenire, dum quoſdam fratrum & coëpiſcoporum noſtrorum, aliorumq; prælatorũ eccleſiæ decimas eis & eccleſiarum diſpoſitiones indulgent, & in deuia mortis eos impellunt, qui prædicatione eorum ad viã vitę fuerant reuocandi, de quibus dixit Dominus per Prophetã: Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem prouocant animas eorum. Vndè ſtatuimus, vt ſi quis alicui laico in ſeculo remanenti, eccleſiam vel decimas conceſſerit, à ſtatu ſuo tanquàm arbor, quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur, & donèc emendet, ruinæ ſuæ iaceat dolore proſtratus. Oſeæ 4.b Lucæ 13.

Idem G. Liuonenſi epiſcopo. Cap. 9.

VEniens ad nos P. lator præſentium, nobis expoſuit, quòd antiqui hoſtis ſuggerente verſutia, furtiuè diaconatûs ordinem ſuſcepit. Vndè tibi duximus reſpondendum, ꝙ ſi fortè non fuerit à te, vel ab aliquo archidiaconorum vel prælatorum tuorum ſub interminatione anathematis prohibitus, tu ipſe in promotione ipſius ad officium ſacerdotale, condigna ſatisfactione, niſì aliqua impediant, impoſita, pro tuo arbitrio diſpenſes. Si verò interminatio anathematis ſuper hoc facta eſt, commoneas eum, ſicut nos fecimus, vt in aliquo monaſte-

nasterio seu canonia habitum suscipiat regularem: cui iuxta admonitionem tuam, ex quo in habitu illo fuerit aliquanto tempore laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer prouidere: Alioquin nulla ratione concedimus eum ad sacerdotalem ordinẽ promoueri.

Idem eidem. *Cap.*10.

CLerici autem si qui à suis, aut etiàm de mandato Rom. põtificis, ab alienis episcopis interdicti vel excommunicati, ante absolutionem diuina officia celebrauerint, nisi ad commonitionem *vestram sinè dilatione rediérint, perpetuò depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurrant. *nostram

Idem Lucensi episcopo & eius capitulo.
Cap. 11.

PRæsentium lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamen illorum qui violentiam repellebant, in quo lapides ipse proiecit, sed aliquem non percussit: quem nos, quia per alios illic aliqui dicuntur occisi, à celebratione Missarum præcipimus abstinere. Mandamus itaque vobis, vt si res ità se habuerit, & alia causa nõ impedit, decurso huius temporis spatio, ad sui eum executionem officij admittatis.

Idem Archiepiscopo *Cusentino.*
Cap. 12.

COntinebatur in literis, quas tua nobis deuotio destinauit, quòd diaconus psentium lator, & quidam clerici qui rogati ad vineas ecclesiæ putandas perrexerint; & cùm circa vesperas opere consummato rediérint, leuandi laboris gratia quendam ludum imitati sunt viatorum, proijciẽtes baculos suos in longinquum. studebant enim in directum iacere, & alter alterius fustẽ ferire. Huius autem ludi, sicut asserunt, talis conditio est, vt qui alterius baculum percuteret, quasi victo eo cuius baculus percussus esset, vteretur pro equo. Sed præfati clerici equitandi licentia non vtentes, sola iactatione contenti sunt: vt dum ad baculos suos alacriùs concurrerent, laborem itineris non sentirent. Quidam autem laicus, sicut prædictus diaconus asserit, dum baculum prædicti diaconi percussisset, incautè in eũ equitaturus insilijt, & sicà falce ipsius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnꝰ accepit, de quo post dies octo expirauit. Indè est quòd commonemus fraternitatem tuam atque mandamus, quatenùs eundem diaconum sinè licentia summi pontificis ad superiorem gradum ascendere, vel in diaconatûs officio nullo vnquàm tempore ministrare permittas, sed cum dispensatione in subdiaconatûs officio ministrare patiaris.

Pars capitu li, Tenta est vis.

Idem Exonienſi episcopo.
*Cap.*13.

PResbyterum etiàm istum in homicidij crimine lapsum, annis duodecim graui pœnitentia afflictum, si ità est, tibi remittimus absolutum in Dei nomine, suoque restitutum sacerdotio, non tam considerantes spatium & mensuram temporis, quàm pœnam doloris. Nè tamen cuilibet imprudenti videatur iniquum, eum sacris altaribus restitutũ, discat hoc à sanctis patribus confirmatum. Vndè Calixtus papa: Errant, qui putant, post dignam pœnitentiam, sacerdotem lapsum non posse reparari, & ministrare posse, si à malis abstineat.

Idem. *Cap.*14.

LAtor præsentium nobis viua voce proposuit, quòd cùm quadam die casu cum quodam clerico luderet, contigit quòd ille proiecit illum ad terram, & cultellus quẽ ad latus habebat, in alterum incidit, & fortuitò vulneratus occubuit. Eundem igitur ad vos duximus remittendum, discretioni vestræ mandantes, quòd rei veritate comperta, si ità res se habuit, & alia iusta causa non impedit, prædictum D. permittatis liberè ad sacros ordines promoueri.

Idem Eugenius papa primus Sarensi episcopo.
*Cap.*15.

PResbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmę à prędone absciſſos esse significâsti, Missam celebrare non pmittimus: quia nõ securè propter debilitatem, nec sinè scandalo propter membri deformitatem id fieri posse confidimus. Ipsum autem cæteris officijs sacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

*Idem eidem in eadem epistola. Cap.*16.

PRætereà clerici, qui relicto ordine suo & habitu, lapsi in apostasia tanquàm laici versantur, si in criminibus deprehensi teneantur, per censuram ecclesiasticam non præcipimus liberari. Tales enim inter apostatas numerandos, sanctorum patrum statuta declarant.

Item eidem in eadem epistola.
Cap. 17.

SAcerdotibus autem & clericis tuis denũcies publicè, nè ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant. Quòd si postmodùm præsumpserint, & occasione ipsius administrationis, propter propriam causam à laicis capiantur, indignum est eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat in Ecclesia scandalũ generari.

**Idem Tolosano episcopo.* *Cap.*18. *Idem Andreæ episc.

REquisiuit à nobis fraternitas tua, vtrũ clerici qui post renunciationem fa*ctam, à prædecessore tuo ordines susceperunt, in ipsis debeant remanere, an ad maiores debeant de iure canonum promoueri. Nos igitur, quia de veritate nobis non constat, non possumus tibi super hoc breuiter Pars capitu li, Cõsuluit.

uiter respondere. Nam distinguitur, vtrùm renuncians, loco simul & dignitati renunciet. Nam vbi loco tantùm renunciat, ordines sicut anteà, nisi à summo pontifice vel eius legato, phibitus fuerit, rogatus ab alio episcopo, poterit de ratione conferre. Cùm autem loco pontificali simul cedit & ordini, ibi distinguendũ putamus, vtrùm sacros contulerit, an minores. Si enim à tali ordines vsque ad subdiaconatum quis receperit, quia & huiusmodi ordines quandoquè à non episcopis conferuntur, & in illis deseruire poterit, & ad maiores, si idoneus fuerit, ordinari. Sanè si ab eodem, facta renũciatione, sacros ordines quis scienter receperit, quia indignum se fecit, executionem officij non habebit: vbi autem non scienter, ibi poterit, nisi crassa & supina fuerit ignorantia, discretus pontifex dispensare.

Idem Turonensi archiepiscopo.
Cap. 19.

COnsuluit nos tua fraternitas, vtrùm liceat tibi spurios & seruos ordinare. Super quo tibi aliter respondemus, quòd neq; spurios, neque seruos ordinare debes. Et si memor esses, in consecratione tibi dictum est: Vide nè quemlibet seruilis conditionis ad ordines promouere præsumas.

Idem Cenomanensi episcopo. *Cap.*20.

TVa nos duxit fraternitas consulendos, quid agendum sit de clericis, qui in remotis regionibus ordinati, literas eorũ ꝓponunt, à quibus sit manus imposita, cùm incertum est, vtrùm eorum sint sigilla, quæ præsentant. Tuæ ergò consultationi præ- *gratius sentium significatione indulgemus, *tutũ esse, vt in his statuta patrum veterum obseruentur, quàm nouum quid statuatur. statutum est enim de transmarinis, vt ad minùs testimonio quinq; episcoporum super ordinatione sua muniãtur. Quod in alijs qui similiter sunt incogniti, credimus obseruãdum, ità tamen, vt in suspensione *aliquo *uno tempore habeantur, in quo videntes plenius de ipsorum actibus instituantur. Sed de inferioribus ordinibus oportuit inquiri, quia posset contingere, vt aliquibus prętermissis, saltum fecissent. His autem peractis, si digni inuẽti fuerint, circa eos poterit dispensari.

Cap. 21.

DE diacono vestro, qui in sancto sabbato quendam alium diaconum vulnerauit, & mulierem vxoris nomine accepit, hoc tuæ prudentiæ duximus respondendum: ꝙ si contrito & humiliato corde & animo ad Ecclesiam redire voluẽrit, dimissa illa, quam in vxorem accepit, cùm nõ possit, sicut nõsti, matrimonium contrahere, ipsum debes recipere, & à sentẽtia excõ- *absol. municationis, quam pro violenta manuum *ues, & iniectione noscitur incurrisse, *& iniuncta sibi pœnitentia de vtroque excessu, post peractam pœnitentiam poteris ei diaconatûs officium reddere, & etiàm dispensatiuè, si perfectæ vitæ & conuersationis fuerit, in presbyterum ordinare. Subdiaconũ autem, siue homines interfecit, siue non, nõ posse matrimonium contrahere, sacrorum canonum censura demonstrat. Parochianos autem tuos, ad soluendas decimas ecclesijs, quibus eas debent, ecclesiastica debes seueritate compellere, quòd cùm decimæ nõ ab homine, sed ab ipso Deo sint institutę, quasi debitum exigi possunt. Exod. 22. d Leuit. 27. d Num. 18. c d Deut. 12. a 14. c 26. b

Item Lucius tertius Turonen archiepiscopo.
Cap. 22.

ADaures nostras, te significante, peruenit, quòd religiosi quidam zelum Dei habentes, ad superiores desiderant ordines promoueri, putãtes maius præmium cumulandum, quo in maiori gradu positi, sublimius officium fuerint executi: sed plati eorum desiderijs contradicunt. Ideoque tua duxit fraternitas requirendũ, an in inferioribus ordinibus cõstituti, iuxta beneplacitum prælatorum suorum, quibus promotio displicet, à superioribus debeant abstinere, an valeant, prælatis suis renitentib⁹, promoueri. Tuæ ergò quæstioni respondemus, quòd honestius est & tutius, subiectos, debitam præpositis obedientiã impẽdendo, in inferiori ministerio deseruire, q̃ in præpositorum scandalum, gradum appetere digniorem. Nec est in hac parte subiectorum desiderium confouendum: quoniam esse potest, vt prælati secreta eorũ cõmissa nouerint, ex quibus constat eis, quòd salua nequeunt conscientia sublimari: quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine meritorum charitatis, acquiritur regnum Dei.

Item Alexander tertius Bathonienſi episcopo.
*Cap.*23.

SVbdiaconos *autem nullis, nisi Roma- *alijs no pontifici, licet in diebus Dominicis ordinare: quãuis Deo dicatas virgines cõsecrandi, & minores ordines licentiam habeant conferendi. sabbato quidem Pentecostes non licet alicui sacros ordines celebrare, cùm in sequenti septimana, recepta sanctiſpiritûs gratia, celebrentur. Pars cap. sup. prà de potestate iud. Intellexim⁹

Idem Herefordenſi episcopo.
*Cap.*24.

SAnè super eo, quod moris esse dixisti quibusdam episcopis Scotiæ & *Gualliæ, in dedicationibus altarium vel ecclesiarum extra ieiunia quatuor temporũ, clericos ad sacros ordines promouere, prudentiæ tuæ significamus, quòd consuetudo illa, vtpotè institutioni ecclesiasticæ inimica, & detestabilis est & penitûs improbãda: Nota con- & nisi multitudo & antiqua terræ consue- suetudinem tudo esset in causa, taliter ordinati, non de-

berent pro merito in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos, sic ordinati, deponerentur: & ordinantes, authoritate ordinandi priuarentur.

Idem eidem episcopo in eadem epistola.
Cap. 25.

DE hoc autem quòd quæsisti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in ostiarios, lectores, exorcistas, vel acolytos promouere, aut etiàm subdiaconos facere, prudentiæ tuæ taliter respondemus, quòd licitum est episcopis, Dominicis diebus & alijs festiuis diebus vnum aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad subdiaconatum, nisì in quatuor temporibus, aut in sabbato sancto, & in sabbato ante Dñicam de passione, nulli episcoporum, præterquàm Rom. Pontifici, licet aliquos ordinare.

Idem. *Cap.* 26.

QVia quidam clerici desperantes ab episcopis suis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinẽtiam, vel natiuitatis conditionem, aut tituli defectum, aut minorem ætatem, extra prouinciam suã interdùm in transmarinis partibus ordinãtur, vel ordinatos se esse mentiuntur, ignota suis episcopis sigilla deferentes: statuimus talem ordinationem irritam esse habendã, sub interminatione anathematis inhibẽtes, nè à quoquam episcopo ad sui officij executionem admittantur. Episcopus verò nostræ iurisdictionis, qui talem sciens ordinauerit vel susceperit, ab illius ordinis executione ad quem eum ordinauerit vel susceperit, vsque ad condignam satisfactionem se nouerit suspensum.

NE CLERICVS VEL MONAchus secularibus se negocijs immisceat: & de regula religiosorum.

Pars 27.

Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis. Cap. 1.

FRaternitati vestræ per Apostolica *præcepta mãdamus, quatenùs vniuersis monachis vestræ iurisdictionis arctiùs inhibere curetis, nè villas & ecclesias ad firmã*, vel receptas detinere præsumant. Quod si præsumpserint, eos, authoritate Apostolica freti, sublato appellatiõis remedio, faciatis à præsumptione sua, ecclesiastica districtione cessare.

*præscripta
videtur deesse, recipiãt
3. q. 1. Nulli

Idem in concilio Turonensi. Cap. 2.

NOn magnoperè antiqui hostis inuidia, infirma membra Ecclesiæ præcipitare laborat. Hic manum mittit ad desiderabilia eius, electos quoquè nititur supplantare, dicente scriptura: Esca eius electi. Multorum siquidem casum se operari reputat, vbi aliquod membrum Ecclesiæ sua fuerit calliditate subtractum. Et indè nimirùm est, quòd in angelum lucis more solito se transfigurans, sub obtentu languẽtiũ fratrum consulendi corporibus, & ecclesiastica negocia fideliùs pertractandi, regulares quosdam ad legendas leges, & confectiones physicas ponderãdas, de suis claustris educit. Vndè nè sub occasione scientiæ, spirituales viri mundanis rursùs actionibꝰ inuoluãtur, & in interioribus ex eo ipso deficiant, ex quo se alijs putant in exterioribꝰ prouidere: de præsentis concilij assensu statuimus, vt nullus omninò post votum religionis, post factam in loco aliquo religioso professiõem, ad physicam legésve mundanas legẽdas permittatur exire: si verò exiêrit, & ad claustrum suum infra spatiũ duorum mensium non rediêrit, sicut excommunicatus, ab om̃ibus euitetur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluẽrit, audiatur. Reuersus autẽ in choro, capitulo, mensa & cæteris, vltimus fratrum existat: & (nisì fortè ex misericordia Apostolicæ sedis) totius promotionis spem amittat. Episcopi verò, abbates, Priores, tantæ enormitati cõsentientes, & non corrigentes, spolientur proprijs honoribus, & ab ecclesiæ liminibꝰ arceantur.

Iob 39. iuxta LXX.
2. Cor. 11. c

Idem London̄ episcopo. Cap. 3.

SEcundùm instituta prædecessorum nostrorum, sub interminatiõe anathematis prohibemus, nè monachi vel clerici causa lucri negocientur, & nè monachi à clericis vel à laicis firmas habeant, vel laici ad firmam ecclesias teneant.

Suprà de religios.

Idem Cantuariensi archiepiscopo. Cap. 4.

CLericis, qui in sacris ordinibus sunt cõstituti, iudicium sanguinis agitare non licet. Vndè prohibemus, nè aut per se truncationes membrorum faciant, aut iudicent inferendas. Quòd si quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco. Iubemꝰ etiàm sub interminatione anathematis, nè quis sacerdos officiũ habeat vicecomitis aut præpositi secularis. Clerici etiàm qui comam nutriunt, etiàm inuiti ab archidiacõis suis tõdeantur. Vestimentis autem & calceamentis, nisì quæ honestatem & religionem deceant, vti non liceat. Si quis autem contrà venire præsumpserit, & commonitus emendare noluerit, excommunicatiõi subiaceat.

Ex Toletano conc.
Ex cõc. Rõ clerici in sub.

*Idem dilectis filijs G. priori & fratribus iuxta disciplinam bonæ memoriæ *viuentibus. Cap.* 5.

AD petitionem vestram, regulam secũdùm quam viuere debeatis, & omnipotenti Deo seruire, duximus constituendam: Inprimìs id statuẽtes, vt professionem maiori Priori omnes laici faciant, in manu eius, se absq; proprio victuros promittẽtes, & continentiã, quantùm permiserit diuina gratia, seruare. Cui quoq; tam clerici quàm laici, sicut proprio magistro & animarũ suarum rectori, debitam in omnibus obedientiam promittant. Nec alicui inter vos professo liceat ad alium ordinem, absq; Prioris licentia, vllo modo transire, nisì fortè ad religionem migrauerit arctiorem. Nullus, absque Prioris licentia, hospitale audeat facere. Nullus proprium habeat. Si quid acqsiêrit, rectori suo assignet. Nullus vestrûm alicui vobiscum esse volenti crucem tribuat, sed per medium annum vel integrũ, vobiscum in probatione permaneat. Et tunc maiori Priori præsentetur, & ab ipso, nõ ab alio, crucem accipiat.

Suprà de coniugatis, & infra in eo. cap.

*Vxoratus & con. Vt sup. de coniugatis. & infrà.

Nemo vestrûm alicui in capite coronam faciat. Si hospitale in aliquo loco absque oratorio feceritis, liberũ erit vobis, absq; conscientia episcopi, in cuius parochia fuerit, ipsum constituere. Quòd si oratorium ibidèm ædificare voluẽritis, absque licẽtia episcopi non faciatis, iustitia sua in omnibus seruata. Si cum aliquo vestrûm, eo mortuo, pecunia inuenta fuerit, & in vita sua non patefecerit, nec ad ecclesiam, nec ad hospitale sepeliatur, sed extra ciuitatem in campis deponatur.

12. q. 1. Nemo
12. q. 2. Qui-

Idem episcopis, archidiaconis & alijs ecclesiarum præfectis, per Galliam constitutis. Cap. 6.

NOn est vobis dubium vel incertum, quomodò fratres religiosi *Cistreñ ordinis ea religione præmineant & virtute, quòd ex institutione patrum & prædecessorum nostrorum, hi qui in eorũ monasterijs professionem faciunt, sinè licentia sui abbatis prohibentur de claustro discedere, & discedentes, in alijs monasterijs non recipi. Indè est, ꝙ nos eandem institutionẽ non solùm amicam religioni & rationi consonã, solicitè conseruare volentes, vniuersitati vestræ &c. quatenùs monachos vel conuersos prædicti ordinis, post factam in monasterijs professionem, sinè licentia abbatum suorum per episcopatus vestros recipi nullatenùs permittatis, & si qui fuerint ex eis, qui sinè licentia abbatum suorum de monasterio in quo professionem fecerunt, exire præsumpserint, & cõmoniti ad sua monasteria celeriter non rediêrint, eos tandiù, appellatione remota, censura ecclesiastica percellatis, donèc ad monasteria, vndè exiêrunt, regredi compellantur.

*Cistercien.

Idem London̄ episcopo. Cap. 7.

REllatum est auribus nostris, ꝙ monachi de Nestuñ seculariter viuunt, & alios exemplo corrumpunt. Indè est quòd authoritate Apostolica tibi indulgemus, vt eos ad obseruationem monasticæ regulæ, appellatione remota, compellas: aut si tibi restiterint temerario ausu, eis abiectis, fratres*Cistreñ ordinis in præscriptum monasterium inducas, vt labores impiorum iusti edant, & illi indè rubore suffusi, ad sui ordinis obseruantiam conuertantur.

*Cistercien.

DE PACTIONIBVS LICITIS & illicitis in rebus ecclesiasticis.

Pars 28.

Idem Alexander tertius Exoniensi episcopo. Cap. 1.

QVerelam magistri Vu. recepimꝰ, qui cùm Ecclesiam de Ferleia à G. persona eiusdem ecclesiæ ad annuum censum per septennium tenendã suscepisset, ipse sibi eam antequàm per vnius anni spatium tenuisset, auferre ꝓsumpserit: quanquàm idem G. præstita sibi fide firmauerit, quòd vsque ad terminũ cõstitutum, nullam exindè molestiam vel grauamen ei inferret. Ideò tibi per A. S. mandamus, quatenùs si tibi constiterit ità esse, appellatione remota, districtè compellas, vt præfatam ecclesiam prædicto Vu. restituat, & vsque ad terminum inter eos constitutũ, secundùm quod inter eos conuenit, eãdem permittat pacificè possidere.

Vsq; ad certum terminũ Ecclesiã licitè teneri ad censum annuum.

Idem Exoniensi & Vuigorñ episcopis. Cap. 2.

CVm iampridèm Simon clericus procurator Prioris & monachorum de Acra, & P. clericus, pro causa q̃ inter eosdem monachos & prædictum P. & fratrem eius, pro cuius parte se vicem gerere dicebat, super ecclesia de Ha. & capella de I. vertebatur, ad nostram præsentiam accessissent, ità inter se, nobis tamen non mediãtibus, conuenerũt, quòd prædictus procurator Prioris & monachorũ, eidem P. pro expensis, quas fecerat, quatuor marcas argenti ei persolueret, & idem P. liti cederet, & à monachorum penitùs infestatione cessaret. Cumque cõpositionem ipsam ad nostram pertulissent audientiam, eamque confirmari authoritate Apostolica supplicarent, nos eam minimè duximus admittendam, pro eo quòd videbatur prauam speciem illicitæ pactionis cõtinere. Monuimus autem prædictum P. vt ipse tam pro se, quàm pro fratre suo, monachos in pace dimitteret, & eidem liti om̃inò renunciaret. Ille ergò *monitis acquieuit, & eidem liti pro se & ꝓ fratre suo penitùs abrenuncians, authentica instrumenta, q̃ sup eadem ecclesia & capella habebat, in nostris manibus resignauit: & nos eũ Priori & monachis prædictis destinamus, monẽtes atq; mandantes, vt ex quo prædictus P. nostris super hoc monitis acquieuit, ipsi quoquè benignis nostris precibus intenderent, & eidem P. & fratri eius aliquod studerent beneficium prouidere, de quo maius lucrum valerent apostolica intercessione percipere, quàm eis deberet ex illa pactione illicita prouenire. Cæterùm quia sæpedicti Prior & fratres, sicut accepimus, nec monitis nec mandatis nostris acquiescere volunt: nos co-

*monitus

eorundē clericorum laboribus paterna pietate compatientes, vobis per authoritatem præsentium præcipimus, quatenùs Priorem & monachos moneatis, vt præfato P. & fratri eius decens & competens beneficiū cōferant & assignent. Quod si fortè facere noluerint, vos cùm exindè fueritis requisiti, si vobis constiterit sæpedictos clericos, prout ipsi asseuerant, à prænominata ecclesia de B. & capella de L. iniustè & absque ordine iudiciario, & laicorum violentia eiectos fuisse, ipsas eisdem restitui faciatis: non obstātibus literis nostræ confirmationis, quas pdicti Prior & monachi à nobis impetrâsse noscuntur.

Idem. Cap. 3.

STatuimus, vt si super decimis inter vos & aliquam personam ecclesiasticam, assensu episcopi vel archiepiscopi sui, compositio facta fuerit, rata perpetuis temporibus & inconcussa persistat.

Idem Dunel. episcopo. Cap. 4.

ACcepimus quòd quædā ecclesię clericis tali tenore sunt concessæ, quòd post eorum obitum alij nominatim succedant: vndè quoniam hoc iniquum est, & sacris canonibus inimicum, & ideò non debet aliquatenùs tolerari, fraternitati tuę &c. quatenùs huiusmodi successiones tam detestabiles & iniquas, contradictione & appellatione cessante, fieri prohibeas, & omninò friuolas & vanas esse decernas.

Sup. ex cōc. Rom. Nulla

Idem Dunel. episcopo. Cap. 5.

TrāsactionĒ per abbatē vel PriorĒ, cum literis ratihabitionis conuēntus factam, ratam haberi.

COntingit interdùm, quòd licèt abbas vel Prior alicuius cōuentualis ecclesię, cum ecclesiastica vel seculari persona super his, de quibus inter eos controuersia vertitur, coram delegato vel iudice ordinario transigat, literis capituli sui de ratihabitiōe monstratis, ipsum tamen capitulum eādem transactionem nititur reuocare. Vndè quia super hoc nos consulere voluisti, consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si Abbas vel Prior de capitulo suo literas de ratihabitione habuerit, transactionem quam fecit, præsertim si fuerit aliquot annis seruata, capitulum, àc si non consenserit in eam, non poterit aliquatenùs reuocare. Super eo verò, quòd clerici & religiosę personę, sicut asseris, literarum intuitu quas habent à laicis, sibi ius in ecclesijs vendicant, hoc tibi volumus innotescere, quòd vbi episcopalis authoritas non accesserit, per illos ecclesias suas non possunt obtinere.

Idem abbati de Staforde, & Priori de Helesbi. Cap. 6.

COnstitut⁹ in præsentia nostra G. clericus, sua nobis assertione monstrauit, q̄ cùm inter ipsum & A. clericū super Capella de Stancona cōtrouersia emersisset, tandèm per transactionem fuit sopita. & licèt transactio ipsa, fide hincindè præstita, firmata fuisset, eam tamen præfatus A. seruare cōtradicit. Quia ergò huiusmodi transactiōes nonnunquàm speciem obtinent simoniæ, & non solùm à malo, sed & à specie mali, secundùm Apostolum, nos conuenit abstinere, discretioni vestræ &c. quatenùs cùm propter hoc requisiti fueritis, partes ante præsentiam vestram conuocetis: & reuocata transactione in irritum, causam diligenter audiatis, & fine canonico terminetis.

Sup. de pactione si quando. 1. Thess. 5.

Idem Rhemensi archiepiscopo. Cap. 7.

QVerelam I. presbyteri latoris præsentium accepimus, q̄ nobilis vir comes de Dampetra, decimas ad ecclesiam suam pertinentes, per ministeriales suos ei abstulit, & iniustè detinet occupatas. Vndè fraternitati tuæ &c. quatenùs si præscriptæ decimæ ad ecclesiam quam retinet, pertinent, præfatum comitem & ministeriales suos ecclesiastica coērcitione compellas, vt eidem presbytero ablatas decimas vel earū æstimationem, absque diminutione restituant, vel exindè secum pacificè & amicabiliter componant.

Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis. Cap. 8.

CVm clerici vestræ iurisdictionis, sicut accepimus, decedentibus ecclesiarum personis, paciscantur ipsis ecclesijs maiores solito soluere pensiōes, vt faciliùs eadem ecclesias possint adipisci: nos quidem ad tam detestabile vitium extirpandum, attentam volumus curam & solicitudinē adhibere. Indè est q̄ fraternitati vestræ &c. quatenùs omnibus clericis vestris, nè id attētare præsumant, publicè sub districta pœna prohibeatis: & si qui contra prohibitionem vestram venire præsumpserint, appellatione remota, eos ecclesijs taliter adeptis quantocyùs spolietis, & aliter pro tātæ præsumptionis excessu seueritate ecclesiastica puniatis. Ad hæc, quia quidā sunt clerici, qui cum religiosis viris collusione facta, sinè authoritate diœcesiani episcopi, ecclesias quas tenent, eis constituunt censuales, vt post decessum eorum, eædem ecclesiæ per præsentationē eorundem religiosorum virorū, ad filios vel nepotes clericorum ipsorum possint transferri: præsentium authoritate vobis præcipimus, vt si qui clericorum ipsorū inuenti fuerint facere talia, à præscriptis ecclesijs, appellatione remota, non differatis authoritate Apostolica remouere, nè de sua fraude vel dolo lucrum valeant reportare.

Duplici pena puniendum.

Idem Vuigorn̄ episcopo. Pars capituli, Meminimus. Cap. 9.

PRætereà illi qui episcopo ignorāte, authoritate sua pensionem annuatim de ecclesijs, collusione facta, soluunt aut recipiunt eas, personis defunctis, vbi ab his qui per Episcopum vel per ministrum tales eius authoritate instituendi personas, habentes ius recipiendi canonem receperint, in receptionem pensionis non sunt aliquatenùs audiendi, præsertim si pontificalem, aut alterius qui de iure id facere potuerit, authoritatem & assensum non constiterit interuenisse. Non enim simplices sacerdotes vel clerici, possunt ecclesias quibus præsunt, authoritate propria post decessum suum censuales efficere.

Idem Carnotensi episcopo. Pars capituli, Nos in eminenti. Cap 10.

DEcæterò noueris, quòd cùm aliquis ad extraordinarium iudicem literis impetratis cum aduersario suo fortè componit, postmodùm in ecclesia de qua agitur, ius aliquod habiturus, si compositio nó est iuri contraria, non est ab loci episcopo hæc aliquatenùs reprobāda: sed cēsus absq; episcopali authoritate & ecclesiæ cui præest, sub hoc prætextu solutus, vitam eius qui soluerit, non excedit.

Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis. Cap. 11.

EX frequentibus querelis personarū satis manifestè didicimus, in partibus vestris consuetudinem prauam admodùm & enormem, & sanctorum patrum constitutionibus omnimodò contrariam, à multis retrò temporibus inualuisse, quòd videlicet clerici cæca cupiditate ducti, ecclesias & ecclesiastica beneficia sinè assensu diœcesiani episcopi vel officialium suorum, qui hoc de iure facere possunt, recipiunt, minùs quàm deceat solicitè cogitantes, quomodò id à sanctorum patrum constitutionibus est alienū, & ecclesiasticæ contrarium honestati. Vndè cùm tu frater archiepiscope ex officio tibi commissæ solicitudinis tam iniquā consuetudinem de prouincia tua velis, sicut debes, radicitùs extirpare, tam in clericos illos qui ecclesias & ecclesiastica beneficia occupata scienter detinent, quàm in ipsos qui ecclesias vel ecclesiastica beneficia taliter occupare præsumpserint, & sicut ex literis tuis intelleximus, excommunicationis sententiam protulisti. Nos itaque eandem sententiam ratam & firmam habentes, eamq́ue authoritate Apostolica confirmantes, per A. S. præcipiendo mandamus, quatenùs episcopi singuli vestram sententiam in singulis episcopatibus suis saltem quater in anno innouantes, eam contradictione & appellatione cessante, faciatis inuiolabiliter obseruari: nec clericos ipsos, qui sententiam ipsam incurrunt, vel decæterò incurrent, si congruè non satisfecerint, & à præsumptione sua omninò destiterint, absoluere præsumatis.

Idem Norwicensi episcopo. Cap. 12.

AVdiuimus, in episcopatu tuo & alijs episcopatibus Anglię vsqueadeò clericorum malitiam excreuisse, quòd interdùm collusione inter se facta super beneficijs quæ possident, se sustinent ab alijs molestari, & posteà, vt quæstioni cedatur, & ijdem clerici beneficia quietè possideant, quasi nomine transactionis soluunt alijs de ipsis beneficijs annuam pensionem: vt post mortem eorum in beneficijs illis, super quibus est inter eos clericos collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vndè quia quid tibi sit exindè faciendū, nos consulere voluisti: fraternitati tuæ &c. quatenùs si quos clericorum tuæ iurisdictionis collusionem huius fraudis legitimè tibi constiterit commisisse, eos beneficijs, super quibus colluси fuerint, non differas appellatione cessante perpetuò spoliare: quia satis esset absurdum & indignum, si fraus & dolus, quem in præiudicium tuæ iurisdictionis & aliorum committere nituntur, in eorum non redundaret incommodum & iacturam.

Dolum in agentis iacturam redundare.

Item Lucius tertius B. Vuigornien episcopo. Cap. 13.

SIgnificauit nobis T. rector ecclesiæ de Dulting, quòd à dilectis filijs nostris Abbate & monachis Glastiriæ, ad regimen illius ecclesiæ electus, de soluendo annuo censu quatuor marcarum, quem prædecessor eius soluerat, corporaliter præstitit iuramentum: postmodùm venerabilis frater nō ster R. Vuigornien episcopus, in cuius diœcesi ea ipsa consistit, nè ipse monachis censum solueret, nisi priùs constaret quòd episcopali authoritate esset impositus, in periculum ordinis & sub interminatione anathematis, interdixit. Vndè præfatus rector hinc reatum periurij metuit, indè timet periculum inobedientiæ imminere. Quocircà fraternitati tuæ &c. quatenùs partibus conuocatis, si præscriptum canonem de authoritate præsulis, non de nouo, impositū fuisse constiterit, præcipias episcopo authoritate nostra, vt prohibitionem suam sinè dilatione relaxet. Si verò census fuerit de nouo impositus, siue de episcopali authoritate factum fuerit, siue non, abbatem & monachos, vt clericum à præstito iuramento absoluant, appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas. Pati enim nolumus nec debemus, vt ecclesię noui censūs exactione vexentur.

Idem Cantuariensi archiepiscopo & eius suffrag. Cap. 14.

EX crebris querimonijs clericorū, qui de partibus vestris ad præsentiam nostram accedunt, satis nobis euidenter innotuit, quòd interdùm decedentibus ecclesiarum personis, quandoquè filij,

quandoque alij absque conscientia & consensu episcopi diœcesiani, se in prędictas ecclesias intrudere nō verentur, & earundem ecclesiarum claues accipiunt, & vt ecclesias vel earum bona teneāt occupata, in vocem appellationis prorumpunt. Quum igitur id iniquum sit penitùs & absurdum, nos tantæ iniquitati & enormitati, pastorali volentes consideratione occurrere, & radicem huius cupiditatis de clero penitùs extirpare, fraternitati tuę &c. quatenùs si qui sint vel fuerint in partibus vestris, qui tali modo ad Ecclesias detinendas inhiare præsumunt, ipsos ad easdem ecclesias quantocyùs relinquendas, studiosè monere curetis, & ecclesiastica districtione compellere: ità quòd si manifestum est, ipsos ità tenere, & præsumptuosè ecclesias detinere, sub obtentu appellationis, si quâ interposuerint, non omittatis quin eos ad ecclesias easdem dimittendas, appellatione cessante, ecclesiastica censura compellatis.

Item Lucius tertius.

Cap. 15.

QVoniá ex plenitudine potestatis &c. super eo quod quæsisti, vtrùm super ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio, tale damus respōsum: sicut iampridèm, si benè meminimus, alij non absimile quærenti dedimus respōsum, quòd secundùm formam transactionibus asscriptam, super re sacra litigiosa minimè transigi potest. Res *ergò sacra, vt possideatur aliquo dato, vel promisso, vel retento, speciem habere nō immeritò credimus Simoniæ. Aliâs autem gratìs & amicabiliter inter se litigantes componere, sacris canonibus non dicimus obuiare.

Super re sacra transigi non potest.

*enim

PARS 29. DE ALIENATIONE RERVM ecclesiæ, & de earundem recuperatione.

Alexander tertius Exonien̄ episcopo.

Cap. 1.

EX præsentium latoris insinuatione accepimus, quòd Alexander quondàm sacerdos ecclesiæ dictæ Offetolon, calicem quendam argenteū, & medietatem vnius Breuiarij eiusdem ecclesiæ, pro sua necessitate pignori obligauit, & ea, morte præuentus, minimè recollegit. Vndè quia indignum est, vt eiusdem ecclesiæ res suæ, & præsertim quæ sacris ministerijs deputatæ sunt, taliter debeant deperire, fraternitati tuæ &c. quatenùs si verum est quod asseritur, filium eius V. qui ex successione eius, ipsius patrimonij ius dicitur obtinere, moneas diligenter & compellas, vt res ipsas pignoratas recolligat, & eas ecclesiæ restauret: quod si facere noluerit, eum vinculo anathematis non differas coercere.

Idem eidem. Pars capituli, Ad aures. supràde sponsis. Cap. 2.

DE his qui parochiales tenent ecclesias, fraternitati tuæ taliter duximus respondendum, quòd ad reparationem & institutionem ecclesiarum cogi debent, cùm opùs fuerit, de bonis quæ ipsius sunt, conferre, si eis supersunt, vt eorum exemplo cęteri inuitentur.

Idem. Cap. 3.

CAeterùm si abbatem tuæ diœcesis donationem cum Priore & quibusdam de conuentu suo facere contigerit, & pars conuentûs posteà reclamauerit, datæ rei quantitas & illius terrę consuetudo, quę tamen sacris canonibus manifestè nō obuiet, est diligentiùs attędenda, & secundùm hoc est donum ratum vel irritum iudicandum. Verùm cùm alicui ecclesiæ possessio quælibet, interposita conditione, donatur, non potest à dōnatore donum posteà reuocari, nisi fortè tali sit conditione collata, quòd ea cessante, possessio reuocari debeat.

Idem Vuigorn̄ episcopo.

Cap. 4.

ILlas verò terras, quæ de syluis extirpatæ, sunt arabiles factæ, eis hæreditario iure sub annuo censu poteris concedere tenendas, à quibus ipsas suorum vel parentum suorum labore constiterit fuisse extirpatas, nisi fortè alijs possint ad maiorem ecclesiæ vtilitatem cum eodem honore & labore conferri.

Idem Panor. archiepiscopo.

Cap. 5.

QVia tua nos duxit prudentia consulendos, vtrùm clerici scholares de rebus mobilibus aut immobilibus possint condere testamentum, consultationi tuæ respondemus, quòd licèt de his quæ paternæ successionis & cognationis intuitu aut de artificio sunt adepti, siue dono consanguineorum aut amicorum suorum, non habito respectu ad ecclesiam, perueniunt ad ipsos, liberè disponere valeant, de his tamē quæ de consideratione ecclesiastica perceperunt, nullum de iure possunt facere testamentum.

Idem Salernitano archiepiscopo.

Cap. 6.

AD hæc licèt consuetudo illa nō sit rationi consona, secundùm quam clericus, si à Kalendis Martij vsque ad Kalendas Nouembris decesserit, totum fructum beneficij quem deberet anno illo percipere, pro volūtate sua largitur: quia tamē in multis ecclesijs obseruatur, satis eam in archiepiscopatu tuo poteris tolerare, præsertim si clericus in decessu suo grauetur debitis. Et illud est omninò rationi contrariū, vt vnus clericus in vna vel in diuersis ecclesijs archidiaconatum & cantoriam vel decanatum obti-

Par capituli, supra de clericis matrimonio copulatis.

obtineat, cùm singula officia quæ sunt in

*ecclesijs

ecclesijs, assiduitatem exigant *præstari.

Idem. Cap. 7.

DE possessionibus autē, laicis sub modico censu concessis, nouerit tua fraternitas, quòd si læsa ecclesia est, & manifestum appareat detrimētum ipsius, cùm eius conditionem deteriorem facere non licuerit, & ecclesia iure minorum semper debeat illæsa conseruari, quæ in damnū ipsius constiterit, ad ius ipsius proprietatemq; redire conuenit. Prouidēdum est tamen, nè si fortè colonus possessiones illas expensis ac suo labore fecerit meliores, sumptibus, quos bono animo fecerit, debeat defraudari.

Quòd ius minorū sit illæsum.

Idem Cenomanensi episcopo. Cap. 8.

AD hoc præsentibus tibi literis innotescat, quòd clerici de mobilibus quę per ecclesias sunt adepti, de iure restaurari non possunt, viuentes tamen & suî compotes moderatè valent aliqua de bonis ipsis, non ratione testamenti, sed intuitu eleemosynæ *erogare, in ægritudine etiàm constituti.

*largiti

Idem decano & capitulo Morian̄. Cap. 9.

AD hoc in Apostolicę sedis specula sumus, licèt immeriti, Domino disponente, constituti, vt aciem nostræ considerationis ad vniuersas ecclesias extendamus, & earum commodis & profectibus omninò intendamus. Peruenit autem ad audientiam nostrā ex parte venerabilis fratris episcopi vestri, quòd ipse p ecclesiæ vestræ necessitatibus magno sit onere debitorū prægrauatus. Vndè quasi vir prouidus & discretus nos obnixè rogauit, vt vos pro eis reddendis solicitos redderemus. quia verò decet vos pro vtilitate ecclesiæ & incremento, diligentes & vigiles existere, dignitati vestrę mandamus, quòd si contigerit eundem episcopum ante solutionem debitorum, quæ pro vtilitate & necessitate ecclesię sibi commissæ contraxerit, ex hac luce migrare, de redditibus qui spectant ad mensam eius, donèc alius loco eius substituatur, eadem debita soluere studeatis. Quo substituto, episcopum ad eorundem debitorum solutionem omninò adducetis, & sicut filius debita patris, ità prælatus sui prædecessoris pro necessitate ecclesiæ contracta tenetur persoluere.

PARS 30. VNI PLVRA BENEFICIA ECclesiastica non committenda, nec vnum inter plures diuidendum: & de in beneficio sibi assignato non residentibus.

Alexander tertius Eboracen̄ archiepiscopo. Cap. 1.

RElatum est auribus nostris, quòd Nicolaus archidiaconus de Bedis, canonicus *Beuianensis ecclesiæ, ità integrè & plenariè canonicam iam dictæ ecclesiæ requirit præbendam, sicut & illi qui die noctuque fatagunt eidem ecclesiæ deseruire. Super hoc etiàm literas nostras se habere proponit. Quia verò hoc indignum & absurdum est, nisi de consuetudine præscriptæ ecclesiæ, hoc possit inquirere: fraternitati tuæ &c. quatenùs eundem archidiaconum diligenter commoneas, quòd occasione literarum nostrarum communia ecclesiæ prælibatæ nulla ratione contra consuetudinem & institutionem ipsius ecclesiæ requirere audeat, nisi eidem ecclesiæ in propria persona assiduè vel per medietatem vnius anni voluerit deseruire.

*Rhemen.

Idem London. episcopo.

Cap. 2.

CVm teneamur ex debito susceptī regiminis prouisioni clericorum intendere, tibi & alijs ecclesiasticis prælatis, pro eis scripta nostra dirigim⁹, & interdùm etiàm super illorum ꝓuisione, qui aliquod beneficium sufficiens habere noscuntur, dum etiàm aliquandò ignoramus eos habere aliquod beneficium, pro quibus tibi & alijs ecclesiarum prælatis scribimus, si preces & mandatum nostrum recepisti pro aliquo, vel aliquandò recipies, qui aliud beneficium habet, de quo valet cōmodè sustentari, nisi fortè in literis ipsis de alio beneficio quod habet, mētio habeatur: aut si nūc potes ei sinè scandalo prouidere, equanimiter sustinebimus, si pro eo preces & mandatum nostrum non duxeris exequendum.

Idem. Cap. 3.

DEferente I. Nob. presbytero, latore præsentium, accepimus, quòd cùm dūas ecclesias haberet, archidiaconus tuus ipsum altera illarum spoliauit, & eam cuidam presbytero N. nomine assignauit. Prædictus autem I. sentiens se in hac parte grauari, ad venerabilem fratrem nostrum *Treuerensem archiepiscopum appellauit. Cumque idem I. de mandato eiusdem archiepiscopi in prescriptam ecclesiam fuisset restitutus, memoratus G. ad audientiam nostram appellauit. Posteà verò prædictus archiepiscopus eundem I. eō quòd ad presentiam suam vocatus, vt alteram de prædictis ecclesijs prænominato G. concederet, venire contempsit, vinculo excommunicationis adstrinxit. Nos autem à sententia qua tenebatur, facientes eum absolui, eundem duximus tibi remittendum. Quocirca mandamus, quatenùs partibus ante præsentiam tuam conuocatis, præscripto I. vna de præscriptis ecclesijs, quam voluerit, cum pertinentijs suis relicta, alteram præfato G. si ecclesiam non habet, non differas assignare. Si verò aliam habet ecclesiam, alteri personæ idoneæ, beneficio ecclesiastico carenti, incunctanter assignes.

Idem

Idem in concilio Turonensi.
Cap. 4.

MAioribus in ecclesia beneficijs in sua integritate permanentibus, indecorum nimis videtur, vt minorum clericorum præbendæ patiantur sectionem. Idcircò vt sicut in magnis, ità quoq; in minimis membris suis ecclesia firmam habet vnitatem, diuisionem præbēdarum, vt dignitatum permutationem, fieri prohibemus.

Idem Norvuicensi episcopo. Cap. 5.

13. q. 3. diaconi

AD audientiam nostrā peruenit, quòd H. presbyter monachos de Rameseia, & clericum suum T. petēdo vicariam ecclesiæ de Burvuelle, à qua 29. annis retrocessit, in diuersis posteà ecclesijs personatum adeptus, multipliciter vexare ac fatigare præsumit. Quia igitur non est canonicum, vt qui curam animarū in diuersis habet ecclesijs, fiat vicarius in alienis: discretioni tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquisita, si ità esse noueris, prædictum presbyterum à petitione prædictæ vicariæ desistere, appellatione & occasióe remota, districtiùs compellatis: non obstātibus literis, si quas tacita veritate per nuncium aliquem à nobis impetrauit: extirpari etenim debent, quæ de auaritiæ radice procedūt, & canonum sunt contraria sanctioni.

Idem Eboracensi archiepiscopo. Cap. 6.

FRaternitati tuæ duximus respondendum, vt si clerici, qui in ecclesijs tuæ iurisdictionis beneficia sunt adepti, ad aliam diœcesim absque tua conscientia & assensu morādi causa transiêrint, beneficijs quę à te habuerint, liceat tibi eos spoliare, nisì fortè disciplinis scholasticis inuigilauerint, aut causam rationabilem tibi ostenderint, quarè reuerti non debeant. Prætereà clericos alterius diœcesis absq; literis commendatitijs episcopi sui, nisì pro eis preces aut mandata sedis Apostolicæ receperis, non teneris nec etiàm debes recipere.

for. *Lincolnieñ

*Idem G. *Nincolnensi electo. Cap. 7.*

DE multa liberalitate credimus prouenisse, quòd dilectus filius noster S. archidiaconus de Norhantuna, præbendam quam habebat in ecclesia tibi commissa, liberè tibi concessit, vt eam dilecto filio G. nepoti vestro conferres: & infrà: Quoniam igitur nulla ratione sustinere possumus, vt memoratus archidiaconus dispendium patiatur, vndè gratiam tuā & nostram meruit obtinere, vbì ius præbendæ suæ cesserit G. vt vestram possit perficere voluntatem: fraternitati tuæ &c. & infrà: Cùm rationi & ecclesiasticæ institutioni contrarium sit, vt archidiaconus præbenda careat in ecclesia, cui noscitur in archidiaconatûs officio deseruire: non honestum sit tibi, promissioné tuam tam honestam reuocare.

Idem Burdegalensi archiepiscopo.
Cap. 8.

Pars cap. suprà de spons. Consuluit

PRæterea de G. arthidiacono, qui cùm in tua & Tolosana ecclesia archidiaconus sit constitutus, & in vtraq; professus regulariter, collectis illis quæ in archidiaconatu tuo potest colligere, præter conscientiam tuam & licentiam, Tolosam regreditur, & ibì per annum vel ampliùs moratur: prouidentiæ tuæ significamus, vt eundem archidiaconum, si ità res se habet, altero qué maluerit, archidiaconatu, occasione & appellatione cessante, facias esse contentum.

Idem Salernienfi archiepiscopo. Pars cap. suprà de clericis matrimonio copulatis, Clericos. Cap. 9.

MAndamus, vt si qui clerici ecclesiarū tuarum, fratribus Hospitalis cum licentia sui prælati spōtè ac gratis per annum vel trienniū seruire decernunt, nequaquàm impediantur: & interìm beneficia sua ecclesiastica vel redditus, si quos habent, non amittant.

DE EXCOMMVNICATIS. PARS 31.

Idem Exoniensi episcopo.
Cap. 1.

EX parte tua nobis est cōstanti assertione propositum, quòd quidā interdùm pro certis causis excommunicati, sedem Apostolicam visitant, & reticentes causas pro quibus sunt vinculo excōmunicationis adstricti, auditis confessionibus suis, absolutionis beneficium *meruisse. Vndè quia nos consulere voluisti vtrùm illa absolutio teneat, si occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerunt, absolutionis meruerūt * priuilegium, siue excommunicationis aliam causam pretendentes: consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si ità constiterit, eos cogere debes censura ecclesiastica, cum literis tuis rei veritatem cōtinentibus, ad sedem Apostolicam redire: si verò id tibi non constiterit, & eos suspectos habueris, quòd nō fuerint veritatem cōfessi, ipsòs compellere debes exindè coram te, quòd veritatem confessi fuerint, purgationem præstare.

for. *meruere. *beneficiū

Idem Cantuariensi archiepiscopo.
Cap. 2.

QVa frōte nos super articulis iuris cōsulere valeas, nō videmus, cùm in his quæ tibi nota sunt & liquida, manifestè dicaris ordinem peruertere, & euidenter libertati *ecclesiasticæ contraire, pro qua ille gloriosus & inclytus martyr, prædecessor tuus Thomas martyrium subire non expauit? Iam enim non in ecclesia, sicut canonicum est & honestū, non in palatio, non in camera tua, sed in propria camera regis, contra debitum iuris & contra pontificalis officij dignitatem, episcoporum electiones diceris

*ecclesiæ

ris confirmare. Verùm super his, de quibus nos consulere voluisti, prout nobis dederit Dominus, tibi respondemus: sanè si quis pro contumacia vel alia qualibet causa, excommunicatione tenetur adstrictus, & offert se ad iustitiam de his, pro quibus sententiam ipsam excepit, iudex eum, vt non in excommunicationé * discedat, absoluere poterit, etiàm si pars aduersa, nè absoluatur, appellationis obstaculum interponat. ab ipso tn̄ ante absolutionem sufficiente cautione recepta, quòd vel in præsentia Romani pontificis, ad cuius audientiā appellatur, si maluerit aduersarius, vel coram iudice, cui Ro. pontifex causam delegauerit, vel coram eo in quo vtraq; pars conuenerit, iuris pareat æquitati.

Idem eidem in eadem epistola. Cap. 3.

DE his etiàm, qui se conqueruntur irrationabiliter excommunicationi vel interdictioni suppositos, illud idē dicimus, etiamsi hi pro quibus tulerint sententiā, ad sedem Apostolicā duxerint appellandum.

Idem Rothomagensi archiepiscopo. Cap. 4.

QVia quęsitū est à nobis ex parte tua, si liceat tibi eos, qui excommunicationis vinculo ab episcopis aut suffraganeis tuis fuerint innodati, & ad audientiam tuam appellāt, absoluere, antequàm steterint tuo iudicio: inquisitioni tuæ præsentibus literis respondemus, quòd si post appellationem inter eos sententia excommunicationis est promulgata, absolutione non indigēt, cùm sententia post appellationem lata, neminem ligare possit: Si autem ante appellationem fuerint excōmunicati, ante ingressum causæ recepto ab eis iuramento, secundùm Ecclesiæ consuetudinem debes eos absoluere, nisì episcopo, à quo fuerūt excommunicati, in hac parte volueris deferre, & eos ad ipsum absoluendos remittere. Cùm autem ab episcopo vel à te fuerint absoluti, causam audire debes, & eam fine debito terminare: quia nec excommunicati ante absolutioné sunt audiendi, nec causa ad eos, à quibus est appellatum, debet aliquatenùs remitti.

Idem Cantuariensi archiepiscopo. Cap. 5.

CVm ad hoc in beatorum Apostolorū principis cathedra, quanquàm immeriti, Domino disponente simus constituti, vt plantare debeamus, quæ ad virtutem spectāt & decorem: & euellere & eradicare curemus, quæ sunt obuia rationi, & profectū impediunt salutis: intelleximus sanè quòd hospitalarij nominatìm excommunicatos contra prohibitionem ecclesiasticam præsumunt tradere humanæ Christianæ sepulturæ, non cogitantes, quàm graue sit illis in morte communicare, quos, dum viuerent, Ecclesia pro suis excessibus à sinu suo segregauit. Vndè quoniam huiusmodi præsumptionem & temeritatem nolumus nec debemus aliquatenùs tolerare, discretioni tuæ &c. quatenùs prædictos fratres moneas & horteris, & ex nostra parte præcipias, vt si quos in excōmunicatione defunctos in cœmeterijs sepeliêrint, extra cœmeteria ipsos penitùs eijciant. Quòd si facere noluerint, tu hoc ipsum de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, authoritate nostra, & appellatione remota, exequaris.

Idem in Turonensi concilio. Cap. 6.

QVoniā superuenientibus nouis morbis nouas expedit inuenire medicinas, & Ecclesiasticæ libertati consulere, & subditorū vtilitati prouidere curantes, statuimus vt Capellani, & qui eorum vice ministrant, huiusmodi sacramento adstringātur, vt ex quo fuerit cognitum eis, aliquid ecclesiæ vel cœmeterij seu ecclesiasticæ possessionis, in castrum venisse, vel castrensium violentia ablatum fuisse, conueniant dominum castri, siue illum qui primus ab eo dominatum habet, cuius potestate consilioq; res dirigi possit: & si eorum commonitione præmissa, prædam non reddiderit, si adfuerit: vel si abfuerit, de integra restitutione infra octauum diem certam securitatem non fecerit, extunc ab omni ecclesiastico cessabitur officio, excepto baptismo & confessione, & à timore mortis communióe. Quod in omnibus terris eorum proprijs præcipimus obseruari, necnon & in illis, in quibus integram exercent dominationem: permittimus tamen, vt semèl in hebdomada, causa conficiendi corpus Christi, Missa in villa celebretur proxima, clausis omnibus ostijs, & exclusis excommunicatis, præter ministros altaris. Quòd si prędicti Castrenses post datam inter eos sententiam incorrigibiles per 40. dies extiterint, capellani ab eorum recedant officio, non ampliùs cum eis commoraturi, quandiù sub anathematis vinculo teneantur. Sub hac lege scriptores claudimus. Quòd si capellani vel quilibet officiales clerici, ex suis possessionibus sunt aduocati seruitij debitores, vltra tres menses cōmorandi cum eis licentiam non adhibemus. Quod si gratia cōmonitionis eis concedatur, conuescendi tamen & cohabitandi interdicimus participationem. Qui verò vltra præfixum terminū cum eis commorari præsumpserit, officio simul & ecclesiastico careat beneficio. & nè fortè præda in dolo conuertatur, aut clericos castrorum excuset ignorantia, egredi debent, obuiare prædæ, audituri & solicitè inquisituri, si quæ res ibì fuerint Ecclesiasticæ, vel eorum reclamatores. Si quis autem clericus ob huiusmodi recessum, propter iustitiam à domino suo rerum suarū damna pertulerit, ipse dominus non nisì per integrā omnium restitutionem meretur absolui. Si quælibet villa duos vel plures aduocatos habuerit, in quorum aliquem lata sit sententia, dūmodò non careāt officio, nisì q eius subsunt dominio. Quòd si eccle-

locus obscurus.

si Ecclesia suæ aduocationis fuerit, eadem esset & sibi interdicta: licet alterius aduocationis corpora sepeliri, Missa tamen non celebrabitur. De mutandis autem castrorum vicarijs vel clericis, statuimus vt archidiacono significetur, nè alius loco eius substituatur, donèc eodem adstringatur sacramento. Mercatoribus autem & cæteris hominibus ciuitatum vel * burgatorum prohibemus, nè aliquem nomine excommunicatũ, * hospitem suscipiant, nec in venditione vel in emptione seu aliqua participent accommodatione. Qui verò transgressores extiterint, à sacerdote parochiano per tres dies vocentur: tribus autem alijs diebus ad correctionem expectentur: Septimo autem die, si incorrigibiles apparuerint, anathematis sententiam subituri, nec ab episcopo, nec ab archidiacono se nouerint absoluendos. Si verò à domino alióve potente ad hospitandũ excommunicatum, hospiti vim illatam cognitum fuerit, hospes reus non habeatur: sed eius qui violentiam intulit, terra suspendatur, cuius suspensionis restitutio pontificali erit arbitrio reseruãda. In villis verò vel vrbibus vel castellis, quæ regis subsunt dominio, in quibus constabularij ad tempus statuuntur, si ipsum constabularium constiterit anathematis sentẽtiam subijsse, ipso in villa præsente, locus medius, quo recedẽte, eodem reuersuro, alij diuinum officium non amittant. Suis autem domesticis omnibus à Christianitate suspensis, de cœmeterijs & ecclesijs siue quibuslibet possessionibus ecclesiasticis tẽserias dari prohibemus, nè ꝓ ecclesiæ vel cœmeterij defensione tenserias fidei suæ sponsionem interponant. Quod si pręsumpserint, ordinis sui & beneficij periculum incurrant. Qui verò ecclesiã vel cœmeterium contempserint, vel ordinatis manus violentas imposuerint, anathematis sententia feriantur, nec ab alio nisì à domino papa absolutionem consequentur, nisì mortis interueniente periculo, dispensatio misericorditer subueniat, data tamen pro posse satisfaciendi securitate, si conualuerit, pro absolutione papam aditurum. Si quis videns excommunicatum ex nomine, hospitio susceperit, vel ei pecuniam scienter accommodauerit, quia nostri sunt contemptores mandati, prohibemus, nè Christianus vel Christiana ei seruiat, donèc indè satisfecerit. Præcipimus autem, quòd decani fide adstringantur, quòd si eis cognitum fuerit, aliquem de clericis hæc decreta non seruâsse: episcopo, si affuerit, vel archidiacono denunciẽt. Prohibemus etiàm, nè abbates vel monachi, Priores vel Abbatissæ, vel Priorissæ, de possessionibus ecclesiasticis tenseriam donent: clericis autẽ & laicis prohibemus, nè quis scienter prædam ecclesiæ emat, vel prædam cœmeterij, vel cuiuslibet possessionis ecclesiasticæ: quod qui præsumpserint, anathematis vinculo feriantur.

* hospitio

locus obscurus.

Ex decretis Gelasij papæ. Cap. 2.

QVicunque intra anni spatium ciuiliter siue publicè causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audientiæ aditum clausisse videantur. quòd si obstinato animo defuncti fuerint, nos illorum causam, iuxta beati Leonis prædecessoris nostri sententiam, diuino iudicio reseruantes, quibus viuis non communicauimus, mortuis non communicamus.

Idem Cap. 7.

CVm ab ecclesiarum prælatis, ecclesiastica sentẽtia in malefactores aliquos promulgatur, debet rata & firma consistere, & vsq; ad dignam satisfactionem inuiolabiliter obseruetur. quapropter discretioni tuæ &c. quatenùs si quandò iam dilectus filius noster plebanus sancti Pancratij, in clericos vel in laicos parochianos suos interdùm interdicti vel excommunicationis sententiam rationabiliter tulerit, præcipias obseruari: nec eam sinè congrua satisfactione, & absq; conscientia eiusdem plebani, aliqua ratione relaxes.

DE CONIVNGENDIS FILIIS ante vel post compaternitatem genitis.

PARS 32.

Alexander tertius Salernitano archiepiscopo. Cap. 1.

VTrùm autem filij vel filiæ ante vel post compaternitatem geniti, possint simul adinuicèm copulari, canones secũdùm diuersorum locorum consuetudinem inueniuntur: & licèt primus canon exindè editus, natos post compaternitatem prohibeat adinuicèm copulari, alter tamẽ canon posteriùs editus primum videtur corrigere: per quem statuitur, vt siue ante, siue post compaternitatem geniti sunt, simul possint coniungi: excepta illa persona duntaxàt, per quam ad compaternitatem peruenitur. Vndè tolerabilius nobis videtur, vt secundùm posteriorem canonem, etiàm post compaternitatem geniti, simul possint copulari, præter illam personam per quam compaternitas contrahitur, nisì consuetudo ecclesiæ, quę scandalum generet, aliter se habeat.

Cõpetẽter determinat cùm priore canonid neget.

Idem eidem in eadam epistola. Cap. 2.

SI vir vel mulier scienter aut ignoranter filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc abinuicèm separari debeãt, & alij copulari, quia nos generaliter consulere voluisti: consultationi tuæ respondemus, quòd quanuìs sit generaliter constitutum vt debeant, quidam tamen humaniùs & potiùs sentientes, aliter statuunt: & ideò nobis videtur, quòd siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt abinuicèm separandi, nec alter alteri debitũ debet subtrahere, nisì ad continentiam seruandam possint induci. Quod si ex ignorantia id factum est, eos excusare ignorantia videtur: si ex malitia eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus.

QVI FILII SINT LEGITIMI, & de exactione dotium, post diuortium, & ad quem pertineat huius causæ cognitio.

PARS 33.

Idem Exoniensi episcopo. Cap. 1.

MEminimus nos fraternitati tuæ super causa, quæ inter P. & R. de quadam hæreditate vertitur, quam idem P. nomine Sibyllæ vxoris suæ petebat, tali modo scripsisse, vt si constaret, prout literæ tuæ continebant, inter prædicti R. patrem & matrem, post eius natiuitatem matrimonium fuisse contractum, eum omni appellatione remota legitimum esse denuncies, & ab hæreditate paterna propter causam prædictam nullatenùs debere repelli. Tanta est enim vis * sacramenti, vt qui anteà sunt geniti, post contractum matrimonium habeantur legitimi. Verùm quoniam P. vltrà quàm in literis tuis continetur, nobis significauit, quòd pater suus, viuente vxore, matrem R. tenebat, & eum in adulterio procreâsset, & quòd in mortem ipsius vxoris, mater fuerit machinata: Fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritatem inquiras, & si tibi constiterit, quòd viuente vxore, pater prædicti R. matre ipsius publicè abusus fuisset, eum spurium & ab hæreditate repellendum, præsertim si mater ipsius, in mortem prioris vxoris fuerit machinata, decernas, quoniam inter se legitimum matrimonium contrahere non potuerunt.

* matrimóij

Idem ven frat. N. episcopo Bathoniensi. Cap. 2.

EX conquestione E. mulieris, nobis innotuit, quòd R. quondàm vir suus, à quo, sicut dicitur, fuit sinè iudicio ecclesiæ separata, dotem suã sibi reddere contradicit. Quia verò indecens est, & à iuris ordine alienum, vt prædicta mulier dotem suam amittat, frat. tuę &c. quatenùs si eadem mulier à prædicto viro, iudicio Ecclesiæ separata fuerit, ipsum moneas & inducas, & si necessè fuerit, appellatione remota, ecclesiastica districtione compellas, vt prædictæ mulieri dotem suam restituat, aut secũdùm terræ consuetudinem, in præsentia tua iustitiæ plenitudinem exhibeat.

Idem. Cap. 3.

COnquestus est nobis H. lator præsentium, quòd quandam mulierem neptem R. accepit in vxorem, & præfatus R. ipsam exhæredare conatur, eô quòd ante desponsationem matris suę nata fuerit: cùm posteà prout dicitur, pater pręfatę mulieris, matrem ipsius acceperit in vxorem. Indè est quòd fraternit. tuæ &c. quatenùs rei veritate diligẽter inquisita & cognita, nullius appellatione obstante, legitimam esse iudicetis, inhibentes prædicto R. ex nostra & vestra parte, nè sæpedictæ mulieri vel hæredibus suis hac occasione super hæreditate sua molestiam inferat vel grauamen. Si autem contra inhibitionem nostram venire præsumpserit, sublato appellationis remedio, ecclesiastica seueritate percellatis.

Idem Londonensi & Vuigor. episcopis. Cap. 4.

CAusam quæ inter R. & F. sup eo quòd mater iam dicti R. dicitur nõ fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dinoscitur, experientiæ vestræ iampridèm commisimus terminandam. Verùm quia in literis nostris inseri fecimus, vt sępè fato R. possessionem omnium eorum, quorum possessor extitit, quandò auus suus iter Hierosolymã proficiscendi arripuit, ante principalis causæ ingressum faciatis appellatione cessante restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus. Nos attendẽtes, quòd ad regem pertineat, non ad ecclesiasticam authoritatem, de talibus possessionibus iudicare, nè videamur iuri & dignitati charissimi in Christo filij nostri H. regis Anglorum principis detrahere, qui (sicut accepimus) motus est & turbatus, quòd de possessionibus non scripsimus ei, cùm ipsarum iudiciũ (vt asserit) ad se pertineat: volumus, & fraternitati vestræ mãdamus, quatenùs possessionum iura regi relinquentes, factum de principali causa, videlicet vtrùm mater prędicti R. de legitimo matrimonio fuerit nata, pleniùs cognoscatis, & eam vel aliam secundùm literarum nostrarum tenorem, appellatione remota, terminetis, licèt incongruum videatur, vt matrimonium genitricis præfati R. impetatur, quod ea viuente, vt dicitur, non fuerit impetitum.

Idem. Cap. 5.

CVm inter I. veterem cõciuem nostrum & T. mulierem diuortij sit sententia canonicè prolata, filij eorum, qui ante sententiam nati fuerunt, & ille qui tũc conceptus erat, non debent exindè, sustinere iacturam, cùm parentes eorum publicè sinè contradictione Ecclesiæ matrimonium inter se contraxerint: indè est, quòd authoritate Apostolica statuimus, vt filij eorũ, quos ipsi ante diuortium habuerunt, & qui conceptus fuerat ante latam sententiam, nihilominùs legitimi habeantur, & quòd in bona paterna iure hæreditario succedãt, & de bonis parentum suorum nutriantur. quocircà venerabilitati vestræ &c. quatenùs præfatos filios memorati I. & ꝓdictæ mulieris succedere in paterna bona, & exindè nutriri non ꝓhibeatis. Nec occasione diuortij inter parentes eorum celebrati, eis à quoquam molestiam vel grauamina sustineatis inferri.

DE RAPTORIBVS ET ECclesiarum violatoribus, & quandò post peractam pœnitentiam sit neganda sepultura ecclesiastica, nisì satisdent de damno restituendo.

PARS 34.

NNN Euge-

Eugenius tertius vniuerso clero. Cap. 1.

SVper eo quod de raptoribus ecclesiarum, atque presbyteris, qui pœnitentiam eis iniungere, & oblationes eorum cõtra statutũ nostrum suscipere attentauerint, à nobis communi deliberatione statutum cum fratribus nostris statuimus, & constitutionem ipsam sanctorum patrum vestigia subsequentes, authoritate Dei & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli pariter confirmamus, statuentes, vt quicunq; ex his raptoribus, qui in vrbe diabolo suggerente violenter surrexerint in rapina, siue in ecclesiarum violatione manifestè est depræhensus, vel amodò fuerit, nisì ablata priùs restituat, si poterit, vel emendandi plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitùs denegent: si verò vsq; ad obitum, quod absit, in sua contumacia durauerit, & in extremis positus, pœnitentiæ remedium humiliter postulauerit, si emendationẽ vel emẽdandi securitatem præstiterit, ac fideiussores, qui ablata restituere debent, idoneos dederit, ei pœnitentia & ecclesiastica sepultura concedatur. Qui aũt in sanitate obstinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem ac fideiussores, sicut diximus, præstare nequiuerit, solennitas pœnitentiæ parùm prodesse (sicut credimus) videtur: sed viaticum non negetur, ità tamen, vt nullus clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius eleemosynã accipere præsumat. Quòd si qui presbyterorum vel clericorum contra statutum nostrũ in vita vel in morte pœnitentias dare aut sepulturæ illorum interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentauerint, seu huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint, ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & beneficio ecclesiastico careant.

Alexand. 3. Claromontano episc. Cap. 2.

LIteris tuis quas I. Lator præsentiũ exhibuerat, continebatur, quòd cùm pater eius multis fuisset criminibus irretitus, qui per appositionem ignis, ecclesiarum incendium diabolo suggerente commiserat: tandèm in vltima ægritudine cõstitutus, se confessus est peccatorẽ, & accepta pœnitẽtia de commissis, per manum capellani sui fuit à sententia anathematis absolutus: sed moriens, ecclesiasticã sepulturam nequiuit habere. Quapropter si ità res se habet, frat. tuæ &c. quatenùs corpus eiusdem patris I. supradicti, appellatione cessante, facias in cœmeterio sepeliri, & hæredes eius moneas & compellas, vt his quibus ille per incendiũ vel alio modo damna contra iustitiã irrogauit, iuxta suas facultates condignè satisfaciant, vt sic à peccato valeat liberari.

Idem ex concilio Turonensi.

Fures & latrones si in furãdo vel in prædando occidũtur, visum est ꝓ eis non orandum: & si compræhẽsi & vulnerati fuerint, & presbytero vel diacono confessi fuerint, communionem eis non denegamus.

Item Alexand. 3. Lucensi episc. Cap. 3.

DE secunda verò quæstione, hoc tuam discretionem tenere volumus, quòd propinqui eius, quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum iniectione in clericos, in violatione multarum ecclesiarum & incestu, vinculo excommunicatiõis adstringis, monendi sunt, vt pro eis satisfactionem exhibeant: quod si fecerint, quia laborans in extremis, præstito iuramento, per presbyterũ *tenuerit ab excommunicationis sententia relaxari, in cœmeterio poterit sepeliri. Si autem ꝓpinqui sui tuis acquiescere monitis contradixerint, quia iam non est purgatum peccatum, defuncto neganda est ecclesiastica sepultura. *for. *meruerit*

DE POENITENTIA. PARS 35.

Alexander 3. Exoniensi episcopo. Cap. 1.

SIcut dignum est, & omni rationi cõsentaneum, graues & difficiles quæstiones ad examen sedis Apostolicæ referri, ità etiàm nobis ex ministerio susceptę solicitudinis imminet, easdẽ quæstiones, prout nobis Dominus dederit, soluere, & singulis à nobis cõsilium postulantibus respondere, vt prouidentia Romanæ Ecclesiæ, quæ vbiq; terrarũ obtinet (disponente Domino) principatum, quæstiones soluantur, & remoueatur in his ambiguitas de cordibus singulorum. Licèt autem super quæstionibus, quas tua nobis discretio soluendas duxit, te non dubitemus prouidere, & discretum existere, cogimur tamen ex susceptæ seruitutis ministerio. discretioni tuæ iuxta prouidentiam nostrã exindè respondere. Sanè cùm vir sapiens & discretus sis, & in his plurimùm exercitatus, pleniùs nôsti, quia in excessibus singulorum non solùm delicti qualitas, sed quantitas & ætas, scientia, sensus atque conditio sunt attendenda, quarè non solùm secundùm qualitatem & quãtitatem facinoris, sed secundùm ea quæ diximus, & secũdùm locum & tempus, quo delictum committitur, vnicuiq; debet pœnitentia iniungi, cùm (sicut tu ipse nõ ignoras) idẽ excessus magìs in vno, quàm in alio sit puniẽdus. Illi autem qui animo occidendi illum sanctum & reuerendum Thomam quondàm Cantuar. archiep. aut feriẽdi, aut capiendi, vt de illa captione mors ei subsecuta fuisset, citra manuũ iniectionem se fatentur venisse, pari pœna sunt puniendi: & alij qui non vt ferirent, sed vt percussoribus opem ferrent, si fortè violentia, quam quidam amoliri debebant, impediretur, paulò minori pœna mulctari: quia sicut scriptum est, qui potuit hominẽ liberare à morte, & nõ liberauit, ipsum occídit. Constat quoq; eos ab homicidij reatu immunes non esse, qui occisoribus contra alios opem ferre venerint: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui, cùm possit, manifesto facinori dẽsinit obuiare. Illi verò qui se asserunt animũ regis inflammâsse ad odium, vndè fortè fuit homicidium subsecutum, satìs durè & asperè, sed non ità seuerè sunt puniẽdi: nisì fortè ipsum regem ad illud homicidium prouocâssent. Illi quoq; non fuerunt à culpa liberi, nec à reatu debent esse immunes, qui licèt fuerint iniquæ machinationis ignari, sicarijs tamen, si eos sicarios esse sciebant, vel in sarcinis, vel in armis eorum custodiendis ministerium præbuerunt. Illos verò, qui dicuntur illius viri sancti & suorum per mortem occupâsse spolia, si nihil aliud in tanto facinore commiserint, à pœna mortis eius arbitramur immunes: sed hæc quæ occupauerunt, tenentur eis in integrum restituere, quibus ablata fuerunt, si habeant in facultatibus, vndè ea reddere possint: & ipsis tamẽ ex*hinc pœnitentia moderata est iniungẽda, quia licèt ex his quæ occupauerũt, quædam fatentur se pauperibus in eleemosynã erogâsse, nõ tamen alienas res, cùm ipsas potuissent eis restituere quorum fuerint, debuerũt pauperib9 erogare. Illi verò qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, considerata temporis qualitate, quo in eadẽ nequitia perdurauerint ignoranter, & inquisito etiàm, si amore vel affectione communicauerint ignorãter vel scienter, secundùm hoc pœnitentia est indicenda. Clericos verò, quos constat armatos esse & interfuisse tanto facinori, & clericos etiàm illos, qui consilium istud dederunt, vel vt sanctus vir caperetur: perpetuò nõ solùm ab altaris officio deponendos esse censemus, sed etiàm ità, vt in ecclesijs nullo vnquàm tempore lectiones legant, nec responsoria seu antiphonas cãtare in choro, sed in psalmis apud Dominum de commisso veniam satagãt implorare. Insupèr clerici etiàm ipsi in obstructo claustro monachorum vel canonicorum, si fieri potest, sunt includendi, ità quidem, quòd ipsi in septennium seu quinquennium debeant ab introitu ecclesiarum cohiberi. *In peccatis que sint cõsideranda.* *hoc.

Idem eidem. Cap. 2.

EX tuæ fratern. literis & confessione sacerdotis præsentiũ latoris accepimus, ꝙ cùm eum ad sacerdotij ordinem assumẽdum non aliter voluisset eius archidiaconus præsentare, 5. solidos eidem archidiacono soluit, & sic postmodùm ordinẽ istum, per eum præsentatus, accepit. Vndè super eo de quo cõsilium nostrũ postulâsti, sic duximus respondendum, vt si hoc non est publicum, sed secretum, eundem sacerdotẽ secretò cõuenias, monens eum, sinè vlla tamen coactione, propensiùs & inducens, vt ordinem alicuius religiõis assumat, & perpetuò ab officio, quod ità illicitè adquisiuit, abstineat. Si verò ad religionis ordinem assumendum fortè inducere non poteris, studeas ei ad sustentationem aliquod ecclesiasticum beneficium constituere, ad hoc, vt debeat officio sacerdotali spontè in perpetuum abstinere. alioquin nõ erit tutum, cùm sit secretus excessus, ipsum inuitum ab eodem officio coẽrcere. Sed tamen pœnitẽtiam secretam, secundùm quod tibi visum fuerit, iniungere nõ postponas. Pars capituli, Meminimus

Idem eidem. Cap. 3.

DE peregrinationis votis, an eleemosynis redimi possint, vel per alium ꝓ necessitate adimpleri, tibi respondemus, ꝙ ab eius qui pręsidet, depẽdet arbitrio, vt cõsideret diligentiùs & attẽdat qualitatẽ personæ & causam cõmigrationis, seu id ex infirmitate, siue affluentia contingat diuitiarum: & vtrùm peregrinatio, an recompensatio vtilior fuerit, & Deo magìs accepta, & secundùm hoc debet exindè dispensare.

Idem archiepiscopo Cantuariensi. Cap. 4.

QVòd autem cõsuluisti, vtrùm remissiones quæ fiunt in ecclesiarũ dedicationibus, aut conferentibus ad ædificationem pontiũ, alijs prosint, q̃ his qui remittentibus subsunt: hoc tuam discretionẽ volumus firmiter tenere, ꝙ cùm à non suo iudice nullus ligari valeat vel absolui, remissiones prædictas illis prodesse tantummodò arbitramur, quibus vt prodessent, pastores proprij specialiter indulserunt: & in hoc intelligas eam quęstionẽ solutam, in qua quęritur, vtrùm is qui excõmunicato cõmunicat, à non suo episcopo absolutionis gratiam debeat implorare.

DE SENTENTIIS ET INTERlocutionibus. PARS 36.

Alexander 3. episc. Norvuicensi & abbati de Euesham. Cap. 1.

SCripsimus vobis ad suggestionẽ H. clerici, vt causam inter ipsum & R. super capella N. diligentiùs audire debeatis, & sub certa forma terminare, omninò immemores existentes, quòd eam priùs alijs iudicibus commisissemus. dilecti autem filij nostri S. & R. suis literis nobis intimârunt, quòd ipsi prædictam causam sibi à nobis, appellatione remota, commissam, ordine iudiciario terminarent. quarè à prenominatis iudicibus veritatem studiosiùs inquiratis, & si noueritis eos sup causa memorata diffinitam protulisse sententiã, nullatenùs in causa ipsa procedatis: & si fortè processistis, nec mãdatum nostrum, nec factum vestrum volumus eorũ sentẽtiæ derogare. Sed vobis firmiter iniũgimus, vt prænominato H. perpetuũ super eadẽ causa authoritate Apostolica imponatis silentium.

Idem eisdem. Cap. 2.

CVm aliquib9 adiudicata est possessio, non sufficit eis pignora dari, nisì corporali gaudeant possessione.

Idem R. Vuigorniensi episc. Cap. 3.

 Causam

CAusam quæ vertitur inter fratres Dunelmenſis monaſterij, & monachos S. Albani ſuper eccleſia de *Tenemuda, audiatis, & appellatione ceſſante, terminetis, illud inter cætera ſpecialiter prouiſuri, vt fratres Dunelmenſis eccleſię authoritate & aſſenſu epiſcopi, cauſam ingrediantur, nè ſi fratres S. Albani obtineant, epiſcop. Dunelmenſis ſe abbatem illius eccleſiæ proponés, litem ſopitam valeat ſuſcitare. *Tinemuhe

Cap. 4.

ARchidiaconis de eccleſiaſtica inſtitutione non videtur licere, niſi authoritas epiſcoporum & cõſenſus acceſſerit, in alios ſententiam promulgare.

Idem Eboracenſi archiepiſcopo. Cap. 5.

CVm aliqua cauſa, appellatione remota, committitur, & ſentẽtia fertur iniqua, eam euacuari oportet, nec debet ei ſtari, ſi manifeſtam contineat iniquitatem.

PARS 37. DE LEPROSIS.

Idem. Cap. 1.

EX tranſmiſſa conqueſtione R. clerici nobis innotuit, quòd cùm eccleſia de N. à monachis, ad quos ius illius eccleſiæ ſpectare dinoſcitur, ei conceſſa fuiſſet, tum temporis cùm Vu. clericus, qui fuiſſe lepra tactus perhibetur, eam poſſideret, timens nè ſimiliter eadem conceſſione, aliqua fieret innouatio, ad ſedem Apoſtolicam appellauit, & ad nos nuncium ſuum deſtinauit. Quoniam igitur vniuerſis Dei fidelibus, & his maximè qui clericali dediti ſunt officio, in ſuis iuſtitijs adeſſe tenemur, diſcretioni veſtræ &c. quatenùs ſi vobis ità conſtiterit, præſcriptam eccleſiam præfato R. taliter conceſſam, & poſt appellationem ad nos factam ſuper eadem eccleſia, in ea inueneritis alium inſtitutum, eo indè amoto, eam ipſam, omni contradictione & appellatione ceſſante, iam dicto R. faciatis, dilatione poſtpoſita, aſſignari, non obſtante quòd eadem conceſſio facta fuerit tempore prædicti Vu. ſi ipſum prænominato morbo manifeſtum fuerit laborâſſe. Teſtes verò, quos idem R. vobis nominabit, moneatis attentiùs, & inducere laboretis, vt amore iuſtitiæ, teſtimonium perhibeant veritati. *Idem. Cap.* 2.

3.q.2.Vna quæque PEruenit ad nos, quòd cùm hi, qui lepræ morbum incurrunt, de conſuetudine generali à communione omnium ſeparentur, & extra ciuitates & villas ad loca ſolitaria transferantur, nec vxores viros, nec viri vxores ſuas taliter ægrotantes ſequantur, ſed ſinè ipſis manere præſumant. Quoniam igitur, cùm vir & vxor vna caro ſunt, nec debet alter ſinè altero diutiùs eſſe: fraternitati tuæ &c. quatenùs ſi qui ſunt in ꝓuincia tua viri vel mulieres qui lepræ morbum incurrunt, vxores vt viros, viri vt vxores ſuas ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrẽt, ſolicitis exhortationibus inducere laboretis. Si verò ad hoc induci non poterũt, eis arctiùs iniungatis, vt vterq; altero viuente continentiam ſeruet: & ſi qui cõtra mandatum noſtrum venire præſumpſerint, eos cõtradictione & appellatione ceſſante, vinculo anathematis adſtringas. 32.q.4.Si vxorem.

Sed hoc, vbi de locis inhabitatis expelluntur ad ſolitaria: illud, vbi non: Vel hoc, quando tanta appáret macula, ꝙ ex tactu timetur infectio: illud, quandò non tanta.

Idem Baionenſi epiſcopo. Cap. 3.

QVoniam ex multis authoritatibus & præcipuè ex euangelica veritate appáret, nemini licere vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, dimittere: cõſtat quòd ſiue mulier lepra percuſſa fuerit, ſiue graui aliqua infirmitate detenta, non eſt propterea à viro ſuo ſeparanda. Leproſis autem, ſi ſe continere noluerint, & aliquam quæ ſibi nubere velit, inueniant, liberum eſt eis ad matrimonium conuolare. Quòd ſi virum ſiue vxorem diuino iudicio leproſum fieri contigerit, & infirmus à ſano carnale debitum exigat, generali ꝓcepto Apoſtoli, quod exegerit, eſt ſoluendum, cuius præcepti nullam in hac cauſa inuenimus exceptionem. Matt. 5. 19. 1. Cor. 7.

Lucius 3. Lincol. epiſcopo. Cap. 4.

SVper eo verò quod quæſiuiſti de rectoribus eccleſiarũ, lepræ macula adeò infectis, quòd altari nulla poſſunt ratione deſeruire, neq; ſinè magno ſcandalo illorum, qui ſani ſunt, ingredi eccleſias: hoc tuâ volumus fraternitatem tenere, quòd eis dandus eſt coadiutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam congruam recipiat portionẽ.

PARS 38. DE PRAESCRIPTIONIBVS.

Alexand. 3. Salernitano epiſcopo. Cap. 1.

DE quarta verò decimæ & oblationis defunctorum, clerici ab impetitione epiſcopi, quadragenaria temporis ſe poſſe præſcriptione tueri videntur, niſi fortè cathedralis ſedes paſtore interim caruiſſet, qui iura eccleſiæ ſuæ exigere debuit. Sed Romana eccleſia tricennalem præſcriptionem contra eccleſiam non admittit.

*Idem * Ciſtrenſi decano. Cap.* 2.

EX literis tuæ dubitatiõis intelleximus, te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas ſinguli ſingulas poſſidetis, & prætextu terminorum inter vos cõtrouerſiam verti, eõ quòd dicas eum antiquos fines egreſſum, partẽ fundi tui occupâſſe: ille econtrà aſſerit, ſe eandẽ partem fundi 40. annis poſſediſſe incõcuſsè. Tu autem ad tuam præbendam quietè per idem tempus perſtitiſſe affirmas. Qua in re quæris cui incumbit probatio, petitori, an poſſeſſori: ad quod ſanè ſcire debes, quòd iudicium finium regundorum tale eſt, vt in eo vtraq; pars vices duorum habeat, agentis ſ. & eius cum quo agitur. Vndè hinc indè ritè teſtes produci poſſunt ad cognitionem iudicis

dicis inſtruendam. Quibus examinatis, iudex quos præcedere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittet. Quòd ſi fortè ambarum partiũ teſtes æquè idonei ſunt, poſſeſſoris recipientur, cùm promptiora ſunt iura ad abſoluendum quàm ad condẽnandum, excepta cauſa liberali, in qua ſi vtriuſque partis teſtes forſan æquales fuerint, pro libertate tamẽ ſemper pronunciabitur. Nam poſſeſſori probationem aliquandò dari, iuris manifeſti eſt, cùm in ſacris canonib⁹ cautum ſit ità: Si quis obiecerit præſcriptionẽ longi temporis, & eam probauerit, reportet poſſeſſionem: quoniam nemo rectè objicit, niſi qui poſſidet. 1.q.3.dille. 2.q.2.ca.1.

Idem Rhemenſi archiepiſcopo. Cap. 3.

CONtrouerſiam quæ inter Maclarenſem & Formolenſem eccleſias ſuper decimis de villa de * Remegañ mota fuit, nos cum fratribus noſtris pertractauim⁹: & quidam monachi decimã omnem illius villæ ſuo monaſterio pertinere, tam per Caroli regis donationem, quàm per noſtrum priuilegium, allegabant. Clerici verò eccleſiæ Formoleñ tertiam partem decimæ, 30. annis & eo amplius ſinè interruptione ſynodali vel legitima, poſſediſſe aſſerebant. nos verò vtriuſq; partis rationibus & allegationibus indagatis, decreuimus, quòd ſi eccleſia Formolenſis tertiam partem decimę per 30. annos quietè & inconcuſsè ſe poſſediſſe, per tres perſonas idoneas ſibi ꝓpriare poterit, ea deinceps ſinè inquietatione poſſideat. *Remegra*

Idem Abbati & monachis ſancti Andreæ. Cap. 4.

SI de terra quam habetis in parochia de Bretevuelle, iam p 30. annos vel eo amplius decimas ſinè reclamatione aliqua ſolueritis, & hoc anno eas canonicis de Planio, poſt appellationem ad nos factã, contra iuſtitiam ſubtraxiſtis, eas ſibi decæterò integrè & ſinè moleſtatione, occaſione & appellatione poſtpoſita, perſoluatis, & quas noſcimini ſubtraxiſſe, integrè reſtituatis. Licèt enim priuilegiorum Rom. eccleſiæ beneficio, fratribus Ciſtercień ordinis indultum fuerit, quòd de laboribus ſuis nulli decimas vel primitias perſoluere debeant, de priuilegio tamen vobis indulto tanto tempore ſubtrahere voluiſtis, cùm liberum ſit vnicuiq; iuri ſuo renunciare, eoq; modo nõ poteſtis vos in hac parte tueri. Sanè niſi nos vos & ordinem veſtrum tantùm diligeremus, grauiter aduersùs vos moueremur: nec poterimus aliquatenùs relinquere impunitum, ſi nobis conſtaret, quòd poſt appellationẽ ad nos factã, manus veſtras exindè extendiſſetis ad ꝓdictas decimas ſurripiendas.

Item glorioſus Clemens in lib. Stromatum. Cap. 5.

VIgilanti ſtudio cauendum eſt, (quòd ſumma dimẽſio diuini iudicij, ab initio conſuẽrit propria dimittere, aliena non appetere) nè malæ fidei poſſeſſores ſimus in alienis prædijs, atq; rebus maximè eccleſiaſticis, quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio iure iuuat aliquem malæ fidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit, poſtquàm nouerit ſe aliena poſſidere, cùm bonæ fidei poſſeſſor dici nõ poſſit. *Euphegius enim legiſlator, ſolùm propter vitandam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem & confuſionem, primus tricennali & quadragenali poſſeſſioni vigorem legis impoſuit: nobis autem in rebus tam cognitis quàm latentibus placuit non habere vigorem. *ephesimus

Item Gregor. Syracuſano epiſc. Cap. 6.

NE religioſorum virorum corda eccleſiaſticarum rerum cõtentio à mutua, quod abſit, charitate diſiungat, magna eſt ſolicitudine ſtudendum, vt facilimum ſinẽ res poſſit in altercationem deducta percipere. & infrà: Hortamur ergò, vt ad loca prædicta, de quibus contentio eſt, debeatis accedere, & vtraque parte conſtituta cominùs, loca quæ in lite ſunt, veſtra faciatis preſentia terminari, 40. tamen annorum ab vtraq; parte ſeruata præſcriptione.

Cap. 7.

SAnctorum patrum authoritas & humanæ leges irrefragabiliter conſtituentes confirmauerunt, & nos in ꝓſenti concil. cũ omnibus, qui aſſunt nobiſcum, inuiolabiliter confirmamus, vt omnes poſſeſſiones ad ſingulas prouincias noſtrorũ fratrum pertinentes, à quibus per triginta annos poſſeſſæ ſunt quietè & ſecurè, abſq; ſynodali proclamatione, perpetuò detineantur, nullaq; vox audiendi alicui aduerſario concedatur.

Idem Vrbanus 3. de nouo loco & de Turgam. Prioribus. Cap. 8.

SVper eo verò quod apud vos intelleximus dubitatum, ſcilicet, an quod de finibus & his quæ finibus cohærent non præſcribẽdis, ſtatutum per canones eſſe dinoſcitur, ſit in parochiarum limitibus, ſicut in prouincialibus admittendum: illud vobis duximus reſpondẽdum, quòd benè videtur in vtroq; ſeruandum, ſi parochiarum fines legitima probatione vel aliâs indubitata fide conſtiterit, eccleſiaſtica ordinatione conſtitutos.

PARS 39. DE VICARIIS MONACHORUM & aliorum.

Pars capituli, Super eo ꝙ à nobis. Sup. de appell.

Idem Vuigornien epiſcopo. Cap. 1.

DE monachis autem, qui vicarios parochialiũ eccleſiarũ intantùm grauant, vt hoſpitalitatẽ tenere non poſſint, nec honeſtam ſuſtentationẽ habere, hanc tenę curam & prouidentiam, quòd ad præſumptionem monachorum nullum recipias, niſi tantum de beneficijs eccleſiæ fuerit ei aſſignatum, vn-

dè iura episcopalia possit soluere, & congruam sustentationem habere. Istis autē sacerdotibus, quibus à te vel à tuis prædecessoribus cura animarum est commissa, in ecclesijs monachorum eam subtrahere poteris, nisi ipsis à monachis honesta & sufficiens sustentatio fuerit assignata, & in his ità *promissum, quòd tibi de tua iustitia possint, sicut conuenit, respondere.

for. *prouisum,

Idem Vintonienſi epiſcopo. Cap. 2.

SI persona alicuius ecclesiæ vicario, quē in eadem ecclesia constituit de assensu & authoritate diœcesiani episcopi, assignauit portionē, is qui persona illa defuncta, in personatum illius Ecclesiæ successit, ab eadem Ecclesia vicarium remouere, vel assignatam sibi portionem minuere nō potest, nisi aliquid committeret, ꝓpter quod per iudicem esset in vicaria vel beneficio condemnandus.

Idem Norvuicenſi epiſcopo. Cap. 3.

CLericos autem vel in presbyteratu vel in alijs minoribus ordinibus constitutos in vicarijs quas sunt adepti, alios substituere non permittas, cùm id satis sit absurdum & absonum, & omni rationi contrarium.

Cap. 4.

ILlud etiàm in vicarijs, qui personis fide & sacramēto sunt obligati, duximus statuendum, quòd si fidei vel sacramenti religione contempta, personatum sibi falsò asserentes, contra personas se erexerint, & super hoc in iure conuicti fuerint, decęterò in eodem episcopatu ad officij sui executionem non admittantur.

Extrà de ingratitudine.

Idem Elienſi epiſcopo.

Cap. 5.

Pars capituli, Secundū. suprà, Nè clericus vel monac.

VEniens ad nos P. rector Ecclesiæ de *Gestañ, sua nobis insinuatione proposuit, quòd ipse Ioanni de *Fescam, qui multos habet ecclesiasticos redditus, & vicarias in ecclesijs pluribus, vicariam de *gestuñ, sub annua trium marcarum pensione concessit, cùm redditus illius vicariæ, 4. marcas valeant annuatim. Licèt autem in ipsius vicariæ concessione quædam decima fuisset excepta, nihilominùs tamen memoratus Ioannes præfatum P. contra religionem fidei suæ, qua se contra concessionem ipsam promiserat aliquandò non venturum, super prædicta decima coram venerabili fratre nostro Norvuicensi episcopo per literas nostras traxit in causam, & cùm in ꝑdicta causa P. vincere non posset, ab alio iudice pro sua volūtate fecit eum citari. Quoniam ergò sustinere nolumus, nec debemus, vt idem P. inhibita vexatione grauetur, Fraternitati tuæ &c. quatenùs partibus conuocatis, diligentiùs inquiras veritatem: & si tibi constiterit, quòd prædicta decima fuisset excepta, memoratum clericum ab impetitione præfati Ioannis, contradictione & appellatiōe cessante, authoritate Apostolica fretus absoluas. Si verò quicquam in detrimentum iuris ipsius P. factum est, postquàm iter arripuit ad nostram præsentiam veniendi, id contradictione & appellatione cessante, corrigas, & ad statum illum reducas, quo in tempore aggressi itineris noscitur extitisse. Cæterùm si memoratus clericus in alijs ecclesijs vicarias habeat vel ecclesiasticos redditus, de quibus possit sustentari, à vicaria prescriptæ ecclesię de *Gestañ, confirmationis nostræ literis non obstantibus, appellatione cessante, remoueas, & eādem ecclesiam restituere eidem P. non postponas, dummodò velit & debeat in presbyterum ordinari, & per semetipsum in eadem Ecclesia Domino deseruire.

*Hocham

Cap. 6.

PRouideas autem attētiùs, nè in episcopatu tuo patiaris quemlibet plures vicarias habere. Quia cùm vicarij teneantur ecclesijs & proprijs personis deseruire, alienum est ab ordine iuris, vt vicariam habeat quis præter vnam.

DE ELECTIONIBVS ET electorum potestate. PARS XL.

Idem Exonieñ epiſcopo. Cap. 1.

NOsti sicut vir prudens & sapiens quomodò dilectus filius noster G. dictus Lincolnienſis electus, committendi honores vel præbendam, & aliàs disponendi de rebus ecclesiæ, cùm sua nondùm sit electio confirmata, nullam habeat facultatem. Indè est, quòd fratern. tuæ &c. quatenùs eidem dicto electo ex nostra parte non differas arctiùs inhibere, nè archidiaconatum alicui conferre præsumat, vel si iam concessit, ei authoritate nostra præcipias, vt concessionem suam, omni contradictione & appellatione cessante, studeat reuocare. Quod si distulerit, tu eandem concessionem, appellationis remoto remedio, authoritate nostra non differas reuocare.

Idem I. baſilicæ 12. Apoſtolorum presbytero cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato. Cap. 2.

QVòd diligentia tua per dilectum filiū nostrum H. S. à nobis requisiuit, an electio electi, qui nupèr abiurato schismate, ad vnitatem Ecclesiæ & nostram deuotionem redijt, confirmari debeat, id tibi duximus respondendum, quòd si ab schismatico nullum ordinē susceperit, & eius electio vnanimiter & concorditer secundùm ordinem Canonum facta fuerit, dummodò alia ratio non impediat, confirmationem tuam ratam habemus, mandantes, vt eum facias à catholicis episcopis suffraganeis Aquileiensis ecclesiæ in episcopum ordinari, salua tamen iustitia debita & reuerentia, eiusdē ecclesiæ, cùm ad catholicam rediērit vnitatē.

Item

*Item *Ciceſtrenſi epiſcopo. Cap. 3.*

CVm de tua & aliorum electiōe, qui sunt in quibusdam ecclesijs Anglicanis electi, in nostra præsentia & fratrum *questio mota fuisset, & singulis vestrūm quædā objicerentur, tibi obiectum est, quòd in oculo maculam habeas, & quòd Canonici filius sis: attendentes prudentiam & honestatem tuam, & volētes te nomine gratiæ ac dilectionis prærogatiua gaudere, venerabili fratri nostro Cantuar. archiepisc. Apostolicæ sedis legato dedimus in mandatis, vt ꝑ eo ꝙ canonici filius diceris fuisse, in ꝓmotione tua ex multa dispensatione procedere non postponat: de macula verò quam in oculo habere diceris, hoc prædicto archiepiscopo mādauimus, vt *in quo suffraganeorum suorum, & præsertim venerabilium nostrorum fratrum Exonienſis & Vuigornē episcoporum examini visum fuerit, sic exequatur. Tu verò eundem archiepiscopum super his inquirere studeas humiliter ac deuotè, quia nos tibi ex magna dispensatione in hac parte curauimus solicitè prouidere, vt personam tuam syncera charitate diligimus, & quantùm secundùm Deum possumus, libenter ad tuum intendimus cōmodum & honorem.

quæſtio

*secundum quod

Item Lucius 3. Turonenſi archiepiſc. Cap. 4.

PResbyter cardinalis *sua nobis insinuatione monstrauit, ꝙ cùm fuisses ad Ecclesiæ tuæ regimen de voluntate maioris & sanioris partis fratrum electus, quia paucis contradicentibus non valebas debita pace gaudere: quidam amicus de conscientia tua & voluntate, perturbata tamen, ei qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exoluit: & sic, quam priùs sustinebas, contradictio quieuit. Nunc autem dubitas, ꝙ non sis simoniæ prorsùs immunis, donèc in administratione voluēris remanere. Quia igitur per iam dictum cardinalem Apostolicæ sedis consilium quęsiuisti, præsentium tibi significatione monstramus, ꝙ multùm tibi consulis, si administrationem prædictam celeriter & sponte dimittis, euangelici verbi memor existens, Nil prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.

Matth. 16. d Marc. 8. d

Item Alexander 3. Rauennæ arch. Cap. 5.

CAusam q̄ inter moniales sanctę Margaretæ super discordiam & dissensiones electionis quam fecerant, agitari dinoscitur, experientiæ tuæ iampridèm cōmisimus terminandam. Vndè qm̄ ipsa causa in tantùm protrahitur &c. fraternitati tuę &c. quatenùs infra duos menses ad plus secundùm tenorem aliarum literarum, quas tibi misimus, in causa procedas, ità videlicet, ꝙ si sorores ipsæ electionem in episcopum contulerint, promittentes, quòd illam quam episcopus eis prouideret, reciperent: ipsam quam episcopus prouiderit eis, facias ab eis, appellatione cessante, in suam recipi abbatissam, si tamē idonea existit. Si autem in causa procedere non poteris, dilectis filijs nostris F. basilicæ 12. Apostolorum, & Priori sancti Victoris ex parte nostra significes, vt in eadem causa procedant, & fine debito decídant.

electa

DE INTERPRETATIONE verborum & rescriptorum. Pars 41.

Alexander tertius Eboracen. arch. Cap. 1.

INter cæteras consultationes tuas id fuit propositum, quid teneri debeat cùm aliqua sub disiunctione mandantur, quorum vnum erit verum, alterum falsum, putà si ponatur, ꝙ talis fuerit filius sacerdotis, & in sacerdotio genitus, ab eo qui proximus in eadem ecclesia ministrauit, vel ꝙ ipsam ecclesiam illicitè occupauit: cui q̄stioni taliter respondemus, quòd conuenit iudici, quodcunque istorum constiterit, ei prædictam Ecclesiam abiudicare, & idem in similibus decernere.

Idem Exonien. & Vuinton. epiſcopis. Cap. 2.

SIgnificauit nobis D. presbyter, quòd cū Ecclesiam de *Vuaplam per xxx. annos possedisset, monachi de Lentuñ, super eadē Ecclesia ipsum occasione literarum, quas ad venerabilem fratrem nostrum Herefordensem episcopum, & dilectum filium nostrum Mai: Vac. impetrâsse dicuntur, absq; cessatione fatigant, ꝓponētes ꝙ fuerit filius eius, qui ante eum in Ecclesia proximò ministrauit, cùm tamen pater eius sacerdos nō fuerit, & decretum nostrum sit duntaxàt cōtra filios sacerdotum promulgatum. Quoniam ergò constitutiones nouæ futuris dant formam negocijs, fraternitati vestrę &c. quatenùs si memoratum presbyterum diutiùs ante concilium Turonēse præscriptam ecclesiam tenuisse constiterit, si aliâs idoneus extiterit, eum ab impetitione monachorū sublato appellationis remedio, absoluatis, non obstantibus literis contra ipsum impetratis, eō quòd fuerit filius eius in eadem proximò ministrantis.

*Vuapellurам

Constitutiones nouæ futuris dare formam negocijs.

Pars cap. Ex literis quas super causa. sup. de spōsalibus.

Idem Cantuarienſi archiep. Cap. 3.

DE hoc autem, ꝙ circa finem literarū tuarum consulere voluisti, quid debeat obseruari, cùm inter alios sponsalia cōtrahantur, nec intelligit alter quod alter ꝓponit: hoc tuam volumus discretionem tenere, quoniam inspiciendum est iudici, si matrimonium contracturi, ad id faciēdum scientia sint idonei & ætate: quo cognito, si alter aliter intellexerit, quàm alter proposuerit, ad communem verbi intelligentiam recurratur, & cogatur vterque verba prolata in eo sensu recipere, quem solent rectè intelligentibus generare.

In dubijs ad cōmunem intelligentiam recurri debere.

Idem abbati & fratribus de Riuall. Cap. 4.

CVm ordinem Ciſtertienſem profeſſi, eô ꝙ priuilegio quo fratres alij gaudeatis, inter vos & clericos ſeculares ſuper decimis quæſtione ſuborta, tacitoque ꝙ ſitis ordinis Ciſtertieñ, contra vos velut in monachos alterius ordinis, literas ab Apoſtolica ſede impetrantes, dein iuramentum litibus, ſicut vobis ſignificantibus accepimus, & expenſis difficilimis inquietant: volentes ergò ſolicitè vobis prouidere, nè cõtra tenorem priuilegiorum veſtrorum poſſitis quorumlibet temeritate vexari, authoritate Apoſtolica vobis indulgemus, vt ſi contra vos ſuper decimis vel alijs quæ ordini veſtro ſpecialiter Apoſtolica ſedes indulſit, non facta mentione Ciſtertienſis ordinis, literæ fuerint à ſede Apoſtolica impetratæ, eis minimè teneamini reſpondere.

Idem Vuigorn. epiſcopo. Cap.5.

Locus obſcurus.

SIcut ex literis tuis euidẽter, frater epiſcope, accepimus, aduocatum H. clericus eũ propoſuit, H. clerico non debere reſpondere, eô ꝙ filum fractum eſſet, quo noſtra bulla pendebat, *vt cùm literæ illæ à nobis impetratæ fuiſſent, & in noſtra cancellaria cõpoſitæ: circunſpectionem tuæ prudẽtiæ nõ immeritò commendamus, ꝙ hac occaſione in cauſa procedere diſtuliſti, in qua non decuit, aliter quàm feceris, proceſſiſſe.

for. & dubitaretur vtrũ literæ

Idem abbati de Rameſai, & archidiacon. Helienſi. Cap.6.

EX literis tuis ad nos directis accepim⁹, ꝙ cùm vobis cauſam, quæ inter dilectos filios noſtros monachos de *Cois, & canonicos de Lincol. necnon etiàm Geruaſium clericum, ſuper eccleſijs *Ginprec & Areſtañ, agitari dinoſcitur, commiſiſſemns ſub certa forma diffiniendam, & canonici literarum noſtrarum authoritate citati, aliquãdò coram vobis apparuiſſent, & interdũ nec venire, nec reſponſalem mittere voluiſſent, ſe contumaciter abſentantes, licèt monachi ob contumaciam aduerſæ partis eſſent in poſſeſſionem mittendi, ſequeſtrari feciſtis, vt ſic ſaltem canonici affecti tædio, iudicio ſtare cogerentur. Tãdèm verò partibus in præſentia veſtra conſtitutis, & memoratis monachis Eccleſias ſibi reſtitui poſtulantibus, Canonici reſponderunt authoritatem veſtram penitùs expirâſſe, eô quòd à nobis ad alios iudices literas impetrauerunt, q̃ p̃iudicare prioribus videbãtur. Vndè qm̃ in literis noſtris poſterioribus non fuit facta mentio priorum, nec nomina eccleſiarum continebantur, quæ in prioribus fuerant poſita, ſed indefinitè dicebantur, ſuper quibuſdam eccleſijs, nos attendẽtes, malitiam & dolum nulli debere patrocinari, & nolentes tantam illuſionem impunitã relinquere: diſcretioni veſtræ &c. quatenùs cùm exindè requiſiti fueritis, partes ante veſtram conuocetis præſentiam, & præſcriptam cauſam ſecundùm formam priorum

*Crois

*Guiprec

literarum, omni occaſione & appellatione ceſſante, diffiniatis: & canonicos, quoniam auſi fuerunt mandatum noſtrum eludere, & per ſurreptionem huiuſmodi literas impetrare, quod nuncius eorũ pleniùs recognouit: ad metum & pœnam aliorum, expenſas, quas monachi nunc ad nos *mittendo fecerunt, eis, remoto appellationis obſtaculo, reddere compellatis.

In poſteriorib⁹ priorũ mentionem fieri debere

*veniendo

Idem Eboracenſi archiepiſ. Cap.7.

SAnè ſi à nobis ſuper aliqua cauſa literæ priùs impetrentur, & aliæ poſteà, nõ facta mentione priorum literarum, literæ obtinentur, ſi iudicibus innotuerit donèc Rom. pontificem conſulãt, & ſuam exindè pleniùs recognoſcant voluntatem, executione literarum debent penitùs ſuperſedere, nè *pro varietate literarum, cauſarum fines valeant impediri.

*præ

Item Lucius 3. Lincol. epiſcopo. Cap 8.

AD aures noſtras, te ſignificante, peruenit, quòd plurimi archidiaconi, p̃centores, vel Eccleſiaſtici præditi dignitatibus, ſuper minoribus beneficijs per interpoſitas perſonas, literas impetrantes, nomẽ ſuæ ſupprimũt dignitatis, & ſimplici nomine ſe appellant, tanquàm non habeant aliquem in eccleſia iſta perſonatum. itaque reſcripto noſtro poſtulas edoceri, ſi fraus iſta tacendi p̃iudicium ei debeat generare. Tuæ ergò conſultationi taliter reſpondemus, ꝙ cùm non ſit noſtræ intentionis, vt perſonæ pluribus redditibus abundantes, per literas noſtras pauperes clericos ſuper minoribus beneficijs vexent, literas in quibus author nomen ſuæ dignitatis ſupprimit, vires aliquas nolumus obtinere.

Idem Eboracen. archiepiſ. Cap.9.

SI autem aliquis authoritate poſteriorũ literarum, per aduerſarium ad iudicem tractus, obiecerit ſe priores habere, de quibus mentio non habetur, ſi eis dolo vel negligentia vti propoſuit, excuſari non debet. Si autem copiam iudicis delegati habere nequiuerit, per poſteriores literas nõ poterit conueniri.

DE EXCEPTIONIBVS.

Pars 41.

Idem eidem. Cap 1.

EX parte fraternitatis tuæ fuit à nobis requiſitum, vtrùm cùm aliquã cauſam ſub certa forma committimus, vtrùm iudices delegati ità formam ſibi commiſſam ſequi debeant, vt rationabiles exceptiones non admittantur: ſuper quo itaque tuæ prudentiæ taliter reſpondemus, quòd ſi quandoquè iudici expediat formam inſtitutã ſeruare, debet tamen rationabiles exceptiones admittere, & in cauſa ſecundùm iuris æquitatem procedere, niſì exprimatur in literis noſtris, quòd nullæ debeant exceptiones admitti: quod nec nos, nec aliquem prædeceſſorũ noſtrorum credimus expreſſiſſe.

Ex-

Exceptionem inducunt, vis, metus, dolus, res litigioſa, trãſactio, pactio, expreſſa, & tacita, iuratio, iudicatio, error, tempus, forum, fauor, odium, ætas, ſexus, & ſimilia. Exceptionum alia prima, alia ſecunda. Prima ſtat in generali nomine, & datur reo. Secũda tranſit in ſpeciale nomen, & dicitur replicatio. Eſt autem replicatio, exceptionis reſolutio, quæ datur actori. Sed cùm deincèps vtrinquè multiplicãtur exceptiones, earũ nomina ſunt, duplicatio, triplicatio.

*Idem abbati S. Albani, & abbati *Leiceſtriæ. Cap.2.*

*Ebreſſi *Ebruſſi *Eburſſi

DIlecti filij noſtri, abbas & fratres monaſterij ſancti *Ebeſſi, nobis trãſmiſſa inſinuatione monſtrauerunt, ꝙ cùm A. clericus ſup eccleſia de Alituñ, q̃ ad p̃dictũ monaſterium pertinere dicitur, eis queſtionem mouiſſet, tacita veritate, non contra eos, ſed contra quendam vicarium, quem in eadem eccleſia conſtituerunt, ad venerabilem fratrem noſtrum Vuigorñ epiſcopũ literas impetrauit. Cùm autem idem epiſcopus prædictum vicarium vnà cum eodẽ A. ante præſentiam ſuam conuocâſſet, vicarius ipſe ac Prior dicti monaſterij, qui caſu ad partes illas acceſſerat, memorato epiſcopo dixerat, ꝙ idem vicarius ſuper prædicta eccleſia conueniendus non erat, cùm eam nõ ſuo nomine, ſed abbatis poſſideret: quarè ſibi exindè, abſente abbate & ignorãte, reſpondere epiſcopo nullatenùs tenebatur. Vndè ad noſtram appellauit audientiã: ſed prædictus epiſcopus, quod vix credere poſſumus, appellationi non deferens, abbate abſente & ignorante, & non citato, eccleſiam ipſam prædicto *Vu. adiudicauit, in quo facto prædictus abbas & fratres ſe aſſerunt eſſe grauatos. Quia verò ſolicitudini noſtræ incumbit, viris Eccleſiaſticis, & præcipuè religioni & honeſtati deditis, iura ſua integra ſeruare, & id quod inter alios actum ſit, alijs præiudicare vel nocere non debet, diſcretioni veſtræ &c. quatenùs partibus ante præſentiam veſtrã conuocatis, ſi vobis ità eſſe conſtiterit, præfato abbati & fratribus præſcriptam eccleſiam, cum fructibus indè perceptis, amoto eo qui in eadem eccleſia intruſus eſt, noſtra authoritate freti, occaſione & appellatione ceſſante, reſtitui faciatis. Reſtitutione autem facta, ſi de p̃prietate fortè agere voluẽrint, cauſam audiatis, & eam, mediante concordia vel iudicio, ſublato appellationis remedio, terminetis.

for. A. clerico

Sup. de ſpoliatis.

Idem Decano Lincoln. & abbati de Riuallis. Cap.3.

ACcepta cõqueſtione P. clerici, quòd violenter eccleſia de Procebrant, fuiſſet ſpoliatus, diſcretioni veſtræ per A. S. præ. ſi benè meminimus, dedimus in mandatis, vt ſi per officiales venerabilis fratris noſtri Eboraceñ archiepiſcopi Apoſtolicæ ſedis legati, ex conceſſione ipſius in eadem eccleſia fuiſſet inſtitutus, & indè per violẽtiam eiectus, eam ſibi authoritate noſtra reſtitui faceretis. Quibus cognitis, reſpõſum eſt ſicut nobis &c.

DE SEPVLTVRIS, ET DEFVNctorum voluntatibus.

Pars 43.

Item Paſchalis 2. Cap.1.

VOlumus, ac iuxta canonum ſententiam nobis probabile videt̃, vt ſicut morienti conceditur rerum ſuarum iudiciũ facere quocunq; loco ſibi placuerit, ſic nimirùm iuſtũ eſt, ſui corporis licentiam habere eligendi ſepulturam, in quocunq; loco voluntas extiterit, ſiue in monaſterijs, ſiue in alijs locis.

Item papa Leo 3. Cap.2.

NOs inſtituta maiorum patrũ conſiderantes, illorũ decreta firmando ſtatuimus, vnumquenq; in maiorũ ſuorũ ſepulcris iacere debere, vt patriarcharum exitus docet. Nulli tamen denegamus propriã eligere ſepulturam, & etiàm alienam: Dñs em̃ & magiſter ſibi alienam elegit, non propriam, qui ſinè peccato erat. Sed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partẽ iudicij ſui, illi eccleſiæ cenſemus iure dari, in qua cæleſti pabulo à principio ſui exordij, refectus cognoſcitur, vt iuxta Apoſtolum, ſint ſocij conſolationum, vt fuerunt paſſionum. & ſic demùm, vbicunq; libitũ fuerit, eligat ſepulturam. aliter nè fiat, authoritate Dñi noſtri, qui per prophetã locutus eſt, dicens: Nè tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres veſtri, ſub vinculo anathematis deteſtamur & contradicimus, nec noſtrum eſt, nec alicui *vndiq; vel ſacerdoti vel fideli laico vnquàm licuit, ſinè magna delicti culpa, in talibus præferre iudicium &c. Ea quidem q̃ mortuo poſito ante ſepulturam eius, facta fuerint, vel exigendo quod debitum eſſe dicetur, vel confeſſiões aliquas, aut fideiuſſores, aut pignora capiẽdo, penitùs amputari præcipimus.

Matth. 27.g Lucæ 10.b Matth. 10.b 1. Tim. 5.d

2. Cor. 1.b

Pro. 22.d

for. vtiq;

Item Alexander 3. Cant. arch. Pars capituli, Qua fronte. ſup. de excommunicatis. Cap.3.

SVper eo verò, ꝙ defuncto aliquo, interdùm religioſę perſonę, interdùm eccleſiaſticę, interdùm etiàm ſeculares, poſtulant ſibi debita ſolui, q̃ defunctus ipſis debebat, & niſì ſoluantur, nè corpus defuncti ſepulturæ tradatur, vocẽ appellatiõis emittunt: hoc tuæ fraternitati duximus reſpondendũ, ꝙ ſi defunct⁹ de reb⁹ ſuis diſpoſuit, & debita diſponere p̃termiſit, niſì de ſolutiõe debitorũ (dũmodò ſit ſoluẽdò) ab hærede vel cõſanguineis defuncti ſufficiẽs cautio detur, corpus eius, poſtpoſita appellatione, eccleſiaſticæ ſepulturæ non tradetur.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo. Cap. 4.

MOnachi corpora hoĩm tam viuorũ q̃ mortuorũ, ad Eccleſiam ſuã deferre

non

non audeant, sinè consensu & petitiõe eius ecclesiæ, quæ ei dum viueret cõsuluit, & cõsulendo viaticum suũ administrauit. Quod si fecerint, velutì inuasores sanctæ ecclesiæ sub districta anathematis interpositione, quousq; satisfaciant ecclesiæ, fieri præcipimus, omni remota fraternitatis occasione. Simili modo vnaquæq; Ecclesia totius ordinis, aliam quãlibet inuadere pertimescat: sin autem, eodem anathematis vinculo sciat se à nobis proculdubiò subigi.

16.q.1. Agapetus. 13.q.2. Vbicunq;.

Item ex concilio Maguncensi, cap. primo.
Cap. 5.

SI hæredes iussa testatoris non adimpleuerint, ab episcopo loci illius om̃es res, quæ his relictæ sunt, canonicè interdicantur, cum fructibus & cæteris emolumẽtis, vt vota defuncti impleantur.

PARS XLIIII. DE PRAEMINENTIA LVND. & Eborac. & de priuilegijs generaliter vel specialiter indultis, & de eorũ abusu & confirmationibus.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo. Cap. 1.

Li.12.epi.15.

CVm certum sit, pro omnipotẽte Deo laborãtibus ineffabilia ęterni regni præmia reseruari, nobis tamen necessè est eis honorũ beneficia tribuere, vt in spiritalis opis studio ex remuneratione valeant multipliciùs insudare. Et quia noua Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Dño largiente, & te laborante, perducta est, vsum tibi pallij ad sola Missarum solennia peragenda concedimus: ità vt per loca singula 12. episcopos ordines, qui tuæ subiaceant ditioni, quatenùs Lundonień ciuitatis episcopus, semper in posterum à synodo propria debeat consecrari, atq; honoris pallium ab hac sancta & Apostolica, cui authore DEO deseruio, sede percipiat. Ad Eboracã verò ciuitatem volumus mittere, quem ipse iudicaueris ordinandum, ità vt si eadem ciuitas cum finitimis locis verbum Dei receperit, ipse quoq; 12. episcopos ordinet, & metropolitani honore perfruatur: quia ei quoq; si vita comes fuerit, pallium tribuere, Dño fauente, proponimus, quem tamen tuæ fraternitatis dispositioni volumus subiacere. Post obitum verò tuum ità episcopis, quos ordinauerit, præsit, vt Londoñ episcopi ditioni nullo modo subiaceat. Sit verò inter Lundoniæ & Eboracæ ciuitatis episcopos in posterum honoris ista distinctio, vt ipse prior habeatur, qui priùs fuerit ordinatus. Communi autem consilio & concordi actione quæque erunt pro Christi zelo agẽda, disponant, vnanimiter recta sentiant, & ea q̃ senserint, nõ sibimet discrepando perficiãt. Tua ergò fraternitas, non solùm eos episcopos quos ordinauerit, neq; eos tantummodò qui per Eborac. episcopum fuerint ordinati, sed etiàm om̃es Britanniæ sacerdotes habeat, Dño Deo nostro authore, subiectos, quatenùs ex vita & lingua tuæ sanctitatis, & rectè credendi, & benè viuendi formam percipiant, atq; officiũ suum fide ac moribus prosequentes, ad cælestia, cùm Dominus voluẽrit, regna pertingaut.

Item Alexander 3. Eborac. archiep. Cap. 2.

IN hunc modum plures Rom. Pontifices à tempore B. Gregorij, scripserunt. Nos antiquam Eborac. ecclesiæ integram dignitatem conseruari, authore Dño, cupientes, & p̃decessorum nostrorũ Rom. pontificum vestigijs inhærentes, authoritate Apostolica ꝓhibemus, nè vlteriùs aut Cãtuariensis archiepiscopus ab Eboracensi professionem exigat, aut Eboracensis Cantuariensi exhibeat. neq; quod à B. Gregorio prohibitum est, vllo modo Cantuarień Eboraceñ iurisdictioni subiaceat: sed iuxta patris eiusdem constitutionem, ista honoris distinctio in perpetuum conseruetur, vt qui prior ordinatur, prior habeatur. Sed si Cantuariensis archiepiscopus, ab Eboraceñ electo manus consecrationis subtraxerit, ꝙ videlicet iuxta ecclesiarum suarũ morẽ, ab Honorio sedis Apostolicæ pontifice sibi debetur, liceat eidem Eboracensi secundùm cõmunẽ consuetudinẽ & Honorij patris nostri sanctionem, vel Dñi nostri Paschalis mandatũ, à suffraganeis authoritate Romani pontificis consecrari.

Idem vniuersis Ecclesiæ Cãtuariensis suffraganeis. Cap. 3.

CVm non ignoretis, venerabilem fratrẽ nostrũ Cantuariensem archiepiscopum vobis non solùm metropolitico, sed etiàm iure legationis præesse, mirabile satis est, ꝙ quidam vestrûm (sicut audiuimus) asseuerare præsumpserunt, ꝙ idem archiepiscopꝰ nullam causam de episcopatibꝰ vestris, siue legatiõis, siue metropoleos iure, audire debeat, nisì per appellationem ad ipsum deferatur. Sanè licèt metropolitico iure fortè non debeat causam de vestris episcopatibꝰ, nisì ad eum per appellationem deferatur, audire, legationis tñ obtentu vniuersas causas, q̃ de ipsis episcopatibus per appellationem vel per aliquam querimoniam perueniunt ad audientiam suam, audire potest & debet, sicut qui in ꝓuincia *tua vices nostras gerere ꝓbatur. Mandamus itaq; venerabilitati vestræ atq; p̃cipimus, quatenùs causas q̃ de episcopatibus vestris ad eũdem archiepiscopum perferuntur, eius iudicio relinquatis: nec quẽlibet clericũ vel laicũ vestræ iurisdictionis deterrere vel impedire tentetis, quô minùs causas suas ad præfatũ archiepiscopum, si voluẽrit, transferre possit.

9.q.3. Conquestus. Dist. 65. Quonos. 25.q.1. Seruatis. 11.q.1. peruenit. for. *vestra

Idem nobilissimo duci Venetiæ. Cap. 4.

CVm essemus Venetiæ, & ibì diutinam moram fecissemus, proposuisti nobis constanter atq; solicitè, sæpè contingere, ꝙ cùm inter clericum & laicum tuæ iurisdictionis de pecuniaria causa controuersia vertitur, clericus ad nostram appellat audientiam: & personis extra terram tuam existentibus, iurisdictionis causam impetrant quandoq; committi, qui super huiusmodi causis iudicare nolunt, aut nesciunt legem aut consuetudinem Veneticorum. Vndè quia occasione ista tam frequenter à laicis clerici indebitè fatigantur, & damna grauia sibi prouenire proclamant: Nos fauore tuæ deuotionis inducti, & tuis precibus inclinati, authoritate Apostolica tibi duximus indulgendum, vt si aliquandò clericus de terra tuæ iurisdictionis super pecuniaria causa contra laicum ad nostram audientiã appellauerit, non nisì personis quæ de terra tuæ iurisdictionis sunt, & secundùm legem & consuetudinem Veneticorum iudicare debeant, committamus: ità quòd indulgentia nostra non debeat nisì nostro tempore durare.

Cap. 5.

MIlites templi Hierusalẽ, sub tempore gratiæ noui Machabæi, abnegantes secularia desideria & propria relinquẽtes, tollentes crucem suã, & secuti sunt Christum, ipsi sunt per quos Deus orientalẽ Ecclesiam à paganorum spurcitia liberat, & Christiani nominis inimicos expugnat. Ipsi pro fratribus animas ponere non formidant: & peregrinos ad sancta loca proficiscentes, tam in eundo q̃ in redeundo à paganorum incursibus defendunt. Et qm̃ ad tam sanctũ & pium opus explendum eis facultates propriæ non suppetunt, p̃sentibus literis exoro, quatenùs indè subleuetur eorum inopia, populum à Deo vobis cõmissum, collectas facere moneatis. Quicunque †de facultatibus à Deo sibi collatis, in ista secunda collecta se constituerint, eisq́; beneficium persoluerint per annum, septimã partem pœnitentiæ iniunctæ, confisi de B. apostolorum Petri & Pauli meritis, indulgemus. Si verò excommunicatus non fuerit, & eum mori contigerit, ei cum alijs Christianis sepultura ecclesiastica non negetur. Cùm autem fratres ipsius templi, qui ad collectam destinati sunt suscipiendam, in ciuitatem, castellum, villam, aut vicum aduenerint, si fortè locus interdictus sit, in iucundo eorum aduentu pro templi honore, & eorũ S. militũ reuerẽtia, semèl in anno aperiantur ecclesiæ: & exclusis excõmunicatis, diuina mysteria celebrent. Quæ verò de nõ excõmunicatis militũ eorũ fratribus sepulturæ tradendis, & excõmunicatis in eorum aduentu exclusis semèl in anno, à nobis statuta sunt, vobis mandantes pręcipimus, vt per omnes parochias faciatis irrefragabiliter per omnia obseruari.

†autem

Idem venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, & cæteris ad quos literæ istæ peruenerint. Cap. 6.

DIlecti filij nostri fratres Hospitalis Hierosolymitani transmissa nobis conquestione monstrârũt, ꝙ vos eis de malefactoribus suis iustitiã exhibere non vultis: priuilegia eorũ inspicere cõtemnentes, nec ipsos eleemosynas quærere in vestris parochils, aut confratres ipsorũ sepelire aliquatenùs permittatis. Qm̃ igitur ijdem fratres multis sunt libertatibus & priuilegijs à Rom. pontificibus p̃muniti, q̃ vt nostris tẽporibus infringantur, nolumus sustinere: fraternitati vestræ &c. quatenùs iam dictis fratribus in his quæ à Rom. ecclesia noscũtur indulta fuisse, nullã prorsùs molestiam faciatis, nec ea sibi contradicere vel negare aliquatenùs attentetis. Si de vobis in veritate talia decæterò poterimus comperire, ꝓ certo sciatis, ꝙ nos concessa vobis priuilegia decidemꝰ, cùm nostris & Ecclesiæ Rom. scriptis authenticis obuiare minimè timeatis.

Idem episcopis archidiaconis, & alijs Ecclesiarum prælatis per Galliam constitutis. Cap. 7.

SAnè quoniàm à prædecessoribus nostris & à nobis est statutum, vt scilicet hospitalarios ipsos excommunicare, vel oratoria sua interdicere nemini liceat, vobis authoritate præsentium iniungimus atque præcipimus, vt prædictos fratres Hospitalis Hierosolymitani, aut ecclesias suas interdicere vel excommunicare nullatenùs pręsumatis.

Idem. Cap. 8.

SImili modo sancimus, vt quicunque in eorum fraternitate fuerit receptus, si fortè ecclesia, ad quam pertinet, à diuinis officijs fuerit ꝓhibita, eumq́; mori contigerit, eidem Ecclesiastica sepultura nõ denegetur, nisì nominatìm interdictus, aut anathematis vinculo fuerit innodatus.

Pars cap. In literis quas à nobis. sup. potestate iudic.

Idem fratribus Hospitalis Hierosolymitani. Cap. 9.

PEruenit ad nos ex transmissa insinuatione venerabilis fratris nostri *Herefordensis episcopi, quòd vos occasione priuilegij ab Apostolica sede vobis indulti, non semèl tantùm in anno, sed frequenter episcopatũ eiꝰ visitatis, & interdictas ecclesias apitis, vt diuina officia celebretis. Addit ad hæc, quòd vos corpora defunctorũ, si qua inhumata iacuerint, dummodò excommunicati non decesserint, Ecclesiastici cœmeterij traditis sepulturæ. Quoniam igitur nõ decet vos aliquatenùs vsurpare, quod vobis nõ est indultum, cùm priuilegiũ mereatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate: discretiõi vestrę &c. quatenùs sic tenorem priuilegij cõseruetis, quòd eius metas vel in his vel in alijs trãsgredi minimè videamini, nec nisì semèl in anno in Ecclesijs in-

*Eborac. archiepisc.

interdictis diuina præsumatis officia celebrare: scituri pro certo, quod si secùs, quod nõ arbitramur, feceritis, vos à præsumptione vestra, Domino authore, arctiùs compescemus.

Idem Lexoniensi episcopo. Cap.10.

SI quis rei litigiosæ confirmationem à sede Apostolica impetrauerit, non minùs iudex de causa potest cognoscere, & eã fine debito terminare. Sed si rem tunc pacificè possidebat, cùm indè confirmatiõem obtinuit, non est tutum aut licitum iudici, de quæstione suborta posteà sinè mandato Romani pontificis decernere, aut eam diffinire.

PARS XLV.

DE SPONSALIBVS SECUNDÒ.

Idem Exoniensi episcopo. Cap.1.

VEniens ad nos V. lator præsentium, simplici nobis assertione monstrauit, quòd in domo sua mulierem acceperit, de qua filium & filiam habuit, & fidẽ coram pluribus præstitit, quòd eam duceret in vxorem. Interìm verò cùm in ciuitate quadam apud domum vicini pernoctaret, eius filia secum cõcubuit. & cùm pater eos insimul in lecto inuenisset, summo manè ipsum eam inuitũ desponsare coëgit. Qui nupèr in præsentia nostra constitutus, nos cõsuluit, cui potiùs adhærere deberet. Quia verò nequaquàm nobis innotuit, vtrùm post fidem præstitã primã cognouerit, fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritatem diligenter inquiras, & si cognoueris quòd primam post fidem datã
22.q.4. Inter cætera. cognouerit, ipsum cum ea facias remanere. Quòd si post fidem datam eam non cognouerit, secundæ, nisì metu coactus, qui posset
Sed ibì iurauit, hîc non. in quemlibet virum cõstantem cadere, eam desponsauerit, tanquàm vxori facias adhærere.

Idem eidem. Cap.2.

EX præsentium latoris confessione percepimus, quòd cùm ipse quandam alterius vxorem in adulterio polluisset, pœnitentiam indè suscepit. Sed posteà in eundem incidit, diabolo instigante, reatum, ac eandem mulierem, viro defuncto, sibi in matrimonium copulauit, eamque asserit in
*remanere præsenti pro cõiuge *retinere: Verùm quoniam nos de salute animarum ipsorum sollicitè compellimur in Domino cogitare, fraternitati tuæ &c. quatenùs rem ipsam diligenter inquiras: & si tibi constiterit, quòd ille vel illa in mortem prioris viri fuerit machinatus, vel si eo viuente fidem ipsi mulieri dederit, se eam in coniugem recepturum, eos non differas penitùs separare. Quòd si neutrum istorum constiterit, in causa ipsa iuxta Ecclesiasticam consuetudinem & canonica statuta procedas.

Idem eidem. Cap.3.

PEruenit ad nos, quòd quidam miles R. nomine, fide interposita, in multorum præsentia promisit se contracturum matrimonium cum quadam puella filia Eduuini de Baseleher: sed postmodùm, licèt ex ea prolem susceperit, sicut ipse nobis asserit, fidem indè violare non timens, alteri adhæsit, & prædictam puellam quam dicitur deflorâsse, in vxorẽ ducere contradicit. Quoniam igitur non modicùm delinquit, qui fidem violare præsumit: discretiõi vestræ &c. quatenùs rei veritatem diligenter inquiratis: & si vobis pro certo constiterit, præfatũ militem pronominatam puellam in vxorẽ ducturũ fide interposita promisisse, & postmodùm eam cognouisse, eundem militem monere studeatis, & diligenter inducere, vt memoratam puellam, omni appellatione & contradictione cessante, in vxorem ducat: vel si commonitionem vestram cõtempserit, & eam in vxorem ducere noluerit, vel alter vestrûm, si vterque interesse nõ potest, illum sub districtione anathematis, mandatum nostrum adimplere compellat.

Idem Lucensi episcopo. Cap.4.

SAnè consuluit nos tua discretio, quid faciendum sit de muliere, quæ post mortẽ viri sui, vestibus preciosis abiectis, mutauit habitum, & de manu *presbyteri velamẽ as- *Prioris
sumpsit, sed non renunciauit proprijs, nec intrauit claustrũ, nec in manu episcopi, aut abbatis, aut abbatissæ, vel super altare est professa, vel obediẽtiam promisit: postmodùm verò anno elapso, cùm multorum inquietudines ferre non posset, & lapsum incontinentiæ formidaret, abiecto religionis habitu, cuidam nobili solẽniter in facie Ecclesiæ nupsit. Super hoc itaque consultationi tuæ taliter respõdemus, quod sicut simplex votum matrimonium impedit contrahendum, sed non dirimit contractum: ità sinè professione & propriorum renunciatione, habitûs susceptio, nè contrahatur, impedit: sed consummatum nequaquàm dissoluit.

Idem Vintoniensi episcopo. Cap.5.

NOn sunt vna caro vir & mulier, nisì carnali copula cohæserint. Idcircò sponsa defuncta intacta, eius soror sponso hoc non impediente, liberè ducitur in vxorem.

*Lucius tertius *Capriano episcopo. Cap.6.* *Rapalensi

REquisiuit à nobis fraternitas tua, qua censura mulier compelli debeat, quæ iurisiurandi religione neglecta, nubere renuit, cui se nupturam, interposito iuramento firmauit. Quæsiuisti etiàm, si cuius vir matris torum polluit, ad alia vota cùm filios desideret, viro possit viuente transire. Ad quod breuiter respondemus, quòd mulier quæ se nupturã iurauit, cùm libera debeant esse matrimonia, monenda est potiùs quàm cogenda, maximè cùm coactiones huiusmodi difficiles exitus soleant frequẽter habere. (Mulierẽ quæ se nupturã iurauit, nubere nõ cogendam.) Illa sanè, cuius vir cum matre adulterium & incestum commisit, nec viro suo coniungi carnaliter, nec eo viuente, cũ alio matrimonium inire valebit.

Item Adrianus papa Eborardo Magdeburgẽ archiepiscopo. Cap. 7.

DIgnum est & à ratione nõ discordat, quòd ea quæ inter se dubietatis scrupulum videntur continere, ad Apostolicæ sedis iudicium referantur, vt indè Christi fideles in dubijs certitudinem se gaudeãt inuenire, vndè noscuntur magisterium fidei suscepisse. Tua nos fraternitas de seruorum coniugijs, quæ inuitis & contradicentibus dominis contrahuntur, quid fieri debeat, ab Apostolatu nostro, si benè meminimus, requisiuit. super quo vtiquè duximus respondendum: Sanè iuxta verbum Apostoli, prout tua discretio cognoscit, in
Galat.3.d Col.3.b Christo Iesu nec liber nec seruus est, qui à sacramentis ecclesiasticis sit amouẽdus, ità quòd inter seruos matrimonia nullatenùs debeant prohiberi: & si dominis inuitis & contradicentibus contracta fuerint, nulla ratione propter hoc sunt ecclesiastico iure dissoluenda: debita tamen & consueta seruitia nõ ex hoc minùs sunt proprijs dominis exhibenda.

Idem ex Concilio Triburiensi. Cap. 8.

Cap.39. con.Tribur. DE Frãcia quidam nobilis homo mulierem de Saxonia lege Saxonũ duxit in vxorem, tenuit multis annis, & ex ea filios procreauit. Verùm quia non eisdem vtuntur legibus Saxones & Franci, causatus est, quòd eam non sua, id est, Francorũ lege desponsauerit, vel acceperit, vel dotauerit: dimissaque illa, duxit alteram. Diffiniuit super hoc sancta synodus, vt ille trãsgressor euangelicæ legis subijciatur pœnitentiæ: à secunda coniuge separetur, & ad priorem redire cogatur.

Pars xlvj

DE POTESTATE IVDICVM.

Idem Episcopo Lucensi. Cap. 1.

CVm te consulentẽ postulas edoceri, vtrùm ad te pertineat, sententiam quam in causis iudices à nobis in tua prouincia delegati protulerint, confirmare, licèt de ipsis causis nihil in præsentia tua tractatum sit, respondemus, quòd sententiam ipsam nõ teneris, si nolueris, confirmare. Sed id tibi ex officio tuo noueris imminere, vt si ad eorũ mandatum iudicium non possit executioni mandari, eis præbeas auxilium & fauorem: & ipsam, si noueris rationabiliter promulgatam, poteris confirmare.

Idem. Cap. 2.

SI super causa quæ tibi ex nostra delegatione committitur à personis ecclesiasticis vna vel pluribus, quibus, vt parcas

laboribus partium & expensis, cognitionẽ ipsius causæ & testium examinationes, tibi sententia reseruata, committas, appellatio fuerit interposita, appellationis intuitu causam indefinitam relinquere non teneris.

Idem Exoniensi Episcopo. Cap. 3.

SVggestum est auribus nostris, quòd clericus A. nomine, in sacerdotio genitus fuerit ex incestu, & pro persona personatum ecclesiæ de *Bradenar, in qua pater *Bradenau
eius ministrauit: quod sibi non licuit, matrimonium contrahere de quadam temeritate præsumpsit. Cæterùm quia causam super crimine non consueuimus alicui cõmittere, nisì primò comparẽrent in nostra præsentia, qui personam illam super eodẽ crimine vellent impetere, causam ipsam tibi iudiciario ordine nõ *commisimus terminandam: discretiõi tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquisita & cognita, si tibi constiterit, publicum & notorium esse, quod est de iam dicto clerico nobis propositum, maximè de matrimonio contracto, (quod si verum est, te latẽre non poterit) eum à præscripta Ecclesia, authoritate nostra, appellatione remota, non differas perpetuò amouere. (*committimus) (Infrà parto vlt. c.38 diffinitur quid sit notoriũ.)

Idem abbati & conuentui maioris Ecclesiæ Monasterij & H. eorum clerico. Cap. 4.

IAmpridèm, sicut benè meminimus, recepta querela vestra à Cestriæ capellam Locus mẽdosus.
de Herdelei, quam ad Ecclesiam vestrã de Estũ asseuerâstis iure parochiali spectare, contra iustitiam detinebãt. Causam ipsam abbatibus Leicestriæ & *Lilleshullæ commisimus terminandam: ità quidem, quòd si vterque interesse non posset, alter nihilominùs, adscitis sibi discretis & honestis hominibus, in negocij executione procederet. Accidit autem inopinato rerũ euentu, sicut ex literis tuis & fratrum vestrorũ fili abbas intelleximus, quòd antequàm partes in iudicio apparuissent, abbas vnius loci, *Lileshull scilicet, de præsenti vita migrauit, cui vir alter in breui prudens & religiosus successit. Deindè abbas Leicestriæ, qui priùs mãdato nostro partibus diem ad agendum præfixit: habitoque consilio virorum prudentium & iurisperitorum, abbatem *Lileshull de nouo substitutũ, porrecto illi mandato nostro, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarũ, commissio literarum à nobis emanauit, sibi socium adduxit: & sicut ex literis eorũdem accepimus, cùm vtraque pars legitimè citata sæpiùs in eorum præsentia consisteret, auditis rationibus & allegationibus hincindè, productis & testibus idoneis, & eisdem de non tacenda veritate iuratis,

eaque diligenter inquisita & cognita, cùm de iure matricis Ecclesiæ de Estuñ, eis plenariè constaret, accepto multorum virorũ legitimorum & approbatorum, tam laicorum quàm clericorum testimonio, prædictam capellam de Herdeleia, Ecclesiæ de Estuñ, prudentium virorum consilio adiudicauerũt. Venerabilis etiàm frater noster Vuigorñ episcopus, qui tunc præsens aderat, eorum sententiam executioni mandauit, & monachos tuos fili abbas, qui ibi aderant, & te quoquè fili H. procuratorẽ negocij in præscripta Ecclesia, quę in eiusdem episcopi diœcesi consistit, in corporalẽ per officiales suos possessionem introduxit. Quia igitur lites siue controuersiæ, quę cõcordia vel iudicio finiuntur; in recidiuę contentionis scrupulũ non debent iterùm aliquatenùs redigi, præsentis scripti patrocinio eam vobis confirmamus. &c.

Idem Senonẽn archiepiscopo. Cap. 5.

EX transmissa insinuatione G. & B. V. & Vni. militum intelleximus, quòd cùm R. de Canuill. eos super quadam possessione ante venerabilem fratrem nostrũ * Vereñ episcopum traxisset in causam, nobilis comes C. de Capra, eorum dominus, à quo possessiones tenebant, sub debito fidelitatis inhibuit, nè in iudicio Ecclesiastico de seculari feudo responderent. Itaque præfatus Episcopus in eo velut contumaces, exequutionis sentẽtiam promulgauit &c. & infrà: Mandamus quatenùs prefatos milites ab excommunicatione, contradictione & appellatione cessante, absoluas &c. & infrà: Deindè causam per dominum fundi iubeas terminari: & si ipse malitiosè quid distulerit, tu ei, sublato appellationis diffugio, debitum finem imponas.

* Trecẽ
* Meteñ

Idem Cantuarienſi episcopo. Cap. 1.

DE Iure patronatûs Capellæ de Strettoñ, hoc tuæ discretioni mãdamus, vt si *R. Brito ipsum comparauit, cùm inconueniens sit & inhonestum vendi ius patronatûs, cõtractum illum, sublato appellationis remedio, irritum denuncies & inanem, ipsumq; fretus authoritate Apostolica, non differas reuocare.

*P.

Idem Bathoñ episcopo. Cap. 2.

DIlectus filius noster nobilis vir Comes S. transmissa nobis insinuatione monstrauit, quòd dum illustris rex Scotię patrimoniũ suum detinuisset occupatum, quibus voluit, & prout voluit, ecclesias quarũ gerebat patronatum, eo inconsulto, concessit. Quoniam igitur ex iniuncti nobis officij debito tenemur vnicuique iura sua integra seruare, nolentes etiàm quòd præ-

fatus comes occasione tali ius patronatûs amittat: Fraternitati tuæ &c. quatenùs rei veritate diligenter inquisita, si ità esse tibi constiterit, intrusos amoueas: & si idoneæ personæ ab eo qui ius patronatûs & præsentandi personas habet, ad præscriptas ecclesias fuerint præsentatæ, & personas ipsas de consensu & consilio prelatorum, quorũ interest, de præscriptis ecclesijs, cõtradictione & appellatione cessante, inuestiges, nec ipsas contra formam iuris exindè à quoquam grauari permittas.

Idem Cenomanenſi Episcopo. Cap. 3.

Pars cap. Tua nos duxit sup. de ordinatis.

SVper eo quod subiungere voluisti, si de præsentatione presbyteri, inter alios quos quæstione suborta causam contigerit alicui delegari sub hac forma, vt si constiterit ius, de quo agitur, ad alterutram partium pertinere, ad præsentatiõem eiusdem de persona idonea ordinet Ecclesiam appellatione remota, an liceat delegato iudici, inscio diœcesiano episcopo, archidiacono vel archipresbytero reclamãte, præsentatum sibi clericum in possessionem Ecclesiæ mittere, præsertim si ignotus fuerit præsentatus, aut minùs idoneꝰ, aut si archipresbyter, aut archidiaconus, aut episcopus ad quem institutio pertinet, appellauerit, vtrũ eorum appellationibus sit deferendũ: hoc tuam volumus discretionem tenere, quòd licèt quæstionẽ quæ de præsentatione vertitur, appellatiõe remota, cõmittamus alicui terminandã, non tñ intentionis nostræ est, diœcesiano episc. vel archidiacono, vel archipresbytero piudiciũ generare. Ideoq; præsentandus est illi, qui instituendus fuerit, & tenebit eorum appellatio, si videntes iuri suo detrahi, duxerint appellandũ: quia non illis, sed partibus inter quas causa cõmissa est, appellationis remedium est sublatum.

Idem illuſtri regi Anglorum. Cap. 4.

QVanto te Diuina gratia summaque prouidentia maioris gratiæ priuilegio decorauit, tanto viros religiosos maiori debes charitate diligere, & in iustitijs suis manutenere propensiùs & fouere. Causæ patronatûs ecclesiarum ità iunctæ sunt & connexæ ecclesiasticis causis, quòd nõ nisi ecclesiastico iudicio valẽt diffiniri, & apud iudicem Ecclesiasticum solummodò terminari.

Non sunt ecclesiastico iudicio causam patronatus diffiniri.

Idem Noruiceñ episcopo. Cap. 5.

COntinebatur in literis à te nobis trãsmissis, quòd cùm super decima de Querche, inter magistrum Hubertũ & magistrũ N. de mandato nostro coram te verteretur, constiterit tibi quòd M. abbatissa sanctæ Marię de Vuint, pro communi voto & vnanimi consensu, conuentu assensum præstan-

præstante, decimam ipsam prædicto H. cõcessit, Rad. Vuintoñ archidiaconus per clauem & librum sibi exindè inuestituram fecit. Magister verò N. probauit corã te idoneis testibus, quòd præfata abbatissa præscriptam decimam sibi priùs dederat, conuentu non contradicente, quàm eam præfato Huberto dedisset, & quòd à diœcesiano episcopo eius fuerit concessio confirmata. Vndè quia nos cõsulere voluisti, cui concessioni innitendum sit, consultationi tuæ taliter respondemus, quòd concessio priùs facta, si conuentu sciente & non contradicente facta est, robur firmum debet habere. Verùm si præfata abbatissa, ignorante conuentu aut contradicente, priùs prædicto N. decimam suam concessit, & nõ post multum tempus de assensu conuentûs, eandem decimam memorato Huberto dedit, sic vt tibi eam datam fuisse constet, secunda cõcessio debet preiudicare priori.

Idem canonicis fratribus & monachis in epiſcopatu Sareñ eccleſias habentibus. Cap. 6.

EX transmissa nobis insinuatione venerabilis fratris nostri Iocel. * Sareñ episcopi accepimus, quòd cùm in episcopatu de * Sareñ habeatis Ecclesias, de quibus censum annuatim percipitis, earum rectoribus decedẽtibus, authoritate propria easdem Ecclesias occupatis, aut etiàm clericos in eis ponitis. & infrà: Infra duos mẽses postquàm Ecclesiæ prædictæ vacauerint, ad eas memorato Episcopo, omni occasione & appellatiõe remota, idoneas personas præsentetis, vt per ipsum curam animarum recipiant. & infrà: Illud quoquè nihilominùs prohibemus, nè censum vestrum in prædictis Ecclesijs sinè prædicti Episcopi assensu augeatis, sed in eis constituto antiquo censu sitis contenti.

Sarñ

Idem Eboracenſi archiepiscopo. Cap. 7.

RElatum est auribus nostris, quòd quidam clerici in beneficijs ecclesiasticis centum vel ducentarum marcarum reditus possidentes, & proponentes primas vacantes Ecclesias à monachis vel canonicis aut alijs ius patronatûs habentibus sibi fuisse promissas, nè in illis cùm vacãt, instituantur alij, appellationem emittunt, vt interìm arte aliqua suum valeant adimplere propositum. Quia igitur consulis, an diœcesiano episcopo huiusmodi appellationi sit deferendum, præsentibus tibi literis respondemus, quòd cùm in Lateranẽsi concilio promissiones factæ de ecclesijs non vacantibus sint cassatæ, prætextu appellationis eorum, qui iam prędictis promissionibus innituntur, omitti non debet, quin ecclesiæ cùm vacauerint, de personis idoneis ordinentur.

Idem abbati Remeſtrenſi & archidiacono Exonien. Cap. 8.

VEniens ad Apostolicæ sedis clementiam in multo discrimine sui corporis & laboris V. lator præsentium, simplici nobis relatione proposuit, quòd tempore hostilitatis & guerriæ, miles quidam R. nomine, fundum R. militis occupauit, quem diù illicitè detinens, magistro & fratribus hospitalis clericorũ ecclesiam in eo sitam concessit. Magister verò & fratres Hospitalis prædicti, clericum quendam nomine R. ibidèm instituerunt, qui indè annis singulis soluebat pensionem. Longo verò tẽpore pòst prædictus R. fundum suum recuperans per iustitiam, omnia quæ alienauerat possessor violentus, ad ius pristinum reuocauit, & cùm in ecclesia ibidèm fundata sciret se ius tantùm datoris habere, concessioni quæ memorato R. de præscripta ecclesia facta fuerat, consentire nullatenùs voluit. Sed *V. venerabili fratri nostro Eboracen archiepiscopo Apostolicæ sedis legato, in * e. ad ecclesiam * tandèm præsentauit, qui præsente magistro Hospitalis, cui priùs fuerat concessa, & non reclamante, eundem V. susçepit, & in prælibata ecclesia ordinauit. Interim autem clericus R. qui eam alieno nomine possidebat, furto irretitus, & exindè, quia crimen eius notorium fuit, rebus furatis in arca sua repertis, grauiter puniri metuẽs, eò quòd ad aures regias scelus eius peruenerat, habitum religionis assumpsit: qui infra annum Apostolicum adijt, & scriptum Apostolici culminis, in quo continebatur, vt si monstrare posset, quòd timore mortis clausturũ intrâsset, de religionis voto absolueretur, à nobis obtinuit, cognito quòd timor ille ex praua conscientia perpetrati sceleris prouenìebat. Alias autem literas & ad abbatẽ de fontibus, & Priorem de Gisseburne reportauit, in quibus cõtinebatur, prædictũ Vu. post appellationem ad nos factam intrâsse, & ipsum priùs fuisse violẽter iectũ: illi, amoto alio, ecclesia redderetur. Cumq; idẽ V. à iudicibus delegatis citatus, sibi dari canonicas inducias postulauerit, & ipsi dilationem ei dare penitùs renuerint, existimantes quòd literæ istæ per falsam suggestiõem essent impetratæ, & quòd nos de facto non fuissemus pleniùs instructi, à falsa suggestiõe ad nos appellauit, & à præsentia iudicum recessit. Iudices verò, quoniã in causa principali sublatum fuerat appellatiõis remedium, audito testimonio quorundam, qui eundem R. in possessione Ecclesiæ illius esse viderunt, & interdùm synodalia soluere, eidem possessionem eiusdẽ ecclesiæ adiudicauerunt, & ipsum per nuncios de eadem ecclesia inuestiri fecerunt. Verùm quoniam dubium nobis & incertũ

*eandem

existit, an prædictus R. ità nos falsis suggestionibus circunuenire præsumpsit, & nemini fraus propria vel dolus debet prodesse: discretioni vestræ &c. quatenùs cùm exindè fueritis requisiti, in vnum pariter conuenientes, vtranque partem ante præsentiam vestram conuocetis: & eorum inquisita veritate, quæ hincindè fuerint dicta, & pleniùs cognita, causam ipsam, appellatiõe remota, fine canonico terminetis: scilicet, vt si vobis constiterit, quòd crimen illud notorium fuerit, quòd timore illorũ dictus R. religionis assumpserit habitum, & idem V. per archiepiscopum fuerit canonicè institutus, ei ecclesiam ipsam, occasiõe & appellatione remota, restitui faciatis, & liberè pacificeque *dimitti, non obstantibus literis nostris, si taliter fuerint, vt diximus, impetratæ.

Nemini suũ dolũ prodesse debere.

*cõmitti

Idem Exonieñ & Vuigorñ episcopis. *Cap.* 9.

SI vobis constiterit, clericum de dono militis ecclesiam vẽdicare, super ecclesia illi, nostra freti authoritate, appellatiõe cessante, perpetuum silentium imponatis. Si verò ius patronatûs ex dono eiusdẽ militis in ecclesia illa requiritur, vos causam audiatis, & concordia vel iudicio terminetis.

Idem episcopo Herefordeñ & abbati de Euesham. *Cap.* 10.

AD aures nostras, G. clerico insinuante, puenit, quòd cùm presbyter qui in ecclesia B. Mariæ ante portas Gloucestri, monachorum perpetuam vicariam obtinuerat, in fata cõcessisset, abbas & monachi ipsius loci diuino intuitu præscriptam vicariam ei concesserunt. Cùm autem per præfatum abbatem & capitulum ad eandẽ vicariã G. diœcesiano fuisset episcopo præsentatus, quidam I. de Cõstantijs nomine, institutionem eius quarundam literarum intuitu, continentium quòd idem abbas ei ecclesiam quæ primò vacaret, concesserat, impediuit: hinc est quòd discretioni vestrę &c. quatenùs si præfatus I. à vobis sup hoc requisitus, aliam causam rationabilem non prætenderit, nisì cõcessionem ecclesię quæ primò vacaret, pro eiusdem contradictione vel appellatione nullatenùs dimittatis, quin authoritate nostra diœcesiano Episcopo mandetis, vt ad pręsentationem prędicti abbatis & monachorum, supradictũ G. ad vicariam præscriptam recipiat, & ei curam animarum committat, sicut moris & iuris est, si aliud non est quod eius institutionem debeat impedire.

Pars 48.

DE PACTIONIBVS SECUNDÒ.

Alexander tertius Vuigorñ episcopo. *Cap.* 1.

VEniens ad Apostolicæ sedis clementiam dilectus frater noster Magister V. de Flameuill, sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cũ monachi maioris monasterij terras in parochia B. Mariæ de Mertuñ excolant, ab eadem ecclesia coloni eorũ omnia ecclesiastica tam necessaria quàm voluntaria susceperint sacramenta: & tamen eidem ecclesiæ suas & canonibus sacris institutas decimas soluere contradicunt, sed de frugibus ei tertiam partem soluerunt, & duas sibi retinere præsumunt. De reliquis autẽ minutis decimis, vtpotè nutrimẽtis animalium & fructibus hortorũ, nil penitùs præstare nõ erubescunt: arbitrañt autẽ ad hoc sese tueri cuiusdam transactionis pactione inter præfatos monachos & quendam sacerdotem memorati V. prædecessorem ità factam, videlicet vt de duabꝰ carucatis terræ, quas in dominio suo monachi tenent, tertiam duntaxàt decimarum partem frugum exoluere debeant, reliquas sibi retinendo. Quo fit, vt exindè occasionem sibi sumentes malignandi, prædia ex agricolarum defectu ad eos deuoluta, monachi in suum magìs astutè, quàm prouidè dominiũ cõuertãt: & quatuor vel fortè plures carucatas duobus aggregent, non aliter de illis decimis pstantes, quàm de duobus præstitissent, cùm secundùm tenoris compositionem integras de illis decimationes soluere tenerentur. Quapropter discretioni tuę &c. quatenùs cùm exindè fueris requisitus, vtraque parte ante tuam præsentiam conuocata, rei veritatem diligenter inquiras, & nisì priuilegium clemẽtia sedis Apostolicæ sibi super hoc iudultum, coram te præfati monachi palàm pduxerint, vel nisì transactionem sibi scriptam, authoritate Apostolica confirmatã esse docuerint, cùm alioquì inter personas potiùs quàm inter Ecclesias ità facta videatur, nè pacta inter alios facta, alijs obesse patiamur, omni dilatione & appellatiõe remota, præfatos monachos & eorum agricolas decimationes vniuersas, ex quibuslibet rebus prouenientes, ex integro absque omni diminutione supradictæ Ecclesiæ beatę Mariæ de Mertuñ, iugi præstatione singulis annis præstare, & etiàm illorum quæ illicitè detinuerũt, certam æstimationem restituere, cum omi districtione compellas. Quòd si discretioni tuæ secundùm ea quæ proponuntur tibi in iudicio, visum fuerit, pręfatos monachos non nisì ad tertiæ partis decimationũ præstationem secundùm iustitiam vrgeri posse, tunc omnium eorum quę canones decimanda decreuerunt, appellatione remota, supradictos monachos tertiam partem Ecclesiæ iã dictæ, Apostolica authoritate præstare decimas cogas.

Pacta inter alios facta, alijs nõ obesse.

Itẽ Gregorius vniuersis episc. *Cap.* 2.

SCripta fraternitatis vestræ relegentes, agnouimus ꝙ hi qui cõtra Adrianũ fratrem & coepiscopũ N. aliqua dixerant, modò cum eodem episcopo in amicitiam cõuenissent, & magna nobis ad præsens facta est de eorum vnitate lætitia. Sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa permanere nõ patimur, sedis nostrę diaconem ad ea inuestiganda dirigimus: quia nos facinora ea quæ audiuimus, dissimulare nõ debemus, præsertim cùm accusatores & accusatũ gratiam inter se iudicâstis fecisse: hoc vobis necesè est subtiliter perscrutari, nè fortè eorum comparata concordia, quod absit, nõ ex necessitate, sed præmio facta esse cõstiterit.

Vrbanus tertius abbatibus de Vuellebec & de Sulueſtuñ. *Cap.* 3.

GRatum gerimus & acceptum, quòd in negocijs commissis vestræ iurisdictioni, debitam curam impenditis, & in his quæ dubitationem faciunt, pro grauitate vestri officij cẽsuram sedis Apostolicæ postulatis. Sanè cõsuluit nos vestra discretio, an ante obitum delegantis, proposito citationis edicto, lite verò post mortem delegantis contestata, delegatus iudex nihilominùs debeat in causa procedere: & vtrùm is intelligatur appellationi renunciâsse, qui ea interposita ad producendos testes inducias postulauit, & deindè productiõi & allegationi renuncians, attestationes petijt solenniter publicari, sicut hoc totum circa decessum bonæ memoriæ prædecessoris nostri Lucij, qui vos iudices delegauit, sub examine vestro asseritis contigisse. Nos autem inquisitioni vestræ taliter respondemus, quòd cùm in priore casu citatione facta quasi cœptum sit negocium: & maximè, si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest & debet in causa procedi: tenebitque quod iustitia præuia, fuerit iudiciali tramite diffinitum. In secundo casu videtur ab appellatione recessum, si secundùm ea quæ præmissa sunt, eum qui appellauerat, constiterit processisse.

7.q.1. Si quis presbyter.

11.q.3. Si quis episcopus.

16.q.3. per singulas.

Huius pars is titulus in archetypo erasus fuit, ideoq; hic nõ nihil vacui est relictũ.

Gregorius octauus vniuersis fratribus episcopis, & archidiaconis ad quos literæ istæ peruenerint. *Cap.* 1.

Pars 49.

VEL ex dolo, vel ex malitia litigantium, vel ex defectu nostro credimus prouenire, quòd tanta negociorum frequentia diebus singulis perurgemur, vt imbecillitate proprij corporis laborantes, minori etiàm diligentia impediti, omnibus nõ possimus commodè superesse, aut vndiquè contradicentium clamores aut murmura sustinere. Hinc etiàm euenit, quòd negocijs minoribus occupati, maioribus intendere nõ valemus, prout necessitas ecclesiastica postularet. Et quæ diffiniri vel disponi per nos breui tempore potuissent, expectatione diutina plusquàm oportet, multis pariter irruentibus producũtur. Quocircà per generalem epistolam remedium huic rei duximus prouidendũ, nè multimodo impediamur incursu, vel sua iniuriam patientibꝰ possit iustitia deperire. Eapropter vniuersitati vestræ per A. S. præsentibus mandamus, quatenùs si fortè de modicis rebꝰ, quæ infra summam viginti marcarum subsistunt in auditorijs vestris, causa ventiletur, & alteruter litigantium delusoriè putauerit appellandum: eius appellatione contempta, infra fines vestrorum episcopatuũ eos eligere iudices, qui suspicione careãt, compellatis: si tamen idonei ibì fuerint inuenti, in quorum præsentia iurgium sopiatur: à quibus si qua partium crediderit appellandum, ad archiepiscopum siue primatem vocem appellationis emittat. Si verò tale negocium sit, quod summam contineat aliquatenùs ampliorem, infra fines vestrarum diœcesum, si spontè noluerint, inuiti non cogantur. Cognitores tamen de vicinis episcopatibus aliquos eligere compellãtur, iuxta formam quam præmisimus, negocium tractaturos, in maioribus causis & obscurioribus articulis appellandi ad sedem Apostolicam copia seruata. Non enim videtur malitiæ suspiciõe carere, quòd plerique suos aduersarios ad præsentiam nostram laborare compellũt. Cæterùm si qui litigantium à proximo festo Purificationis super causis, de quibus episcopus, cuius iurisdictioni saltem is qui conuenitur, non subiacet, non fuerit requisitus, vel iudices clerici supradicto modo nõ fuerint electi, & literas à nobis duxerint impetrãdas, per quas examinatio iurgiorum vel diffinitio iudicibus non ordinarijs committatur: careant impetratis, & ad suorum audientiam iudicum ordine debito negocia reuertantur. Sic enim subterfugijs occurrere disceptationum volumus, vt dum eorum calliditatibus obuiamus, eis alium ad iustitiam aditum reseremus. Cùm verò aliqui iustam causam habuerint nostram præsentiam adeundi, literas eis dimissorias non negetis, seriem negocij continentes. Hoc autem de factis ad nos appellationibus disponentes, super illis quæ ad archiepiscopos vel primates fieri contigerit, antiquorum ordinẽ canonum non mutamus.

Sup. de appellationibus.

Idem eisdem. *Cap.* 2.

QVoniam ad Episcoporum maximè spectat officium, afflictis & laborantibus subuenire, vnumque illorum (licèt deficientibus meritis) Deus nos esse voluërit, prospicere tenemur & volumus,

nè quis ex fortuitis casibis per Romanę visitationē Ecclesię, laboris sui quem ad eam veniendo sustinuit, debito frustretur effectu. Indè siquidem fuit, quòd nos multorum prospicere volentes expensis, & alleuiare labores, de cōsueta misericordia duximus statuendum, vt literæ prædecessoris nostri Vrbani tertij à tribus mensibus ante ipsius obitum destinatæ pro facienda iustitia & litigijs dirimendis, quæ tamen manifestum alicuius præiudicium nō continēt, aut calumniam æquitatis, eundem habeant tempore administrationis nostræ effectū, quem habere, si adhuc ille viueret, debuissent. Cessante igitur exceptione de mādatoris morte, perficite quod mandauit agēdum, & nemo ad nos excusatiō huiusmodi accepta de sua iustitia obtinēdi fiducia, cogatur vacuus laborare.

Cap. 3.

EX literis quas ad nos tua destinauit fraternitas, euidēter accepimus, quòd cùm causam quæ vertitur inter Magistrum H. de Hillesdale, & R. de Alta ripa, super capella de Cabisein, de mandato nostro suscepisti terminādam, & literas nostras in communi audientia perlegi fecisses: prædictus R. sibi eas postulauit exhiberi. Qui literis diligenter inspectis, eas arguit fallitatis, hac de causa scilicet, quòd in narratione facti sint abrasæ, vbi scriptū est, iure parochiali: asseuerans se probaturum in præsentia nostra, quòd tales literæ de cancellaria nostra non emanâssent. Vos autem videntes formam literarum à rationis tramite minimè deuiare, ab executione causæ subsistere noluistis, præfato R. iuramētum deferentes, quòd nec subterfugij, nec dilationis causa hoc allegâsset, sed quòd ità esse credebat. Iuramento autem ad diem præfixum non præstito, memoratum H. in possessionem causa rei seruandæ iudicâsti induci, & quòd quidam laicus seruiens eidem R. vestro iudicio restitit, excōmunicatus est, & ex ecclesia sub interdicto conclusus: prædictus R. ad nos accedens, & tacens (prout dicitur) quòd in commissione appellatio fuit inhibita, nec mētionem faciens *arrogationis literarum, aut iuramēti eidem delati, & non præstiti, seu sentētiæ missionis in possessionem causa rei seruandæ, literas ad Lōd. & Norvuicen episcopos impetrauit in hunc modum, vt si quid in præiudicium memorati R. occasione prioris commissionis factum fuisset, nostra authoritate in irritum reuocaretur. Cumque præfatus N. citatus à Norvuicen episcopo, qui suas & Londoñ episcopi vices gerebat, coram eo literas, tacita veritate, impetratas diceret, metuens executionem sententiæ fieri, Norvuicen episcopum suspectum habēs, cui præfatus R. multa familiaritate cōiūctus, vt qui Londoñ episcopi nepos erat, & eius panem quotidiè comedere dicitur, ad nos appellauit. Vndè quoniam propria fraus nulli debet prodesse aut patrociniū ministrare: nos inspicientes literas nostras, & videntes quòd per illam rasuram falsæ nō possent iudicari, nec etiàm suspectę haberi, præsertim cùm etiā priuilegia in possessionibus abradantur, & literæ in narratione, si est in facto erratum, incunctanter possint abradi: nec literę illę in suspecto loco fuerint abrasæ: vestræ fraternitati mandamus, quatenùs si quid factum fuerit in præiudicium memorati H. occasione literarum, quas sæpè dictus R. à nobis nō facta mentione de appellatione inhibita, aut de iuramento illi delato, & non præstito, appellatione remota, in irritum reuocetis, & sententiam vestram inuiolabiliter faciatis obseruari, & eundem R. in expensas portitoris literarum, pro eo quòd à probatione sua destitit, cōdemnetis. Posteà vtraq; parte ad vos conuocata, causam audiatis, & secundùm tenorem abrasarum literarū, quas vobis sub sigillo nostro remittimus, fine canonico terminetis, nullis literis obstantibus. Si verò temeritatem & fraudem illius velimus attendere, & illum suis meritis iudicare, illi super eadem ecclesia faceremus silentium imponi.

Dolus non patrocinari.

Rasura quæ non suspecta.

for. *abrasionis

Cap. 4.

EX tenore literarum tuarum nobis innotuit, quòd cùm P. parochianus tuus ab A. muliere, quam in vxorem acceperat, tuo vellet iudicio separari: accusatores matrimonij testes producunt, firmiter asserētes, quòd priusquàm mulier cum prædicto viro matrimonium contraheret, cōsanguineum viri cum illa, solum videlicet cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacētem viderunt, ea (vt creditur) intentione, vt ei carnaliter adhæreret. Publica quoquè fama consentit, quòd postquàm matrimonium cum ea contraxit, se adinuicèm miscuerunt: quod in præsentia tua publicè, vt asseris, sunt confessi. Dicitur etiàm de muliere, quòd à marito se simulans concepisse, alienum partum iam baptizatum (vt fertur) se mentita est peperisse: & rebaptizari faciens, virum suum sic decepit. Præterea veneficum periculum, & alias vitæ insidias viro parâsse perhibetur. Quia igitur nos consuluisti, si hæ probationes ad matrimonium soluendum sufficiant, sic respondemus, quòd tum ex cōfessione, tum ex violenta & incerta suspicione fornicationis, præsertim scilicet, quod de partu & mortis machinatione dictum est, & ipse probare vellet, non immeritò potest diuortij sententia promulgari: ità vt vir licentiam habeat, ea mortua, aliam ducendi in Domino, ipsa verò sinè spe coniugij perpetuò pseueret.

Alexan-

Alexander tertius archiepiscopo Rothomagensi & abbati Geomar. Cap.* 5.

EX quorundam certa relatione audiuimus, quòd cùm aliq; viri Ecclesiastici, de prouincia vestra pro iustitia sua prosequenda literas cōmissorias à nobis impetrant, aduersarij eorum, vt mandatum nostrum eludant, antequàm literæ illæ ad iudicem perueniant, vel literis nostris à iudicibus receptis, priusquàm ab eis citentur, in vocē appellationis prorumpunt: aut cōuentionē facientes, aliquos in possessionē eorum, de quibus controuersiæ vertuntur, malitiosè inducūt. Quoniam igitur huiusmodi calliditates & versutiæ suis nō debēt in aliquo authoribꝰ suffragari, & nos cōtra prędictas calliditates & versutias, pastorali volumus solicitudine, puidere: discretioni vestræ &c. quatenùs si aduersarij, inter quos & ipsum super Ecclesia controuersia diutiùs est agitata, pro euacuando mādato nostro suprà dicto modo appellauerint, aut de possessione qualibet * conuentionē fecerint, vel malitiosè se absentauerint, eos qui in possessione prædictę Ecclesiæ se ingesserint, appellatione cessante, cogatis sub examine vestro iuris æquitati parēre.

11.q.3. Si episcopus

*conuentionem

Lucius tertius. *Cap.* 6.

DE his qui in sanitate vel infirmitate ad loca religiosa se transtulerint, nil tibi vel Ecclesijs, à quibus receperunt pabulum salutis, relinquentes: hoc tuæ prudentiæ innotescat, quòd si in ægritudine ipsa ad religionē transeunt, dummodò in ægritudine ipsa decedunt, prædictis Ecclesijs, à quibus assumpti fuerunt, canonica debet portio exhiberi. Si verò ad religiosa loca in sanitate se transtulerint, cogi non possunt aliquid præscriptis ecclesijs impartiri: quia liberum est eis, tunc bona sua nō solùm religiosis locis, sed etiàm quibuscunq; priuatis personis conferre.

Lucius tertius. *Cap.* 7.

QVoniā ex plenitudine potestatis &c. Super hoc quòd quæsiuisti, vtrùm super Ecclesiastico beneficio in litigiū deducto, possit fieri transactio: tale damus, sicut iampridèm (si benè meminimus) alij non absimile quærenti dedimus respōsum: quoniam secundùm formam transactionibus asscriptam, super re sacra litigiosa minimè transigi potest. Etenim res sacra vt possideatur aliquo dato, vel promisso, vel retento, speciem habere nō immeritò credimus simoniæ. Aliâs autem gratis & amicabiliter inter se litigantes componere, sacris canonibus non dicimus obuiare.

19.q.7. Decimas. 1.q.1. Nullus eps. 1.q.3. quæsitum

Alexander tertius Norwuicen episcopo.
Cap. 8.

QVæsitum est à nobis ex parte tua, si iudex ordinarius vel alius, cui delegatus mandauit vt citaret partes vel exequeretur sententiam, de legato teneatur obedire, cùm non sua, sed delegantis vice fungatur, & cùm iurisdictio delegatur, oīa quæ ad iurisdictionem faciunt, delegari videantur: meritò potest delegatus tam ordinarium, quàm alium cui mandauit, cogere ad id efficiendum quod mandauit: & ei qui obedire contempserit, pœnam infligere competentem.

Cap. 9.

QVoniam ex plenitudine potestatis &c. & infrà: Super eo quòd quæsiuisti, vtrùm Ecclesiastica beneficia repoſcentibus, obiecta spontaneæ abiurationis exceptio sinè causæ cognitione sit admittenda, & an actoris, qui spontè non renunciauit, an rei de spontanea renunciatione testes & probationes sint potiùs admittendæ: sic experientiæ tuæ duximus respondendum, quòd hoc nulla ratio verisimile reddit, vt quisquam beneficio multis, fortè laboribus & expensis acquisito, & quo sustentari debet, sinè magna causa renunciare sua sponte elegerit: ideoq; superuacaneum esse non credimus, causam resignationis siue renunciationis diligenter inquirere, quatenùs si fortè probabilē, hoc est, non vi, non metu, non interuentu pecuniæ, non promissione extorta, iudex ordinarius siue delegatus inuenerit, & maximè si iuramentum, quod vix fieri de spōtanea voluntate credimus, quia iuramentum ferè semper à malo est, intercesserit, admittere, nisi replicatio canonica fuerit oppositа, non proponat. Porrò licèt negantis factum nulla inueniri posse probatione dicatur, eius tamē qui renunciationem spontaneam negat, cùm implicitè & quodammodò replicando inficietur, super actione sua probationes credimus proferendas, habita nihilominùs, vt decet, ad personarum dignitatem & opinionem relatione.

Negantis factum probationes admitti.

Ex decretis Hormisdæ papæ.
Cap. 10.

NVllus fidelis, cuiuscunq; conditionis sit, occultè nuptias faciat: sed benedictione accepta à sacerdote, publicè nubat in Domino. Si quis ergò sacerdos aliquos occultè coniunxisse inuentus fuerit, ab officio triennio suspendatur.

Dunelmensi episcopo & fratribus Reueshi.
Cap. 11.

PRoposuit nobis dilectus filius noster Vu. clericus præsentium lator, quòd cùm ipse ad Ecclesiam de *Vuadher, à Reinero Flandrensi, venerabili fratri nostro Eboracen archiepiscopo, Apostolicæ sedis legato præsentatus fuisset, idem Archiepiscopus eum ad Ecclesiam non recepit.

*Vuadhū

Indè est q̃ discretioni vestræ per A.S. mandamus, quatenùs si idem archiepiscopus ad cõmonitionem vestram præfatum Vu. in ipsa Ecclesia, quàm citiùs poterit non instituerit: vos rei veritatem legitimè inquiratis, & si vobis constiterit ex parte Vu. dummodò idoneus sit, quòd ad ipsam vacantem fuerit prædicto archiepiscopo præsentatus, ad eandem Ecclesiam authoritate nostra, amoto illo qui eam detinet, etiàm si quis post præsentationem eius & appellationem, quam se ad nos fecisse proponit, incussus est, appellatione remota, cum fructibus indè perceptis post primam præsentationem, eum recipere minimè differatis.

Præsentati & nõ admissi appellationẽ tenere.

Eboracensi archiepiscopo, Pars capituli, In eminenti, De appellationibus.

Cap. 12.

DEceterò noueris, quòd si sententiam à nobis latam præceperimus per aliquem executioni mandari, & fraus interuenerit, nõ est facultas exequutori de negocio toto cognoscere, sed referri, quotiès quę inciderint, ad sedem Apostolicã oportebit.

Eboracensi archiepiscopo.

Cap. 13.

IN eminenti specula Ecclesiæ, licèt immeriti, disponente Domino constituti, intendere debemus consultationibus singulorum: & prout Deus nobis reuelauerit, propositas enodare. Consuluisti autem, si causa, appellatione remota, commissa, altera partium ante citationem vel post citationem, ante sententiam vel post sentẽtiam, ad sedem Apostolicam appellauerit, an appellationi sit in huiusmodi deferendum. Prætereà si causa fuerit, appellatione remota, commissa, & alter aduersariorum appellet, quia delegatus iudex non vult super suggestione falsi probationes, admittere contra Cant. literas impetratas, an in hoc casu teneat appellatio, quæsiuisti. Dubitas etiàm, si duobus fuerit causa cõmissa, appell. remota, & alter suo coniudici vices suas commiserit, an ille solus possit procedere appell. remota, vel ab eo liceat appellare, cùm in fine non sit appositum, vt si vterque nequiuerit interesse, vnus procedat. Primæ ergò quæstioni respondemus, quòd causa, appell. remota, cõmissa, appellationi nõ debet deferri, siue ante citationem, siue post: siue ante sententiam, siue post fuerit appellatũ: nisi appellans, priusquàm citaretur, iter arripuisset ad sedem Apostolicam veniendi. Quod autem quæsiuisti, si aliquis appellauerit, quia delegatus iudex super suggestione falsi audire probationes recusat, an appellatio teneat, hoc tuam volumus discretionem tenere, q̃ in eo casu debet appellationi deferri. Ab vno verò iudicum, appellatione remota, in causa procedi non potest, nisi hoc speciale in literis commissorijs exprimatur.

Lucius tertius. *Cap.* 14.

QVoniã ex plenitudine potestatis &c. & infrà: Cõsulere decreuisti, de quibus personis intelligẽdum sit, vnã alteri in Ecclesiasticis beneficijs succedere nõ debere: vtrùm scilicet de sacerdotibus & eorum filijs duntaxàt, an & de alijs quibusdã personis. Noueritis ergò q̃ ad ecclesiastica beneficia nullũ secundùm canones admittendum credimus, nisi ex electione canonica vocatum. Sacerdotum verò filios, & maximè in sacerdotio genitos, his tẽporibꝰ suis succedere parẽtibus, quarumlibet regionum consuetudo & in donis ciuilibus phibet, & canones in ecclesiasticis multo fortiùs prohibent & execrãtur. Personarũ quoquè filios citra sacros ordines cõstitutarũ plerunq;, si tamẽ merita suffragantur, parentibus suis succedere conniuentibus oculis toleramus. Exẽplo nanq; perniciosum est & graue, talia in ecclesia pullulare, per quæ & laicis scãdalum generetur. Sanè tam has personas, quàm illas, ab alijs non repellinius beneficijs, si digni inueniãtur.

Alexander tertius Abbatibus Cistertien̄, in Capitulo Cistertien̄ congregatis.

Cap. 15.

REcolentes qualiter hęc plantatio sancta, hæc vitis fructifera, hæc denique vinea Dñi Sabaoth, sub primis ordinis patribus pullulauit &c. & infrà: Nunc autem aliqui ex vobis pristinæ institutionis oblíti penitùs vel ignari, cõtra ordinis vestri gloriam & decorẽ, villas, molendina, Ecclesias & altaria possident, fidelitates & hominia suscipiunt, rusticos & tributarios tenent: & omne studium adhibent, vt termini eorum dilatentur, quorum conuersatio esse debebat in cælis. Læditur hinc ordo penitùs & mutatur &c. & infrà: Ideoq́; sanctum & venerabile collegium vestrũ precibus & monitis, quibus possumus, exhortamur, quatenùs domus illæ quæ à prima suí origine in ordine vestro sunt fundatæ, constitutis & ordinatis terminis sint cõtentæ: nec velint ad ea manus extendere, quæ sinè laboribus & periculis multis, & demùm sinè ordinis magna confusione minimè poterunt retinere. Si enim relictis originalibus ordinis statutis, ad cõmunem voluẽritis aliorum monasteriorum viam diuertere, oportebit & vos communi iure censeri: quia dignum est, vt qui similem cum alijs suscipiunt vitam, similem sentiant in legibus disciplinam. Quoniam domus illæ, quæ de alijs institutionibus ad vestrum se ordinẽ transtulerunt, vestris omninò satagunt vsibus conformari, vt relictis videlicet possessionibus vel mutatis, quas vestra institutio non recipit, sic se in omnibus vestræ

Isa. 5.

Phil. 4.

strę religioni coaptent, vt quemadmodùm sę gaudent in societate ordinis, mutatione habitûs & obseruatiõe regulari assumptos, sic etiàm in parcitate temporalium rerum se lætentur vestris institutionibus conformatos. Sanè si super possessionibus ipsis in aliquo de monasterijs vestris Apostolicæ sedis authoritas dispensauit, à nullo vestrũ sumendum est exemplum: quia temerariũ est penitùs & absurdum & indignum, aliquem sua sibi authoritate pręsumere, quod Romana Ecclesia alicui monasterio, certa ratione inspecta, singularibus voluit beneficijs indulgere.

Rhemensi archiepiscopo.

Cap. 16.

CVm H. diù vinculo excommunicationis fuisset adstrictus, tandèm præstito iuramento, quòd exindè iudicio Ecclesiæ stare deberet, beneficium absolutionis obtinuit: sed continuò ad sedem Apostolicam post absolutionem appellauit: & anno transacto vltrà, per se vel per alium appellationem prosequi cõtempsit. Quoniam igitur deriſorièappellare videtur, qui appellationem interpositam nõ prosequitur, fraternitati vestræ per A. S. præsentibus mandamus, quatenùs vtraq; parte coram te conuocata, si tibi constiterit, quòd tanto tempore appellationẽ prosequi contempserit, tu ipsum iudicio tuo stare sub excõmunicationis districtione compellas.

Potest aliquis per q̃p aliũ: nec per se, nec per aliũ, per se, nõ per alium: per alium, nõ per se.

Cap. 17.

EIus qui modò vult redire ad priorem vxorem, quam priùs negauit, Ecclesia testimonium non recipit: quia variauit verbum suum, & contra semetipsum testimonium tulit, & abstulit sibi fidem in vtroq;, vt coniugij sacramentum adinuicèm non esse videretur, & opus carnalis commercij contradiceretur.

Cap. 18.

1 Cor. 7. a

VIR potestatem sui corporis non habet, sed mulier: nec mulier potestatẽ sui corporis habet, sed vir. Potest ergò vir siue mulier peccato suo facere, vt potestatem in corpore alterius perdat: sed facere non potest, vt alteri potestatem sui corporis, quantùm in se est, tollat. Quod suum ius est, perdere potest: quod suum non est, tollere non potest. Si faciat ergò, vt debitum suum in corpore alterius iure exigere non possit: non tamen facere potest, vt debitum alterius in suo corpore negare possit.

Cap. 19.

DE voto peregrinationis an eleemosynis possit vel per alium redimi, tibi nihilominùs respondemus, quòd ab eius qui præsidet, dependet arbitrio, vt cõsíderet & attendat diligentiùs qualitatem personæ, & causam commutationis, scilicet an id ex infirmitate seu affluentia diuitiarum contingat: & vtrùm peregrinatio, an recompensatio vtilior sit, & DEO magìs accepta, & secũdùm hoc debet exindè dispensare.

Rhemensi archiepiscopo.

Cap. 20.

CVM Christus perfectus sit DEVS & perfectus homo, mirum est qua temeritate quisquam dicere præsumat, quòd CHRISTVS non sit aliquid secundùm quod homo. Nè autem tanta in Ecclesia DEI possit nequitia suboriri, vel error induci: fraternitati tuę &c. quatenùs conuocatis magistris scholarũ Parisiẽsium & Rhemeñ & aliarum ciuitatum, authoritate nostra interdicas sub anathemate, nè quis decęterò audeat dicere, CHRISTVM non esse aliquid secundùm quod homo: quia sicut CHRISTVS est verus DEVS, ità verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

CAP. PRIMVM.

PARS I. & vltima. Huius etiã titulus in archetypo deside-rabatur.

ETSI quæstiones tuas de feruore religionis exurgere, & te eas ex intimę deuotionis affectu, quam circã nos & Ecclesiam habes, ad nostram deuotionẽ perferri nullatenùs ignoremus, non tamẽ est vltrà, quàm oporteat, in huiusmodi dubitandum, cùm leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione contenti, sacramenta & * necessaria & legitima exhibere contemnunt. Tenuem enim vocant religionẽ, quæ in tãlibus hæsitat, vbì non est aliquatenùs hæsitandum. Vndè etiàm Psalmista dicit: Trepidauerũt timore vbì non erat timor. In hoc autem quòd dilectus filius noster Petrus sancti Laurentij in Damaso presbyter cardinalis, tũc verò sancti Eustachij diaconus, & Apostolicæ sedis legatus, pro electione tua & vt tibi pallium deferret, ad partes illas accessit: dilectus filius noster Albanus frater tuus, eius præsciens necessitatẽ, eidem cardinali equum vnum, te penitùs ignorante, trãsmisit: quoniam per mare veniens, nullas aut paucas secum adduxerat equitaturas: te nullo modo timere oportet, cùm in accipiendis vel dandis muneribus tria sint maximè attendenda, personæ scilicet dantis & recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis. Qualitatem personarum, vtrà quo & cui, videlicet an à paupere diuiti, an econuersò, siue à diuite locupleti datum fuerit, solicitè consideremus. Aestimationem muneris & donationis tempus attendimus, si magni vel minoris precij res data existat, & an instante necessitate, an alio tempore conferatur, diligentiùs inspiciamus. Quibus siquidem inspectis, in præscripta quæstione tua nihil reprehensibilitate dignũ inuenimus, quod solicitu-

* necessariè & legitimè exhibenda

Psal. 13. b & 52. b

Quæ tria in dandis vel accipiendis muneribꝰ attẽdẽda.

solicitudini tuæ in sequẽtibus manifestiùs apparebit. Si enim prædictorum cardinalis & fratris personarum qualitatem recta cõsideratione pensamus, non fuit magnum, ab eodẽ fratre tuo Cardinali vnum equũ indè transmitti, quem etiàm ioculatori vir tantus & tam abundans non petenti donaret. Verùm si temporis necessitatem perpendimus, non alia ratione hoc constat factum fuisse, quàm vt cardinali in tali subueniretur articulo. Quarè super hoc in conscientia tua nullus debet vnquàm scrupulus dubitationis emergere, cùm res data, modici precij quantùmad personam dantis & accipiẽtis, extiterit: nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi possit vel debeat quanlibet vel in modico læsionem inferre: etsi ante electionis examinationem & pallij receptionem, cùm te nolente & penitùs ignorante sit factum, vt equus necessitate transmissus fuerit & collatus, nec etiàm res tanti precij reputetur, quæ accipientis animum multùm mouere deberet, aut ab honestatis proposito declinare. Quod autem scriptum est, Beatus qui excutit manus suas ab omni munere: de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere & inuertere solẽt. Esa. 33.c

for.* etsi Quoniam * si ipsa etiàm persona electi, vel ordinatori vel consecratori suo electuarium, medicinas, aut de optimo vino, siue de alijs huiusmodi, quæ modici precij fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant, offerat: non tamen Romana Ecclesia dantem vel accipientem delinquere interpretari consueuit, nisi ista interuenirent ex pacto. Decæterò licèt, sicut tuę literę cõtinebant, quòd Episcopus nec in electione sua Ecclesiæ suę indemnitatem promittat, sacris canonibus prohibeatur, sed tamen propter hoc, verba fratris tui nullam deberẽt animo tuo perturbationem vel dubitationem ingerere, cùm etsi regi, qualem dixisti, te ignorante, promissionem fecisset, exindè nullatenùs tenereris. Quoniam capitulũ illud de persona sacerdotis electi, specialiter est intelligendum. Verùm quanuis frater tuus, te nesciente, huius securitatem præstiterit, quod tamen non constat, ideò potest perpendi, quod non alicuius læsionis maculã propter hoc incurras vel contrahas, cùm, sicut fraternitas tua non ignorat, sanctorum patrum instituta determinant, quòd puer qui ad aliquam Ecclesiam à parentibus suis pecunia interueniente offertur, etsi ad tempus iubeatur ab eadem Ecclesia remoueri, postmodùm nõ solùm ad aliam, sed ad ipsam vndè remouetur, potest assumi. De quibus colligitur, quòd cùm tu quandò verba præscripta proferri debuerant ad Ecclesiam agere natura electus, à qua iamdiù ad aliam assumptus fuisti, non Locus obscurus.

solùm secundam, in qua modò existis, sed & priorem dispensationem posses habere. Ideoq; debes omnem ab animo tuo dubitationem auellere, cùm & si hoc constaret, immunis appareas: nec oporteat te, si frater tuus securitatem etiàm præstitisset, propter hoc quoquo modo timere, cùm ab Ecclesia illa iam pridèm transieris, & ad aliam deincèps assumptus fueris, in qua iamdiù mansisti. Quapropter non fuit necesse, vt alicui personæ, Imperatori scilicet, regi, aut alij, exindè scriberemus, cùm nos nec minimum conscientiæ scrupulũ ex hoc suboriri noscamus.

Item Bituricensi episcopo, ex eodem libro. Cap. 2.

RElatum est, & nobis ex tua parte mõstratum, quòd causis matrimoniorũ tuæ diœcesis ad te delatis, cùm in eorum executione velles procedere, illi qui impetuntur, ad audientiam nostram appellant, vt per huiusmodi appellationes possint iudicium declinare. Vndè quoniam vestra interest, pranorũ intentiõem reprimere, & peccandi occasionem eisdem auferre: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenùs si qui parochianorum tuorũ de linea consanguinitatis impetiti, vlteriùs ab audientia tua ad sedem Apostolicam in vocem appellationis proruperint, si coniuncti non fuerint, eos sub anathematis interminatione coniungi prohibeas, donèc appellationem prosequantur, aut iudicio tuo stare obediant. Si verò fuerint coniuncti, eis cõuenientem terminum prosequendæ appellationis vel standi iudicio tuo, præfigas: infra quem si neutrum adimpleuerint, eos ex tunc omni appellatione cessante, vinculo excommunicationis adstringas. Decæterò Heruberto * .

Idem in eodem libro secundo, Vu. Albanensi Episcopo vicario nostro. Cap. 3.

EX tuarum tenore literarũ accepimus, quòd N. clericus adeò deliquit, quòd si delictum eius publicum esset, ab ordine quem susscepit, degradaretur, & ampliùs nõ posset ad superiores ordines promoueri. Verùm quoniam peccatum ipsum occultũ est, & priuatum fore dixisti: fraternitati tuę per A. S. mandamus, quatenùs ei condignã pœnitentiam imponas, & ei suadeas, vt per te, pœnitentia peracta, ordine suscepto vtatur: & eo contentus existens, ad superiores ordines ampliùs nõ accedat. Veruntamen quia peccatum occultum est, si promoueri desiderat, ei non potes nec debes aliqua ratione prohibere. Propter occultum delictum, clerici nõ repelli à promotiõe.

Idem eidem in eodem. Cap. 4.

DE adolescente qui mulierem quandam cognouit, & filiam eius postea matrimonio sibi copulauit, cui iam p decẽnium

nium cohabitauit, tuæ prudentiæ respõdemus, quòd si delictum eius, sicut nobis significâsti, occultum existit, pœnitentia sibi condigna debet imponi, nec ab vxore tanti sceleris inscia, est propterea separandus. Si verò id notoriũ esse dinoscitur, & ab vxore debet separari, & sinè spe coniugij permanere.

Idem Verulano episcopo, in eodem libro. Cap. 5.

EX relatione I. latoris præsentium, & ex tenore tuarum literarum accepimus, quòd cùm idem I. sororem vxoris suæ carnaliter cognouisset, & cum ea diutiùs permãsisset, tu eos ab inuicèm separâsti, & iam dictum I. ad nostram audientiam destinare curâsti. Super quo vtiquè fraternitati tuæ duximus respondendum, vt eum Hierosolymam studeas destinare. Deindè cùm ad propria rediêrit, nè ex abstinentia illorum fortè deteriùs contingat, dissimulare poteris, quòd vxori suæ cohabitet, non tamen vt eis ad hoc licentiam tuam aut fauorem aliquatenùs indulgere videaris. Fa dissimulatiõe cohibitam, non ex fauore.

Idem Gradẽsi patriarchæ, in eodem libro. Cap. 6.

EX tuarũ literarum tenore accepimus, quòd V. presbyter viuendi leuitate vsus, cum quodam infami ad priuatum locum immũdos spiritus inuocaturus accessit. Vndè eum, quia propter hoc infamia laborat, & facinus publicum & notoriũ erat, ab officio & beneficio ecclesiastico suspẽdisti: Ipse autem coram nobis viua voce ꝓposuit, quòd non ea intentione, vt inuocaret dæmonem, iẽrat: sed vt per inspectionẽ astrolãbij, furtum cuiusdam Ecclesiæ posset recuperare. Verùm licèt hoc ex bono zelo & ex simplicitate se fecisse proponat, id tamen fuit grauissimum, & non modicã indè maculam contraxit. Sed quoniam tutius est, in dextram quàm in sinistram, & in misericordiam quàm in seueritatem declinare: ipsum fraternitati tuæ duximus remittendum, monentes atque mandantes, vt secum misericorditer agas, & sibi infra octo dies post harum susceptionem, ecclesiam cum omnibus ablatis restituas, & talẽ ei pro expiatione illius delicti pœnitẽtiam imponas, quòd per annum & ampliùs (si tibi visum fuerit, ità tamẽ, quòd biennium non excedat) eum ab altaris administratione præcipias abstinere: & exindè liberũ ei sit, officium sacerdotale exercere.

Idem Verulano epõ. in eodem libro 1. Cap. 7.

QVòd te cum inimicis tuis &c. Decæterò quia fraternitatis tuę quærit industria, vtrùm clerici qui infra subdiaconatũs ordinem constituti, quia continere carnis vitio coacti non valeant, vxores accipiunt, ecclesiastico spoliari possint bene-

ficio canonicè: id tuam volumus experientiam tenere indubitata veritate, quòd cùm sint voluptatibus & carnalibus desiderijs dediti, ac diuinis & ecclesiasticis sacramẽtis cõtrectandis indigni, Ecclesiasticis sunt proculdubiò beneficijs priuandi. Sanè si ecclesijs quibus attitulati fuerãt, de possessionibus aut alijs bonis suis aliqua contulisse noscuntur, cùm ab earundem ecclesiarũ ministerio fuerint & beneficio sequestrati, ad ipsos recta via dominium & proprietas ilicò debet absque vlla contradictione redire.

Idem iudicibus Velleneñ, in eodem libro. Cap. 8.

RElatũ est auribus nostris, quòd cùm ad vestræ discussionis examen aliqua super testamentis Ecclesiæ causa deducitur, vos secundùm humanam, & non secũdùm diuinam legem in ea vultis procedere: & nisi septem aut quinque testes idonei producti fuerint, omninò non proponitis exindè iudicare. Vndè quia huiusmodi de iudicijs ecclesiæ non secundùm leges, sed secundùm canones debẽt tractari, & in his diuina scriptura testante, duo aut tres idonei testes sufficiunt: discretioni vestræ per A. S. mandamus, quatenùs cùm aliqua causa super testamentis ecclesiæ relictis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundùm leges, sed secundùm canones, iuxta decretorum statuta, tractetis tribus vel duobus legitimis testibus requisitis. quoniam scriptum est, In ore duorum vel triũ testium stat omne verbum. Deut. 17.b Matt. 18.

Idem præposito & canonicis in Sulcan. in eodem libro. Cap. 9.

SIgnificatum est nobis, quòd ecclesiasticam sacerdoti præbendam vnam in ecclesia vestra communi consensu & voluntate dedistis, ità quidem, quòd Missam de S. Maria, nisi sit corporis infirmitate grauatus, debeat quotidiè celebrare, qui ecclesiã vestram non nisi communi tam præpositi quàm capituli consensu, potest dimittere, nec cuiquam præbendę illius anniuersariũ delegare. Quam siquidem cõstitutionem eatenùs cõfirmauimus, vt prædictus sacerdos ecclesiæ, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assiduè debeat officium suũ impendere: & quãto feruentiùs potest, salua honestate sua & debita deuotione Missarũ solennia celebrare: nec sibi liceat hoc, illinc se ad aliam Ecclesiam transferendo aut voluptatis causa subtrahere.

Idem Beluaceñ episcopo. in eodem libro. Cap. 10.

SIgnificatum est nobis & pro certo mõstratum, quòd Griboldus nondùm incipiens esse quatuordecim annorum, timore magistri qui eum literis erudiebat, habitũ religiõis susscepit in ecclesia de Russinis, & indè sicut puer infra annum exiuit,

& per

& per ſeculi vanitates iam ſex annis & eo ampliùs vagabundus diſcurrit. Vndè quoniam huius rei veritas nobis non conſtat, fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenùs rem ipſam diligenter inquiras, & ſi inueneris quòd nõ fuerit à parentibus oblatus, nec inceperit eſſe 14. annorum quãdò ad religionem acceſſit, & eum infra 14. annum voti pœnituerit, & ab Eccleſia receſſerit, ſi in ſeculo voluẽrit remanere, eum ab ipſo voto quod fecit, authoritate pontificali abſoluas, & eum abſolutum tam in Eccleſia de Ruſſinis, quàm populo tuæ ciuitatis ſtudeas publicare. Si autem à parentibus fuit fortè oblatus, ſeu quartum deimũ annum compleuerat, cùm religionem intrauit, ſiue poſt 14. annum profeſſionem à ſe factam, ratam habuit, eum ad eandem vel aliam religionem tranſire, eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

Idem Salabrienſi epõ, in eodem libro.

Cap. 11.

PEruenit ad nos, quòd cùm tu Rog. filium Vuilhelmi Eccleſiæ tuæ canonicum, vt debitam in eadem Eccleſia reſidẽtiam faceret, monuiſſes, ad audientiam noſtram in appellatiõem prorupit, & appellationi ſuæ terminum, proximum feſtum B. Lucæ præfixit. Quoniam igitur indignũ eſt, per eius vel aliorum ſubterfugia, præſcriptam Eccleſiam debitis obſequijs defraudari, cùm ipſe fruſtratoriæ dilationis cauſa appellâſſe videatur: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenùs præfatum Rog. diligenter & ſtudiosè commoneas, vt in eadem Eccleſia debitam, omni mora poſtpoſita, faciat reſidentiam, vel infra proximum feſtum B. Lucæ appellationem ſuam proſequuturus, ad nos veniendi iter arripiat. Interìm verò alicui honeſtę perſonæ vices eius in Eccleſia prætaxata exequendas committas: & tantum ei de beneficijs illius, appellatione ceſſante, aſſignes, vndè poſſit cõgruè ſuſtentari. Quòd ſi prælibatus Rog. alterum iſtorum adimplere neglexerit, tu eum ex tunc præbenda ſua, omni appellatione & contradictione ceſſante, priues: & eam alicui viro diſcreto & honeſto, nullius appellatione admiſſa, concedas pariter & aſſignes.

Idem Tornacẽſi epiſcopo, in eodem libro.

Cap. 12.

VEniens ad nos mulier Iatrix præſentium, lachrymabili nobis confeſſione monſtrauit, quòd cùm de quodam filiũ genuiſſet, & ille ſibi turgido ſæpè vultu improperâſſet, quòd filius eius non eſſet, ipſa iracundię calore & furore animi ducta, eũdem filium interfecit. Quo comperto, comes Flandrenſ eam totã terrã ſuam vſq; ad ſeptennium abiurare coẽgit, nisi de noſtra licentia * remaneret. Cumq; ſe noſtro conſpectui præſentâſſet, & quòd crucẽ ſuſcepiſſet, Hieroſolymam ſe profecturã monſtrâſſet, nos videntes quòd in partibus illis præſentia illius nõ poſſet eſſe vtilis, ſed damnoſa: eã ab Hieroſolymitano itinere reuocantes, ipſam fraternitati tuæ duximus remittendã, præſentium authoritate mandantes, quatenùs prędictã mulierem labores inducere, vt in aliquod monaſteriũ tui epiſcopatûs tranſeat, & ibi peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem repugnãte carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiã nubendi in Dño tribuas: quia tutius nobis videt, vt in Domino nubat, & vni ſoli, quàm multis, adhæreat.

fort. * *remearet.*

Cap. 13.

RElatũ eſt auribus noſtris, quòd cùm quidam vir nobilis * Ateorelia nomine, M. mulierem de * Oreia quondàm vxorem ſuam ſuſpectam haberet, fratri & militibus ſuis præcepit, vt eam longè ad priuata loca deducerent, & gladio occiderent. Qui cùm ipſam ad quãdam ſyluam duxiſſent, & euaginato gladio occídere vellent, eadem ad pedes cognati cecidit, & vt ſibi vitam ſeruaret, lachrymoſa ſupplicatione rogauit. Cognatus verò & pietate & miſericordia motus, ei ſub cõditione pepercit, quòd in monaſterio de Tolabres habitum monaſticum deberet ſuſcipere. Quo audito, maritus eius quia reſeruata erat ad vitã, graue plurimùm tulit: ſed tamen poſtmodùm acquieuit, ſicq; factũ eſt, quòd duos Epiſcopos Cęſarauguſtanẽ & Tiraſonẽſ, vt eam benedicerent, & illi velum imponerent, ad monaſterium ipſum adduxit. Epiſcopi verò rem ignorantes, & quia iuuenis erat, & filium haberet paruulum, mutationem vitę ſuę ſuſpectam habentes, eam ſeorsùm cõuenerunt. Quæ vtiquè rem per ordinem patefaciens, quòd mortis timore, & nõ bono animo monaſterium intraret: & quandocunquè poſſet, indè exiret, nihilominùs adiecit. Tunc epiſcopis de morte eius timentibus, & quòd ab ea audiêrant, propalare nolẽtibus, alter eorum, Tiraſonẽſ ſcilicet, vt viri illius tyrãnidi ſatisfacere videretur, mulieri imponere velum ſimulauit. Tandèm autem viro & fratre de medio ſublatis, prædicta mulier de monaſterio exiuit, & cuidam nobili P. nomine de * Camberñ nupſit. Sorores autem cùm reclamâſſent, & epiſcopo Calaguritañ conqueſtæ fuiſſent, & epiſcopus nõ poſſet eam videre, nèque ſuper his conuenire, ad inſtantiam ſororum, eam & virum quem acceperat, excommunicauit, & totam terrã eius interdixit, ignorans penitùs quomodò res proceſſiſſet. Quam vtiquè ſententiam venerabilis frater noſter Tarraconenſ archiepiſcopus poſtmodùm confirmauit. Nos igitur de prudentia & honeſtate veſtra confidentes, cauſam ipſam experientiæ

tiæ veſtræ duximus committendam, & ſine debito terminandam. Ideoque diſcretioni veſtræ per A. S. mandamus, quatenùs prædictam mulierem & virum, recepto iuramento, quòd noſtro debeant ſtare mandato, ab excommunicatione abſoluatis. Deindè tam mulierẽ quàm Prioriſſam & moniales præſcripti monaſterij ad præſentiam tuam conuocantes, cauſam diligentiùs audiatis, & fine canonico terminetis. Quòd ſi legitimè probatũ fuerit, nõ timore mortis prędictam mulierem religionem intrâſſe, aut quod fecit, poſteà ratum habuiſſe: ipſam ad monaſterium redire, & habitum depoſitum reſumere, cenſura Eccleſiaſtica compellatis.

Idem Gaiacẽſi electo, in eodem lib. 8.

Cap. 14.

CVm Petr⁹ Mancouela, & Bonus * Caci presbyteri, & Ioãnes Bonus * Coci laicus, in noſtra eſſent præſentia conſtituti, eundem Ioannem, quoniam laicus erat, in iam dicti P. accuſationem nequaquàm admiſimus. Cumq; præfatus B. eundem P. ſuper crimine Simoniæ conſtantiùs accuſaret, nos eum, quoniam in cauſæ teſtimoniũ fuit adductus, & quia frater eius, Ilſcilicet, iam dictum P. priùs coram te accuſauerat, repulimus, præſertim cùm frater Petri, Bonũ * Coci anteà de cauſa cõſimili accuſâſſet. Verùm quoniam vnus poſt alterũ, prædictum inſtante viciſſitudine accuſabat, neutrum ad eius accuſationẽ admiſimus, ſed vtrique de obiectis criminibus purgationem duximus indicendam. Indè ſiquidem eſt, quòd diſcretioni veſtræ per A. S. mandamus, quatenùs vtrunque illorum ſe cum tribus ſacerdotib⁹ facias infra triginta dies poſt harum ſuſceptionem purgare. Purgatores verò, illius honeſtatis & opinionis eſſe volumus, quòd veriſimile ſit, eos nolle amore vel odio ſeu obtentu pecuniæ peierare. Vt autem idonei appareãt, neceſsè eſt, eius quem purgare debent, vitam & conuerſationem noſcant. Quòd ſi vterq; illorum vel alter in purgatione defecerit, tu deficientem omni officio & beneficio Eccleſiaſtico priues, tibi omnimodò præcauens, quòd ſi memorato P. in ſua voluẽrit purgatione aſſiſtere, nullã eis maleuolentiam vel indignationem oſtendas: nec eos amodò impedias, vel ab alijs, quãtùm in te eſt, impediri permittas.

Idem Noruicenſi epiſcopo. in eodem libro. Cap. 15.

VEnientis ad nos R. clerici narratiõe audiuimus, quòd cùm in puerili ętate conſtitutus fuiſſet, ſe Hieroſolymam diſpoſuit profecturum: & cuidam cõſocio ſuo, qui nihilominùs Dominicum ſepulcrum propoſuerat viſitare, fidem dedit, & ſuam ab eo fidem recepit, quòd, ſibi inuicèm in via fideles exiſterẽt, & bonam ſocietatem ſeruarẽt. Qui vtiquè ſolicita mẽte reuoluens, ad nos acceſſit, vt ſibi ſuper hoc noſtrum * auxilium aperiremus. Nos autẽ ipſum graui infirmitate laborare, ſicut aſſerit, intelligentes, & quòd in partibus Orientis eius aduentus parũ vtilitatis conferret, diligentiùs attendentes, præſertim cùm ſit clericis illicitũ in ſacris ordinibus cõſtitutis arma aſſumere, aut effuſioni ſanguinis vacare, ipſum à voto quod in ætate tenera, facilitate animi potiùs quàm ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſoluimus: ità tamen, quòd idem votum eleemoſynis redimere debeat, & iuxta cõſilium noſtrũ toto vitæ ſuę tempore vni pauperum Chriſti, dum ad hoc ſuæ ſufficiãt facultates, tam in victu quàm in veſtitu, prouidere.

* conſilij

Idem Vuigornienſi epiſcopo. in 12. libro Regiſtr. Cap. 16.

EX parte tua huiuſmodi nobis conqueſtio propoſita fuit, vtrùm monachi in accuſatione abbatum ſuorũ aliquatenùs ſint admittendi. Super quo vtiquè tuæ prudentiæ reſpondemus, quòd niſi alia rationabilis cauſa impediat & manifeſta, eõ quòd monachi de obedientia & ſubiectione abbatis ſunt, ab eius accuſatione non ſunt vllatenùs repellendi, licèt alios accuſare non poſſint. Quibus ſiquidem, cùm proprium nõ habeant, de rebus monaſterij expenſæ debent neceſſariæ, donèc cauſa debitum finẽ recipiat, miniſtrari. De confirmationibus autem Ro. pontificum, tuam volumus cognitionem tenere, quòd contra illas niſi nouum Apoſtolicæ ſedis mandatum procedat, aut certum ſit quòd ipſæ confirmationes per falſam ſint ſuggeſtionẽ obtentæ, non eſt aliquatenùs iudicandum.

Idem Beluacẽſi Epiſcopo.

Cap. 17.

QVod nobis ex vna parte ſignificatũ eſt, vt in clandeſtinis matrimonijs diſpenſare deberemus, nõ videmus quæ diſpenſatio ſit ſuper his adhibenda. Si enim matrimonia ità occultè contrahantur, quòd exindè legitimi teſtes non appareant, hi qui ea contrahunt, non ſunt aliquatenùs ab Eccleſia compellendi. Verũtamen ea quæ ſic contracta ſunt, ſi perſonę contrahẽtium voluẽrint publicare, niſi rationabilis cauſa præpediat, ab Eccleſia recipienda ſunt ac comprobanda, tanquàm à principio in conſpectu Eccleſiæ contraherentur. Si qui autem de clandeſtino matrimonio poſtmodùm ab Eccleſia comprobato & rato habito, geniti fuerint, eos legitimos iudices filios & hæredes.

De in clãdeſtino matrimonio genitis.

Idem Hieroſolymitano patriarchæ.

Cap. 18.

NOuit pleniùs,ſicut credim⁹, tuę diſcretionis prudẽtia,qualiter tu & fratres tui vnum corpus ſitis: ità quòd tu caput,& fratres tui membra eſſe comprobantur. Vndè non decet omiſſis membris,te aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negocijs vti,cùm id nõ ſit dubium,& honeſtati tuæ & ſanctorum patrum inſtitutionibus contraire. Innotuit autem auribus noſtris, ꝙ tu ſinè conſilio fratrum tuorum, abbates, abbatiſſas, & cæteras perſonas Eccleſiaſticas inſtituis ac deſtituis, non conſiderans & attendens,quomodò te non ſit dubium ſacros canones tranſgredi,cũ in huiuſmodi cauſis & clericorum & laicorum circa te commorantium,qui de corpore ipſius Eccleſiæ non ſunt,potiùs quàm fratrum tuorum cõſilio vti dicaris.Indè eſt quòd apoſtolica authoritate prohibemus, nè abbates,abbatiſſas,vel alias perſonas eccleſiaſticas ſinè aſſenſu & conſilio Prioris & fratrũ tuorum canonicorum inſtituere vel deſtituere,aliqua decæterò ratione præſumas. Quòd ſi fortè,quod non credimus,contra præceptum noſtrum venire præſumpſeris, nos tales inſtitutiones & deſtitutiones, ſi quas amodò feceris,caſſamus, & omni robore decernimus & ſtabilitate carere.

Idem eidem in eodem libro.
Cap. 19.

QVanto maiori dignitate, dante Domino,præmines,tanto te decet ampliùs & oportet in omnibus eam diligentiam & grauitatem habere, quòd omnia videaris ſinè nota & repræhenſione peragere,& laudabiliter iniunctæ tibi ſolicitudinis officium diſpenſare.Audiuimus autem vndè & mirati ſumus,ſicut & meritò indè mirari poſſumus, quòd in conceſſionibus & confirmationibus iuxta conſilium & voluntatem eorum *procedis, & in priuilegijs;quod tuam non decet honeſtatem, ad maiorem authoritatem & certitudiné nomina fratrum tuorum, qui abſentes fuerint, tanquàm ſi præſentes fuiſſent, facis ſubſcribi. Quia igitur non decet prudentiam tuã,in negocijs tibi commiſſæ eccleſiæ conſilium fratrum tuorum *proponere,cum quibus vnum corpus exiſtere comprobaris:fraternitati tuæ per A. S. mandamus,quatenùs in conceſſionibus,cõfirmationibus,& alijs eiuſdem eccleſiæ negocijs fratres tuos requiras,& cum eorum conſilio vel ſanioris partis,eadem negocia peragas & pertractes:vt quæ ſtatuenda fuerint, ſtatuas,& errata corrigas,& euellenda diſſipes & euellas:nec abſentium fratrum nomina aliquatenùs ſcribi facias, quia talia munimenta,irrita ſunt & falſa:& tu exindè quæſtionem falſi nõ immeritò poteris formidare. Nos enim vniuerſa priuilegia, in quibus abſentium fratrum nomina, ipſis ignorantibus vel abſentibus, ſubſcripta ſunt, vel amodò ſcribentur, irrita eſſe decernimus,& nullius firmitatis robur habere cenſemus.

*videtur deeſſe,nõ.

* poſtponere,

Idem Huboldo Hoſtienſi Epiſcopo, & archipresbytero & canonicis Vuellectur. in 13. libro Regiſtri.
Cap. 20.

CVm eſſes frater epiſcope in præſentia noſtra conſtitutus, diligenti nobis aſſertione innotuiſti, talem in epiſcopatu tuo inoleuiſſe conſuetudinem,quòd teſtamenta quæ fiunt in vltima voluntate,vt ab his qui poteſtatem habent ſuper alios, penitùs reſcindantur,nisì cùm ſubſcriptione ſeptem aut quinque teſtiũ fiant,ſecundùm quod humanæ leges decernunt. Quia verò à diuina lege & ſanctorum patrum ſtatutis,& à generali conſuetudine Eccleſiæ, id eſſe noſcitur alienum,cùm ſcriptum ſit, in ore duorum vel trium teſtiũ ſtet oñe verbum:præſcriptam conſuetudinem penitùs improbamus:& teſtamenta quæ parochiani veſtri corã presbytero ſuo & tribus vel duabus alijs perſonis idoneis in extrema volũtate decæterò fecerint,& firma decernimus permanere,& robur perpetuæ firmitatis obtinere,ſub interminatione anathematis prohibentes, nè quis præſumptione qualibet,huiuſmodi audeat reſcindere teſtamenta.Prætereà cùm principes &c. Deut.19.

Idem Carnoteñ Epiſcopo.in 14. libro Regiſtri.Pars illius capituli, Cùm ſacroſancta Romana.
Cap. 21.

SIgnificaſti nobis quendam presbyterum cum alterius coniuge diabolico inſtinctu in eccleſia frequẽter, ſicut aſſeris,dormiuiſſe:quæ vtiquè ſe & illum ſacerdoti cuidam huiuſmodi delictum confeſſos fuiſſe, publicè tibi detexit. & hoc ipſum idem ſacerdos nomen adulteri celans,in præſentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cùm negante adultero, mulier in confeſſione perſiſtat,ab Apoſtolica ſede conſilium requiſiſti. Nos ergò iuxta ſanctorum patrum decreta volumus, vt condignam pœnitentiam adulteræ præfatæ imponens, eccleſiam prælibatam per adſperſionem aquæ ſanctificando reconcilies.Prædicto autem ſacerdoti, nè contra Apoſtolum infirmorum corda, mala fama ipſius percutiantur, & nè noſtrum vituperetur miniſterium,nec ſecuriores presbyteri exiſtentes, prolabantur licentiùs in peccatum,cum vicinis quinq; presbyteris, quos ſe nolle peierare cognoueris, iuxta arbitrium tuũ purgationem indícas.Quòd ſi ſe purgare poterit,in officio ſuo permittas ipſum miniſtrare: Si verò non poterit, ipſum ab officio ſuo ſuſpendere nulla ratione poſtponas. 1. Cor. 8. & 2. Cor. 9.

Idem eidem in eodem.
Cap. 22.

QVæſiuit à nobis tua fraternitas, vtrũ ſacerdos vno clerico tãtùm præſente, infirmum debeat inungere: & qua die feſtũ Matthiæ in anno biſextili debeat obſeruari,preſertim cùm quidã inter vigiliam & feſtũ velint interponere diem: & vtrùm mulier ꝓ latrocinio aut alio quolibet crimine,à viro ſuo debeat ſeparari, & alij nubere: & de viro ſimili modo expoſuiſti quæſtionem, vtrùm pro quolibet flagitio poſſit à coniuge ſua diuidi, & aliam ſibi legitimo matrimonio copulare. Nos itaque tibi duximus taliter reſpondendum,quòd ſacerdos vno præſente clerico,& etiàm ſolus poteſt infirmũ inungere. Feſtum verò B. Matthiæ iuxta regulam Eccleſiaſticã vigilia eatenùs præcedat,vt nec pro biſſexto, nec quolibet alio modo inter ſe & ſolennitatem admittat alium diem, in qua vtiquè vigilia, nisì eueniat in Dominica die, ieiunium celebratur.Ipſum autem feſtum ſiue fiat in preſenti die,ſiue in ſequẽti, qui duo quaſi pro vno reputantur nullus error, ſed Eccleſiæ conſuetudo teneatur. Quòd aũt mulier pro furto vel quolibet alio crimine à viro ſeparetur, & alij nubere poſſit, & vir ſimiliter eadem lege cõſtituatur:taliter reſpõdemus, quòd mulier pro furto vel alio crimine viri ſui, nisì ipſe eam ad maleficia ſua trahere nitatur,& fidei ſuæ religionem corrumpere velit,non debet ab eo ſeparari, nec alij aliqua ratione copulari. Verùm ſi cõiugem ſuam ad errorem traxerit & ad maleficium,mulier à viro recedere poterit & ſeparari,ità quòd ei alij nubere non licebit: quia licèt ſeparentur, tamen coniuges erunt ſemper. Viris quoquè præſens ſententia ſeruetur.

Idem Epiſcopo & archidiacono Vicentino in 12. libro Regiſtri. *Cap.* 23.

PErlatum eſt ad audientiam noſtram, quòd *Hereman filius quondàm Lazari,ad partes Cõſtantinopolitanas trãſiẽs, ibidèm moram per decennium & ampliùs fecit, & ad Viuianã filiam Eulardi vxorem ſuam non redijt.Ipſa verò apud bonæ memoriæ I. quõdam Vicentinum Epiſcopum aduersùs virum ſuum querelam depoſuit: & quòd eum nõ poſſet diutiùs expectare, nihilominùs allegauit.Epiſcopus verò,ſicut vir prouidus & diſcretus, parẽtibus viri mandauit,vt pro eo mitterent,& ipſum ad propria reuocarent. Cumq; elapſo longo temporis ſpatio, prædictus vir ad propria non remearet, Epiſcopus in conſpectu Eccleſiæ auditis allegationibus mulieris,inter eos diuortij ſententiam promulgauit, & mulieri,vt alium virum duceret,plenariam facultatem indulſit. Quia igitur huius rei veritas nobis non conſtat, diſcretioni veſtræ per A. S.mandamus,quatenùs rẽ ipſam diligenter inueſtigetis, & ſi vobis conſtiterit, quòd Epiſcopus diuortij ſententiam inter eos tulerit,filios eius quos de Achardi filio quondàm Rad. ad cuius copulam authoritate prædicti Epiſcopi ſinè queſtione & contradictione Eccleſiæ migrauit,ſuſtulerit, ab hæreditate non patiamini excludi, ſed eos legitimos iudicetis:& ſi quis contra hoc venire voluẽrit, ei authoritate Apoſtolica ſilentium penitùs imponatis.

* Butgieñ

Lucius III. *Nebebereñ epiſcopo in Regiſtro.*
Cap. 24.

CVm cauſam, quæ eſt inter E. militem & vxorem eius, tuæ commiſiſſemus experientiæ terminandam, miles repetens mulierem legitimè ſibi nupſiſſe,per probationes canonicas ſe cõſtanter aſſeruit probaturum: fœmina verò propoſuit, quòd dominorum & parentum ſuorum ſuggeſtione alteri viro tradita, ab illius militis amore diuertit,quià parentibus eam priùs rapuerat, illa tamen nolente, vt dicitur, & poſtmodùm,priuſquàm eam cognoſceret, deſponſauit. Deindè incluſa eſt in monaſterio monialium,vbì & detinetur. Vndè quoniam ſuper his prudentia tua ſedem duxit Apoſtolicam conſulendam, ſignificatione preſentiũ tibi reſpondemus, quòd cùm ibì raptus dicatur admitti,vbì nihil de nuptijs antè agitur,iſte raptor dici non debet, cùm habuerit conſenſum mulieris: & priùs deſponſauerit eam, quàm cognouerit,licèt parentes forſitan reclamarẽt. Prætereà cùm poſt matrimonium carnis permixtione perfectum, teſte Apoſtolo, vxor ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed maritus,& econuersò: ſi præceſſiſſe matrimonium, vel ex probationibus viri canonicis, vel ex mulieris confeſſione claruerit,poſtmodùm ſinè aſſenſu viri non potuit fœmina monaſterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Non ergò pro eo quòd de monaſterio poſt matrimonium cõſummatum per virum rapta fuerit, eius poterit conſortium declinare, dummodò probari nequeat,virum, vt mulier profiteretur continentiam, aſſenſiſſe. 1. Cor. 7. a

Idem Pariſienſi epiſcopo.
Cap. 25.

INtelleximus ex literis tuis, quòd M. latrix præſentium, diabolico furore accenſa,quandam filiam ſuam multotiès animo perimendi aggreſſa,tandèm ſuggerente eo qui fidelium perditione lætatur, lœtali vulnere iugulauit: propter quod Dominus terrę,maritum eius ipſam coẽgit abiurare. Quia verò illum & illam pariter filios habere intimâſti,vndè circa ipſius exilium debeat diſpenſari,nos de diſcretione

tua plenam fidutiam habẽtes, eam tuæ duximus prouidentiæ remittendam: per A.S. tibi mandantes, quatenùs ità ſuper hoc prouideas, vt ſui ſceleris pœnam luat, & ſaluti eius & filiorum ipſius per prouidentiam tuam in Domino conſulatur: nec obſtante propoſito iuramento, quòd ab ea dictus dominus proponitur extorſiſſe, eam (ſi expedire videris) viro ſuo & rebus ſuis reſtituas, ità quòd filios ſuos liberè poſſit & pacificè gubernare.

Alexander 3. Arelatẽſi archiepiſcopo, & ſanctæ Mariæ inuiolatæ diacono cardinali. in 12. libro Regiſtri.

Cap. 26.

CAuſa matrimonij, quæ inter Ermengard mulierem & * Blatium agitari dinoſcitur, venerabilibus fratribus noſtris Foroiulien & Vapincen Epiſcopis meminimus commiſiſſe. Quibus vtiquè in vnum cõuenientibus, eandemq; mulierem, ſicut accepimus, viro reſtitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus & flagellis adèò *infecit, quòd inuita & coacta, inter ſe & virũ eſſe confeſſa eſt parentelam. Sicq; factum eſt, quòd ad iudicium vnius illorum, mulierem ipſam dimiſit, quæ filios ſuos quinquè dicit ex eo genuiſſe, & quatuordecim annis ſecum ſinè queſtione aliqua permãſiſſe. Vndè quoniam matrimonium in Eccleſia DEI adeò magnum ſacramentum probatur eſſe, quòd ſinè rationabili & euidenti cauſa diſſolui non debet, præſertim cùm non ab homine, ſedà Deo ſit inſtitutum: diſcretioni veſtræ per A.S. mãdamus, quatenùs huius rei veritatem diligenter & ſubtiliter inquiratis: & ſi inueneritis quòd præfatus B. prædictam mulierem ad iudiciũ ſolummodò vnius prædictorum Epiſcoporum à ſe ſeparâſſet, quia cùm duobus cauſa committitur, ſententia vnius non tenet, ipſum conſtanter commoneatis, & diſtrictè compellatis, vt mulierem ſicut vxorem ſuam, appellatione remota, benignè recipiat, & maritali affectu pertractet. Quod ſi facere fortè contempſerit, eum & ſuperinductam, appellatione ceſſante, excommunicationis vinculo perſtringatis. Si qui tamẽ apparuerint, qui, poſtquàm ab eo recepta fuerit, matrimonium eorum velint & legitimè poſſint impetere: partibus ante vos cõuocatis, cauſam audiatis: & eam fine canonico, appellatiõe remota, terminetis, illa maturitate & circunſpectione adhibita, quam in tanto negocio conuenit adhiberi. Quòd ſi ambo &c.*

**affecit.*

Ephe. 5.

Gene. 2.

Idem in eodem Abbati S. Benedicti de Vebia. Cap. 27.

SVſcepimus literas tuas, & cognouimus ex earum tenore, quòd cùm lator præſentium in cuſtodia cuiuſdam domûs cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipſos in perſonis affligere, & veſtimẽtis proprijs denudare præſumpſerunt. In quos iſti reſumptis viribus inſurgentes, ligaueruntillos, & detinere vſque ad notitiam capituli voluẽrunt. Cumque iſte rem ad tuam audientiam perlaturus, eos ligatos in fratris ſui cuſtodia dimiſiſſet, & fures ſe ſoluere niteretur, frater illos, nè ipſe ab illis interimeretur, occidit. Vndè quoniam expediebat potiùs poſt tunicã relinquere etiàm pallium, & rerum ſuſtinere iacturam, quàm pro cõſeruandis vilibus rebus & tranſitorijs tam acriter in alios exardeſcere: abſtineat iſte humiliter ab altaris miniſterio, & peccatũ ſuum, quibus ad arbitrium tuum modis poterit, vterque ſtudeat expiare. Conſtat enim, eos contra regularem manſuetudinem & Eccleſiaſticam diſciplinam, ex vtriuſq; ope interemptos.

Matth. 5.

Idem in eodem, Ambianenſi Epiſcopo. Cap. 28.

QVòd ſedem Apoſtolicam conſulis ſuper his, quæ dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus & acceptum: & tua exindè fraternitas non parùm commendanda videtur. Ex tua ſiquidem parte nobis eſt iutimatum, quòd quædã mulier tui epiſcopatûs cuidam viro nupſit, ignorans quòd propter vtriuſq; inguinis rupturam genitalia eius eſſent abſciſſa, nec ab eo cognita fuiſſet. Qui vtiquè modò factus leproſus, ſe pariter & ſua domui dedit infirmorum. Mulier verò ad domum paternam reuerſa, ſicut iuuenis, alij viro deſiderat nubere, & coniugali fœdere coniungi. Verùm licèt Eccleſia Romana non cõſueuerit propter naturalem frigiditatem, aut propter alia maleficia legitimè coniunctos diuidere, ſi tamen conſuetudo Gallicanæ Eccleſiæ habet, vt huiuſmodi matrimonia diſſoluantur, nos patienter tolerabimus, ſi ſecundùm illam conſuetudinem eidem mulieri, cui voluërit, in Domino conceſſeris nubendi facultatem. Sicut eñ puer qui non poteſt reddere debitum, nõ eſt aptus coniugio: ſic quoquè qui impotentes ſunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

Locus obſcurus.

Propter frigiditatẽ an matrimonij dirimendum.

Propter cõſuetudinem rigorem temperari.

Idem eidem in eadem epiſtola. Cap. 29.

SAnè de canonico, qui in Eccleſia Aroacenſi profeſſionem fecerat, & ab ea fugerat, ab Abbate in monachum recepto: id tuæ fraternitati ſignificamus, quòd ſi locus vbi nunc permanet, maioris eſt religionis, quàm Eccleſia Aroacenſis, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas. alioquin eum ad priorem Eccleſiam redire compellas. Porrò de comite * Pontini, qui vxorem ſuam, filiam Bernardi de S. * Valerico, abſque iudicio Eccleſiæ dimiſit, propterea quia eam cognatam fuiſſe defunctæ vxoris ſuæ proponit: hoc tua prudentia cognoſcat, quòd ſi etiàm parentela eſſet publica & notoria, abſque iudicio Eccleſiæ ab ea non potuit ſeparari: quarè eum ad eam recipiendam diſtrictè compellas: & ſi eam recipere noluerit, eum & ſuperinductam vinculo excommunicationis adſtringas. Si qui autem apparuerint, qui matrimonium ipſum velint & poſſint impetere, cauſam audias, & eam fine debito decídas.

*Pontini

Prætereà de Hugone de * Calorie, qui filiam * Alelmi cognatam ſuam duxit in vxorem, & hoc publicum & manifeſtum eſt, nec appáret aliquis qui matrimonium velit impetere: id tibi reſpondemus, quòd non apparentibus accuſatoribus, & parentela publica & manifeſta exiſtente: quod credibile non eſt, vbi eſſent cõſobrini in primo vel ſecundo gradu, Eccleſiæ authoritate interdictum eſt matrimonium. adhibita illa grauitate diſſoluere, quod illicitè noſcitur contractum. Ad hæc quoniam donationem decimæ, quam abbas S. Saluij de * Muſterol, & prędeceſſor eius cuidam laico iure hæreditario conceſſerunt tenendam, cùm ſanctuarium DEI iure poſſideri non debeat, in irritum penitùs reuoces, & viribus carere decernas: & laicum, nisì decimam ipſam Eccleſię S. Saluij liberè & abſolutè reſtituat, vinculo excommunicationis adſtringas.

Idem Epiſcopus S. Agathes, in eodem lib. 12. *Cap.* 30.

DE muliere, quæ (prout nobis ſignificâſti) cupiens viri ſui ampliorẽ amorem adquirere, ſuſcepto corpore Chriſti, & in ore retento, eidem viro ſuo oſculum cum eo porrexit, & ipſum traijcere poſtmodùm, cùm voluit, non potuit: ſed verſum eſt in carnẽ, cùm tangeret, iuxta dentes molares, & caro ſupercreuit, & adhuc eſt intùs. Circa quod fraternitati tuæ non poſſumus ſanius dare conſilium, nisì quòd eam moneas & compellas, vt tantum per condignam pœnitentiam & bona opera ſatagat expiare delictum. Credere quippe debemus, quòd ſi verè contrita fuerit, & condignam pœnitentiam egerit, & tu ad DEVM deuotè pro ea oraueris, corpus Chriſti traijcere poterit diuina gratia ſuffragante.

Sanè ſuper eo quòd quædam mulier viro ſuo fidem dedit, & ipſe illi, quòd matrimonium inter ſe contraherent: & viro volente ſacramentum ſeruare, mulier caſtam diſpoſuit ducere vitam: diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi iuncti non fuerint, mulier permittatur ad religionẽ trãſire, & Domino, relicto ſeculo, militare. Quod ſi facere noluerit, & in ſeculo caſtè viuere diſpoſuerit, quia hoc ſuſpectũ eſſe poſſet, & ad vtrumlibet, ad bonum videlicet & ad malum, haberi poſſet, ipſum matrimonium conſummari conſtringas. Beatum enim Ioannem & complures alios, ab ipſis etiàm ſponſalitijs ad vitam cõtemplatiuam legimus euocatos: & ideò eidem mulieri confidenter permittere poteris, vt tranſeat ad religionem, caſtitatis votum ſeruatura.

Prætereà de muliere quæ à viro appetitur, cuius conſanguineus ſe cum ea deliquiſſe proponit, ſi hoc publicè cõfiteri recuſat propter metum & potentiam mulieris: prouidentiæ tuæ duximus reſpondendum, vt matrimonium ipſum fieri, nisì iuramentum interueniſſet, diſtrictè prohibeas, nè deterius indè contingat.

Idem procuratori & canonicis Soranis, in eodem lib. Cap. 31.

VEniens ad Apoſtolicę ſedis clementiam Mariota latrix preſentium, ſupplici nobis inſinuatione mõſtrauit, quòd dum eſſet in adoleſcentia cõſtituta, quendam adoleſcentem E. nomine, intantùm adamauit, quòd vterque inter ſe de matrimonio cõtrahendo ſub trium perſonarum teſtimonio præſtitit iuramentum: quod parentes ipſius mulieris ignorantes, eam inuitam & reclamantẽ, cuidam alij in vxorem tradiderũt. Quem ità exhorruit, quòd ſe ab eo nullo modo cognoſci permiſit. Cumq; publicè profiteretur, quòd à priore viro cognita eſſet, atque iurata: Epiſcopus Soranus qui tunc erat, eos ante preſentiam ſuam fecit venire: & cognito atq; probato, quòd inter eos eſſet proxima linea conſanguinitatis, quòd ſolui deberen, nec poſſent de iure coniungi, ipſos ab inuicèm ſeparauit. Cæterùm cùm cauſa ipſa tractaretur, & viro cui tradita fuit à parentibus, conſentire nollet, ipſe aliam vxorem traduxit, & iſta cuidam viro Ptolemæo nomine, publicè in conſpectu Eccleſiæ nupſit. Tandèm cùm de illò filium genuiſſet, pater illius Ptolemæi quærens occaſionẽ diuortij faciendi, ei oppoſuit, quòd filium ſuum nec potuit nec debuit de iure in virum habere, eò quòd ab alio viro, qui nõ dùm defunctus eſt, priùs deſponſata fuiſſet. Quia verò aſſertioni eius fidem, ſicut nõ debuimus, non adhibuimus, nec hoc potuimus ſub ſilentio præterire, eam ad vos duximus remittendam, per A. S. præcipiendo mandãtes, quatenùs rei veritate plenius inquiſita & cognita, ſi inueneritis, quòd prędicta mulier à priore vìro fuerit iudicio Eccleſię ſeparata, & ab eodẽ Ptolemæo ſinè contradictione Eccleſiæ in vxorẽ traducta, & ille cui inuita & renitens copulata eſt, de præſenti vita deceſſit, prædictum Ptolemæum moneatis & compellatis, vt prędictam Mariotam poſtpoſita occaſiõe recipiat, & ſicut

vxorem ſuam diligere ſtudeat, & maritali affectu tractare. Alioquin eum & ſuperinductam, & patrem etiàm ipſius, ſi huic rei reſtiterit, vinculo excommunicationis innodetis, & vſq; ad condignam ſatisfactionem ipſam ſententiam inuiolabiliter faciatis obſeruari.

Idem illuſtri Anglorum regi.

Cap. 32.

MAgnificentiæ tuæ literas, quas p̃ R. milite ſuper iure patronatûs Eccleſiæ de Ligurgis, Apoſtolatui noſtro ſerenitas regia deſtinauit: ea qua decuit benignitate recepimus, promptum animũ plenâq; voluntatem habentes, excellentiæ tuæ preces, in quibus cum Deo & honeſtate poterimus, exaudire. Verùm quoniã ſanctorum patrũ ſtatutis cõtrarium videtur, ſi clericos ab Eccleſijs quas canonicè adepti ſunt, patronatûs obtentu ſuſtineremus amoueri, ſalua cõſcientia, prænominato militi nõ potuim⁹ noſtrũ in parte iſta impartiri fauoré: cùm ex hoc ei, ſi de iure debet habere, præiudicium in poſterum non generetur.

Idem archiepiſcopis & epiſcopis per Galliam conſtitutis. *Cap.* 33.

NOſtris eſt auribus intimatum, quòd nonnulli ambitione nimia tracti, occaſione laici vel potentiæ ſecularis, in ſeculari foro, nec requiſita epiſcopi audientia, patronatus eccleſiarũ & eccleſiaſtica beneficia ſibi preſumũt in veſtris parochijs vendicare. Quoniam igitur huiuſmodi perſonæ non intrant per oſtium, ſed aliundè cõtendunt, ac per hoc indigni ſunt paſtoris nomine ac prærogatiua gaudere: fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta p̃cipiendo mãdamus, quatenùs eos, quos patronatus eccleſiarum vel Eccleſiaſtica beneficia cõſtiterit prædicto modo adeptos, ſi cõmoniti minimè reſignauerint, nisi præſcriptione aut epiſcopali conceſſione muniti fuerint, ſublato appellationis diffugio, ab officijs reddatis & beneficijs alienos. Si verò nec ſic deſtiterint, eos vinculo anathematis innodetis, & vſq; ad dignam ſatisfactionem teneatis, & faciatis teneri adſtrictos.

Cap. 34.

AD hoc, quoniam quidã laici eccleſias terris & alijs poſſeſſionibus ſpoliant, vt ſic viros eccleſiaſticos faciãt corã iudice ſeculari litigare: præſentiũ authoritate vobis iniungimus, vt id publicè ſub anathematis interminatione curetis prohibere. Si quis aũt prohibitionis veſtræ contemptor extiterit, eum, ſi manifeſtum fuerit, appell. ceſſante, excõmunicationi ſubdatis, & vſq; ad dignam ſatisfactionem, ſicut excommunicatum faciatis arctiùs euitari.

Idem Lugdunenſi archiepiſcopo.

Cap. 35.

GRauis illa & odibilis querimonia, quę vſque ad nos ſuper depoſito tuo tibi hactenùs denegato peruenit, duplici nos anxietate perſtrinxit, eò quòd tibi in hoc & deeſſe non poſſumus, & adeſſe (prout velles) efficaciter non valemus. Cùm enim non conſtet nobis, pecuniam tuam, quam ille (vt vir Belial) impia & deteſtabili ſurreptione furatus eſt, in vtilitates Eccleſiæ cõuerſam, nec de iure debemus, nec poſſumus contra canonicos eiuſdem Eccleſiæ, præcisè intentare iuſſionis inſtantiam, vt tibi eandem reddant pecuniam, perſonæ, non Eccleſiæ, commendatam. Quocirca diſcretioni tuæ conſulimus, & internę charitatis intuitu ſuademus, vt in raptorem illum & furem, tuam interim dirigas actionem, eò quòd (vt audiuimus) loculos habet. Nos enim venerabilibus fratribus noſtris Senoñ archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis legato, & Pariſienſi Epiſcopo dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub duris quæſtionibus ponant, & etiàm (ſi oportuerit) vinculis macerent alligatum, & affligant, vt benè ligatus, cogatur reddere, quę malè diſſolutus, auſus eſt abſportare. Cæterùm circa Eccleſiam illum affectum te habere volumus, vt nihil ab ea requiras * indebitè. Si autem cum eis amicabiliter poteris pactionem paciſci, noueris id nobis acceptum.

* indebitè

Idem Bituricen̄ archiepiſcopo.

Cap. 36.

COnſuluit nos tua fraternitas, an ſit appellationibus deferendum à chariſſimo in Chriſto filio noſtro L. illuſt. Francorum rege pro Iudæis interpoſitis, vt Chriſtiana mancipia detineant, & vtrùm ſuſtinere debeas, quòd de nouo cõſtruant ſynagogas, vbi eas nullatenùs habuerunt. Scripſimus itaque memorato regi, vt à defenſione Iudæorum in hac parte deſiſtat. Super hoc etiàm ipſum per alios fecimus admoneri, & credimus quòd monitis noſtris acquieſcet: quia non eſſet rectum, vt quod à ſanctis patribus & nupèr in concilio ſtatutum eſt, negligenter ſeruaret. Vndè non conuenit, vt pro huiuſmodi appellationibus ab obſeruatione decreti debeas abſtinere. Iudæos etiàm de nouo conſtituere ſynagogas, vbi eas ſcilicet nõ habuerint, pati non debes. Verùm ſi antiquæ corruerint, vel ruinã minentur, vt reędificent, potes æquanimiter tolerare: non autem vt eas exaltent, aut ampliores, aut preciosiores faciant, quàm anteà fuiſſe noſcuntur. Quod vtiquè pro magno habere debent, quòd in veteribus ſynagogis & ſuis obſeruantijs tolerantur.

Idem

Idem Eboracen̄ archiepiſcopo.

Cap. 37.

AMemoria noſtra non recedit, qualiter in primo anno veſtræ promotionis ſcriptum literarum felicis memoriæ prædeceſſoris noſtri Honorij papæ, nobis feceritis præſentari, in quo continebatur, anteceſſoribus veſtris Apoſtolica benignitate fuiſſe indultum, vt tam eis quàm ſucceſſoribus ſuis liberum eſſet per totã Angliam ante ſe crucem deferre. Nos verò anteceſſoris noſtri veſtigijs inhærẽtes, & ſcripti noſtri munimine cõfirmauimus, quod anteceſſoribus veſtris clemẽter fuit indultum. Poſtmodùm autem ſanctæ memoriæ & venerandę Thomas quondàm archiepiſcopus Cant. exiſtimans hoc in depreſſionem iuris & ſuæ dignitatis redundare, exindè cœpit queſtionem mouere, & propter hoc ad ſedem apoſtolicam appellare, affirmans (ſi benè meminimus) quòd tibi vel prædeceſſoribus tuis id nullatenùs licuit. Sicque factum eſt, quòd nos tibi per ſcripta noſtra prohibuimus, nè in prouincia Cant. eccleſiæ, donèc de cauſa cognoſceretur, ante te crucem aliqua ratiõe deferres. Quoniam ergò per dilectos filios noſtros I. & A. clericos tuos, grauem coram nobis depoſuiſti querimoniam, aſſerens quòd te à poſſeſſione huius rei quam tu & anteceſſores tui habuęratis, abſque cognitione iudicij ſpoliâſſemus: nos igitur tibi tanquàm venerab. fratri noſtro deferre volentes, & iura tua integra & illibata ſeruare, præſentibus literis ſtatuimus, quòd literæ prohibitionis noſtræ nullum tibi præiudiciũ faciant, quõ minùs tibi & ſucceſſoribus tuis liberum ſit, quemadmodùm vobis eſt beneficio priuilegiorum ſedis Apoſtolicę indultum, tuq; & prædeceſſores tui id facere conſueuiſtis, ante vos per totam Angliam deferre crucem, quouſquè diffinitiua ſententia determinetur, an id eccleſia tua de iure habere debeat.

Lucius 3. Magiſtro & fratribus militiæ S. Iacobi. *Cap.* 38.

VEſtra deuotio duxit inquirendum, vtrũ vobis eccleſias parochiales adeuntibus vtile ſit Miſſas eorum audire, qui concubinas habere creduntur. De hoc enim̃ videntur diuerſæ ſacrorum canonum ſententię emanâſſe. Alicubi enim dicitur: Nullus audiat Miſſam presbyteri, quem ſcit indubitanter concubinam habere. Alicubi legitur: Non poteſt quis quantumcunquè pollutus, diuina ſacramenta polluere, quæ purgatoria cunctarum pollutionũ exiſtũt. Quicunq; enim̃ ſacerdos ſit, quæ ſancta ſunt, coinquinare non poteſt. Sumite ergò ab omni̅ ſacerdote intrepidè Chriſti myſteria, quia omnia in fide Chriſti purgantur. Cæterùm aliud crimẽ eſt notorium, aliud occultum. Notoriũ diffinitur, de quo presbyter canonicè cõdemnatur: Occultũ, quod adhuc ab Eccleſia toleratur. Item aliud eſt à talium officijs abſtinere, vt peccandi licẽtia cæteris auferatur, & huiuſmodi ad pœnitentiæ fructum trahantur: atq; aliud, ſi tanquàm falſa in fornicatione iacentium talia myſteria reſpuãtur. Sinè dubitatione itaque teneatis, quòd à clericis & presbyteris quanùs fornicarijs, quandiù ab Eccleſia tolerantur, nec eſt crimen euidens, licitè audiuntur diuina officia, & alia recipiuntur eccleſiaſtica ſacramenta.

Quod ſit notorium crimen.

Quod occultum.

Idem Strigonen̄ archiepiſcopo.

Cap. 39.

AD Apoſtolicæ ſedis regimen &c. Intelleximus ex literis tuis, p̃ quædam conſuetudo in Hungaria inoleuit, vt populi multitudo plerunq; de parochia epiſcopi vnius in alterius dioceſim transferatur. In qua licèt per multa tempora moram habuerint, vterq; tamen epiſcoporum, tam is à cuius parochia receſſerunt, q̃ is in cuius parochia cõmorantur, eorum decimas exigit, & eos, nisi ad voluntatẽ ipſius ſoluant, interdicto ſupponit: vndè inuidiæ & plurimæ contentiones oriuntur. Idęoq; tua fraternitas nos duxit conſulendos, cui potiùs decimæ ſint reddẽdæ. Noueris ergò quòd ſi de artificio, vel de negociatione, aut etiã de agricultura, quam intra terminos parochiæ in qua morat̃, exercet, vel huiuſmodi alijs decimæ ſoluãtur: æquũ eſt, vt eccleſiæ illi reddantur, in qua ille qui reddit, per totum anni circulum Miſſam audiuit.

Alexander tertius Brixien̄ epiſcopo.

Cap. 40.

QVoniã à nobis tua ſolicitudo requiſiuit, quid de decimis noualium tuæ dioceſis ſtatuẽdum fuerit, fraternitati tuę præſentibus literis reſpondemus, vt ſi terræ illæ quæ arabiles fiunt, infra certam alicuius parochiam fuerint: tu earũ decimas tua ex parte retẽtas, eidẽ eccleſiæ facias aſſignari. Alioquin ipſas alij Eccleſiæ ſecundùm diſcretionẽ tuã poteris deputare, vel ad opus tuũ tenere, ità q̃ ſi quis tibi in his contraire præſumpſerit, tu eum eccleſiaſtica cenſura vſq; ad dignam ſatisfactionem percellas. Sententias verò ſuper decimis à conſulibus datas, p̃ſertim cùm ſanctorum patrum inſtitutionibus obuiẽt, irritas eſſe decernas, & eas contradictione & appellatione ceſſante, in irritum reuoces. Quòd ſi laicus aliquis à clericis ſiue cõuerſis decimas de laborib⁹ ſuis in tua dioceſi requiſierit, tu eũ ab exactione huiuſmodi prorsùs cõpellas: & laicos illos, q̃ à colonis tertiã vel quartam partem laborum ſuorũ ante ſolutionẽ decimarũ recipiunt, decimam de portiõe ſua, ſecundũ quod colonus de

Suprà de decimis præſtãdis. Cùm homines.

parte quæ illum contingit, exoluere consueuit, absque diminutione aliqua his quibus debentur, facias exhibere.

Alexander tertius Ianuen̄ episcopo.

Cap. 41.

TVa nos fraternitas duxit consulẽdos, quid de his agere debeas, qui desponsant aliquas mulieres, & processu temporis antequàm eas ducant vel cognoscant, alias in vxores accipiunt. Super hoc vtiquè consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si vir & mulier sese inuicèm receperint, expresso consensu mutuo de præsenti, neuter eorum, altero superstite, poterit ad alia vota se transferre, etsi possit ad monasterium transmigrare. Verùm si inter ipsos non accessit consensus mutuus de præsenti, sed promissio de futuro, scilicet quòd vterque dixerit alteri: Ego te recipiam in meam, & ego te in meum: Si alius mulierem despõsauit & traduxit, etsi inter primos iuramẽtum fuit (sicut diximus) de futuro, huius desponsationis intuitu secundum non poterit separari matrimonium, sed eis est de violatione iuramenti pœnitẽtia iniungenda. De alijs verò qui coram te super despõsatione facta per consensum mutuum de præsenti, mouẽt controuersiam, & pòst appellationẽ ante sententiam vel cognitionẽ causæ ad sedem Apostolicam interponũt; & appell. pendente, accipiunt alias in vxores: hoc arbitramur agendum, vt si amodò in tali casu aliqui duxerint appellandũ, eis in ecclesia publicè interdícas, nè ante decisionem causæ, aliud contrahant matrimonium: & si contra interdictum ecclesiæ, ità publicè factum, venire præsumpserint, matrimonium tam præsumptuosè contractum poteris irritare. De illis verò qui in minori ætate desponsantur, traduntur, & cõiunguntur, & processu temporis diuortium postulant, minorem allegantes ætatem, aut vim sibi à parentibus factam: hoc inquisitioni tuæ præsentibus literis respõdemus, quòd si ità fuerint ætati proximi, ꝙ potuerint copula carnali cõiungi, minoris ætatis intuitu nõ debent ab inuicèm separari, si vnus in alium visus fuerit consensisse, cùm ætatem videatur supplêsse malitia: sed cuiuscunque fuerint ætatis, se possunt per illatam violentiam excusare, nisi post violentiam consensus accedat.

Suprà de matrimonio contrahendo. Licèt porrò.

Ætatem suppleri malitia

Cap. 42.

ILlud quoquè nihilominùs ex tua inquisitione innotuit, quòd cùm quædam libera mulier per annos decem & vltra cuidam seruo scienter cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nũc ipsum asserit suum nõ esse maritum, pro eo quòd testes desponsationis nõ compárent. Verùm vir eam vendicat in vxorem, & ostendit publicum instrumentũ, quo sese coniuges nouerant, & propter quod ipsum ei donatiõem fecisse propter nuptias appáret. Mulier verò instrumentũ illud vitiosum fuisse fatetur, & plures testes produxit, quòd seruus ille ab inimicis mulieris sæpè rogatus, vt eã desponsaret, & ille se nõ eam desponsãsse, nec desponsaturam firmiter asserebat. Vir autẽ non nisi publico instrumento, & quibusdam testibus qui viderant eam annulos deferentem, mulierem propriam probauit esse vxorem. Sed mulier, de more illarum quæ panes *mulierum vendunt, se annulos detulisse. Vndè quoniã in huiusmodi dubietate fama viciniæ magìs debet attendi, tuæ solicitudinis erit famam inquirere, vtrùm prædictus vir in lecto eam & in mẽsa sicut suam vxorem, aut concubinam habuerit: & si fama loci habet, quòd vir ipsam sicut vxorem tenuerit, cùm matrimonium sit coniunctio maris & fœminæ, indiuiduã vitæ consuetudinem retinens: cogenda est mulier, vt eidem viro affectu seruiat coniugali, præsertim si præscriptum instrumentũ ab eo *cognitum fuerit, qui suum officium fideliter adimpleuerit.

Matrimonij diffinitio.

Idem episcopo Exonien̄. *Cap.* 43.

PRæterea hi qui iurant de matrimonio contrahendo: vsque, Si autem promiserunt, coniungant. Si autem sibi inuicèm id remittere voluerint, nè fortè deterius indè contingat, vt talem sibi ducat, quam semp odio habeat, videtur quòd ad instár eorum qui societatem iuramento vel fidei interpositiõe contrahunt, & posteà eandẽ sibi remittũt, hoc possit in patiẽtia tolerari.

Pars illius ca. Super eo quod à nobis,

Ex concilio Moguntin̄ B. lib. 5.

Cap. 44.

IN baptismo vel chrismate nõ potest alium suscipere in filium, qui nõ est baptizatus vel confirmatus.

Item ex concilio apud Compendium.

Cap. 45.

SI quis presbyter ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatũ, baptizetur, & iterùm ordinetur: & omnes quos ipse baptizauit.

Item ex concilio habito apud Vuormatiam, cap. 4. *Cap.* 46.

MVlieres verò cùm separatæ fuerint pro hac vel alia licita causa à prijs viris, totã præcipimus recipere doté, quam in die nuptiali receperũt, & post expletum annum, accipiãt alium virum, si voluẽrint: similiter & vir vxorem.

Alexander tertius Cantuarien̄ archiepiscopo. *Cap.* 47.

VEniẽns ad nos cùm literis tuis L. presbyter tuus, supplici nobis relatione monstrauit, & hoc idem tuæ literæ cõtinebant, quòd cùm in ecclesia de *Oueñ institutus fuisset, ei fuit obiectum, quòd in Ecclesia ipsa non canonicè habuisset ingressum, videlicet ꝙ priùs promisisset vnicuiq; paro-

parochianorũ barile vini remittere, quod sacerdoti eiusdẽ ecclesiæ, qui pro tempore ibi seruiret, consueuerat pro beneficio dari. Verùm cùm duo apparuissent, qui iurati deposuerunt presbyterum talem fecisse promissionem, & cum altero illorum pactum illud dicerẽt factum fuisse: tu pro presbytero, vt decuit, & rationis exigit ordo, iudicásti: & nos sententiam tuam, prout dignum est, commendamus, eò quòd ille qui eodem infectus erat crimine, non posset contra alium testificari: cùm etiàm nulli de se confesso aduersùs alium in eodem crimine sit credendum, & vnus testis nõ sufficiat ad cuiuslibet rei probationem. Sanè quod in literis inseruisse diceris, parentes suos promisisse, vt infra 15. dies eidem Ecclesiæ deberet spontaneè cedere: prudẽtiæ tuæ significamus, quòd ipsum cùm de cõscientia sua promissiõem factam fuisse diffiteatur, super hoc monere potes atq; hortari, sed ei vim nullam debes inferre. Ideò fraternitati tuæ per Apostolica scripta præsentibus mandamus, quatenùs sententiam tuam facias firmiter obseruari, prædicto L. ecclesiam ipsam cum omni iure suo integram & illibatam conseruans, parochianos eiusdem ecclesiæ ad iura sua sibi soluenda, diligenter commoneas, & appellatione remota, compellas. Si autem exindè aliqua laborat infamia, ei cum quinta manu vel tertia duntaxàt, sui ordinis purgationem indícas. Qua recepta, eum ab infamiæ nota incunctanter absoluas.

Idem Panormitano archiepiscopo.

Cap. 48.

IN archiepiscopatu tuo dicitur contigisse, quòd quandoquè Sarraceni mulieres Christianas rapiunt & pueros, & eis abuti præsumunt, & quosdam etiàm interdùm occídunt. Cùm autem excessus huiusmodi charissimus in Christo filius noster illustris rex Siciliæ, tibi & alijs personis ecclesiasticis, quæ pontificali supereminent dignitate, commisit puniẽdos: quid de Sarracenis agendũ sit, qui fuerint in nefario scelere intercepti, nos duxit prudentia tua consulẽdos. Super quo vtiquè tuæ consultationi taliter respõdemus, quòd si tales in tua iurisdictione sint vel fuerint postmodùm intercepti, pecuniaria poteris eos pœna mulctare, & etiã flagellis afficere: ea tñ moderatione adhibita, quòd flagella in vindictã sanguinis transire minimè videantur. Si verò fuerint ità super hoc graues Sarracenorum excessus, quòd mortem vel truncationem membrorum debeant sustinere, vindictam ipsam reserues regiæ potestati.

Cap. 49.

DE illo autem qui se vxorẽ fratris sui, antequàm ei matrimonio iungeretur, cognouisse proponit, hoc tuæ prudẽtiæ respõdemus, quòd nisi fuerit publicum & notorium, aut idoneis testibus approbatũ, ipsum priùs prædictam mulierem carnaliter cognouisse, prædictum matrimonium occasione illa dirimi non permittas.

Super eo verò, quòd asseris Sarracenum quendam de muliere quadam Christiana, quam 14. annos tenuerat, filios suscepisse: discretioni tuæ duximus respondendum, quòd tam Sarracenus quàm mulier pro tanto excessu, graui sunt animaduersione plectendi.

*Lucius 3. *Cureñ episcopo. in Registro.*

Cap. 50.

EX tuarum literarum continentia intelleximus, quòd cùm H. presbyterum quia infamabatur de homicidio, communicato fratrum consilio, in episcopatu tuo à sacerdotali officio suspẽdisses: prædecessoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgauisse, & episcopum suis illum literis absoluisse. Scholares etiàm qui homicidium, instigante diabolo, perpetrauerãt, *immunes ipsos à crimine, tactis sacrosanctis euangelijs, affirmauerunt. Quia verò cùm peregrina iudicia à sacris canonibus sint inhibita, purgationem quã præstitit, nõ sufficere putantes: fraternitati tuę per Apostolica scripta mãdamus, quatenùs si accusatores idonei minimè apparuerint, qui eundem de homicidio cõuincere possint, vt cũ septima vel quinta manu sui ordinis, sicut expedire cognoueris, per purgationem canonicam innocentiam ostendat, sibi iniungas: quam cùm præstiterit, suspensiõem sinè mora & difficultate relaxes: & eum testimonij boni annuncians, ab infamia homicidij, nullius contradictione vel appellatione obstante, authoritate nostra fretus, absoluas. Is autem qui infamatus, sese immunẽ à crimine homicidij, præstito iuramento firmabit, & purgatores qui eum credãt verum iurâsse, iurare debebũt.

for.* immunem ipsum

Alexander 3. Toletano archiepiscopo.

Cap. 51.

LAtores præsentium cum literis tuis ad nostram præsentiam accedentes, suũ nobis excessum pleniùs intimauerunt, scilicet quòd tam ipsi quàm alij multi, postq̃ interdicti & excommunicati fuerant, diuina præsumpserunt officia celebrare. Quoniã verò cum eis magnam multitudinẽ in hoc peccâsse dicebant, nec nobis, quis eorũ magìs vel minùs deliquerit, innotescere potuit: negociũ ipsum discretionis tuæ arbitrio duximus remittendum, fraternitati tuæ per Apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenùs rei veritate diligentiùs inquisita, si 40. solummodò vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio sacerdotali deponas. Si verò multitudinem magnam in hoc peccâsse

peccâsse cognoueris, eos quos magìs causam esse delicti constiterit, perpetua depositione condemnes, & alios qui non tantũ deliquerunt, ab officio ad tempus suspendas, & omnibus pœnitentiam secundùm discretionem tibi à Deo datam iniungas.

Idem Lucensi episcopo. *Cap.* 52.

DE secunda verò quæstione, hoc tuam volumus discretionem tenere, quòd propinqui eius quem pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio, violẽta manuum iniectione in clericos, violatione multarum ecclesiarum, & incestu, vinculo excommunicationis adstringis: monendi sunt, vt pro eo satisfactionem exhibeãt. quod si fecerint, qui laborans in extremis, præstito iuramento per presbyterũ *tenuerit ab excommunicationis sentẽtia relaxari, in cœmeterio sepeliri poterit. Si autem propinqui eius tuis acquiescere monitis contradixerint, quia iam non est peccatum purgatum, defuncto negãda est Ecclesiastica sepultura.

for. *obtinuerit

Idem Vuintoñ episcopo. *Cap.* 53.

PRæterea qui ad sedem Apostolicã appellant de clericis, & posteà grauia & enormia committentes, se, cùm conueniuntur, tuentur appellatione: hoc duximus respondendum, quòd si post appellationẽ grauia committunt, & ità publicè & manifestè, quòd alij scandalizentur, & decor ecclesiasticæ honestatis deformetur, eos appellantes in tanta nequitia & iniquitate nõ debes tueri, quô minùs coram te excessus canonica cẽsura puniatur. Porrò de his qui sententia excommunicatiõis innodati, iurant Ecclesiæ iudicio stare, & mox oblíti, in vocem appellationis prorumpunt: discretioni tuæ significamus, quòd eos per excõmunicatiõem compellere debes suam appellationem prosequi, vel iudicio Ecclesiæ stare.

Suprà de appellationibus. Quòd verò 3.

Sup. de appell. Præterea 29.

Idem Bononieñ episcopo & archipresbytero. *Cap.* 54.

COnsuluit nos vestra dilectio, vtrùm appellatio quæ ab omi grauamine interponitur, teneat. Super quo vtiquè consultationi vestræ taliter respõdemus, quòd si fortè generaliter appellationem interponeret aliquis ab omni grauamine, quod sibi contingere posset, huiusmodi appellatio tenere nõ debet. Si verò aliquis ab aliquo iudice super omni grauamine, quod in vna causa sibi contingere possit, appellationis obstaculum interponeret: quanquàm generalis appellatio sit interposita, appellationi tamen huiusmodi est deferendum.

Sup. de appell. Super eo 3.

Idem Noruuicensi Episcopo. *Cap.* 55.

SI sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum alicuius criminis, vel si confessus fuerit, & emẽdare noluerit, nisi ordine iudiciario quis probare possit, non debet eũ nominatim redarguere, sed indeterminatè, sicut dixit Christus: Vnus vestrûm me traditurus est. Si verò ille cui damnũ illatum est, petiêrit iustitiam, potest excõmunicare authorem damni, licèt ei confessus sit, sed tamen non potest nominatim eũ remouere à communione, licèt sciat eum esse reum: quia non vt iudex scit, sed vt Deus. Sed eũ debet admonere, nè se ingerat, quia nec Christus Iudam à cõmuniõe remouit.

Matt. 26. Marc. 14.

Idem ex concilio Maticeñ.

Cap. 56.

DE seruorum ordinatione, qui passìm ad grad⁹ ecclesiasticos indiscretè promouentur, placuit omnibus cum sacris canonibus cõcordare: & statutum est, vt nullus episcoporum deincèps ad sacros ordines eos promouere præsumat, nisì priùs à dominis suis libertatem sint consecuti: & si quilibet seruus dominum suum fugiens, aut latitãs, aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretũ est vt deponatur, & dominus eius eum recipiat. Si verò auus vel pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidèm educatus, ad gradus Ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrùm seruus sit, ignotum sit: & posteà veniens dñs illius, legibus eũ acquisiêrit, sancitũ est, vt si dñs illius libertatem illi dare voluërit, in gradu suo permaneat: Si verò eũ catena seruitutis à castris dominicis abstrahere voluërit, gradum amittat: quia iuxta sacros canones, vilis persona manens, sacerdotij dignitate frui non potest.

In Decretis Burchardi, Iuõis, Gratiani hæc tribuütur concilio Toletano.

Innocentius Aquileiensi patriarchæ.

Cap. 57.

QVotiès frater noster Adispertinus *Tudertinus episcop⁹, & in nostra & in vestra presentia fuerit de Simonia impetitus, prudentiam tuam latére non credimus: cuius causa in nostra tãdèm ventilata præsentia, producti sunt accusatores & testes, viua voce & scripto accusantes eum, eô quòd ecclesiam S. Petri de Paio, presbytero Paulo dedit pro mittendis quatuor modijs frumenti, quos ab eadẽ ecclesia suscepit. Verũ quoniã neq; testes, neq; accusantes secũdùm formã canonũ sanctorum patrum in causa illa procedere potuerunt: cõmuni fratrum nostrorũ consilio iudicam⁹, vt tertia manu sui ordinis, & quarta manu abbatũ & religiosorum sacerdotum, de prędicta Simonia in vestra præsentia se expurget. Porrò purgationis tenor erit hic: Idẽ episcopus super sancta DEI euangelia iurabit: Primùm, ꝙ pro ecclesia S. Petri de Paio, à presbytero Paulo de Ada, neque per se,

* Tridentinus.

Hæc paulò aliter in Decretalibus titul. 34.

se, neque per submissam personam, nec pro eo alius, se sciente, precium acceperit. Deindè verò purgatores iurabũt super sancta Dei euangelia, quòd ipsi credunt verum esse quod ipse iurauerat.

*Exonieñ & *Couetreñ episcopis.*

Cap. 58.

EX parte *Matthæi clerici accepimus, ꝙ cùm ipse ab ecclesia de Gũdune, fuisset violenter eiectus, &c. vsque in finẽ, ibì: Cùm sanctuarium Dei non possit iure hæreditario possideri.

Matthię

Alexander 3. Cenomaneñ episcopo.

Cap. 59.

EX literarum tuarum tenore perpendimus, quòd F. lator præsentium in subdiaconatûs officio constitutus, quandam sibi in coniugium copulauit. Vndè tu, sicut vir discretus ac prouidus, ipsum eandem quam in vxorem duxerat, abiurare fecisti. Super quo facto prudentiam tuam in Domino commendamus, per præsentium scripta tibi mandantes, quatenùs si ad canonicum vel monasticum ordinem transire voluërit, post septennem pœnitẽtiam in claustro laudabiliter peractã, si tibi vel successori tuo idoneum visum fuerit, eum ad maiores ordines promoueri concedas. Quòd si ad religionem se transferre noluerit, eũ nec in subdiaconatu ministrare, nec ad vlteriores ordines permittas promoueri. In minoribus tamen ordinibus poterit ministrare.

Idem Cantuarieñ archiepiscopo.

Cap. 60.

AD extirpandas successiones à sacris Dei ecclesijs, studio totius solicitudinis debemus intẽdere: te etiàm decet ad hoc vigilem curam adhibere, nè circa ministeriũ suscepti regiminis, videamur minùs diligentes existere, si vitia in Ecclesijs vel in ecclesiasticis viris permiserimus pullulare. Indè est quòd fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs si qui filiorum clericorum tuæ prouincię teneant ecclesias tanquàm personæ vel vicarij, nulla persona media, in quibus patres eorum ministrauerant, eos, siue geniti fuerint in sacerdotio, siue non, ab ipsis Ecclesijs, contradictione & appellatione cessante, non differas amouere. Si verò aliqui sint filij clericorum, qui ecclesias quas patres eorum tenuerũt, personis alijs medijs, sunt adepti: eos, dummodò idonei sint, in ipsis poteris sustinere: ità quidem, quòd si vnus plures ecclesias quas pater eius tenuerat, possidet, quarum vna possit sibi sufficere: ipsum vna, quam maluerit, appellatione remota, facias esse cõtentum: dummodò ecclesiæ non sint tales, quarum vna à reliqua pendére videatur.

*Vrbanus 3. *Senonensi archiepiscopo.*

Cap. 61.

AD hæc cùm nonnunquàm inter aliquos parochianos tuos, vel inter eos & alios coram iudicibus delegatis agitetur controuersia, sæpè à iudicibus ipsis (vt asseris) Apostolica authoritate tibi iniungitur, vt alteram partium fortè contemnentem parére iudicio, vel ob aliam causam rationabilem ecclesiastica districtiõe percellas. Illi verò qui subiacere excommunicationi mandantur, literas ad alios iudices à sede Apostolica impetrant, à quibus nihilominùs authoritate Apostolica tibi mandatur, vt eos qui de mãdato priorum iudicũ fuerãt excommunicati, habeas absolutos. Super quo tua discretio dubitat, quid tibi in diuersitate huiusmodi sit agendũ: ad quod respondemus, quòd si literæ ad secundos iudices impetratæ tacita veritate non fuerint, eos ad mandatum eorũ absolutos habere debes, præcipuè cùm Ro. Ecclesia absolutionem sententiæ delegatorum iudicum, nequaquàm consueuerit alijs delegare: nisì in literis commissionis expresè cõtineatur de sufficienti cautione præstanda ab his, qui absolui debent, quòd iudicio Ecclesiæ debeant obedire.

Idem Legioneñ episcopo. *Cap.* 62.

EX literis tuæ fraternitatis nobis innotuit, quòd diaconus presentium lator, volẽs ante tempus ordinari in presbyterũ, asseruit se per ordinationem tuam gradum sacerdotalem adeptum: & cùm ei manum non imposuisses, Missarum celebrationem publicè vsurpauit. Postmodùm verò Domino inspirante, redijt ad seipsum, & proprium cognoscens excessum, in tanto sibi periculo consuli postulauit. Quia igitur super hoc tua nos duxit fraternitas consulendos, literis præsentibus respondemus, quòd ad sacerdotis officium non poterit promoueri. A diaconatu quoquè biennio vel triennio pro tua prouisiõe maneat suspensus. De beneficio autem cum eo misericorditer agatur, nè sustẽtatione priuatus, ad seculi negocia reuertatur. Vt autem securiùs ei possis hanc facere misericordiam, de agenda pœnitentia circa eum diligentẽ curam non desinas exhibere. Salubriùs autem sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

Idem Florentiñ episcopo. *Cap.* 63.

LIteras fraternitatis tuę debita benignitate suscepimus, quibus certiores de synceritate tuæ fidei & deuotionis effecti, ad honorem tuum & commodum abundantiùs prouocamur. Verùm quia à nobis postulâsti, vtrùm postquàm desponsalia inter aliquas legitimas personas contracta fuerint, & antequàm à viro mulier tradu-

traducatur,alter eorum lepræ morbum incurrat,alter ad consummandam copulam maritalem compelli debeat,vel se possit ad secunda vota transferre: tuæ solicitudini respondemus,quòd ad accipiendum eum cogi non debet,cùm inter eos matrimoniũ non sit consummatum. De illa verò,quę viro suo labente in hæresim,ipsius consortium declinauit, vtrùm reuertente illo ad catholicam veritatem,ad redintegrandum matrimonium sit cogenda: videtur nobis quòd si mulier ea duntaxàt intentione discessit,vt lapsus in hæresim, tædio pariter & confusione affectus,se ab errore suo conuerteret:ei,cùm reuersus fuerit, est reddēda:quæ etiàm,si reuerti noluerit, compellatur. Si verò iudicio Ecclesiæ sinè spe matrimonij redintegrandi recessit,ad recipiendum eum nullatenùs eam dicimus compellendam. De vxore verò, vtrùm quēadmodùm &vir,liberam debeat habere sepulturam,videtur nobis,quòd nulla super hoc inter virum & mulierem sit differētia, sed vtrique (in casu isto) æqualem credimus esse facultatē,cùm electio ista ad eum potiùs statum pertineat,in quo mulier soluitur à lege viri. Vtrùm autem pater minores filios,*quo magìs voluērit, valeat sepelire:nō inuenimus à sanctis patribus diffinitum, & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum. *vbì

Idem Morimondeñ abbati. Cap. 64.

INter cætera quæ à nobis sunt pro tuo ministerio requisita,illud quoquè nunciȷ solicitudo nō tacuit,quòd quidam monachus tuus,cùm esset olìm in seculo cōstitutus,presbyteratûs officium,prætermisso diaconatûs,suscepit:sup quo tua postulat deuotio dispensari. Intelleximus autem ꝙ ille non malitia,sed pia (vt sibi videbatur) cautela pręmonitus,ordinem diaconij,quē se accepisse simularet, omisit, nè,sicut eum quidam auunculus eius instigabat, de manu schismatici sortiretur.Vndè quia de his nihil nobis constare potuit, examinationē facti huius tuæ duximus conscientiæ relinquendam:authoritate Apostolica mandātes,vt si absque dubitatione constiterit, ꝙ ille non ex superbia,sed vt schismatici manus euaderet,& indignationis auunculi sui aculeos declinaret,tali simulatiōe sit vsus, competenti tempore ordinem facias ei diaconatûs impendi,& sic post aliquanti tēporis abstinentiam, quā tuæ committimus discretioni,duntaxàt corde contrito & humiliato spiritu, in beneficio sacerdotalis ordinis poterit exerceri.

Idem archiepiscopo Turoneñ, Andegaueñ episcopo, & abbati Salmureñ. Cap. 65.

AD audientiam nostram, venerabili fratre nostro Cenomanēsi Episcopo intimāte,peruenit,quòd dilectus filius noster Vu.archidiaconus eius,de morte cuiusdam mulieris, quæ per officiales ipsius archidiaconi interfecta proponitur:nō aliter quàm si ipse occiderit,infamatur. Cęterùm quia idem archidiacon⁹ ab huiusmodi reatu se asserit esse innocentem, nos ꝓuidere volentes,nè infamia polluat, quem non fecit nocentem: discretioni vestrę per Apostolica scripta mādamus,quatenùs per episcopatum Cenomañ & ciuitatem facias publicè nunciari,vt si qui de hoc ipsum archidiaconum accusare voluērint, eum secundùm iuris ordinem coram vobis accusent:& nisì comparuerint, qui de homicidio illo eum velint impetere, causam conuocatis partibus audiatis, & sublato appellationis obstaculo,debito fine terminetis. Si verò publica & manifesta denunciatiōe facta,infra 40. dies accusator non apparuerit,vel etiàm in probatione defecerit, prædicto archidiacono secundùm quantitatē infamiæ qua laborat,purgationem canonicam imponatis: & ea præstita & recepta, ipsum à nota infamiæ,cōtradictione & appellatione cessante,absolutum publicè nūcietis,& faciatis absolutum haberi.

Idem vniuersis suffraganeis Cantuariensis Ecclesiæ. Cap. 66.

CVm nō ignoretis B. venerabilem fratrem nostrum Cantuarieñ archiepiscopum vobis non solùm metropolitico, sed etiàm iure legationis præesse: mirabile satìs est,quòd quidam vestrûm(sicut audiuimus) asseuerare præsumūt,quòd idē archiepiscopus nullam causam de episcopatibus vestris,siue iure legationis,siue metropoleos,audire debeat, nisì per appellationem factam ad ipsum.Sanè licèt fortè metropolitico iure non debeat causam audire de episcopatibus vestris,nisì ad eū per appellationē deferatur,legationis tamen obtentu vniuersas causas de ipsis episcopatibus,quæ per appellationem vel querimoniam aliquorum perueniunt ad audientiā suam,audire potest & debet,sicut qui in ꝓuincia sua vices nostras gerere comprobatur.Mandamus itaque vobis atque præcipimus,quatenùs causas quæ de episcopatibus vestris ad eundem archiepiscopū perferuntur,eius iudicio relinquatis:nec quēlibet clericum aut laicum vestræ iurisdictionis decæterò deterrere vel impedire tentetis,quô minùs causas suas ad præfatum archiepiscopum,si voluērint,possint transferre.

Clemens 3. Saguntino Episcopo. Cap. 67.

PEruenit ad nos, quòd in Episcopatu tuo sæpè contingat,quòd à laico enormis & intolerabilis iniuria clerico, multis adstantibus & vidētibus,inferatur,vel plebe

be præsente in ecclesia, eā diabolicæ fraudis instinctu accidit horribiliter humano perfundi sanguine:& ob hoc iniuriantes in causam tracti,negāt se tantum facinus cōmisisse:& cùm læsus illatam sibi iniuriam, eorum testimonio qui præsentes extiterūt & viderunt, probare desideret, ipsimet, licèt veritatem cognouerint,contemnūt veritati testimonium perhibere. Sicque fit, ꝙ ecclesiastica iustitia deperit, & ordo clericalis vilescit. Accidit etiàm, quòd cùm plures frequenter in clericos temerè violētas manus injciant,ad sedem Apostolicā plurimis nequeant obstaculis laborare. Et qa super his tua nos fraternitas duxit consulendos,tuę consultationi taliter respondemus,quòd hi qui de reb⁹ ecclesiasticis nolunt testimonium perhibere,si aliâs veritas nequiuerit elici,ad id sunt per ecclesiasticā censuram compellendi. Si verò clerici passi iniuriam, veritatem fortè aliquorum testimonio nequiuerint comprobare, licèt iuxta rigorem canonum vnius testimonio non sit standum,tamen iuxta consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, propter reuerentiam clericalis ordinis,ipsorum iuramento fidem volumus adhiberi. Illos autem qui valetudine præpediti,pro absolutionis beneficio ad sedem Apostolicam nequeūt laborare:recepto ab eis,sicut moris est,iuramento,poteris absoluere, ità quòd sanitati pristinæ restituti,Apostolico se conspectui repræsentent.Sexui verò fœmineo & pueris ac senibus super hoc satìs te credimus posse liberè dispensare. Ecclesias insupèr quæ sanguinis vel seminis sunt effusione pollutæ,ciuitatis clericis conuocatis, cū ꝓcessione & aquæ benedictæ adspersione, prout in ordinario habetur asscriptum,poteris emundare. De his etiàm, qui clericis non enormem,sed modicam vel leuem iniuriam irrogauerint,tuæ fraternitatis arbitrio duximus relinquendum.

Hæc in Decretalibus titulo 3. adscribuntur Innocentio vbì quędā aliter legũtur.

SEdes Apostolica consueuit exhibere se petentibus liberalem,sed quidā eius gratia nequiter abutuntur, dum quod ipsa de benignitate concedit,ipsi ad malignitatem retorquent. Quidam igitur volentes malignari,in cōmissionibus minores personas proprijs nominibus exprimunt, maiores verò & digniores specialib⁹ vocabulis nō designant: sed eas in generalitate inuolutas compræhendunt,vt ità faciliùs cōmissiones impetrent,sub hac forma: Conquestus est talis de illo & quibusdam alijs ptoprijs nominibus exprimendis, quòd ei in tali negocio & alijs graues existunt. Eorum igitur volentes obuiare malignitatibus,decreuimus,vt cùm in nostris cōmissionibus minores & viliores personæ solūmodò designantur, maiores & digniores sub generali clausula non intelligantur includi:nec effrenem multitudinem hac occasione liceat includere, vt de maioribus & minoribus audiantur, qui de minoribus & leuioribus tantùm faciant mentionem. Si quis verò maiores personas expresserit, vt non velit cum eis experiri iudicio, sed vt descēdere valeat ad minores,quia fraus & dolus ei non debet patrocinari, tāquàm mendax precator careat impetratis.

LECTORI BENEVOLO, BARtholomęus Poin salutem.

HAec sunt quæ ex archetypo illo, cuius suprà mentio fit,lectu adeò difficili,summo labore descripsimus. Quæ si cui grata & vtilia fuerint,primùm gratias agat DEO, qui horum qualecunque exemplar hucusquè seruauit: deindè F. Petro Crab,qui hoc ipsum,vt inter Cōcilia ederetur, procurauit:postremò & nobis,quos non piguit (quanquàm non deerant qui dehortarentur & absterrerent) vtilitatis publicæ gratia molestiæ tantum perferre,vt quæ antehàc difficilimè legi poterant, iam cuiuis lectu facilia redderentur. Cæterùm si quibus in his locus aliquis intricatior, mutilus aut minùs absolutus videtur,ij nouerint,difficultatem eam sibi nobiscum esse communem. Neque enim archetypon ipsum adeò tersum fuit,quin & nos aliquotiès hæsitare cogeremur. Maluimus autem & te subindè nobiscum hærere,quàm cōiecisse aut mutâsse quiduis temerè videri. Certè in editione hac postrema permultis locis mendæ sublatæ sunt opera F. Laurētij Surij,& plurima suæ integritati restituta.

INNOCENTII PAPAE TERTII GESTA, Ex Platina.

INnocentius tertius, patria Anagnin⁹,patre Trasimundo, è familia Comitū, vir etiàm ante pōtificatū doctrina & moribus insignis,à Cælestino in numerū cardinalium refertur:quo mortuo, in eius locum omnium cōsensu pontifex *sufficitur. Hic autē statìm vbì magistratū inijt, bello Asiatico animum adijciens,Germanos propter Henrici mortem in Asia tumultuantes, retinere in officio literis, nuncijs, præmijs, pollicitationibus conatus est. Verùm id qdem frustrà tentauit. Huius temporibus oborta apud Tolosam hæresis est, quā, eodem procurante,B. Dominicus,qui posteà in sanctos relatus est,mira celeritate compescuit,adiuuante etiàm Simone Monforti. Non enim disceptationibus verborum tantùm,verùm etiàm armis opùs fuit: adeò inoleuerat tanta hæresis. Prætereà Fredericus Othonem persequens,à Ludouico rege Franciæ graui bello superatum, Aquisgranum cepit. ibiq; Innocentij pontificis authoritate fretus,vexillum S. crucis sustulit,laturus (vt ipse dicebat) opem & quàm primùm Christianis contra Saracenos in Asia dimicantibus. Prætereà verò vt grati animi signum aliquod prę se ferret,Funda-

Anno Dñi 1195. alij melius 1198.

*Scilicet, eodē die, quo obijt Cælestinus.

num comitatum Ecclesiæ Romanæ dono dedit, vel datum antè & vsurpatum deincèps reddidit. At pontifex vbi videret Saracenorum potentiam in Asia concrescere, apud Lateranum maximum concilium celebrat, cui interfuêre Hierosolymitanus & Cõstantinopolitanus patriarcha, metropolitani 70. Episcopi 412. abbates & priores conuentuales 800. Græci & Romani Imperij legati, regum verò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ & Cypri oratores. Venêre multa tum quidem in consultationẽ, nec decerni tamen quicquam apertè potuit, q & Pisani & Genuenses maritimo, & Cisalpini terrestri bello inter se certabant. Eò itaq; proficiscens tollendę discordiæ causa pontifex, Perusij moritur, põtificatûs sui anno 18. mense 7. die 19. Cuius vita adeò probata fuit, vt post eius mortem, nil earũ rerũ quæ in vita egerit, laudauerit, improbauerit q;, immutatũ sit. Nam & decreta pleraq; retulit, quibus tam laicorũ quàm clericorũ mores componerentur. Scripsit & libros de sacramento eucharistiæ, de sacramento baptismi, de infelicitate conditionis humanę. Habuit item sermones temporibus & solẽnibus diebus accommodatos. Improbauit prætereà abbatis Ioachim libellum quendã, non sanam doctrinã præ se ferentem. Damnauit & errores Almerici hæretici, qui posteà Parisijs cum sectatoribꝰ suis exustus est, qui ad reliquos errores affirmabat, ideas quæ sunt in mente diuina, & creare & creari, cùm ex sententia B. Augustini, in mente diuina nil nisi æternum & incommutabile sit. Dixerat prætereà, in charitate constituto nullum peccatũ imputari. Iuuêre autem huius pontificis virtutem & doctrinam B. Dominici, vndè prædicatorum: & Francisci Assisiatis sanctitas, vndè Minorũ ordo tum originem habuit. Et nè existimes Innocentium opera pietatis in tanto pontificatu prætermisisse, scito eius opera & impensa hospitale sancti spiritûs conditum fuisse, auctumq́ue ab eo magnis prouentibus, quibꝰ & peregrini, & ægroti, & vulgò concepti, ac orphani alerentur. Ornauit & altare sancti Petri opere vermiculato, vt eius imago & literæ in fornice ipso scriptæ indicant. Vniuersis prætereà vrbis Romæ ecclesijs libram argenti dedit, vndè calices sacrificandi gratia conficerentur. Restituit & B. Sixti ecclesiam iam vetustate collabantem. Hoc ideò factum ab eo maledici dicebant, nè omnem impensam in turrim quãdam, nunc Comitum appellatam cognomento familiæ suæ, transtuliſſe videretur. Vtcunquè est, constat eum in quouis genere vitæ probatissimum fuisse, dignumq́ue qui inter sanctos pontifices censeatur.

Fuit ex nobilissimis Signiæ comitibus.

IN CONCILIVM LATERANENSE PRAEFATIVNCVLA
F. Laurentij Surij.

NEmo sanæ mentis ambigere potest, hanc quæ sequitur synodum Lateranẽ, cumprimis insignem & verè œcumenicam fuisse, quippe in qua de negocijs religionis summa Latinæ & Græcæ ecclesiæ concordia tractatum est, cuique interfuêre patriarcha Constantinopolitanus & Hierosolymitanus, & archiepiscopi tum Latini, tum Græci 70. episcopi 412. abbates & priores plus 800. simul omnes prælati 1215. aut eo plures. Nec defuêre legati Græci & Romani Imperatoris, regum Hierusalẽ, Galliæ, Hispaniæ, Angliæ & aliorum. Quòd si verò ea cuiquã propter eà minus ponderis habere videatur, quòd recentior sit, ille certè Christũ mendacem facere velle videtur, qui perennem præsentiã suã promisit ecclesiæ suæ, & spiritũ sanctum suum, spiritum veritatis, qui cum illa maneat in æternum. Manet sua semper Catholicæ ecclesiæ authoritas, quam quisquis contemnere ausus est, non ille efficit vt ea minor sit, sed se dignũ reddit, qui eius pondere penitùs opprimatur.

CONCILIVM LATERANENSE LONGE CELEBERRIMVM, ROMAE SVB INNOCENTIO PAPA III. CELEBRATVM ANNO DOMINI 1215.

APPENDIX item de Expeditione ad recuperandam TERRAM sanctam.

CONCILII LATERANENSIS, quod Romæ in ecclesia S. Ioannis Laterañ celebratum fuit anno Dñi 1215, capitula LXX.

De fide catholica. 1
De errore abbatis Ioachim. 2.
De hæreticis. 3
De superbia Græcorum contra Latinos. 4
De dignitate patriarcharum. 5
De concilijs prouincialibus. 6
De correctione excessuum. 7
De inquisitionibus. 8
De diuersis ritibus in eadem fide. 9
De prædicatoribus instituendis. 10
De magistris scholasticis. 11
De communibus capitulis monachorũ. 12
De nouis religionibus prohibitis. 13
De incontinentia clericorum punienda. 14
De arcenda ebrietate clericorum. 15

De indumentis clericorum. 16
De comessationibus prælatorum, & negligentia eorum super diuinis officijs. 17
De iudicio sanguinis & duelli clericis interdicto. 18
Nè ecclesiæ mundanis supellectilibus exponantur. 19
De chrismate & eucharistia sub sera cõseruanda. 20
De confessione facienda, & non reuelanda à sacerdote, & saltẽ in pascha coĩcãdo. 21
Vt infirmi priùs prouideant animæ quàm corpori. 22
Vt ecclesia cathedralis vel regularis vltra tres menses non vacet. 23
De electione facienda per scrutinium vel per compromissum. 24
Quòd electio facta per secularem potestatem, non valeat. 25
De pœna indignè cõfirmãtis electionẽ. 26
De institutione ordinandorum. 27
Vt compellantur cedere, qui postulauerunt licentiam cedendi. 28
Vt nullus habeat duo beneficia cum cura annexa. 29
De idoneitate instituendorũ in ecclesijs. 30
De filijs canonicorum nõ instituendis cum patribus. 31
Vt patroni competentem portionem dimittant clericis. 32
De procurationibus non accipiendis sinè visitatione. 33
De subditis non grauandis sub prætextu seruitij alicuius. 34
De causa appellationis exprimenda. 35
Quòd iudex possit interlocutoriã & comminatoriam sententiam reuocare. 36
De literis non impetrandis vltra duas diætas, & sinè speciali mandato. 37
De scribendis actis, vt probari possint. 38
De restitutione danda contra possessorem quæ non rapuit ipse. 39
De vera possessione. 40
De continuatione bonæ fidei in omni prescriptione. 41
De seculari iustitia. 42
Nè sinè causa clericꝰ fidelitatẽ laico faciat. 43
Quòd constitutiones principum non præiudicent ecclesijs. 44
Patronus qui clericũ ecclesiæ occiderit vel mutilauerit, ius patronatûs amittit. 45
De tallijs à clericis non exigendis. 46
De forma excommunicandi. 47
De modis recusandi iudicem. 48
De pœna excommunicantis iniustè. 49
De restricta prohibitione matrimonij. 50
De pœna contrahentium clandestina matrimonia. 51
De testimonio de auditu, reprobando in causa matrimonij. 52
De his qui prædia sua in fraudem decimarum dant alijs excolenda. 53
Vt decimæ ante tributa soluantur. 54
Vt de terris acquirendis, non obstantibus priuilegijs, decimæ dentur. 55
Nè propter pactum aliquorum amittat decimas presbyter parochialis. 56
De interpretãdis priuilegiorum verbis. 57
De eodem, in fauorem episcoporum. 58
Vt nullus religiosus fideiubeat sinè licentia abbatis & conuentûs. 59
Abbates non extendant se ad officiũ episcopale. 60
Nè religiosi recipiant decimas de manu laicali. 61
Nè reliquiæ sanctorum ostendantur extra capsam, néve nouæ habeantur in veneratione sinè Romana Ecclesia. 62
De simonia. 63
De eadẽ circa mõachos & sanctimõiales. 64
De eadẽ circa illicitã pecũiæ extorsionẽ. 65
De eadẽ circa cupiditatẽ clericorum. 66
De vsuris Iudæorum. 67
Vt Iudei discernantũr à Christianis in habitu. 68
Nè Iudæi publicis officijs præficiantur. 69
Nè conuersi ad fidem de Iudæis, veterẽ ritum Iudæorum retineant. 70

DECRETA GENERALIS CONCILII LATERANENSIS, tẽpore Innocẽtij papę III.

De fide catholica. Cap. 1.

Extrà de summa trĩ. & fide cat. c. 1. De vno in essentia, trinus in personis.

FIrmiter credimus & simpliciter cõfitemur, quòd vnus solus est verus DEVS ęternus & immensus, omnipotens, incõmutabilis, incompræhensibilis & ineffabilis, Pater & Filius & Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed vna essentia, substantia seu natura simplex omninò. Pater à nullo, filius autem à solo patre, ac spiritus sanctus ab vtroque pariter, absque initio semper & fine, Pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens: consubstantiales & coæquales, coomnipotentes & coæterni, vnum vniuersorũ principium, creator omnium inuisibilium & visibilium, spiritualium & corporalium, qui sua omnipotenti virtute, simul ab initio tẽporis, vtranq; de nihilo condidit creaturã, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deindè humanã quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. diabolus enim & dæmones alij à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo verò diaboli suggestione peccauit.

Scriptura diuina.

Hæc sancta Trinitas secũdùm cõmunem essentiam indiuidua, & secundùm personales proprietates discreta, per Mosen & sanctos prophetas aliosq́; famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarẽ.

Et tandẽ vnigenit⁹ Dei filius Iesus Christus à tota Trinitate cõmuniter incarnat⁹, ex Maria semper virgine spiritussancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima ratiõali & humana carne cõpositus, vna in duabus naturis psona, viam vitæ manifestiùs demonstrauit. Qui cùm secundùm diuinitatẽ sit immortalis & impassibilis, idẽ ipse secundùm humanitatem factus est passibilis & mortalis, quin etiàm pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & asscendit in cælum. Sed descendit in anima, resurrexit in carne, asscenditq́, pariter in vtroque, venturus in fine seculi iudicare viuos & mortuos, & redditurus singulis secũdùm opera sua, tam reprobis quàm electis. Qui omnes cum suis proprijs corporibus resurgent, quæ nunc gestant, vt recipiant secundùm merita sua, siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuã, & isti cum Christo gloriã sempiternã.

Extremum iudicium.

Vna verò est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omninò saluatur. In qua idem ipse sacerdos & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub specieb⁹ panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinẽ potestate diuina, vt ad perficiendum mysteriũ vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtiq; sacramentum nemo potest conficere, nisì sacerdos, qui fuerit ritè ordinatus secũdùm claues Ecclesiæ, quas ipse concessit apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus.

Ecclesiæ vnitas.

Eucharistia.

Sacramentum verò baptismi, quod ad inuocationem indiuiduæ Trinitatis videlicet patris & filij & spiritussancti, consecratur in aqua, tam paruulis q̃ adultis in forma Ecclesiæ, à quocunq; ritè collatum, proficit ad salutem.

Baptismus.

Et si post susceptiõem baptismi quisquã prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari. Nõ solùm autẽ virgines & continentes, verùm etiàm coniugati, per fidem rectam & operatiõem bonam, placentes Deo, ad æternam merent̃ beatitudinem peruenire.

Pœnitentia

De errore abbatis Ioachim. Cap. 2.

Decret. lib. 1. tit. 1. cap. 2. Abbatis Ioachim error de vna Trinitatis essẽtia.

Damnamus ergò & reprobamus libellum siue tractatũ, quẽ abbas Ioachim edidit contra magistrũ Petrũ Lombardum de vnitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticũ & insanũ, pro eo ꝙ in suis dixit Sentẽtijs, quomodò q̃dam summa res est pater & filius & spiritussanctus, & illa nõ est generans, neq; genita, nec procedẽs. Vndè asserit ꝙ ille non tam Trinitatẽ, q̃ quaternitatem adstruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiã quasi quartam, manifestè protestans, ꝙ nulla res est quæ sit pater & filius & spiritussanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quanuìs concedat ꝙ pater & filius & spiritussanctus sunt vna essentia, vna substantia, vnaq; natura. Verùm vnitatem huiusmodi nõ veram & propriã, sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fatetur, queadmodùm dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Ecclesia, iuxta illud: Multitudinis credentiũ erat cor vnum & anima vna: & qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Qui plantat & qui rigat, vnum sunt: &, Omnes vnum corpus sumus in Christo. Rursùs in libro Regum: Populus meus & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem sentẽtiam adstruendam, illud potissimùm verbũ inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, vt sint vnũ in nobis, sicut & nos vnũ sumus, vt sint consummati in vnum. Non enim, vt ait, fideles CHRISTI sunt vnum, id est, vna quædam res quæ communis sit omnibus, sed hîc modò sunt vnum, id est, vna Ecclesia propter catholicæ fidei vnitatem, & tandèm vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis. Quẽadmodùm in canonica Ioannis epistola legitur: Quia tres sunt qui testimõium dant in cęlo, pater & verbum & spiritussanctus, & hi tres vnum sunt. Statimque subiungitur, Et tres sunt qui testimonium dãt in terra, spiritus, aqua & sanguis: & tres vnum sunt, sicut in codicibus quibusdam inuenitur.

Act. 4. 1. Cor. 6. Ibid. 3. & 12. 3. Reg. 22. Iohann. 17. 1. Iohan. 5.

Nos autem sacro & vniuersali cõcilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, ꝙ vna quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est pater & filius & spiritussanctus, tres simul personæ, ac singulatìm quælibet earundem: & ideò in Deo Trinitas est solummodò, non quaternitas: quia quælibet triũ personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, siue natura diuina, quæ sola est vniuersorũ principium, pter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neq; genita, nec procedens, sed est pater qui generat, filius q gignitur, & spiritussanctus qui procedit, vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licèt igitur alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, nõ tamen aliud: sed id quod est pater, est filius, & spiritussanctus, idem omninò, vt secũdùm orthodoxam & catholicã fidem consubstãtiales esse credantur. Pater enim ab æterno filium generando, suam substantiã ei dedit, iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius est omnibus: ac dici nõ potest, quòd partem suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cùm substãtia patris indiuisibilis sit, vtpotè simplex omĩnò. Sed nec dici potest, ꝙ pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, ꝙ nõ retinuerit ipsam sibi, alioquin desijsset esse substantia. Patet

Reprobatio huius erroris.

Vna substãtia patris & filij & spiritussancti. Ioan. 10.

ergò, quòd sinè vlla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit, & ità pater & filius habent eandem substantiam, & sic eadem res est pater & filius, necnon & spiritussanctus ab vtroque procedens.

Cùm ergò veritas pro fidelibus suis ad patrem orat, Volo, inquiens, vt ipsi sint vnũ in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro psonis verò diuinis, vt attendatur idẽtitatis in natura vnitas, quemadmodùm veritas alibì ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est: àc si diceret manifestiùs: Estote perfecti perfectione gratię, sicut pater vester cælestis perfectus est perfectione naturæ, vtraq; videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda.

Ioan. 17. Aliter vnũ sunt fideles Christi, aliter tres personæ diuinæ. Matt. 5.

Si quis igitur sentẽtiam siue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tanquàm hæretic⁹ ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc Florentino monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, volumus derogari, quoniam ibì & regularis institutio est & obseruantia salutaris, maximè cùm idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda seu etiàm corrigenda, dictans epistolam cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ cunctorum fidelium, disponente Domino, mater est & magistra.

Nõ ipse Ioachim, sed eius liber damnatur.

Reprobamus etiàm & damnamus peruersissimum dogma impij *Amalrici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, vt eius doctrina non tam hæretica cẽsenda sit, quàm insana.

Amalrici

De hæreticis. Cap. 3.

Excommunicamus & anathematizam⁹ omnem hæresim, extollentem se aduersùs hanc sanctam orthodoxam catholicam fidem, quam superiùs exposuimus, condemnantes vniuersos hæreticos quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicèm colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum.

... de hæret. cap. 13.

Damnati verò, secularibus potestatibus præsentibus, aut eorũ baliuis relinquantur animaduersione debita puniendi, clericis priùs à suis ordinibus degradatis, ità ꝙ bona huiusmodi dãnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si verò clerici, applicentur ecclesijs à quibus stipendia perceperunt.

Qui autem inuenti fuerint sola suspiciõe notabiles, nisì iuxta considerationes suspicionis qualitatemq́; personę, ppriam innocentiã cõgrua purgatiõe mõstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus euitẽtur, ità ꝙ si per annũ in excõmunicatione perstiterint, extũc velut hæretici condẽnentur.

Contra suspectos de hæresi.

Moneantur autẽ & inducantur, & si necessè fuerit, per censurã ecclesiasticã cõpellantur seculares potestates quibuscunq; fungant̃ officijs, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ità pro defensione fidei præstẽt publicè iuramentum, quòd de terris suę iurisdictioni subiectis, vniuersos hęreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide p viribus exterminare studebũt, ità quòd amodò quãdocunq; quis fuerit in potestatẽ siue spiritualem siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare.

Seculares potestates contra hæreticos.

Si verò dominus tẽporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terrã suã purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, p metropolitanum & cæteros cõprouinciales epos excõmunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere cõtempserit infra annũ, significetur hoc summo põtifici, vt extunc ipse vasallos ab eius fidelitate denũciet absolutos, & terrã exponat catholicis occupãdam, qui eam exterminatis hæreticis sinè vlla cõtradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure dñi principalis, dummodò super hoc ipse nullũ pręstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadẽ nihilominùs lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Pœna in negligentes aut conniuentes dños seculares.

Catholici verò, qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoq́; sancto priuilegio sint muniti, quod accedẽtibus in tertæ sanctæ subsidium cõceditur.

Credentes verò, prætereà receptores, defensores & fautores hæreticorũ, excommunicatiõi decernimus subiacere, firmiter statuentes, vt postq̃ quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere cõtempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu cõsilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiàm intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus prætereà ipsi super quocunq; negocio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus eius patrociniũ nullatenùs admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per ipsum, nullius penitùs sint momenti, sed cum authore damnato damnentur. Et in similibus idem præcipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta.

Pœna in receptores & defensores hæreticorũ.

Si qui autem tales postquàm ab Ecclesia denotati fuerint, euitare cõtempserint, ex-

Officium clericorum contra hæreticos.

cõmmunicationis ſententia vſq; ad ſatisfa-
ctionem idoneam percellantur. Sanè clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas aut oblationes eorum accipiant. Alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquàm reſtituatur abſq; indulto ſedis Apoſtolicę ſpeciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiàm infligatur, vt eorum priuilegia in illa diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.

Quibus p̃dicare liceat. Tit. 1. Rom. 10.

Quia verò nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem eius (iuxta quod ait Apoſtolus) abnegantes, authoritatem ſibi vendicant p̃dicandi, cùm idem Apoſtolus dicat, Quomodò prædicabunt niſi mittantur? omnes qui prohibiti vel non miſſi præter authoritatem ab Apoſtolica ſede vel catholico epiſcopo loci ſuſceptam, publicè vel priuatìm p̃dicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodétur. Et niſi quantocyùs reſipuerint, alia cõpetenti pœna plectantur.

Officiũ epiſcoporũ ad inquirendũ

Adijcimus inſupèr, vt quilibet archiepiſcopus vel epiſcopus per ſe, aut per archidiaconum ſuum, vel idoneas perſonas honeſtas, bìs aut ſaltem ſemèl in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibì tres vel plures boni teſtimonij viros, vel etiàm, ſi expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, ꝙ ſi quis ibidèm hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à cõmuni conuerſatione fidelium, vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autem epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos, qui niſì ſe ab obiecto reatu purgauerint, vel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinã fuerint relapſi perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iuramenti religionem obſtinatiõe damnabili reſpuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipſo tanquàm hæretici reputentur.

Contra negligentes epiſcopos.

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicam effugere voluérint vltionem. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remiſſus, cùm id certis indicijs apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locũ ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit & poſſit hæreticam confundere prauitatem.

De ſuperbia Græcorum contra Latinos. Cap. 4.

Ex. de baptiſmo & eius effectu. cap. 6.

LIcèt Græcos in diebus noſtris ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ reuertẽtes, fouere & honorare velimus, mores ac ritus eorum inquantùm cum Dño poſſumus, ſuſtinendo: in his tamen illis deferre nec volumus, nec debem⁹, q̃ periculũ generant animarum, & Eccleſiaſticæ derogẽt honeſtati. Poſtq̃ enim Græcorũ eccleſia cum quibuſdam cõplicibus ac fautoribus ſuis, ab obedientia ſedis Apoſtolicæ ſe ſubtraxit, intantùm Græci cœperunt abominari Latinos, ꝙ inter alia q̃ in derogationẽ eorũ impiè cõmittebant, ſi qñ ſacerdotes Latini ſuper eorum celebrâſſent altaria, nõ priùs ipſi ſacrificare volebant in illis, q̃ ea tanq̃ per hoc inquinata, lauiſſent. Baptizatos etiàm à Latinis, & ipſi græci rebaptizare auſu temerario p̃ſumebant, & adhuc (ſicut accepimus) quidam agere hoc non verẽtur. Volentes ergò tantum ab eccleſia Dei ſcandalũ amouere, ſacro ſuadente concilio, diſtrictè præcipimus, vt talia decæterò non præſumant, cõformantes ſe tanq̃ obedientię filij ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ matri ſuæ, vt ſit vnũ ouile & vnus paſtor. Si quis autem quid tale p̃ſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur.

Rebaptizatores.

De dignitate patriarcharum. Cap. 5.

Extrà de priuilegijs & exceſſib. pri. Ordo dignitatis Sedium.

ANtiqua patriarchaliũ ſediũ priuilegia renouantes, ſacra vniuerſali ſynodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiã, quæ diſponente Dño ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vtpotè mater vniuerſorũ Chriſtifidelium & magiſtra, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartũ locũ obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate, ità ꝙ poſtq̃ eorũ antiſtites à Romano pontifice receperint palliũ, quod eſt plenitudinis officij pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licẽter & ipſi ſuis ſuffraganeis palliũ largiantur, recipientes pro ſe profeſſionẽ canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem.

Pallium patriarcharũ à Rom. eccl.

Dñicæ verò crucis vexillũ ante ſe faciant vbiq; deferri, niſì in vrbe Romana, & vbicunq; ſumm⁹ põtifex p̃ſens extiterit, vel ei⁹ legatus vtẽs inſignijs Apoſtolicę dignitatis.

In omnibus aũt ꝓuincijs eorũ iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cùm neceſsè fuerit, ꝓuocetur: ſaluis appellatiõibus ad ſedẽ Apoſtolicam interpoſitis, quibus eſt ab omnib⁹ humiliter deferendum.

De concilijs prouincialibus. Cap. 6.

Concilium prouinciale ſingulis annis celebrandũ.

SIcut olìm à ſanctis patribus noſcitur inſtitutum, metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare. In quibus de corrigẽdis exceſſibus & moribus reformãdis, p̃ſertim in clero, diligentẽ habeãt cũ Dei timore tractatũ, canõicas regulas & maximè quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali cõcilio relegentes, vt eas faciant obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo.

Vt autem id valeat efficaciùs adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, prouidas videlicet & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & de plano abſq; vlla iuriſdictione ſolicitè inueſtigent, quæ correctione vel reformatione ſint digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & ſuffraganeos & alios in concilio ſubſequenti, vt ſuper his & alijs, prout vtilitati & honeſtati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quæ ſtatuerint, faciant obſeruari, publicantes ea in epiſcopalibus ſynodis, annuatìm per ſingulas diœceſes celebrandis. Quiſquis autẽ hoc ſalutare ſtatutũ neglexerit adimplere, à ſuis beneficijs & executione officij ſuſpendatur, donèc per ſuperioris arbitriũ, eius relaxetur.

Inueſtigatores p ſingulas diœceſes. ... eius ſuſpenſio

De correctione exceſſuum. Cap. 7.

Extrà de officio iudicis ord. ca. 13.

IRrefragabili conſtitutione ſancimus, vt eccleſiarum prælati ad corrigẽdum ſubditorum exceſſum, maximè clericorum, & reformandũ mores, prudẽter & diligenter intendant, nè ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officium liberè valeant exercere, decernimus, vt executionẽ ipſorum nulla conſuetudo vel appellatio valeat impedire, niſì formam exceſſerint in talibus obſeruandam.

Exceſſus canonicorum eccleſiæ cathedralis.

Exceſſus tamen canonicorum eccleſiæ cathedralis, qui conſueuerunt corrigi per capitulum, per ipſum in illis eccleſijs (quæ talem hactenùs conſuetudinem habuerũt) ad commonitionem vel iuſſionem epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab epiſcopo præfigendum. Alioquin extunc epiſcopus Deum habens prę oculis, omni contradictione ceſſante, ipſos, prout animarum cura exegerit, per cenſuram eccleſiaſticam corrigere non poſtponat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere, nõ omittat, prout animarum cauſa requirit, debito tamen ordine in omnibus obſeruato.

Cæterùm ſi canonici abſq; manifeſta & rationabili cauſa, maximè in contemptum epiſcopi, ceſſauerint à diuinis, epiſcopus nihilominùs ſi voluerit, celebret in Eccleſia cathedrali, & metropolitanus ad querelam ipſius tãquàm ſuper hoc delegatus à nobis, taliter eos per cenſuram eccleſiaſticam cognita veritate caſtiget, quòd pœnæ metu talia decæterò non præſumant.

Prouideant itaq; diligenter eccleſiarum prælati, vt hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtũ pecuniæ vel grauamen aliud non conuertant, ſed illud ſtudioſè ac fideliter exequantur, ſi canonicam voluérint effugere vltionem, quoniam ſuper his Apoſtolica ſedes, authore Domino, attentiſſimè vigilabit.

De inquiſitionibus. Cap. 8.

Extrà de accuſationib.

QValiter & quomodò debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum ſubditorum exceſſus, ex authoritatibus noui & veteris teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſteà proceſſerũt canonicæ ſanctiões, ſicut olim apertè diſtinximus, & nunc ſacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quòd villicus ille qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipâſſet bona ipſius, audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Et in Geneſi Dominus ait: Deſcendam & videbo, vtrùm clamorem qui venit ad me, opere compleuerunt.

Luc. 16. Gen. 18.

Dolatio per famã & clamorem.

Ex quibus authoritatibus manifeſtè cõprobatur, quòd non ſolùm cùm ſubditus, verùm etiàm cùm prælat⁹ excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis: nec ſemèl tantùm, ſed ſæpè (quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat) debet coram Eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentiùs perſcrutari: vt ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tanquàm ſit author & iudex, ſed quaſi deferente fama vel denunciante clamore, officij ſui debitũ exequatur. Licèt autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentiùs tamen obſeruandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam.

Thren. 3. b

Cõtra prælatos nõ eſt leuiter credendum.

Et quia non poſſunt omnibus complacere, cùm ex officio teneantur non ſolùm arguere, ſed etiàm increpare, quin etiàm interdùm ſuſpendere, nonnunquàm verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur: Ideò ſancti patres prouidè ſtatuerunt, vt accuſatio prælatorum non facilè admittatur, nè concuſſis columnis corruat ædificium, niſì diligens adhibeatur cautela, per quam nõ ſolùm falſæ, ſed etiàm malignæ criminationi ianua pręcludatur. Verùm ità voluérunt prouidere prælatis, nè criminarentur iniuſtè, vt tamen cauerent nè delinquerent inſolenter, contra morbum vtrunq; inuenientes congruam medicinem, videlicet vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis (id eſt, degradationem) intenditur, niſì legitima præcedat inſcriptio, nullatenùs admittatur. Sed cùm ſuper exceſſibus ſuis quiſquã fuerit infamatus, ità vt iam clamor aſſcendat, qui diutiùs ſinè ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſinè periculo tolerari, abſq; dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendũ eius exceſſus, non ex odij fomite, ſed charitatis ꝓcedatur affectu, quatenùs ſi fuerit grauis exceſſus, etſi nõ degradetur ab ordine, ab adminiſtratiõe tñ amoueat̃ omninò, quod eſt ſecundùm euãgelicam ſententiã à villicatione villicũ amoueri, qui nõ poteſt villicationis ſuæ dignã reddere rationẽ.

Præsentia accusati.

Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum. Et non solùm dicta, sed etiàm nomina ipsa testium sunt ei, vt quid & à quo sit dictum, appareat, publicanda: necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, nè per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionum verò exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur.

Triplex procedendi modus.

Ad corrigendos itaq; subditorum excessus tanto diligentiùs debet prælatus assurgere, quanto damnabiliùs eorum offensas desereret incorrectas, cõtra quos, vt de notorijs excessibus taceatur, & si tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denunciationem & inquisitionem eorum, vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, nè fortè per leue compendium ad graue dispendium veniatur: sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire, illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, sententiæ quoquè forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus vsquequaquè seruandum, quæ, cùm causa requirit, faciliùs & liberiùs à suis possunt administrationibus amoueri.

De diuersis ritibus in eadem fide. Cap. 9.

extrà de officio iudicis ord. ca. 14. Diuersę linguę in eadẽ ciuitate aut diœcesi.

QVoniam in plerisque partibus intra eandẽ ciuitatem atq; diœcesim permixti sunt populi diuersarũ linguarum, habentes sub vna fide varios ritus & mores, districtè præcipimus, vt pontifices huiusmodi ciuitatum siue diœcesum, prouideant viros idoneos, qui secũdùm diuersitates rituum & linguarum diuina officia illis celebrent, & Ecclesiastica sacramenta ministrent, instruendo eos verbo pariter & exemplo.

Nè in vna ciuitate sint duo epi.

Prohibemus autem omninò, nè vna eademq; ciuitas siue diœcesis, diuersos pontifices habeat, tanquàm vnum corpus diuersa capita quasi monstrum. Sed si propter prædictas causas vrgẽs necessitas postulauerit, pontifex loci catholicum præsulem nationibus illis conformem, prouida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens & subiectus. Vndè si quis aliter se ingesserit, excommunicationis se nouerit mucrone percussum. Et si nec sic resipuerit, ab omni ecclesiastico ministerio deponatur, adhibito, si necesse fuerit, brachio seculari ad tantam insolentiam compescendam.

De prædicatoribus instituendis. Cap. 10.

INter cætera, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei permaximè sibi nosciturr esse necessarium: quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur, eò quòd non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Extrà ibidẽ c. seq.

Deut. 8. Matt. 4.

Vndè cùm sæpè contingat, quòd episcopi propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hostiles incursus seu occasiones alias, (nè dicamus defectum scientiæ, quod in eis est reprobãdum omninò, nec decæterò tolerandum) per seipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maximè per amplas diœceses & diffusas, generali constitutione sancimus, vt episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cùm per seidem nequiuerint, solicitè visitantes, eas verbo ædificent & exẽplo, quibus ipsi cùm indiguerint, congruè necessaria ministrent, nè pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto.

Cooperatores ejorũ.

Vndè præcipimus tam in cathedralibus quàm in alijs conuentualibus ecclesijs viros idoneos ordinari, quos episcopi possint coadiutores & cooperatores habere, nõ solùm in prædicationis officio, verùm etiàm in audiendis confessionibus & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subiaceat vltioni.

De magistris scholasticis. Cap. 11.

extrà de magistris.

QVia nonnullis propter inopiam, & legendi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit institutione prouisum, vt per vnamquanque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem ecclesię aliosq; scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens Beneficium præberetur, quo & docentis releuaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam. Verùm quoniam in multis ecclesijs id minimè obseruatur, nos prædictum roborantes statutum, adijcimus, vt non solùm in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiàm in alijs, quarũ sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus à prælato cum capitulo, seu maiori ac saniori parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiarũ ipsarum & aliarum, gratis in grammaticæ facultate ac alijs instruat iuxta posse.

Theologus in metropoli litana eccle.

Sanè metropolitana Ecclesia Theologum nihilominùs habeat, qui sacerdotes & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorũ à capitulo vnius præbendę prouẽtus, & pro theologo à metropolitano tantundem, non propter hoc efficiatur canonicus, sed tandiù redditus ipsius percipiat, quandiù perstiterit in docendo. Quòd si fortè de duobus magistris metropolitana ecclesia grauetur, theologo iuxta modum prædictum ipsa prouideat: grammatico verò in alia ecclesia suæ ciuitatis siue diœcesis, quod sufficere valeat, faciat prouideri.

De communibus capitulis monachorum. Cap. 12.

extrà de statu monach. Capitula de triennio in triennium.

IN singulis regnis siue prouincijs fiat de triennio in triennium, saluo iure diœcesanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque Priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale capitulũ celebrare, ad quod vniuersi conueniant, præpeditionem canonicam non habẽtes, apud vnum de monasterijs ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plùs quàm sex euectiones & octo personas adducat.

Aduocẽt autem charitatiùè in huius nouitatis primordijs duos Cistertienses ordinis abbates vicinos, ad præstandũ sibi consilium & auxilium opportunum, cùm sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine pleniùs informati. Qui absq; contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor præsint capitulo vniuerso, ità quòd ex hoc nullus eorum authoritatem prælationis assumat: Vndè, cùm expediẽrit, prouida possint deliberatione mutari. Huiusmodi verò capitulum aliquod certis diebus continuè iuxta morem Cistertiensis ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obseruantia regulari: & quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione & contradictione ac appellatione remotis, prouiso nihilominùs vbi sequenti termino debeat capitulum celebrari: & qui conuenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expẽsas, ità quòd si nõ omnes potuerint in eisdem, saltẽ plures simul in diuersis domibus commorentur.

Quatuor prælatores capituli.

Visitatores.

Ordinentur etiàm in eodem capitulo religiosæ ac circunspectæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdem regni siue prouinciæ non solùm monachorum, sed etiàm monialium secundùm formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere, ità quòd si rectorem loci cognouerint ab administratione penitùs amouendum, denunciẽt episcopo proprio, vt illum amouere procuret: quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicæ sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundùm ordinem suũ volumus & præcipimus obseruare.

Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ sedis iudicium absq; scandalo referatur, cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa.

Monasteria sub ordinario loci.

Porrò diœcesani episcopi monasteria sibi subiecta ità studeãt reformare, vt cùm ad ea prædicti visitatores accesserint, plùs in illis inueniant quod commendatione, quàm quod correctione sit dignum, attentissimè præcauẽtes, nè per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiorũ nolimus iniurias sustinere.

Contra oppressores monasteriorum.

Ad hoc districtè præcipimus tam diœcesanis episcopis, quàm personis quæ præerũt capitulis celebrandis, vt per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores & cõsules, magnates & milites, seu quoslibet alios, nè monasteria præsumant offendere in personis ac rebus. Et si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non obmittant, vt liberiùs & quietiùs omnipotenti Deo valeant famulari.

De nouis religionibus prohibitis. Cap. 13.

extrà de religiosis domibus, c. fi.

NE nimia religionum diuersitas graue m in ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, nè quis deceterò nouam religionẽ inueniat. Sed quicunq; voluẽrit ad religionem conuerti, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluẽrit religiosam domum fundare de nouo, regulam & institutionem accipiat de religionibus approbatis.

Illud etiàm prohibemus, nè quis in diuersis monasterijs locum monachi habere præsumat, nec vnus abbas pluribus monasterijs præsidere.

De incontinentia clericorum puniẽda. Cap. 14.

Extrà de vitâ & honestate clericorum, ca. 13.

VT clericorum mores & actus in melius reformentur, continenter & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus cõstituti, ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo, propter quod ira Dei venit de cælo in filios diffidentiæ, quatenùs in conspectu Dei omnipotentis, puro corde ac mũdo corpore valeant ministrare.

Pœna.

Nè verò facilitas veniæ, incentiuum tribuat delinquendi: statuimus, vt qui deprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis aut minùs peccauerint, puniantur secũdùm canonicas sanctiones, quas efficaciùs & districtiùs præcipimus obseruari, vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna à peccato cohibeat.

Suspensio.

Si quis igitur hac de causa suspensus, diuina celebrare præsumpserit, non solùm eccle-

ecclesiasticis beneficijs spolietur, verùm etiàm pro hac duplici culpa, perpetuò deponatur.

Prælati.

Prælati verò, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maximè obtentu pecuniæ vel alterius commodi temporalis, pari subiaceant vltioni.

Hoc ꝑpter Græcos.

Qui autem secundùm regionis suæ morem non abdicârunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauiùs puniantur, cùm legitimo matrimonio possint vti.

De arcenda ebrietate clericorum. Cap. 15.

Extrà ibidē c.14.

A Crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant, vndè vinum sibi temperent, & se vino: nec ad bibendum quispiam incitetur, cùm ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum.

Abusus cō-potandi ad æquales haustus.

Vndè illum abusum decernimus penitùs abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se oblgant potatores, & ille iudicio talium plùs laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem super his culpabilē se exhibuerit, nisì à superiore commonitus satisfecerit competenter, à beneficio vel officio suspendatur. Venationem & aucupationem vniuersis clericis interdicimus: vndè nec canes nec aues ad aucupandā habere præsumant.

De indumentis clericornm. Cap. 16.

Extrà ibidē c.15. externa clericorū conuersatio.

CLerici officia vel commercia secularia non exerceant, maximè inhonesta. Mimis, ioculatoribus, & histrionibus non intendant, & tabernas prorsùs euitent, nisì fortè causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas vel taxillos non ludāt, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam & tonsuram habeant congruentem, & se in officijs diuinis & alijs bonis exerceant studijs diligenter. Clausa deferant desupèr indumenta, nimia breuitate vel longitudine non notanda. Pannis rubeis aut viridibus, necnon manicis aut sotularibus consuticijs seu rostratis, frenis, sellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam non gerant, sed nec alibì, qui sunt in sacerdotio vel personatibus constituti, nisì iusti causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omninò non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec anulos, nisì quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur, nisì monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem: pallijs diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hincindè connexis.

De comessationibus prælatorum & negligentia eorum super diuinis officijs. Cap. 17.

Extrà de celebration. Missarum. Crapulatores.

DOlentes referimus, quòd non solùm quidam minores clerici, verùm etiàm aliqui ecclesiarum prælati, circa comessationes superfluas & confabulationes illicitas, vt de alijs taceamus, ferè medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentū auium excitantur, transcurrendo vndiq; continuata syncopa matutinum. Sunt & alij, qui Missarum celebrant solennia vix quater in anno, & quod deterius est, interesse contemnunt: & si quandò dum hæc celebrantur, intersunt, chori silentium fugientes, intendunt * exteriùs collocutionibus laicorum: dumq; auditū ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina.

*externis

Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitùs inhibemus, districtè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum officium diurnum pariter & nocturnū, quantùm eis Deus dederit, studiosè celebrent pariter & deuotè.

De iudicio sanguinis & duelli clericis interdicto. Cap. 18.

Extrà nè clerici vel monachi &c.

SEntentiam sanguinis nullus clericus dictet aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut vbì exercetur intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti, ecclesijs vel pſonis ecclesiasticis aliquod præsumpserit inferre dispendium, per censuram ecclesiasticā compescatur, nec quisquam clericus literas scribat aut dictet pro vindicta sanguinis destinandas: vndè in curijs principum hæc solicitudo non clericis, sed laicis committatur.

Nullus quoq; clericus * rottarijs aut balistarijs aut huiusmodi viris sanguinū præponatur, nec illam chirurgiæ artem subdiacon', diaconus vel sacerdos exerceant, q̄ ad vstionem vel incisionem inducit. Nec quisquam purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, seu ferri candentis ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis impendat: saluis nihilominùs prohibitionibus de monomachijs siue duellis anteà ꝓmulgatis.

*ruptarijs

Nè ecclesiæ mundanis supellectilibus exponantur. Cap. 19.

Extrà de custodiam eucharistiæ, &c. Mundanus ornatus. Marc. 11. Vt vasa & vestiméta sacri ministerij sint munda.

REllinqui nolumus incorrectum, quòd quidam clerici sic exponunt ecclesias supellectilibus proprijs & etiàm alienis, vt potiùs domus laicæ, quàm Dei basilicæ videantur, non considerantes, quòd Dn̄s non sinebat vt vas transferretur per templum.

Sunt & alij qui non solùm ecclesias dimittunt incultas, verùm etiàm vasa ministerij & vestimenta ministrorum ac pallas altaris, necnō & ipsa corporalia tam immunda relinquunt, ꝙ interdùm aliquibus sunt horrori. Quia verò zelus nos comedit domûs

domûs Dei, firmiter prohibemus, nè huiusmodi supellectilia in ecclesijs admittantur, nisì propter hostiles incursus aut incendia repentina, seu alias necessitates vrgētes, ad eas oporteat habere refugium. Sic tamen, vt necessitate cessante, res in loca pristina reportentur. Præcipimus quoq;, vt oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta prædicta, munda & nitida conseruentur. Nimìs enim videtur absurdum, in sacris sordes negligere, quæ dedecerent etiàm in prophanis.

De chrismate & Eucharistia sub sera conseruanda. Cap. 20.

...ib, c. 1.

STatuimus vt in cūctis ecclesijs chrisma & eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruentur, nè possit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Si verò is, ad quem spectat custodia, ea incautè reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur. Et si per eius incuriam aliquid nefandum indè contigerit, grauiori subiaceat vltioni.

De confessione facienda & non reuelanda à sacerdote, & saltem in Pascha communicando. Cap. 21.

...de pœ ...remis. ...nis. ...iteri p... ...sacer... ...ti.

OMnis vtriusq; sexûs fidelis, postquàm ad annos discretionis peruenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semèl in anno proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reuerenter ad minùs in Pascha Eucharistiæ sacramentum, nisì fortè de consilio proprij sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum: alioquin & viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Vndè hoc salutare statutum frequenter in ecclesijs publicetur, nè quisquā ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluērit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam priùs postulet & obtineat à proprio sacerdote, cùm aliter ille ipsum nō possit soluere vel ligare.

...cretio sa... ...dotis.

Sacerdos autem sit discretus & cautus, vt more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligēter inquirens & peccatoris circunstantias & peccati, per quas prudenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad sanandum ægrotum.

...na reue... ...tis pecca... ...confessa.

Caueat autem omninò, nè verbo vel signo vel alio quouis modo prodat aliquatenùs peccatorem, sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absq; vlla expressione personæ cautè requirat: quoniam qui peccatū in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solùm à sacerdotali officio deponendum decernimus, verùm etiàm ad agendam perpetūam pœnitētiam in arctum monasterium detrudendum.

Quòd infirmi priùs prouideant animæ quàm corpori. Cap. 22.

Extrà ibidē c. seq. Ioan. 5.

CVm infirmitas corporalis nonnunquàm ex peccato proueniat, dicente Domino languido quem sanauerat: Vade, & ampliùs noli peccare, nè deteriùs aliquid tibi contingat: decreto præsenti statuimus, & districtè præcipimus medicis corporum, vt cùm eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ꝙ medicos aduocent animarum, vt postquàm infirmis fuerit de spiritali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubriùs procedatur, cùm causa cessante cesset effectus. Hoc quidem inter alia huic causam dedit edicto, quòd quidam in ægritudinis lecto iacentes, cùm eis à medicis suadetur, vt de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, vndè faciliùs mortis periculum incurrunt.

Si quis autem medicorum huius nostræ constitutionis, postquàm per prælatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tam diù ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donèc pro transgressione huiusmodi satisfecerit competenter.

Cęterùm cùm anima sit multò preciosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, nè quis medicorū pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

Quòd ecclesia cathedralis vel regularis vltra tres menses non vacet. Cap. 23.

Extrà de electiōe & electi pot.

NE pro defectu pastoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis ECCLESIA viduata graue dispendium patiatur volentes in hoc etiàm occurrere periculis animarum & ecclesiarū indemnitatibus prouidere: statuimus, vt vltra tres menses cathedralis vel regularis ecclesia prælato non vacet, infra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur.

Ad aliū deuoluta electio.

Is verò ad quem deuoluta fuerit potestas, Dominum habens præ oculis, non differat vltra tres menses cum capituli sui consilio & aliorum virorum prudentium, viduatam ecclesiam de persona idonea ipsius quidem ecclesiæ vel alterius, si digna non reperiatur in illa, canonicè ordinare, si canonicam voluērit effugere vltionem.

De electione facienda per scrutinium vel compromissum. Cap. 24.

Extrà ibidē c. seq.

QVia propter electionum formas diuersas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna

Electio per scrutinium.

magna pericula imminent ecclesijs viduatis, statuimus vt cùm electio fuerit celebrãda, præsentibus omnibus qui debent & volunt & possunt cómodè interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secretò & singulatim voces cunctorum diligenter exquirant. Et in scriptis redacta, mox publicẽt in communi, nullo prorsùs appellationis obstaculo interiecto, vt is collatione adhibita eligatur, in quem omnes vel maior vel sanior pars capituli consentit.

Electio per cõpromissum.

Vel saltem eligẽdi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium ecclesiæ viduatæ prouideant de pastore, aliter electio facta non valeat, nisi fortè communiter esset ab omnibus quasi per inspirationem diuinam absque vitio celebrata. Qui verò contra prædictas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice potestate priuentur.

Illud penitùs interdicimus, nè quis in electionis negocio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco de quo debeat aduocari, iustoq; impedimento detentus venire non possit, super quo, si fuerit opùs, fidem faciat iuramento, & tũc si voluerit vni committat de ipso collegio vicem suã. Electiones quoquè clandestinas reprobamus, statuentes vt quàm citò electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

Quòd electio facta per secularem potestatem, non valeat. Cap. 25.

Extrà ibidẽ c. seq.

QVisquis electioni de se factæ, per secularis potestatis abusum consentire præsumpserit contra canonicam libertatẽ, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec absq; dispensatione possit ad aliquam eligi dignitatem. Qui verò electionem huiusmodi, quam ipso iure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officijs & beneficijs penitùs per triennium suspendantur, eligendi tunc potestate priuati.

De pœna indignè confirmantis electionem. Cap. 26.

Extrà ibidẽ c. seq.

NIhil est quòd Ecclesiæ Dei magìs officiat, quàm quòd indigni assumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam, irrefragabili cõstitutione sancimus, quatenùs cùm quisquam fuerit ad regimen animarum assumptus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet & electionis processum, & personam electi, vt cùm omnia ritè concurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia si secùs fuerit incautè præsumptum, non solùm deijciendus est indignè promotus, verùm etiàm indignè promouens puniendus.

Pœna cõfirmãtis indignè electũ.

Ipsum quoquè decernimus hac animaduersione puniri, vt cùm de ipsius constiterit negligentia, maximè, si hominem insufficientis scientiæ, vel inhonestæ vitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit, non solùm confirmandi primum successorem illius careat potestate, verùm etiàm nè aliquo casu pœnam effugiat, à perceptione proprij beneficij suspendatur, quousq; si æquum fuerit, iudulgentiam valeat promerereri: si conuictus fuerit in hoc per malitiam excessisse, grauiori subiaceat vltioni.

Episcopi quoquè tales ad sacros ordines & ecclesiasticas dignitates promouere procurent, qui commissum sibi officium dignè valeant adimplere, si & ipsi canonicam cupiunt effugere vltionem.

Cæterùm qui ad Romanum pertinent immediatè põtificem, ad percipiendam suã confirmationem officij, eius se conspectui, si commodè potest fieri, personaliter repræsentent, vel personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionis processu & electis possit haberi, vt sic demùm per ipsius circunspectionem consilij, sui plenitudinem assequantur officij, cùm eis nihil obstiterit de canonicis institutis, ità quòd interìm valdè remoti, videlicet vltra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensatiuè propter necessitates & vtilitates ecclesiarum, in spiritualibus & temporalibus administrent: sic tamen, vt de rebus ecclesiasticis nil penitùs alienent. Munus verò consecrationis seu benedictionis recipiant, sicut hactenùs recipere consueuerunt.

De instructione ordinandorum. Cap. 27.

extrà de ætate & qualitate, ca. 14.

CVm sit ars artium regimẽ animarum, districtè præcipimus, vt episcopi promouendos in sacerdotes, diligenter instruant & informent vel per seipsos, vel per alios viros idoneos, super diuinis officijs & ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare: quoniam si ignaros & rudes decæterò ordinare præsumpserint, (quod quidem facilè poterit deprehendi) & ordinatores & ordinatos graui decreuimus subiacere vltioni. *Satius est enim, maximè in ordinatione sacerdotum, paucos bonos q̃ multos malos habere ministros: quia si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.

*sanctius

Matt. 15.

Quòd compellantur cedere, qui postulauerunt licentiam cedendi. Cap. 28.

Extrà de renunciatiõe, ca. 12.

QVidam licentiã cedendi cum instantia postulãtes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cùm in postulatione cessionis huiusmodi, aut ecclesiarum commoda quibus præsunt, aut salutem videantur propriam attendisse, quorum neutrum suasionibus aliquorum quærẽtium quæ sunt sua, seu etiàm leuitate qualibet volumus impediri, ad cedendum eos decernimus compellendos.

Quòd

Quòd nullus habeat duo beneficia cum cura annexa. Cap. 29.

Extrà lib. 3. tit. 5. ca. 28.

DE multa prouidentia fuit in Lateranensi concilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales reciperet contra sacrorum canonum instituta. Alioquin & recipiens sic receptum amitteret, & largiendi potestate cõferens priuaretur. Quia verò propter præsumptiones & cupiditates quorundam, nullus hactenùs fructus aut rarus de prædicto statuto prouénit, nos euidentiùs & expresiùs occurrere cupientes, præsenti decreto statuimus, vt quicunque receperit aliquod beneficium, habens curam animarum annexam, si priùs tale beneficium obtinebat, eo sit iure ipso priuatus: & si fortè illud retinere contenderit, alio etiàm spolietur.

Is quoquè ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius, liberè conferat cui meritò viderit conferendum: & si vltra tres menses conferre distulerit, nõ solùm ad alium secundùm statutum Lateranẽsi concilij, eius collatio deuoluatur, verùm etiàm tantùm de suis cogatur prouentibus in vtilitatem ecclesiæ, cuius illud est beneficium, assignare, quantùm à tempore vacationis ipsius constiterit ex eo esse perceptum. Hoc idem in personatibus decernimus obseruandum, addentes vt in eadem ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiàm si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorandæ, cùm ratio postulauerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari.

De idoneitate instituendorum in ecclesijs. Cap. 30.

Extrà ibid. c. seq.

GRaue nimìs est & absurdũ, quòd quidam prælati ecclesiarum cùm possint viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas, nec literarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non iudiciũ rationis. Vndè quanta ecclesijs damna proueniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus vt prætermissis indignis assumant idoneos, qui Deo & ecclesijs velint & valeant gratum impendere famulatum, fiatq; de hoc in prouinciali concilio diligẽs inquisitio annuatìm, ità quòd qui post primam & secundam correctionẽ fuerit repertus culpabilis, à conferendis beneficijs per ipsum concilium suspendatur: instituta in eodem concilio persona prouida & honesta, quæ suppleat suspensi defectum in beneficijs cõferendis: & hoc ipsum circa capitula quæ in his deliquerint, obseruetur. Metropolitani verò delictum, superioris iudicio relinquatur ex parte concilij nunciandum. Vt autem hæc salubris prouisio pleniorem consequatur effectum, huiusmodi suspensionis sententia, præter Romani pontificis authoritatem aut proprij patriarchæ, minimè relaxetur, vt in hoc quoquè quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur.

De filijs canonicorum non instituendis cum patribus. Cap. 31.

Extrà de filijs presbyterorũ, c. 16

AD abolendam pessimam, quæ in plerisq; inoleuit ecclesijs, corruptelam, firmiter prohibemus, nè canonicorũ filij, maximè spurij, canonici fiant in secularibus ecclesijs, in quibus instituti sunt patres. & si fuerit contrà præsumptum, decernimus non valere. qui verò (vt dictum est) canonicare præsumpserint, à suis beneficijs suspendantur.

Vt patroni competentem portionem dimittant clericis. Cap. 32.

Extrà de põbẽ. & digni.

EXtirpandæ consuetudinis vitium in quibusdã partibus inoleuit, quòd scilicet patroni ecclesiarum parochialium, & aliæ quædam personæ prouentus ipsarum sibi penitùs vendicãtes, presbyteris earundèm seruitijs deputatis relinquunt adeò exiguam portionem, vt ex ea congruè nequeant sustentari. Nam vt pro certo didicimus, in quibusdam regionibus parochiales presbyteri pro sua sustentatione non obtinent, nisi quartam quartæ, id est, sextamdecimam decimarum. Vndè fit vt in his regionibus penè nullus inueniatur sacerdos parochialis, qui vel modicam habeat peritiam literarum. Cùm igitur os bouis alligari non debeat triturantis, sed qui altari seruit, viuere debeat de altari: statuimus vt, consuetudine qualibet episcopi vel patroni, seu cuiuscunque alterius non obstante, portio presbyteris ipsis sufficiens assignetur.

Deut. 25. 1. Cor. 9.

Vicarius in ecclesia parochiali.

Qui verò parochialem habet ecclesiam, non per vicarium, sed per seipsum illi deseruiat in ordine, quem ipsius Ecclesiæ cura requirit, nisi fortè præbendæ vel digni parochialis ecclesia sit annexa: in quo casu concedimus, vt is qui talem habet præbendam vel dignitatem, cùm oporteat eum in maiori ecclesia deseruire, in ipsa parochiali ecclesia idoneum & perpetuum studeat habere vicarium canonicè institutum, qui (vt prædictum est) congruentem habeat de ipsius ecclesiæ prouentibus portionem: alioquin illa se sciat huius decreti authoritate priuatum, liberè alij conferenda, qui velit & possit, quod prædictum est, adimplere. Illud autem penitùs interdicimus, nè quis in fraudem de prouentibus ecclesiæ, quæ curam proprij sacerdotis debet habere, pensionem alij quasi pro beneficio conferre præsumat.

Pensio.

De procurationibus non accipiendis sinè visitatione.

Cap. 33.

Extrà de cēsibus.

PRocurationes quæ visitationis ratione debentur episcopis, archidiaconis vel quibuslibet alijs, etiàm Apostolicæ sedis legatis, aut nuncijs, absq; manifesta & necessaria causa nullatenùs exigantur, nisì quandò præsentialiter officium visitationis impendunt: & tunc euectionum & personarũ mediocritatem obseruent, in Lateranensi concilio definitam.

Suprà c. 12.

Hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncios Apostolicæ sedis, vt cùm oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, nè locus ille propter illos nimiùm aggrauetur, procurationes recipiāt moderatas ab alijs ecclesijs vel personis, quæ nondùm fuerunt de suis procurationibus aggrauatæ, ità quòd numerus procurationum, numerum dierum quibus huiusmodi moram fecerint, non excedat, & cùm aliqua non suffecerit per ipsam, duę vel plures coniungantur in vnam.

Officiũ visitatorum.

Porrò visitationis officium exercentes, non quærant quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, prædicationi & exhortationi, correctioni & reformationi vacando, vt fructũ referant qui non perit. Qui autem contrà venire pręsumpserit, & quod acceperat, reddat: & ecclesię quam taliter aggrauauit, tantundem rependat.

De subditis non grauandis sub prætextu seruitij alicuius.

Cap. 34.

Extrà de immunitate ecclesiæ, ca. 8.

QVia pręlati pleriq; vt procurationem aut seruitium aliquod impendant legato vel alij, plus extorquent à subditis quàm soluant, & in eorum damnis lucra sectantes, quærunt prædam potiùs quàm subsidium in subiectis, id decæterò fieri prohibemus.

Quod si quis fortè præsumpserit, & sic extorta restituat, & tātundem cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui super hoc fuerit querela deposita, si negligens fuerit in huiusmodi executione statuti, canonicæ subiaceat vltioni.

De causa appellationis exprimenda.

Cap. 35.

Extrà de appellationibus, ca, 59.

VT debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus consulatur super laboribus & expensis, statuimus, vt vbì quis coram idoneo iudice conuenerit aduersarium, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absq; rationabili causa non prouocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstante si dicat, quòd ad superiorem iudicem nuncium destinauerit, aut etiàm literas impetrauerit ab eodem, priusquàm delegato fuerint assignatę. Cùm autem ex rationabili causa putauerit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita, tali videlicet, quæ si foret probata, deberet legitima reputari, superior de appellatione cognoscat: & si minùs eũ rationabiliter appellâsse cognouerit, illum ad inferiorem remittat, & in expensis alteri parti condemnet. Alioquin ipse procedat, saluis constitutionibus de maioribus causis ad sedem Apostolicam perferendis.

Quòd iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam reuocare. Cap. 36.

Extrà ibid, c. seq.

CVm cessante causa cesset effectus, statuimus, vt siue iudex ordinarius, siue delegatus aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium grauaretur, & sano vsus consilio, ab huiusmodi cōminationis vel interlocutionis effectu destiterit, liberè in causæ cognitione procedat, non obstante si à tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum, dummodò non sit ex alia legitima causa suspectus, nè processus negocij friuolis occasionibus retardetur.

De literis non impetrandis vltra duas diætas & sinè speciali mandato. Cap. 37.

Extrà de rescriptis, ca. 18.

NOnulli gratia sedis Apostolicæ abutentes, literas eius ad remotos iudices impetrare nituntur, vt reus fatigatus laboribus & expensis, liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellatur. Cùm autem per iudiciũ iniurijs aditus patére non debeat, quas iuris obseruantia interdicit, statuimus nè quis vltra duas diætas extra suam diœcesim per literas Apostolicas ad iudicium trahi possit, nisì de assensu partium fuerint impetratę, vel expressam de hac constitutione fecerint mentionem.

Litium venatores.

Sunt & alij qui se ad nouùm genus mercimonij conuertentes, vt vel sopitas possint suscitare querelas, aut nouas immittere questiones, fingunt causas super quibus à sede Apostolica literas impetrant absque dominorum mandato, quas vel reo, nè propter eas laborum vel expensarum dispédio molestetur, aut actori vt per ipsas aduersarium indebita vexatione fatiget, venales exponunt. Cùm autem lites restringédæ sint potiùs quàm laxandæ, hac generali constitutione sancimus, vt si quis super aliqua questione, decæterò sinè mandato speciali domini, literas Apostolicas impetrare pręsumpserit, & literæ illæ non valeant, & ipse tanquàm falsarius puniatur, nisì fortè de illis personis extiterit, à quibus non debet exigi de iure mandatum.

De scribendis actis, vt probari possint. Cap. 38.

Extrà de probationib.

QVoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis, innocés litigator quãdoq; non potest veram negationem probare, cùm negātis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio, nè falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati: statuimus, vt tam in ordinario iudicio quàm extraordinario, iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, recusationes & exceptiones, petitiones & responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones, & cætera quæ occurrũt competenti ordine cōscribenda, designādo loca, tempora & personas: & omnia sic cōscripta partibus tribuantur, ità quòd originalia penès scriptores remaneāt: vbì si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hæc possit veritas declarari. Hoc adhibito moderamine, quatenùs sic honestis & discretis deferatur iudicib⁹, quòd per improuidos & iniquos, innocentum iustitia non lædatur. Iudex autem qui constitutionem istam neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam aliquid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenùs in causa legitimis constiterit documentis.

...notarius ...duò alij ...a perferi ...ant in iudi...io.

De restitutione danda contra possessorem, quæ non rapuit ipse. Cap. 39.

...trà de re... spoliat.

SAepè contingit quòd spoliatus iniustè, per spoliatorem in alium re translata, dum aduersùs possessorem non subuenitur per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessionis amisso, propter difficultatem probationis ius proprietatis amittit effectum. Vndè nō obstante ciuilis iuris rigore, sancimus, vt si quis decæterò scienter rem talem acceperit, cùm spoliatori quasi succedat in vitium, eô quòd non multùm intersit, præsertim quo ad periculum animæ, detinere iniustè, ac inuadere alienum, contra possessorem huiusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

De vera possessione. Cap. 40.

...trà de do... & contu...acia.

COntingit interdùm, quòd cùm actori ob contumaciam partis aduersæ adiudicatur causa rei seruandæ possessio, propter rei potentiam siue dolum, actor infra annum rem custodiendam nancisci nō potest, vel nactam amittit: & sic cùm secũdùm assertionem multorum, verus non efficeretur post lapsum anni possessor, reportat cōmodum de malitia sua reus. Nè igitur contumax melioris quàm obediens, conditionis existat, de canonica æquitate sancimus, vt in casu pręmisso actor verus constituatur elapso anno possessor.

...trà de ar...tris, ca. 8.

Ad hæc generaliter prohibemus, nè super rebus spiritualibus compromittatur in laicum: quia non decet vt laicus in talibus arbitretur.

De continuatione bonæ fidei in omni præscriptione. Cap. 41.

Rōm. 14. Extrà de præscriptio.

QVoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio definimus, vt nulla valeat absq; bona fide præscriptio tam canonica quàm ciuilis: cùm sit generaliter omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quæ absq; mortali non potest obseruari peccato. Vndè oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

De seculari iustitia. Cap. 42.

SIcut volumus vt iura clericorum non vsurpent laici, ità velle debemus, nè clerici iura sibi vendicent laicorum. Quocircà vniuersis clericis interdicimus, nè quis pretextu ecclesiasticæ libertatis suã, decæterò iurisdictionem extēdat in præiudicium iustitiæ secularis, sed contentus existat constitutionibus scriptis & consuetudinibus hactenùs approbatis: vt quæ sunt Cæsaris, reddantur Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo recta distributione reddantur. Matt. 22.

Nè sinè causa clericus fidelitatem laico faciat. Cap. 43.

Extrà de iureiurando.

NImis de iure diuino quidã laici vsurpare conantur, cùm viros ecclesiasticos nihil temporale detinentes, ab eis ad præstandum sibi fidelitatis iuramēta compellunt. Quia verò secundùm Apostolum, seruus suo domino stat aut cadit, sacri authoritate concilij prohibemus, nè tales clerici personis secularibus præstare cogantur huiusmodi iuramentum. Rom. 14.

Quòd constitutiones principum non præiudicent ecclesijs.

Cap. 44.

Extrà de rebus ecclesię non alien. cap. 12.

CVm laicis, quanuìs religiosis, disponendi de rebus ecclesiasticis nulla sit attributa potestas, quos subsequendi manet necessitas, non authoritas imperandi, dolemus sic in quibusdã ex illis refrigescere charitatem, quòd immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam nedùm sancti patres, sed etiàm principes seculares multis priuilegijs muniêrunt, non formidant suis constitutionibus vel potiùs confictionibus impugnare, non solùm de feudorum alienatione, ac aliarum possessionum ecclesiasticarum & vsurpatione iurisdictionum, sed etiàm de mortuarijs, necnon & alijs, quæ spirituali iuri videntur annexa, illicitè præsumendo.

Volentes igitur super his ecclesiarum indemnitati consulere, ac tantis grauaminibus prouidere, constitutiones huiusmodi & vendicationes feudorum seu aliorum bonorum ecclesiasticorũ, sinè legitimo ecclesiasticarum personarum assensu præsumptas occasione constitutionis laicæ potestatis, (cùm non constitutio, sed destitutio

vel deſtructio dici poſſit, necnon vſurpatio iuriſdictionum) ſacri approbatione concilij decernimus nō tenere, præſumptoribus per cenſuram eccleſiaſticam compeſcēdis.

Patronus qui clericum eccleſiæ occíderit vel mutilauerit, ius patronatûs amittit. Cap. 45.

extrà de pœnis. IN quibuſdam prouincijs eccleſiarum patroni ſeu vicedomini & aduocati, ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quòd non ſolùm cùm vacantibus debet eccleſijs de paſtoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias, verùm etiàm de poſſeſſionibus & alijs bonis eccleſiaſticis pro ſua voluntate ordinare præſumūt, & (quod horrendum eſt dicere) in necem prælatorū prorumpere non formidant. Cùm igitur quod ad defenſionis ſubſidium eſt inuentum, ad depreſſionis diſpendium non debeat retorqueri, prohibemus expreſsè, nè patroni vel aduocati, ſeu vicedomini ſuper præmiſſis decæterò plùs vſurpent, quàm reperitur in iure permiſſum: & ſi contrà præſumpſerint, diſtrictiſſimè per feueritatem canonicam compeſcantur. Sacri nihilominùs concilij approbatione ſtatuimus, quatenùs ſi patroni, vel aduocati, aut feudatarij, ſeu vicedomini, ſeu alij beneficiati, alicuius eccleſiæ rectorem, vel clericum alium ipſius eccleſiæ per ſe vel per alios occídere vel mutilare auſu nefando præſumpſerint, patroni ius patronatûs, aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, vicedomini vicedominatum, beneficiati beneficium prorsùs amittant. Et nè minùs vindictæ, quàm exceſſûs memoria progetur, non ſolùm de præmiſſis nil perueniat ad hæredes, ſed etiàm vſq; ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenùs admittantur, nec in regularibus domibus alicuius prælationis aſſequantur honorem, nisì cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum.

Pœna in violatores clericorum eccleſiæ.

De tallijs à clericis non exigendis. Cap. 46.

extrà de immunitate eccleſiæ. ADuersùs conſules ac rectores ciuitatum, & alios, qui eccleſias & viros eccleſiaſticos tallijs, ſeu collectis, & exactionibus alijs aggrauare nituntur, volens immunitati eccleſiaſticæ Lateraneń concilium prouidere, præſumptionem huiuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit, tranſgreſſores & fautores eorum excommunicationi præcipiens ſubiacere, donèc ſatisfactionem impendant competentem.

Voluntaria cōtributio. Verùm ſi quandò forſan epiſcopus ſimul cum clericis tantam neceſſitatem vel vtilitatem proſpexerint, vt abſq; vlla coactione, ad releuādas vtilitates vel neceſſitates communes, vbì laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & deuotè recipiant cum actionibus gratiarum.

Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum priùs conſulant pontificem, cuius intereſt communibus vtilitatibus prouidere.

Cōſtitutiones inualidę

Quoniam verò nec ſic quorundam malitia contra Dei Eccleſiam conquieuit, adijcimus, vt conſtitutiones & ſententiæ, quæ ab excommunicatis huiuſmodi, vel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquàm tempore valituræ.

Cæterùm quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus vano decipiatur errore, vt infra tempus regiminis ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionem debitam compellēdus: nam & ipſum qui ſatisfacere recuſauerit, & ſucceſſorem ipſius, ſi nō ſatisfecerit infra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donèc ſatisfecerit competenter, cùm ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

Cēſura etiàm in ſucceſſore, nisi ſatisfecerit.

De forma excommunicandi. Cap. 47.

extrà de ſententia excōmunica. SAcro approbante cōcilio prohibemus, nè quis in aliquem excommunicationis ſententiam, nisì competenti commonitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonis, per quas ſi neceſsè fuerit, poſſit probari monitio, promulgare præſumat. Quòd ſi contrà præſumpſerit, etiamſi iuſta fuerit excommunicationis ſententia, ingreſſum eccleſiæ per menſem vnum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominùs pœna mulctandus, ſi viſum fuerit expedire.

Nè ſinè cauſa fiat excōmunicatio.

Caueat etiàm diligenter, nè ad excommunicationem cuiuſquam abſque manifeſta & rationabili cauſa procedat: ad quam ſi fortè taliter proceſſerit, & requiſitus humiliter proceſſum huiuſmodi non curauerit abſq; grauamine reuocare: grauatus, apud ſuperiorem deponat de iniuſta excommunicatione querelam: quod ſi abſq; periculo moræ poteſt, ad excommunicatorem, illum cum ſuo mandato remittat, infra competentem terminū abſoluendum: alioquin ipſe per ſe vel per alium, prout viderit expedire, ſufficienti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat.

Pœna in excōcatorem iniuſtum.

Cumque aduersùs excommunicatorem de iniuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad intereſſe: aliâs nihilominùs, ſi culpę qualitas poſtulauerit, ſuperioris arbitrio puniendus: cùm non leuis ſit culpa, tantam infligere pœnam inſonti, nisì forſan errauerit ex cauſa probabili, maximè ſi laudabilis opiñionis exiſtat.

Verùm ſi contra excōmunicationis ſententiam nihil rationabile fuerit à conquerente probatum, & idem ſuper iniuſta conqueſtionis moleſtia per pœnam ad intereſſe, vel aliâs ſecundùm ſuperioris arbitrium con-

condemnetur, nisì forſan & ipſum probabilis error excuſet: & ſuper eo, pro quo iuſta fuerit excōmunicatione ligatus, per cautionem receptam ſatisfacere compellatur, vel in priſtinam reducatur ſententiam, vſq; ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruandam.

Si verò iudex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talem reuocare ſententiam, & is pro quo lata fuerit, nè abſq; ſatisfactione reuoceť illam, appellet, appellationi non deferat in hac parte, nisì talis ſit error, de

*debeat quo meritò *poſſit dubitari: & tunc ſufficienti cautione recepta, quòd coram eo, ad quem extitit appellatum, vel delegato ab ipſo, iuri parebit, excommunicatum abſoluat, ſicq; pœnæ præſcriptæ minimè ſubiacebit: cauens omninò, nè voluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicæ vult effugere vltionem.

De modo recuſandi iudicem. Cap. 48.

cōm de appellat. c. 61. CVm ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, nè quis in aliquem excommunicationis ſententiam, nisì competenti commonitione præmiſſa, promulgare præſumat, volentes etiàm prouidere, nè fortè commonitus, fruſtratoriæ recuſationis vel appellationis obtentu, monentis declinare poſſit examen: ſtatuimus, quòd ſi allegauerit ſe iudicem habere ſuſpectum, coram eodē cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet. Et ipſe cum aduerſario, vel ſi fortè aduerſarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat: aut ſi fortè communiter conuenire non poſſunt, eligant abſq; malitia ipſe vnum, & ille alium, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant, & ſi nequiuerint in vnam concordare ſentētiam; aduocent tertium, vt quod duo ex ipſis decreuerunt, robur obtineat firmitatis. Sciant quoquè ſe ad id fideliter exequendū, ex iniuncto à nobis in virtute obedientiæ ſub atteſtatione diuini iudicij diſtricto præcepto teneri. Cauſa verò ſuſpicionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata, ſua iuriſdictione iudex vtatur. At ipſa probata legitimè, de recuſatoris aſſenſu perſonę idoneæ committat negocium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat ſecundùm quod fuerit procedendum.

Qū non eſt appellatiōi deferendū.

Porrò commonito ad appellationem conuolante, ſi eius exceſſus euidentia rei, vel ipſius confeſſione, aut alio modo legitimè fuerit manifeſtatus, cùm appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ inſtitutum, non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum. Exceſſu quoq; dubio exiſtente, nè friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem videlicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari: & tunc ſi habuerit aduerſarium, infra terminum ſecundùm locorum diſtantiam & temporis qualitatem & naturam negocij, ab eodem iudice moderandum, appellatiōis cauſam proſequatur: quam ſi proſequi nō curauerit, ex tunc ipſe iudex, nō obſtante appellatione, procedat.

Nullo autē aduerſario comparente, cùm ex ſuo iudex procedat officio, appellationis cauſa coram ſuperiore probata, ſuperior ſuæ iuriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in eius probatione defecerit, ad cum, à quo ipſum malitiosè appellâſſe conſtiterit, remittatur.

Cæterùm has duas conſtitutiones præmiſſas nolumus ad regulares extendi, qui ſuas habent obſeruantias ſpeciales.

De pœna excommunicantis iniuſtè. Cap. 49.

SVb interminatione diuini iudicij penitùs interdicimus, vt cauſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis vinculo aliquem innodare, vel abſoluere innodatū, in illis maximè regionibus, in quibus ex cōſuetudine cùm excommunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna mulctatur: Statuentes, vt cùm excommunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam, per cēſuram eccleſiaſticam compellatur: & nisì probabili fuerit errore deceptus, tantundē iniuriam paſſo perſoluat: & ſi fortè ſoluendò non fuerit, animaduerſione alia caſtigetur.

De reſtricta prohibitione matrimonij. Cap. 50.

Extrà de cōſanguinitat. & affinitat. Mutatio locū ex cauſa. NOn debet repræhenſibile iudicari, ſi ſecūdùm varietatem temporum, ſtatuta quando què varientur humana, præſertim cùm vrgens neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo.

Abolitio affinitatū ſecundi & tertij gñis. Cùm igitur prohibitiones de coniugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequēter inducant, & aliquandò periculum pariāt animarum, vt ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione concilij reuocantes, præſenti conſtitutione decernimus, vt ſic cōtrahentes decæterò liberè copulentur.

Amotio impedimenti, quinti, ſexti & ſeptimi graduum. Prohibitio quoquè copulæ coniugalis, quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum decæterò non excedat, quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt abſq; graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius enim numerus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apoſtol⁹, quòd 1. Cor. 7.

vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: quia quatuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quatuor elementis.

Prohibitio in quarto gradu.

Cùm ergò iam vſq; ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ità eſſe volumus perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudùm editis, vel ab alijs vel à nobis, vt ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulari, nulla longinquitate defendantur annorũ, cùm diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat: tantoq; grauiora ſint crimina, quanto diutiùs infelicem detinent animam alligatam.

De pœna contrahentinm clandeſtina matrimonia.

Cap. 51.

extrà de clãdeſtin. deſponſ. ca. 3.

CVm inhibitio copulæ coniugalis, ſit in tribus vltimis gradibus reuocata, eam in alijs volumus diſtrictè obſeruari. Vndè prædeceſſorum noſtrorum inhærendo veſtigijs, clandeſtina coniugia penitùs inhibemus: prohibentes etiàm, nè quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quarè ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando, ſtatuimus, vt cùm matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſijs per presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, vt infra illum qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipſi presbyteri nihilominùs inueſtigent, vtrùm aliquod impedimentum obſiſtat. Cùm autem probabilis apparuerit coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſsè, donèc quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documẽtis.

Proclamatio contrahentium in eccleſia.

Pœna ſobolis.

Si qui verò huiuſmodi clandeſtina vel interdicta coniugia inire præſumpſerint in gradu prohibito etiàm ignoranter, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta, prorsùs illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cùm illi taliter contrahendo, non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur. Pari modo illegitima proles cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimũ, præter omne interdictum in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerint.

Pœna presbyteri copulantis.

Sanè ſi parochialis ſacerdos, tales cõiunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet etiàm regularis qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, grauiùs puniendus ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed & ijs qui taliter copulari præſumpſerint, etiàm in gradu conceſſo, condigna pœnitentia iniungatur. Si quis autẽ ad impediendum legitimam copulam malitiosè impedimentum obiecerit, eccleſiaſticam non effugiet vltionem.

Pœna contrahentibus quibus cur iniungẽda.

De teſtimonio de auditu, reprobando in cauſa matrimonij.

Cap. 52.

Ex. de teſtibus & attеſta. ca. 47.

LIcèt ex quadam neceſſitate præter communem formam aliàs fuerit inſtitutũ, vt in conſanguinitatis & affinitatis gradibus computandis valeret teſtimonium de auditu, cùm propter breuem hominum vitam, teſtes de viſu deponere non valerent vſque ad gradum ſeptimum computando, quia tamen pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima coniugia proueniſſe: ſtatuimus, nè ſuper hoc recipiantur teſtes decæterò de auditu, cùm iam quartum gradũ prohibitio non excedat, nisi perſonæ graues extiterint, quibus fides meritò ſit adhibenda, & ante motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non vtiq; vno, cùm non ſufficeret ille ſi viueret, ſed duobus ad minùs: nec ab infamibus & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus, cùm ſatis videretur abſurdum illos admitti, quorum repellerentur authores: Nec tamen ſi vnus à pluribus, vel infamis ab hominibus bonæ famæ acceperint quod teſtentur, tanquàm plures & idonei teſtes debent admitti, cùm etiàm ſecundùm ſolitum ordinem iudiciorum, nõ ſufficiat vnius teſtis aſſertio, etiàm ſi præſidali dignitate præfulgeat, & actũs legitimi ſint infamibus interdicti.

Teſtis de auditu.

Iuramentũ teſtium.

Teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, quòd ad ferẽdum in cauſa ipſa teſtimonium odio vel timore vel amore vel commodo non procedant, perſonas expreſſis nominibus vel demonſtratione ſiue circunlocutione ſufficienti deſignent, & ab vtroq; latere clara computatione gradus ſingulos diſtinguant, & in ſuo nihilominùs iuramento concludant, ſe accepiſſe à ſuis maioribus quod deponunt, & credere ità eſſe. Sed nec tales ſufficiant, nisi iurati deponant ſe vidiſſe perſonas ſaltem in vno prædictorum graduum conſtitutas, pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius eſt enim, aliquos contra ſtatuta hominum copulatos dimittere, quàm coniunctos legitimè, contra ſtatuta Domini ſeparare.

De his qui prædia ſua, in fraudem decimarum, dant alijs excolenda. Cap. 53.

Ext. de decimis, primit. & obla. cap.

IN aliquibus regionibus quædam permixtæ ſunt gentes, quæ ſecundùm ſuos ritus decimas de more non ſoluunt, quanuis cenſeantur nomine Chriſtiano. His nonnulli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudantes eccleſias, maiores indè redditus aſſequantur.

Volentes igitur ſuper his Eccleſiarum indemnitatibus prouidere, ſtatuimus, vt ipſi

ipſi domini talibus perſonis, & taliter ſua prædia excolenda committant, quòd abſq; contradictione decimas eccleſijs cum integritate perſoluant, & ad id ſi neceſsè fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur. Illæ quippe decimæ neceſſariò ſunt ſoluendæ, quæ debentur ex lege diuina, vel loci conſuetudine approbata.

Vt decimæ ante tributa ſoluantur. Cap. 54.

CVm non ſit in homine quòd ſemen ſerenti reſpondeat, quoniã iuxta verbum Apoſtoli, neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: ipſum quidem de mortificato ſemine plurimum fructum afferente, nimìs auarè in decimis quidam defraudare nituntur cenſus & tributa, quæ interdùm indecimata prætereũtur, de frugibus & primitijs educentes. Cùm autem in ſignũ vniuerſalis dominij, quaſi quodam titulo ſpeciali, ſibi dominus decimas reſeruauerit: nos & eccleſiarum diſpendijs, & animarum periculis obuiare volentes, ſtatuimus, vt in prærogatiua domini generalis, exactionem tributorũ & cenſuum præcedat ſolutio decimarum: vel ſaltem hi ad quos cenſus & tributa indecimata peruenerint, quoniam res cum onere ſuo tranſit, ea per cenſuram Eccleſiaſticam decimare cogantur eccleſijs quibus iure debentur.

Vt de terris acquirendis, non obſtãtibus priuilegijs, decimæ dentur. Cap. 55.

NVpèr abbates Ciſtertienſis ordinis in generali capitulo congregati, ad comonitionem noſtram prouidè ſtatuerũt, nè decæterò fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debentur eccleſijs, nisi fortè pro monaſterijs nouiter fundandis. Et ſi tales poſſeſſiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatæ, aut emptæ pro monaſterijs de nouo fundãdis, committant excolendas alijs, à quibus eccleſijs decimæ perſoluantur, nè occaſione priuilegiorum ſuorum, eccleſiæ vlteriùs p̃grauentur. Decernimus ergò, vt de alienis terris & amodò acquirendis, etiàm ſi eas p̃prijs manibus aut ſumptibus deincèps excoluèrint, decimas perſoluant eccleſijs, quibus ratione prædiorum anteà ſoluebantur, nisi cum ipſis eccleſijs aliter duxerint componendum. Nos ergò ſtatutum huiuſmodi gratum & ratum habẽtes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudent ſimilibus priuilegijs, extendi volumus, & mandamus, vt eccleſiarum prælati, proniores & efficaciores exiſtant ad exhibendum eis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementum, eorumq; priuilegia diligentiùs & perfectiùs ſtudeant obſeruare.

Nè p̃pter pactũ aliquorũ, amittat decimas presbyter parochialis. Cap. 56.

Ex. de paãctis, cap. 7.

PLeriq; (ſicut accepimꝰ) regulares & clerici ſeculares, interdũ cùm vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudiciũ parochialiũ eccleſiarum, pactũ adijciunt, vt conductores & feudatarij decimas eis ſoluant, & apud eoſdem eligant ſepulturam. Cùm autem id de auaritiæ radice procedat, pactum huiuſmodi penitùs reprobamꝰ, ſtatuẽtes vt quicquid fuerit occaſiõe huiuſmodi pacti perceptum, eccleſiæ parochiali reddatur.

De interpretandis priuilegiorum verbis. Cap. 57.

Ex. de priuilegijs, c. 24.

VT priuilegia quæ quibuſdam religioſis perſonis Romana conceſſit Eccleſia, permaneant inconuulſa, quædam in eis declaranda, nè minùs ſanè intellecta, ptrahant ad abuſum, propter quem meritò poſſint reuocari: quia priuilegium mereẽ amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Priuilegium de ſepultura apud religioſos.

Sanè quibuſdam regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, vt his qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan eccleſiæ ad quas pertinent, à diuinis fuerint officijs interdictæ, ipſoſq; mori contingat, ſepultura eccleſiaſtica non negetur, nisi excõmunicati vel nominatìm fuerint interdicti, ſuoſq; confratres, quos eccleſiarum prælati apud eccleſias ſuas non permiſerint ſepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatìm, ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos. Hocautem de illis confratribus intelligimus, q vel adhuc manẽtes in ſeculo, eorũ ordini ſunt oblati mutato habitu ſecularj, vel q eis inter viuos ſua bona dederũt, retẽto ſibi quandiù in ſeculo vixerint, vſufructu: q tũ ſepeliantur apud ipſorũ regularium vel aliorũ non interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturam: nè ſi de q̃buſlibet ipſorum fraternitatẽ aſſumentibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denarijs annuatìm ſibi collatis, diſſoluatur pariter & vileſcat eccleſiaſtica diſciplina. Certam tamen & ipſi remiſſionem obtineãt ab Apoſtolica ſibi ſede conceſſam.

Cõfratres.

Aliud priuilegium ſtationariorũ.

Illud etiàm pro huiuſmodi regularibus eſt indultum, ſi qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerint ad recipiendas fraternitates ſiue collectas, in quamlibet ciuitatẽ, caſtellum vel vicum aduenerint, ſi fortè locus ille à diuinis ſit officijs interdictus, in eorũ iucundo aduentu ſemèl in anno aperiantur eccleſiæ, vt excluſis excommunicatis, diuina ibì officia celebrentur: Sic intelligi volumꝰ, q̃ in eadem ciuitate aut caſtro vel villa, vna tantùm eccleſia eiuſdem ordinis fratribus (vt dictũ eſt) ſemèl aperiatur in anno: quia licèt pluraliter dictum ſit, q̃ in eorum iucũdo aduentu aperiantur eccleſiæ, non tamen ad eccleſias eiuſdẽ loci diuisìm, ſed prædictorum locorum coniunctìm, ſano referendum eſt intellectu, nè ſi hoc modo ſingulas eiuſdẽ loci eccleſias viſitarẽt, nimiùm

Interpretatio eius.

vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes præscriptas quicquam sibi præsumpserint vsurpare, graui subiaceant vltioni.

De eodem in fauorem episcoporum. Cap. 58.

Ex.ib.c.seq. QVod nonnullis est religiosis indultũ, in fauorem pontificalis officij ad episcopos extendentes, cõcedimus, vt cùm cõmune terræ fuerit interdictũ, excõmunicatis & interdictis exclusis, possint quandoq; ianuis clausis, suppressa voce, non pulsatis campanis, celebrare officia diuina, nisi hoc ipsum eis expressè fuerit interdictum. Verùm hoc illis concedimus, qui causam aliquam non prætiterint interdicto, nec quicquã doli vel fraudis ingesserint, tale cõpendium ad iniquum dispendium pertrahẽtes.

Quòd nullus religiosus fideiubeat sinè licentia abbatis & conuentûs. Cap. 59.

Extrà de fideiussorib. QVod quibusdã religiosis à sede Apostolica est prohibitum, volumus & mandamus ad vniuersos extẽdi, nè quis videlicet religiosus absque abbatis & maioris partis sui capituli licentia, pro aliquo fideiubeat, vel ab alio pecuniã mutuò accipiat vltra summam communi prouidentia constitutam. Alioquì non teneatur conuentus pro his aliquatenùs respondere, nisi fortè in vtilitatem domûs ipsius manifestè cõstiterit redundâsse: & qui cõtra statutum istud venire præsumpserit, grauiori disciplinæ subdatur.

Vt abbates non extendant se ad officium episcopale. Cap. 60.

extrà de excess. prælatorũ. ca. 12. ACcedentibus ad nos de diuersis mundi partibus episcoporum querelis, intelleximus graues & grandes quorundam abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea quæ sunt episcopalis dignitatis, extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungẽdo publicas pœnitentias, concedendo etiàm indulgentiarũ literas, & similia præsumendo, vndè contingit interdùm quòd vilescat episcopalis authoritas apud multos. Volẽtes igitur in his & episcoporum dignitati, & abbatum prouidere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, nè quis abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluẽrit periculum euitare, nisi fortè quisquã eorum speciali concessione vel alia legitima causa super huiusmodi valeat se tueri.

Nè religiosi recipiant decimas de manu laicali. Cap. 61.

Extrà de pbẽdis & dignit. ca. 31. IN Lateranensi cõcilio noscitur fuisse prohibitũ, nè quilibet regulares ecclesias seu decimas sinè consensu episcoporum de manu præsumant recipere laicali, nec excommunicatos vel nominatim interdictos admittant aliquatenùs ad diuina.

Nos autem id fortiùs inhibentes, transgressores condigna curabimus animaduersione puniri, statuẽtes nihilominùs, quatenùs in ecclesijs quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdẽ statuta concilij, episcopis instituendos presbyteros repræsentent, vt illis de plebis cura respondeant, ipsis verò p rebus tẽporalibus rationẽ exhibeãt competentẽ. Institutos verò remouere non audeãt episcopis incõsultis. Sanè adijcimus, vt illos repræsentare procurẽt, quos vel conuersatio reddit notos, vel commendat probabile testimonium prælatorum.

Nè reliquiæ sanctorum ostendantur extra capsam, nè nouæ habeantur in veneratione sinè Romana ecclesia. Cap. 62.

extrà de reliquiis & ve nerãt. sanct. c. 2. CVm ex eo quòd quidam sanctorũ reliquias exponũt venales, & eas passim ostendunt, Christianæ religioni sit detractũ fæpiùs, nè detrahatur in posterum, præsenti decreto statuimus, vt antiquæ reliquiæ amodò extra capsam non ostendantur, nec exponantur venales.

Inuentas autem de nouo, nemo publicè venerari præsumat, nisi priùs authoritate Romani pontificis fuerint approbatæ.

Prælati verò decæterò non permittant illos, qui ad eorũ ecclesias causa venerationis accedunt, vanis figmentis aut falsis decipi documentis, sicut & in plerisq; locis occasione quæstûs fieri consueuit. Eleemosynarũ quoq; quæstores, quorũ quidã se alios mentiendo, abusiones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti, nisi Apostolicas vel diœcesani episcopi literas veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter id quod in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur. Formam verò quam communiter talibus Apostolica sedes indulget, duximus exprimendã, vt secundùm eam diœcesani episcopi suas literas moderentur. Ea siquidem talis est:

extrà de postulatione & remiss. c. 14.

Forma literarum Prædicatorum.

Quoniã (vt ait Apostolus) omẽs stabimus ante tribunal Christi, recepturi p put in corpore gessimus, siue bonum, siue malum fuerit: oportet nos diem messiõis extremæ, misericordiæ operibus p uenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente nomino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cælis: firmã spem fidutiamq; tenẽtes, qm̃ qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in bẽdictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternã. Cùm igitur ad sustentationẽ fratrũ & egenorum ad tale confluentiũ hospitale, propriæ non suppetãt facultates, vniuersitatẽ vestrã monemus & exhortamur in dño, atq; in remissionẽ vobis iniungim⁹ peccatorũ, quatenùs de bonis à Deo vobis collatis, pias eleemosynas & grata eis charitatis subsidia erogetis, vt per subuentionẽ vestram, ipsorum inopiæ consulatur, & vos per hæc & per alia bona, quæ & Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia peruenire.

2. Cor. 5.

Qui autem ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis aut locis alijs incongruis hospitentur, nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, cauentes omninò, nè falsæ religionis habitum gestent.

Moderamẽ indulgentiarum.

Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum prælati facere non verentur, & claues Ecclesiæ contemnuntur, & pœnitentionalis satisfactio eneruatur: decernimus vt cùm dedicatur basilica, non extendatur indulgentia vltra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus episcopis dedicetur: ac deindè in anniuersario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat: hunc quoque dierum numerum indulgentiarum literas præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet causis aliquotiès conceduntur, cùm Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueuerit obseruare.

De simonia. Cap. 63.

tit. de simonia, cap. 39. SIcut pro certo didicimus, in plerisq; locis & à plurimis personis quasi colũbas in templo vendentibus, fiunt exactiões turpes & prauæ, pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, & ordinibus clericorum, estq; taxatum quantum sit ifti vel illi, quantúmve alteri vel alij persoluendum: & ad cumulũ damnationis maioris, quidam turpitudinẽ & prauitatem huiusmodi nituntur defendere per consuetudinem longo tempore obseruatam.

Tantum igitur abolere volẽtes abusum, consuetudinem huiusmodi (quæ magìs dicenda est corruptela) penitùs reprobamus, firmiter statuentes, vt pro his siue conferẽdis, siue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere ac extorquere præsumat. Alioquin & qui receperit, & qui dederit huiusmodi precium omĩnò damnatũ, cum Giezi & Simone condemnetur.

De eadem circa monachos & sanctimoniales. Cap. 64.

xt. lib. c. seq. Simonia in receptione monialium. QVoniam simoniaca labes adeò plerasq; moniales infecit, vt vix aliquas sinè precio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare, nè id decæterò fiat, penitùs prohibemus, statuentes, vt quæcunq; decæterò talem prauitatem commiserit, tam recipiens q̃ recepta, siue sit subdita, siue prælata, sinè spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locũ arctioris regulę, ad agendum perpetuam pœnitentiam, retrudẽda.

De his autem quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ità duximus p uidendum, vt remotæ de monasterijs quæ perperàm sunt ingressæ, in alijs locis eiusdẽ ordinis collocentur. Quòd si propter nimiam multitudinem alibì fortè nequiuerint commodè collocari, nè fortè damnabiliter in seculo euagentur, recipiantur in eodem monasterio dispensatiuè de nouo, mutatis priorib⁹ locis, & inferioribꝰ assignatis.

Hoc etiàm circa monachos & alios regulares decernimus obseruandum. Verùm nè per simplicitatem vel ignorantiam se valeant excusare, præcipimus, vt diœcesani episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

De eadem circa illicitam pecuniæ extorsionem. Cap. 65.

xt. lib. c. seq. Simonia epi scoporum. AVdiuimus de quibusdam episcopis, q̃ decedentibus ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subijciunt, nec patiuntur aliquos in eisdẽ instituì, donèc ipsis certa summa pecuniæ persoluatur: præterea cùm miles aut clericus domum religiõis ingreditur, vel apud religiosos eligit sepulturam, etiàm si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donèc aliquid muneris manus contingat eorum.

1. Thess. 5. Cùm igitur non solùm à malo, sed etiàm ab omni specie mali sit (secundùm Apostolum) abstinendum, exactiones huiusmodi penitùs inhibemus. quòd si quis transgressor extiterit, exacta duplicata restituat, in vtilitates locorum, in quorum fuerint soluta dispendium, fideliter conuertenda.

De eadem circa cupiditatem clericorum. Cap. 66.

Ex.ib.c.seq. AD Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam clerici pro exequijs mortuorum & benedictionibus nubentium & similibus, pecuniã exigunt & extorquent: & si fortè cupiditati eorum non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtrà verò quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere sub prętextu canonicæ pietatis. Quapropter & prauas exactiones super his fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari, statuentes vt liberè conferantur Ecclesiastica sacramenta, sed per episcopum loci, veritate cognita, compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.

De vsuris Iudæorum. Cap. 67.

Ext. de vsuris, cap. 18. QVanto ampliùs Christiana religio ab exactiõe compescitur vsurarum, tanto grauiùs super his Iudæorum perfidia insolescit, ità q̃ breui tempore Christianorum exhauriunt facultates. Volẽtes igitur in hac parte prospicere Christianis, nè à Iudæis immaniter aggrauentur, synodali decreto statuimus, vt si decæterò quocunque p̃textu, Iudæi à Christianis graues & immoderatas vsuras extorserint, Christianorũ eis par-

participium subtrahatur, donèc de immoderato grauamine satisfecerint competenter. Christiani quoq;, si opùs fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur ab eorum cõmercijs abstinere.

Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non sint Christianis infesti, sed potiùs à tanto grauamine Iudæos studeant cohibere.

Ac eadem pœna Iudæos decernimus cõpellendos ad satisfaciendum ecclesijs pro decimis & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus alijs percipere consueuerant, antequàm ad Iudæos quocunq; titulo deuenissent, vt sic ecclesiæ conseruentur indemnes.

Vt Iudæi discernantur à Christianis in habitu. Cap. 68.

Ex. de Iudæis & Saracenis, cap. 13.

IN nonnullis prouincijs à Christianis Iudæos seu Saracenos habitûs distinguit diuersitas: sed in quibusdam sic quædã inoleuit confusio, vt nulla differentia discernãtur. Vndè contingit interdùm, quòd per errorem Christiani Iudæorum seu Saracenorum, & Iudæi seu Saraceni Christianorum mulieribus commiscentur.

Nè igitur tam damnatæ conmixtiõis excessus per velamentum erroris huiusmodi, excusationis vlteriùs possint habere diffugium: statuimus, vt tales vtriusque sexûs in omni Christianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitûs publicè ab alijs populis distinguantur, cùm etiàm per Mosen hoc ipsum legatur eis iniunctum.

Leuit. 19. Deut, 22.

In diebus autem lamentationis & Dominicæ passionis, in publicum minimè prodeant, eõ quòd nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) ornatiùs non erubescunt incedere: ac Christianis, qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere nõ formidant.

Illud autẽ districtissimè inhibemus, nè in contumeliã redemptoris prosilire aliquatenùs præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui ꝓpra nostra deleuit, præcipimus præsumptores huiusmodi per principes seculares condignæ animaduersionis adiectione compesci, nè crucifixum pro nobis, præsumant aliquatenùs blasphemare.

Esa. 53.

Nè Iudæi publicis officijs præficiantur. Cap. 69.

Ex Ib. c. sec.

CVm sit nimìs absurdũ, vt Christi blasphemus, in Christianos vim potestatis exerceat, quod super hoc Toletanũ concilium prouidè statuit: nos propter transgressorum audaciam, in hoc capitulo innouamus, prohibentes nè Iudæi officijs publicis præferantur, quoniam sub tali prætextu Christianis plurimùm sunt infesti.

Si quis autem officium eis tale commiserit, per prouinciale conciliũ (quod singulis præcipimus annis celebrari) monitioue præmissa, districtione qua conuenit compescatur. Officiali verò huiusmodi, tam diù Christianorum communio in commercijs & alijs denegetur, donèc in vsus pauperum Christianorum secundùm prouidentiam diœcesani episcopi conuertatur, quicquid fuerit adeptus à Christianis occasione officij sic suscepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos.

Nè conuersi ad fidẽ de Iudæis, veterẽ ritum Iudæorũ retineãt. Cap. 70.

Extrà de apostatis, cap. 4.

QVidam (sicut accepimus) qui ad sacri vndam baptismatis voluntarij accesserunt, veterem hominem omìnò nõ exuunt, vt nouum perfectiùs induant, cùm prioris ritûs reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cùm autem scriptum sit, Maledictus homo qui terram duabus vijs ingreditur, & indui vestis non debeat lino laneq; contexta: statuimus, vt tales per prælatos Ecclesiarum ab obseruantia veteris ritûs omnimodò compescãtur, vt quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitriũ obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in eius obseruatione cõseruet, cùm minùs malum existat, viam Domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire.

Eccl 3.

Deut. 22.

2. Pet. 2.

EXPEDITIO PRO *recuperanda terra sancta.*

AD liberãdam terram sanctam de manibus impiorum, ardenti desiderio adspirantes, de prudentum virorum cõsilio, qui plenè nouerant circunstantias temporum & locorum, sacro approbante concilio diffinimus, vt ità cruce signati se præparent, quòd in Calendas Iunij sequentis post proximũ, omnes qui disposuerunt transire per mare, conueniant in regnum Siciliæ: alij, sicut oportuerit & decuerit, apud Brũdusiũ: & alij apud Messanam, & partes vtrobiq; vicinas, vbi & nos personaliter Dño annuente disposuim⁹ tunc adesse, quatenùs nostro consilio & auxilio exercitus Christianus salubriter ordinetur, cum bñdictione diuina & Apostolica profecturus. Ad eundem quoq; terminũ se studeant præparare, qui ꝓposuerunt p terrã proficisci. Significaturi hoc interìm nobis, vt eis ad consiliũ & auxiliũ, legatum idoneum de nostro latere cõcedamus. Sacerdotes autem & alij clerici qui fuerint in exercitu Christiano, tam subditi, q̃ prælati, oratioui & exhortatioi diligenter insistãt, docẽtes eos verbo pariter & exẽplo, vt timorem & amorẽ semper habeãt diuinũ ante oculos, nè qd dicant aut faciant quod diuinam maiestatẽ offendat. Et si aliqñ lapsi fuerint in peccatum, per veram pœnitentiã mox resurgant, gerentes humilitatẽ cordis & corporis, & tam in victu q̃ in vestitu mediocritatem seruantes, dissensiones & æmulatiões omninò vitando, rancore ac liuore à se penitùs relegatis, vt sic spiritalibus & materialibus armis muniti, aduersùs hostes fidei securiùs prælientur, non de sua præsumentes potentia, sed de diuina virtute sperantes.

Qualia exercitui prædicari debẽt

Ipsis autem clericis indulgemus, vt beneficia sua integra percipiant per triẽnium, àc si essent in ecclesijs residentes: & si necessè fuerit, ea per idem tempus pignori valeant obligare.

Priuilegia crucesignatorum in expeditione peregrinata.

Nè igitur hoc sanctum propositum impediri vel retardari contingat, vniuersis ecclesiarum prælatis districtè præcipimus, vt singuli per loca sua illos qui signum Crucis disposuerunt resumere, ac tam ipsos quàm alios cruce signatos, & quos adhuc signare contigerit, ad reddendũ vota sua Dño diligenter moneant & inducant, & si necessè fuerit, per excommunicationis in personas & interdicti sententias in terras eorum, omni tergiuersatione cessante, compellant, illis duntaxàt exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, secundùm sedis Apostolicæ prouidentiam, votum eorũ commutari debeat meritò vel differri.

Matt. 23.

Ad hæc, nè quid in negocio Iesu Christi de contingentibus omittatur, volumus & mãdamus, vt patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, abbates & alij, qui curã obtinent animarum, studiosè proponant sibi commissis verbum crucis, obsecrantes per patrem & filium & spiritumsanctum, vnum solum verum æternum Deum, reges, duces, principes, marchiões, comites & barones, aliosq; magnates, necnon communiões ciuitatum, villarum, oppidorũ, vt qui personaliter nõ accesserint in subsidium terræ sanctæ, competentem conferant numerum bellatorum cum expensis ad triennium necessarijs secũdùm proprias facultates, in remissionẽ peccatorum suorum, prout in generalibus literis est expressum, & ad maiorem cautelã etiàm inferiùs exprimemus.

Huius remissionis volumus esse participes non solùm eos, qui naues proprias exhibent, sed etiàm illos, qui ꝓpter hoc opus naues studuerint fabricare. Renuẽtibus autem, si q̃ fortè tam ingrati fuerint Domino Deo nostro, ex parte Apostolica firmiter ꝓtestentur, vt sciant se super hoc nobis in nouissimo districti examinis DEI coram tremendo iudice responsuros, priùs tamẽ considerantes, qua conscientia, quáve securitate confiteri poterunt coram vnigenito Dei filio Iesu Christo, cui omnia pater dedit in manus, si ei pro peccatoribus crucifixo seruire renuerint in hoc negocio, quasi ꝓpriè sibi proprio, cuius munere viuũt, cuius beneficio sustentantur, quin etiàm eius sanguine sunt redempti.

Decima Papæ & cardinalium.

Nè verò in humeros hominũ onera grauia & importabilia imponere videamur, q̃ digito nostro mouere nolimus, similes illis qui dicunt vtiq;, sed non faciunt: eccè nos de his quæ vltra necessarias & moderatas expensas potuimus reseruare, triginta millia librarum in hoc opus cõcedimus & donamus, præter nauigium, quod cruce signatis de vrbe atq; vicinis partibus conferim⁹, assignaturi nihilominùs ad hoc ipsum tria millia marcarum argenti, quæ apud nos de quorundam fidelium eleemosynis remanserunt, alijs in necessitates & vtilitates prædictæ terræ, per manus felicis memoriæ abbatis Hierosolymitani, patriarchæ ac magistrorum templi & hospitalis fideliter distributis.

xxx. millia librarũ confert papa.

Cupientes autem alios ecclesiarum prælatos, necnon clericos vniuersos, & in merito & in prẽmio habere participes, & confortes, ex communi concilij approbatione statuimus, vt omnes omìnò clerici, tam subditi quàm prælati, vicesimam partem Ecclesiasticorum prouentuum vsque ad triennium conferant in subsidium terræ sanctæ, per manus eorum qui ad hoc Apostolica fuerint prouidentia ordinati: Quibuscũnq; duntaxàt religiosis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximendis: illis similiter, qui assumpto vel assumẽdo crucis signaculo, sunt personaliter profecturi.

Vicesima clericis per triennium imponẽda.

Nos autem & fratres nostri S. Romanæ ecclesiæ cardinales, plenariè decimam persoluemus, sciantq;, se omnes ad hoc fideliter obseruandum per excommunicationis sententiam obligatos, ità quòd illi qui sup hoc fraudem scienter commiserint, sententiam excommunicationis incurrant.

Priuilegium crucesignatorum.

Sanè quia iusto iudicio cælestis imperatoris obsequijs inhærentes, speciali decet ꝓrogatiua gaudere, cùm tempus proficiscendi annum excedat in modico, cruce signati vel à collectis vel tallijs alijsq; grauaminibus sint immunes, quarum personas & bona post crucem assumptam sub beati Petri & nostra protectione suscepimus, vt sub archiepiscoporum, Episcoporum ac oñium prælatorum ecclesiæ defensione consistant, proprijs nihilominùs protectoribus ad hoc specialiter deputãdis, ità vt donèc de ipsorum obitu vel reditu certissimè cognoscatur, integra maneant & quieta: & si quisquã contrà præsumpserit, per censuram ecclesiasticam compescatur.

Relaxatio vsurarum.

Si qui verò proficiscentium illuc, ad ꝓstandas vsuras iuramento tenentur adstricti, creditores eorum, vt remittant eis præstitum iuramentum, & ab vsurarum exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quòd si quisquam creditorum eos ad solutionem coẽgerit vsurarum, eum ad restitutiõem earum simili cogi animaduersione mandamus.

Iudæos verò ad remittendas vſuras per ſeculare cõpelli ꝓcipimus poteſtate, & donèc illas remiſerint, ab vniuerſis Chriſtifidelibus per excommunicationis ſentẽtiam eis omninò communio denegetur. His autẽ q̃ Iudæis debita ſoluere nequeunt in præſenti, ſic principes ſeculares vtili dilatione ꝓuideãt, quòd poſt iter arreptum, vſquequò de ipſorum obitu vel reditu certiſſimè cognoſcatur, vſurarum incommoda non incurrant, compulſis Iudæis ꝓuentus pignorum, quos interim ipſi perceperint, in ſortẽ expenſis deductis neceſſarijs, computare: cùm huiuſmodi beneficium non multùm videatur habere diſpendij, quod ſolutionẽ ſic prorogat, quòd debitum non abſorbet. Porrò eccleſiarum prælati, qui in exhibẽda iuſtitia cruce ſignatis & eorum familijs negligentes extiterint, ſciant ſe grauiter puniendos.

Contra fautores piratarum.

Cæterùm quia curſarij & piratæ nimiùm impediunt ſubſidium terræ ſanctæ, capiendo & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa: nos ſpeciales adiutores & fautores eorum excommunicatiõis vinculo innodamus, ſub interminatiõe anathematis inhibentes, nè quis cum eis ſciẽter communicet aliquo venditionis vel emptionis contractu, & iniungentes rectoribus ciuitatum & locorum ſuorum, vt eos ab hac iniquitate reuocent & compeſcant: alioquin quia nolle perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, in perſonas & terras eorum per eccleſiarum prælatos feueritatem Eccleſiaſticam volumus & præcipimus exerceri.

In eos qui arma adferunt Saracenis.

Excommunicamus prætereà & anathematizam⁹ illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtũ & populũ Chriſtianum, Saracenis arma, ferrum & ligamina deferunt galearum: eos etiàm qui galeas eis vendũt vel naues, quiq; in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis aut quibuſlibet alijs aliquod eis impendunt conſilium vel auxilium in diſpendium terræ ſanctæ, ipſarũ rerum ſuarum priuatione mulctari, & capientium ſeruos fore cenſemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus dominicis & feſtiuis huiuſmodi ſententia innouetur, & talibus gremium nõ aperiatur Eccleſiæ, niſi totum quod ex ſubſtantia tam damnata perceperint, & tantundem de ſua in ſubſidium prædictæ terræ tranſmiſerint, vt æquo iudicio in quo deliquerint, puniantur. quòd ſi fortè ſoluendò non fuerint, aliâs ſic reatus talium caſtigetur, quòd in pœna ipſorum alijs interdicatur audacia ſimilia præſumendi.

Nè naues mittantur p quadriẽniũ ad Saracenos.

Prohibemus inſuper omnibus Chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, nè in terras Saracenorum, qui partes Orientales inhabitant, vſq; ad quadriẽnium tranſmittant aut tranſeant naues ſuas, vt per hoc volentibus transfretare in ſubſidiũ terræ ſanctæ maior nauigij copia præparetur, & Saracenis prædictis ſubtrahatur auxiliũ, quod eis conſueuit ex hoc non modicum prouenire.

Cõtra Torneamenta.

Licèt autem torneamenta ſint in diuerſis concilijs ſub certa pœna generaliter interdicta, quia tamen hoc tempore crucis negocium per ea plurimùm impeditur, nos illa ſub pœna excommunicatiõis firmiter prohibemus vſque ad triennium exerceri.

Generaliter pax inter Chriſianos ad quadriennium.

Quia verò ad hoc negociũ exequendũ, eſt permaximè neceſſarium, vt principes & populi Chriſtiani adinuicèm pacem obſeruent, ſancta vniuerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus, vt ſaltem per quadriẽnium in toto orbe Chriſtiano ſeruetur pax generaliter, ità quòd per Eccleſiarum prælatos diſcordantes reducantur ad plenam pacem aut firmam treugam inuiolabiliter obſeruandam: & qui acquieſcere fortè contempſerint, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras arctiſſimè compellantur, niſi tanta fuerit iniuriarum malitia, quòd ipſi tali nou debeant pace gaudere. Quòd ſi fortè cenſuram eccleſiaſticam vilipenderint, poterunt nõ immeritò formidare, nè per authoritatem Eccleſiæ circa eos tanquàm perturbatores negocij Crucifixi, ſecularis potentia inducatur.

Plenaria indulgentia.

Nos igitur omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa quam nobis (licèt indignè) Deus ligandi atque ſoluendi contulit poteſtatem, omnibus qui laborem proprijs perſonis ſubiêrint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſſi, veniam indulgemus: & in retributione iuſtorum, ſalutis æternæ pollicemur augmentũ: eis autem qui non in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxàt expenſis iuxta facultatem & qualitatẽ ſuam viros idoneos deſtinârint, & illis ſimiliter qui licèt in alienis expenſis, in proprijs tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus veniam peccatorum. Huius quoq; remiſſiõis volumus & concedimus eſſe participes, iuxta qualitatẽ ſubſidij & deuotiõis affectũ, omnes qui ad ſubuentionem ipſius terræ de bonis ſuis congruè miniſtrabunt, aut conſilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiàm piè proficiſcentibus in hoc opere in cõmuni vniuerſalis ſynodus omnium beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, vt eis dignè proficiat ad ſalutem. Amen.

FINIS.

CON-

CONCILIVM HA-

Anno Dñi 1225.

BITVM IN ALEMANIA SVB CONRADO EPISCOPO Cardinali Portuenſi & S. Rufinæ, Legato Apoſtolico ad inclytam Alemaniæ nationem.

In hanc Synodum Germaniæ Præfatiuncula F. Laurentij Surij.

ANno nati Seruatoris 1224. Honorius eius nominis tertius Pontifex maximus, in Germaniam legatum miſit à latere Conradum Eginonis, quondàm monachum & abbatem inſtituti Ciſtertien, tum verò Epiſcopum Cardinalem Portuenſem & S. Rufinæ, virum doctrina & religione celebrem, & cuiuſdam dynaſtæ filium. Erant enim id temporis in Occidẽte quædam morum corruptelæ, quas Pontifex amoliri volebat: porrò Orientem vexabant Saraceni. Poſtq̃ igitur memoratus Cardinalis in Germaniam peruenit, Synodum hanc coẽgit anno 1225. quæ cùm pleraque habeat lectu digna, in gratiam Lectoris huc eam adſcribere voluimus: idq̃ue tanto libentiùs, quòd hoc loco ſuſtulimus opuſculum illud tripartitum, parùm opportunè in ſuperiori editione Concilijs inſertum, cùm nec authoris certi nomen præ ſe ferat, nec ab vllo ſit Concilio profectum. Qua in re non dubitamus, quin eruditus Lector noſtrum ſit conſilium probaturus. Quòd autem ad hanc Synodum attinet ſcire debet Lector, quæ in ea promulgatæ ſunt conſtitutiones, eas iam dictum Cardinalem per omnem Germaniam miſiſſe archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconis & archipresbyteris, quos decanos rurales vocant, eisq̃ue ſeueriter mandãſſe, vt in Concilijs annis ſingulis celebrandis eas publicari & obſeruari facerent.

SEQVITVR SYNODVS.

CONRADVS miſeratione diuina Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus, vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in CHRISTO IESV.

De continentia Clericorum. 1.

LIcèt multa ſuper continentia clericorum, ſanctorum Patrum hactenùs emanauerint inſtituta, quia tamen adhuc nonnulli clerici lumbos ſuos cingulo continentiæ, vt accipimus, non præcingunt, in animæ ſuæ periculum & ſcandalum plurimorum, non attendentes quoniam ſcriptum eſt, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Deus veſter: nos qui nunc demùm circa horam vndecimam miſſi ſumus, vt nocua de vinea Domini Sabaoth ex officio nobis iniuncto, quantùm ipſe dederit, extirpemus, quia zelus nos comedit dõmûs eius: huius ſacri approbatione Concilij duximus ſtatuendum. Præcipimus igitur, vt clerici continenter & caſtè viuere ſtudeant vniuerſi, & maximè in ordinibus ſacris conſtituti, quatenùs in conſpectu DEI omnipotentis, puro corde & mundo corpore valeant miniſtrare.

Leuit. 11. 19. & 20.

De pœnis concubinariorum Clericorum. 2.

SI quis autem clericorum deincèps fuerit deprehenſus incontinentiæ vitio laborare, detinendo publicè concubinam, niſi poſt admonitionem canonicam, illam à ſe prorsùs expulerit, extunc tam beneficio, quàm & officio ſpolietur. Si verò nec ſic fœtorem ſuæ libidinis curauerit euitare, quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, anathematis ſententia feriatur. Qui verò obſcœnis voluptatibus iſſhiantes, concubinas vſque ad hæc tempora publicè tenuerunt, nè delictum præteritum tranſeat impunitum, eos ſub pœnitentiam duximus redigendos: vt ſi canonici fuerint, quadraginta diebus in clauſtris ſuis in quadrageſimali cibo ieiunent. Si autem hæc agere contempſerint, præpoſitis & decanis & capitulis eccleſiarum ſub anathemate prohibemus, nè præbendarum fructus eis miniſtrent, neu ad chorum vel ad conſortium capituli eos admittant, niſi incepta dicta pœnitentia & peracta, & præſtito ſuramento, quòd eas vlteriùs non reſumant. Qui verò remotas reſumere præſumpſerint, decreuimus eos beneficijs eſſe priuatos, vt illi ad quorum collationem eorum beneficia pertinent, ea idoneis perſonis aſſignent intra tempus in generali concilio comprehenſum: alioquin proximus ſuperior extunc ea ſtudeat aſſignare. Si verò decani, vel alij eorum confratres, exceſſum eorum ſcientes diſſimulare præſumpſerint, eos denunciamus excommunicationis vinculo ſubiacere.

De ſcortatoribus clericis ruralibus per archidiaconos corrigendis. 3.

DE clericis ruralibus cõcubinarijs expreſſus rigor ſuperiùs obſeruetur: quorum archidiaconi, ſi eos in iniquitatibus voluẽrint confouere, vel eorum diſſimulare exceſſus, ſciant ab officio ſe ſuſpenſos: & ſi in ſuſpenſione permanſerint, eos præcipimus per epiſcopos ſuos à dignitatibus remoueri: quæ dignitates per eoſdem epiſcopos, vel alios ad quos eorum ſpectat collatio, perſonis idoneis aſſignentur.

Quam pœnam iudex eccleſiaſticus quem præproperè excommunicans, incurrat. 4.

c. 1. de ſentẽt. excom. in 6. QVantæ temeritatis & præſumptionis exiſtat, quòd qui ſeruare debent canonicas ſanctiones, in quibus apertè continetur, quòd nullus aliquem ſinè rationabili cauſa excommunicare præſumat, eas frangere non formidant, plures non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij vel fauore aduerſariorum excommunicationis vinculo innodates, nullus prorsùs ignorat. Quarè firmiter prohibemus, nè in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quas, ſi neceſſè fuerit, poſſit probari admonitio, promulgare præſumat: & ſi prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorem ſuum non reuocauerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ ſit excluſus.

Clericos fructus præbendarum ſuarum concubinis & ſpurijs ſuis teſtamẽto relinquere non poſſe. 5.

e. quia nos. & c. relatũ de teſtam. ADabolendam de domo Domini cõſuetudinem, vel potiùs corruptelam ſeu temeritatem, qua clerici (qui ſignum pudicitiæ debent oſtendere laicis, quibus poſiti ſunt in exemplum) in argumentum ſuæ finalis impœnitentiæ, fructus præbendarũ ſuarum concubinis vel ſpurijs ſuis legant in vltima voluntate, contra eos rigor eccleſiaſticus exerceri debet. Quarè ſub anathemate prohibemus, nè decæterò clerici gratia teſtandi abutẽtes, cùm de rebus eccleſiæ nullum poſſint condere teſtamentum, fructus beneficiorum eccleſiaſticorum ſpurijs ſuis vel concubinis ſuis dimittant. Qui verò contra hanc inhibitionem venire præſumpſerint, in ſignum ſuæ perditionis eccleſiaſtica careant ſepultura: & quibus taliter fructus legantur, eis careant ipſo iure. Qui autem teſtamentum tale manutenere voluẽrint, & per quorum manus perſonis illis fructus præbendæ fuerint miniſtrati, ipſo facto ſciant ſe excommunicationis vinculo innodatos: & quandiù fructus huiuſmodi contra hanc inſtitutionem ipſis miniſtrati fuerint, eccleſia ipſa ſit ſub interdicto poſita.

De clericis excommunicatis vel ſuſpenſis diuina celebrantibus. 6.

CVm ſcriptum ſit in lege veteri, quòd quicunque non obtemperâſſet ſacerdotibus, aut extrà poſitus lapidaretur à populo, aut gladio ceruice ſuppoſita, expiaret cruore contemptum: & in primitiua eccleſia inobedientes cuncti, de Eccleſia rabido *ore dæmonum traherentur, multi nomine ſacerdotes, cenſuram eccleſiaſticam contemnẽtes, excommunicati vel ſuſpenſi à prælatis ipſorum, exigentibus culpis ſuis, & immemores, quæ epiſcopis & prælatis clauium regni cæleſtis collata ſit poteſtas, attrectare ſibi interdicta myſteria non verentur: contra quos rigorem Eccleſiaſticum volumus exerceri. Statuimus igitur, vt tales ſinè ſpe reſtitutionis, ab officijs & beneficijs deponantur, & infames & inteſtabiles ſint: & decæterò ad beneficia Eccleſiaſtica nullatenùs admittantur, nisi per pœnitentiam approbatam & *conuerſionem laudabilem ſedis Apoſtolicæ grãtiam meruerint obtinere.

Deut. 17. 1. Cor. 5. for. ori de. monũ trã derentur. for. *cõuerſationem

De clericis coram excommunicatis celebrantibus. 7.

PRætereà ſunt nonnulli, qui craſſam pretendentes ignorantiam, (quæ cùm nõ excuſet à culpa, nec eos à pœna poterit excuſare) coram his diuina celebrare præſumant, qui excõmunicationis vinculo ſunt innodati, dicentes quòd eis excommunicatio nec per literas, nec per nuncios fuerit nunciata, cùm ipſi excommunicati impediant ſæpè, nè poſſit ad eos denunciatio vel citatio peruenire, vel malitiosè ſe occultant: & cùm talis ſit meritò contumax cenſendus, ſtatuimus vt poſtquàm tales excõmunicati fuerint, & in vicinis locis publicè denunciati, ſacerdos qui coram eis celebrauerit, ſimili pœna puniatur.

De publicandis excommunicatis per epiſcopos. 8.

SI epiſcopus aliquem excommunicauerit certa de cauſa, denunciet vicinis epiſcopis per ſuas patentes literas, vt excõmunicatum denunciari faciant & euitari: & tunc ſinè difficultate aliqua vicini epiſcopi excommunicatum faciant publicè denunciari, & in diœceſibus ſuis arctiùs euitari. Si verò epiſcopi fuerint negligentes, & excõmunicatis ſcienter communicauerint, tandiù cathedralium eccleſiarum canonici eis non communicent, quandiù huic ſalubri ſanctioni contempſerint obedire.

De patronis laicis, clericos ad eccleſias ſimoniacè præſentantibus. 9.

QVoniam in quibuſdam locis Alemaniæ, fundatores eccleſiarum vel hæredes ipſorum, poteſtate (in qua eos Eccleſia hucuſq; ſuſtinuit) abutuntur, partem decimarum vel aliarum obuentionum Eccleſiaſticarum, in quibus ius obtinent patronatûs, ſibi retinentes ex pacto, repræſentant clericos ad eaſdem: huic vulneri cancroſo & ſimoniaco cenſuræ ferrum apponimus, decernentes vt ex quo cõſtiterit patronum huiuſmodi flagitium perpetrâſſe, anathemate feriatur, & eius terra ſupponatur eccleſiaſtico interdicto, donèc eccleſiã liberam cum ſuo iure dimittat, ſaluo iure patronatûs, quod eis de miſericordia reſeruamus, qui poſſunt per iuris excuſari ignorantiam.

De clericis ſimoniacè repræſentatis. 10.

QVi verò cæca cupiditate ducti, taliter à patronis præſentationem receperint, officio beneficioque priuentur, nec ad beneficium vel actus eccleſiaſticos admittantur, nisi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum.

De epiſcopis & archidiaconis, clericos ſimoniacè præſentatos inſtituentibus. 11.

EPiſcopi verò & archidiaconi, qui talibus ſcienter curam animarum commiſerint, ab inſtitutione & collatione perpetuò ſint ſuſpenſi. Statuimus etiàm, quòd nullus clericus ad curam animarum ab epiſcopo vel archidiacono admittat, nisi priùs iurauerit, quòd nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam præſentatur, commiſerit ſimoniam.

Iuramentũ ante inſtitutionẽm præſtandũ.

De eccleſijs non per mercenarios, ſed paſtores ſeu ſaltem vicarios perpetuos regendis. 12.

QVia enormis quædam conſuetudo in quibuſdam Alemaniæ partibus contra canonicas ſanctiones inualuit, vt ponãtur in eccleſijs conductitij ſacerdotes vicarij temporales, nè id fiat decæterò, authoritate legationis qua fungimur, omnib⁹ modis inhibemus. Sed cùm vicarius poni debet & poteſt, perpetuò inſtituatur, idq; aſſenſu & authoritate diœceſani & archidiaconi loci illius: nec epiſcopus vel archidiaconus talem inſtituat, nisi ei de bonis eccleſiæ coram eo tantum fuerit aſſignatum, vndè iura epiſcopi & archidiaconi poſſit perſoluere, & congruam & ſufficientem ſuſtentationem habere.

De pœn. diſt. 1. ca. ſi quis non ſciam. & in authen. ſi quis. C. de epiſc. & cle.

De committentibus inceſtum cum ſanctimonialibus & canoniſis, & de eiuſmodi ſacris virginibus pollutis. 13.

LIcèt contra nefandos inſidiatores ſacrarum virginum pudicitiæ, pœnæ grauiſſimæ ſint inſtitutæ tam canonicæ q̃ legales: quidam tamen relaxatis voluptatũ habenis, in lacum miſeriæ & in lutum fœcis ſe immergunt, vt ſalutis æternæ coronã, honeſtatis normam, earumque pudicitiam interpellare præſumant: contra quos neruũ rigoris apponimus, ſtatuentes vt quicunq; pudicitiam ſanctimonialium cuiuſcunque habitûs, auſu ſacrilego ſolicitare præſumpſerit, ab officio, ſi clericus fuerit: ſi laicus, à perceptione corporis Domini nouerit ſe ſuſpẽſum. Qui verò *ſacrilegium vel temerarium carnis commerciũ cum talibus habuerit, ipſo facto excommunicationis ſententia ſe nouerit innodatum. Sanctimonialis verò ſeu canonica, quæ huiuſmodi crimen flagitioſum perpetrauerit, vlteriùs ad officium aliquod in monaſterio nullatenùs admittatur: ſed in ſignum iniquitatis ſuæ, vltima tam in clauſtro maneat, quàm in choro.

for. * ſacrilegum

De his conſtitutionibus conciliaribus publicandis. 14.

QVoniam memoria hominum dilabitur cum tempore dilabẽte, nè quis ex noſtrarum conſtitutionum ignorantia velamen in poſterum excuſationis aſſumat, in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna excommunicationis, diſtrictè præcipimus, vt archiepiſcopi, epiſcopi, archidiaconi & decani, in ſuo ſinguli concilio annis ſingulis celebrando, eas publicari faciant & ſeruari, pœnam tranſgreſſoribus infligendo. Quas etiàm abbates & alij eccleſiarum & monaſteriorum prælati conſcribi faciant, & in ſuis capitulis frequentiùs publicari, vt tam ab ipſis, quàm à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruentur.

Acta ſunt hæc anno dñi 1225. quarto Idus Decembris.

LECTORI PIO CAſtigator typographicus S.

COnciliũ hoc ſequẽs Anglicanũ, ex libello Pergamenico, non illo ſeu illis, cuius ſeu quorum ſuprà mentionem fecimus, trãſſumptum eſt, ſed alio à ſuperioribus, abbreuiatim adeò & illegibiliter conſcripto, vt ſupradictum Lateranẽ concilij ſub Alexandro tertio habiti archetypon, præ iſto propemodum iocus fuerit. Ideóque nobis tranſcribendum obtruſit felicis memoriæ D. Petrus Crab, non obtruſurus, qui fuit eius aduerſùm vetuſta eiuſcemodi archetypa affectus, ſi commodè & abſque ſingulari difficultate legi potuiſſet.

INCIPIVNT CONSTITVTIONES OXONIENSIS IN ANGLIA CONCILIJ, editæ per Stephanum.

Ecclesiasticorũ iuriũ turbatores.

AVthoritate Dei patris & beatæ virginis & oĩum ſanctorum & pſentis concilij, excommunicamus omnes illos, qui malitiosè eccleſias ſuo iure priuare præſumunt, aut per malitiam & contra iuſtitiam libertates earundem infringere vel perturbare contendũt.

Seditioſi.

Item omnes illos excõmunicationis ſententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem domini Regis & Regni iniuriosè pturbare præſumunt, & qui iura domini regis detinere contendunt.

Adijcimus autem omnes illos ſimili ſententia inuolutos, qui ſcienter & prudenter

Periuri.

falſum perhibent teſtimonium, vel perhiberi procurant, vel etiàm tales teſtes ſcienter producunt vel ſubornant in cauſa matrimoniali, vbi ſ. agitur contra miſericordiam, vel etiàm vbi agitur ad alicuius exhæredationem.

Aduocatos quoquè excommunicamus

Cauillatores.

omnes, qui in cauſis matrimonialibus malitiosè oppoſitiones opponunt vel opponi procurant, nè matrimonia vera debitũ ſortiantur effectum, vel vt contra iuſtitiam pceſſus cauſæ diutiùs ſuſpendatur.

Item excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, odij, vel fauoris, vel aliter malitiosè crimen imponunt, vel opponunt ali-

Calumniatores.

cui, cùm infamatus non ſit apud bonos & graues, vt ſic ſaltem ei purgatio indicatur, vel alio modo grauetur.

Præterea omnes illos ſententia excom-

Cauillatores.

municationis innodamus, qui vacante eccleſia, malitiosè opponunt vel procurãt opponi patronatûs quæſtionem, vt ſit, vndè patronum illius eccleſiæ collatione ſaltem illa vice defraudent.

Excommunicamus etiàm omnes illos,

Suppreſſores.

qui gratia lucri, odij vel fauoris, vel aliâs malitiosè, contemnunt exequi dñi regis mandatum contra excommunicatos, qui claues Eccleſiæ contemnunt.

Statuimus etiàm authoritate præſentis

Eleemoſynarij.

concilij, vt prælati ſinguli eleemoſynarios honeſtos habeãt, & vt ipſi prælati ſint iuxta

Rom. 12. Heb. 13. 1. Pet. 4.

Apoſtolum, hoſpitales, & vt horis cõpetentibus ad pauperes audiendos & iuſtitiã exhibendam, in publico præſentiam ſuam exhibere procurent, & in perſonis proprijs, confeſſionibus audiendis interdùm interſint & pœnitentijs iniungendis: ipſi etiàm per confeſſores diſcretos ciuitates proprias obeant, & in eccleſijs ſuis cathedralibus reſidere procurent: vt aliquibus maioribus

for. *per

feſtis, & ſaltem in aliqua parte *pro ſe, prout animæ ſuæ ſaluti magìs viderint expedire. Et quia iuxta ſcripturæ teſtimoniũ, vota noſtra tenemur reddere Domino DEO noſtro, ſalubriter decernimus aduertendũ, vt epiſcopi formam ſuæ profeſſionis in ſua conſecratione prolatam, bìs in anno coram ſe legi faciant diligenter, vt tanto meliùs pfeſſionis ſuæ recordentur, quanto ſæpiùs eorum fuerit auribus inculcata.

Pſal. 21. f. 60. b. 65. c. 75. d 115. c

Collatores eccleſiarum qui cõferre eas debeant

Ad hæc ſtatuimus, nè platus aliquis cùm eccleſiã contulerit aut præbendam, fructus eiuſdem eccleſiæ ſiue præbendæ nondùm collectos, ſibi præſumat aliquatenùs vſurpare, vel in inſtitutione, vel miſſiõe in poſſeſſionem, vel charta ſuper hoc facienda, aliquid audeat extorquere, necab officiarijs ſuis archidiaconis vel decanis ſuſtineat extorqueri.

Eſa. 5. b Coloſſ. 3. a

Cùm ſecundùm Apoſtolum, auaritiæ (q̃ eſt idolorum ſeruitus) epiſcopos aut alios Dei miniſtros ſeruire non cõueniat, ad tantam peſtem radicitùs euellendam ſtatuim⁹, vt ſi aliquis ad eccleſiam aliquam nullo cõtradicente præſentetur, epiſcopus pręſentatum ipſum, dum tamen idoneus ſit, nequãquàm admittere differat vltra duos mẽſes: alioquin quicquid ex eadem eccleſia poſt factam præſentationem fuerit fortè perceptum, illi, cùm inſtitutus fuerit, reſtituatur, quatenùs fructus illi ad epiſcopum peruenerint, & id in *archiepiſcopis, ſi per eos ſteterit, obſeruetur, niſì cauſam rationabilem coram ſuo ſuperiore duxerit aſſignandam, cùm ſuper hoc fuerit requiſitus ab eo, quarè eum non admiſerit infra tempus in hoc concilio diffinitum.

for. *archidiaconis,

Hoc autem non immeritò duximus adiungendum, vt ſi duo ad vnam eandemque eccleſiam fuerint præſentati, neutri eorum pendente lite, cuſtodia committatur. Si autem ad epiſcopum ius conferendi talem eccleſiã authoritate concilij deuoluatur, cùm contentio ſit inter duos patronos, quorum vterque ſuum clericum præſentauerit, tamen ex collatione epiſcopi, nulli patronorum qui poſteà euicerit ius patronatûs, prę iudicium debeat generari: ſtatuimus vt epiſcopus neutri eorũ qui præſentati fuerint, eccleſiam illam conferat illa vice, niſì de vtriuſque patroni conſenſu: nè ſaltem qualecunque præiudicium alteri patronorum videatur generari, ſi fortè poſtmodùm ius patronatûs euicerit.

Eſa. 5. a

Matth. 20. d

Ad excuſandos affectus laborantium in vinea Domini Sabaoth, vt veræ retributionis recipere mereamur denarium poſt laborem: decreuimus, nè opus Dei fiat ab aliq̃bus negligenter, præſertim cùm in generali concilio ſit præceptum, vt diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum, ſecũdùm

dùm quod Deus dederit, ſtudiosè celebreẽ & deuotè: vniuerſa quoq; eccleſiaſtica ſacramẽta, & præcipuè baptiſmatis & altaris, deuotiſſimè, prout Deus inſpirauerit, celebrentur: verba quoquè Canonis, præſertim in conſecratione corporis Chriſti, plenè & integrè proferantur.

Presbyter autem poſtquàm Dominicum corpus ſumpſerit in altari, ſi in eodem die Miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat iteratò, vinum calici infuſum vel digitis ſuperfuſum ſumere non præſumat.

Vni presbytero qñ pluries vno die Miſſas celebrare liceat.

Ad hæc duximus ſtatuendum, diſtrictiùs inhibentes, nè ſacerdos quiſpiam Miſſarũ ſolennia celebret bìs in die, excepto die Natiuitatis & Reſurrectionis Dominicæ, vel in obſequijs defunctorum, videlicet cùm corpus alicuius in eccleſia eodem die fuerit tumulandum: & tunc prior Miſſa de die, poſterior verò pro defuncto celebreẽ. Cæterùm præſenti decreto ſancimus, nè clerici beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, villarum procurationes admittant: videlicet vt non ſint ſeneſcalli aut baliui talium adminiſtrationum, occaſione quarum laicis in reddendis *recinijs obligentur, ſi & iuriſdictiones exerceant ſeculares, præſertim illas, quibus iudicium ſanguinis eſt annexum. Et his duximus adiungendum, nè iudicium ſanguinis in locis ſacris tractetur, ſ. in eccleſia vel cœmeterio. Authoritate generalis concilij diſtrictiùs inhibemus, nè q̃s clericus beneficiatus, vel in ſacris ordinib⁹ conſtitutus, literas pro pœna ſanguinis infligenda ſcribere vel dictare præſumat, vel vbì iudicium ſanguinis tractatur, aut exercetur, interſit. Nouerint em̃ protectiõe Eccleſiaſtica ſe indignos, cùm per eos in Eccleſia Dei per talia præſumpta ſcandalum generetur.

for. *ratiociniis

Hæc ſunt feſta, in quibus, prohibitis alijs operibus, conceduntur opera agriculturæ & carrucarum.

Feſta Anglis celeberrima quæ.

Statuimus q̃ feſta ſubſcripta, ſub omni veneratione ſeruentur, videlicet om̃es dies Dominici, 5. dies natalicij, Circũciſio, Epiphania Dñi, omnia feſta B. Mariæ præter feſtum Conceptionis, cuius celebrationi nõ imponitur neceſſitas, Conuerſio S. Pauli, Cathedra S. Petri, feſta oĩum apoſtolorũ, feſtum S. Gregorij, dies Paraſceues, feria ſecunda & 3. & quarta in hebdomada paſchali. Dies Aſſcenſionis Domini, feria 2. & 3. & 4. in hebdomada Pentecoſtes. Feſtum S. Auguſtini in Maio, duo feſta S. Crucis. Trãſlatio S. Thomæ martyris, vtrunq; feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, feſtum S. Margarethæ, feſtum S. Mariæ Magdalenæ, feſtum S. Petri ad vincula, feſtum S. Laurentij, feſtũ S. Michaëlis, feſtum Oĩm Sanctorum, feſtum S. Martini, feſtum S. Edmundi confeſſoris, & S. Edmundi regis & martyris, feſtum S. Catharinæ, feſtum S. Clementis, feſtũ S. Nicolai, feſtũ Dedicationis cuiuſlibet eccleſiæ in ſua parochia, quodlibet feſtum illius ſancti, in cuius honore fundata eſt eccleſia.

Feſta vulgaria in Anglia quæ.

Volumus etiàm, vt alia feſta à rectoribus eccleſiarum & capellanis in obſequio diuino & laude deuotiſſimè celebrentur, minoribus operibus ſeruilibus, ſecundùm cõſuetudinem loci, illis diebus interdictis. Feſtũ ſanctorum Fabiani & Sebaſtiani, S. Agnetis, S. Vincentij, S. Blaſij, S. Agathæ, S. Felicis, S. Georgij, S. Ioannis ante portam Latinam, S. Dunſtani, S. Albani, S. Emeldridæ, Inuentionis S. Crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, S Fidis, Dedicatio S. Michaëlis in mõte †Tumba, S. Dionyſij, feſtum Animarum, S. Cæciliæ, S. Luciæ, S. Leonardi.

Hæc ſunt feſta in q̃bus poſt Miſſam, opa ruſticana concedimus: ſed anteq̃, non. Octaua B. Epiphaniæ, SS. Ioannis & Pauli, Trãſlatio S. Bñdicti, Tranſlatio S. Martini.

Hæ ſunt vigiliæ ſtatutæ ad vigilandum.

Mirum cur hic Matthię item Iacobi mentio nõ fiat.

Vigilia Natiuitatis Dñi, vigilia Paſchę, vigilia Pẽtecoſtes, Litania maior, Tres dies Rogationum, vigilia S. Ioannis Baptiſtæ, vigilia Apoſtolorũ Petri & Pauli, vigilia S. Laurentij, vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ, vigilia S. Bartholomæi, vigilia S. Matthæi, vigilia apoſtolorum Simonis & Iudæ, vigilia omnium Sanctorũ, vigilia S. Andreæ, vigilia S. Thomæ apoſtoli.

Ieiunia quatuor temporum in totius anni temporibus.

In Martio prima hebdomada ieiunandũ eſt feria quarta, & ſexta, & ſabbato. In Iunio in ſecũda, quod dupliciter obſeruatur à pluribus: In prima hebdomada poſt Litanias, aut in hebdomada Pentecoſtes. In Septembri per trés dies. In proxima ſeptimana integra ante Natalem Domini.

Quòd presbyteri parochiales frequẽter pdicent, & infirmos viſitent.

PResbyterorum parochialium eccleſiarum animos ad ea q̃ magìs noſtris temporibus expediunt exercenda, ſtudiosè excitare volentes, eis pſentis concilij diffinitione diſtrictè duximus iniungẽdum, vt plebes ſibi commiſſas pabulo verbi Dei, ſecundùm quod eis fuerit inſpiratum, informare procurent, nè canes muti meritò iudicẽtur, Eſa. 56.
cùm ſalubri latratu à caulis Dominicis luporum ſpiritualium morſus non repellũt. Illud euangelicum memorialiter recolẽtes, q̃ in nouiſſimo examine viſitatores infir- Matth. 25. d
morũ regno remunerabũtur æterno, quotiès fuerint accerſiti, celeriter accedãt & hilariter ad ægrotos.

De ornamentis eccleſiæ.

AD exemplum Salomonis, qui omnia 3. Reg. 6. c
vaſa domûs Dñi, ex auro puriſſimo fabricata, diuino cultui mancipauit: ſtatuimus, vt quælibet eccleſia calicem habeat argenteum cum alijs vaſis decentibus, & ſindonem mundam & candidam, & amplitu-

dinis congruentis: vetera verò corporalia, q̃ non fuerint idonea, loco reliquiarum reponantur, vel in præsentia archidiaconi comburantur. Prouideant etiàm archidiaconi, vt linteamina & alia ornaméta altaris, sint (sicut decet) honesta. Libros habeat etiàm ecclesia idoneos ad legẽdum & psallendũ. Ad minùs duplicia ornaméta sacerdotalia: & vt honor debitus diuinis officijs impendatur, *præcipimus vt qui altari ministrát, superpellicijs induantur.

for. *pcipuè vt

Nè quis beneficium suum resignans, aliquid sibi de eodem retineat.

NE lepra Giezitica (quod absit) per auaritiæ cultum latenter irrumpens, ministros Ecclesiæ collocet extra castra regni æterni: districtiùs inhibemus, nè quis ecclesiæ suæ renuncians, recipiat ab eo qui sibi substituit, vicariam, cùm vehementer posset præsumi, q̃ talia fiant per pactionem etiàm turpem. Quod si ab aliquo fuerit acceptatum, & ille vicaria, & alius personatu priuentur. Illud autem absurdum reputamus omninò, vt aliqua existente persona vnius ecclesiæ, alius de consensu ipsius personæ aliquid cóferat in eadem ecclesia nomine personatûs, nisi persona prior ecclesiá totam priùs duxerit resignandam.

Nè vna ecclesia diuidatur in plures.

QVia iuxta canonicas sanctiones, inter carnale & spirituale matrimoniũ optima est comparatio, & cùm inter duos sponsos diuidi naturalis ratio minimè patiatur, & inhonestum est plurimùm, q̃ ecclesia Dei q̃ debet esse vna, multorum amplexibus frequenter ancilletur: sacro ergò approbante concilio, districtiùs inhibemus, nè de nouo aliqua ecclesia pluribus rectoribus, quorum vterque sit persona, cõmittatur agenda. In ecclesijs autem, vbi nunc plures personæ existunt, statuimus vt singulis decedentibus, accrescat viuentibus portio decedentium, donèc ad vnum solum illius ecclesiæ perueniat personatus: nec decæterò plures vicarij in eadem instituantur, illis ecclesijs hoc statuto duntaxàt exceptis, quæ ex antiquis diuisæ fuerunt.

De vicariorum residentia.

1. Pet. 5.

CVm hostis antiquus, s. leo rugiens, faciat & quærat prædam animarum: solicitiùs est cauendum, nè talibus cura gregis Dñici cõmittatur, qui negligunt aut ignorant custodire sibi commissa, vt deceret intendere vigilanter. Statuimus igitur, vt nullus episcoporum ad vicariam quenquam admittat, nisi velit in ecclesia, in qua vicaria ei conceditur, personaliter ministrare: aut talis existat, qui infra breue tempus super hoc limitatum, valeat & velit in presbyterum ordinari. Quòd si admissus fuerit fortè quis, & noluerit in presbyterũ ordinari, vicariæ beneficio spolietur.

Quòd exilia beneficia non cõferantur, nisi volentibus residere in eisdẽ.

AD hoc, quia inhonestum est nimìs, vt ecclesiæ ꝓpter minores redditus pastorib⁹ maneãt desolatæ, ꝑsenti decreto statuimus, vt ecclesiæ quę in redditibus vltra 5. marcas non habent, non nisi personis talibus cõferantur, *qui resideant in eisdem, & in propria persona ministrent: q̃ si tales admissi, residere noluerint à nunc & administrare, cùm non nisi laborantibus papis *Dominicus sit, ecclesijs ipsis, præmissa monitiõe debita, ꝑ diœcesanũ epm spolientur.

*quę

for. *dãdus

Quæ portio debeat vicario residenti assignari.

QVoniam autẽ multotiès sicut tẽporalium rerum luxus quosdã in nõ modicum scandalum populi ab officio sibi commisso segregat & abducit: sic & earundem inopia in vituperium ordinis nostri, quosdã cõpellit infeliciter mendicare: prouidendum est nobis, vt in vtroq; taliũ habita moderatione, ipsarũ ecclesiarũ regimini cõsulatur. Statuimus igitur, vt vicario perpetuo ad minùs redditus 5. marcarũ assignetur, qui saltẽ pro 5. marcis dari possit ad firmam: nisi fortè in illis partibus Vualliæ sit, in quibus propter tenuitatẽ ecclesiarũ, minori stipendio vicarij sunt contenti. Prouideat quoq; diœcesanus episcopus, pensata ecclesiæ facultate, vtrùm vicarius onera ecclesiæ subire debeat, an persona: an ad ea vterq; debeat conferre. Prouiso tamẽ quòd archidiaconus loci siue ab illis, siue ab altero illorum debeat procurari, vna tantùm ꝓcuratione sit contentus.

In quibus ecclesijs requirit̃ pluralitas presbyterorum parochialium.

AD instar patris euãgelici, plures operarios in vineam suã mittẽtis, vt quod vnius nõ valet explère sôlicitudo seu adimplere, perficiat plurimorum præsentialiter: diffinimus, vt in singulis parochialibus ecclesijs, quarum parochia est diffusa, duo sint vel tres presbyteri, pẽsata pariter magnitudine parochiæ & ecclesię facultate: nè fortè, quod absit, ægrotante vno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus aut diuinis volentibus interesse officijs, officia debita subtrahantur, vel negentur sacramenta ecclesiastica.

Matt. 20.

Quòd episcopus recipiat iuramentũ à præsentato, vt euitetur simonia.

PRæsenti quoq; statuto diffinimus, vt episcopus ab eo qui sibi ꝑsentatus fuerit, recipiat iuramentum, q̃ propter ꝑsentationem illam nec promiserit, nec dederit aliquid præsentanti, nec aliquod propter hoc pactũ inièrit: si ei sup hoc meritò videatur esse suspectus, cùm talia manifestè canonicis obuient institutis.

Vt in singulis archidiaconatibus speciales confessores deputentur.

QVoniam nonnunquàm ob defectum confessorum, vel quia decani rurales & personæ erubescant fortè confiteri suo prælato, certum imminet periculum animarum, volentes huic morbo mederi, statuim⁹ vt certi confessores prudentes & discreti, ꝑ singulos archidiaconatus ab episcopo loci constituãtur, vt decanorum ruralium, presbyterornm & personarum * in cathedralibus ecclesijs, vbi sunt canonici seculares, confiteantur ipsi canonici episcopo vel decano, vel certis personis ad hoc per episcopum, decanum & capitulum constitutis.

videt de- *cõfessi- ones recipi-

Quòd decani rurales de causis matrimonialibus se non intromittant.

QVoniam in causis matrimonialibus est magna discretio necessaria, vndè periculosum est eas à simplicioribus tractari personis: statuimus, vt decani rurales nullam causam matrimonialem decęterò audire præsumant: sed earum examinatio non nisi viris discretis committatur: quibus assidentibus, si commodè fieri potest, postmodùm pronuncietur.

Nè quis latrones in domibus vel in seruitio teneat.

PRohibemus sub interminatione anathematis, nè quis latrones ad latrocinium faciendum in seruitio suo retineat, nec eos in terris suis sciẽter habitare permittat.

Nè archidiaconi grauent ecclesias vel rectores in visitatione, & qualiter se habebunt.

VT singula ecclesiastica officia in Ecclesia ritè procedant secundùm canonicas sanctiones, statuimus nè archidiaconi nimiùm graues existant ecclesijs suis subditis, districtiùs inhibentes, nè statutũ in concilio generali in numero conuectorum excedant, cùm visitationis nomine debitam sibi recipiunt procurationem: nec ad talem procurationem venientes, extraneos, vt secum veniant, inuitare presumant. Sed si pro honore archidiaconi, ecclesiarum rectores aliquos velint inuitare, hoc nullatenùs prohibemus. Sed ipsi archidiaconi nullum inuitent, nè fortè qui per suum aduentum ecclesias non grauarent, grauẽt saltem per inuitatos. Vndè vt subtrahatur eis necessitas inuitandi, prohibemus nè archidiaconi tẽpore visitationis suæ apud ecclesiam quam visitant, capitulum teneant vel celebrent: nisi fortè in burgo vel in ciuitate sit ecclesia constituta. Ad hoc archidiaconis districtiùs inhibemus, nè aliquo modo procurationẽ recipiant sinè causa rationabili, nisi illo die, quo personaliter visitant ecclesiam procurantem. Nec redemptionem pro visitatione extorquere præsumant.

Nè beneficia spiritualia tradantur ad firmam.

VT omnis cupiditas & auaritiæ cultus expellatur ab Ecclesiæ Dei ministris præsentia præteritis duximus annectenda: statuentes, vt archidiaconatus vel decanatus vel aliud officium, quæ in spiritualibus merè consistunt, nulli dentur ad firmam. Si verò certus reddit⁹ huic officio sit annexus, ille de superioris licentia dari poterit ad firmam, sicut inferiùs de alijs officijs statuemus. Si quis autem contra statutum venire præsumpserit archidiaconus vel decanus, si super hoc canonicè fuerit conuictus, per episcopum suum à tali officio suspendatur per annum, & alius interim constituatur, qui discretè gerat vices illius.

Quòd archidiaconi in visitatione sua examinent sacerdotes de canone Missę, & de sacramento altaris.

VT autem Archidiaconi, secundùm Apostolum, non quæ sua sunt, quærant, sed quæ IESV CHRISTI: in sua visitatione prouideant, vt Canon Missæ emendetur, si sint in eo defectus: & quòd sacerdotes ritè proferre nouerint saltem verba Canonis & baptismatis, & quòd in hac parte sanum habeant intellectum: & etiàm laici, si fortè debeant baptizare in casu necessitatis, vt saltem sciant hoc facere in aliquo idiomate congruo seu vulgari.

Philip. 2. c

Quòd oleum & Eucharistia custodiantur sub sera, & similiter chrisma.

PRouideant vtiquè archidiaconi, quòd diligenter iuxta formam concilij generalis, eucharistia, chrisma & oleũ sanctum, salua sub clauibus recondantur, fideli custodiæ deputata.

Quòd archidiaconi habent penès se in scriptis omnia ornamenta ecclesiæ.

HAbeant & archidiaconi redacta in scriptis omnia ornamenta & vtensilia ecclesiarum, vestes quoquè & libros singulis annis suo conspectui faciant præsentari, vt sic videant, quæ fuerint addita per diligentiam personarum, vel quo tempore intermedio per malitiam & negligentiam deperiêrint.

Quòd archidiaconi videant in visitationibus, nè possessionibus vel iure suo ecclesiæ defraudentur.

ITem prouideant archidiaconi de possessionibus ecclesiarum, vt eas singalis annis possint † prospicere, nè ecclesiæ suo iure defraudentur.

Quòd archidiaconi vel decani nouas exactiones ecclesijs non imponant.

PRætereà archidiaconis, decanis, & eorum officialibus districtiùs inhibemus, nè in subditos suos exactiones vel tallias per se vel per suos exercere præsumant.

Quòd ordinarij non ferant sententias excommunicationis in aliquem, nisi præmissa monitione, nisi in certis casibus.

AD hæc ecclesiastici ordinis vtilitate pensata pariter & honore, decreuimus nè archidiaconi vel eorum officiales sententias excommunicationis, suspensionis vel interdicti in aliquem audeant promulgare, vbi excessus nó est manifestus, nisi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmissa, excommunicationis sententiam tulerit in quemcunque, pœnæ subiaceat in Lateranen cõcilio promulgatæ. Pro suspensione verò vel interdicto, superioris arbitrio puniatur, quod & superiores prælati obseruent.

Nè quid exigatur pro sepultura vel aliquo sacramento conferendo.

FIrmiter inhibemus, nè pro aliqua pecunia denegetur sepultura, vel baptismus, vel aliquod Ecclesiasticum sacramentum, vel etiàm matrimonium contrahendũ impediatur. Quoniam si quid pia deuotione fideliũ consueuerit erogari, super hoc postmodùm volumus per ordinarium loci ecclesiæ iustitiam exhiberi, sicut in generali concilio expressiùs & diffusiùs est statutum, absurdum esse iudicantes, quòd decæterò pro Chrismate vel oleo aliquid exigatur, cùm totiès hoc prohibitum esse reperiatur.

Quòd iudices non impediãt bonum pacis inter partes, vbi causa recipiat compositionem ad suggestionem præconis.

CAeterùm districtiùs duximus inhibendum, nè archidiaconi vel decani bonum pacis impediri faciant: & si aliquandò discordantes adinuicèm voluerint concordare: licẽtia petita, liceat partibus aliter per compositionem discedere quandocunquè voluerint, si tamen causa compositionem admittat: nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant, nisi eis constiterit de iniustitia actoris vel rei. Sed nec aliquem ad suggestionem præconum suorum ad purgationẽ compellant, nisi apud bonos & graues fuerit primò infamatus.

Quòd iudex non iudicet aliquem ad purgationem, ad suggestionem præconis tantùm, vt sit iudex & actor.

NEc in causa sua præsumant pariter esse iudices & actores, videlicèt cùm dubium venerit, vtrùm quid ab eis exigere debeatur.

De habitu clericorum.

VT clericalis ordinis honor debitus seruetur, authoritate præsentis concilij decernimus, vt tam archidiaconi quàm decani & omnes alij in personatibus & dignitatibus constituti, & omnes decani rurales & presbyteri decenter incedant in habitu clericali, & cappis clausis vtãtur. Idẽq; obseruent officiales episcoporum & archidiaconorum, dum fuerint in consistorio.

Nè clerici comam nutriant.

ET nec ipsi, nec alij clerici comam nutriant, sed honestè tonsi & coronati incedant, nisi fortè iusta causa exegerit habitum transformare. A crapula quoq; & ebrietate & alijs, quibus honestas eorum deformatur, omninò clerici se abstineant vigilanter: ad quæ omnia studiosè obseruanda, secundùm formam concilij generalis à superioribus suis compellantur.

Quòd clerici non teneant publicè concubinas.

ADdentes, nè clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in hospitijs suis tenere publicè concubinas præsumant, nec alibi cum scandalo accessum habeant ad easdem.

Qualis pœna est infligenda concubinis clericorum.

ET si fortè concubinæ eorum, monitione posteà proposita, ab eis non recesserint, ab ecclesijs Dei quas infamare præsumunt, expellantur, nec admittantur ad Ecclesiastica sacramenta: & si nec sic duxerint abstinendum, excommunicationis mucrone percellantur, & tunc demùm contra eas inuocetur brachiũ seculare. Ipsos autẽ clericos per subtractionem officij & beneficij, canonica admonitione præmissa, volumus coẽrceri. Item licèt legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obseruari, nolumus tamen quòd concubinis suis aliquid relinquant in testamento suo. quod si fecerint, illud arbitrio episcopi conuertatur in vsum ecclesiæ, in qua rexit defunctus.

Quòd clerici vel prælati non vendant vel impignorent ecclesiam suam consanguineis eorum.

ECclesiarum autẽ indemnitatibus consulere cupientes, præsentis concilij authoritate duximus statuendum, vt nullus Abbas, nullus Prior, nullus decanus vel archidiaconus, vel alius habens personatum vel dignitatem, sed nec clericus inferior pẽsiones vel redditus dignitatis, vel consanguineis vel amicis quibuscunque vendere præsumat, vel impignorare seu infeudare de nouo, vel quolibet modo alienare præsumat, nisi forma canonis obseruata. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, quod in hac parte præsumptum fuerit, viribus careat: & præsumptor personatu vel ecclesia quam sic læsit, per suum superiorem spolietur: nisi quod abalienauerit, infra tempus à suo superiore sibi præfixũ, sinè dãno ecclesię suis sumptibus duxerit reuocandũ. Is quoquè qui sic ecclesiastica bona decæterò receperit, & admonitus præsumpserit ea

retinere, excommunicationis sententia percellatur, donèc ea restituerit, nullatenùs absoluendus. Idem autem maiores prælati obseruent omninò.

Quòd fructus ecclesiæ in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.

QVia sunt pleriq;, quod non sinè lachrymis dicimus & singultu, qui omnipotẽtis indignationem & iram in die iræ ad perpetuam damnationem sibi cumulantes, non solùm filijs & nepotibus, verùm etiàm concubinis suis turpiter inuasant patrimonium Iesu Christi, ad quorum vsus, quod dicto seruitio * reputatur, in feudo laicali de bonis ecclesiæ domos construunt, in quibus ecclesiasticos prouentus & bona ecclesiæ, vsibus pauperum deputata, congregare præsumunt: salubri prouisione decernimus, nè clerici beneficiati fructus ecclesiæ in laico * feudo reponant, & vt meliùs abstineant à præmissis, decæterò domos aut pensiones laicales ad opus concubinarum vel filiorum suorum non emant, nec etiàm domos ad opus earum construant in fundo laicali: sed nec etiàm pecuniam ministrent ad huiusmodi emenda ad opus earum, vt sic eis subtrahatur occasio malignandi. Si quis autem super hoc habeatur suspectus iusta ratione, nisi ad arbitrium superionis se purgauerit, ipsius arbitrio puniatur. Item vt meliùs gerantur omnia, si exterior administratio clausralium respõderit ritè quieti, statuimus vt tam obedientiales rerũ monasterij, quàm prelati maiores, quatenùs vel bis ad minùs in anno coram superioribus iuxta monasterij consuetudinem reddant de receptis & expẽsis rationem. Ad hoc eñ prelatos illos ex ista constitutione volumus obligari, qui possessiones habent à monachis vel canonicis separatas.

Quòd religiosi possessionati, quolibet anno admoneantur, vt reddant computum.

AD hæc, quoniam sexum muliebrem contra versutiam hostis antiqui minùs fortem, multiplici remedio necessè est communiri: decernimus vt moniales & cæteræ mulieres diuino cultui dedicatæ, velũ vel peplum sericum non habeãt, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare: nec ipsæ vel monachi vel canonici regulares zonas sericas auri vel argẽti ornamenta habentes, nec decæterò * burneta vel aliquo panno irregulari vtantur. Metiantur etiàm iuxta * diminutionem corporum, vestem suam, ità quòd longitudinem corporum non excedat, sed pede decenter superducto, sufficiat eis, cùm Ioseph indutus legatur veste talari. Et sola monialis consecrata deferat anulum, & vno solo sit contenta. Si qua autem contra hanc nostram prohibitionẽ venire præsumpserit, & commonita se non correxerit, regulari subiaceat disciplinæ.

Quòd religiosi nil recipiant pro ingressu alicuius inter eos, nisi pro vestitura duntaxàt.

PRætereà statuimus, præsenti concilio approbante, vt decæterò pro receptione alicuius in domum religionis, pecuniam aut quicquid aliud extorquere non præsumãt: adeò vt si præ paupertate domùs, debeat vestire seipsum, prætextu vestium vltra iustum precium earum, ab eo nihil penitùs recipiatur.

Quandò & qualiter ecclesiæ possunt dimitti ad firmam.

NVnc ergò videamus Euangelicæ legis sectatores: cùm non nisi in vinea laboranti, retributionis denarius sit porrigendus, nec nisi qui altari deseruit, de altari viuere debeat: statuimus, vt ecclesiæ certis personis deputatæ, nulli dentur ad firmam, nisi fortè iusta causa fuerit, & à suo episcopo approbata, & vt ità de eius consensu alicui personæ honestæ & ordinatæ detur ad firmam, de quo verisimiliter præsumi debeat, quòd fructus ecclesiæ in bonos vsus conuertat. Matt. 20. 1. Cor. 9.

Quòd nulli aliquid in ecclesia ratione beneficij assignetur.

ITem vt versutijs & calliditatibus aliquorum obuiemus, qui in fraudem generalis constitutionis, nouas quasdam adinuentiones fingere moliuntur: statuimus, vt non liceat alicui aliquem assignare in Ecclesia quicquam nomine beneficij, * quia hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa. for. * quasi

Pœna aduocatorum qui matrimonium protrahunt malitiosè.

QVoniam per aduocatos multotiès legitima matrimonia protrahuntur, statuimus vt sententia lata pro matrimonio, aduocatus qui contra id fecerit, hoc ipso per annum aduocatione priuatus existat, nisi iudex eum in ipsa sentẽtia propter errorem vel probabilem ignorantiam expresse habeat excusatum.

De ordinatione religiosorum, & qui possunt recipi in monachos.

QVia nonnunquàm serpens antiquus, qui iugiter sedet in insidijs, vt interficiat innocentes & sanctos viros, qũ eos inuenit solitarios & absq; conuersatione vel consolatione mutua conuersantes, tanto facilius interdùm eos suis insultibus obruit & confundit, prouida deliberatione decernim⁹, vt tam monachi quàm canonici regulares, & moniales, in vno dormitorio pariter dormiãt & quiescãt, singulis psonis singulis lectis assignatis. Et in vno refectorio simul edant, nec per se cuilibet, sed com-

communiter omnibus victualia præparentur: nec singulis eorum denarij pro vestibus tribuantur: sed talia per certas personas ad hæc deputatas, putà camerarios vel camerarias, diligenter expediantur: qui, vt quilibet indiguerit, & facultas domûs sustinuerit, eis induméta ministrét. Et cùm eis noua tradita sunt, vetera ab eis recipiantur, q̃ in vsus pauperum vel alias necessitates, de cõsilio Abbatis vel Prioriſſæ vel Abbatiſſæ vel Prioris, conuertantur. Camerario autem vel cameriariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin camerarius ab officio deponatur, & monachus seu canonicus vel monialis anno illo nouis careat indumentis. Monachus non recipiatur minor XVIII. annis, nisì euidés vtilitas seu necessitas aliud inducat.

De familiaribus monialium, & de silentio religiosorum, & de licentia exeundi.

INhibemus etiàm, nè moniales infra sepța domorum suarũ, præter necessarios seruientes, nec ad cohabitandum mulieres seculares recipiant, nisì episcopi diœcesani accedat assensus. Ité tam à monachis, quàm canonicis regularibus & monialibus silentium imponimus obseruari in temporibus & locis constitutis. Nec viris aut mulieribus religiosis absque superioris licentia egredi liceat sepța domûs, nec sinè certa & honesta causa egrediẽdi eis licentia concedatur: ità tamen, quòd nulli clauſtralium causa orationis aut visitandi parentes pareat aditus exeundi: nisì talis fortè fuerit, de quo nihil siniſtrum possit quis aut debeat meritò suspicari, qui semper habeat collegam: & quotiès aliter licentia exeundi indulgeatur, certus dies eidem præfigatur, in quo redeat. Hoc quoq; volumus obseruari, vt vbicunq; propter exceſſum alicuius viderit episcopus vel Abbas vel Prior cõuentualis non habẽs abbatem, expedire vt quis ad tempus alibì moretur, ad aliam domum religionis eiusdem in eodem episcopatu transferatur: vel si neceſsè fuerit, etiàm ad alium episcopatum dirigatur, & per diœceſanum cõpellatur admitti, qui ibì in omnibus regulari subiaceat disciplinæ: ità vt si ex mora ipsius eccleſia in qua moratur, grauata videatur, vice versa mittat aliquẽ de suis, qui interìm moram faciet in monaſterio delinquentis: nec priùs rediens ipse qui deliquit, in domo sua recipiatur, quàm plenè pœnituerit de commiſſo, & per suum superiorem reuocetur.

Nè monachi vel moniales per se comedant.

OMnem singularitatem interdicimus in refectorio, vt cibus aliter vni quàm alteri præparetur. Sed qui præeſt, videat vt scilicet interdùm talia præparentur, de quibus aliorũ debilitas vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat releuari. Omnia etiàm victualia religiosis apponenda, sinè subtractione eis apponantur tam in conuentu quàm alibì, vbi reficiuntur de omnibus appositis. Totum reſiduum sinè diminutione aliqua cedat in eleemoſynam indigẽtibus fideliter erogandam, ità quòd nec Abbas, nec Prior, nec eleemoſynarius hoc possit dispensare. Et quicunq; istud statutum de indiminutis adinuicèm implere vel obseruare noluerint, si sacerdos fuerit, à celebratione diuinorum: si minoris ordinis, à communione corporis Christi: si monialis sit, vsque ad plenam satisfactionẽ suspendatur. Item prohibemus, nè moniales aliquæ singulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non solent communiter carnes comedere.

Quòd moniales simul in monaſterio habitent, & de confeſſione earum.

AD hæc per nullã societatem vel cõfiderationem admittantur monachi in alterius monaſterio ad moram faciendã, nisì cum literis Episcopi sui vel abbatis vel Prioris conuentualis non habentis Abbatem: idem inter canonicos regulares & moniales volumus obseruari.

Prouideant etiàm episcopi, quòd moniales in omnibus necessarijs competenter sustentari possint de bonis monaſterij, nè sustineant vltra numerum aliquam admitti: nec etiàm suscipiatur aliqua, quousq; redactæ fuerint ad numerum illum. Etiàm hoc firmiter statuimus authoritate concilij generalis. Si autem contigerit aliquam decæterò contra hanc formam admitti, tam Abbatiſſa quàm prioriſſa deponatur.

Idem de magiſtris & Prioribus moniales custodientibus, si contra hanc formã contingat aliquam admitti, duximus statuendum. Confiteantur etiàm moniales sacerdotibus ab episcopo sibi deputatis. Clerici autem vel laici frequentem non habeant acceſſum ad clauſtra monialium sinè causa rationabili.

Quòd religiosi non condant testamenta, nec liceat monachos monaſteria habere ad firmam.

QVoniam non licet viris religiosis aliquid propriũ possidere, qui se & sua pariter in ipso religionis ingreſſu Domino dedicârũt, præsenti authoritate diffinimus, vt nulla persona in regulari ordine constituta, condere testamentum præsumat, cùm nihil habeat suum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum.

Item nec monachus, nec canonicus eccleſiam vel monaſterium, vel quodlibet prædium Eccleſiæ suæ, audeat retinere ad firmam. Diſtrictè etiàm inhibemus, nè alicui monacho vel canonico regulari, qui non sit obedientialis, custodia monaſterij committatur, ità quòd ex longa ipsius mora vel conuersatione scandalum oriatur: quod si præsumptum fuerit, per superiorem emendetur.

Item viri religiosi non recipiant eccleſiam ad firmam, in qua sibi quid iuris vendicant, saltem poſt mortem personæ. Quod si fecerint, arbitrio superioris puniantur.

Quòd religiosi non bibant vltra horas debitas.

QVoniam inter alia vitia impetus gulę viros religiosos præcipuè non mediocriter infeſtat, decernimus vt nec monachi, nec canonici regulares, nisì statutis locis & horis potationi aut comeſsationi vacare præsumant. Si quis verò sitiuerit, impetrata licentia, refectorium regulariter intret, vt sic neceſsitati subueniat, non vt conſulat voluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obsequio prælatorum.

Quòd monachi & regulares in monaſterio habeant seniores. & de sententijs publicandis.

AD hæc statuimus, vt cùm ratione debilitatis vel alia iusta ratione, monachi seorsùm in misericordia morẽtur, semper habeant secum ad minùs alios seniores, qui aliorum leuitatem debita correctione compescant, & qui poſtmodùm in capitulo testificentur, qualiter in misericordia fuerint conuersati. Idem volumus inter canonicos regulares & moniales obseruari. Vt autem omnia fine bono concludantur, Lateranense concilium sub sanctæ recordationis papa Innocentio celebratum, in præstatione decimarum & alijs capitulis præcipim⁹ obseruari, & in synodis episcopalibus constitutiones illius concilij vnà cum istis, prout eis videbitur expedire, voluimus obseruari.

Excommunicationes etiàm in hoc concilio promulgatæ, singulis annis in episcopalibus synodis, & quater in anno in parochialibus eccleſijs solenniter iterentur.

Expliciunt constitutiones in Concilio Oxonienſi editæ per Stephanum Archiepiſcopum.

AD LECTOREM MONITIO.

CONſtantia apud authores multiplex inuenitur: triplicis verò in hoc opere fit mentio: primæ metropolis Cypri: alterius in Gallia: tertiæ in Germania, cuius Epiſcopus eſt Moguntini archiepiſcopi ſuffraganeus. In hac poſtrema celebrata eſt hæc Synodus, in qua præter alia multa illic geſta, damnatus eſt Iohannes Huſſus & flammis traditus, quem hæretici pro martyre colunt; neque id mirum, cum ſuperioribus ſeculis hæretici Caiani Cain coluerint, & Iudam proditorem diuinum aliquid eſſe putârint, Chore quoquè, Dathan & Abiron & Sodomitas colendos exiſtimârint: ſed tales in diuorum numerum non recipit Eccleſia Dei, immò potiùs cum ſcriptura diuina eos deteſtatur. Illud præterea notandum, ea quæ huic Synodo hac vice diuerſis characteribus, quos currentes ſeu Italicos vocant, inſeruntur, eſſe Appendicis eius, quæ ſeorsim nuper anno 1538. huius concilij actis adiecta fuit, ex libro quodam facultatis Theologicæ ſtudij Colonien, quaſi pro ſupplemento præſentis concilij tranſumpta, & in ſtudioſorum commodiorem vſum, ſuis nunc locis inſerta.

IN CONSTANTIENSE CONCILIVM PRAEFATIO SYNODI BASILEENSIS.

SACROSANCTA generalis Synodus Baſileenſis in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad perpetuam rei memoriam. *Quoniam facilè labitur humana memoria, & procliuis eſt hominũ curſus ad nouitates: ad regimen Dominici gregis feliciter & votiuè dirigendum, maximè pertinere dinoſcitur, vt vniuerſalium geſta Conciliorum, ſub fidelis approbationis teſtimonij ad poſteritatis memoriam pandantur, & in communi notitia teneantur. Nanq; cùm ſæpè caſus eueniant, quorum ſimiles conſtat apud antiquos fuiſſe deci-*

se decisos, vtile quidem est scire, quale fuerit eorum qui nos præcesserunt, de simili re iudicium. Et cùm plerunq; in rebus dubijs ad vtranq; partem rationes plurimæ adducantur, ad tollendas lites & contentiones opportuna cernitur veterum authoritas, & quæ ab antiquo facta legitur sanctorum diffinitio patrum. Sic enim
Deut.32. *scriptum est: Interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrũ memoriam. Et iterùm: Interroga patrem tuum, & dicet tibi: maiores tuos, & annunciabunt tibi. In Concilijs præterea à generalibus errores aduersùs sanctã fidem pro tempore insurgentes, reprobantur: determinantur quæstiones ad Catholicam fidem pertinentes: quæ deniq; & qualiter intelligenda sint diuina mãdata, declarant: & quod illis propriũ est, per ea sacri canones eduntur, qui constringentes hominum vitas, sciri ab omnibus debẽt, vt præscripto eorum manifestiùs cognito, vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Hæc autem aliaque plurima attendentes, rem vtilem & admodùm fructuosam esse cognoscimus, magnæ Constantiensis Synodi, quæ ad extirpationem schismatis, eliminationem hæresum & errorum, ac reformationem Ecclesiæ in capite & in membris, fuisse dinoscitur congregata, gesta in vnum, de quo nemo ambigere habeat, ad perpetuam rei memoriã, librum redigi. Nanque cùm plurima ibidem maxima negocia & digna memoratu, peracta fuerint, quis non illa collaudet ad posteritatis notitiam recondi perpetuã? Quis non operæprecium duxerit, sciri ab omnibus Christifidelibus, quomodò sancta Constantiensi Synodo operante, Ecclesia catholica, quæ per XL. ferè annos horrendo schismate diuisa fuerat, ad perfectam vnitatem pacis redijt, felicis recordationis Martino papa V. ad summi apicem apostolatûs assumpto? Quis determinationes ac decreta illius Synodi pro declaratione authoritatis vniuersalis Ecclesiæ & generalium conciliorum eandem repræsentantium, pro extirpatione prædicti schismatis, pro eliminatione hæresum & errorum, ac pro reformatione Ecclesiæ in capite & in membris edita, non libenter audire & agnoscere velit? Nempe nos magnam atq; euidentem vtilitatem ex cognitione gestorum illius sanctæ Synodi resultare prospicientes, ac volentes saluti publicæ & communibus consulere commodis, decreta ibidèm facta, ex actis eiusdem concilij extrahi, & colligi, ac fideliter conscribi, bulla quoquè seu plumbo huius sacri concilij Basileensis communiri, adhibitis singulis ad id necessarijs, voluimus & mandauimus. Ad cuius operis consummationem, dilectissimos Ludouicum TT. sanctæ Susannæ, & Ioannem TT. sancti Calixti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteros Cardinales, venerabiles Guillermum Vercellensem, & Thomam Duncheldensem episcopos, necnon dilectos ecclesiæ filios Thomam de Courcellis, & Martinum Bonifilij in the-*Zegobien *ologia magistros, & Ioannem de Vuathenstein, archidiaconũ *Zagabiensem, decretorũ doctorẽ, ordinauimus & deputauimus. Ipsi autẽ commissioni nostræ multo tempore diligenti cura vacantes, iuxta nostrum mandatum extraxerunt, & collegerunt, ac fideliter conscribi fecerunt decreta & gesta nonnulla præfati sacri concilij Constantiensis, in vnum redigentes volumen, quorum tenores sequuntur, & sunt tales:*

ACTA

ACTA SACRI GENERALIS CONSTANTIENSIS CONCILII

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Hic liber continet ordinationes, statuta, constitutiones, decreta, & alia acta & gesta in generali Constantiensi concilio, præsidente sanctissimo in Christo patre & domino nostro, domino Ioanne diuina prouidẽtia papa xxiij. recollecta, visa, & ordinata per nos protonotarios, notarios, & scribas infrà scriptos, ad id per eundẽ dominum nostrum Papam, ipso approbãte concilio, deputatos, sub annis Domini, indictione, põtificatu, mensibus & diebus inferiùs annotatis.

¶ Introitus papæ Ioannis xxiij. ad Constantiam.

iiij IN nomine domini nostri Iesu Christi, anno à natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo decimoquarto, indictione septima, die Lunæ V. mensis Nouembris, pontificatûs sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Ioannis diuina prouidentia papæ vicesimitertij anno quinto, præfatus sanctissimus dominus noster Papa, *qui alibi continuando Pisanum generale concilium, *statuit ipsum concilium iterùm conuocandum ad hãc ciuitatem Constantien, quam ciuitatem die Dominica xxviij. mensis Octobris proximè decursi, solenniter & honorificè intrauit, & ità *conuocauit ad primum diem huius mensis, vt patet per literas Apostolicas, de quibus infrà in sessiõe diei sextædecimæ huius mensis fit mentio. Sed propter celebritatem festi Omniũ sanctorum, & commemorationẽm defunctorum, ad diem sabbati tertiã, & deindè ipsam tertiam ex certis causis distulit ad hanc diẽ. In ipsa tamen die Omnium Sanctorum, dum idem dominus noster Missarum solennia celebraret, inter ipsa solennia facto sermone ad clerum per egregium doctorem Decretorum dominum Ioannem *Volim, per reuerendissimum in Christo patrem dominum Franciscum, sanctorum Cosmæ & Damiani diaconũ cardinalem, lecta fuit schedula huius tenoris, videlicet:

*Volim *statuerat *conuocauerat *Polin *Polim

Ad laudẽ omnipotentis Dei, & incremẽtum statûs, tranquillitatis & pacis vniuersalis Ecclesiæ sanctæ Dei. Cùm sanctissimus dñs noster, dñs Ioannes diuina prouidẽtia papa xxiij. paterna pietate respiciẽs in ciuitate Laudensi V. Idus Decẽbris, põtificatûs sui anno V. continuando sacrum Pisanum & generale conciliũ super reformatiõe statûs eiusdem Ecclesiæ, de venerabilium fratrum suorũ sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinaliũ cõsilio, indixerit iterùm generale concilium huiusmodi celebrandũ in hac ciuitate Cõstantiensi, puinciæ Moguntinẽsis, in proximis calendis Nouẽbris inchoandũ, ipsum Pisanũ conciliũ rursùm cõtinuaturus: intimat de eorũdẽ fratrũ cõsilio, q *intrabit dictũ futurũ Cõstantien conciliũ, deo fauẽte, die sabbati de manè proximè futura, in hac ecclesia Constantiensi *cum Missarum, sermonis, ac processionũ celebratione in talibus consuetorum. Datum Constantiæ* calend. Nouembris, põtificatûs eiusdem dñi nostri anno V. *initiabit

¶ Inchoatio sacri concilij Cõstantiensis.

ITem dominꝰ noster Papa, ipsa die quinta pro felici inchoatiõe dicti cõcilij põmissa solenni processione, adstãte cũ mitris & habitibus pontificalibus tam reuerẽdissimorum dñorum cardinalium q̃ archiepõrum, epõrum, electorũ abbatũ, & aliorũ prælatorum cœtu copioso, Missam de sancto spiritu in ecclesia Cõstantiẽsi soleniter celebrauit: & p religiosum virũ fratrẽ Ioannem de Vercellis, sacræ theologiæ magistrũ, Priorẽ prioratûs de *Pamõte Bellicensis diœcesis, procuratorẽ ordinis Cluniacẽsis, pronũciatus est sermo ad clerũ, pertinẽs ad materiã & propositum, & reuerẽdissimus pater dñs Franciscus sanctorũ Cosmæ & Damiani diaconꝰ cardinalis p̃dictus, ex pulpito ligneo quo adsscẽdit, hæc verba alta & intelligibili voce p̃tulit, s. Sãctissimus dñs noster papa, sacro approbãte cõcilio, statuit sessionẽ tenendã die Veneris xvj. huius mẽsis, de & super q̃bus oñibus & singulis magister Ioannes de Scribanis, p̃curator *fiscalis, alta & intelligibili voce p̃ protonotarios dñi nostri Papæ, & clericos & notarios cameræ Apostolicæ, petijt fieri publicum & publica *instrumenta ad perpetuam rei memoriam. *Yumonte *Immonte *fisci for. *instrumentum, &

SESSIO PRIMA.

DIe Veneris xvj. mensis *Nouembris, anno, indictione & põtificatu quibꝰ suprà, sacra & vniuersali synodo in ecclesia Constantiensi, p̃sidente p̃fato dño papa, solenniter cõgregata, celebrataq̃; Missa de Spiritu sancto per reuerẽdissimum in Christo patrem dominum Iordanum episcopum Albanen- *decembris

sem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem, de Vrsinis vulgariter nuncupatũ, cantatisq; litanijs, & alijs deuotis orationib⁹ *prępor-rectis ad Deum, idem dñs noster papa inchoans, Veritatem diligite, Zacharię 8. cap. Et adducens authoritates Noui & Veteris Testamenti, allocutus est synodum, exhortans omnes ad meditandum & solerter insistendũ super ordinandis his, quę ad Ecclesiæ pacem & statum pertinent. Quo sermone perlecto, reuerẽdissimus in Christo pater dominus Franciscus sanctorum Cosmæ & Damiani diaconus cardinalis, Florẽtinus vulgariter nũcupatus, stans in thalamo eminenti, vbi dictus dominus noster sedebat, alta & intelligibili voce legit schedulam sequentem, videlicet:

*piè porrectis Zacha. 8. d

Hæc alibi desiderant.

IOannes epus seruus seruorũ Dei, ad futuram rei memoriam: Intendentes ad executionem eorum, quæ per felicis recordationis Alexandrum papam quintũ prædecessorem nostrum, in Pisano cõcilio decreta fuerunt circa conuocationem concilij generalis iterùm faciendam, dum aliàs præsens concilium conuocauimus per literas nostras, quarum tenorem hîc duximus inserendum.

BVLLA CONVOCATIONIS CONCILII.

IOannes episcopus seruus seruorũ DEI, ad futuram rei memoriam. Ad pacem & exaltationẽ Ecclesię, & tranquillitatẽ Christiani populi, prompto corde & efficaci desiderio intendentes, ea libenter ordinamus & quærimus, per quæ huiusmodi pax & exaltatio tranquillitatis meritò valeat promereri. Dudùm siquidem felicis recordationis

*pdecessor

Alexander papa V. *antecessor noster, in sacro generali Pisano concilio tunc præsidẽs, ex quibusdam magnis & arduis causis eundem mouentibus, ipso approbante concilio, inter cætera decreuit, iterùm generale concilium ex tunc ad terminum per se vel successorẽ suum, in loco de quo sibi vel eidem successori videretur, fore solenniter conuocandum. Idemq; prædecessor ea quæ circa reformationem Ecclesiæ expedienda restabant, pro tunc suspendit, ipsumq; concilium vsq; ad tẽpus triennij præfatum, cõtinuandũ statuit & prorogauit. Postmodùm verò ipso Alexandro prædecessore nostro (sicut Deo placuit) vita functo, nobisq; diuina fauente clementia ad apicem summi Apostolatûs assumptis, dum tẽpus triennij eiusdem iam *aduenerat, & nos per vestigia eiusdem prædecessoris incedere, & ordinationem prefatam, ab eo in concilio, (vt prefertur) factam, puro corde & recta voluntate adimplere properaremus, quibusdam rationibus tũc expressis, animũ nostrum mouentibus, cõcilium huiusmodi in Romana vrbe (quæ paulò antè de manibus hostium recuperata, præsentiam nostrã pro *ipsius

*aduẽtaret

*eius

cõseruatione plurimùm flagitabat) debito tẽpore cõuocauimus. Verùm quia veniente postea tempore cõstituto, prælati & cæteri qui huiusmodi concilio interesse debebãt, nequaquàm in tanto numero conuenerũt, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo requirere videbatur: nos post alias prorogationes per nos factas tandèm concilium ipsum ad mensem *Decembris nunc præsentem, solenniter prorogauimus ac celebrandum statuimus. Locum autem infra certum tempus reliquimus declarãdum, vt interim super eo maturiùs consuleremus. Post hæc verò, infra dictum tempus nondùm elapsum, per literas charissimi in Christo filij nostri Sigismundi, electi in regẽ Romanorũ, & Hungariæ regis illustris, instantissimè requisiti, vt non properarem⁹ in declaratione huiusmodi loci pro concilio faciendo, sed tam in declaratione loci prædicti, quàm etiàm in tempore dicti concilij celebrandi supersedere vellemus, donèc ipse nuncios suos super hoc instructos, ad nostram præsentiam destinaret: Nos votis eiusdem regis, quæ ex zelo deuotionis & puritate fidei emanare conspiciebamus, annuentes, aduẽtum præfatorum nunciorum de venerabilium fratrum nostrorũ sanctę Romanæ Ecclesiæ cardinalium & prelatorum, qui Romæ in generali consistorio ad hoc vocati fuerunt, voluntate, consilio & assensu duximus expectãdum. Deindè cùm post Romanæ vrbis miserabilem casum ad nos tunc apud Florentiam existẽtes eiusdem regis nuncij accessissent, & ex parte eiusdem regis multa nobis circa materiam suggessissent, eorum auditis relatibus, pro pleniori expeditione dilectos filios nostros Antonium TT. sanctę Cæciliæ presbyterum, & Franciscum TT. sanctorum Cosmæ & Damiani diaconum, sanctæ Romanæ Ecclesię cardinales, cum plena potestate super huiusmodi electione loci & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filium nostrum nobilem virum Manuẽlem *Chissolareñ, militem Constantinopolitanum, ad

*Chrysoloram

præsentiam eiusdem regis transmisimus: qui ad eum venientes, tandèm de ipsius regis consilio & assensu ciuitatem Constantien prouinciæ Moguntinen, pro loco huiusmodi concilij celebrandi, cõcorditer elegerunt, ac tempus ad initiandum huiusmodi concilium, sta tuerunt diem primum mẽsis Nouẽbris proximè venturi. Deindè verò nos, qui pro quibusdã arduis & magnis negocijs cum eodem rege iuxta nostrũ & ipsius desiderium personaliter conuenientes, certificati ab eo de habilitate, capacitate & securitate ciuitatis Constantiæ antedictæ, quam securitatem ipse rex se præstiturum, & in ipso concilio personaliter affuturum pollicetur, volentes & ab intimis cupientes, vt præfata celebratio concilij salubriter impleatur,

pleatur, & optatum consequaẽ effectũ, huiusmodi electiõem loci & temporis (vt præfertur) factã, authoritate Apostolica tenore præsentium de eorundem fratrum nostrorum consilio & assensu ratificamus, approbamus, & confirmamus, ac ei Apostolici roboris adijcimus firmitatem, præfatumque cõcilium in ciuitate prædicta Constantien, die prima mensis Nouembris proximè venturi, initiandum, & authore Domino exindè celebrãdum, eadem authoritate & consensu harum serie statuimus, pronunciam⁹, & decernimus, venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepos, epos, & dilectos filios electos abbates & ceteros ecclesiarum & monasteriorum prælatos requirentes, hortantes & monentes. ac in virtute prestiti iuramenti & sanctæ obedientię eisdem mandantes, quatenùs personaliter: necnon charissimos in Christo reges & nobiles viros, duces, principes, marchiones, & alios q huiusmodi concilio interesse debẽt, vel qui pdesse possunt quoquo modo, p viscera charitatis Domini nostri Iesu Christi inuitãtes & exhortantes, quatenùs pro pace Ecclesiæ & oĩm Christianorũ, etiàm psonaliter, vel si psonaliter nó possint, p solẽnes oratores cõgruo tẽpore concilio dicto debeãt interesse: vt sic cógregata fidelium multitudine copiosa, ea quæ in eodem concilio agenda incumbunt, Deo authore & adiutore salubriter ordinentur. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ ratificationis, approbationis, confirmationis, pronunciationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem oĩpotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datũ Laudę, V. Idus Decemb. poutificatûs nostri anno quarto.

*Quæ lectione per prefatum magistrum *Iob cõpleta, idem dominus Franciscus cardinalis surgõs & stãs, *supra schedulam ipsam primam resumẽs, legit eius residuum, cuius residui tenor talis est:*

*Ioannem

*supradictam

Et subindè cùm venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanę Ecclesiæ cardinalibus, & nostra curia ad hanc ciuitatem Constantien vénimus tẽpore constituto: & nũc per Dei gratiam hic existẽtes, cum huius sacræ synodi consilio intendimus insistere ad pacem, exaltationem & reformationem Ecclesię, & tranquillitatem populi Christiani: & quia in hac re tam ardua non est proprijs viribus aliquid præsumendum, sed Dei adiutorio confidendum, ideò à cultu diuino inchoantes. hoc sacro approbante concilio ordinauimus, ꝙ hac ipsa die specialis Missa ad hoc constituta diceretur, sicutì per Dei gratiã nunc celebrata est, quam Missam etiàm statuimus & in hac & singulis alijs ecclesijs collegiatis secularib⁹ & regularib⁹ huius ciuitatis semèl in hebdomada, videlicet feria quinta, hoc sacro concilio durãte, collegialiter celebrari. Et vt eo feruentiùs huic sacræ celebratiõi fideles insistant, quo ampliori gratiæ munere senserint se refectos, omnibus & singulis verè pœnitentibus & cõfessis, videlicet sacerdotibus dictas Missas celebrantibus, pro singulis Missis vnum annum, interessentib⁹ verò quadraginta dies de iniũctis *eis pœnitentijs, in Dño relaxamus. Ad cuius etiàm Missæ celebratiõem exhortamur venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, necnõ patriarchas, archiepos, epos, & dilectos filios electos abbates, cęterosq; in sacerdotio cõstitutos, vt & ipsi ad impetrandũ pdictũ diuinũ auxiliũ, cũ deuotiõe singulis septimanis pdictam Missam celebrẽt semèl: quibus celebrantibus, & celebrationi interessentibus, similes indulgentias elargimur. Exhortamur etiàm in Dño oẽs & singulos q Christi nomine gloriant, vt ad obtinendã optatã consummationẽ tantæ rei, diligẽter insistãt oratiõibus, ieiunijs, eleemosynis & alijs pijs operibus, vt Deus ex nostra & ipsorũ humiliatiõe placatus, digneẽ felicẽ exitũ huic sacrę congregationi cõcedere. Prætereà cõsiderantes, quòd pcipuũ agendũ in Cõcilio generali, secũdùm laudabiles *consuetudines antiquorũ conciliorũ, esse debet de his, q concernũt catholicã fidẽ: & attẽdentes ꝙ talia ꝓpter *summã arduitatẽ exigant diligentiã, tempus sufficiens & studiũ, exhortamur oẽs habẽtes peritiã sacrarum literarũ, vt diligenter secũ & cum alijs illa cogitent atque tracteut, q eis videbũtur ad hanc rẽ vtilia & opportuna, & q primùm cõmodè poterũt, illa ad nostrã & huius sacræ synodi notitiam perducant, vt tẽpore opportuno possint ea determinari, q videbunt tenenda vel repudianda pro vtilitate & incremento ipsius catholicæ fidei, & specialiter cogitẽt circa nõnullos errores, qui à certis tẽporib⁹ dicuntur in nõnullis partibus pullulãsse, & maximè circa illos qui ortũ dicunt habuisse à quodã Ioanne dicto Vuiclef. Insupèr etiàm exhortamur omnes catholicos hîc congregatos, & alios ad hac sacrã synodum venturos, vt velint cogitare diligenter & prosequi, & ad nos & ad eandem sacram synodũ perducere ea, per q possit Ecclesia & cõgregatio catholicorũ ad debitã reformatiõem & optatã tranquillitatẽ, Deo iuuante, perduci. *Nostrarũ nanque intentionis ac voluntatis est, vt oẽs hac de causa hîc congregati, cũ omnimoda libertate possint dicere, cõsulere & facere omnia & singula, quę ad præmissa putauerint pertinere.

*obseruantias

*nostræ

Vt autem notus sit modus, qui in huius sacrę synodi processu seruãdus est, tam quo ad ea q dicenda & determinãda erũt, quàm etiàm quo ad cõsensum & gestum & *morem & compositionem, putamus in hoc recurrẽdum esse ad obseruãtias antiquorum

*morũ cõpositionem

patrum, quæ maximè colliguntur ex canone Toletani concilij, cuius tenorem duximus hîc inserendum.

Toleta. concil. II. ca. I.

5. q. 4. In loco

In loco benedictionis confidentes Domini sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari: nullis etiàm fabulis vanis vel risibus agi, & (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Si quis eñ (vt Apostolus ait) putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum enim suum iustitia perdit, quandò silentium iudicij obstrepentium turba confundit, dicente propheta: Erit cultus iustitiæ, silentium. Debet ergò quicquid aut consultationibus confidentium agitur, aut à causantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, vt nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec * iudicij vigorem * præ tumultu eneruent. Quicunque ergò in conuentu concilij hæc quæ præmissa sunt, violanda crediderit: & contra hæc interdicta, aut tumultu aut cõtumelijs vel risibus Cõciliũ conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium: cum omni dedecore de cõsessione abstractus, à communi cœtu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat. Et quoniam cõmuniter contingere potest, quòd aliqui ex confidentibus non erunt in sedilibus debitis collocati, eodem sacro approbante concilio decernimus, q̃ ex sessione huiusmodi nulli ecclesiæ vel p̃sonæ p̃iudicium generet.

Iaco. I. d

Esa. 32. d

*iudicum

*de

Prou. 22. b

¶ Deputãtur hîc ministri & officiales concilij.

Quia verò ad p̃secutionẽ hui⁹ Concilij requirũtur certi ministri & officiales, ideò hoc sacro approbante concilio deputamus infrà scriptos, videlicet, dilectos filios *Aragonũ de Malispinis, (loco cuius, quia promot⁹ fuit posteà ad ecclesiam Esinã, p natiõem Italicã fuit electus & appositus dñs Iacob⁹ Rhodini de Ianua) Paulum de *Iuuenaco, Hermannum de Dvuerck, Thomam *Poltẽ, & Ioanuem de *Trembleyo, notarios nostros, q. vidẽdi oẽs scripturas q̃ in eodẽ concilio fiẽt, curam habeant specialem, ità quòd concorditer & ordinatè fiãt, sicut decens est. Et omnibus ordinatis in præfato Concilio, se subscribãt. Nec nõ dilectos filios magistros Antonium de Iuschis, Angelum de Reate, Iob de Gestis, & Petrum de *Irilia, præfati concilij notarios & scribas, qui subalternent notarijs sapradictis. Dilectum filiũ nobilẽ virum Bertholdum de Vrsinis, comitẽ *Suauonẽ & palatinum, ipsius concilij custodẽ: dilectos filios magistros Ioannem Basiræ, literarum Apostolicarum *scriptorem, Iacobũ de *Cãpis, causarum palatij nostri auditorẽ, Angelum de * Stubliõibus, causarũ Apostolicæ cameræ auditorem, & Petrum Pauli de Iustinopoli canonicum Rauennatẽ, decretorũ doctores, scrutatores votorũ, quorum duo ex vna, alij verò ex altera p̃fati Concilij parte vota scrutentur: & cum ipsis duo ex eisdẽ notarijs, ac duo ex scribis supradictis in votorũ * scrutamine semper debeant interesse. Dilectos filios magistros Petrum de Anchorano vtriusq; iuris, Simonem de Perusio iuris ciuilis, Raphaẽlẽ de Fulgosijs vtriusque iuris, & Ardecinũ de Nouaria iuris ciuilis doctores, pręfati Concilij aduocatos: necnõ dilectos filios magistros Ioannem de Scribanis, & Héricum de Piro, dicti concilij procuratores & promotores: magistros *Gareteum de Pistorio, Ioannem Ponseti, Bartholomęum de *Paudo, & Michaëlem Bolosonis, ordinatores sedere debentium in concilio supradicto.

*Arrogonũ

*Iuuenatio

*Polcon

* Ternubio

*Trilhya

*Suauenẽ

*correctorẽ

*Camplo

*Stulliõib⁹

*Baltonib⁹

*seruatione

* Garẽtum

*Baroncum

*Pando

ARTICVLVS approbatiõis scripturarũ protonotariorum. per quatuor nationes deputatorum.

*Item constituit, deputat & ordinat dicta sancta synodus pro qualibet natione vnum protonotarium, videlicet pro natione Gallicana Ioannem de *Trambleyo, pro natione Italica Iacobum Rhodini de Ianua, pro natione Germanica Hermannum Duergh, pro natiõe Anglicana Thomã Polcon. Item notarios natiõum, videlicet pro natiõe Gallicana Michaëlem Blosonis & Ioannem Guiardi, pro natione Italica Bartholomæum de Guastis & Ioãnem Azel, pro natiõe Germanica Gũpertum Fabri & Giselerum Bouencen, & pro natiõe Anglicana Vuilhelmum Porcell. Quibus dat authoritatẽ & plenariã potestatem omnia & singula in præsenti sacro Constantiensi concilio dicta, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quęcunque gesta & facta, & omnia quæcũque in posterum dicenda, agenda, actitanda, promulgãda, publicanda, legenda, petenda, & quæcũque alia in & pro dicto sacro cõcilio, & ad dictum sacrum concilium quomodolibèt pertinentia, & faciẽda, & peragenda, in formã publicam redigendi & aliàs conscribendi. Approbatq; dicta sancta synodus omnia & singula per ipsos protonotarios & notarios in dicto sacro concilio & ad ipsum cõcilium quomodolibèt pertinẽte conscripta, & tam in publicam formã, quàm aliàs in scriptis & actis quomodocũquè redacta vsque nunc, sub quibuscũque verbis per dictum sacrum concilium fuerint statuta, decreta, ordinata, pronunciata, & quomodolibèt diffinita.*

Item eodem sacro approbante concilio decernimus, sequentem sessionem Deo fauente tenendam die lunæ decimaseptima mensis Decembris proximè futuri.

Lectis itaque schedula & bulla prædictis, præfatus dominus cardinalis alta & intelligibili voce interrogãs, sciscitatus est, vtrùm omia & singula in supradicta schedula contenta,

tenta, ipsi sacræ synodo placerent. Ad cuius interrogationem omnes & singuli prælati in ipsa synodo existentes, concorditer *nemine discrepante, responderunt, Placet. De & super qbus omnibus & singulis magister Ioannes de Scribanis, fieri petijt per protonotarios ad hoc per Concilium deputatos, de quib⁹ in pręmissa schedula fit mẽtio, publicum instrumentum & publica instrumẽta ad perpetuam rei memoriam.

*nulloque

Die prima mensis Martij, anno 1415. à natiuitate &c. in magna aula palatij inferioris Apostolici, II. hora post mediam noctẽ, domino nostro Ioanne papa 23. ibidèm existente & præsente, ac Romanorum rege Imperatore serenißimo, & quatuor congregatis nationibus inibi, fuit per dominum patriarcham Antiochenum nomine & ex parte totius cõcilij præsentata præfato domino nostro papæ quædam schedula: Sibiq; nomine dicti Cõcilij fuit humiliter supplicatum per eundem patriarcham, quatenùs dignaretur dictam schedulã benignè acceptare, & dictus domin⁹ noster papa, recepta schedula, & ea secretè lecta, dixit quòd fuit semper intentionis, dare pacem Ecclesiæ, & q̃ ad hoc venerat Cõstantiam. Et etiàm dixit, qualiter dicto Concilio, nõ vi nec metu cõpulsus, nõ coactus, sed liberaliter & spõtè obtulerat viã cessionis sui papatûs, & obtulit, & q̃ nũquàm fuit alterius intentionis. Demùm dictus domin⁹ noster dictã schedulã legit, cuius tenor talis est: Ego Ioãnes papa 23. &c. vt in bulla cõtinetur: Qua lecta, fuit regratiatum dicto Domino nostro papæ per serenißimũ principem regem Romanorum de bona & sancta oblatione, deindè cardinales ad idem fuerunt regratiati. Demùm dominus patriarcha ad idem, & etiàm vniuersitas Parisiensis ad idem. Quo facto, dominus noster voluit quòd in crastinum quę fuit secunda Martij, teneretur sessio, in qua publicarentur hæc solenniùs per eundem.

SESSIO II. QVANDO DOMINVS noster papa obtulit cessionem sui papatûs.

ANno à natiuirate Domini 1415. indictione 8. pontificatûs quo suprà, die verò Martis secunda mensis Martij, fuit celebrata sessio, in qua dominus noster celebrauit Missam in Ecclesia maiori de Spiritu sancto. Qua celebrata, fuerunt lectæ solennitates, quę consueuerunt fieri in sessionibus. Demùm dominus noster sedẽs in cathedra ante altare, conuersus ad Cõcilium ibidèm congregatum, legit schedulam tenoris sequentis per dominum Vitalem patriarcham Antiochenum nomine Concilij traditam, alta voce sic incipiendo:

Ego Ioannes papa 23. propter quietem totius populi Christiani profiteor, spõdeo, promitto, voueo & iuro Deo & Ecclesiæ & huic sacro Concilio, spontè & liberè dare pacem ipsi Ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis Papatûs, & eam facere & adimplere cum effectu iuxta deliberationem pręsen Concilij: si, & quandò Petrus de Luna, Benedictus 13, & Angelus de Corario, Gregorius 12, in suis obedientijs nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant, & etiàm in quocunque casu cessionis vel decessûs, aut alio in quo per meam cessionem poterit dari vnio Ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis. Et dum legebat illam clausulam in p̃scripta schedula, Spondeo, promitto, voueo, & iuro Deo, flexit genua versùs altare, ponẽdo manus ad pectus, & dixit hæc verba: Et ità promitto obseruare. Quo facto, Impator surgens de sua cathedra, regratiatus fuit eidem domino nostro nomine concilij & suo, flectendo genua, deponendo coronam, & osculando pedem eiusdem domini nostri. Et etiàm dominus patriarcha fuit regratiatus eidem nomine Concilij. Post hæc cantores inceperũt cantare, Te Deum laudamus &c. Et procurator Concilij Ioannes de Scribanis, petijt nomine Concilij confici publicum instrumentum à protonotarijs & notarijs ac scribis sedis Apostolicæ.

Et expòst de mandato domini nostri fuit super præmissa schedula oblationis, vna bulla confecta.

PRIMA SESSIO POST MISSAM Papæ, seu Tertia in ordine sessionum.

DIe *Lunæ vicesimaquinta mẽsis Martij supradicti fuit sessio generalis, in qua præsidebat dominus Petrus cardinalis Cameracẽsis, tituli sancti Chrysogoni presbyter cardinalis: qui dixit officium Missæ, in qua rex Romanorum in habitu Imperiali fuit cum suis nobilibus, prout decuit regem Romanum, cui regi assistebat dominus Franciscus cardinalis Florentinus, dîaconus cardinalis tituli sanctorum Cosmæ & Damiani. In qua quidem sessione cantata Missa de Domina nostra de Annunciatione, factum fuit officium litaniarum cum introitu, Exaudi nos Domine, quoniã benigna &c. & Collecta pro pace. *Martis 26.

Subsequenter dominus cardinalis Florentinus, iuxta deliberationem sanctæ synodi pronunciauit certos articulos siue constitutiões seruandos ad perpetuam rei memoriam, quorum tenores sequuntur:

Primitùs tamen oratione lecta, quæ fuit sumpta de libro pontificali. Tenores verò dictæ orationis et constitutionum lectarum, sequuntur, & sunt tales: Eccè sanctißimi sacerdotes, præmißis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomẽ obtestor, vt ea quæ à nobis de Deo & sacris ordinibus vel sanctis moribus nobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reuerentia perficere intendatis. Quòd si forsan aliquis vestrûm aliter quàm dicta fuerint, senserit, sinè aliquo scrupulo contentionis in vestrorum omnium copulatione & ipsa de quibus dubitauerit, conferenda reducat, qualiter Deo auxiliante aut doceri poßit, aut doceat. Deindè

dè vos obtestatione obsecro, vt nullus nostrûm in iudicando aut personam accipiat, aut quomodolibèt fauore vel munere pulsatus, à iusto iudicio scienter auertatur aut discedat: sed cum tota pietate quicquid cœtui nostro se iudicandum intulerit, pertractare curet, vt nec discordans contentio ad subuersionem iustitiæ inter nos locum inueniat, nec in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat.

Qua exhortatione facta, idem dominus cardinalis Florentinus, iuxta deliberationem Concilij & synodi prædictarum, pronunciauit constitutiones quæ sequuntur, videlicet has:

Ad honorem, laudē & gloriam sanctissimæ Trinitatis, patris & filij & Spiritussancti, pacemque in terris hominibus bonę voluntatis diuinitùs promissam, in Dei Ecclesia consequendam, hæc sancta synodus sacrum generale concilium Constantieñ nuncupata, pro reformatione & vnione dictæ Ecclesiæ in capite & in membris fienda, in Spiritusancto legitimè congregata, decernit, declarat, diffinit & ordinat, vt sequit.

Et primò, quòd ipsa synodus fuit & est ritè & iustè conuocata ad hunc locum ciuitatis Constantiensis, & similiter rectè & ritè & iustè initiata & celebrata.

Item quòd per recessum domini nostri papæ de hoc loco Constantiensi, vel etiàm per recessum aliorum prælatorum seu aliorum quorumcunque, non est dissolutum hoc sacrum Concilium, sed remanet in sua integritate & authoritate, etiàm si quæ ordinationes factæ essent in contrarium, vel in futurum fierent.

Item quòd istud sacrum Concilium non debet dissolui, neque dissoluitur vsque ad extirpatiōem præsentis schismatis, & quousquè Ecclesia sit reformata in fide & moribus, & capite & membris.

Item quòd ipsum sacrum concilium non trāsferatur ad alium locum, nisì ex causa rationabili, & de cōsilio huius concilij deliberanda & concludenda.

Item quòd prælati & alij qui debent interesse huic Concilio, non recedant de hoc loco ante finitum concilium, nisì ex causa rationabili, examinanda per deputatos seu deputandos ab hoc sacro Cōcilio. Qua causa examinata & approbata, possunt recedere cum licentia huius vel illorum, qui habet vel habent authoritatem: & tunc recedens teneatur dimittere potestatem suam alijs remanentibus, sub pœnis iuris & alijs per hoc sacrum Concilium indicendis, & in *contrarium facientes exequendis. Super his autem articulis lectis & approbatis per cardinales & concilium, magister Henricus de Piro, promotor & procurator concilij, nomine totius concilij & Imperatoris petijt instrumentum.

*contrafacientes

QVARTA SESSIO IN ORDINE.

Die sabbati tricesima & penultima mēsis Martij supradicti, fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali Cōstantiensi pdicta: & celebrauit Missam de Spiritusancto dominus patriarcha Antiochenus, in qua sessione fuit Romanorum rex in habitu & insignijs ad regem Romanorum spectantibus, & cardinalis Florentinus pronunciauit articulos & cōstitutiones sequentes:

**manè ante prādium, in qua fuerunt ducenti patres.*&c. Et fuit ibidèm peractum officiū de Spiritusancto, cuius officij Missam celebrauit dominus patriarcha Antiochenus. In qua sessione fuit Romanorum rex in habitu & cum insignijs ad regem Romanorum spectantibus. Necnon reuerend. patres domini Iordanus de Vrsinis, Angelus Laudensis, Antonius de *Salancho, Antonius Aquilegiensis, Amadeus Salutiarū, Ludouicus de Flisco, Guilielmus S. Marci, Alamannus Pisanus, Franciscus Florentinus cardinalis. Officio verò Missæ facto, legebantur litaniæ cum introitu, Exaudi nos domine. Quibus factis, statìm dominus cardinalis Florentinus legebat quasdam constitutiones seruandas per concilium, quarū tenores sunt inserti inferiùs. Quibus lectis & approbatis per generalem synodum* siue concilium, *Henricus de Piro, procurator & syndicus nationis Germanicæ, petijt sibi fieri nomine dictę nationis à nobis notarijs concilij, & eorū quolibet, ipsius concilij nomine, vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta: Sic similiter procuratores & syndici omnium nationum, regis Romanorum, vniuersitatum studiorum & ambasiatorū, præsentibus ibidèm illustribus principibus, Frederico burgrauio Nurenbergensi, Rodolpho duce Saxonię, comite Suartzburgensi, magistro curię regis Romanorū, comite Bertoldo de Vrsinis, ambasiatoribus regis Frācię, Anglię, Polonię, Noruegię, Cyprię, Nauarrę, necnon Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, marchione Montisferrati, alijsq; pluribus nobilibus & reuerendis patribus in multitudine copiosa, testibus &c.*

*Calancho

Tenor verò dictarum constitutionum, de quibus suprà fit mentio, sequitur & est talis:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & Spiritussancti, Amē. Hæc sancta synodus Constantiensis, generale concilium faciens, pro extirpatione præsentis schismatis, & vnione ac reformatione Ecclesiæ DEI in capite & in membris fienda, ad laudem omnipotentis DEI in Spiritusancto legitimè congregata, ad consequēdum faciliùs, securiùs, liberiùs & vberiùs vnionem & reformationem Ecclesiæ DEI, ordinat, *disponit, statuit, decernit & declarat vt sequitur.

*diffinit,

Et primò, quòd ipsa synodus in Spiritusancto congregata legitimè, generale concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem repræsentans, potestatem à Christo immediatè habet, cui quilibet cuiuscunque statûs vel dignitatis, etiàm si papalis existat,

Et in Basiliensis conc. sessione 2. & 16. & 18.

existat, obedire tenetur in his quæ pertinēt ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem Ecclesiæ Dei in capite & in membris.

Item quòd sanctissimus dominus noster papa Ioannes vigesimustertius, Romanam curiam & officia publica illius vel illorum officiarios, ab hac ciuitate Constantiensi ad alium locum non mutet aut transferat, seu personas dictorum officiariorum ad sequēdum eum, directè vel indirectè cogat, sinè deliberatione & cōsensu ipsius sanctæ synodi: & hoc, quo ad illos officiarios vel illa officia, per quorum absentiam concilium verisimiliter dissolueretur, vel læderetur. Et si contrarium fecisset, seu faceret in futurū, aut aliquos processus seu mandata contra dictos officiarios vel alios quoscunq; huic concilio adhærentes, etiàm censuras ecclesiasticas aut alias pœnas quascunque continentes, vt ipsum sequerentur, fulminâsset, fulminaret, seu fulminauerit, totum sit irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris & pœnis, tanquàm irritis & inanibus, quomodolibèt obediendum fore, & ea & eos irritat: quinimmò dicti officiarij in dicta ciuitate Constantiensi suis officijs vtantur, & illa exerceant liberè vt priùs, quandiù ipsa sacra synodus in eadem ciuitate celebrabitur.

Item quòd omnes & singulę translationes prælatorum, necnon priuationes eorūdem, aut aliorum beneficiorum quorumcunque, commendarum aut donationum reuocationes, monitiones, censurę ecclesiasticæ, processus siue acta & gesta, gerenda, agenda, & fienda per præfatum dominum nostrum, aut suos officiarios seu commissarios in læsionem concilij seu adhærentium eidem, à tempore sui recessûs, contra adhærentes huic sacro concilio, vel existentes in eodem, aut in ipsorum præiudiciū, seu alicuius eorundem quomodolibèt ipsis inuitis facta aut fienda, factæ vel facti, faciendæ vel faciendi, ipso iure sint nulla, cassa, irrita & inania, cassę, irritæ, & inanes, ac nullius roboris vel momenti, ex sua authoritate cassat, irritat & annullat.

Item fuit declaratum & cōclusum, quòd de qualibet natione eligantur tres, qui cognoscant de causis recedere volentium, & pœnis recedentiū sinè licentia, infligendis.

Item quòd pro bono vnionis non creentur noui cardinales. Et nè fraude vel dolo dicantur facti dudùm cardinales aliqui, declarat sacrum Concilium pro non cardinalibus haberi, qui non erant cardinales publicè reputati, & tenti in recessu eiusdē domini nostri papæ à ciuitate Constantiensi.

Quibus, lectis & approbatis per generalem synodum, Henricus de Piro promotor concilij, petijt fieri à notarijs concilij & eorum quolibet, ipsius cōcilij nomine instrumentum & instrumēta, præsentibꝰ ibidèm illustribus principibus, Friderico burgrauio Nurenbergensi, Rodulpho duce Saxoniæ, comite de Suuartzburg, magistro curiæ regis Romanorū, comite Bertholdo de Vrsinis, ambasiatoribus regis Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Noruegiæ, Cypri, necnon Ioāne de vicecomitibus de Mediolano, & alijs pluribus in multitudine copiosa.

Item placeat reuerendissimis paternitatibus, quòd qualibet natio habeat eligere duos deputatos, qui vel eorum duo habeāt cognoscere de causis recedere volentium, atque habeant potestatē residēdi præsidēti qui erit pro tempore, qui præsidens habebit authoritatem dandi licentiā secūdùm casûs exigētiam, procuratores dimittēdo, ac pœnas infligere recedētibus licentia non obtenta. Et quòd in præmissis habeat dictꝰ præsidēs potestatē authoritate præsentis concilij, iuxta relationem & certificationē dictorū deputatorum.*

*vestris

*Eadem die hora vesperarum vel circa, ad supplicationem regis Romanorū fuerunt omnes deputati omnium nationum, & quàm plures ambasiatores regum, principum, vniuersitatū studiorū congregati in ecclesia maiori Constātiensi. vbi serenissimus Romanorū rex prælibatus proposuit, qualiter aliâs dominus Riginaldus de Carneto archiepiscopus Rhemensis, portâsset literam creditiuam de domino Ioanne papa 23. qua recepta, idem dominus archiepiscopꝰ dixit sibi nomine papæ, qualiter ipse recessisset de ciuitate Constantiensi, quòd hoc erat propter aërē sibi inconuenientē, non propter aliquā impressionem, vim, vel metum aut timorē sibi illatam seu illatū, inferēdam seu inferendū per ipsum dominum regem neq; suos. Et aliâs prout dixit constare apud acta mei notarij. Modò autem idē papa haberet scribere dominis cardinalibus hîc existentibus contrarium, videlicet quòd propter timorem ipsius domini regis & aliorum dominorum suorū recessit: Et ad finem, quòd omnis homo scire possit, tunc verba proposita & dicta per dictum dominū archiepiscopum Rhemensem nomine dicti domini papæ, supplicauit ipse domino archiepiscopo, vt ipse surgeret & referret ambasiatā suam tunc ipsi regi nomine papæ factam. Qui dominus Riginaldus archiepiscopus leuauit se, & dixit quòd nupèr post recessum papæ de Cōstātia, ipse mittebatur per dominos ambasiatores regis Frāciæ *suorū collegarū, ad oppidum* Schafhusen. *In quo reperiebat papā in Vigilia Palmarum, referens & exponens papæ sibi iniuncta per suos collegas. Quo exposito, papa sibi dixit, quòd non deberet recedere quin loqueretur sibi, cùm vellet sibi aliqua cōmittere relatiua charissimo filio suo regi Romanorū, & alijs Constantiæ existētibus, & si in casu quo ipsemet nō cōmitteret sibi, tunc faceret sibi dici per dominū cardinalē de *Salācho, qui similiter ibidèm existebat. Ipseq; dominus Riginaldus archiepiscopus iuit ad certā cameram ibidèm pausando, & post eius dormitionē venit ad eū dominꝰ de Salācho, & iniūxit sibi certa quæ deberet referre domino regi & alijs certis Constantię existētibus, nomine papę dans sibi quatuor breuia. Quorū vnum domino regi, aliud cardinali-*

for. *suos collegas,

bus,tertiũ ambaſiatoribus regis Francię,& quartum ambaſiatoribus vniuerſitatis ſtudij Pariſien. Receptisq́ per eum huiuſmodi breuibus & informationibus à dicto domino cardinali de Salancho nomine papæ, receſſit de Schafhuſen *rediens ad Conſtantien. ciuitatem. Aſſcendẽsq́ palatium papale,reperit ibidẽm ſereniſſimum principem regẽ Romanorum ſæpè dictum cum dominis cardinalibus,cumq́ ambaſiatoribus regis Francorum, ambaſiatoribus ſtudij Pariſien. & aliis deputatis nationum,porrigens ibidẽm breuia ſibi commiſſa, & præſertim breue directum Romanorum regi. Quo viſo & lecto,ipſe de mandato domini papæ & eius iuſſu dixit,qualiter dominus noſter papa nõ receſſiſſet de Conſtantia ob aliquam impreſſionem,vim, metum,timorem ſiue aliamcauſam ſiue culpã,quã poſſet imponere domino regi, neq́ ſuis: ſed propter ſanitatem corporis,& offerret ſe impleturũ omnia, quæ promiſiſſet in cõcilio Conſtantienſi,& quòd diligeret dominum regem ſicut vnquàm, & libenter vellet ſecum cõuenire,ſe contingeret ipſum ire Nicã ad Petrũ de Luna,& ſecum conferre de modo vnionis & reformatione Eccleſiæ,& alia dixit, prout ſuperiùs in eius relatione continetur, in die lunæ poſt diem Palmarũ facta, & illa dixit tunc, quòd papa iniunxiſſet ſibi,non obſtãte q̃ acceperat ab ore cardinalis de Salancho,cùm vnum & idem reputaſſet papam & cardinalem de Salancho,quo ad huiuſmodi relationem: & ſi aliqui dicerent vel ſcriberent contrarium, non poſſet in contrariũ: & quòd ſatis admiratur de hoc. Cardinalis verò de Salancho,qui ibidẽm erat præſens,dixit quòd papa iniunxiſſet ſibi talia dare in mandatis,licèt dixit quòd deberet dicere,quòd non propter impreſſionẽ,vim,metũ aut timorem domini regis præcisè, ſed benè ob timorem aliquorum nobilium de curia ſua,de quibus habuiſſet papa timorem. Sed de perſona regis nõ diffidiſſet, quã diligit ſicut vnquàm. Super quibus ſereniſſimus dominus rex Romanorũ petijt ibidem per protonotarium ſedis Apoſtolicæ, concilij,nationũ,aliosq́ notarios & tabelliones ibidẽm exiſtentes,fieri vnum vel plura,publicum ſeu publica,inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Similiter ambaſiatores regis Francorum nomine archiepiſcopi Rhemẽſis,& magiſter Benedictus de vniuerſitate Pariſien.præſentibus ibidẽm ambaſiatoribus*

for. *Suedię *Sueciæ & Poloniæ regum, filio marchionis Montiſferrati, Ioanne de vicecomitibus de Mediolano, Rodulpho duce Saxoniæ,aliisq́ ambaſiatoribꝰ,prælatis & doctoribus in numero copioſo.*

QVINTA SESSIO.

DIE ſabbati ſexta menſis Aprilis, anno à natiuitate Domini 1415.indictione octaua, fuit ſeſſio generalis in Eccleſia cathedrali Conſtantienſi deputata,in qua fuit ſereniſſimus Romanorum rex præfatus in veſte Imperiali cum nobilibus ſuis miniſtrantibus ſibi in inſignijs. In qua ſeſſione inter alios cardinales ibidẽm exiſtentes, preſidebat Concilio dominus Iordanus epiſcopus Albanenſis, cardinalis de Vrſinis. Et cantabatur Miſſa de Domina noſtra per dominum Raynaldum archiepiſcopum

*Raueñ. fuerunt́q́ pronũciati articuli & cõſtitutiones ſequentes, per reuerendum dominum Andream

Rhemẽſem. Quæ cãta, iuxta ritum aliarum ſeſsionũ legebantur litaniæ cum introitu,Exaudi nos domine &c.et collecta pro pace vnionis,ac euangelio, & hymno, Veni creator ſpiritus &c. præſentibus ibidem dominis Angelo Laudenſi, Antonio Aquilegiẽſi, Guilielmo ſancti Marci, Antonio de* Salancho, *Almanno Piſano presbyteris, Amadeo Salutiarum,& Franciſco Florentino diaconis cardinalibus. Abſentibus verò Ioãne Ysuarien. Petro Cameracen. Franciſco Venetiarum, & Ludouico de Fliſco cardinalibꝰ,licèt in dicta ciuitate præſentibus,vt publicè ferebatur. Dictoq́ officio Miſſæ,litaniis cãtatis & dictis,ſurrexit de mãdato totius ſanctæ ſynodi reuerendus pater dominus Andreas electus Poznanien.& certa capitula per modum conſtitutionum ſynodalium, priùs per ſingulas quatuor nationes concluſa & deliberata, legit & publicauit: quorum tenores ſequuntur & ſunt tales:*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis,patris & filij & ſpiritũſanctí,Amen. Hęc ſancta ſynodus Conſtantiẽſis generale cõcilium faciens,pro extirpatione ipſius ſchiſmatis, & vnione & reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris,ad laudẽ omnipotentis Dei in ſpiritu ſancto legitimè congregata,ad cõſequendum faciliùs, ſecuriùs, liberiùs vnionem & reformationẽ Eccleſiæ Dei, ordinat,diffinit,decernit & declarat,vt ſequitur: Supr.ſeſſ.4.

Et primò declarat,quòd ipſa in ſpiritu ſancto legitimè congregata, concilium generale faciens,& Eccleſiam catholicam repręſentans,poteſtatẽ à Chriſto immediatè habet,cui quilibet,cuiuſcunque ſtatûs vel dignitatis,etiam ſi papalis exiſtat, obedire tenetur in his,quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti ſchiſmatis, & reformationẽ dictæ Eccleſiæ in capite & in membris. Supr.ſeſſ.4.

Item declarat,quòd quicunq; cuiuſcunq; conditionis,ſtatûs,dignitatis,etiàm ſi Papalis,qui mandatis,ſtatutis ſeu ordinationibꝰ aut præceptis huiꝰ ſacræ ſynodi, & cuiuſcũque alterius concilij generalis legitimè congregati,ſuper præmiſſis,ſeu ad ea pertinẽtibus,factis vel faciendis, obedire contumaciter cõtẽpſerit, nisì reſipuerit, condignę pœnitentiæ ſubijciatur, & debitè puniatur, etiàm ad alia iuris ſubſidia (ſi opùs fuerit) recurrendo.

Item diffinit & ordinat dicta ſancta ſynodus,quòd dominus Ioannes papa 23. Romanam curiam & officia publica illius, vel illorũ officiarios de hac ciuitate Conſtantienſi nõ mutet ad alium locũ ſeu transferat, ſeu perſonas dictorũ officiariorũ ad ſequẽdum eũ,directè vel indirectè cogat,ſinè deliberatione & cõſenſu ipſius ſanctę ſynodi. Et ſi contrarium feciſſet,aut faceret in futurum aut aliquos proceſſus ſeu mandata cõtra Supr.ſeſſ.4.

tra dictos officiarios aut alios quoſcunque huic ſacro cõcilio adhęrẽtes, etiàm cẽſuras eccleſiaſticas vel alias pœnas quaſcunq; cõtinentes,vt ipſum ſequãtur,fulminãſſet,fulminaret,ſeu fulminauerit,totum id ſit irritũ & inane,nec eiſdem proceſſibus,cenſuris & pœnis tanquàm irritis & inanibus,quomodolibèt obediendum fore: quinimmò dicti officiarij in dicta ciuitate Conſtãtienſi ſuis officijs vtantur, & illa exerceant liberè vt priùs, quandiù ipſa ſancta ſynodus in eadẽ ciuitate celebrabitur.

Item ordinat & diffinit, quòd omnes & ſingulæ tranſlationes prælatorum, nec non priuationes eorundem, aut aliorum beneficiatorum, officialium, adminiſtratorum, quarumcunq; cõmendarum & donationũ reuocationes,monitiones, cenſuræ eccleſiaſticæ,proceſſus,ſentẽtiæ,& quęcunq; acta, geſta,gerenda,agenda & fienda per præfatũ dominum Ioannem papam,aut ſuos officiarios & commiſſarios,in læſionẽ dicti Concilij ſeu adhærentium eidem,à tempore inchoationis eiuſdem Concilij,& contra adhærentes huic ſacro Concilio,vel exiſtentes in eodem,aut in ipſorum ſeu alicuius eorũdem præiudicium, quomodolibèt ipſis iniuitis facta vel fienda,factæ vel facti, faciẽdæ vel faciendi,authoritate huius ſacri concilij ipſo facto ſint nulla, caſſa, irrita & inania, caſſæ,irritæ & inanes, ac nullius roboris vel momenti,ex eadem authoritate caſſat, irritat,& annullat. for. *detẽti

Item declarat,quòd dominus Ioãnes papa,& omnes prælati & alij ad hoc generale Concilium vocati,& alij in eodem concilio exiſtentes, in plenaria libertate fuerunt, & exiſtunt, vt viſum eſt dicto ſacro concilio, nec ad notitiam dictorum vocatorum, ſeu dicti concilij contrarium deductum eſt: & hoc teſtificatur dictum ſacrum concilium coram Deo & hominibus.

Item declarat, decernit, ſtatuit & diffinit dicta ſancta ſynodus, q̃ dictus dominꝰ noſter papa renũciare tenetur,nedùm in quocunq; caſu in ſchedula oblationis ſuæ cõpręhenſo,ſed etiàm in quocunq; in quo ſua renunciatio offerre poteſt magnã & euidentem vtilitatem ad bonum vnionis Eccleſiæ Dei, quodq́ ſuper hoc dictus dominꝰ noſter papa declarationi & diffinitioni huiꝰ ſacri cõcilij ſtare tenetur.

Item ſtatuit,diffinit,decernit,declarat & deliberat dicta ſancta ſynodus, quòd ſi dictus dominꝰ noſter requiſitus pro bono vnionis per hoc ſacrum Concilium,papatui renunciare contempſerit, vel plùs debito diſtulerit,exnunc prout extunc,& extunc prout exnunc,pro abiecto à papatu omnibus Chriſtifidelibus habeatur,& omnis obedientia eidem ſit ſubtracta.

Item ſtatuit,diffinit & decernit dicta ſancta ſynodus,quòd receſſus dicti domini noſtri papæ à ciuitate Conſtantienſi clandeſtinè factus, fuit illicitus, bonoq́ vnionis Eccleſię Dei præiudicialis & nociuus. Quodq́ dictus dominus noſter papa requirendus eſt ex parte dicti ſacri concilij quòd ad illud reuertatur,facturus & adimpleturꝰ quod promiſit,vouit & iurauit pro vnione dãda Eccleſiæ Dei: & cum intimatione,quòd ſi infra terminum ſibi ex parte dicti ſacri concilij præfigendũ,ad ipſum concilium redire contempſerit,aut plùs debito diſtulerit,contra eum tanquàm fautorem ſchiſmatis & ſuſpectum de hæreſi procedetur,vt requirunt ſacrę & canonicæ ſanctiones.

Item ſtatuit,diffinit,decernit & declarat dicta ſancta ſynodus,q̃ ſi dictus dominus noſter papa ad ipſum ſacrum generale concilium redire voluerit, & quę promiſit,vouit & iurauit,efficaciter iuxta deliberationem dicti ſacri concilij pro dicta vnione adimplere,eidem prouideatur de bona ſecuritate,quòd nec ante renũciationem nec poſt capietur aut incarcerabitur,nec aliàs in perſona vel bonis moleſtabitur. Quinimmò in plena ſecuritate & libertate tenebitur & tuebitur per dominum regẽ Romanorum ſereniſſimum, & etiàm per dictum generale cõcilium. Et vlteriùs de bono ſtatu eidem domino noſtro & ſuis familiaribus poſt dictã renunciationem habendo,ad arbitrium quatuor per eum,& aliorum quatuor per dictum ſacrum concilium eligẽdorum,prouideatur. Quibus peractis, ſupradictus reuerendus pater dominus Andreas electus Poznanienſis,in materia fidei & ſuper materia Ioannis Huſſ legebat quędam aniſamenta, quæ ſequuntur,& ſunt talia:

Primò,quòd iuxta determinationem doctorum ſacræ theologiæ & iuris canonici, confirmatur & approbatur ſententia lata in concilio Romano de dãnatione & doctrina Ioannis Vuicleff, etiàm per combuſtionem librorum eiuſdem.

Item quòd in eadem ſeſſione committatur materia fidei per hoc ſacrum concilium cum plena authoritate,quo ad doctrinam ipſius Ioãnis Vuicleff, necnon Ioannis Huſſ & ſuorum ſequacium,reuerendis patribus dominis Cameracenſi & ſancti Marci cardinalibus,necnon dominis epiſcopo Dolenſi & abbati Ciſtertij,qui etiàm aſſumptis doctoribus theologiæ & iuris canonici, videant ſuper materia Ioannis Huſſ, *hìc propter errorem ipſius Ioannis Vuicleff,quibus etiàm aſſignetur regimen proceſſus cauſæ per commiſſarios contra eundem Ioannem Huſſ facti.*

Item quòd eidem domini commiſſarij videant de modo procedendi ſuper condemnatione articulorum quadragintaquinque in ſpecie,in Pariſienſi & Pragenſi vniuerſitatibus cõdemnatorum ſuper materia Ioannis Vuicleff.

Item quòd ſcribantur literæ miſſiuæ regibus, principibus,ducibus,comitibus,vniuerſitatibꝰ ſtudiorum per mundum ex parte huius ſacri concilij de receſſu papæ & aliis circa præmiſſa occurrentibus,& quòd quatuor prælati ex quatuor nationibus deputandi authoritate eiuſdem concilij,dictas miſſiuas ſuis ſigillis vnà cũ ſigillo ſereniſſimi principis regis Romanorum ſigillent & corroborent. Super quibus concilium reſpondebat, Placet.

Item & ſubſequenter idem dominus Andreas electus per ſimile aniſamentum verbale propoſuit, & per modum conſultationis, quòd neceſſarium eſſet

eſſet quòd concilium ſupplicaret domino regi Romanorum hîc præſenti, ſuper reductiõe domini Ioannis papę viceſimitertij ad ciuitatem Conſtantiẽſem, præſentem requirendo eum, quòd adimpleret promiſſa facta Eccleſiæ & Concilio Conſtantienſi cum honore ipſius papæ & in libertate eius. Reſpõſumq́; fuit, Placet, per concilium.

Ad hoc enim reſpondendo ſurrexit rex Romanorum, proferendo & dicendo, quòd ſcit ꝙ dictus dominus Ioannes papa eſt in oppido Louffenburg Baſileenſis diœceſis, & in manibus Friderici ducis Auſtriæ. Neſcit ſi ſupplicaret ſibi quòd reuerteretur, an vellet redire ad concilium & ciuitatẽ Conſtantienſem: etiàm ſi libẽter vellet redire, an poſſet: quia forſan eum dux nõ vellet dimittere de manibus ſuis. Sed quicquid ſit de hoc, idem dominus rex Romanorum obtulit ſe ad omnia mandata & præcepta concilij, & in caſu quo ipſi concilio placeret, ſibi papæ ſcribere, & eum rogare vt rediret, & dirigere ſaluum conductum iuxta deliberationẽ concilij pro ipſo papa & omnibus ſecum redire volentibus & antè & poſt, dummodò redire vellet & adimplere promiſſa. Etiàm in caſu quo concilium velit, obtulit ſe idem dominus rex paratum, quòd vellet ire & dare omnem operam ad reducendum ipſum papam, etiàm ipſo duce volente vel nolente. Reſponſum fuit communiter per concilium, Placet. Idem etiàm dominus rex propoſuit, qualiter miſit exercitum ſuum gentes armorum cõtra ducẽ Auſtrię verſus & contra oppidũ Schafhuſen / *in quo aliqui cardinales & curiales eſſe dicũtur. Dans in mãdatis illuſtri principi Friderico burgrauio Nurenbergenſi capitaneo ſuo, vt mandaret dici dictis cardinalibus in* Schafhuſa *exiſtentibus, cæteriſq́; curialibus & alijs redire volentibus ad Conſtantiã ciuitatem, quòd nomine ipſius regis dictis dominis cardinalibus & curialibus redire volentibus dare deberet ſaluum conductum, & eos facere conduci per gentes liberè cum eorũ perſonis, familia & rebus, ad ciuitatem Conſtantiam: Qui dominus Fridericus burgrauius iuxta commiſſionem miſit dictis dominis cardinalibus & curialibus dici verbo & in ſcriptis. Et ad ipſorum dominorum cardinalium notitiam deuento, reſcripſerunt ipſi Friderico burgrauio, quòd non vellent ſaluum cõductum ſuum, nec redire ad ciuitatem Conſtantienſem, neq; etiàm ſequi dominum Ioannem papam 23. ſed ire ad vrbem Romanã, & ſimilis opinionis eſſent cardinales qui eſſent Conſtantiæ. Proteſtans nihilominùs dominus rex, quòd ſit paratus dare ipſis cardinalibus & papæ ac quibuſcunq; redire volentibus ſaluum cõductum ſuum, iuxta deliberationem & ordinationem concilij, & eos facere reduci per gentes ſuas liberè ad præſentem ciuitatem Conſtantienſem, & nolentibus id habere, ſi quæ impreſſio ac alij caſus fortuiti & euẽtuales ijs acciderint, velit eſſe excuſatus. Super quibus omnibus & ſingulis à protonotarijs & tabellionibus ibidèm pręſentibus, petijt fieri publica inſtrumenta, præſentibus teſtibus ſupradictis.*

Ad illud reſpondendo ſurrexit reuerẽdiſſimus pater dominus Franciſcus cardinalis Florentinus nomine ſuo & aliorum dominorum cardinalium ibidèm præſentium, dicens quòd domini cardinales qui remanſerũt in ciuitate Conſtantienſi, omnes poſt receſſum papæ de Conſtantia, ipſi exiſtentes in palatio Apoſtolico concordârunt in hoc, videlicet quòd ſi dominus noſter papa vellet ſequi viam quã obtulit, videlicet ceſſionis, ipſi vellent eum ſequi & fouere prout tenerentur, & eum defendere & tueri in honore ſuo. Et in caſu quo declinaret ab ea via, & non adimpleret promiſſa, vellent ab eo deſiſtere & remanere cum concilio: & vſque huc non fuit ipſis viſum iuxta eius ſcripta & dicta, quòd declinaret in contrariam viam. propterea ſaluâſſent honorem ſuum de hoc, quòd cardinales (vt dicitur & refertur) ſcripſerũt & dicunt de Schafhuſa / *quòd non velint venire neque ſequi papam, ſed ire Romam. Et quòd eiuſdem intentionis cardinales Conſtantiæ exiſtentes exiſtant, nihil cõſtat ſibi neque alijs dominis cardinalibus Conſtantiæ exiſtentibus, mirando ſatis vndè huiuſmodi relata procedant.*

Vltimò fuit per eundem dominum Andream electũ Poznaniẽſem propoſitũ, quòd in vltima ſeſſione fuit concluſum & deliberatum, quòd nullus recederet aut recedere deberet de concilio non obtenta licentia, licèt compertum ſit contrarium, & quòd aliqui recedunt in habitu diſſimulato, & tunc fuiſſet petitum, licèt non cõcluſum, quòd executio contra tales ità recedentes deberet fieri per dominum regem, & pœna infligi iuxta deliberationem præſidentis concilio: fuit per ipſum Andream propoſitum & dictum, ſi adhuc placet illis, reſpondeat Conciliũ, Placet. fuitq́; reſponſum per concilium, Placet.

Super omnibus his per modum auiſamenti propoſitis, & aliâs per modum ſupplicationũ &c. dictis & concluſis hincindè præfatus magiſter Henricus de Piro promotor huius concilij nomine & vt procurator nationis Germanicæ, petijt per reuerẽdos patres dominos ſedis Apoſtolicę protonoturios & tabelliones quoſcunq;, vnum & plura ſuper his publicum & publica, inſtrumentum & inſtrumẽta, ad perpetuam rei memoriam.

Quibus articulis ſiue cõſtitutionibus lectis, dictum concilium eos & eas vniformiter approbauit & concluſit. Super quibus Henricus de Piro, promotor & procurator ipſius concilij, nomine eiuſdem concilij petijt inſtrumentum.

SESSIO SEXTA.

DIE Mercurij decimaſeptima menſis Aprilis ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in cathedrali eccleſia Conſtãtienſi ſupradicta celebrata: in qua primò, iuxta morẽ & ritum aliarũ ſeſſionum, fuit celebratum officium de Spirituſancto, per reuerendũ patrem dominum Nicolaum archiepiſcopum *Gueznẽſem, & cantatę litaniæ ac oratiões more aliarum ſeſſionũ, cum Euãgelio, Ego ſum paſtor bonus. In qua ſeſſione fuit rex *ROMAN⁹ in inſignijs regalibus, cui aſſiſtebãt domini Iordan⁹ de Vrſinis, & Angel⁹ Laudenſis epiſcopi cardinales. Et eidem ſeſſioni præſidebat ꝑ tunc reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, vicecancellarius, cardinalis Viuariẽſis. Et aſcenderunt ambonem, in quo publicari ſolent cõſtitutiones & alia auiſamenta in concilio, reuerẽdi patres epiſcopus Atrebatenſis pro natione Gallica, archiepiſcopus Rigẽſis pro natione Germanica, Lichfeldenſis epiſcopus pro natione Anglicana, & abbas Florentinus pro natione Italica. Et de mandato concilij fuerunt pronunciati articuli ſequẽtes per dictum dominum Atrebatẽſem:

for.*Gneſnẽſ. Ioan.10.c

Romanorũ in ſuis ĩſignijs imperialibus cũ ſuis nobilibus, & eidem ſeſſioni præſidebat dominus Ioãnes epiſcopus Oſtiẽſis cardinalis Viuarienſis, præſentibus octo alijs cardinalibus, Qua Miſſa finita, ac hymno, Veni creator Spiritus, & Euangelio, Ego ſum paſtor bonus, &c. ſolenniter finitis, aſcendebat ambonem, in quo legi & publicari ſolent articuli & conſtitutiones & alia auiſamẽta proponenda in concilio, epiſcopus Atrebatenſis pro natiõe Gallicana, archiepiſcopus Gneznenſis pro natione Germanica, Thomas *Polcõ *ſedis apoſtolicæ protonotarius pro natiõe Angliæ, & abbas Florentinus pro natione Italiæ, & de mãdato ſanctæ ſynodi epiſcop⁹ Atrebatenſis legit & pronunciauit articulos aliâs per quatuor nationes deliberatos, huiuſmodi ſub tenore:*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & Spirituſancti, Amẽ. Hęc ſancta ſynodus Conſtãtienſis generale Cõcilium faciens, & eccleſiam catholicam repſentans, in Spirituſancto legitimè cõgregata, ad conſequendum faciliùs pacem & vnionem Eccleſiæ Dei, decernit, declarat, ordinat, ſtatuit, diffinit, vt ſequitur:

Et primò decernit & declarat, procuratorium ſuper renunciatione papatûs facienda per dominum Ioannem papam viceſimumtertium, per quatuor natiões huius ſacri cõcilij deliberatum & ordinatum, eſſe bonũ, vtile & expediens pro vnione ſanctæ matris Eccleſiæ.

Item decernit & declarat, quòd dictus dominus Ioannes papa viceſimuſtertius tenetur dare & facere dictum procuratoriũ, ad cedendum papatui pro bono vnionis & pacis Eccleſię, iuxtà formã ſchedulę per ipſum oblatæ, cuius procuratorij tenor ſequitur in hunc modum:

PROCVRATORIVM DANDVM PER papam Ioannem viceſimumtertium, decretum per concilium.

IOannes epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Pridèm ad laudem omnipotentis Dei, pacem & quietẽ totius populi Chriſtiani, vnitatiſq́; Eccleſiæ conſummationem, ac extirpationẽ pręſentis ſchiſmatis, generali Conſtantienſi approbante cõcilio, viam ceſſionis Papatûs liberè obtulimus, illamq́ue per nos fiẽdam cum effectu, promiſſione, voto & iuramento firmauimus, ſicutì in quadam ſchedula per nos in ſacro Concilio lecta, latiùs continetur, & eſt talis:

Ego Ioannes papa 23. propter quietẽ totius populi Chriſtiani profiteor, ſpondeo, promitto, voueo & iuro Deo & Eccleſiæ ac huic ſacro Cõcilio, ſpontè & liberè dare pacem *ipſi Eccleſiæ per viam meæ ſimplicis ceſſionis papatûs, & eam facere & adimplere cum effectu, iuxta deliberationẽ pręſentis Concilij: ſi, & quãdò Petrus de Luna, Benedictus decimuſtertius, & Angelus de Corario, Gregorius 12. in ſuis obedientijs nuncũpati, papatui quem prætendunt, per ſe vel procuratores ſuos legitimos ſimpliciter cedant, & etiàm in quocunq; caſu ceſſiõis, vel deceſſûs, aut alio in quo per meam ceſſionẽ poterit dari vnio Eccleſiæ Dei ad extirpationem præſentis ſchiſmatis. Nè autẽ prouentus tanti boni quibuſuis ſortis humanæ caſibus impediri valeat, aut modo quolibet retractari, ſed expeditè deſideratum producat effectum, quod deſideriorum noſtrorũ maximum eſt, ad dictam ceſſionẽ & renunciationem faciendam in omni caſu in dicta ſchedula præfatæ obligationis noſtrę compræhenſo, procuratores noſtros & nuncios ſpeciales in plenaria libertate & ſecuritate conſtituti, ſpontè & ex noſtra mera liberalitate cõſtituimus & ordinamus tales & tales, & ex ipſis quoſlibet duos, ipſiſq́; ex eis quibuſlibet duobus cedendi & renunciãdi noſtro nomine & pro nobis papatui, concedimus omimodam authoritatem, facultatem & poteſtatem, ità quòd occupantis cõditio melior non exiſtat, nec per occupationem aliorum poteſtas impediatur. Et quòd duo quicunq; ex dictis procuratoribus conſtitutis, ſiue alijs cõtradicentibus, ignorantibus, & irrequiſitis, & coram nobis pręſentibus, & ceſſionem perſonaliter facere volentibus, vel quod ꝑ alios quàm per nos renũciatio fieret, quomodolibèt contradicentibus, vti eodẽ procuratorio poſſint, valeant, & debeant ipſius renunciãtionis actũ expedire, paciſcentes & extunc contrahentes pacto & cõtractu irreuocabilibus, cum ſancta vniuerſali Eccleſia, & hoc ſacro Conſtãtienſi cõcilio, ipſam vniuerſalem Eccleſiam repręſentante: promittentes, vouentes, & iurantes Deo & Eccleſiæ & dicto ſacro Cõcilio, ꝙ nũquàm dictos procuratores, aut eorum aliquem, & poteſtatem illis modo pręmiſſo cõceſſam, ex quauis occaſione, & cauſa orta vel oritura, etiàm à iure expreſſa, & propter quam cauſam vel cauſas cõſtitutus procurator reuocaſ, tacitè vel expreſsè reuocari poteſt vel poſſit, directè vel indirectè, reuocabimus: nec ipſum procuratoriũ ratione formæ aut perſonarum conſtituendarum, vel conſtitutarum, impugnabimus: nec contra ipſum procuratorium aut perſonas cõſtitutas in eodem, quoquo modo, de iure vel de facto, in iudicio vel extra excipiemus:

Supr.ſeſſ.2. *Chriſti

piemus:quodq; non diximus aut fecimus, nec dicemus aut faciem⁹ in futurum, vel directè vel indirectè, quô minùs dicti procuratores potestate sibi data in eodem procuratorio, iuxta eius tenorē liberè vti possint & valeant, renunciantes expresè omnibus exceptionibus & iuribus, quæ nobis competere possent de iure vel de facto, in pręsenti vel in futuro, circa reuocationem, annullationē, inualidationē procuratorij & procuratorum huiusmodi, quas quidem exceptiones & iura nolum⁹ in hac parte aliqualiter nobis suffragari: Et huiusmodi constitutionem & formam procuratorij, necnon renunciationem per duos ex eis (vt pręmittitur) fiēdam, valere volumus & statuimus, non obstātibus quibuscunq; excommunicationis, suspensionis, & alijs inhabilitudinis sentētijs, à iure, à nobis, vel alio quocūq; in eos vel eorum aliquem, quacunq; authoritate vel causa promulgatis, seu promulgādis, quibus forsan nunc vel tempore cessionis & renūciationis huiusmodi, seu interim procuratores huiusmodi, seu aliqui eorundem sunt vel erunt ligati, quos & quorum quemlibet ad huiusmodi procuratoriū accipiendum, & prædictam renunciationem faciendam, absoluimus & habilitamus per præsentes, non obstantibus etiàm alijs contrarijs quibuscunq;. volentes quòd renunciatio huiusmodi per eos fienda, perindè valeat, àc si cessionem huiusmodi personaliter fecissemus: supplentes etiàm de plenitudine Apostolicæ potestatis om̄es defectus in hac nostra constitutione procuratorum, si qui interuenerint, ità quòd huiusmodi procuratores per quascunq; clausulas, etiàm cōtra naturam cōstitutionis procuratorum in ea expressas, ipsi & eius effectui nociuas aut inutiles, seu in ipso vtiles & necessarias nō expressas, sed deficientes, cuiuscunq; tenoris vel effectûs existant, nequeat quoquo modò impugnari, sed firmum & validū in om̄ibus & per omnia existat, àc si in eo clausulæ necessariæ vel vtiles existerent expressæ. Quod quidem procuratoriū, quo ad totalem eius effectum, firmum & validum volumus remanere. Quodq; ad clausulas huiusmodi obseruandas, quæ essent contra naturam cōstitutionis procuratorum, si quę essent appositæ, nos ex certa scientia, om̄i via & modo quibus meliùs possumus, promittimus, iuramus & obligamus Deo & Ecclesiæ ac dicto Concilio, declarantes ac statuentes ex superabundanti ipsa iura, inquantùm volunt, concedunt, aut fauent, procuratorē vel procuratores ex certis causis vel aliâs reuocari posse, vel irreuocabiliter non constitui ea, quantùm ad casum pręd ictum expresè, & ex certa nostra scientia, cùm hîc agatur de statu vniuersalis Ecclesiæ, & pace ac publica vtilitate toti⁹ Christianitatis, volumus locum non habere, nec pręiudicium aliquod afferre. Nec nos per præmissam procuratorij constitutionē, ab obligatione qua fuimus adstricti ad renūciationem papatûs facere iuxta deliberationem dicti sacri concilij, in quocunque casu in dicta schedula obligationis nostræ compræhēso, volumus quomodolibèt liberari: quinimmò illā in suis integritate, robore & firmitate persistere & permanere, quousquè per cessionem vel decessionem huiusmodi, aut alium casum quemcunque in pręd icta schedula nostræ obligationis compræhēsum, vnio perfecta fuerit in Ecclesia sancta Dei. Et si quouis modo cōtingeret, huiusmodi procuratorium aut procuratores reuocare, etiàm cùm adiectiōe harum dictionum, videlicet, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio & assensu: seu ipsum procuratoriū seu procuratores ipsos inualidare, impugnare, aut annullare: seu cōtra ipsum procuratoriū vel procuratores de iure vel de facto, & ex quauis causa vel occasione excipere: seu ipsos procuratores directè vel indirectè, quô minùs iuxta tenorem ipsius procuratorij potestate, authoritate, & facultate sibi data liberè vti valeant, possint & debeant, impedire, in omnibus & singulis casibus prædictis exnūc prout extunc, ipsi Papatui cedimus, & renunciamus ipso facto, & deincèps pro non Papa haberi ab omnibus Christifidelibus volumus penitùs & decernimus, absoluentes exnuncà iuramento fidelitatis & obedientiæ debito ligamine omnes & singulos dictæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, necnon patriarchas, archiepiscopos, episcopos, prælatos, ac nostros & sedis Apostolicæ officiales, ac etiàm nostros familiares & officiarios Romanam curiam sequentes, & quoscunq; alios Ecclesiæ fideles, ecclesiasticos & seculares cuiuscunque statûs, gradûs, vel conditionis existant, ac etiàm totum populū Christianum, quos etiàm tenore pręsentium absoluimus, & vltra pręmissa promittimus habere ratū & gratum, quicquid per pręd ictos procuratores aut eorū duos, actum, gestū, factùmve fuerit in præmissis seu aliquo pręmissorum, firmiter habiturum sinè aliqua contradictione. Datum &c.

¶Quòd Papa constituat in procuratorio personas infrascriptas.

Item decernit, ordinat, diffinit & declarat, quòd dictus dominus Ioānes papa in dicto procuratorio ad dictā suam renunciationē faciendam, præter alios quos cōstituere velit, cōstituat procuratores suos personas infrascriptas: Et primò pro natione Gallicana, dominos Theobaldum archiepiscopum Bisuntinum, Guillermū episcopum Ebroicensem, Ioannē episcopum Gebennensem, magistrum Benedictum * Gentiā magistrū in theologia, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Italica, Pileum archiepiscopum Ianuensem, Antonium episcopū Concordiēsem, Iacobum episcopum Adriensem, & Iacobum episcopum Taruisinum. Pro natione Anglicana, Nicolaum episcopum Bathoniensem, Robertum episcopum Saresbiriēsem, Ioannem episcopum Lichfeldensem, Thomam abbatem sanctæ Marię extra muros Eboracenses, ordinis sancti Benedicti. Pro natione Germanica, Ioannem archiepiscopum Rigensem, Ioannem episcopū Lutomuslensem, Petrum episcopū Ripensem, Andream electum Poznaniensem. Omnes constituat, vel saltem de qualibet natione duos.

*Gentian.

¶Concilium deputat legatos ad requirendum papam super procuratorio faciendo.

Item deputat dicta sancta synodus, ac cōstituit, & ordinat ex parte huius Cōcilij suos legatos infrascriptos. De dominis cardinalibus, reuerendum patrem dominum tituli sancti Marci, & Florētinum cardinales. Pro natione Gallicana, *Theobaldum episcopum Carcassonensem, Ioannem *Datani in theologia, Iacobum de Spars in medicina magistros. Pro natione Italica, episcopum Feltrensem, abbatem sanctæ Mariæ de Florentia. Pro natione Germanica, Conradum abbatem Pinganiensem, Lambertū de Stipite, decretorum doctores, ordinis S. Benedicti. Pro natiōe Anglicana, Thomā Poltensem protonotariū sedis Apostolicæ, Bernardum de Planhea decretorum doctorem, ordinis sancti Benedicti, ad dictum dominum Ioānem papam vicesimumtertium, ad petendum & requirendū ex parte dicti Cōcilij, quòd constituat procuratores ad resignandū papatui, infra duos dies postquàm fuerit requisitus, & procuratorium ad dictā renunciarionem faciat, & expediat pro bono vnionis & pacis Ecclesiæ, sub * data forma & sub bulla.

*Gerardum *Dacen *dicta

¶Quòd prælati prædicti requirant papam, quòd veniat ad concilium.

Item decernit & ordinat, quòd dicti legati ipsum Ioannem papam exhortētur, & requirant ex parte sacri dicti Cōcilij, vt veniat ad ciuitatem Constantiēsem, siue ad villam Vlmæ, aut ad villam Rauenspurg, vel ad ciuitatem Basileensem, ad tractandum & perficiendum per eum, quantùm in eo, omnia & singula quæ expedire videbūtur pro vnione & reformatione Ecclesiæ, per hoc sacrū Concilium deliberata & deliberanda.

¶Quòd dicti legati portent papæ securitates debitas.

Item quòd dicti legati securitates debitas ex parte hui⁹ sacri cōcilij & serenissimi principis domini regis Romanorum, ipsi domino Ioanni papę portent, & cum effectu realiter illi offerant atque tradant, casu quo iuxta præmissa ad alterum de dictis locis cum effectu accedat.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa promittat, & iuret vnum de prædictis locis eligere infra duos dies, post requisitionem super hoc eidem faciendam computandos, & infra decem dies à tempore dictæ requisitionis, ad dictum locum per eum eligendū accedere, & abindè non discedere sinè consensu dicti Concilij, vel quousquè pręmissa fuerint cū effectu adimpleta. Et in casu quo oppositum faceret, recedendo sinè cōsensu dicti concilij, vel præmissa nō adimplendo, extunc prout exnunc cōsentiat per bullam haberi pro non papa, &c. cum clausulis opportunis. Et si non consentiat, tunc propter hæc & multa alia procedatur cōtra eum, tāquàm contra notoriū fautorem huius schismatis, & suspectum hæreticæ prauitatis, vt fuerit iuris & rationis.

¶Quòd supersedeatur à processu cōtra papam, donèc habeatur responsio.

Item quòd pendentibus istis, supersedeatur de citatione & processu contra eum faciendo, donèc super præmissis habeatur ei⁹ responsio, dummodò saluus conductus ducis Austriæ in forma petita infra horam sessionis diei crastinæ, quæ erit iouis decimaoctaua præsentis mensis Aprilis, pro dictis legatis & cardinalibus mittendis habeatur. Et si non habeatur infra dictum terminum, decernatur citatorium per edictum, & aliâs procedatur contra dictum dominum Ioannem papam, vt fuerit rationis.

¶Si papa adimpleuerit præmissa, cessabitur à citatione.

Item quòd in casu quo dictus domin⁹ Ioannes papa, pro bono pacis & vniōis Ecclesię pręmissa adimpleuerit cum effectu, & dictum sacrum Concilium super eisdem contentauerit, cessabitur à citatiōe & processu, & agetur secum de securitate & prouisione statûs eius cum om̄i charitate & honestate.

¶Quòd dominus Vicecancellarius signet supplicationes consistoriales, partibus auditis.

Item decernit, diffinit, & ordinat dicta sancta synod⁹, quòd dominus cardinalis Ostiensis, sanctę Romanæ Ecclesiæ vicecancellarius, supplicationes cōsistoriales de iustitia partibus auditis, & aliâs vt in talibus in publico consistorio est fieri solitum, signet & expediat: quod si non fecerit, procedatur contra eum vt fuerit rationis.

¶Dantur commissarij contra Ioannem Husz.

Item quòd in materia fidei contra Ioannem Husz authoritate huius sacri Concilij procedāt archiepiscopus Ragusinus pro natione Italica, pro natione Germanica episcopus *Flebbiensis. magister Vrsinus Taluēda pro natione Gallicana, magister Guilermus Comes pro natione Anglicana, in sacra psgina magistri, causam dicti Ioannis Husz & suorum sequacium examinando, &in

for. *Frisingeñ. *Frebbieñ. *Slesuiceñ.

& in illa procedendo vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè.

¶Commiſſarij prædicti recipiant relationem dominorum cardinalium.

Item quòd prædicti commiſſarij recipiāt relationem dominorum cardinaliū Cameracenſis tituli ſancti Marci, & Florentineñ, de proceſſu facto ſuper condemnatione librorum & articulorum tam quadragintaquinque in Pariſieñ & Prageñ, quàm etiàm ducentorum ſexaginta in Oxoniēſi ſtudijs facta: necnon ſuper cōdemnatione memoriæ Ioannis Vuicleff, ac confirmanda ſentētia lata in concilio Romano ſuper condemnatione & combuſtione librorum prædicti Ioānis Vuicleff: & relationem ſuper pręmiſſis faciant nationibus & huic ſacro concilio, quàm citiùs commodè illam facere poterunt.

¶Decernitur citatio contra Hieronymum de Praga.

Item decernit dicta ſancta ſynodus citationem contra Hieronymum de Praga, de hęreſi infamatum; quæ dicta citatio contra eum exequatur in forma, quæ ſequitur:

Sacroſancta Conſtātienſis ſynodus, generale concilium faciens, in Spiritu ſancto fideliter congregata, vniuerſalem Eccleſiam militantem repræſentans, Hieronymo de Praga, qui ſe magiſtrum in artibus quàm plurimorum ſtudiorum fore ſcribit & prætendit, quæ recta ſunt, ad ſobrietatem & nō

Rom. 12.a amplius ſapere quàm oportet. Scriptum quoddam tanquàm ex tuî perſona affixum in portis eccleſiæ ciuitatis Conſtantienſis, aliâs die Dominica qua cātabatur in Eccleſia DEI, QVASI MODÒ GENITI, ad noſtram notitiam noueris perueniſſe, in quo tuis obtrectatoribus crimina erroris & hæreſis tibi obijcientibus, te aſſeris publicè reſponſurum, de quibus apud nos multipliciter infamatus exiſtis, & præſertim de doctrina Ioannis Vicleff, necnon alijs doctrinis catholicæ fidei obuiantibus, dummodò ad veniendum tibi ſaluus & ſecurus conductus præbeatur. Et quia noſtrûm principaliùs in-

Cant.2.d tereſt, capere vulpeculas vineā Domini Sabaoth conātes demoliri, idcircò perſonam tuam tāquàm de multorum errorū doctrina temeraria aſſertione ſuſpectam, & multipliciter diffamatam, euocamus & citamus præſentium ſub tenore, quatenùs infra terminum quindecim dierum à data præſentium computandorum, quorum quindecim dierum quinque pro primo, quinq; pro ſecundo, & reliquos quinq; dies pro tertio & peremptorio termino ac monitiōe canonica tibi præfigimus & aſſignamus in publica ſeſſione huius ſacri Cōcilij, ſi ipſo die ſeſſio fuerit celebrata, aliâs prima die ſequēti, qua ſeſſionem eſſe contigerit, compareas ſecundùm tenorem prędicti tui ſcripti, reſponſurus ad ea quæ tibi aliquis vel aliqui in cauſa fidei voluerit obijcere, recepturus & facturus in omnibus iuſtitiæ complementum, ad quod à violentia, iuſtitia ſemper ſalua, oēm ſaluū conductum noſtrum, quantùm in nobis eſt, & fides exigit orthodoxa, præſentium tenore offerimus, & etiàm pleniùs aſſignamus, certificātes quòd ſiue in dicto termino compareas, ſiue non, nihilominùs cōtra te per ipſum ſacrum Concilium vel eius commiſſarios vel commiſſarium, lapſo termino ſupradicto, procedetur, tua cōtumacia, in aliquo non obſtante. Datū Conſtantiæ in ſeſſione Concilij generalis decimaſeptima die menſis Aprilis, ſub ſigillis præſidentium quatuor nationum.

Contra famosè libellantes.

ITEM inhibet hæc ſancta ſynodus omībus cuiuſcunque ſtatûs, gradûs, dignitatis, vel conditionis exiſtāt, nè libellos famoſos per ſe vel per alium ſeu alios faciant contra quemcunque in hac ciuitate Conſtantienſi exiſtentem, ſub pœna excommunicationis, quam, monitione canonica pręmiſſa, contra facientes contrarium fert in his ſcriptis, etiàm ſub pœna carceris. Quodque contra tales qui in pręmiſſis culpabiles ſeu infamati reperientur, procedatur authoritate huius ſacri concilij, vt fuerit rationis.

Concilium decernit literas miſſiuas per mundum, informatorias de geſtis ſynodalibus.

ITem decernit ſancta ſynodus, literas miſſiuas ad dominos reges, principes & vniuerſitates, per nationes huius ſacri concilij ordinatas & ordinandas, quàm citiùs fieri poterit fore mittendas, ſub ſigillis quatuor prælatorum & quatuor nationum præſidētium.

Poſt quorum articulorum publicationē fuit petitum per dictos dominos Atrebateñ & alios ſibi aſſiſtentes, an placerent. Et fuit reſponſum per omnes, nemine diſcrepāte, Placet, approbando. Et promotor concilij petijt inſtrumenta fieri. Dominus verò vicecancellarius, quantùm ad articulum eum cōtingentem, reſpondit quòd vellet ſignare commiſſiones de iuſtitia, ſed non quę cōtra ius ſcriptum.

*Quibus factis & auditis, prouidus vir magiſter Henricus de Piro promotor præfatus, nomine concilij & nationum ac omnium quorū intereſt, ſuper omnibꝰ lectis, publicatis, & approbatis, ordinatis atq; diffinitis petijt ſibi fieri per nos protonotarios ſedis Apoſtolicæ, ibidèm de quatuor nationibus, videlicet Iacobū Rodini de Ianua pro natione Italica, Thomam *Polcon pro natione Anglicana, Benedictum præpoſitū Albæregalis pro natione Germanica, & Ioannem de Ternubio pro natione Gallicana exiſtentes, cæterosq; notarios quatuor nationum & alios tabellionet publicos, vnū vel plura, publicum ſeu publicæ, inſtrumentū ſeu inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus ibidèm* *Polton

*illuſtribus & magnificis viris dominis Rompoldo duce Sleſiæ, Ioanne Iacobo filio marchionis Montisferrati, Friderico comite de Oetingen, Alberto pincerna de Suiden barone, Ioanne de Vicecomitibus de Mediolano, ambaſiatoribus regis Angliæ, Norwegiæ, * Seciæ & Daciæ, Poloniæ, Franciæ, Cypriæ, & alijs &c.* for. *Suedię

Subſequenter verò venerabilis & circunſpectus vir dominus Benedictus magiſter theologię, ordinis ſancti Benedicti, vnus de ambaſiatoribus vniuerſitatis ſtudij Pariſienſis, aſſcēdebat dictum ambonem, vbì huiuſmodi decreta ſiue publicationes per concilium fieri ſolent. & legebat ibidèm certas literas miſſiuas directas, videlicet vnā concilio, aliā ambaſiatoribus prefatę vniuerſitatis. In qua fuit inſertus tenor alterius literæ miſſiuę, directę papæ Ioanni per eandem vniuerſitatem, quorum tenores inferiùs ſunt inſerti: Recommendans nihilominùs vniuerſitatem prædictam concilio memorato, offerens eandem ad beneplacitum & confortationem concilij memorati. Tenor verò literarum miſſiuarum ambaſiatoribus vniuerſitatis Pariſienſis directarum, ſequitur & eſt talis:

Venerabilibus & eruditis viris noſtris fidelibꝰ & ſyncerè dilectis nuncijs ad ſacrum generale cōcilium Conſtātienſe noſtra ex parte deſtinatis. Grauiter & cum magna cordis acerbitate ferimus venerabiles viri, magiſtri, & amici dilectiſſimi, ſanctiſſimi domini noſtri diſceſſum. Nihilominùs ſua vota atq; iuramenta amplectentes, & ea omni ſtudio proſequi volentes, eidem domino noſtro ſcribimus in forma quæ ſequitur: Pacem eccleſiaſticam, beatiſſime pater, tot annis totq; laboribus & expēſis quęſitam, per veſtram ſapientiam atq; charitatem videtur operatura diuinitas, ſi ſacri Conſtantienſis concilij ac veſtræ ſanctitatis idem fuerit animus pariter & affectio. Neq; tantum valebit diuidentis malignitas, quin vobis in vnum conuenientibus, ſpirituſſanctus animos fidelium in pacē agat & vnitatem, cuiuſmodi concordiæ non ſinè diuino motu nupèr dedit ſtudioſam operam veſtra ſanctitas, cùm Eccleſiæ ſanctæ dare pacem per viam puræ & ſimplicis ceſſionis, alijs per Piſanum concilium de papatu eiectis, ſimiliter cedentibus, ac etiàm in quocunque caſu haberi poſſit vnio, ſpopondit, iurauit & vouit. In quo patuit affectus religioſæ pietatis, & veri patris ad filios debita cōpaſſio. Nam ſi vera mater probatur per Salomonem, quòd maluit materno carere titulo, quàm puerum permittere funeſtæ ſectioni: quanto magìs ſummus pōtifex paternam affectionem patefecerit, ſi Eccleſiæ iam diù lamentabiliter diuiſæ redintegrationi, ſuum dominatum poſthabuerit atq; præſidentiam? Itaque non modò cum mente & intētione ſacri cōcilij, verùm etiàm cum pijs deſiderijs totius Chriſtianitatis & cunctorum mortaliū, quos nulla iſtic agitat veſania, his votis atq; iuramentis veſtra ſanctitas videtur egiſſe. Non quòd in hoc facto eiectis de papatu ſit deferendum, quanuìs & eorum animos in Domino lucrifacere ſatagere debetis: ſed quia tot populis & regnis ac nationibus illos ſequētibus, & fortaſſis in alterationem immenſę diſcrepationis aliâs venturæ, conſuli oportuit: quorū ſalutem, veſtræ præſidentię in veſtris votis & iuramentis pręttuliſſe videmini. Quod ſi operis ab affectu probatum proſecutumq; fuerit, quandiù terrenum orbem mortale genus attollet, veſtras laudes celebrabit omnis ætas. Et pro abdicatione honoris momentanei, cum merito pręmij ſempiterni erit vobis paratum nomen cęteris longè glorioſius. Verùm beatiſſime pater in hac re nos vnus mouet ſcrupulus, quòd audiuimus veſtram ſanctitatem à Conſtantia Schafhuſam *ſeceſſiſſe. Non enim eſt ille locus potior ad amplitudinem ſacri concilij ad tantam rem gerendam. deindè Conſtantia per veſtram ſanctitatem fuit electa, & per veſtram obedientiam humiliter recepta, cæteris etiàm gratior videbatur, vtpotè grauis, locuples, ornata ciuitas. Nec videtur quomodò tali vulneri medelā afferre poſſit hęc mutatio. Poſtremò in ea vrbe veſtra ſanctitas habebat amantiſſimum, Chriſtianiſſimum & inuictiſſimum Imperatorem, qui tranquillitatem & ſecuritatē præſtare poterat & iniurias omnes propulſare: habebat ſacrum collegium cardinalium, quod non modò pro ſecuritate veſtra, verùm etiàm pro honore veſtro atque gloria vſquequaquè decertâſſet: habebat deniquè totam Eccleſiam ſibi obedientem, longè cęteros ſuperantem. In qua erat non minima Galliarum natio, quæ nō minimo quidem verbo veſtram ſanctitatem offendi permiſiſſet. Vbinàm igitur ſanctiſſime pater perſona veſtra celebriùs, ſecuriùs atque deuotiùs tractabitur, quàm in vrbe vobis deuota, per vos electa, cum Eccleſia veſtra, cum Imperatore Chriſtianiſſimo, & cum cęteris de veſtris votis & iuramentis ſanctiſſimis veſtræ clementię omni die congratulantibus? Non eſt aliquis tam ignarus rerum, tam rudis in re Chriſtiana, tam nihil vnquàm de publica pace ac ſalute cogitans, quin intelligat, vbì in ſacramento pacis dandę manebit ſanctitas veſtra, concilium ſacrum ac eius partes vniuerſas omnem reuerentiæ cultū, quem mortalē mortali præſtare fas eſt, veſtræ perſonæ prębituras. Poſteà cogitet ſanctitas veſtra, clementiſſime pater, quid eſt in tractatu quærendæ pacis à ſacro concilio diſcedere, quid diſſidere. An primum ſuſpectum? an ſecundum damnatum? Et ſi probabilis diſcedendi caperetur occaſio, nulla tamen inueniretur diſſidendi. Quod ſi hoc velle quiſquam videbitur oppugnatiuum, viderit nè ſacri Piſani concilij validiùs callidi ſentiant inconcuſſa fundamenta. Abſit beatiſſime pater, vt in tanta re ſanctitas veſtra à ſacro concilio diſcordet: hoc enim eſſet ab Eccleſia Dei diſcordare. abſit à gloria nominis veſtri, quòd ſacrum concilium ſinè pręſentia veſtra rem tam grandē tractet vel terminet. Veſtrî eſt, ſanctiſſime pater, vt nullum in hac re habeatis priorem, nec perſeuerando fortiorē. Propterea ſupplices veſtram ſanctitatem oramus, & per ſanctā Eccleſiam extra quam qui ſe ponit, ſe perdit, obſecramus, ac etiàm per pacem adſperſionis ſanguinis Ieſu Chriſti vobis pater obteſtamur, vt viſcerū miſericordiæ Dei noſtri memores, in ſacris votis & iuramentis veſtris maneatis: & Conſtantiā ad veſtros fratres & filios deuotiſſimos, immò ad Eccleſiā Dei & veſtram redeatis, ouili Dominico papatûs ambitione & dominandi libidine turpiter diuiſo, pacē*

Epiſtola vniuerſitatis Pariſien.

3.Reg.3.

vniuersalem cùm consilio Ecclesiæ illic congregatæ daturi. Nec in hoc adduxerit sanctitatem vestram malè cõsulentis pernicies, vt occasione talis discessûs vel quæsitæ dilationis cõplendi iuramenti, pax vniuersalis per diem retardetur: nec prælatis sumptibus & tædio confectis, ac sancta synodo dissipata, tantarum rerum volumina rupta compage diffluant, maiori posteà periculo reuocãda: immò properet sanctitas vestra sacræ synodi consilijs acquiescere, & eius conclusiones executioni feliciter demandare. Vestram sanctitatem &c. Et quia de Cõstantiensis concilij fortitudine ac perseuerantia gerimus in Domino fiduciam, cum quo sumus firmiter processuri, speramus vestris laboribus in melius reuocari concilium, vnitè ad hãc pacem quæsitam feruentiùs laborare, atq; ex fortuna non optata cõsequi finem optatiorem. vndè vos hortamur maiori incumbere labori, & hanc nostram mentem literis præsentibus insertam, vniuersis patefacere, & nobis sæpiùs queq; supra hoc grata rescribere. Dirigat mentes & personas vestras & conseruet altissimus feliciter, Datum Parisijs in congregatiõe nostra generali, apud sanctum Bernardũ super hoc specialiter celebrata, die secunda mensis Aprilis.

Rector & Vniuersitas studij Parisiensis.

Litera missiua vniuersitatis Parisiensis, destinata archiepiscopis, episcopis & doctoribus Italicæ nationis.

Feliciter Ecclesiæ successisse Dei, reuerendissimi patres & domini, nupèr existimauimus, cùm & Deo volente, & vobis pro debito vocationis vestræ coagẽtibus, dominus noster summus pontifex viam vouit cessionis atque iurauit: hinc in tanta animorum alacritate Deo gratias egimus, ac tanta deuotione in sacrum Constantiense concilium fuimus permoti, vt hoc diuinum concilium arbitraremur. Vndè magis miramur, quòd dominus noster ab eo modo tali discesserit, præsertim cùm ex eo fuerit cũ summa laude Ecclesiæ Dei fructum amplissimum allaturus. nec venit in mentem nobis, istum discessum posse præstare vnionis incremẽtum. Equidem reuerendissimi patres ex multis papatum vel ambientibus vel occupantibus, bona verba sæpè audiuimus, sed posteà conatus eorum percepimus pollicitis obuiantes: non quòd istud de sanctissimo domino nostro cogitet nostra filialis deuotio, sed quia inniti debemus, nè minima quidẽ macula schismatis ab aduersarijs sibi posset impingi. Cognoscitis quantum sit periculum, in tractatu pacis Ecclesiasticæ papam à concilio generali discedere: quantum nefas, ab eo dissidere. Propterea egregiam nationem velimus exoratam in Domino, vt in concilio generali Constantiensi persistat, domino nostro ad concilium generale redire persuadeat: ac vota & iuramenta domini nostri amplectentes, pacem ecclesiasticã, nulla subterfugiendo discrimina prosequatur. Eandem nationem vestram præstantissimam tueatur summa æternitas. Scriptum in congregatione nostra generali, apud sanctum Bernardum super hoc specialiter celebrata, secunda die mensis Aprilis.

Subscriptio literæ:

Beneuoli vestri Rector & Vniuersitas studij Parisiensis.

**Subscriptio prædictæ literæ.* for *Superscriptio

Reuerendissimis in Christo patribus, archiepiscopis, episcopis, doctoribus & alijs dominis Italicam nationem in sancta & vniuersali synodo Constantiensi repræsentantibus.

SESSIO SEPTIMA.

ANno à natiuitate dñi M.CCCC.XV. indictione octaua, & dñi nostri dñi Ioãnis diuina prouidẽtia papæ xxiij. anno V. die iouis secũda mensis Maij, fuit sessio generalis in Ecclesia Constãtien maiori supradicta, ad hoc deputata manè hora Tertiarum, in qua fuit serenissimus princeps Sigismundus rex Romanorum & Hũgarię &c. cum suis insignijs regalibus & nobilib9 in pdictis sibi seruientibus, & in qua pręsidebat reuerendiss. pater dñs Ioãnes episcopus Ostien cardinalis Viuariensis, *Et domini Angelus Laudensis, & Iordanus de Vrsinis cardinales, ipsi domino regi nomine dictorũ cardinaliũ assistebant. Et antequàm aliquid fieret, more solito* fuit cantata Missa de spiritusancto, per reuerendũ patrem dominum Ioannẽ archiepiscopũ Ragusinũ. qua cantata, legebantur litaniæ *fuit officium litaniarũ cũ introitu,* &c. more aliarũ sessionum. *Exaudi nos Domine &c. collectis & hymno, Veni creator spiritus, & alijs orationibus more aliarum sessionum, deuotè dictum & cantatũ. Pręsentibus ibidèm reuerendissimis patribus, Branda Placentino, Guilielmo sancti Marci, Landulpho Barensi, Amadeo Salutiarum, Ludouico de Flisco, & Frãcisco Florentino cardinalibus, vltra alios tres cordinales pro præsentibus & adstantibus nominatos.*

Quibus quidem peractis, procedẽdo ad vlteriora, reuerendi patres Pileus archiepiscopus Ianuensis ad legendum & publicandum quæ legenda & publicãda erant, ad approbanda ea per cõcilium: ad approbandũ verò eadem, Ioannes patriarcha Antiochenus pro natione Gallicana, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, Ioannes archiepiscopus Rigensis pro natione Germanica, & Thomas Guillerm9 abbas sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana deputati per quatuor nationes, asscenderunt ambonem *siue locum, in quo publicationes, declarationes, ordinationes siue sententiæ more ipsius synodi legi & publicari solent, pro hac vice ad infrascripta publicanda, legẽda, responsiones dandum, & ordinanda per nationes quatuor prædictas deputati. Quibus dominis (vt prefertur) nomine synodi ibidèm existentibus, prouidi viri magistri Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis de Placentia, tanquàm promotores, instigatores siue procuratores dictæ synodi, ipso Henrico loquente, accusârunt contumaciam cuiusdam Hieronymi de Praga, aliâs citati & nõ cõparentis, neq; in huiusmodi causa quæ contra eum commissa extitit, super sibi obijciendis & materia fidei*

fidei respondentis, siue in causa vlteriùs prout iuris fuerit procedere, procediq; videre curantis, accusârunt. Ipsumq; contumacem reputari petiẽrũt, & in eius contumaciã citationem aliâs cõtra eum decretam, repetiẽrunt: eamq; cum eius executione facta in valuis certarum ecclesiarũ ciuitatis Constantiensis factis & in scriptis reduxerunt. Eundemq; Hieronymum de Praga vlteriùs citari mãdare per audientiam publicam literarũ contradictarum Romanæ curiæ, per sanctam synodum instanter postulârunt. Quam quidem citationem & vlteriorem processum reuerẽdissimus pater dominus Ioannes Episcopus Ostiensis, tãquàm pręsidẽs, & tota synodus, nemine discrepante, ipsi Henrico de Piro promotori, instigatori, syndico & procuratori id petenti, concesserunt atque decreuerunt, & eam ad proximam sessionem fieri voluẽrunt.

*Quibus citatione & processu decretis, ijdẽ magistri Henricus de Piro & Ioãnes de Scribanis, nomine quo suprà, exposuerunt, quãtis periculis præsens schisma Ecclesiam Dei lacerauit, & fidem catholicã non in modico diminuebat. Quod cùm sperabatur extingui, & pax dari Ecclesiæ per vota, promissiones & iuramenta domini Ioãnis papę vigesimitertij in præsenti concilio Constantiensi factas, licèt idem Ioannes papa in reprobum sensum datus, de loco concilij & præsenti ciuitate Constantiensi, vt dictum schisma diutiùs nutriret & foueret, noctis tempore habitu transformato in scãdalum & vituperium totius Ecclesiæ & fidei catholicæ siue orthodoxæ diminutionẽ, fugiebat, se successiuis tẽporibus ad diuersa loca declinando, cum hoc omnia mala quæ dici & excogitari possint, cõmittendo, prout hæc & alia in quadam papyri petitionum schedula, quam ibì in suis tenebat manibus, pleniùs continetur. Quapropter vt prouideatur de remedio opportuno, idẽ magister Henricus sibi citationem personalem per edictum contra dictum Ioannem papam vigesimumtertium, eiusq; fautores, receptatores & sequaces, legitimam & per simile edictum in Romana curia affigendum, per sanctã synodum in spiritusancto * congregatã,* for. legitimè *decerni & concedi postulauit. Et vlteriùs dari & decerni eidem Ioãni papæ ad cõparendum & alijs comparẽre volentibus, per eandem synodum & illustrissimum regẽ Romanorum ibidèm præsentem, prælibatum saluum conductum. Quos quidem saluum conductum & citationẽ, reuerendi patres domini patriarcha Antiochenus pro natiõe Gallica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, Ioãnes archiepiscopus Rigẽsis pro natiõe Germanica, & Thomas abbas sanctę Mariæ extra muros Eboracenses pro natiõe Anglicana, præfati, loco quo suprà iudiciali concesserunt & decreuerũt, videlicet ad nouem dies post executionem, ipsamq; citationem fieri voluẽrũt in formã publici instrumenti cum subscriptionibus quatuor notariorum quatuor nationum, & sigillis quatuor prælatorum dictarum quatuor nationũ muniri & corroborari. Serenissimus verò Romanorum rex pręfatus, dixit, ꝙ placet quòd detur sibi saluus conductus nomine suî, & ea protestatione, inquantùm idem dominus rex tenetur sibi dare de iure, & seruare sibi*

saluum conductum sibi datum, & non aliùs. Protestatione domini regis facta,

Henricus de Piro promotor concilij, petijt decerni & concedi per ipsam synodum citationem contra Ioannem papam & eius fautores &c. Et vlteriùs eidem Ioanni papæ ad comparendum, & alijs comparére volentibus, per eandem synodum & illustrissimũ Romanorum regem ibidèm pręsentem, saluum conductum concedi. Quibus cõcessis verbo per totam synodum & Romanorum regem, dictus reuerendissimus pater dominus Pileus archiepiscopus Ianuen, legebat citationem decretam contra Ioannem papã & suos sequaces ac receptatores, huiusmodi sub tenore:

¶Tenor citationis contra Ioannem papam XXIII.

SAcrosancta Cõstantien synodus, generale concilium faciens, & Ecclesiam catholicam repræsentans, in spiritusancto legitimè congregata, vniuersis Christifidelibus vnionem & pacem Ecclesiæ ac gaudium sempiternum. Pridèm post clandestinum recessum domini Ioannis papę XXIII. ab hac ciuitate Constantien, & hoc sacro generali concilio Constantien, vnionis & pacis Ecclesiæ turbatiuum & impeditiuũ, ipsam Ecclesiam scandalizantem, per nonnullos prę latos & alios notabiles viros, ad eũ ex parte huius sacri cõcilij legatos transmissos, eũdem requiri ac moneri fecimus cum debita instantia, quatenùs ad ipsum sacrum concilium & ad hanc ciuitatem Constãtien rediret, ea quæ pertinebãt ad extirpationẽ pręsentis schismatis, & reformationem Ecclesię in capite & in membris faciendam, impleturus, & cum effectu facturus, sicut promiserat, vouerat, iurauerat, & in suis literis super conuocatione dicti concilij concessis, se facturum publicauerat: & cùm id facere nolle, facto, non redeundo, & ad loca magìs lõginqua fugiendo, ostẽderet, fuimus per venerabiles viros magistros Henricum de Piro licentiatũ in decretis, & Ioannem de Scribanis de Placentia, causarum & negociorũ huius sacri concilij promotores & procuratores, instãter requisiti, quatenùs ipsum dominum Ioannem papam XXIII. criminibus hæresis, fautoriæ huius pręsentis schismatis, Simonię, mala administratione, & notoria dilapidatione bonorũ & iuriũ Romanę Ecclesiæ & aliarũ Ecclesiarũ, & alijs criminib9 grauibus nedũ infamatũ, sed illis notoriè in scandalũ vniuersalis Ecclesiæ irretitũ, & in suis actib9 & operib9, vita ac morib9 notoriè Ecclesiã Dei scandalizãtibus, incorrigibilẽ: qui sic (vt præmittitur) clãdestinè, de nocte, hora suspecta, & habitu transformato, à dictis ciuitate & cõcilio generali fugit & recessit, gregẽ Dominicũ vt mercenarius deserẽs, generalemq; reformationẽ Ecclesię & hęresum extirpationẽ, per dictũ sacrum concili-

um in capite & in membris faciendam, euitare cupiens: ad redeundum & reuertẽdum ad ciuitatem Constantien̄ & hoc sacrũ concilium generale, debitè compellere, & etiàm ad hoc per edictũ publicum in valuis ecclesiarum & aliorum locorum (vt est moris) affigendum, citare & euocare personaliter, citationemq; super hoc in forma iuris decretam contra eum & eius fautores, receptatores, & sequaces decernere & concedere, interdicta sibi ex nunc oĩ alienatione, & aliâs in & super præmissis contra eos procedere dignaremur, prout requirunt canonicæ sanctiones. Nos autem considerantes petitionem huiusmodi rationabilem, iustam, & consonã iuri, indemnitati Ecclesię vniuersalis & animarum periculis prouidere volẽtes, & nulli in exhibendo iustitiam deficere (sicutì nec debemus) intendẽtes, in causa & causis & negocio huiusmodi ritè & maturè procedere, ac dante Domino iustitiam ministrare, vt tenemur, inquisitione super infamia priùs per nos diligenti prehabita, cõsiderãtesq; quòd ad locum ad quem idẽ dominus Ioannes papa sic discedendo, immò veriùs fugiendo, cõtumaciter accessit, & residere dicitur de presenti: eiusq; domiciliũ siue hospitiũ, pro huiusmodi citatione exequenda, minimè tutè adiri posse, nec ad eũ seu propinquiorem locum quàm ad hãc ciuitatem Constãtien̄, haberi posse tutus accessus, authoritate Christi Ecclesiæ prefatæ veri sponsi, qua fungimur in hac parte, per hoc præsens publicum edictum in sessione publica dicti sacri cõcilij, necnõ in audiẽtia publica literarũ cõtradictarũ more Romanæ curiæ solito legendũ, ac valuis seu portis loci audientiæ sacri causarum palatij *Apostolici, necnõ palatij Apostolici siue domûs Episcopalis Constantien̄sis, vbì dictus dñs Ioannes papa, dum in presenti ciuitate Cõstantiẽsi habitabat, habitare solebat, maioris; & sancti Stephani huius ciuitatis Constantien̄sis Ecclesiarũ, & ipsius ciuitatis ianuis affigendũ & affixũ, per certum tẽporis interuallum dimittendũ, prefatum dominũ Ioannem papam XXIII. principalem, eiusq; in dictis criminib⁹ fautores, receptatores & sequaces supradictos, ac omnes alios ac singulos sua sic per hoc interesse credentes, citandos esse decreuimus, & tenore presentiũ peremptoriè citamus, ac citari volumus, decreuimus, & mandamus, quatenùs hinc ad nouẽ dies proximè vẽturos à die executiõis huiusmodi nostræ citatiõis, sic (vt premittitur) legendę, affigẽdę, publicãdę & exequẽdę in anteà proximè computandos, quos, peremptorio termino & citatiõe canonica peremptoriè assignamus per presentes, ipse dominus Ioãnes papa ad præsentem ciuitatem Constantiam & hoc sacrum concilium in propria persona redeat, & reuertat: ipseq; & sui fautores, receptatores & sequaces, personaliter compareant in eorũ proprijs personis Constantiæ in prima generali sessione publica huius sacri cõcilij, post elapsum terminum prędictorum nouem dierum, à prefata præsentium literarum sic (vt præfertur) fienda publicatione & executiõe in maiori Ecclesia Constantien̄si immediatè celebrãda, visuri & audituri per nos ordinari, decerni, & declarari, dictum suum clandestinum recessum, fuisse & esse Ecclesiæ Dei damnosum, scandalosum & opprobriosum, ac vnionis & pacis eiusdem Ecclesiæ perturbatiuum, nociuum, impeditiuũ, ac huius nefandissimi schismatis nutritiuũ & roboratiuũ, hæresisque & suspicionis fidei incentiuum; ac à bono vnionis & pacis Ecclesiæ prefatę, promissionibusque, iuramentis & votis per ipsum Ioannem papam super hoc factis & promissis, deuiatiuũ. Testesq; super notorietate dictorum criminum ad finem procedendi contra eum super illis, tamque super notorijs iurare & admittere, causasque, cui idem dominus Ioannes papa nõ debeat suspendi à totali administratiõe papatũs propter malam & scandalosam administrationem & notoriam dilapidationem, dicturi: & aliâs in & super premissis & alijs vniuersalẽ Ecclesiam notoriè scandalizantibus contra eum ad eiectionem à papatu seu eiectionis huiusmodi declarationẽ, & alijs per supradictos promotores propositis & proponendis, de iure & iustitia responsuri, causasque quòd non debeat suspendi à totali administratione, ac aliâs in causa & causis & negocio huiusmodi debitè ꝓcessuri, ac procedi visuri, aliasque dicturi, facturi & audituri, vt iuris fuerit & rationis, indeq; super premissis iustitiæ complementum vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiuè recepturi: certificantes nihilominùs eũdem dominum Ioannem papã & suos sequaces, acceptatores & fautores sic citandos, quòd siue in dicto citationis huiusmodi termino cõparuerint, siue non, ad premissa oĩa & singula ad vlteriora & aliâs (vt iustum fuerit) contra eos per nos debitè procedetur, iustitia mediãte, ipsorum absentia seu contumacia non obstante. Loca verò sessionis præfatæ audientiæ publicæ, literarum contradictarũ & portarum palatij Ecclesiarum & locorum prædictorũ tanquàm publica & idonea ad huiusmodi citationem publicãdam & exequẽdam duximus eligenda, quæ presentẽ citationẽ ad instar edictorum publicorum, quę olim in albo * pretoris scribebantur, suo quasi sonoro ꝑconio & patulo iudicio publicabunt. In quibus huiusmodi citationẽ modo & forma premissis decreuimus & tenore presentium decernimus publicandam & exequẽdam, nè præfatus dominus Ioannes & sui fautores & receptatores & sequaces sic citãdi, possint seu valeãt de premissis aliquam ignorantię causam pretendere, seu etiàm

*apostolicarum

*prætorio

etiàm allegare. Cumque non sit verisimile, apud ipsos sic citatos incognitum remanere illud, quod tã patenter & notoriè omnibus extitit publicatum, volentes nihilominùs & authoritate prædicta decernentes, ꝙ hæc presens citatio modo & forma premissis executa, prænominatos dominum Ioannem & suos sequaces, receptatores & fautores sic citatos, totaliter arceat & adstringat, & perindè valeat, tantamque habeat roboris firmitatem, ac si ipsimet dominus Ioannes & sui fautores & sequaces in eorum ꝑprijs personis citati & appræhensi fuissent, & eis huiusmodi citatio ꝑsentialiter lecta, publicata & intimata fuisset: & nè dict⁹ dominus Ioannes Papa & sui sequaces valeant aliquo modo se excusare, quòminùs iuxta præmissum terminum compareant, vt præfertur, quãquàm ad hoc non teneamur, nihilominùs ex superabũdanti eidem domino Ioãni & sequacibus dãmus, & tenore ꝑsentium cõcedimus tutũ & liberum saluum conductum, ad veniendum ad hanc ciuitatem Constantien̄ & sacratissimam synodũ, ità quòd in accessu nullum debeat & possit hnbere impedimentum, & etiàm in ciuitate stare, manere liberè & securè: iustitia tamen semper salua, prędictum etiàm saluum conductum sub eadem forma fieri & cõcedi fecimus prædicto domino Ioanni papæ & sequacibus eius, à sereniſſimo Romanorũ & Hungariæ rege. De publicatione verò, lectura, affixione & executione, ac salui conductûs præstatione, datione & concessione præmissis, modo præmisso fiendis, volum⁹, decernimus, & ordinamus vnum & plura, publicum & publica fieri & confici instrumentum & instrumenta, quæ nobis plenariam faciant fidem de eisdem. In quorũ fidem & testimonium præmissorum, præsentes literas citatorias super hoc solẽniter decretas fieri fecimus, & proprijs sigillis presidentium quatuor nationũ huius sacri concilij, iussimus & fecimus communiri. Datũ Constantiæ prouinciæ Moguntinen̄, in sessione publica in Ecclesia maiori Constantien̄ solenniter celebrata, die iouis secunda mensis Maij, indictione verò octaua, Anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, pontificatûs præfati domini Ioannis papæ xxiij. anno quinto.

Præsentibus ibidèm illustribus principibus, Rõpoldo duce Sleſiæ, Frederico burgrauio Nurenbergen̄si, Ioanne Iacobo filio marchionis Montisferrati, Ioanne de Vicecomitibus de Mediolano, & Sigismundo de Bossantz milite de Vngaria, & alia multitudine Christianorũ copiosa, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Super quibus omnibus & singulis idẽ Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis, ipso Henrico loquente, à reuerẽdis patribus sedis Apostolicæ protonotarijs ac notarijs nationũ & concilij, cæterisq; tabellionibus, nominibus quibus suprà, sibi fieri pe-

tierunt vnum vel plura, publicum vel publica, instrumentũ seu instrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus principibus supradictis, cæterisq; Christifidelibus in multitudine copiosa.

¶ *Tenor verò executionis citationis contra Hieronymum de Praga, de qua suprà fit mentio, sequitur & est talis:*

In nomine Domini amen. Anno à natiuitate eiusdem M.cccc.15. indictione octaua, diæ verò decimaoctaua mensis Aprilis, hora primariæ vel quasi, pontificatûs sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini Ioãnis diuina prouidẽtia papæ 23. * for. xanno5. *Constantiæ infra septa monasterij sancti Francisci fratrum Minorum prope ambitum, in meî notarij publici infrascripti, testiũq; præsentia subscriptorũ ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, constitutus personaliter honorabilis vir dom⁹ Michael de Broda Teutonicali, pleban⁹ ecclesię sancti Alberti sub * sedras Pragen̄sis, instigator officij cõtra Ioannem Huss, ac suos complices, ad hoc specialiter deputatus, habens & tenens in manibus suis quandam in papyro conscriptam citationẽ in se continẽtem contra quendam Hieronymum de Praga, magistrum quàm plurium studiorum se asserentem, à sacro concilio Constantien̄si emanatam, & quatuor sigillis præsidentium quatuor nationũ ab intrà impressis sigillatam. Cuius quidem literæ tenor sequitur per omnia in ijs verbis:*

*Sacrosancta synodus Cõstantien̄sis, &c. prout superiùs est habitũ. Quã quidẽ literã citationis idem dominus Michael animo exequẽdi, notificandi & publicãdi, prout tenebatur, ac ad vniuersorũ Christifidelũ notitiã deducẽdi, valuis seu portis in ambitu dicti monasterij affixit, & extẽdit ibidèm cũ magna multitudine hoĩm vtriusq; sexũs infrà Missarũ solẽnia, & præsertim infra publicũ officium, quod tũc in dicto monasterio celebrabatur, vsq; ad finẽ dicti officij stare permisit, præsentibus honorabilibus viris dominis Ioãne præpositо Quinq; ecclesiarũ, Ioãne & Petro familiaribus suis, ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et statìm pòst præfatus dominus Michael citationẽ consimilẽ tenoris suprascripti, & sigillis (vt præscribitur) sigillatã ad valuas ecclesiæ sancti Stephani pro audiẽtia causarũ Apostolica deputatæ, affixit & extendit, & ibidèm infra Missarũ solẽnia, præsertim infra publicũ officiũ quodtũc in dicta ecclesia celebrabatur, vsq; ad finẽ dicti officij stare permisit, præsentibus testibus suprascriptis. Et statìm pòst præfatus dom⁹ Michael consimilẽ citationẽ tenoris suprascripti, ad valuas ecclesiæ B. Mariæ virginis maioris Constãtien̄sis affixit, & extensam ibidèm infra Missarũ solennia, & præsertim infra publicum officium, quod tunc in dicta ecclesia celebrabatur, stare permisis, præsentibus ibidèm venerabilib⁹ & discretis viris, Vuilhelmo Picardi licẽtiato in decretis * archiepiscopo Turonẽsi, & Frederico Rese* for. *archidiacono curſore domini nostri papæ, & aliis quàm pluribus testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Tãdem verò hora sexta vel quasi, præfatus dominus Michael citationes huiusmodi ab eisdẽ valuis seu portis, finitis & peractis dictis Missarũ & officiorũ solen-*

nijs, debita cum protestatione remouit & deposuit, & ad se recepit. Super quibus omnibus & singulis præfatus dominus Michael petijt sibi per me notarium publicum infrascriptum, fieri & confici vnū vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, præsentibus ibidèm venerabilibus & discretis viris, dominis Laurentio plebano ecclesię sanctæ Mariæ Magdalenæ Pragensis, Georgio de Vualschin, & Paulo de Herlbotz Pragensis diœcesis supradictæ, & quàm pluribus alijs testibus, ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

Et ego Ioannes de Selichin de Lansteyn clericus Treuerensis diœcesis, publicus Apostolica & imperiali authoritatibus notarius, quia prædictis requisitioni, publicationi, affixioni, depositioni, necnon omnibus alijs & singulis supradictis, dum sic (vt præmittitur) successiuè fierent & agerentur, vnà cum prænominatis testibus præsens interfui: ideoq́ hoc presens publicū instrumentū per aliū fideliter scriptū, exindè cōfeci, publicaui, & in hanc publicā formā redegi: signoq́ & nomine meis solitis & cōsuetis signaui, rogatꝰ & requisitus in oīm & singulorū præmissorum fidem & testimonium.

Quibus omnibus vt præmittitur peractis, idem Dominus archiepiscopus Ianuēsis requisiuit à tota synodo, an placeret sibi ꝙ die sabbati proximi, quę erit proxima dies mensis Maij, debeat teneri sessio in materia fidei, videlicet super condēnatione memoriæ Ioannis Vuiclef. Et fuit respōsum per omnes de synodo, Placet, pręsentibus supradictis testibus. Et sic omnes domini de synodo recesserunt.

Statìm pòst & ante prandiū de mandato quatuor præsidentium quatuor nationum, in Ecclesia sancti Stephani Constantiensi, & in bancho audientiæ literarum contradictarum, reuerendo patre domino Iacobo de Camplo electo Pennensi, locum tenente auditorum audientiæ contradictarū, ibidèm ad banchum sedente, ad horam illam pro audientia contradictarum, & actum infrascriptum faciendum deputato, præsentibus reuerendissimis patribus dominis Ioanne patriarcha Antiocheno, & Ioanne archiepiscopo Rigensi, de mandato eiusdem domini Iacobi locum tenentis, venerabilis vir dominus Nicolaus de Hubancho lector literarum de iustitia, & aliarum quæ inibì legi solēt, legebat & executus fuit citationem suprà proximam per sanctam synodum decretam ad instantiam magistri Henrici de Piro promotoris & instigatoris dicti concilij. Qua lecta & executa, idē Henricus petijt sibi fieri de huiusmodi lectura & publicatione publicum instrumentum, pręsentibus ibidèm magistris Henrico Golthardi, Ioanne de * Vonrade notarijs publicis, & domino Petro Vuithoge presbytero, Mogūtinensis, Leodiēsis & Traiectēsis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis & rogatis.

for. * Venrade

SESSIO OCTAVA,

DIe sabbati quarta mensis Maij p̄dicti, fuit sessio generalis in cathedrali ecclesia Constantieñ supradicta, in qua more solito fuit dictū officiū Missæ per reuerendissimū in Christo patrē dn̄m Ioannem patriarchā Antiochenū de beata virgine. Quo officio completo, lege- bant litaniæ, vt in sessiōibus fieri cōsuetū est, cū euāgelio, Attēdite à falsis prophetis &c. In q̄ sessiōe inter cardinales p̄sidebat dn̄s Ioānes Ep̄s Ostiensis cardinalis Viuariensis, in qua etiàm sessione fuit serenissimus Romanorū & Hungariæ rex, tanquàm Imperator cum insignijs regalibus & nobilibus suis,

dicto & cantato, fuit tatatus introitus, Exaudi nos domine, &c. cū collectis suis & litanijs, ac euangelio, Attendite à falsis prophetis &c. & alijs orationibus, ac hymno, Veni creator spiritꝰ, sicut in alijs sessionibus.

Matth. 7.

cui inter cardinales adstabant domini Iordanus de Vrsinis, & Angelus Laudensis, Albanensis & Tusculanensis episcopi, præsentibus ibidèm reuerendiss. patribus Vuilhelmo sancti Marci, Antonio de Salancho, Amadeo Salutiarū, Ludouico de Flisco, Landulpho Barensi, & Francisco Florētino cardinalibus. Deindè omnibus his peractis, reuerendus pater dominus Vitalis episcopus Tholonensis natione Gallicus, ascendebat ambonē, & fecit sermonē ad clerū cū themate: Spiritus veritatis docebit vos oēm veritatē &c. Quo sermone facto, surrexerūt magistri Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores cōcilij & synodi. Hēricus loquēs, præsentauit citationē ad valuas ecclesiæ maioris & audiētiæ cōtradictarū affixā, necnō vnā aliā in audiētia causarū lectā, & citatorū in eisdē citatiōibus nō cōparentiū, neq́ memoriā, hæresimq́ ac dogma quondā Ioannis Vuicleff, minimè quarè cōdēnari nō debet, videre curātiū contumaciā accusārūt. Ipsosq́ contumaces reputari petiērunt, & in eorū cōtumaciā, pronūciari, decerni & declarari dictū quōdàm Ioannē Vuicleff, fuisse dū vixit, notoriū hæreticū & pertinacē, ac finaliter decessisse ab hac luce impœnitentē: ipsiusq́ memoriā, errores, prætēsas doctrinas & dogmatizatiōes, & præsertim 45. cū ducētis sexaginta articulos per eū conclusos, cōdemnādos fore, & per sanctā vniuersalē synodū Constātiensem, ac paternitates quatuor prælatorū, pro pręsenti die potestatē habentiū, loco & nomine quatuor nationū cōdēnari, ac eius ossa, si ab aliorū Christi fideliū ossibus separari possint & secerni, exhumari & proijci mādari, aliasq́ pronūciari, decerni & declarari, definiri atq́ fieri, quod iustū fuerit et expediēs fidei orthodoxæ, instanter postulàrunt.

Ioan. 16.

Et domino Pileo archiepiscopo Ianuensi electo ad legendum quæ legi debebant nomine concilij, reuerendis patribus dominis Ioanne episcopo Lutomuslensi pro natione Germanica, Antonio episcopo Concordiensi pro natione Italica, Toloneñ episcopo pro natione Gallicana, & Guillermo abbate monasterij sanctæ Mariæ extra muros Eboraci pro natione Anglicana, ad approbandum loco & nomine nationum ascendentibus in locum, in quo huiusmodi iuxta determinationem synodi fieri debebant, idem reuerendus pater dominus Pileꝰ archiepiscopus Ianueñ in ambone legit primò capitulum, Firmiter credimus. Quo lecto, Domini Imperator, præsidens, & alij approbauerunt, & ità crediderunt.

De sacrosancta eccl. & fid. catho.

Et

Et vlteriùs idem archiepiscopus Ianuensis, in contumaciam accusatorum prædictorum, per dictos promotores pronunciauit, diffiniuit & declarauit, prout in quadā papyri pronūciationis schedula, cuius tenor inferiùs est insertus, continetur, condemnādo memoriam ipsius Ioannis Vuicleff & suorum sequacium, quo ad 45. articulos cōdemnatos in Parisiensi & Pragensi studijs, & licèt quo ad ducentos & sexaginta articulos, incepisset legere, ac omnes fuissent contenti de 45. articulis, primò tamen ex interruptiōe domini Guilielmi cardinalis sancti Marci interueniente, ipsi duceti & sexaginta articuli & eorum lectura & condemnatio fuerant reseruati ad proximam sessionem generalem. Super quibus lectura, publicatione, pronunciatione & diffinitione siue condēnatione, dicti promotores petiērunt approbationem à domino pręsidente, & à dictis Luthomuslensi, Cōcordiensi, Tholonensi, & abbate sanctæ Mariæ petiērunt respondéri, an placet. Domini verò prædicti, primò dominus Ioannes Ostiensis præsidens approbauit. Subsequēter quilibet pro natiōe sua approbauit. Super quibus ijdem promotores, Henrico loquente, petiērunt per reuerēdos patres dominos sedis Apostolicæ protonotarios, cæterosq́ notarios quatuor nationum, & tabelliones quoscūque ibidèm præsentes, vnum vel plura fieri publicum seu publica, instrumētum seu instrumenta. Præsentibus ibidèm illustribus principibus supradictis, necnon Poloniæ, Norvuegię, * Sueciæ, Daciæ, Cypriæ, Frāciæ ambasiatoribus, ac multitudine Christianorum copiosa. Tenores verò dictarum citationum & sententiæ diffinitiuæ cum insertione articulorum, de quibus suprà fit mentio, sequuntur & sunt tales:

for. Suedię

Sacrosancta synodus Constantiensis, in spiritusancto legitimè cōgregata, generale conciliū faciēs, vniuersalē Ecclesiā militantē repræsentās, quibuscūq́ dānandā memoriā hæresimq́ & peruersa dogmata quōdàm Ioānis Vuicleff dānandæ memorię defensare volētibus, spiritū intellectûs sanioris & ad cor reuerti. Licèt plerisq́ vicibus nōnulli ex vobis se disputaturos in publico, & damnandam memoriā dicti Ioānis multifariè per multa particulariū locorū studia vniuersalia, iam dānata & reprobata, fama vaga & mortua obtulerūt scriptura defensuros, nosq́ si qui estis, crebris vos vicibus benignè audituri, & etiàm in sacro Romano cōcilio generali vltimò celebrato, ad id peremptoriè citatos expectauerimus, ad lucē tamen minimè properantes, ampliùs vestra exigente cōtumacia, dissimulare nequiuimus. Quarè promotoribꝰ & procuratoribꝰ nostris ad id instātibus, & nè ficus fatua suos extendat palmites, quę ad nihilū sacro testante eloquio, vtilis est, nisi vt eradicata cōburatur: vosq́ omnes alios & singulos ipsam perfidā doctrinam Ioānis Vuicleff dogmatizātes, aut etiàm quibusuis ratiōibꝰ vel apparatibus fucatis sophismatibus defensare præsumētes, tenore præsentium ex abundantia citamus, quatenùs hodiè quæ est dies quarta mensis præsentis Maij, compareatis & compareant Constantiæ in ecclesia maiori in publica sessione post Missam de spiritusancto celebratam hora tertiarum, ad videndum & audiendum dictum quōdàm Ioānem Vuicleff diffinitiuè pronūciari & declarari, fuisse, dum vixit, notoriū hæreticū & pertinacē, ipsiusq́ memoriā & errores peruersasq́ doctrinas & dogmatizationes, & præsertim quadragītaquinq́ articulos dānari, & eiusdē ossa, si ab aliorū Christifideliū ossibꝰ secerni possint, exhumari & proijci, vel ad dicendū, proponēdum & allegandū causas ratiōabiles, si quas habetis et habeāt, cur præmissa fieri nō debeāt. Certificantes vos & quēlibet vestrûm, ꝙ siue cōparére curaueritis, siue nō, nos nihilominùs ad p̄missorū executionē authore Deo procedemꝰ, prout orthodoxæ fidei fundamentū exigit, ratioq́ dictauerit & iuris ordo. Datū Constantiæ die quarta mēsis Maij prædicti, anno Domini millesimo quadringentesimo 15. sub sigillis quatuor præsidentiū quatuor nationum.

Luc. 13.

Sacrosancta synodus Constātiensis, in spiritusancto legitimè congregata, generale conciliū faciens, vniuersalemq́ Ecclesiam militantem repræsentās, mandat in audientia publica literarū cōtradictarum domini nostri papæ citari, & citat quoscunq́ damnatam memoriā, hæresimq́ & dogmata peruersa quondàm Ioānis Vuicleff * memorię defensare volentes, & perfidā doctrinam eiusdem Ioannis dogmatizātes, aut etiàm quibusuis rationibus vel apparatibus fucatis sophismatis defensare præsumentes, quatenùs compareant Constantiæ in ecclesia maiori in publica sessione post Missam de spiritusancto celebrandam hora tertiarum, ad videndum & audiendum, dictum quondàm Ioannem Vuicleff diffinitiuè pronūciari & declarari, fuisse dum vixit notoriū hæreticū & pertinacē, ipsiusq́ memoriā & errores, peruersasq́ doctrinas & dogmatizatiōes, & præsertim 45 articulos condēnari, & eiusdem ossa, si ab aliorum Christifideliū ossibus secerni possint, exhumari & proijci, vel ad dicendū & proponendū ac allegandū causas ratioabiles, si quas allegare voluerint, cur præmissa fieri nō debeāt. Alioquin ad pręmissorū executionē & vlteriora authore Deo procedetur, prout orthodoxę fidei fundamentum exigit, ratioq́ dictauerit & iuris ordo, citatorū cōtumacia seu absentia non obstante. Datū Constantiæ die quarta mensis Maij prædicti, pontificatûs domini Ioannis papæ vigesimi tertij anno quinto.

for *, eiusq́ memoriam

Deindè legit sentētiam damnationis doctrinę Ioānis Vuicleff & articulorum XLV. cuius tenor sequitur, & est talis:

¶ Sententia damnationis doctrinę Ioannis Vicleff & articulorum quadragintaquinque.

Sacrosancta Cōstantiensis synodus, generale conciliū faciens, & Ecclesiā catholicam repræsentās, ad extirpationem præsentis schismatis, errorumq́; & hæresum sub eiꝰ vmbra pullulantium eliminationem, ac reformationē Ecclesiæ, in sancto spiritu legitimè congregata, ad perpetuā rei memoriā.

Fidem catholicā, sinè qua (vt ait Apostolus) impossibile est placere Deo, à falsis eiusdē fidei cultoribꝰ, immò puersis impugnatoribus, & per superbam curiositatē intendenti-

Hebr. 11. b

dentibus plùs ſapere quàm oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam ſæpiùs, & contra illos per fideles Eccleſiæ milites ſpirituales oppoſito ſcuto fidei defenſatam fuiſſe, ſanctorum patrum ſcripturis atque geſtis inſtruimur. Hęc quippe bellorum genera, in bellis carnalibus Iſraelitici populi aduersùs gentes idololatras præſignata fuerunt. In his itaque ſpiritualibus bellis ſancta Eccleſia catholica in fidei *virtute ſupni luminis radijs illuſtrata, Domino prouidẽte & ſanctorum patrocinio opem ferente ſemper immaculata permanens, erroris tenebris velut hoſtibus profugatis, glorioſiſſimè triumphauit. noſtris verò temporibus vetus ille & inuidus hoſtis noua certamina (vt probati temporis huius, manifeſti fiãt) ſuſcitauit, quorum dux & princeps extitit quondàm Ioãnes Vuicleff pſeudo Chriſtianus, qui dum viueret, aduersùs religionem Chriſtianam & fidem catholicam pertinaciter aſſeruit & dogmatizauit plures articulos, quorum XLV. huic paginæ duximꝰ inſerendos, qui ſequuntur:

In lib. Nũc. maximè & alibi.

*veritate

ARTICVLI IOANNIS VVICLEFF.

1 Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, manet in ſacramento altaris.

2 Accidentia panis non manent ſinè ſubiecto in eodem ſacramento.

3 Chriſ nó eſt in eodẽ ſacramento idẽticè & realiter in propria præſentia corporali.

4 Si epiſcopus vel ſacerdos eſt in peccato mortali, non ordinat, non conficit, non cõſecrat, non baptizat.

5 Non eſt fundatum in euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo debitè fuerit contritus, omnis cõfeſſio exterior eſt ſibi ſupflua & inutilis.

8 Si papa ſit præſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles ab aliquo ſibi datam, niſi fortè à Cæſare.

9 Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in papam, ſed viuẽdum eſt more Græcorum ſub legibus proprijs.

10 Cõtra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi priùs ſciat eum eſſe excõmunicatum à deo: & qui ſic excommunicat, eſt hæreticus ex hoc vel excommunicatus.

12 Prælatus excommunicans clericum, q̃ appellauit ad regem vel ad cõcilium regni, eo ipſo traditor eſt regis & regni.

13 Illi qui dimittunt prædicare ſiue audire verbum Dei propter excommunicationẽ hominũ, ſunt excõmunicati, & in die iudicij traditores Chriſti habebuntur.

14 Licet alicui diacono vel presbytero pdicare verbũ Dei, abſque authoritate ſedis Apoſtolicæ vel epiſcopi catholici.

15 Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt platus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

16 Domini temporales poſſunt ad arbitrium ſuum auferre bona temporalia ab eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquentibus, id eſt, ex habitu, nó ſolùm actu, delinquentibus.

17 Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

18 Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & parochiani poſſunt propter peccata ſuorum prælatorum, ad libitum ſuum auferre eas.

19 Speciales orationes applicatæ vni perſonæ per prælatos vel religioſos, non plùs proſunt eidẽ q̃ generales, cæteris paribus.

20 Cõferens eleemoſynam fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

21 Si quis ingreditur religiõem priuatam qualemcunque, tam poſſeſſionatorũ quàm mendicantium, redditur ineptior & inhabilior ad obſeruantiam mandatorum Dei.

22 Sancti inſtituẽtes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

23 Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana.

24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatẽ.

¶Prima pars eſt ſcandaloſa & pſumptuoſè aſſerta, pro quãto ſic generaliter & indiſtinctè loquitur: & ſecunda erronea, pro quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere.

25 Omnes ſunt Simoniaci, qui ſe obligãt orare pro alijs eis in temporalibus ſubuenientibus.

26 Oratio pręſciti, nulli valet.

27 Oñia de neceſſitate abſoluta eueniũt.

28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum conſecratio, reſeruantur papæ & epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

29 Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes & magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & tantum proſunt Eccleſiæ ſicut diabolus.

30 Excommunicatio papæ vel cuiuſcunque prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti.

31 Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes, ſunt viri diabolici.

32 Ditare clerum, eſt contra regulã Chri.

33 Sylueſter papa & Conſtantinus Imperator errauerunt Eccleſiam dotando.

34 Omnes de ordine mẽdicantium, ſunt hæretici: & dãtes eis eleemoſynam, ſunt excommunicati.

35 Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad ſeruandum diuina præcepta, & per conſequens ad perueniendum ad regna cælorum, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

36 Papa cum oñibus clericis ſuis poſſeſſionem

oñem habẽtibus, ſunt hæretici, eô quòd poſſeſſionẽ habent, & conſentiẽtes eis, oẽs videlicet domini ſeculares & cæteri laici.

37 Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſatanę, nec papa eſt immediatus & proximus vicarius Chriſti & apoſtolorum.

38 Decretales epiſtolę ſunt apocryphę, & ſeducunt à Chriſti fide: & clerici ſunt ſtulti qui ſtudent eas.

39 Imperator & domini ſeculares ſeducti ſunt à diabolo, vt Eccleſiam dotarẽt bonis temporalibus.

40 Electio papæ à cardinalibus, p diabolum eſt introducta.

41 Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias eccleſias.

¶Error eſt, ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalẽ eccleſiam aut conciliũ generale, aut pro quanto negaret primatũ ſummi pontificis ſuper alias eccleſias particulares.

42 Fatuum eſt, credere indulgentijs papę & epiſcoporum.

43 Iuramẽta illicita ſunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus & cõmercia ciuilia.

44 Auguſtinus, Benedictus, Bernardus, dãnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc quòd habuerũt poſſeſſiões, & inſtituerũt & intraduerũt religiones, & ſicà dño papavſque ad *infimum religioſum omnes ſunt hæretici.

*ſtimum

45 Omnes religiones indifferẽter întroductæ ſunt à diabolo.

¶Idemque Ioannes Vuicleff libros dialogum & trialogũ per ipſum nominatos, & plures alios tractatus, volumina & opuſcula compoſuit, in quibus pſcriptos & plures alios damnabiles inſeruit & dogmatizauit articulos, quos libros ad ſui puerſi dogmatis publicationẽ publicè legẽdos expoſuit, ex quibus inſupèr multa ſcandala, dãna animarũ & pericula in diuerſis regiõibus, & pſertim Angliæ & Bohemiæ regnis, ſecuta ſunt: aduersùs quos articulos atque libros in Dei *veritate exurgentes magiſtri & doctores Vniuerſitatum & ſtudiorũ Oxoniẽſis & Pragẽſis, articulos prędictos ſcholaſticè diù pòſt reprobârunt: reuerendiſſimi inſupèr pãtres archiepiſcopi, epiſcopi, pro tempore Cantuariẽſis & Eboracẽſis ſedis Apoſtolicæ legati in Angliæ, & Pragenſis in Bohemiæ regnis, condẽnârunt. Libros etiàm eiuſdem Ioãnis Vuicleff cõburendos fore, dictus archiepiſcopus Pragenſis ſedis Apoſtolicæ cõmiſſarius in hac parte, ſentẽtialiter iudicauit, & eorũ qui ſupereſſent, prohibuit lectionẽ. Rursùs his ad notitiam ſedis Apoſtolicæ & generalis concilij deductis, Romanus põtifex in cõcilio Romano vltimò celebrato, dictos libros, tractat' & opuſcula condẽnauit, iubẽs illos publicè cõcremari, diſtrictiùs inhibendo, nè quis Chriſti

*veritate

nomine inſignitus, auderet aliquẽ ſeu aliquos ſeu aliqua ex dictis libris, voluminibus, tractatibꝰ & opuſculis legere, exponere vel tenere, aut illis quomodolibèt vti, vel illos, niſi in ipſorum reprobationẽ, allegare publicè vel occultè. Et vt de medio Eccleſię illa periculoſa ſpurciſſimaq́; doctrina eliminaretur, iuſſit oẽs per locorum ordinarios, libros, tractatus, volumina & opuſcula huiuſmodi, authoritate Apoſtolica per cenſuram eccleſiaſticam (etiàm ſi opùs eſſet cum adiectione, quòd contra non parentes procederetur tanquàm cõtra fautores hæreſis) diligenter inquiri, & repertos ac reperta, publicè ignibus concremari.

Hæc autem ſancta ſynodus præfatos articulos quadraginta quinque examinari fecit, & ſępiùs recenſeri per plures reuerẽdiſſimos patres Eccleſiæ Romanæ cardinales, epiſcopos, abbates, magiſtros in theologia, doctores iuris vtriuſq; & plures notabiles in ſmultitudine copioſa: quibus articulis examinatis, fuit repertum (prout in veritate eſt) aliquos & plures ex ipſis, fuiſſe & eſſe notoriè hæreticos, & à ſanctis patribus reprobatos, alios non catholicos, ſed erroneos, alios ſcandaloſos & blaſphemos, quoſdam piarum aurium offenſiuos, nonnullos eorum temerarios & ſeditioſos. Compertum eſt etiàm, libros eius plures alios articulos continere ſimilium qualitatum, doctrinamq́; in Dei Eccleſia veſanam, & fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hæc ſancta ſynodus ſententias prædictorum archiepiſcoporum ac concilij Romani ratificans & approbans, prædictos articulos & eorum quemlibet, libros eiuſdem dialogũ & trialogum per eundem Ioãnem Vuicleff nominatos, & alios eiuſdẽ authoris libros, volumina, tractatus & opuſcula, quocunq; nomine cenſeantur, quos hîc haberi vult pro ſufficienter expreſſis, hoc perpetuo decreto reprobat & cõdemnat. Et eorundem librorum & cuiuſlibet ipſorum lectionem, doctrinam, expoſitionem & allegationem, niſi ad eorum reprobationem, omnibus CHRISTI fidelibus prohibendo, inhibemus omnibus & ſingulis catholicis ſub anathematis interminatione, & nè decæterò dictos articulos vel ipſorum aliquẽ audeant publicè prædicare, dogmatizare, tenere, vel quomodolibèt allegare, niſi ad eorum reprobationem, vt dictum eſt, iubens illos libros & tractatus, volumina & opuſcula plibata publicè cõcremari, prout decretum fuerat in ſynodo Romana, ſicut ſuperiùs eſt expreſſum. Super quibus & exequendis & debitè obſeruãdis, mãdat prædicta S. ſynodus ordinarijs locorũ vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet, ſecundùm iura & canonicas ſanctiones.

Quia verò libris prædictis diligenter examina-

tis

tis per doctores & magistros vniuersitatis studij Oxoniens. vltra dictos 45. articulos, ducētos sexaginta extrapendentes collegerunt, quorum aliqui cum supradictis in sententia coincidunt, licèt non in eadem forma verborum: & sicut de alijs superiùs dictum est, quidam ipsorum erant & sunt hæretici, quidam seditiosi, quidā erronei, alij temerarij, nonnulli scandalosi, alij insani, necnō omnes penè cōtra bonos mores & catholicam veritatem fuerunt. propterea per dictam vniuersitatem scholasticè & debitè reprobati. Hac igitur synodo sacrosancta cum deliberatione qua suprà, prædictos articulos & eorū quemlibet reprobat & cōdemnat, prohibens, iubens, mandans & decernēs, prout de alijs 45. Eorūdem ducentorum sexaginta articulorum tenores duximus inferiùs inserendos.

¶ Concilium pronunciat hæreticum Ioannem Vuicleff, ac memoriam eiusdem condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius.

Insuper quia authoritate sententiæ & decreti Romani concilij, mandatoque Ecclesiæ & sedis Apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super condemnatione dicti Ioannis Vuicleff & suæ memorię, edictis propositis denunciationibusque ad vocandum eos, qui eūdem siue eius memoriam defendere vellēt, si qui penitùs existerent. Nullus verò comparuit, qui eundem siue eius memoriam defensaret. Examinatis insuper testibus super impœnitētia finali pertinaciaque dicti Ioannis Vuicleff, per commissarios deputatos per dominum Ioannem papam modernum & hoc cōcilium, seruatisque seruādis, prout in tali negocio postulat ordo iuris, de eius impœnitētia ac finali pertinacia, per euidentia signa testib⁹ legitimis comprobata, fuit legitimè facta fides. Propterea instante procuratore fiscali, edictoque proposito ad audiendum sentētiam ad hanc diem, hæc sancta synodus declarat, diffinit, & sententiat, eundem Ioannem Vuicleff fuisse notorium hęreticū, pertinacem, ac in hæresi decessisse, anathematizando ipsum pariter & suam memoriā condemnando, decernitque & ordinat, corpus & eius ossa (si ab alijs fidelibus corporibus discerni possint) exhumari, & procùl ab ecclesiæ sepultura iactari, secūdùm canonicas & legitimas sanctiones.

Subsequenter dicta sessione (vt præmittitur) facta, de mandato dominorum præsidentium nationum, Giselerus Bouencen & ego notarij nationis Germanicæ antedictæ, accessimus ad portā vulgariter **Switzport** *nominatam ciuitatis Constantiensis, per quā papa Ioannes dicitur fugisse, pro executione vlteriori ipsius citationis, & ibidem dictam citationem contra eum decretam, sigillatam & subscriptā, clauis dictæ portæ affiximus, eamq; affixam & extensam stare dimisimus per temporis spatium, deindè amouimus, & loco eius ibidem copiā in papyro affiximus, & stare dimisimus, præsentibus ibidem probis viris magistro Petro Banninn notario publico, Gotfrido Galsē, Herico Opteruorde, clericis Leodiensis, Moguntinensis, & Hildesheymensis diœcesium, testibus &c.*

Die sabbati eadem hora vesperarum fuit congregatio generalis nationis Germanicæ. In qua primò magister Ioannes Stalbergen, tanquam præpositus ecclesiæ sancti Seueri Erfordiensis, fuit intitulatus, & iurauit &c.

Subsequenter fuit ibidem per dominum Ioannem Abundi pro parte dominorum præsidentium propositum, quarè ex consultatione certorum zelatorum vnionis Ecclesiæ Dei, deberet natio deputare tres prouidos & discretos viros, qui haberēt tractare materiam vnionis iuxta informationem dictorum zelatorum, & quia illa essent ipsis reuelata in secreto & arcano, ideò non esset expediēs neque necessarium, committi pluribus: quia timeretur quòd fraus interuenire posset, si aliqua reuelatio quæ multùm foret nociua, cùm dicta materia concernat practicam ad habēdam vnionem in Ecclesia Dei: & qua practica dimissa, forsan per modica obstacula posset impediri prædicta vnio in Ecclesia Dei. & fuit deliberatū per omnes, quòd deberent eligi tres de quinque alijs ahàs electis super materia vnionis, & per illos quinque fuerunt electi hi, videlicet domini Nicolaus Cuexuensis episcopus, Petrus Ripensis episcopus, Albertus Ratisponensis episcopus, super materia vnionis.

*Die dominica, quinta mēsis Maij prædicti, fuit congregatio deputatorum quatuor nationum hora quinta in loco in quo natio Germanica congregari solet. Et erāt archiepiscopi & episcopi circiter 40. abbates multi, & plures doctores de diuersis studijs, nobiles insuper & ambasiatores regum * circa 20. Quibus omnibus ibidem vocatis per serenissimum dominum Sigismundum Romanorum & Vngariæ regem, dictoq; serenissimo rege in medio ipsorum sedente, proposuit & exposuit qualiter fecisset guerram opportunā & necessariam contra ducem Fredericum Austriæ. Primò ex eo, quòd idem Fredericus scandalizâsset Ecclesiam & concilium Constantiense in hoc, quòd abduxit Ioannem papam 23. noctis tempore, & quòd non remansit per eos, quin totaliter concilium per talem abductionem & papę fugam fuissēt dissolutum. Item ex eo, quòd nonnullos episcopos de suis sedibus expulisset, & abbates de eorum monasterijs, retinēs abbatias & episcopatus in manibus propriis. Item ex eo, quòd viduas & orphanos spoliâsset bonis hæreditarijs, quorum multi propter hoc irent mendicatum per mundum. Et modò ille dux Fredericus, vt præfertur, vellet venire ad concordiam, & quòd guerra cessaret. Quapropter petijt consilium à dominis deputatis, quid ī hac materia deberet facere, & qualē cōcordiā deberet inire, licèt dixit quòd ille Fredericus forsan petat veniam, & stare velit iudicio & simplici verbo domini regis & concilij. Etiàm quòd honor ipsius regis & eius iuramentū, quod aliàs dixit se fecisse, quòd nunquàm velit facere pacem neque treugam cum dicto duce. Et fuit per dominos deputatos disputatū & conclusum, quòd ex hoc nullum incurreret periurium, quia simpliciter eum reciperet ad misericordiam, & tan-*

locus obscurus.

tanquàm hominem captiuum & dominium eius captiuum. Allegabant etiàm multi, quòd tale iuramentum in præsenti casu non habet cum ligare. & sic habitis consultationibus, de voluntate domini regis fuerunt missi quatuor prælati ad associādum dictum Fredericum ducem vsq; ad præsentiam domini regis. Quibus exeuntibus, reuersi fuerunt cum eodem & illustribus principibus secum, videlicet Frederico burgrauio Nurenbergensi, & Ludouico duce Bauariæ, in quorum incessu erat præfatus dux Fredericus, & veniendo ad præsentiam regis, prostrati sunt ad genua, vbi idem Fredericus burgrauius nomine ipsius Frederici ducis Austriæ & ad eius rogatum, dirigēdo sermonē ad regem, dixit, qualiter auunculus suus Fredericus dux Austriæ ibidem præsens, sibi supplicâsset de intercedendo pro eo apud regiam Maiestatem, videlicet quòd de offensis quas sibi intulisset, regiæ Maiestati, ac sacro concilio Constantiensi ac personis ecclesiasticis, aut alijs personis temporalibus, nobilibus, ignobilibus, viduis aut orphanis, peteret à regia Maiestate veniam & misericordiam, dans se & personam suam, dominia sua & bona, totaliter in manibus & potestate ipsius domini regis, promittens se papam reducere velle, saluo tamen honore ipsius ducis Frederici, quòd eidem Papæ neque suis secum venientibus, non inferatur vis in eorum propriis personis, suae bonis quæ secum apportauerint. His dictis, præfatus Fredericus dux Austriæ dixit, quòd ità peteret & humiliter supplicaret regiæ Maiestati ipsum recipere ad veniam & misericordiam, ponēs se & sua dominia & bona quæcunque in manibus & potestate ipsius regis simpliciter disponenda ad omnem suam voluntatem. Supplicans tamen, quòd papæ & suis secum reducendis, nihil fiat in persona & rebus eorum quas adduxerint. Quam humiliationem serenissimus dominus rex recepit, tangens sibi manum, & vlteriùs manibus iunctis, idem dominus Fredericus dux promisit nūquàm per se vel alium seu alios contra dictum serenissimum dominum regem quouis modo facere, sed sibi fidelissimus seruitor esse.

Habundi *Super quo venerabilis vir magister Ioannes * Abūdi aduocatus nationis Germanicæ, nomine omnium & singulorum petijt sibi fieri per dominos Benedictum protonotarium præpositum Albæregalis, & Iacobum Rhodini protonotarium de Ianua, cæterosq; notarios & tabelliones ibidem existentes, vnum vel plura, publicum vel publica, instrumentum seu instrumenta, ad dictamen cuiuslibet sapientis, præsentibus ibidem dictis dominis prælatis, abbatibus, doctoribus, & nobilibus, alijsq; quàm plurimis in multitudine copiosa.*

Effectus literæ submissionis ducis Austriæ, quæ scripta fuit in Teutonico, & sigillo suo sigillata, sequitur & est talis:

*Nos Fredericus &c. recognoscimus &c. Quòd cùm serenissimi principis indignationem incideremus, venimus in propria nostra persona ad conspectum dicti domini nostri regis Constantiam. Et nos personam nostram, territoria, homines, ciuitates, fortalicia, & quicquid habemus & tenemus, nihil excepto, ad suam regalem gratiam dedimus & ponimus vigore præsentium: taliter, quòd ipse nobiscum & cum eis facere & ordinare possit pro suæ regalis libito voluntatis. Quicquid etiàm quælibet persona vel personæ ecclesiasticæ vel seculares, nobiles vel ignobiles, in quacunque dignitate vel statu constitutæ, nemine excepto, contra nos habet occasionem pro quacunque causa, nulla excepta, hoc totaliter posuimus & dedimus in arbitrium dicti domini nostri regis, sic & taliter quòd quicquid ipse dominus noster rex iusserit in huiusmodi, ordinauerit & dictauerit pro sua voluntate per nos erga quemlibet faciendum, quòd istud facere & adimplere & finire debemus absque omni dilatione & contradictione: debemus etiàm & volumus facere & procurare, papam Ioannem ad Constantiam seu alibi quò dominus noster rex voluerit, præsentare, aut facere præsentari ad manus & potestatem dicti domini regis & sacri concilij, quod præsentialiter Constantiæ celebratur. Sperantes quòd iuxta verbum regium desupèr nobis factum, quòd dictus papa Ioannes & omnes secum venturi Constantiam aut ad alium locū deputandum, suarum vitæ & rerum ad eos pertinentium, quas secum ad huiusmodi locum duxerint, sint securi. Et si dictus papa Ioannes de papatu depositus fuerit vel cesserit, tunc in voluntate præfati concilij stabit, quomodò eidem de statu suo prouideatur. Nos etiàm volumus & debemus in hostagio Constantiæ manere, quousquè papa Ioannes Constantiam aut alibi, quò præfatus dominus rex deputauerit, peruenerit, vt suprà dictum est. Et quousquè omnes & singuli officiales, ciues & incolæ munitionum, ciuitatum & territoriorum in Sueuia, Alsatia, partibus * Brisgoniæ, comitatu Tirolis circa Athesim & valle dicta* **im Tal** *præfato domino nostro regi & imperio sacro fidelitatem promiserint & iurauerint ad sancta Dei euāgelia ipsum respicere & sibi obedire, donèc omnia & singula per nos totaliter & effectualiter facta fuerint & adimpleta. In quo & præfati domini nostri regis simplicibus verbis, literis aut intimationibus absque probatione alia debent contentari, aut quousquè idem dominus noster rex eosdem fidelitatum, promissionum & iuramentorum huiusmodi per se vel suas literas nunciauerit absolutos. Et in casu quo præmissa in toto vel in parte nō faceremus & impleremus, seu quomodolibèt contraueniremus, quod Deus auertat, extunc præfatæ ciuitates, munitiones, territoria & homines nostri, præfato domino nostro regi & sacro imperio totaliter deuoluantur, & deincèps eidem tāquàm iusto ordinario & naturali domino subijciantur & obediant, nostra & cuiuslibet alterius contradictione non obstante, omnibus fraude, dolo & nequitia totaliter cessantibus in præmissis, Et istud ad omnem firmitatem promisimus nostra principatus fidutia, & ad sancta Dei euangeliæ iurauimus, virtute huius literæ totum id quod suprascriptum est, faciendum & adimplendum totaliter & cum effectu. Et in testimonium istius, sigillum nostrum ad literam cum matura nostra deli-*

* Brisgoiæ

beratione apposuimus. Et quia nos etiàm istud præscriptũ totum de nostra propria & libera volũtate fecimus, propterea rogauimus illustres principes ducem Ludouicũ comitem Palatinum Rheni ducem Bauariæ, & Grissinum de Morey nostrũ dilectum auunculum, & burgrauium de Nurenberg nostrum dilectum socerum, quòd quilibet eorum suum sigillum ad testimonium omnium et singulorum præmissorum ad præsentem literam apposuit, eosdem Ludouicum &c. indemnes tenendo, Datum &c.

Super quibus lectura, publicatione, pronunciatione & diffinitione siue condẽnatione, dñs Ostien̄ presidens, & dicti quatuor nationum quatuor præsidẽtes, interrogati an placeret, respondẽrunt omnes, & primò Ostien̄, deindè nationum presidentes, quòd placeret. Et approbauerunt omnia prędicta,

SESSIO IX. IN QVA PRODUCEBATUR EXECUTIO CITATIONIS CONTRA IOANNEM PAPAM 23.

DIE Lunę decimatertia mensis Maij supradicti, fuit sessio generalis in Ecclesia cathedrali Cõstãtiensi supradicta, in qua presidebat reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis. Cui sessioni interfuit serenissim⁹ princeps Sigismundus, Romanorum & Hungarię rex, cum suis nobilibus & insignijs regalibus. Et fuit cãtata Missa de Angelis, videlicet, BENEDICITE OMNES ANGELI &c. per reuerendum patrẽ dominum Robertum episcopum Saresbiriẽsem nationis Anglicanæ.

*Præsentibus ibidèm reuerendissimis dominis Ioanne Episcopo Ostiensi cardinali &c. Angelo Laudensi, Francisco Venetiarum, Alamanno Pisano, Iordano de Vrsinis, Branda Placentino, Guilielmo sancti Marci, Antonio de Salancho presbyteris, *Amadeo Salutiarum, Raynaldo de Brancka*is, Ludouico de Flisco, Landulpho Bavensi, Odone de Columna, Francisco Florentino, & Lucido de Comitibus, diaconis cardinalibus, absentibus Petro Cameracensi, & Antonio Aquilegiensi cardinalibus, licèt in ciuitate Constantiensi præsentibus. Qua Missa cantata, fuit cantatum officium, Exaudi nos domine &c. cum litanijs, orationibus & collectis, cum Euangelio, Erunt signa in sole &c. ac hymno, Veni creator spiritus. Quibus finitis, surrexit venerabilis vir magister Benedictus Gentiani, monachus ordinis sancti Benedicti, ambasiator studij vniuersitatis Parisiensis, & proposuit qualiter venerabilis mater vniuersitas studij Parisiensis recommendaret sẽ præsenti Concilio Constantiensi, mittendo sibi vnam literam, quam ibidèm in medium produxit, cuius tenor sequitur inferiùs post lecturam aliorum, pro quibus sessio fuit deputata. Deindè surrexerunt honorabiles viri magistri Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores Concilij.*

*Amedeo

Odo iste fit postea in hac synodo papa Martinus quintus.

Idem Henricus loquens reproduxit citationẽ aliàs contra Ioannem Papam vigesimumtertium decretam, vnà cum eius executione facta in publicis instrumentis, quorum tenores inferiùs sunt inserti. Et vlteriùs recitando, primò, qualiter dominus Ioãnes Papa vigesimustertius & eius receptatores, sequaces & fautores fuerunt citati ad diem præsentem, ad comparendum, respondendum & allegandum causam &c. prout in dicta citatione cõtinetur. Et ob hoc eorundem Ioannis receptatorum & sequacium siue adhærentium non comparentium, neque aliquas causas rationabiles allegantium, cur recessus dicti domini Ioannis Papæ clandestinus pronunciari non debeat fuisse & esse Ecclesiæ sanctæ Dei damnosus, scandalosus & opprobriosus, ac vnionis & pacis Ecclesiæ perturbatiuus & nociuus, ac nefandissimi schismatis nutritiuus & roboratiuus, hæresisq; & suspicionum fidei sensitiuus, ac à bono vnionis & pacis Ecclesiæ præfatæ, promissionibusq;, iuramentis & votis per dominum Ioannem papam super hoc factis deuiatiuus. Nec etiàm allegantium causas, quarè testes super notorietate criminum in citatorio expressorum recipi non debeant, & deindè notoria pronunciari, & super eisdem tanquàm super notorijs criminibus procedi. Et cur ipse dominus Ioannes Papa vigesimustertius non debeat suspendi à totali administratione papatus, propter notoriam, malam vel scandalosam administrationem & dilapidationem. Ipsosq; deindè Ioannem Papam, suos complices & sequaces, primitùs tamen per reuerendissimos patres dominos ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, & quatuor prælatos quatuor nationum, diligenter ante valuas huius maioris Ecclesiæ Constantiensis præconizatos, si non comparuerint neque reperiantur, petimus cõtumaces reputari, & in eorum contumaciam supradicta omnia & singula per hanc sanctam synodum secundùm formam citatorij pronunciari, declarari & decerni, dictum recessum suum fuisse & esse sanctæ Ecclesiæ Dei scandalosum & opprobriosum &c. Necnon crimina in ipso citatorio expressa, fuisse & esse notoria, & super eis tanquàm super notorijs procedendum fore, & procedi debere declarari, dictumq; dominum Ioannem Papã à totali administratione papatus tam spiritualium quàm temporalium, propter præmissa lite pendente, suspendendum fore & suspendi debere: ipsumq; super prædictis criminibus fuisse & esse notoriè irretitum, et petitũ incorrigibilem, aliasq; procedi, decerni & declarari, prout iuris fuerit & ordo dictauerit rationis.

Luc. 21. c

Item petimus similiter ex benignissimo officio, quòd humiliter pro tota vniuersali Ecclesia & cuncto populo Christiano imploramus, per hoc sacrum Concilium & hanc sanctam vniuersalem synodum aliquos ex dominis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus antedictis, & aliquos alios etiàm prælatos dari & deputari commissarios eorum, quibus testes in hac causa produci valeant, quique iuramenta eorundem recipiant, ipsosq; examinent diligenter, & huic sacro Concilio processum

sum huiusmodi habitum & habendum referant: aliaq; faciant, quæ circa præmissa necessaria fuerint & quomodolibèt opportuna. Præmissa omnia et singula cum debita petimus instantia instantiùs & instantissimè fieri, decerni & adimpleri, saluo iure addendi, minuendi & mutandi, declarandi &c. vt est stylj iuris atque moris.

*Quibus factis, reuerendissimus pater dominus Franciscus cardinalis Florentinus surrexit, proponens quòd dominus Ioannes papa vigesimustertius prædictus, misit dominis cardinalibus vnam bullam, in qua constituit procuratores suos ad hanc synodum, ad defendendum & agendum nomine suũ super sibi impositis & imponendis per dictam synodum, videlicet reuerendissimos patres dominum Petrum Cameracensem, Guilielmum sancti Marci presbyteros, & ipsum Florentinum diaconum Cardinalem, licèt sui collegæ ipsi non venerunt ad concordiam, an vellent acceptare onus procuratoris, licèt ipse similiter misisset vnum breue, exhortando eos quòd acceptarent pro eo onus procuratoris, tamen iuxta id quod sibi visum fuerat, non possunt benè transire quin deberent acceptare. Sed ex nunc dixit, quantùm in eo erat, pro ista vice nollet acceptare onus procuratoris, persuasissetq; sibi aliàs quando fuerat secum, quòd reuerteretur & faceret illa quæ promiserat. Dominus verò Guilielmus sancti Marci leuans se, dixit quòd illã materiam ignorãsset penitùs, & nũquàm venissẽt ad notitiã eius, nisi hodiè manè. Sed quicquid esset, ipse non esset dispositus ad acceptandum onus pro papa, neque pro aliquo alio, renuncians ipse acceptationem exnunc penitùs & omninò. Exnunc tamẽ approbans persuasionem quam Florentinus dixit, feciss̃e papæ, qualiter reuerteretur ad Concilium, & impleret ea quæ vouisset & iurãsset. Quibus sic propositis per dictos dominos Florentinum & sancti Marci Cardinales, statim surrexit magister Henricus de Piro, vnà cum Ioanne de Scribanis, ipsoq; Henrico loquente dixerunt, quòd citatio esset personalis & causa curialis, in qua nullus admitteretur per procuratorem, protestando ibidèm, ex quo Ioannes papa vigesimustertius constituit procuratores suos ad hanc causam, quòd manifestum & notorium esset, quòd citatio venit ad eius notitiam & sufficienter deuoluta. Subsequenter pro meliori expeditione huius negocij sunt rogati per Concilium duo cardinales diaconi, & quinque prælati nomine Concilij, ad eundum ad portas siue valuas ecclesiæ præsentis, ad inquirendum si Ioannes papa vigesimus tertius foret ibidèm, ipsumq; requirendo & suos sequaces, receptatores & fautores, vt comparére deberent coram sancta synodo Constantiensi, responsuri super cõtentis in citatorio contra eos emisso: cardinalibus verò recusantibus, licèt petitis & expectatis, accusarunt ad portas ecclesiæ reuerendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus nationis Gallicanæ, Nicolaus *Gueznensis archiepiscopus nationis Germanicæ, Antonius archiepiscopus Ragusinus nationis Italicæ, & Nicolaus episcopus Bathoniensis nationis Anglicanæ, cum reuerendis patribus Benedicto præposito Alberegalis protonotario nationis Germanicæ, & Iacobo Rhodini nationis Italicæ, & quinque notarijs siue tabellionibus quatuor nationũ, * Stephanus *episcopus *Dolensis nationis Gallicanæ. Quorum quilibet vnus post alium in dictis & extra valuis tribus vicibus vocârunt Ioannem Papam vigesimumtertium, & suos sequaces alta & intelligibili ac clamorosa voce, videlicet in hunc modum: Authoritate sanctæ synodi Constantiensis requirimus Ioannem papam vigesimumtertium citatum & suos sequaces & fautores: si sint hîc, veniant coram dicta sancta synodo, responsuri super contentis in citatorio. Quibus inquisitionibus & requisitionibus factis successiuè, nullus comparuit neque respondit: Reuersi ad Ecclesiam & ad dictam synodum, fecerunt relationẽ. Primò dominus Ioannes patriarcha, & deindè dominus Benedictus protonotarius nomine notariorum, qualiter inquisiẽrunt dictum Ioannem papam & eius sequaces ac fautores iuxta formam iuris, & nullus eis apparuit neque apparebat pro eis, *quòd attestarentur coram Deo & dicta sancta synodo Constantiensi. Super quibus successiuè dictis, petitis, relatis atque iniunctis, idem magister Henricus de Piro promotor vnà cũ dicto Ioanne de Scribanis, petiuerunt sibi per notarios sedis Apostolicæ & alios tabelliones & notarios synodi, vnum & plura confici, publicum & publica, instrumentum & instrumenta. Præsentibus ibidèm illustribus principibus dominis Ludouico duce Bauariæ, Rompoldo duce Zaganensi in Slesia, Ioanne Iacobo comite Aquæsanensi filio comitis Montisferrati, Ioanne comite de Friburg, Ioanne Carolo de vicecomitibus de Mediolano, Philippo de Florentia, Nicolao de Gara magno comite de Vngaria, & alia Christianorum multitudine copiosa.*

Istud hîc abundare videtur.

*quod

*for. Gnesnensis

Quibus sic peractis, dominus Andreas electus Poznaniensis, de mandato dictæ synodi ascendebat locum in quo publicabantur edicta Concilij, & legebat ibidèm certam schedulam aliàs in nationibus conclusam pro officialibus Concilij &c. Cuius tenor sequitur inferiùs. Necnon literam missiuam per vniuersitatem studij Parisiensis, cuius similiter tenor sequitur inferiùs. Quibus lectis, Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis, Henrico loquente, petiẽrunt à tota synodo an placeret, adijcientes, si aliquis esset cui non placeret iuxta authoritatem & facultatem Concilij, posset liberè surgere & dicere id quod sibi placeret. Et sic de omnibus aliis fuit responsum per dominum præsidentem & omnes alios, Placet, nemine discrepante.

Tenores verò executionis citationis in valuis Ecclesiæ & portarum ciuitatis Constantiensis factæ, necnon schedulæ deputationum officialium, ac literæ missiuæ Vniuersitatis studij Parisiensis sequuntur, & sunt tales.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis patris & filij & Spiritus sancti, Amen.

Qua quidem Missa cantata, legebantur Litaniæ & alia more aliarum sessionum, cũ Euangelio, Erunt signa in sole & luna &c. Deindè verò dominus Andreas elect⁹ Poznaniensis, legebat quasdam conclusiones & literas, quarũ tenores sequuntur, & sunt tales: Luc. 21.

Sacrosancta Constantiensis synodus, Ecclesiam catholicam repręsentans, in Spiritu sancto legitimè congregata: Auditis & intellectis propositis & petitis per procuratores huius sacri Concilij generalis contra dominum Ioannem papam vigesimumtertium, intendentes in hac causa cum maturitate & mansuetudine & charitate in Spiritusancto procedere, præfatum dominum Ioannem, quo ad præmissa cõtra eum proposita & petita, vsque ad diem crastinum hora qua celebrabitur sessio, de solita benignitate expectandum decernit, & super iam propositis seu petitis pro parte eius fore respondendum.

Concilium dat commissarios in causa inquisitionis contra Ioannem papam vigesimum tertium.

Item dicta sancta synodus deputat & constituit suprà propositos contra dictum dominum Ioannem papam vigesimumtertium commissarios reuerendissimos dominos cardinales de Vrsinis, & tituli sancti Marci, necnon reuerendos patres dominos episcopos Concordiensem & Taruisinum, ac Ioannem de Bononia sacri palatij Apostolici causarum auditorem, nationis Italicæ: & episcopum Dolensem, & Abbatem sancti Lupi, necnon Guillermum Malignis dicti palatij auditorem, natiõis Gallicanæ: & episcopum Mersburgensem auditorem, nationis Germanicæ: episcopum Lichfeldensem, & abbatem beatæ Mariæ extra muros Eboraci, nationis Anglicanæ, quibus dat potestatem super prædictis testes recipiendi, citandi & compellendi, ipsosque examinandi secundùm petitionem prædictorum promotorũ, prout materia causæ requirit, ità quòd quilibet ipsorum tres, possint prædicta inchoare, proficere & finire, & super notorietate & scandalizatione & incorrigibilitate dictorum criminum plenariam relationem facere, & ad finem procedendi contra dictũ Papam, vt iuris fuerit & rationis.

¶ Concilium deputat suos iudices.

Item dicta sancta synodus constituit & deputat in iudices seu commissarios ad audiendum omnes causas, ad dictam sanctam synodum per appellationem seu querelam deductas, deuolutas, seu deducendas & deuoluendas, reuerẽdissimos patres Matthæum Episcopum Pistoriensem nationis Italicæ, Ioannem episcopum Vaurensem nationis Gallicanæ, Nicolaum Episcopum Plocensem nationis Germanicę, & Robertum Episcopum Saresbiriensem nationis Anglicanæ: quibus dat potestatem in prædictis citandi in curia & extra eam, & alia faciendi quæ ad dictas causas pertinent, & pertinebunt vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè.

¶ Concilium deputat sessionarios.

Item dicta sancta synodus constituit & deputat in sessionarios, pro ordinando dominos prælatos, ambasiatores & cæteros in sessionibus cõcilij, prout fieri solitum est, videlicet de natione Gallicana antiquos nominatos, & de natione Italica dominũ Ioannem de sancto Seuerino, & pro natione Germanica magistrum Euerhardum Lupi.

Item supplicetur per legentem prædicta, serenissimæ regiæ maiestati, quòd loco domini comitis Bertholdi propter eius absentiam, prouideat de vno alio ad suum officium sufficiente.

*In nomine Domini, amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octaua, die quarta mensis Maij, pontificatûs sanctissimi in Christo patris & domini, domini Ioannis diuina prouidentia papæ vigesimitertij anno quinto, in mei notarij publici & testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia, venerabilis vir magister Nicolaus de Hubancho, literarum Apostolicarum scriptor & procurator, audientiæ publicę literarum contradictarum domini nostri papæ lector, in ecclesia sancti Stephani Constantiensi, pro audientia causarum apostolica specialiter deputata, manè hora consueta quasdam literas citatorias personales à sacrosancta synodo Constantiensi generale Concilium faciente, & Ecclesiam catholicam repręsentante, in Spiritusancto legitimè congregata, ad instantiam venerabilium virorum magistri Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia, causarum & negociorum dicti Concilij promotorum & procuratorum, contra præfatum dominum Ioannem papam, & eius fautores, receptatores & eius sequaces emanatas, & proprijs sigillis præsidentiũ quatuor nationum huiusmodi Concilij munitas & sigillatas: necnon per prouidos viros magistros Ioannem Guiardi pro Gallicana natione, Bartholomæum de Guastis pro Italica, Giselerum Bouẽcen pro Germanica, & Ioannem Raynaldi pro Anglicana nationibus, in prædicto sacro generali Concilio Cõstantiensi notarios subscriptas & sigillatas, quorum tenor sic incipit: Sacrosancta Constantiensis synodus &c. Et sic finit, Datum Constantię prouinciæ Moguntinensis &c. alta & intelligibili voce legit & publicauit, ad præfatorũ Henrici de Piro & Ioannis de Scribanis promotorum & procuratorum nomine, quò suprà, instantiam, qui sibi de publicatione & lectura huiusmodi per me notarium publicum infrascriptum, vnum vel plura, publicum seu publica fieri petièrunt instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidèm venerabilibus & discretis viris magistris Michaële de *Bolesanis licentiato in decretis, Ioanne de Scribanis in Romana curia procuratore, Conrado Baldeuin, Henrico Hutenatels, Ioanne Brunichusen, Robino Colini in dicta audientia procuratoribus, & Giselero de Bouencen sacri palatij Apostolici causarũ notarijs, & quampluribus alijs testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Paulopòst ego Fredericus notarius infrascriptus, dictas literas citatorias ad valuas dictę ECCLESIAE sancti Stephani pro audientia causarum Apostolica specialiter deputata affixi, & extensas per tempus dimisi, rogatus & requisitus per dictos magistros Henricum de Piro & Ioannem de Scribanis promotores & procuratores nomine quo suprà, vt de huiusmodi affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidèm discretis viris Nicolao Vourt, Henrico Herbordi, Ioanne Christiani, & Ioanne Carpentarij in prædicta audientia procuratoribus, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Deindè verò hora tertiarum dictę diei vel quasi, ego Fredericus notarius infrascriptus, prædictas literas citatorias de prædictis valuis remoui, & statìm posteà ad valuas Ecclesię cathedralis Constantiensis affixi, & extensas ibidèm dimisi per horam & vltra, rogatus & requisitus, vt de huiusmodi remotiõe & affixione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidèm discretis viris magistris Nicolao de Hubancho lectore prædicto, Arnoldo Vorthem, Theodorico de Horsten literarum Apostolicarum scriptoribus, & Ioanne Stade de Lothem sacri palatij Apostolici causarum notarijs, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Expòst verò hora quasi vndecima dictæ diei, ego Fredericus notarius infra scriptus, prædictas literas citatorias de prædictis valuis remoui, & deindè in cõtinenti ad valuas palatij Apostolici siue domûs episcopalis Constãtiensis, vbi dictus dominus noster papa dum in præsenti ciuitate Cõstantiẽsi erat, habitabat & habitare solebat, affixi, & extensas per tempus dimisi. Et deindè hora Nonarum vel quasi, easdem literas citatorias de proximè dictis valuis remoui, & mecum portaui, rogatus & requisitus à sæpedictis promotoribus & procuratoribus, vt de huiusmodi affixione & remotione publicum conficerem instrumentum. Præsentibus ibidèm honorabilibus viris magistro Theodorico de Horsten, Gosuino Muel literarum Apostolicarum scriptoribus, Hermanno Coppardi canonico ecclesiæ sancti Cassij Bonnensis Coloniensis diœcesis, Henrico ten* **Langenhaue** *de Reys, Ioanne Vualkingen, & Stephano Pilosi sacri palatij causarum Apostolici notarijs, & Ricoldo* **von der Samitter** *clericis, Coloniensis, Monasteriensis, *Rutimensis & Leodiensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Et ego Fredericus de Arnhem clericus Coloniensis diœcesis, publicus Apostolica & Imperiali authoritatibus notarius, ac dictæ audientiæ publicæ literarum contradictarum domini nostri papæ scriba, quia prædictis lecturæ, publicationibus, affixioníbus & remotionibus vnà cum prænominatis testibus præsens interfui &c.*

*Bolosonis

In nomine Domini, amen. Anno à natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octaua, die verò sabbati quarta mensis Maij, pontificatûs domini Ioannis papæ vigesimitertij anno quinto, paulò post horam Nonarum, Ego Giselerus notarius publicus infrascriptus, in testium infrascriptorũ ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia certas literas citatorias personales, à sacrosancta synodo Constantiensi generale Concilium faciente, & Ecclesiam catholicam repræsentante, in Spiritusancto legitimè congregata, ad instantiam & petitionem venerabilium virorum magistrorum Henrici de Piro licentiati in decretis, & Ioannis de Scribanis de Placentia, causarum & negociorum dicti Concilij promotorum & procuratorum, contra præfatum dominum Ioannem papam vigesimumtertium & eius fautores, receptatores & sequaces emanatas, & sigillis præsidentium quatuor nationum huius Concilij munitas & sigillatas, ac etiàm per quatuor earundem nationum in prædicto sacro generali Coucilio notarios subscriptas & signatas. Quarum quidem literarum citatoriarum tenor sic incipit, Sacrosancta Constantiensis synodus &c. & sic finitur, Datum Constantiæ prouinciæ Moguntinensis, in sessione publica, in Ecclesia maiori solenniter celebrata die Iouis secunda mẽsis Maij, indictione octaua, anno Domini &c. Ad instantiam & requisitionem præfatorum magistrorum Henrici de Piro, & Ioannis de Scribanis promotorum & procuratorum, nomine quo suprà, valuis seu portis ciuitatis Constantiensis, **Suitzport** *vulgariter nuncupatis, vnà cum earundem vera copia affixi, et ibidèm affixas & extensas dimisi. deindè verò hora prima post meridiem eiusdem diei, ipsas literas citatorias originales, copijs earundem per me affixis ibidèm dimissis, à dictis valuis seu portis amoui, & mecum portaui, rogatus & requisitus à supradictis magistris Henrico de Piro, & Ioanne de Scribanis promotoribus & procuratoribus nomine quo suprà, vt de affixione & amotione huiusmodi ipsis vnum vel plura, publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidèm discretis viris magistris, Gumperto Fabri, & Petro Bannin de* **Oesterwick**, *sacri palatij Apostolici causarum notarijs clericis Moguntinensis & Leodiensis diœcesum, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis. Paulò verò post præmissa ego Giselerus notarius infrascriptus vnà cum prædictis literis citatorijs, dictæ cinitatis Constantiensis valuas seu portas, *Rumphartorum vulgariter nuncupatas, accessi, & eisdem valuis seu portis easdem literas citatorias vnà cum earundem vera copia affixi, et ibidèm ipsas affixas & extensas dimisi. Demùm verò ipsas citatorias originales post horam *vesperorum eiusdem diei supradictæ, copia earundem ibidèm per me affixa, etiàm in proximè dictis portis dimissa, remoui & mecum deportaui, rogatus*

* **Rumphartorn**

* vesperarum

*tus & requisitus à supradictis magistris, Henrico de Piro & Ioanne de Scribanis, promotoribus & procuratoribus nomine quo supra, vt ipsis de huiusmodi affixionibus & amotionibus vnum vel plura, publicum seu publica conficerem instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidèm honorabilibus & discretis viris magistris Clemente de Cumis, & Bassiano de Putalactis de Lauda, literarum Apostolicarum scriptoribus, & Ioanne Guiardi in dicto sacro Concilio pro natione Gallicana notario clerico Pictauensis diœcesis, testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Et ego Giselerus de Bouencen clericus Moguntinẽsis diœcesis, Apostolica & Imperiali authoritatibus notarius, & in sacro Constantiensi generali Concilio supradicto pro natione Germanica notarius, prædictas literas citatorias per edictum & personales supradictis valuis & portis affixi, et vt præmittitur amoui, de quibus affixione & amotione præsens publicum instrumentum manu mea propria subscriptum confeci, subscripsi, & publicaui, signóque & nomine meis *solis & consuetis signaui, rogatus & requisitus in fidem & testimonium omniũ & singulorum præmissorum.*

*for. solitis

Egregijs inclytisq; patribus viris ex omni gente dilectis, in salutifero Constantiensi Concilio vniuersalem Ecclesiam repræsentantibus.

Literę studij Parisiensis ad Cõciliũ.

*Egregij inclytiq́ue patres, viri ex omni gente dilecti, almúmque & salutiferum Concilium: Si labori, si grauibus operibus per diuersas vias pacem Ecclesiæ quæsiuistis, non corpori, non mundanis parcentes diuitijs, sed thesaurizantes in cælo, iam constantiùs persistendum, iam ambulandum cautiùs, iam opus est incumbere magis, cùm turbidus auster primùm dulce spirantes zephyros à PETRI nauicula aliquantisper repulit. Sed remis agendum, vt ad tranquillitatis portum ducatur incolumis. Iam in vos spes catholici populi constituta est, vos columnas Ecclesiæ firmas vniuersi laudant & venerantur, & pacem orantes populi, manus ad sidera tendunt. Nam adducta est eò fiducia per vestram perseuerantiam, postquàm domini nostri papæ discessum agnouerint. Quanquàm discessum ægrè feramus, multumq́ue spes præcedens passa est detrimentum, vt nupèr scripto vobis notum fecisse putamus. Nunc igitur felix vestris laboribus sit Ecclesia, fortunatiq́ue populi, quos inuisum schisma tanta per tempora conturbauit: non enim tantus cœtus in vacuum erat conuocandus. Sed vt fructus labores sequatur assiduos, non dispergantur oues gregis propter pastoris absentiam, sed occasio sit hæc in centuplo maioris vnitatis: quoniam cõmunia *nostrũm omnium vota, & vniuersæ fidelium mentes sequentur, vestra deliberata pro firmis veritatibus sustinebunt, vobis in cunctis innitentes, vt fidei debitæ irrefragabiliter obligantur: & nosipsi de vestra constantia gaudemus in Domino, vobis obedire, obsequi, reuereri, atque semper assentire parati teste Domino, qui vestros labores in consummatæ pacis quietem dirigat, & in viam salutis æternæ.*

*for. vestrũm

Datum Parisijs in nostra congregatione generali, apud sanctum Martinum super hoc specialiter cõgregata decimoquarto die mensis Aprilis.

Vestrarum paternitatum egregiarum zelantissimi deuoti imitatores, Rector & Vniuersitas studij Parisiensis.

Eadem die post meridiem fuit congregatio nationis Germanicæ: In qua primò fuerunt deputati per scrutinium pro parte eiusdem nationis, quinque venerabiles viri domini Hermannus Duergh sedis Apostolicæ protonotarius, Bertoldus de Vuildungen sacri palatij Apostolici causarum auditor, Ioannes Abundi decretorum doctor, Petrus de Tyger licentiatus in decretis, & Henricus de Piro licentiatus in decretis, ad ordinandum positiones et articulos, in causa inquisitionis depositionis Ioannis papæ 23. per synodum Constantiensem offerendos. *Dvuerck

Subsequenter venit ibidèm dominus Romanorum rex cum deputatis aliarum trium nationum, præsentans vnam copiam cuiusdam bullæ datæ Carolo de Malatestijs de Arimino. In qua Angelus de Corario, Gregorius 12. in sua obedientia nũcupatus, dedit licentiam ipsi Carolo & suis de eius obedientia, ad consentiẽdum huic Concilio, iniungens idem dominus rex dominis deputatis, quòd examinarent illam copiam: & si foret defectuosa vel insufficiens, vellet eam remittere Carolo, qui statim disponere deberet, quòd omnia sufficienter emendarentur ad voluntatem Concilij.

Prædictis lectis & publicatis, promotores petiêrunt ab ipsa synodo, si placerent: adijcientes, si aliquis esset cui non placeret, iuxta authoritatem & facultatem concilij posset surgere, & dicere id quod sibi placeret. Et sic fuit ab omnibus respõsum per dominum Præsidentem & omnes alios, PLACET, nemine discrepante.

SESSIO DECIMA.

DIe Martis decimaquarta mensis Maij supradicti, fuit sessio generalis in Ecclesia cathedrali Cõstantiensi supradicta, in qua reuerẽdus pater Dominus Bertrandus episcop⁹ sancti Flori, ambasiator regis Cypri, cantauit officium MISSAE de sancta Trinitate. Et præsidebat in eadem sessione Reuerendissimus pater dominus Ioannes Episcopus Ostiensis Cardinalis Viuariensis, rege Romanorum ibidèm pśente in insignijs regalibus cum suis nobilibus. Et reuerendissimi patres domini Angel⁹ Laudenſis, & Iordanus de Vrſi-

regalibus cum suis nobilibus. Litanijs autẽ & alijs in sessionibus legi consuetis, lectis & peractis, Reuerendiss. pater dominus Ioannes Patriarcha Antiochenus, legebat Decretum suspensionis Papæ, cuius tenor sequitur in hunc modũ:

*sinis cardinales assistebant regi Romanorũ ibidèm præsenti in insignijs regalibus cum suis nobilibus. Præsentibus ibidèm Branda Placentino, Fráciſco Venetiarũ, Guilielmo sancti Marci, Antonio de Salancho presbyteris. Amadeo Salutiarũ, Rainaldo de Brãckasijs, Ludouico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Columna, Lucido de Comitibus, & Francisco Florentinensi diaconis cardinalibus. Absentibus tamen Petro Cameracensi, Alamanno Pisano, Antonio Aquilegiensi, & Thoma Tricaricensi cardinalibus, licèt in eadem ciuitate præsentibus. Officio verò Missæ solenniter de sancta Trinitate peracto, fuerunt lectæ litaniæ cum introitu. Exaudi nos domine &c. Euangelio, orationibus & collectis ad hoc deputatis, et hymno, Veni creator spiritus. Quibus sic cantatis, lectis & factis, surrexerunt Henricus de Piro, & Ioannes de Scribanis promotores &c. Henricus de Piro loquens proposuit, qualiter ista sessio hodierna esset continuatio sessionis hesternæ. Idcircò repetijt citationem aliàs per edictum contra Ioannem papã vigesimumtertium decretã & herì reproductam, vnà cum eiusdem executione facta in valuis Ecclesiarum & portarum iuxta suũ decretum, & hodiè reproduxit de nouo. Petijtq́; per quatuor prælatos quatuor nationum & duos cardinales ad hoc deputatos, eundẽ dominũ Ioannem requiri extra valuas ipsius Ecclesiæ, in quibus dicta citatio fuit affixa et executa, & eius sequaces, receptatores & fautores, ad respondendum de et super omnibus & singulis contentis in citatione, vt præmittitur, contra eum decreta, seu causam quarè minimè tenerentur ad hoc allegandum, instanter postulauit. Et vlteriùs in casu quo repertus non fuerit, ipsum Ioannem suspendi ab administratione totali papatûs in spiritualibus & temporalibus per sanctã synodũ Constantiensem. Prædicta requisitione facta per promotores, accesserunt ad portas maiores eiusdẽ Ecclesiæ, in quibus cõmuniter huiusmodi edicta publicari solent, reuerendissimi patres Franciscus Florentinensis, & Lucidus de Comitibus Cardinales, Ioannes patriarcha Antiochenus de natione Gallicana, Nicolaus archiepiscopus *Gueznensis de natione Germanica, Antonius episcopus Ragusinus de natione Italica, et Nicolaus episcopus Bathoniensis de natione Anglicana. Præsentibus ibidèm reuerendis patribus dominis Benedicto præposito Albaregalis, Iacobo de Rhodinis de Ianua, & Thoma * Polcon sedis Apostolicæ protonotarijs. Necnon Ioanne Guiardi pro natione Gallicana, Bartholomæo de Guastis pro natione Italica, Gumperto Fabri pro natione Germanica, cum Giselero de Bouencen, & Vuilhelmo Porcellis pro natione Anglicana notarijs & scribis. Quibus dominis. in portis existentibus, ex mandato & consensu aliorum, reuerendissimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus vocauit alta & intelligibili voce dominum Ioannem papam vigesimumtertium suos sequaces, fautores & receptatores, si essent ibidèm quòd cõparerent corã sancta synodo, ad præsens in eadem Ecclesia congregata, responsuri, audituri, visuri & allegaturi, quarè iuxta contenta in citatorio cõtra eos decreto, pronunciari non debeant tales, quales in eodem citatorio dicuntur diffamati. Certificantes eosdem, siue comparuerint, siue nõ, quòd nihilominùs eadem synodus ad vlteriora prout iuris fuerit, procederet, eorum contumacia non obstante: & aliàs ad dicendum causam, quarè non debeat idem Ioannes papa ab administratione totali papatûs verum spiritualium & temporalium suspendi. In quam quidem vocationem alij ibidèm existentes prælati non inquirentes, consenserunt & voluerunt eam sufficere pro actu præsenti. Super quib⁹ magister Henricus de Piro promotor sibi nomine dictæ sanctæ synodi vnum vel plura, publicũ seu publica confici petijt instrumentum seu instrumenta. Præsentibus ibidèm Frederico de Arnhem notario audientiæ contradictarũ, Euerardo Lupi, Ioanne de S. Seuerino, literarum Apostolicarum & pœnitentiariæ scriptoribus, & aliorum Christianorum multitudine copiosa. Et sic ipsi cardinales et prælati quatuor nationum reuensi sunt ad Ecclesiam & ad locum Concilij. Tunc reuerendissimus pater dominus Fráciscus cardinalis Florentinensis præfatus, retulit toti synodo, quatenùs in valuis & extra valuas Ecclesiæ prædictæ mox per vocem domini Ioãnis patriarchæ Antiocheni, dominum Ioannem papam vigesimumtertium, eiusq́; fautores, receptatores & sequaces vocãssent, iuxta tenorem dicti citatorij contra eos emanati, ad respondendum super sibi obiectis & obijciendis, & aliàs dixit & retulit, prout in eodem citatorio plenius continetur. Qui quidem dominus Ioannes papa, neque fautores, receptatores & sequaces apparuerunt, neq; comparuerunt. Et sic similiter præfati domini prælati quatuor nationum respondere-runt successiuè, & retulerunt synodo præfatæ eos dictum mandatum fuisse executos, licèt nemo apparuerit. Quibus relationibus factis, ad instantem petitionẽ dicti Henrici promotoris, dominus præsidens primò reputauit dictum dominum Ioannem papam, suos sequaces, receptatores & fautores, cõtumaces: & vniformiter dicti quatuor prælati quatuor nationum, & deindè tota synodus reputauit dictos citacos, contumaces: & vlteriùs in eorum contumaciam ad petitionem instantem dicti Henrici de Piro promotoris, reuerendissimus pater dominus Guilielmus S. Marci deputatus vnà cum reuerendiss. patre domino Iordano de Vrsinis cardinale, simul cũ reuerendis patribus Antonio episcopo Concordiensi, Iacobo episcopo *Teruisino, & Ioanne de Bononia pro natione Italica: Stephano episcopo Dolensi, abbate S. Ruphi, ac Vuilhelmo Maligneriy, pro natione Gallicana: Nicolao episcopo Mersburgensi, & Andreæ electo Poznanienſi, pro natione Germaniæ: episcopo Lichefeldensi, & abbate*

*for. Gnesnensis

*Tarui-sino

abbate ſanctæ MARIAE extra muros Eboraci pro natione Anglicana, commiſſarijs ad examinandum teſtes inducendos, & ex parte ſynodi in cauſa inquiſitionum & etiàm principali contra dominum Ioannem, ſequaces, fautores & receptatores prædictos, ipſis in medio ſynodi exiſtentibus, retulit, qualiter de mandato dominorum de ſanctæ ſynodo Conſtantienſi, cum dictis dominis deputatis examinâſſet teſtes in numero for. * decem: *quibus examinatis, & eorum dictis in ſcriptis redactis, perlegerunt eorum dicta & depoſitiones.*

Quapropter licèt dolenter id referat, non cauſa impediendi iuſtitiam, ſed quòd tantùm ad hoc deuenit, quòd huiuſmodi ſcandalum in Eccleſia Dei ſit exortum, retulit qualiter repperit fore depoſitũ ſufficienter, dictum dominum Ioannem papam fore dilapidatorem bonorum Eccleſiæ Romanæ & vniuerſalis, Simoniacum, ſcandaloſum & perturbatorẽ fidei Chriſtianæ, & aliàs talem, quòd meritò debuit ſuſpendi ab adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum ſpiritualium et temporalium: & illa retulit cum ſupportatione & correctione ſuorum collegarum. Subſequenter aſſcendebat in altum reuerendus pater dominus epiſcopus Dolenſis, vnus ex collegijs ipſius domini cardinalis, et retulit ſimiliter prout ipſe dominus cardinalis referebat, & ſubſequenter cæteri collegæ omnium nationum ibidẽm cõgregati, dixerunt relationem ſic eſſe prout facta erat. Quibus relationibus ſic factis, magiſter Henricus de Piro promotor petijt per dominos deputatos ad hoc, pronũciari dictum dominum Ioãnem papam ſuſpendendum fore ab adminiſtratione papatũs & rerum ac iurium Romanæ & vniuerſalis Eccleſiæ, tam in Spiritualibus quàm in temporalibus, ſibiq; interdici eorundem adminiſtrationem. Et mandari vniuerſis et ſingulis Chriſtifidelibus, quòd decæterò non obediant eidem, neq; quicquam adminiſtrẽt quod pertinet ad vniuerſalem Eccleſiam. Et fuit petitum per eundẽ magiſtrum Henricum promotorem, an ſic placeat dominis, primò præſidenti, & deindè deputatis quatuor nationum. Et fuit reſponſum quòd placet, per dictum dominum præſidentem, videlicet reuerendiſ. patrem dominum Ioannẽ Epiſcopũ Oſtienſem cardinalem Viuarienſem, deindè per dominũ Ioannem patriarcham Antiochenum pro natione Gallicana, Nicolaum archiepiſc. Gueznenſem pro natione Germanica, Antoniũ archiepiſ. Raguſinẽſem pro natione Italica, & Robertum Epiſcopum Sareshirienſem pro natione Anglicana. Quibus petitis, & reſponſionibus nomine nationum & Cõcilij factis, auditis & intellectis, idem dominus Ioannes patriarcha de mãdato Cõcilij pronunciauit ſuſpendendum dominum Ioannem papam XXIII. propter eius cõtumaciam ab adminiſtratione bonorum Eccleſiæ vniuerſalis, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, prout et quemadmodùm in quadam papyri ſchedula, quam ibidẽm de verbo ad verbum publicè alta & intelligibili voce perlegit, cuius tenor inferiùs eſt inſertus, pleniùs continetur. Qua ſchedula lecta, ſurrexit dominus Guilielmus ſancti Marci cardinalis, dicens, quòd in ſententia continetur, quòd idem Ioannes papa propter hæreſim ſuſpenderetur à papatu & adminiſtratione papali, ſuper quo dixit teſtes non depoſuiſſe, neque neceſſarium ad præſentem actum, quòd teſtes ſuper hoc fuiſſent examinati. Sed tamen vellet ſe conformare dictis & aſſertionibus maioris partis & aliorum dominorum de Concilio. Subſequenter ſurrexit magiſter Benedictus Gentiani de vniuerſitate Pariſienſi, proteſtando quatenùs ſi per ſuſpenſionem ius conferendi beneficia deuoluereturad prælatos ſiue locorum ordinarios, non conſentiret, cùm ſtudijs deberet prouideri taliter, quòd homines literati in ipſis poſſent viuere vti alij: & aliàs dixit, licèt concludendo effectiuè in modum prædictum. Et ſic auditis iſtis altercationibus verbalibus, ſententiatum & concluſum fuit per totam ſynodum, quòd ſententia ſuſpenſionis deberet habere effectum. Sed illa duo puncta, videlicet quòd per ſuſpenſionem huiuſmodi atque ſententiam non deuoluatur collatio beneficiorum ad ordinarios, & quòd articulus de hæreſi tactus per Cardinalem ſancti Marci, in deliberatione reſeruetur ad alias ſeſſiones, & quouſquè teſtes fuerint ſuper notorietate examinati.

Et ſic placuit domino præſidenti, & deputatis quatuor nationum, & ſimiliter toti ſynodo. Super quibus petitionibus, proteſtationibus &c. idem magiſter Henricus, dominus cardinalis, & Benedictus Gentiani, petierunt ſibi fieri nomine Concilij & ſuo, per reuerendos patres dominos Benedictum præpoſitum Albæregalis, Iacobum Rhodini de Ianua, & Thomam Polcon protonotarium & alios notarios & tabelliones, vnum vel plura, publicum ſeu publica, inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Præſentibus ibidẽm illuſtribus principibus & magnificis viris, dominis Rompoldo duce de Zagan, Ioanne Iacobo comite Aquæſanenſi, filio marchionis Montiſferrati, Ioanne comite de Friburg, Ioanne Carolo de vicecomitibus de Mediolano, domino Brunero de Scala de Verona, pincerna de Sina, magiſtro de Rhodis ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, & quàm plurium regum, Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daciæ, Noruegiæ, for. * Sueciæ *& Cypriæ ambaſiatoribus, aliiſq; Chriſtifidelibus in numero copioſo.*

Tenor verò dictæ ſententiæ ſuſpenſionis papæ, de qua ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis:

Sacroſancta generalis ſynodus Cõſtantienſis, Eccleſiam Catholicam repræſentans, ad extirpationẽ præſentis ſchiſmatis, & reformationem Eccleſiæ in capite & in membris faciendam, in Spirituſancto legitimè cõgregata, vniuerſis Chriſtifidelibus vnionem, pacem Eccleſiæ & omne bonũ.

Pridẽ poſt clandeſtinũ receſſum domini Ioannis papæ 23. ab hac ciuitate Conſtantienſi, & hoc generali Conſtantienſi cõcilio, vnionis & pacis Eccleſiæ perturbatiuũ & impeditiuum, ipſam Eccleſiam ſcandalizantem, per nonnullos Cardinales ac prælatos & alios notabiles viros ad eũ ex parte huius

huius ſacri cõcilij legatos tranſmiſſos, eundem requiri & moneri mandauimus & fecimus cum debita inſtantia, quatenùs ad hoc ſacrum cõcilium & ad hanc ciuitatem Conſtantienſem rediret, ea quę pertinebãt ad extirpationem præſentis ſchiſmatis, & reformationem Eccleſię in capite & in mẽbris, impleturus & cum effectu facturus, ſicut promiſerat, vouerat, iurauerat, ac in ſuis literis ſuper conuocatione dicti concilij conceſſis, ſe facturum publicauerat: & cùm id facere nolle, facto, non redeundo, & ad loca magìs longinqua fugiẽdo, oſtenderet, fuimus per venerabiles viros magiſtros Henricum de Piro in Decretis licentiatum, & Ioannem de Scribanis de Placentia, cauſarũ & negociorum huius ſacri concilij promotores, inſtanter requiſiti, quatenùs ipſum dominum Ioannem papam, notorium Simoniacum, notoriumq; bonorũ & rerum ac iurium Romanę & aliarum eccleſiarum DEI dilapidatorem, fautorem huius peſtiferi ſchiſmatis, ac alijs criminibus grauibus Eccleſiam Dei ſcandalizantibus, nedùm infamatum, ſed illis in ſcandalum Eccleſiæ notoriè irretitum & incorrigibilem, qui ſicut prẽmittitur, clandeſtinè hora ſuſpecta & in habitu trãsformato, à dictis ciuitate & concilio generali fugit & receſſit, gregem Dominicum vt mercenarius deſerens, hæreſumq; extirpationem & generalem Eccleſiæ reformationẽ, cui ſe ſubmiſerat, per dictum ſacrum concilium in capite & in membris faciendam, euitare cupiens, ad redeundum & reuertendum ad ciuitatem Conſtantienſem & hoc ſacrum generale concilium debitè cõpellere, & eum ad hoc etiàm per edictum publicum, in valuis Eccleſiarum, & aliorũ locorum (vt eſt moris) affigendum, citare & euocare perſonaliter, citationemq; ſuper hoc in forma iuris debita contra eum ac eius fautores, receptatores & ſequaces, decernere & concedere, & aliàs in & ſuper præmiſſis contra eos procedere dignaremur, prout requirũt canonicæ ſanctiones. Ob quam cauſam iuſtitiæ debitum exequi volentes, prout tenemur, contra eundem dominum Ioannem papam 23. & alios prędictos citationem perſonalem decreuimus, ipſumq; & alios prædictos per edictũ publicum in valuis Eccleſiarum maioris & S. Stephani ac portis dictæ ciuitatis affixum, necnon per audientiam cõtradictarum (vt eſt moris) ad comparendum coram nobis nona die ab executione citationis huiuſmodi computanda, citari mandauimus & fecimus, viſuros & audituros per nos ordinari, decerni & declarari, dictum iam clandeſtinum receſſum fuiſſe & eſſe Eccleſiæ Dei damnoſum, ſcãdaloſum, & opprobrioſum, ac vnionis & pacis Eccleſiæ perturbatiuũ & impeditiuum, huiusq; nefandiſſimi ſchiſmatis nutritiuum & roboratiuum, hęreſisq; & ſuſpicionis fidei incentiuum, & à bono vnionis & pacis Eccleſiæ præfatæ, pmiſſionibus, votis & iuramentis per ipſum dominum Ioãnem papam ſuper hoc factis deuiatiuum: teſtesq; ſuper notorietate dictorum criminum ad finẽ procedendi cõtra eos ſuper talibus, tanquàm ſuper notorijs, iurare viſuros, cauſasq; cur ipſe dñs Ioãnes papa ab omni adminiſtratione ſpirituali ex nunc ſuſpendi non debet, ppter ipſius malam adminiſtrationẽ notoriè Simoniacam, bonorum & iurium Romanæ & aliarum Eccleſiarum dilapidationẽ notoriam, eius facto culpabili cõtingentem, ac ipſius ſuper præmiſſis incorrigibilitatẽ manifeſtam, & aliàs in & ſuper præmiſſis, & alijs Eccleſiã Dei ſcandalizãtibus notoriè, contra eum ad eiectionẽ à papatu, ſeu eiectionis huiuſmodi declarationem, & alijs per prædictos promotores propoſitis & pmouendis, de iure & iuſtitia reſpõſuros, & aliãs in cauſa & cauſis & negocio huiuſmodi debitè proceſſuros, ac procedi viſuros, aliasq; dicturos, facturos & audituros, vt iuris fuerit & rationis, indeq; iuſtitię complementum ſuper præmiſſis vſq; ad diffinitiuã ſententiam recepturos, ſicut in alijs noſtris indè confectis literis & inſtrumentis, ſuper eorum executione indè receptis, latiùs continetur. Et ſubſequenter dicta die nona, quæ fuit dies lunæ decimatertia huius menſis Maij, coram nobis ſeſſionem publicam in Eccleſia maiori dictæ ciuitatis de manè celebrantibus, comparuerũt prædicti promotores, & cõtumaciam dicti domini Ioannis papæ citati, perſonaliter non comparentis, accuſarunt, & in eius contumaciam petiẽrunt, illum ab adminiſtratione papali propter cauſas ſuperiùs expreſſas ſuſpendi, & aliàs contra illum iuxta fines in literis dictæ citationis cõprehenſos, procedi. Nos cum maturitate & manſuetudine & charitate in hac cauſa procedere intendentes, dictum dominum Ioannem papam per quatuor præſidentes quatuor nationum huius ſacri concilij generalis Cõſtantienſis, videlicet Ioãnem patriarcham Antiochenum, Antonium Archiepiſcopum Raguſinum, Nicolaum Archiepiſcopum Gueznenſem, & Nicolaum Epiſcopum Bathonienſem commiſſarios, & per nos ad hoc deputatos, in valuis dictæ Eccleſiæ maioris alta & intelligibili voce vocari, & proclamari trina vice fecimus ad cautelam protonotarijs ſedis Apoſtolicæ & alijs notarijs publicis cum eiſdem ad id rogatis, ibidem vnà cum populi multitudine præſentibus. Et tandèm facta nobis ilicò ſuper hoc relatione per commiſſarios prefatos, quòd idem dominus Ioannes papa ſic citatus, vocatus & proclamatus minimè comparebat, adhuc ipſum de

beni-

benignitate Eccleſię ſolita vſque ad feſſionem diei præſentis in dicta ecclesia maiori per nos celebrandam, expectãdum decreuimus, vt in proceſſu dictæ cauſæ & inſtrumentis indè receptis, latiùs noſcitur contineri. Cùm autem hoc die præſenti, quæ eſt decimaquarta huius menſis Maij, comparuerint coram nobis dicti promotores, petentes per nos pronunciari, decerni, & declarari, eundem dominum Ioannem papã propter malam adminiſtrationem eius notoriè Simoniacam, bonorumq́ue & iurium Romanę & aliarum Eccleſiarum dilapidationem notoriam, facto & culpa ipſius domini Ioannis papæ contingentem, Deiq́ue Eccleſiam ſcandalizantem, ab omni adminiſtratione papali & ſpirituali & temporali ante omnia ſuſpẽdi, & vlteriùs crimina prędicta cõtra eum per dictos promotores poſita, fuiſſe & eſſe notoria, & in illis tanquàm ſuper notorijs contra eum fore procedendum, etiàm per nos pronunciari, decerni, & declarari, & aliâs contra eum procedi, vt iuris eſt, & aliâs petitum fuit: nos debitum iuſtitię exequi, & indemnitati ecclesiæ ac periculis animarum, quãtùm cum Deo poſſumus, obuiare volentes, prędictum dominum Ioannem papam ex ſuperabundanti, iteratò in valuis maioris dictę Eccleſiæ alta & intelligibili voce ter vocari & proclamari fecimus per Franciſcum Florentinum, & Lucidum de Comite cardinales, & alios commiſſarios prędictos, vt eſt moris. Et deindè facta nobis relatione per eos, quòd non comparebat, decernentes eundem fore contumacem, ad noſtram ordinationem ſuper præmiſſis hincindè propoſitis & petitis, procedendum duximus in hunc modum:

In nomine sanctae et individvae Trinitatis, Patris & Filij & Spirituſſancti, Amen.

Quia nobis legitimè conſtat, dominum Ioannem papam XXIII. à tempore quo fuit aſſumptus ad papatum vſque nunc, papatũ ipſum & politiam Eccleſiæ, in ſcandalum notorium ipſius & Eccleſiæ, malè adminiſtrâſſe, rexiſſe, & gubernâſſe, vitaq́ue ſua damnabili, eiusq́; nefandis moribus, populis exẽplum vitæ malæ prębuiſſe & præbere, & inſuper Eccleſias cathedrales, Monaſteria, Prioratus conuentuales & cætera beneficia Eccleſiaſtica precio appreciato Simoniacè notoriè diſtribuiſſe, bonaq́; & iura Romanæ & aliarum Eccleſiarum plurium notoriè dilapidâſſe, quodq́ue charitatiuè monitus, à premiſſis deſiſtere noluit, ſed continuè perſeuerauit & perſeuerat, Eccleſiam Dei in præmiſſis notoriè ſcandalizando: eapropter per hãc noſtram ſententiam pronunciamus, & decernimus, & declaramus, dictum dominum Ioannem papam ab omni adminiſtratione papali, ſpirituali & temporali, cauſis præmiſſis fore ſuſpendendum, & ſuſpendimus, eiq́ue adminiſtrationem ipſam interdicimus in his ſcriptis, criminaq́; præmiſſa contra eum ſuper mala adminiſtratione Simoniaca & dilapidatione notoria ac eius mala vita ecclesiam ipſam ſcandalizante (prout præmittitur) propoſita, notoria exiſtere, ac de & ſuper eis tanquàm de & ſuper notorijs procedendum fore, & procedi debere ad finem eijciendi eum à papatu, prout iuris fuerit, declaramus. Quocirca vos & quemlibet veſtrûm in Domino exhortamur, vobiſq́ue & veſtrûm cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ & ſub pœna fautoriæ dicti ſchiſmatis tenore præſentium diſtrictè inhibemus, nè vos ſeu aliquis veſtrûm cuiuſcunque conditionis, ſtatûs, gradûs, ſeu dignitatis, etiàm ſi regalis, cardinalatûs, patriarchalis, Archiepiſcopalis, Epiſcopalis ſeu alterius cuiuſcunque eccleſiaſticæ vel ſecularis exiſtat, dicto domino Ioanni papæ ab omni adminiſtratiõe papali per nos (vt præmittitur) iuſtè ſuſpenſo, contra dictam noſtram ſuſpenſionis ſententiam decæterò directè vel indirectè obediat, pareat, intendat, aut de bonis, rebus, iuribus ſeu alijs emolumentis Romanæ Eccleſiæ ex quacunq́ue cauſa debitis, & ad eum ac papatũ pertinentibus & ſpectantibus quouis modo reſpõdeat, decernentes ex nunc contra facientes ſcienter contrarium, tanquàm contra fautores dicti ſchiſmatis, eiusq́ue domini Ioannis papæ fautores & ſequaces, ad pœnas iuris & alias (vt fuerit rationis) authoritate ſanctæ ſynodi fore procedendum, necnon irritum & inane, quicquid à quoquam quauis authoritate ſcienter vel ignoranter in contrarium contigerit attentari. Datum Conſtantiæ prouinciæ Moguntinenſis, in ſeſſione publica in Eccleſia maiori ſolenniter celebrata die Martis decimaquarta menſis Maij, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo quinto, indictione octaua, pontificatûs præfati domini papæ vigeſimitertij anno quinto.

SESSIO XI.

Die Sabbati vigeſimaquinta mẽſis maij ſupradicti, fuit tenta ſeſſio generalis in Eccleſia maiori Cõſtantienſi ſupradicta, in qua præſidebat Reuerendiſſimus pater dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis, & erat ibidèm præſens ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorũ & Hungariæ rex, in inſignijs regalibus cum nobilibus ſuis ſibi miniſtrãtibus, *cui adſtabant inter cardinales dominus Angelus epiſcopus Prænestinus, Laudẽſis vulgariter dictus, et Iordanus Albanẽſis de Vrſinis cardinalis. Præſentibusq́; aliis dominis cardinalibus, videlicet Frãciſco Venetiarum, Antonio Aquilegienſi, Alamanno Piſano, Petro Cameracenſi, Branda Placentino, Antonio de Salancho presbyteris,* *Amedeo *Salutiarum, Raynaldo de Branckaſijs, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barenſi, Lucido de Comite, & Franciſco Florentinenſi, & Odone de Columna diaconis cardinalibus. In qua quidem ſeſsione fuit cantata Miſſa de Spiritu ſancto per reuerendum patrem dominum Epiſcopum Attrebatenſem. Qua cantata, fuerunt lectæ litaniæ more ſolito cum introitu, Exaudi nos Domine, & collectis ac Euangelio & hymno, Veni creator Spiritus, & alijs ad hoc requiſitis. Quibus factis, cantatis, & dictis, honorabilis vir Magiſter Henricus de Piro, promotor et procurator cauſarum et negociorum Concilij, ſurrexit & propoſuit, quòd pro parte ſanctæ ſynodi Conſtantienſis præſentis, fuiſſent dati certi articuli, formati pro inquiſitione facienda contra dominum Ioannem papam vigeſimumtertium, ſuper notoria dilapidatione & mala adminiſtratione, fautoria ſchiſmatis, crimineq́; hæreſis, vita ſcandaloſa & incorrigibilitate ipſius Ioannis, in bonis Eccleſiæ et ſtatu papali per ipſum Ioannem factis, habitis & perpetratis, dictosq́; poſitiones & articulos fore probatos per plures & diuerſos notabiles teſtes, quorum aliqui cardinales, aliqui archiepiſcopi, aliqui epiſcopi, & per alios magnos viros. Quapropter dictos articulos & eorum atteſtationes in ſumma per dominos commiſſarios pronunciari, legi & referri Concilio petijt. Ipſiq́; Ioanni cum hoc ſtatui terminum condecentem ad audiendam diffinitiuam per ſanctã ſynodum, & ſuper hoc aliquos deputari, qui ipſum ad hoc requirant, inſtanter poſtulauit. Et aliâs dixit, fecit & proteſtatus fuit, prout & quemadmodum in quadã petitionum papyri ſchedula, cuius tenor inferiùs eſt inſertus, plenius continetur & habetur. Qua petitione facta, aſſcenderunt ambonem domini commiſſarij, videlicet dominus Iordanus de Vrſinis cardinalis prædictus, abſente Guilielmo ſancti Marci cardinale propter eius infirmitatem, Andreas electus Poznanienſis, & Bartholdus de Vuildungen auditor, dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis, Ioannes de Bononia de commiſſarijs.*

In qua quidem ſeſſione, fuit cãtata Miſſa de Spiritu ſancto, per reuerendum patrẽ dominum epiſcopum Attrebatenſem. Qua cantata, legebantur litaniæ, & alia in ſeſſionibus fieri conſueta. His autem peractis, dominus Andreas electus Poznanienſis, legebat articulos formatos contra dictum Ioannem papam, & * Bartholdus * Vuildingenenſis auditor, in ſumma dixit & declarauit, ſi articulus erat probatus, exponens per tot teſtes cum eorum quantitate, qualitate & dignitate: quibus articulis & ſummario atteſtationum expoſitis, fuit ad inſtantiam promotoris commiſſum deputatis, ad portandum dictos articulos papæ & ſummaria ad reſpondendũ eiſdẽ, & eundem vlteriùs citandum ad audiendam ſententiam ad proximam ſeſſionem,

pro die Lunæ proximè futura, prout in ſchedula quam reuerendiſſimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus de verbo ad verbum legebat, infraſcripti tenoris, quibus articulis ſummariè ac commiſſione lectis,

Poſt hæc autem fuit petitum per procuratorẽ concilij, an placeret omnibus, quòd fieret proceſſus iuxta per eum petita. Et primò dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis, reſpondit pro collegio & ſeipſo, quòd placeret: Subſequenter exiſtentes in ambone, videlicet Archiepiſcopus Mediolanenſis pro natione Italica, Andreas Poznanienſis electus pro natione Germanica, abbas S. Lupi pro natione Gallicana, Thomas Poltenſis protonotarius pro natione Anglicana, reſponderũt, Placet: & vlteriùs per totius ſynodi ſuppoſita reſpõſum fuit, Placet.

Super quibus omnibus & ſingulis magiſter Henricus de Piro promotor, petijt ſibi fieri publicũ inſtrumentum ſeu publica inſtrumenta, per protonotarios & notarios ſynodi & nationum, & alios notarios & tabelliones ibidèm exiſtentes. His expeditis, dominus Benedictus Gentiani ambaſiator ſtudy Pariſienſis, recommndauit vniuerſitatem Concilio, & oſtendebat certam literam miſsiuam directam ſynodo, quam de mandato Concilij legebat in ambone, præſentibus ibidèm venerabili & religioſo viro domino Philiberto magno magiſtro de Rhodis, Henrico Rompolt duce de Zagan, Ioanne Iacobo comite Aquæſanenſi, filio marchionis Montiſferrati, Guntero comite de Zuartzburg, Comite de Dockenburg, Frederico duce Auſtriæ, comite Bertholdo de Viſinis, Ioanne comite de Friburg, ambaſiatoribus Franciæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, * *Sueciæ, Cypriæ, Nauarræ regum, aliisq́; in numero copioſo.*

Tenores petitionum, articulorum, commiſsionum ac literæ miſsiuæ, de quibus ſupra fit mentio, ſequuntur & ſunt tales.

Coram vobis ſancta ſynodo Conſtantienſi vniuerſalem Eccleſiam repræſentante, hîc in Spiritu ſancto legitimè congregata, Henricus de Piro licentiatus in decretis, & Ioannes de Scribanis de Placentia, promotores & procuratores huius eiuſdem ſanctæ ſynodi, dant & exhibent capitula, poſitiones & articulos infraſcriptos, ad quos probandum ſe admitti petunt, citra onus ſuperfluæ probationis.

Inprimis denunciant, dicunt, aſſerunt, ponunt, & ſi neceſsè fuerit, probare intendunt, quòd dominus papa vigeſimuſtertius, à tempore iuuentutis ſuæ, ſeu dum Balthazar de Coſſa appellabatur, fuit homo malæ indolis, inuerecundus, impudicus, mendax, parentibus ſuis rebellis & inobediens, pleriſq́; vitijs deditus, ac talis & pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus & reputatus ab omnibus ipſius notitiam habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur pro tali & vt talis: ac fuit & eſt de præmiſſis manifeſtè ac palàm, publicè & notoriè diffamatus.

Primus articulus probatur verus & notorius per duos Cardinales, per vnum protonotarium, per duos auditores, per vnum clericum cameræ, per vnum Licentiatum in decretis, per vnum Archiepiſcopum, per vnum ſcriptorem & abbreuiatorem, & per vnum procuratorem vnius magni ordinis, per vnum canonicum vnius magnæ Eccleſiæ metropolitanæ, per vnum Epiſcopum & per multos alios notabiles viros de auditu, publica voce & fama.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa, tunc Balthazar appellatus, per huiuſmodi illicitum queſtum & Simoniacam prauitatem, & procurationibus & mediationibus Simoniacis & alijs mediis illicitis, in paucis temporibus acquiſiuit & congregauit multam iniquitatis mammonam, copioſumq; pecuniæ theſaurum, propter quod extunc diuitis nomen & ſtatum aſſumpſit, & ædificia ſibi procurauit. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium, ſicq; vt præmittitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum cõmuniter ab omnibus ipſius notitiam habentibus: & adhuc dicitur, tenetur, creditur & reputatur, & fuit & eſt de præmiſſis diffamatus manifeſtè, publicè, palàm, & notoriè.

Secundus articulus probatur per duos cardinales de notorietate & veritate, & per alios duos cardinales, de auditu, publica voce & fama: per vnum archiepiſcopum, per vnum Epiſcopum, per duos auditores de veritate & notorietate, et quàm plures alios notabiles viros, & omni exceptione maiores, de publica voce & fama.

Item quòd deindè præfatus dominus Ioannes papa, tunc Balthazar nuncupatus, mediante huiuſmodi Simoniaca et damnata pecunia, promotus fuit ad cardinalatum, pro quo ſoluit magnam pecuniarum ſummam: & appellatus fuit dominus Balthazar cardinalis ſancti Euſtachij. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium, ac de ipſis omnibus idem dominus fuit & eſt diffamatus palàm, publicè &c.

Tertius articulus probatur per vnum cardinalem, quòd publicè & notoriè hoc tenebatur in curia Romana, per vnum Cardinalem probatur de veritate, & per alium cardinalem publicè diffamatum & notorium, per vnum archiepiſcopum de veritate. Similiter per vnum procuratorem vnius magni ordinis, & per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd poſtquàm dictus dominus Balthazar, tunc Cardinalis ſancti Euſtachij appellatus, ciuitatem Bononienſem vt legatus fuiſſet ingreſſus, vijs tyrannicis quærens terras Eccleſiæ, & ciues & habitatores earum modo inhumano, impiè, iniquè, & crudeliter rexit & gubernauit, & à Chriſtiana pietate & iuſtitia diuina humanaq; totaliter alienus, diuerſas datias, gabellas, exactiones, extorſiones & onera inſupportabilia eis impoſuit, & aliarum exactionum & onerum aliàs inauditorum, fuit inuentor. Et tam per illos modos conſimiles & exactiones nimium oneroſas per tyrannidem, & de facto taliter ſubditos oppreſſit, quòd dictos ciuitatem, comitatum, et terras Eccleſiæ ac ciues depauperauit, deuaſtauit & depopulauit, itàq; quòd tempore ſui regiminis, mala, tyrannica, & violenta ſua gubernatione cauſantibus, multi fuerunt profugi, multi exules, banniti & exhæredati, depauperati, & deperditi. Et ità vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum, & communiter ab omnibus diuulgatũ: & adhuc dicitur, creditur & reputatur, ac fuit & eſt verum. Ipſeq; dominus Ioannes de præmiſſis omnibus fuit & eſt grauiter diffamatus, palàm, publicè & notoriè.

Quartus articulus probatur verus per vnum Archiepiſcopum, per vnum protonotarium, per duos Epiſcopos verus & notorius, per duos auditores verus & notorius. Similiter per vnum ſcriptorem literarum Apoſtolicarum, & per multos alios de auditu, publica voce & communi reputatione.

Item quòd dictus dominus Ioannes tunc Balthazar appellatus, tantum practicare ſciuit, quòd in Romanum pontificem electus extitit, & ſe Ioannem vigeſimumtertium appellauit, & nominari ſe fecit. Et dum crederetur mutatione nominis homo de vitijs ad virtutes mutaſſe, fuit fallax opinio. Quinimmò contra ſanctorum patrum decreta, & contra laudabiles Romanæ Eccleſiæ conſuetudines veniendo, velut paganus diuina officia cõtempſit: Officium paſtorale non debitè in diuinorum adminiſtratione exercuit: Miſſis & veſperis papalibus intereſſe non curauit: horas canonicas dicere, ieiunia, abſtinentias, cæremonias, & alia canonica inſtituta, ad quæ homines Chriſtiani, & præſertim clerici & Eccleſiaſtici, adſtringuntur, iuxta formam Eccleſiæ ſeruare ſpreuit. Et ſi aliquotiès celebrauit, hoc fuit curranter more venatorum & armigerorum: & plus, nè culparetur totaliter de hæreſi, & nè expelleretur de papatu, quàm deuotionis vel charitatis cauſa. Sicq; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: dicitur, tenetur, creditur, & reputatur, atq; de eis fuit & eſt publica vox & fama.

Quintus articulus probatur per duos cardinales verus: quo ad ſecundam partem, probatur verus & notorius. Et per vnum archiepiſcopum, per vnum procuratorem vnius magni ordinis, per vnũ licentiatum in decretis, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & notorietate.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa fuit & eſt pauperum oppreſſor, iuſtitiæ perſequutor, iniquorum columna, Simoniacorum ſtatua, carnis cultor, vitiorum fex, à virtutibus peregrinus, conſiſtoria publica fugiens, ac totus ſomno & alijs carnalibus deditus deſiderijs, vitæ et moribus Chriſti totus contrarius, infamiæ ſpeculum, & omnium malitiarum profundus adinuentor: adeò & intantùm Eccleſiam CHRISTI ſcandalizans, quòd inter Chriſtifideles vitam & mores ſuos cognoſcentes, vulgariter dicitur diabolus incarnatus.

Sextus articulus probatur per vnum archiepiſcopum de veritate. Similiter per vnum epiſcopũ, per duos auditores, per vnum magnum procuratorem & vnum magnum priorem, per vnum ſcriptorem & abbreuiatorem literarum Apoſtolicarum

rum de veritate & notorietate, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in Romana curia, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & notorietate.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa vas omnium peccatorum, repulſis dignis, pro pecunijs indignos ad officia & beneficia promouit, dans gratias non gratis. Beneficia vacantia, prælaturas & dignitates Eccleſiaſticas non magis meritis, ſed plus offerenti poſt venditionem expoſitam contulit, & conferri mandauit: literasq; bullatas per mercatorum & nummulariorum manus, vt de mercibus mercari ſolitum eſt, vendidit atque vendi iuſſit & mandauit. Sicq; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, habitum & reputatum: atq; fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Septimus articulus probatur per duos cardinales de veritate & notorietate, & ſimiliter per tres epiſcopos, per vnum auditorẽ, per vnum magnum procuratorem, per vnum clericum cameræ. Item de veritate probatur per vnum ſcriptorem literarum Apoſtolicarum, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in Romana curia, per vnum magnum procuratorem vnius magni ordinis, & per quàm plures alios de publica voce & fama, et ſimiliter notorietate & communi reputatione.

Item quòd per præmiſſa in clero & in populo totaq; vniuerſali Eccleſia, graue ſcandalum, grauisq; domini Ioannis papæ & curiæ Romanæ infamia, exortum fuit & ſuſcitatum, atque exorta & ſuſcitata.

Octauus articulus probatur per vnum cardinalem de veritate et notorietate, & per vnum magnum magiſtrum, & etiam vnum magnum Priorem.

Item quòd propter hæc & alia Reuerendiſſimi patres & domini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cardinales, dictum dominum Ioannem papam vigeſimumtertium, anno primo pontificatũs ſui, inter ſe & ipſum ſolum fraternaliter diuerſis vicibus corripuerunt, ipſumq; precibus humilibus & deuotis atque ſalutaribus monitis cum inſtantia requiſiẽrunt, nè Romanam & vniuerſalem Eccleſiam per huiuſmodi ſpiritualium merces & venditiones ſcandalizaret, & ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Nonus articulus probatur per quinq; cardinales de veritate, per vnum Archiepiſcopum, & per multos alios de auditu, publica voce et fama à cardinalibus.

Item quòd dictus dominus Ioãnes papa ob præmiſſam fraternam monitionem, animum in aliquo non mutans, auaritiæ cæcitate infectus, expòſt continuè priſtina Simoniarum mercimonia continuans, peiora prioribus perpetrauit: & vbi priùs ſub typo iuſtitiæ, non niſi ſuis familiaribus commenſalibus datam coronationis ſuæ in expectatiuis gratijs dare conſinxit, poſteà poſt fugam ab vrbe Romana, cuilibet indifferenter pro certa florenorum ſumma, videlicet pro vigintiquinq; florenis auri de camera, dicta coronationis data publicæ venditioni exponebatur, in ſcandalum ſedis Apoſtolicæ & totius fidei Chriſtianæ. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Decimus articulus probatur per vnum Archiepiſcopum, per duos epiſcopos, per vnum protonotarium, per vnum auditorem, per vnum magnum procuratorem, per vnum magnum Priorem, per vnum decretorum doctorem & magnum officiarium in curia, et per vnum præceptorem et decretorum doctorẽ, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa in vitijs inualeſcens fortiùs, & non ſe corrigens, certos referendarios & cubicularios ac ſecretarios creauit, fecit & ordinauit mediatores, proxenetas ac procuratores pinguium et groſſarum Simoniarum Eccleſiarum cathedralium, abbatiarum, monaſteriorum, priorauuum & beneficiorum vacantium reſeruatorum. Quodq; ſubindè mediorum fructuum nondum natorum vel perceptorum, ante ſupplicationem vel ſaltem recuperationem literarum Apoſtolicarum, impetrantem ſoluere oportuit certam ſummam ex pacto. Et nisi impetrans mox ſoluiſſet, rediit vacuus abſque cuiuſuis onere prouiſionis. Et ſic fuit & eſt verum, publicum & notorium.

Vndecimus articulus probatur per vnum cardinalem de veritate, & per vnum alium cardinalem de veritate & notorietate, & per vnum Archiepiſcopum, et vnum Epiſcopum, & per duos auditores de veritate, & notorietate, & per vnum ſecretarium papæ de veritate, ſimiliter & per duos literarum Apoſtolicarum ſcriptores, & per vnum procuratorẽ in curia, & per vnum magnum præpoſitum, et ſimiliter magnum procuratorem vnius magni ordinis, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd idem dominus Ioannes papa regiſtratoribus literarum Apoſtolicarum per expreſſum inhibuit, nè cuiquam ſumptum ex regiſtris literarum Apoſtolicarum traderent, niſi priùs & ante omnia pecuniam promiſſam ſolutã fore probaretur: propter quod multos litigantes, qui tantam ſummam ſoluere non potuerunt, in clara ſua iuſtitia ob probationis defectum ſuccumbere oportuit. Sicq; auaritia & malitia dicti Ioannis papæ cauſantibus, iniquitas æquitati prænaluit, & beneficia poſſeſſa fuerunt abſque canonico titulo contra canonicas ſanctiones palàm, publicè ac manifeſtè.

Duodecimus articulus probatur per duos auditores, per vnum literarum Apoſtolicarum ſcriptorem, per vnum magnum procuratorem ordinis, & per vnum procuratorem in curia Romana, & per vnum notabilem præpoſitum & multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus Ioannes papa vltra in ſuprà proximo articulo nominatos, certos in Romana curia deputauit mercatores, qui beneficia vacantia curiæ pluribus diebus ad libram ponderarent, & plus offerentes ſupplicationem reciperent, & ſignari facerent, in dedecus ſedis Apoſtolicæ et per-

ditionem animarum multarum. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Tertiusdecimus articulus probatur per vnum protonotarium, duos episcopos, & per vnum literarum Apostolicarum scriptorem, & per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd supradictus dominus Ioannes papa, nè aliqua supplicatio absque Simonia & solutione signaretur, omnibus et singulis referendariis iniunxit, vt nullus sibi supplicationem aliquam signandã præsentaret, nisi noïe referendarij eã præsentantis signata esset. Quodq; null⁹ quãcunq; supplicationem de vacantijs signari obtineret, nisi valorem totius vel mediæ summæ in supplicatione priùs realiter recepisset, & ipsi papæ respondereret & traderet. Alioquin talis referendarius haberet tantundem soluere de bono suo proprio, in pœnam transgressionis huiusmodi prætensi mandati Apostolici: & sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quartusdecimus articulus probatur per vnum protonotarium, per vnum Episcopum, per vnũ auditorem, per vnum magnum Priorem, per vnum literarum Apostolicarum scriptorem, & quàm plures alios de auditu à referendarijs: ac etiàm alios episcopos & auditores de veritate & notorietate, publica voce & fama, &c.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa vltra præmissa, sæpè & sæpiùs contra Deum & propriã cõscientiam suã ementibus plerisq; bullas suas vendidit. In quibus scripsit beneficia obtinentes & officia, ea in suis manibus resignãsse, & tunc se per huiusmodi confictam et mendosam resignationem, quæ nunquàm accidit, contulit vel conferri mandauit pro pecuniarum certa concordata quantitate, multos sic fundiùs vsque ad mendicitatem depauperando, palàm, publicè & notoriè.

Quintusdecimus articulus probatur per duos Cardinales de veritate & notorietate, per vnum Episcopum, per duos auditores, per vnum clericum cameræ, per vnum secretarium papæ, & per vnum procuratorẽ vnius ordinis, per multos alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd per hoc dabatur occasio multa beneficia emendi, conscientiam laxandi, & temeritas timorem DEI postponendi: deuenitq; res ad tantum, vt qui maiorem summã in supplicatione expressit et exoluit, signaturam absque difficultate obtinuit. Idem de Sacramentis, indulgentijs, dispensationibus & alijs Ecclesiasticis & spiritualibus donis. Sicq; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum et reputatum: dicituṙq;, tenetur, creditur et reputatur palàm, publicè et notoriè.

Sextusdecimus articulus probatur per vnum Cardinalem de veritate, per duos auditores, per vnum magnum præpositum, per vnum licentiatum in decretis, per vnum archiepiscopum & vnũ magnum procuratorem vnius ordinis, per vnum præceptorem decretorum doctorem, per vnum episcopum, & per plures alios de publica voce et fama & communi reputatione.

Item quòd dictus Ioannes papa vnum & idem beneficium sæpiùs pluribus diuersis q; personis, vel etiàm vni & eidem repetitis vicibus vendidit, & plerunquè vni venditum, per anticipationem antedati alteri ementi conferebat. Et similiter de gratijs expectatiuis, declarationibus & surrogationibus per impositionem silentiorum, ius iam quæsitum absorbuit. Per quæ quasi tota Ecclesia est labe Simoniaca deturpata, indignis repleta, tam in superioribus quàm in inferioribus prælatis: omniq; gradu Ecclesiastico lacessita, & per cõsequens quasi irrecuperabiliter scandalizata.

Decimusseptimus articulus probatur per testes superiùs nominatos & quàm plures alios.

Item quòd dictus Ioannes papa canonicè electos idoneos, vsque ad saturitatem appetitûs sui soluere non volentes, confirmare recusauit. Quodq; indignos et minùs idoneos, ad summas desideratas ascendentes, scandalosè duxit promouendos & promouit. pleroſque etiàm inuitos de suis Ecclesijs transtulit, vt viduatas cariùs vendere posset, in dedecus & scandalum Christifidelium plurimorum, palàm, manifestè &c.

Decimusoctauus articulus probatur per testes iam nominatos, & quàm plures alios.

Item quòd deindè dominus Ioannes papa prædictus, Concilio Pisano adstrictus pro reformatione Ecclesiæ in capite & in membris, in vrbe Romana Concilium generale cõuocauit, & ibi in pluribus sermonibus etiàm antè et pòst publicè correptus & monitus, minimè se emendauit. Quinimmò temporis successu continuè diabolico instinctu incorrigibilis, peiora prioribus perpetrauit, & sic fuit & est verum &c.

Decimusnonus articulus probatur per tres cardinales, per duos auditores, per vnum secretarium papæ, per vnum Archiepiscopum, per vnum licentiatum in decretis, per duos episcopos, per vnum procuratorem vnius ordinis, & per vnum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus papa Ioannes indulgentias in mortis articulo, prædicationem crucis, item à pœna & culpa absolutiones, Ecclesiarum & altarium portatilium concessiones, & per Episcoporum consecrationes, & Abbatum benedictiones, reliquias sanctorum, ordines sacros, potestatem in confessionibus absoluendi à peccatis, actusq; qui per solas Spiritussancti operationes ad gratiam ministrari debeant, pecunia vendidit numerata: per quæ de nouo Ecclesia sancta DEI in personam dicti domini Ioannis papæ grauiter diffamata fuit & notoriè scandalizata.

Vigesimus articulus probatur per vnum cardinalem, per vnum Archiepiscopum, per duos episcopos, & duos auditores, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in curia, & per plures alios de auditu, publica voce & fama atq; communi reputatione.

Item quòd anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, & de mense Augusti eiusdem anni, quidam Nicolaus de Pistorio mercator Florentinensis, & dicti domini Ioannis papæ assertus secretarius, laicus coniugatus, nuncius & legatus Apostolicus per dictum dominum Ioannem papã tunc deputatus, venit ad partes Brabantiæ, habens ab eodem domino papa potestatẽ exigendi & percipiendi quoddam subsidium, quod fuit decima pars fructuum omnium beneficiorum in Cameracensi, Tornacensi, Leodiensi & Traiectensi, ciuitatibus & diœcesibus. Quodq; non soluentes excommunicare posset per certum ad hoc deputatum vel deputandum subdelegatum, ac suspensionem in collegia, conuentus & capitula, interdictiq; sui sententias in eorum Ecclesias, qui sibi huiusmodi fructuum pecunias non traderent: per quod Ecclesiastica censura ad ludibrium & derisum, & tota septentrionalis Ecclesia grauiter fuit & est enormiter scandalizata.

Vigesimusprimus articulus probatur per vnum Cardinalem, per tres Episcopos, vnum auditorem, vnum procuratorem in curia, & per alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa supradicto Nicolao mercatore, vt præfertur, in legatione existente, concesserit, indulsit & commisit, vt idem Nicolaus quibuscunque hominibus vtriusque sexûs ad suæ libitum voluntatis deputare posset cõfessores. Et quòd huiusmodi confessores deputati, absoluere possent à pœna & à culpa, certis tamen pecunijs taxatis mediantibus. Quas quidem prætensas indulgentias idem mercator publicauit, & publicari fecit in certis locis, ciuitatibus & villis, vtpotè Traiecti, Mechliniæ, Antuerpiæ & alibi, de quibus maximas pecuniarum summas exhausit & extorsit, Christifideles seducendo, ac statum et vitam totius Ecclesiæ Catholicæ enormiter scandalizando.

Vigesimussecundus articulus probatur per duos Episcopos, per vnum auditorẽ, & vnum procuratorem in curia Romana, & per plures alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd præmissa omnia & singula fuerunt & sunt vera, publica & notoria, atque pro veris publicis & notorijs apud clerum et populum ciuitatum & diœcesium prædictarum, cunctosq; Christifideles ibidèm asserta, credita, dicta, visa, audita, palpata, & vt talia habita & reputata. Atq; de ipsis & eorum quolibet fuit & est publica vox & fama, fuitq; de præmissis omnibus & singulis dictus dominus Ioannes publicè diffamatus.

Vigesimustertius articulus refert se ad depositæ per eos.

*Item quòd de anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, pontificis dicti domini Ioannis papæ anno tertio, nonnulli ambassatores tam ex parte illustris regis Francorum & prælatorum regni Franciæ, quàm ex parte almæ Vniuersitatis studij Parisiensis, Romæ apud sanctum Petrum in palatio Apostolico & in camera magna * paramentorum, & multitudine cleri & nobilium ibidèm in publica audientia congregata, dicto domino Ioanni papæ vigesimotertio diffamatam Simoniam, malámque vitam, malámque suam famam per totum * vniuersum orbem diuulgatas exposuerunt, asserentes ob id mirabiliter scandalizatam *, monentes sæpè & sæpiùs charitatiuè & requirentes eundem papam Ioannem, quatenùs à Simoniæ mercibus cessaret: atque fructus antefiendos, gratias & signaturas, & antequàm beneficiandus percepisset eosdem, cameræ Apostolicæ soluendos & dandos, tolleret & resecaret, seq; in vita & moribus emendaret, cum frequenti instantia fuerunt exhortati. Sicq; fuit & est verum, publicum &c.* for. * Ecclesiam,

*Vigesimusquartus articulus probatur per quinque cardinales, quatuor Episcopos, tres auditores, per vnum secretarium papæ, per vnum clericum camerę, per vnum licentiatum in decretis, per vnũ procuratorem vnius * ordinis, & per vnum protonotarium, et quàm plures alios de auditu, publica voce & famâ & communi reputatione.*

Item quòd dictus dominus Ioannes papa, vigesimustertius à supradictis & nonullis alijs prælatis & ambassatoribus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, quàm etiàm doctoribus & magistris vniuersitatum, humili & deuota monitione correptus, à criminibus prædictis & à scandalis prædictis non cessauit, immò continuauit mala prioribus accumulando. Et sic fuit & est verum, publicum &c.

Vigesimusquintus articulus probatur per quatuor cardinales, per quatuor Episcopos, tres auditores, vnum episcopum, & vnum magnum Priorẽ, per vnum secretarium Papæ, per vnum clericum cameræ, per vnum protonotarium, & quàm plures alios dæ fama & credulitate.

Item quòd idem dominus Ioannes vigesimustertius fuit & est de præmissis omnibus & singulis publicè & notoriè per mundum & cuncta Christianitatum regna, taliter diffamatus & promulgatus: atque pro tali & vt talis, in Romana curia & extra, vbicunquè ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus: atque tenetur, habetur & reputatur pro tali & vt talis, palàm & publicè.

Vigesimussextus articulus probatur per testes proximè nominatos.

Item denunciant, ponunt & probare intendunt, quòd supradictus dominus Ioannes papa bona temporalia Ecclesiæ Romanæ, vrbem videlicet Romanam et patrimonium Ecclesiæ in Italia, pessimè & scandalosè rexit: oppressiones, angarias & gabellas, vt thesaurizaret, adauxit, & aliquas de nouo adinuenit. Totamq; subditorum substantiam, quantùm in eo fuit, exhausit, & sibi imbursauit. Ipsosq; Ecclesiæ subditos depauperauit, turpia lucra vndiquè scandalosè recolligens. pluresq; terras Romanæ Ecclesiæ sinè euidenti necessitate vel vtilitate hypotheticauit & impignorauit, aliquas verò perpetuæ alienationis titulo distraxit. Et cum communi Florentinensi de alienando Bononiam tractauit, vrbemq; Romanam & terras patrimonij Ecclesiæ, proditoriè capi, inuadi & occupari permisit & tacitè consensit. Et

dum nuper de mense Iunij, anno Domini millesimo quadringentesimo decimotertio se in crastino Romano populo MISSAM in Ecclesia sancti Laurentij in Damaso, pro consolatione pacis & victoria belli contra quendam Ladislaum Apuliæ regem, per ipsum papam Ioannem confici spopondisset, Romanum populum deserens, curialesq; suos & oues in manibus luporum & inimicorum suorum tradens, ex culpa sua recessit scandalosè. Propter quod multi curtisani interempti, trucidati, capti, spoliati, & in perpetuam seruitutem redacti fuerant. Itaq; fuit & est verum, & est publica vox & fama.

Vigesimusseptimus articulus probatur per tres cardinales, vnum archiepiscopum, tres Episcopos, tres auditores, vnum clericum cameræ, per vnum præpositum, per vnum licentiatum in decretis, per vnum magnum procuratorem vnius ordinis, per vnum procuratorē in Romana curia, & per multos alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd propter præmissa, et ipso culpante & causam dante, multa crimina, videlicet sacrilegia, adulteria, homicidia, spoliationes, rapinæ & furta in vrbe Romana fuerunt commissa. Et ità fuit & est verum, publica vox & fama.

Vigesimusoctauus articulus probatur per vnū cardinalē, per duos episcopos, duos auditores, vnū præceptorem Decretorum doctorem, vnum licentiatum in decretis, & vnum procuratorem vnius magni ordinis, & per vnum procuratorem in curia Romana, & quàm plures alios de publica voce & fama &c.

Item quòd communis & vulgata omnium hominum opinio, assertio, credulitas, & manifesta fama fuit et est, quòd dictus dominus Ioannes papa tam in præmissis, quàm in alijs innumerabilibus casibus, & vniuersaliter in omnibus malè & pessimè administrauit, tam in spiritualibus quàm & in temporalibus. Et quòd fuit & est bonorum Ecclesiæ Romanæ & cæterarum Ecclesiarum & rerum Ecclesiasticarum, ac etiàm temporalium ad Ecclesias pertinentium, maximus & plùs quàm de aliquo alio fuit lectum vel auditum, dilapidator & deuastator ac dissipator pessimus, & inutilis & damnosus administrator, atque vniuersali Ecclesiæ & toti populo Christiano scandalosus, veneficus, homicida, fratrum interemptor, carnis vitia per omnia colens, incontinens, & infinitis criminibus irretitus, malæ famæ & pessimæ conditionis: adeò quòd in Italia & quasi toto *

mundo, capto vocabulo & similitudine à quodam inhumanissimo gentium armorum capitaneo, Balderinus appellato, etiàm papa Balderinus vocitatur. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Vigesimusnonus articulus probatur per quatuor cardinales de mala et scandalosa administratione, vita mala, & publica diffamatione: per vnum archiepiscopum, duos Episcopos de notorietate: similiter per duos auditores, per vnum secretarium papæ, per vnum clericum cameræ, & per vnum licentiatum in decretis, & per vnum procuratorem vnius ordinis & quàm plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd de præmissis omnibus idem papa fuit & est publicè & notoriè diffamatus, & per totum mundum diuulgatus & infamatus, et quòd de ipsis & eorum singulis fuit & est publica vox & fama, & vt talis & pro tali fuit & est vbiquè, vbi de ipso notitia habetur, dictus, tentus, creditus, & reputatus: dicitur, tenetur, creditur & reputatur palàm & publicè, communiter et notoriè, pro tali & vt talis.

Trigesimus articulus probatur per testes proximè descriptos.

Item quòd præfatus dominus Ioannes papa, nonnulla diuersa bona mobilia & immobilia diuersarum Ecclesiarum & monasteriorum, titulorumq; dominorum cardinalium, tam Episcopatuum quàm aliarum presbyteralium & diaconatuum, collegiorum, prioratuum, Ecclesiarum parochialium, et capellarum, cæterorumq; altarium, hospitalium & locorum Ecclesiasticorum dictæ vrbis Romanæ, & præsertim Ecclesiarum principis Apostolorum de vrbe, sancti Ioannis Lateranensis, ac aliis ad canonicos & personas Ecclesiasticas dictæ vrbis spectantibus: necnon de bonis monasteriorum sancti Pauli, sancti Laurentij extra muros, sancti Alexij, sanctæ Sabinæ, & alijs monasteriis tam virorum quàm mulierum, sola auaritiæ cæcitate seductus, vendidit, alienauit, dilapidauit & dissipauit, & aliqua eorum ad nihilum redegit adeò, quòd in plerisque cessat seruitium diuinum: & vbi erant decem vel viginti religiosi, hodiè non sunt nisi duo vel tres quasi fame morientes. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimusprimus articulus probatur per vnū cardinalem, per vnum Episcopum, per vnum clericum cameræ, per vnum magnum præpositum, per vnum auditorem, per vnum præceptorē decretorum doctorem, per vnum procuratorem vnius magni ordinis, et vnum literarum Apostolicarum scriptorem, & per plures alios de publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd idem dominus Ioannes papa etiàm iura mobilia & immobilia, Ecclesiarum Cathedralium & collegiatarum, monasteriorum, prioratuum, studiorum, collegiorum, hospitalium, Ecclesiarum parochialium, capellarum & cæterorum beneficiorum & officiorum Ecclesiasticorum extra dictam vrbem, tam in ciuitate & districtu Bononiensi, quàm in alijs ciuitatibus, villis et locis dicti patrimonij Romanæ Ecclesiæ, quàm extra vbiquè consistentia, etiàm vendidit, alienauit & dissipauit, & præsertim plura bona Episcopatus Bononiensis & ECCLESIAE sancti Petronij Bononiensis, & præsertim lapides, ligna & totam materiam, de quibus debebant compleri edificia

for. * fabrica & * fabricari dictæ Ecclesiæ. Et pecunias ad dictam fabricam ab antiquo ordinatas, recepit, & opus omninò cessare fecit. Similiter omnes possessiones, prædia ac bona mobilia et immobilia, ac dotationem totalem collegij Gregoriani in dicta ciuita-

ciuitate Bononiensi per felicis recordationis Gregorium papam vndecimum fundati, pro sustentatione quinquaginta scholarium pauperum & cęt. etiàm vendidit & alienauit, ità quòd de mobilibus nihil ibi remansit, & de immobilibus vix posset sustentari congruè vnus solus scholaris. Et demùm Saccardis habitandum tradidit, qui totaliter eam destruxerunt: & eam vendidissent, si reperisset emptorem. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimussecundus articulus probatur per vnum cardinalem, vnum archiepiscopū, duos Episcopos, vnum auditorem, vnum secretarium papæ, vnum scriptorem papæ, & per multos alios de auditu, publica voce & fama.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa præmissis nō contentus, sed etiàm literarum studia per salarij subtractionem subtiliter extinguere conatus est. Doctoribus studij Bononiensis per plures annos, & maximè à promotione sua ad papatum, stipendia eorum ab antiquo tempore dicti studij eis debita, & vndè viuere & perindè studere & legere debebant, funditùs abstulit & remouit: & taliter fecit, quòd tam nobile & solenne studium, quasi ad nihilum respectiuè deuenit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Trigesimusterstius articulus probatur per duos cardinales, per duos Episcopos, vnum secretarium Papæ, per duos auditores, per vnum præceptorem Decretorum doctorem, vnum licentiatum in Decretis, per vnum procuratorem in curia Romana, & plures alios de auditu, publica voce & fama &c.

Item quòd non solùm dilapidauit bona & iura prædicta mobilia & immobilia Ecclesiarum, sed etiàm super personas Ecclesiasticas tam vrbis Romanæ & ciuitatis Bononiensis, ac in toto patrimonio Ecclesiæ grauissima onera, tallias & exactiones insupportabilia imposuit: facultatesq; Ecclesiarū, vndè personæ Ecclesiasticæ viuere & seruire DEO debebant, ab eis extorsit & sibi applicauit: immò etiàm super alios prælatos Ecclesiasticos aliarum terrarum et dominiorum secularium, diuersa onera, tallias exactionesq; soluendas dominijs & ciuitatibus Florentinensium, Venetorum, Senarum & pluribus alijs, cum quibus in precio participauit, imposuit: adeò et intantùm, quòd dicti ecclesiastici fuerunt & sunt tanta paupertatis angustia afflicti, vt post propriorum patrimonialium bonorum transsumptionem, necessitate famis libros, calices & ornamenta Ecclesiarum vendere sint coacti. Sicq; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: dicturq; tenetur, creditur & reputatur palàm, publicè &c.

Trigesimusquartus articulus probatur per vnū cardinalem, & per testes proximè descriptos.

Item quòd propter præmissa tota Ecclesia DEI notoriè fuit scandalizata. Et ità fuit et est verum, publicum & notorium.

Trigesimusquintus articulus probatur per oēs cardinales, & per omnes alios testes.

Item quòd horrida & detestandorū criminum domini Ioannis papæ antedicti fama, immò infamia, crebris insinuationibus & multiplicatis vicibus non solùm semèl, sed pluriès & sæpè Christianorum principum, totiusq; populi Christiani probdolor aures penetrauit, intantùm, quòd serenissimus & inuictissimus rex princeps dominus Sigismundus Romanorum et Vngariæ rex semper Augustus, in Lombardia existens, ad ciuitatem Laudensem applicuit, dictumq; Ioannem papam ibidèm aduenientem, humili & deuota prece rogauit, quatenùs attento quòd quasi totus mundus dissimulare non posset, mores & vitam emendaret in melius, & in vnionem sanctæ matris Ecclesiæ tunc & nunc tripartitæ, summis vigilijs & curis intendere dignaretur, vt adstrictus per Pisanum Concilium tenebatur; & concilium generale in aliquo securo loco, cuncto populo CHRISTIANO commodoso indiceret, suasit: et vt Ecclesia in capite & in membris reformaretur, etiàm deuotè supplicauit.

Trigesimussextus articulus probatur per vnū literarum Apostolicarum scriptorem, per vnum licentiatum in decretis, per vnum procuratorem in curia Romana, & per alios de credulitate &c.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa vigesimustertius, precibus dicti serenissimi principis Romanorum & Vngariæ regis, in parte condescendens, amplius à vitijs huiusmodi scandalosis, & præsertim Simoniaca hæresi, abstinere spopondit: & hanc ciuitatem Constantiensem, pro loco multitudinis capace, et alijs habili & idoneo, pro concilio generali celebrando elegit, quod anno Domini 1413. mense Nouemb. inchoando indixit, et per mundum publicauit. Et sic fuit et est verum, publicum et notorium.

Trigesimusseptimus articulus probatur, vt in bulla desuper confecta continetur.

Item quòd deindè dictus dominus Ioannes papa Bononiam rediens, in pristinam et peiorem Simoniā recidiuauit: datarum anticipationes vendidit, ius quæsitum pro numerata pecunia litigatoribus abstulit, & ad soluentium instantias, eorum aduersarijs pluribus perpetuum plerisque vicibus silentium imposuit de facto, turpiter & scandalosè. Et sic fuit et est verum, publicum & notorium.

Trigesimusoctauus articulus probatur per duos cardinales, per tres Episcopos, per vnum auditorem, vnum præceptorem decretorū doctorem, vnū secretarium papæ, per vnum licentiatum in decretis, vnum magnum procuratorem vnius ordinis, & quàm plures alios de auditu, publica voce & fama.

Item et nè per viam iustitiæ oppressi releuarentur, idem papa Ioannes anno Domini 1414. plerisque vicibus dominis auditoribus per suos referendarios, & præsertim per dominum Iacobum de Camplo, nunc electum Pennensem, dici fecit et mandari, nè materias anticipationis datarum admitteret in iudicio, et nè datarum registratores aut alios officiarios quouis modo compelleret in his materijs priuationem iuris alterius concernen-

tibus, veritati testimonium perhibere, iustitiam notoriè opprimendo. Et sic fuit et est verum, publicum & notorium.

Trigesimusnonus articulus probatur per duos auditores, & vnum procuratorem in Romana curia.

Item quòd propter præmissa & plura alia, reuerendus pater dominus Episcopus Saresbirienſis & alij Christianissimi principis regis Angliæ illustris ambasiatores, dictum dominum Ioannem papam vigesimumtertium monuerunt & corripuerunt charitatiuè, supplicantes eidem, quòd Simoniam & beneficiorum venditionem desereret, & se in vita & in moribus emendaret. Alioquin non dubitaret propter scandalum subtractionem obedientiæ et alia inconuenientia secutura. Quodq; ipse dominus Ioannes papa incorrigibilis factus, huiusmodi monita salutaria spreuit. Ipsumq; & alios prælatos duris & asperis verbis minatus est, & iniuriatus est palàm & publicè. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimus articulus probatur per duos cardinales, per vnum procuratorem magni ordinis, & alios de auditu, publica voce & fama & communi reputatione.

Item quòd deindè præfatus dominus Ioannes papa ad Constantiam veniens, post diuersas persuasiones, exhortationes & rogamina, per hoc sacrum Constantiense generale concilium deuotè sacras & sacta, vt pacem Ecclesiæ daret & papatui cederet, cùm alia tutior, promptior & securior quàm via cessionis, non esset, ad vnionem perfectã in Ecclesia DEI consequendam, attentis scandalis ex persona sua iam exortis, propter quæ existentes in alijs obedientijs, retrahebantur ab Ecclesiæ vnitate: hoc anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, die sabbati, secunda mensis Martij in sessione generali Constantiensi & in pleno Concilio generali Constantiensi, vniuersalem Ecclesiam representante, Ecclesiæ DEI sponsæ suæ promisit, vouit et iurauit cedere papatui, sponte & liberè dare pacem Ecclesiæ per viam suæ simplicis cessionis papatûs, iuxta deliberationem eiusdem Concilij, prout in quadam schedula conscripta, quam schedulam suamet viua voce alta & intelligibili legit, dixit, iurauit, vouit & promisit, & alia fecit, prout in eadem, ad quam se referunt promotores & procuratores antedicti, continetur: Cuius tenor sequitur & est talis: Ego Ioannes papa vigesimustertius propter quietem populi Christiani, profiteor, spondeo, voueo, iuro & promitto DEO & Ecclesiæ, ac huic sacro Concilio, sponte & liberè dare pacem ipsi Ecclesiæ per viam meæ simplicis cessionis, et eam facere & adimplere cum effectu, iuxta deliberationem præsentis Concilij, si & quandò Petrus de Luna Benedictus decimustertius, et Angelus de Corario Gregorius duodecimus in suis obedientijs nuncupati, papatui quem prætendunt, per se vel procuratores suos legitimos similiter cedant. Et etiàm in quocunque casu cessionis vel decessûs aut alio, in quo per meam cessionem poterit dari vnio Ecclesiæ Dei ad extirpationem præsentis schismatis.

Quadragesimusprimus articulus probatur per duos Cardinales, & per duos Episcopos, et ex schedula papæ.

Item denunciant, ponunt, & si necesse erit, probare intendunt dicti magistri Henricus & Ioannes promotores, quòd dominus Ioannes papa vigesimustertius se huic generali Concilio submisit & eius sententiæ, ac eius iudicio stare promisit in omnibus & singulis, quæ pertinent ad reformationem Ecclesiæ tam in capite, quàm in membris. Et hoc est verum, publicum & notorium, palàm & manifestum, & ità ab omnibus publicè tenetur & reputatur.

Quadragesimussecũdus articulus probatur per vnum auditorem, & vnum decretorum doctorem, vnum magistrum officiorum in curia Romana, & quàm plures alios de notorietate.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa, postquàm fuit in hac ciuitate Constantiensi, & post Concilium iam inceptum, sæpè & sæpius & maximè in publica sessione, omnibus audientibus, cunctos monuit, quatenùs contra ipsum dicerent, & obijcerent quicquid vellent, cùm intenderet stare determinationi huius sacri Concilij, quæ à tempore sui papatûs gessit & administrauit. Et hæc sunt publica, notoria et manifesta, & ità ab omnibus tanquàm notoria habentur, tenentur & reputantur.

Quadragesimustertius articulus probatur per testes suprà proximè descriptos.

Item quòd deindè vt huiusmodi professio, votum & iuramentum & promissio iuxta deliberationem Concilij ac practicam cessionis papatûs, & per consequens perfectæ vnionis in Ecclesia DEI consequendæ ponerentur, dictus Ioannes papa requisitus, quatenùs procuratores aliquos ad præmissa adimplendum constitueret, vt dictus serenissimus princeps & alij per hoc sacrosanctum generale Concilium deputandi & eligendi, in ciuitate Nicensi Petro de Luna Benedicto decimotertio in sua obedientia nuncupato, bonam domini Ioannis papæ voluntatem ostenderent, & vt simpliciter cederent, prout cum ambasiatoribus dicti Petri de Luna & illustris principis domini regis Aragonum tractatum & conclusum extitit, fuit pro parte nationum & huius sacri Concilij, humiliter & deuotè rogatus & requisitus.

Quadragesimusquartus articulus probatur per duos cardinales, quatuor Episcopos, tres auditores, vnum secretarium papæ, & per vnum procuratorem in Romana curia, & quàm plures alios de notorietate.

Item quòd post huiusmodi requisitionem dictus Ioannes papa dolosè cogitauit se absentare, & clàm recedere velle, & super his fuit publica vox & fama.

Quadragesimusquintus articulus probatur per duos auditores, per vnum decretorum doctorem magnum officialem in curia Romana, & plures alios de notorietate, publica voce & fama & euidentia rei.

Item quòd fama huiusmodi recessûs papæ tunc instan-

instantis, ad aures serenissimi principis domini Sigismundi Dei gratia Romanorum & Vngariæ regis deducta, idem dominus rex ante præsentiam reuerendissimorum in Christo patrum & dominorum cardinalium, patriarchæ Antiocheni, episcoporum multorum, ducum & comitum atque prælatorum in multitudine copiosa, hortatus est & rogauit dictum dominum Ioannem papam, nè à ciuitate Constantiæ recederet, néve ante perfectam vnionem Ecclesiæ huiusmodi sacrosanctum generale Concilium dissolueret, persuadens quantum meritum apud DEVM, quantamq; laudem humanam habiturus esset, si per ipsum perfecta vnio fieri posset, dans ei & offerens vlteriorem saluum conductum, atque saluam guardiam & plenissimam securitatem personæ & bonorũ omnium, familiarium & curtisanorum &c. Quodq; dictus dominus Ioannes papa recedere nunquàm cogitâsset, respondit: sed vtiquè remanere, perficere & implere cum effectu velle ea quæ vouit & iurauit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimussextus articulus probatur per duos cardinales, tres auditores, per vnum præceptorem decretorum doctorem, & vnum magnum præpositum, & per vnum licentiatum in decretis, per quatuor episcopos & multos alios.

Item quòd extunc dominus Ioannes papa videns Concilium huiusmodi & totum mundum ad sanctæ Dei Ecclesiæ iam 38. annis vel citrà scisse & diuisæ vnionem & redintegrationem, necnon extirpationem hæresis & vitiorum, ac ipsius Ecclesiæ reformationem in capite & in membris anhelare, diabolico spiritu instigatus, hoc sacrosanctum Concilium dissoluere quærens, vt reformationem hæresum atque schismatum extirpationem prædicta euadere & impedire posset, & suam malam vitam continuare, ad præterita vitia & ambitiones reincidens, contra vota, professa, promissa, ac DEO & Ecclesiæ iurata, id facere renuit. & nupèr hoc anno Domini 1415 die Mercurij 20. mensis Martij in noctis tenebris, habitu indecenti & dissimulato, laicali more non, vt Romanum decuit Pontificem, gregem sibi commissum vt mercenarius deserens, ab hoc sacro Constantiensi Concilio contumaciter se absentando, aufugit & recessit, in scandalum totius generalis Concilij & totius populi Christiani. Ità fuit & est verum, publicum & notorium atque manifestum.

Quadragesimusseptimus articulus probatur per omnes testes, suum recessum fuisse & esse notoriè scandalosum.

Item quòd de post dictus dominus Ioannes papa ad oppidum Schaffhusen se retraxit. Et nonnullos cardinales, episcopos & prælatos, ac etiàm curtisanos & principum ambasiatores à præsenti ciuitate Constantiensi ad se venire iussit, mandauit & practicauit. & nihilominùs sub certis prætensis causis, pœnis & censuris ipsos ad se vocauit, & venire iussit: & eum sequi volentibus aut non volentibus mandauit, vt ab hoc sacro loco recederènt. Sic per suam fugam oues spargere, Concilium sacrum dissoluere, & schisma nutrire, & perpetuò Ecclesiam Dei tenere monstruosam hæresibus & vitijs deformatam proposuit, & quantum in eo fuit, voluit & deliberauit & fecit. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimusoctauus articulus probatur per vnum cardinalem, per duos episcopos, per duos auditores, per vnum præceptorem decretorum doctorem, per vnum secretarium papæ, per duos licentiatos in decretis, & quàm plures alios de notorietate.

Item quòd post de dicto oppido Schaffhusen ipsa die Veneris sancta, tempore diuini officij, hora tertiarum iter arripuit versùs oppidum Louffenbergense, & deindè ab oppido Louffenbergensi iterum transformato habitu turpiter vlteriùs versùs oppidum Brisacum gressus direxit, scandalosè à dictis concilio & ciuitate Constantiensi plùs & plùs contumaciter se elongando, totisque conatibus, practica & * datis nisus est in Burgundiam. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quadragesimusnonus articulus probatur per duos cardinales, per duos episcopos, duos auditores, vnum decretorum doctorem, per vnum secretarium papæ & quàm plures alios.

Item quòd nupèr hoc anno Domini 1415. & de mense Aprilis eiusdem anni, dictus dominus, Ioannes papa per reuerendissimos ambasiatores, oratores, nuncios & epistolas pro parte huius sacri generalis Concilij ad ipsum tunc in præfato oppido Brisaco residentem destinatos & destinatas, quatenùs more pij pastoris, qui animam suam posuit pro ouibus suis, cuius actionem & authoritatis præsidentiam ità vita, exemplo & doctrina insecutor esse dignaretur, ad gregem suum desertum rediret Constantiam, vel saltem ad vnam de tribus ciuitatibus, oppidis seu locis vtiquè insignibus, videlicet ciuitatem Basileensem, * Olmam seu Rauenburg, ciuitati Constantiensi & loco Concilij vicinam, de vnione ECCLESIAE DEI, gratia Dei perficienda, vt secum in omni benignitate et charitate tractare possent, charitatiuè cum reuerentia debita fuit rogatus, nominatus et requisitus. Promittentes eidem et offerentes ex parte dicti Concilij saluum conductum plenissimum, tunc iam paratum, et sigillo magno seu imperiali sigillatum, et eidem domino Ioanni lectum, ostensum et donatum, securitatem vitæ et statûs, ac prouisionem honestissimam condecentem statui suo, si reuerteretur, atque vota, iurata et promissa adimpleret, prout ijdem legati et ambasiatores id à prædicto Concilio habuerunt in mandatis, obtulerunt, quemadmodum in instrumentis publicis desuper confectis, ad quæ se referũt promotores et procuratores prædicti, latiùs continebatur. *for. *Vlmã

Quinquagesimus articulus probatur per vnum cardinalem, per tres episcopos, et instrumenta publica et diuersa breuia, per ipsum Ioannem papam principibus et vniuersitatibus missa.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa in reprobum sensum ductus, monita huiusmodi more aspidis aures obturantis, nè audiat, obaudiens, se in crastinum responsum dictis ambasiatoribus & legatis velle dare asserens, ipsos eò tunc redire iussit. Nec crastino expectato, post medium noctis ante diluculum, non dato responso, ad oppidum Nuenburg aufugiens, se transtulit habitu transformato. Et sic sacrum Concilium dissoluere, vnionem & reformationem Ecclesiæ, extirpationem hæresum & vitiorum impedire, & suam vitam detestandam continuare vt posset quæsuit, prout continuauit, in profundum malorum deditus, peiora prioribus committere non expauit, supradictis monitis, precibus & requisitionibus minimè condescendens. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Quinquagesimusprimus articulus probatur per testes supra proximè nominatos.

*Item quòd supradictas dominus Ioannes papa fuit & est homo duræ ceruicis, pertinax peccator, induratus, incorrigibilis, Ecclesiam DEI notoriè scandalizans, fautor schismatis, aliasque talis, quòd papatui & eius * administrationi se reddidit indignum. Et pro tali habetur, tenetur & reputatur.*

Quinquagesimussecundus articulus probatur per vnum cardinalem, & per omnes testes superiùs descriptos.

Item quòd dominus Ioannes Papa fuit & est de præmissis omnibus & singulis publicè & notoriè diuulgatus & diffamatus, asque pro tali & vt talis, in Romana curia & extra, & vbicunquè ipsius notitia habetur, habitus, tentus, nominatus & reputatus pro tali & vt talis, palàm & publicè.

Item quòd de præmissis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama.

Quinquagesimustertius et quartus articuli probati sunt per omnes testes superiùs descriptos publici et notorij.

Hoc loco in exemplari vndè hæc desumpta sunt, plus quàm latus integrum folij vnius vacuum relictum erat, tanquàm si plures articuli aut alia nescio quæ addenda fuissent.

Inprimis denunciant, dicunt, asserunt, ponùt, et si necesse fuerit, probare intendunt, quòd dominus Ioannes papa vigesimustertius à tempore iuuentutis suæ dum Balthazar Cossa appellabatur, fuit homo malæ indolis, inuerecundus, impudicus, mendax, parentibus suis rebellis et inobediens, plerisque vitijs deditus. Ac talis et pro tali fuit communiter dictus, tentus, creditus et reputatus ab omnibus ipsius notitiam habentibus. Et adhuc dicitur, tenetur, creditur et reputatur pro tali et vt talis. Ac fuit et est de præmissis diffamatus ac palàm, manifestè, publicè et notoriè.

Item quòd dictus dominus Ioannes tunc Balthazar appellatus, legatus Bononiæ existès, ad patum illicitis medijs anhelans, in mortem bonæ memoriæ domini Alexandri papæ extitit machinatus, & vt tam ipse quàm medicus suus magister Daniel de sancta Sophia, artium & medicinæ doctor, veneno extinguerentur, prout extincti sunt, operam dedit. Sicq; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum. Diciturq; tenetur, creditur & reputatur, atque fuit & est de præmissis in ciuitate Bononiensi & extra per totum mundum publica vox & fama, fuitq; & est grauiter & notoriè diffamatus.

Item quòd dominus Ioannes papa cum vxore fratris sui, & cum sanctis monialibus incestum, cum virginibus stuprum, & cum coniugatis adulterium, & alia incontinentiæ crimina, propter quæ ira Dei descendit in filios diffidentiæ, commisit: & de his grauiter & publicè diffamatus & scandalizatus est: Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.

Item quòd supradictus papa Ioannes nouum mandatum & Simoniæ scelus perpetrando, sex parochiales Ecclesias Bononien. & plura alia beneficia ecclesiastica pro pecunia numerata vendidit meris laicis, qui eas tanquàm res prophanas cum earum possessionibus, dotibus & inribus de facto possident. Ponuntq; laici huiusmodi presbyteros ad celebrandum Missas pro suæ libito voluntatis. & plura alia enormia & maiora fecit et commisit in illis & alijs partibus, de quibus fama publica, immò verius infamia contra eum diuulgata est per vniuersum orbem. Sicq; fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq; tenetur, creditur & reputatur. Atque fuit & est publicum & notorium.

Item quòd dictus papa Ioannes præceptoriam Cypri ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, contulit cuidam infanti in quinto anno constituto, bastardo illustris domini regis Cypri nomine Aleysio, pro certa pecuniæ quantitate. Necnon fructus vacantiæ & spolia vltimi præceptoris defuncti, eidem Aleysio infanti vendidit, contra ipsius ordinis regularia instituta, præsertim cùm huiusmodi bona spolij & vacantiæ sint bona fiscalia pro solnendis stipendiarijs contra infideles. Necnon eidem infanti in dicto quinto anno ætatis suæ constituto, per bullam concesit, vt ea ætate posit profiteri, & professioni adstringeretur, contra legem consensus qui per eum præstari non potuit. & sic fuit &c.

Item quòd dominus Ioannes papa nunquàm prædicta reuocare voluit, nisi cum pactis & conditionibus quæ sequuntur: Primò, quòd restituerentur regi Cypri pecuniæ, quas dederat Papæ pro emptione dictæ præceptoriæ pro rato.

Item quòd darentur papæ in continenti & omninò sex millia florenorum auri de camera, quod fieri oportuit, & soluti fuerunt realiter pro hospitali per priorem Rhodi & procuratorem generalis religionis domino Nicolao de Robertis, idibus Augusti anno quinto, & per manus Eduardi de Recys mercatoris Florentinensis. Pro quibus sic solutis, religio hospitalis & prædicti remanent

manent adhuc obligati penès mercatores. Ità reseruauit papa tunc & ante omnia pro dicto bastardo in quinto ætatis suæ anno constituto super bonis religionis pensionem duorum millium florenorum de camera.

Item reseruauit pro dicto bastardo cameram magistralem, quæ vocatur Negera & finita, quæ valet communiter duo millia florenorum annuatim. Ad quæ non

Et hîc aliquantùm spatij relictum erat in archetypo.

*dicti prior & procurator. Quibus sic peractis, papa fecit eis dari per dictum Eduardum de Recijs mercatorem bullas, qui dictas bullas reseruabat vsque ad solutionem dictorum sex millium florenorum, quas bullas eidem Eduardo dederat Episcopus * Vulteranus, donèc soluerentur sex millia florenorum supradictorum. Et sic fuit & est verum, publicum & notorium.*

Item quòd dictus dominus Ioannes papa fratrem Iacobum de Viriaco maiorem annis, expressè professum religionis Hospitalis, à votis, regula & habitu religionis absoluit de facto, & ad seculum reduxit, & contrahendi matrimonium licentiam dedit, sexcentis ducatis primò datis. Et sic fuit &c.

Item quòd dominus Ioannes papa prædictus castellaniam scalarum dicti hospitalis, quam dictus frater Iacobus tenebat, simul cum prædictis reseruauit, & deinde ipsam cuidam fratri Heymaco de Vesello, pecunijs datis contulit, quæ castellania est conuentualis & regia, in qua deberent esse fratres capellani numero 13. cum alijs clericis Deo seruientibus. Sicq; perit diuinus cultus, & ordo transuertitur in scandalum Christifidelium plurimorum palàm & publicè.

Item dicto Heymaco iuueni ætatis 14. annorum vel circa, concesserat dominus magister Rhodi licentiam ingrediendi religionem hospitalis, vt indilatè facta professione et recepto habitu religionis, transiret ad conuentum religionis cum equis et armis sufficientibus, Deo et religioni contra inimicos fidei Christianæ militaturus. Et quòd ipse frater Heymacus votorum suorum et salutis propriæ immemor, non ad conuentum transiit, sed statim factus inobediens et rebellis, ad dictam castellaniam emendam ad Papam misit. Quam castellaniam obtinens, omnia iura conuentûs, tam vacantem quàm responsionem annuam occupauit, prout occupat, licentia per dictum dominum papam prius venditæ et concessa.

*Item quòd ipse dominus Ioannes papa prædictus multa grauia, inutilia et frustratoria onera etiã Gallicis in Auinione tyrannicè ad diuersos fines damnatis imposuit. Et præsertim tam in viagio facto apud Pisas cum galeis sub colore eundi apud Auinionem, quàm in combustione palatij Apostolici Auinionensis per dominum Marinum nepotem suum, et suorum seruitorum ad hoc (vt dicitur) missum et constitutum capitaneum dicti palatij ad reparationem eius, quàm alijs diuersis modis, ac etiàm de dictis ciuitate Auinionensi & comitatu * Veanissini, quos tractauit alienare diuersimodè, & maximè in manibus dicti regis Ladislai ponere, mediantibus certis tractatibus contra vnionem Ecclesiæ & magna pecuniæ quantitate. Quod & fecisset, si ad optatum suum peruenire potuisset. Sicq; (vt prædicitur) fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturque, tenetur, creditur & reputatur palàm, publicè & notoriè.*

* Venaycini
* Venaysini

Item quòd dictus dominus Ioannes papa bona & dotem prædicti monasterij sancti Laurentij diuisit in tres partes dissipando, & certis ex dominis cardinalibus particulariter per tripartitas particulas diuidendo, quæ prius vnitæ fuerunt pro sustentatiõe monachorum multorũ, Deo in religionis zelo laudabiliter prius seruientium, nunc miseria & paupertate apostatantium. Et sic fuit & est verum &c.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa præmissis non contentus, monasterium sancti Alexij prædictum vendidit Baptistæ de Sabellis, pro quodam impubere bastardo suo, monasterium sanctæ Sabinæ domino Nicolao de Visinis, & ità de cæteris. Et quod deterius est, caput sancti Ioannis Baptistæ quod erat in monasterio monialium sancti Siluestri de dicta vrbe, vendiderat seu pactum de tradendo fecerat Florentinis pro precio quinquaginta millium ducatorum. quod & fecisset, nisi ciuibus Romanis id per eum reuelatum fuisset. Et quia aliqui eorum de hoc in aperto locuti fuerũt, capti & incarcerati fuerunt, et in magnis pecuniarũ summis redẽpti fuerũt & exbanniti. Et aliâs nisi se seu vitam suam redemissent, propterea decapitati fuissent eius iussu. Et ità vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq; tenetur, creditur & reputatur. Et fuit & est verum, publicum & notorium, atque diuulgatum vbiquè tam in vrbe & tota Italia, quàm Gallia etiàm palàm, publicè & notoriè.

Item quòd dictus papa Ioannes decimas castrorum Centi & plures diœcesis Bononiensis, pertinentes ad mensam Episcopalem Bononiensem, alienauit laicis sautoribus suis in perpetuũ, pro eis & eorum successoribus, in graue dispendium Ecclesiæ Bononiensis, quam penitùs & totaliter depauperauit palàm & publicè.

*Item quòd communis hominum opinio, assertio, firma credulitas, ac vera reputatio, commune dictum, rumor indubius, vulgata fama, atque verum & notorium fuit & est, quòd dictus dominus Ioannes papa fuit & sit homo peccator, notoriè criminosus de homicidio venefico, & alijs grauibus criminibus, quibus irretitus dicitur grauiter diffamatus, dissipator bonorum Ecclesiæ, & dilapidator eorundem, notorius Simoniacus, pertinax hæreticus, et Ecclesiam Christi notoriè scandalizans, incorrigibilis, et aliâs talis, quòd se papatui et eiusdem * administrationi, ac sedis Apostoli-*

Apostolicæ & vniuersalis Ecclesiæ regimini reddidit indignum.

Item quòd dictus Ioannes papa vigesimustertius sæpè & sæpiùs coram diuersis prælatis & alijs honestis & probis viris pertinaciter, diabolo suadente, dixit, asseruit, dogmatizauit & adstruxit, vitam æternam non esse, neque aliam post hanc: quinimmò dixit & pertinaciter credidit, animam hominis cum corpore humano mori & extingui ad instar animalium brutorum: dixitq; mortuum semèl, esse etiàm in nouissimo die minimè resurrecturum, contra articulum de resurrectione mortuorū. Quodq; de præmissis fuit & est dictus Ioannes papa apud clerum & populū grauiter diffamatus. Sicq; vt prædicitur, fuit dictum, tentum, creditum & reputatum: diciturq;, tenetur, creditur & reputatur palàm, publicè & notoriè.

Item quòd dictus dominus Ioannes papa sæpè & sæpiùs publicè dixit & professus est, se velle omnia facere opportuna pro vnione Ecclesiæ sanctæ DEI, etiàm vsque ad mortem inclusiuè. Nec in prædictis à voluntate huius Concilij aliquo modò discedere. Et hæc sunt vera, publica & notoria, & vt notoria habentur, tenentur & reputantur.

Hoc loco scriptus fuit Articulus approbationis protonotariorum, per quatuor nationes deputatorum. Hunc, quia præter rationem hîc insertus videbatur, submotum hinc, superiùs in sessione prima suo correspondenti adiunctum offendes.

Litera missiua domini Ioannis papæ 23. missa domino regi Romanorum de Cellis.

*Charissimo in Christo filio Sigismundo Romanorum regi semper Augusto & Vngariæ &c. regi. Ea salute quæ Christus & omnium vera salus est, perpetuè & feliciter adimplere. Licèt charissime fili prudentiam tuam præ cæteris huius æui regibus rex regum insigniuerit cunctarum varietate virtutum, licuit tamen sæpè & sæpiùs *& profuit, ad viuaciora virtutum studia mentes etiàm peruigiles excitare Propter quod & te, vt ad clementiam, quæ sola solidat thronos regum, qua ex innata bonitate ad miserendum te quantumcunquè pro tuis offensoribus non solùm liberalitate, sed vsque ad prodigalitatis speciem hactenùs supererogâsse dinosceris, erga nostram personam in præsenti, quam permittente Domino non absque nostra (fatemur) incuria *incidimus casum, excitare possimus, quasi confidentissimis susurrijs duximus flagitandum, plurima eorum quæ tibi per diuersos viua voce significare curauimus, præsentibus repetentes, vt efficaciorem vim tribuat modorum petendi multiplicatio frequentata. Quantis itaque charissime ac dulcissime fili, tenerrimæ dilectionis affectibus à primordio assumptionis nostræ ad supremi pontificatûs apicem, erga te nostra *flagitârunt præcordia, liceat quæsumus cum tua serenitate fabulari. Nónne vt plurima breuitatis*

*etiam

for.* incidisse

for. * flagrârunt

*gratia transeamus, defuncto felicis memoriæ rege Rumperto, te non tam propter te, sed vniuersitatis populi Christiani salutem, in cordis nostri arcano, cunctis viuentibus præeligentes, prædestinauimus in regem Romanorum, tuam ad hoc serenitatem, vt onus illud assumere dignaretur, solicitudine supplici curauimus præuenire? Et ad eūdem effectum nostros nuncios ad principes electuros & alios iteratis & reiteratis non piguit vicibus destinare. Quantaq; vigilantia, vt diuersa de te facta electio, conualesceret vsq; ad perfectum, * non curauimus insudare, nouit tua serenitas, nouerunt etiàm tui nuncij, varijq; ipsius negocij tractatores, deindè cùm nostram præsentiam ipsa tua desideraret serenitas, quanta quæsumus promptitudine mentis desiderijs tuis satagebamus occurrere? Nónne viarum discrimina, expensarum onera, & alia nobis incumbentia peragenda, nobis pro nihilo fuerunt computata? Sed & in tractatibus huiusmodi, quanto qualiq; studio ad tuî honoris * tuiq; consolationis augmentum, nostros conatus extendimus, non alio quàm tuîipsius testimonio relinquatur. Deniquè cùm cogitantibus nobis de concilio conuocando per tuos ad nos nūcios destinatos requireres, vt de tempore locoq; celebrandi Concilij tuis nos votis conformaremus, cardinales misimus, qui sinè exceptione tuæ per omnia acquiescerent voluntati. deniquè cùm de aduentu nostro ad Constantiam quam elegeras, per nuncios tuos solicitaremur, nónne acceperant pro responso, quòd sanitate desupèr nobis concessa, absque dubio veniremus? infirmitate forsan grauati, gestatorijs ferremur. Porrò si pedum officijs, aut etiàm claudicantibus calcaneis id foret agendum, id idem nihilominùs ageremus. Demùm etsi ab luce nos migrare contingeret, in satisfactionem præmissorum perfectam, corpus nostrum illuc perferri præciperemus. In his omnibus tuæ dilectioni plùs quàm saluiscoductibus & alijs quibuscunq; præsidijs, *syncerrima fidutia innitentes, sed pauca existimantes quæ fecimus, de affectu locupletissimo quantumlibèt maiora faciendi, in nostra possumus conscientia gloriari. Et eccè negocijs in vrbis Romanæ ac patrimonij sancti Petri recuperatione prorsùs postpositis, nullis dissuadentium receptis suggestibus, ad Constantiam te fili charissime tempore promisso præuenimus, tuum aduentum nôsti quantum & qualiter fuimus grato animo præstolati. Hæc fili charissime ex dilectione purissima tuæ personæ, hæc charissime fili ad tui honoris sublimationem duximus liberaliter peragenda. Cumq; dilectio nullis valeat mercibus comparari, nullis alijs queat quàm vicissitudinariæ dilectionis retributionibus recompensari, ad te tanquàm vnicum post DEVM spei nostræ refugium dirigimus desideria cordis nostri, ad te deuotissimas preces pro dilectione dilectionem requirentes effundimus, obsecrantes per viscera misericordiæ IESV CHRISTI, memor esto verbi tui in quo nobis spem dedisti, hæc nos consoletur in humilitate nostra &c. Et si cum causa & sinè causa iratus fueris, misericordiæ recorderis. Nomenqúe egregium clemen-*

for.*nos

Psalm.118.

Abacuc.3

clementiæ nè (quæsumus) in hoc casu pati patiaris instantiam. Sed qui alijs offensoribus atrocissimis parcendo te liberalem præbere consueueras, parcere quoquè nobis & misereri nè spernas. Nè (quæsumus) pietatis tuæ præclaro titulo notā crudelitatis inferri permittas. Potes itaque, si velis, & vt velis deposcimus, erga sacrum Concilium quod tua sapientia tuaq; potentia tanquàm firmissimum fundamentum cum suffultis tuis intercessionibus operari, vt tui cōtemplatione honoris, personam nostram habeat recommendatam: & vnione Ecclesiæ semper salua, honorem, famam & statum nostros, post dimissionem papatûs, quam pridèm obtulimus, atque dudùm aliquotiès in manibus tuis posuimus, quantùm possibile fuerit, saluare & custodire dignetur, & alia salutem nostram respicientia prosequatur magnifico cum effectu. Pro quibus apud districtum iudicem inter alios misericordiæ cultores, cùm omnes gratia egeamus, & tu misericordiam ac alia retributionum præmia vlteriùs consequêris, & per vniuersum orbem inter optimos Imperatores huiusmodi clemētiæ glorioso titulo mereberis computari, Super quibus dilectionis virtus te cogat nobis celere piumq; remandare responsum. Datum Cellis Constantien. diœcesis, Dominica, 26. mensis Maij, pontificatûs nostri anno quinto.

locus obscurus

Instrumentum ratificationis articulorum factum per dominum Balthazarem olìm papam Ioannem vigesimumtertium in oppido Cellis.

In nomine Domini, Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter, quòd anno à natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, & die lunæ vigesimaseptima mensis Maij, indictione octaua, circa horam primarum in loco de Cellis Constantiensis diœcesis, in camera in qua dominus Ioannes Papa vigesimustertius stabat, per reuerendos dominos Ioannem Vaurensem, Andream Poznaniensem episcopos, Thomam sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses, Gasparem sancti Ioannis eremitæ de Perusio monasteriorum abbates, per sacrum Concilium Constantiense ad infra scripta commissarios specialiter deputatos, presentibus infrascriptis reuerendis patribus, Iacobo Rhodini de Ianua, & Thoma Polcon sedis Apostolicæ protonotarijs, & alijs notarijs publicis, venerabilibusq; personis alijs inferiùs nominatis, testibus adhibitis &c. Inprimìs dicti reuerendi patres commissarij per organum dicti Vaurensis episcopi domino Ioāni papæ supradicto alta & intelligibili voce proposuerunt verba quæ sequuntur: Pater sancte, reuerendi domini mei domini commissarij & deputati hîc præsentes, & ego vnà cum eis, sumus trāsmissi ac destinati ad vestram sanctitatem ex parte sacri Constantiensis concilij, ad insinuandum primò, ostendendumq; & realiter exhibendum vestræ sanctitati articulos formatos, & coram eodē sacro concilio cōtra personam vestram productos, super criminibus nonnullis grauibus et enormibus, de et super quibus contra eandem sanctitatem per dictum sacrum concilium procedetur ad interrogandum et requirendum eandem, vt super eisdem articulis omnibus et singulis sufficienter haberetis respondere, eos confitendo vel diffitendo, prout vobis videbitur. Ac etiàm ad videndum & sciendum, si huic processui velitis vos opponere, seu aliqua pro vestra defensione in hac causa facere, dare vel allegare. Licèt pater sancte, & hæc non sint multùm necessaria, attento consideratoq; grato benignoq; responso per sanctitatem vestram pridiè in isto oppidò coram reuerendis patribus dominis de Vrsinis, de Salancho, de Salutijs, Cameracensi, Florentinensi, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, patribusq; reuerendis Tholonensi & Augustensi Episcopis, nonnullisq; alijs prælatis et viris notabilibus præsentibus & ad hoc vocatis. Quod quidem responsum in schedula manu sanctitatis vestræ subscripta, dicto sacro concilio relatū, pleneq; notificatum extitit. Eapropter dictos articulos quos sæpedictus Vaurensis episcopus in suis tenebat manibus, eidem domino Ioanni papæ exhibuit, obtulit & tradere voluit. Eumq; super eisdem interrogando requisiuit, vt coram omnibus et singulis sufficienter, vt superiùs exprimitur, responderet, diceretq; ac declarare vellet, si dicto processui eiúsve parti se opponere seu aliqua ad suî excusationem vel defensionem dare vellet, eos offerendo hæc omnia libenter se receptaturos. Quibus sic, vt præmittitur, exhibitis, interrogatis, requisitis, oblatis & propositis, idem dominus Ioannes papa dixit & verbo proposuit, ipsum pro Dei Ecclesia & eius vnione plura fecisse, etiàm antequàm in papam fuisset assumptus, præsertim tempore errorum & circa concilium Pisanum, & ante huius sacri concilij Constantiensis congregationem. In quo etiàm liberam cessionem sui papatûs obtulit, prout in schedula per eum in eodem Concilio in publica sessione tunc lecta & publicata, pleniùs continebatur. Subiungens tristi vultu, vt apparuit, quòd à Constantia & dicto sacro concilio post ipsius schedulæ cessionem turpiter recesserat, quod benè recognoscebat immò quòd maluisset illa die sinè animæ suæ præiudicio mortuus esse, quàm ità turpiter recessisse. Eapropter idem dominus Ioannes papa successiuè respondit, quòd ipse contra superiùs recitata nullam defensionem facere volebat: immò prout per dictam schedulam sua manu subscriptā, quam pridiè eius ex parte ab oppido quo suprà cardinales superiùs recitati, ad conciliū porta uerunt, continebatur, volebat & præsentialiter stare promisit. In omnibusq; se conformare omni ordinationi, deliberationi & determinationi dicti sacri concilij, & insupèr omnimodū processum per idē conciliū contra eundē habitū ratificabat & ratū habebat, asserens quòd nō aliter voluit prædictis articulis respōdere, affirmās Concilium Constantiense sanctissimum esse, errareq; non posse, ac Pisani concilij fore continuatiuū, & quòd ipse sacro Constantiensi cnncilio nunquàm contradicere vellet, etiàm si in Bononia aut alio quouis loco sibi magìs accepto personaliter iam esset.

set, cùm id sibi minus non esset, quàm publicè fateri se in papatu ius nullum habere. Insupèr, vt intelligeret idem papa Ioannes Concilium non minùs iustè minúsve legitimè contra eum in præmissis aut eorum aliquo processisse, dicta testium super criminibus in quibus processum sit & fuerit contra eum productis, sæpedictus Vaurensis episcopus aperuit, & sibi copiam dare obtulit ad finem, quòd si contra eosdem eorúmve dicta quicquam opponere aut defensionem aliquam suscipere vellet, id facere atque liberè vti deberet & posset. Quibus per eundem Ioannem papam & omnimoda defensione huiusmodi, præterquàm vt hîc subsequitur, expressiùs renūciatis, pro concilio prædicto se submisit: adijciens, Volo quòd concilium sit defensio mea, quod scio errare non posse. Nec alia defensione quacunque vti volo, supplicans se humilimè per commissarios prænominatos eidem concilio synceriter recommendandum fore: demumq; successiuè post præmissa episcopus Vaurensis prælibatus, suo & commissariorum prædictorum nomine aperto ore dixit: Pater sancte, nos vltra præmissa in mandatis habemus, vobis assignare terminum ad sententiam diffinitiuam per dictum sacrum cōcilium contra personam vestram super omnibus & singulis, in quibus iam contra eandem processerat, proferendam, & prout ipsius * esse qualitas & natura requirunt. Ideò vobis terminum assignamus ad huiusmodi sententiam audiendam in Constantia ad diem crastinam hora sessionis consueta. Qui dictus Ioannes papa inibì, vt apparuit, comparére non curans, respondit: Summè mihi placet sententia ipsa, quæ (supplico) quàm citò lata sit, mihi deferatur, quam cum omni reuerentia, etiàm cum birreti mei depositione recipiam: eamq; quantùm in me fuerit, confirmabo, approbabo & emologabo, prout & dictum processum, ac omnia contra me (vt superiùs est expressum) in concilio gesta, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc ratifico, approbo & confirmo, promittoq; contra eam me aliquo processu temporum non venire. Atque statìm porrectis & realiter ad manus traditis per dominum Gasparem abbatem & commissarium superiùs nominatum, articulis & testium dictis omnium supradictis, supranominatoq; protonotario domino Thoma Polcon, episcopus Vaurensis sæpedictus, dicto Ioanne papa audiente, eundem dominum Thomam & Iacobum Rhodini protonotarios superiùs expressos, aliosq; publicos notarios hîc inferiùs descriptos, ad præmissa & eorum occasione vocatos, instantiùs requisiuit, vt super præmissis omnibus & singulis, vt suprà recitanter dictis, propositis, allegatis & responsis, assertis & gestis, vnum, duo vel plura conficerent publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Et quòd in his testes essent, vnusquisque eorum alteri. Et reuerendi patres domini, Vitalis Tholonensis, ac Fredericus Augustensis episcopi, honorabilesq; viri magistri Vuilhelm9 Clynck in sacra pagina professor, Ioannes Fitton Saresbiriensis ecclesiæ canonicus, Petrus * Gaiecanus canonicus Conseranensis, Henricus Surynck, Ioannes Nederhoue notarij publici Paderbornensis & Coloniensis diœcesum, & multi alij testes specialiter requisiti & rogati per Episcopum Vaurensem supranominatum. Consequenterq; sinè mora dictus dominus Ioannes papa eosdem protonotarios & notarios cum instantia conformiter requisiuit, vt supra per eum præmittitur, dictis, responsis, promissis, habitisq; & gestis testes sibi fierent, eaq; sub eorum scriptis publicis facerent annotari, & quòd tunc adstantes cæteri nonnulli hîc superiùs expressi, & alij interessentes plurimi, testes itaq; sibi fierent ad præmissa. Acta sunt hæc in dicto oppido Cellis, de quo suprà, anno Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictione octaua, pontificis eiusdē Ioannis papæ anno quinto.

for. * sententiæ

Quibus sic peractis, idem Andreas electus Poznaniēsis quoddam decretum pro approbatione scripturarum & deputationis legebat & publicabat, cuius tenor sequitur, & est talis:

¶ Decretum deputationis notariorum.

Item constituit & deputat & ordinat dicta sancta synodus pro qualibet natione vnum protonotarium, videlicet pro natione Gallicana Ioannem de Trembleyo, pro natiōe Italica Iacobum Rhodini de Ianua, pro natione Germanica Hermannum de Duuerck, pro natione Anglicana Thomam *Poltensem.

Item notarios nationum, videlicet pro natione Gallicana Michaelem * Bolsonis, & Ioannem * Guiardi. Pro natione Italica Bartholomæum de * Gnostis, & Ioannem Azel. Pro Germanica natione * Sumpertum Fabri, & * Giseleum Fonētem. Et pro natione Anglicana Guillermum Porezell, quibus dat authoritatem & plenariam potestatem, omnia & singula in sacro præsenti Constantiensi Cōcilio dictata, acta, actitata, promulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcunque gesta & facta, & omnia quæcunque in posterum dicenda, agenda, actitanda, promulganda, publicanda, legenda, petenda, & quæcunque alia in & pro dicto sacro Concilio, & ad dictum sacrum Concilium quomodolibèt pertinentia, facienda, & peragenda, in formam publicam redigendi, & aliâs conscribendi. Approbatque dicta sancta synodus omnia & singula per ipsos protonotarios & notarios in dicto sacro concilio, & ad ipsum sacrum Concilium quomodolibèt pertinētia, conscripta: & tam in publicam formam, quàm aliâs in scriptis seu actis quomodocunquè redacta vsque nunc, sub quibuscunque verbis per dictum sacrum Concilium fuerint statuta, decreta, ordinata, pronunciata, & quomodolibèt diffinita. Quo decreto lecto, fuit petitum per procuratorem, an placeret prout pronunciatum extitit. fuitque responsum per præsidentem sessionis huiusmodi, & etiàm quatuor præsidentes quatuor nationum, & deindè per totius synodi supposita, per verbum Placet.

*Girardi
*Guastis
*Gumpertum

SES-

SESSIO DVODECIMA, IN qua commissarij ad Ioānem Papam fecerunt relationem, & lata fuit sententia diffinitiua contra ipsum.

DIE Mercurij vigesimanona mēsis Maij supradicti, fuit sessio generalis in Ecclesia maiori Constantiensi, in qua præsidebat reuerendissimus pater dominus Ioānes episcopus Ostiēsis cardinalis Viuariensis, prę-sente serenissimo principe Sigismundo Romanorum rege in insignijs regalibus, cum suis nobilibus in eisdem sibi seruientibus.

Cui adstabant inter Cardinales domini Angelus episcopus Prænestinus, Laudensis, & Iordanus episcopus Albanensis, de Vrsinis nuncupati. Præsentibus etiàm dominis Francisco Florentino, Lucido de Comite, Odone de Columna, Landulpho Barensi, Ludouico de Flisco, Raynaldo de Branckasys, * *Amadeo Salutiarum diaconis cardinalibus.*

Et fuit decātatū officiū Missæ de Spūsancto, per dñm patriarcham Antiochenum.

Quo completo, dicebantur Litanię, &c. vt moris est. Quib9 peractis, fuit facta relatio à legatis & nūcijs missis ad Ioannem Papā, per organum domini Ioannis Episcopi Vaurenš, quemadmodùm * articulis & attestationibus contentis in processu sacri Constantiensis cōcilij contra ipsum dominum Ioannem Papam eidem exhibitis, offerendo ex parte Concilij ipsius, si quid vellet opponere, quod liberè posset. Item intimato eidem termino ad proferendum sententiam, quòd respōdisset verbo, se pro DEI Ecclesia & eius vnione plura fecisse, etiàm antequàm fuisset in Papam assumptus, & ante dicti concilij Cōstantiensis inchoationem, in quo etiàm obtulit liberam papatûs sui cessiōem. Et quòd turpiter ab indè recesserat, benè recognoscebat: maluissetque illa die sine animæ suę preiudicio mortuus esse, quàm ita turpiter recessisse. quodque contra processum sacri Concilij nullam defensionē facere volebat, sed pro ut per schedulam sua manu subscriptam, datā cardinalibus, qui ad eum venerant, continebatur, vouebat, & præsentialiter promittebat stare ac se in omnibus conformare omni ordinationi, declarationi & determinationi dicti sacri cōcilij, ac insup omnimodum processum per idem Concilium contra eundem habitum, ratificabat, asserens quòd non aliter voluit prædictis articulis respondere, affirmans concilium Constantiense sanctissimum esse, errareque non posse, ac concilij Pisani continuatiuum: & quòd ipsi sacro Constantiensi concilio nunquàm contradicere vellet, etiam si in Bononia aut aliâs quouis loco sibi magis accepto psonaliter iā esset, cùm id sibi minus non esset, quàm publicè fateri se in papatu nullū ius habere. De sententia autē ferenda, quòd summè sibi placeret, vt quàm citò lata foret, eidem referretur, quā omni reuerentia, etiam cum bireti sui depositione reciperet, & eam, quantùm in se foret, confirmaret, ratificaret, approbaret, & emologaret, prout dictum pcessum ac omnia cō-tra ipsum in concilio gesta, extunc ratificabat, approbabat & cōfirmabat, promittebatque contra ea se aliquo processu temporis nō venire. Prædicta relatione comple-

Ioan.12.d

for. * ex

Post cuius quidem officij Missæ peractionē fuerunt lectæ & dictæ Litaniæ cum introitu, Exaudi nos Domine & cæter. more solito cum Euangelio, Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps huius mūdi eijcietur forâs, cæterisq; collectis ac orationib9 & hymno, Veni creator spiritus. Quibus habitis, instante magistro Henrico de Piro promotore & procuratore prædicto, reuerēdi patres ac honorabiles et prouidi domini Ioannes Episcopus Vaurensis, Andreas electus Poznaniensis, Gaspar abbas Perusin9, Thomas abbas monasterij sanctæ Mariæ extra muros Eboraci, Iacobus Rhodini de Ianua, Thomas Polcon sedis Apostolicæ protonotarius, magister Ioānes Guiardi & Vuilhelmus Porcell notarij, legati & nuncij missi herì per sacram synodū & ad terram Cellis, vbì Ioannes papa vigesimustertius existebat, per os domini Ioānis episcopi Vaurensis prædicti, sibiq; ex parte ipsius synodi intimârunt, qualiter terminus ad ferendum sententiam fuisset prorogatus in diem præsentem, propter beneuolam responsionem de non appellando, sed eam acceptando, & eam approbare velle: & ex hoc mota dicta sancta synodus siue concilium, attendendo honorem eius in huiusmodi pronūciatione, vellent limitare & mitigare verba sentētiæ. Eo non obstante, si vellet opponere & defendere causam suam contra dictam sententiam, posset & deberet sibi dari tempus & hora atque locus pro sua defensione. Qui Ioannes ipsis nuncijs respondebat, quòd nō vellet videre neque attestatiōes, neque processus, nec quicquam opponere siue excipere, sed eam approbare velle & acceptare. Et extunc approbauit. Et placeret quòd concilium ferret sentētiam, dicens quòd sciret concilium errare non posse: & lata huiusmodi sententia, obtulit se paratum ad subscribendum eandem. Et vlteriùs dixerunt, quòd dicta sententia deberet ferri die lunæ proxima. Sed ex quo materia pro tunc nō erat parata, idcircò de mandato concilij intimârunt sibi dictam prorogationem, de quibus reddidit se idem Ioannes contentum, regratiando ipsis nuncijs, supplicans vt recommendarent honorem & statum ac personam suā domino regi Romanorum & concilio, prout in quodam publico instrumento in notam recepto per dictos notarios, tenoris infrascripti, pleniùs continetur. Qua relatione facta, idem Henricus de Piro promotor & procurator petijt pronunciari, prout & quemadmodū in quadam papyri schedula, quam ibidèm in suis tenebat manibus,

ple- zzz *eamque*

pleta, reuerendus pa- *eamque de verbo ad ver*
ter dominus episco- *bum perlegebat, prote-*
pus Attrebatẽn lege- *stans, petens & dicens,*
bat sententiam diffi- *vt in eadem schedula in-*
nitiuam contra Ioã- *fra scripti tenoris plenius*
nem Papam XXIII. ac *continetur. Petitione le-*
constitutiones quas- *cta, & data notarijs ibi-*
dam, quorum teno- *dem nomine concilij pre-*
res sequuntur hoc *sentibus, & deindè toto*
modo. *concilio & synodo man-*
date, reuerendi patres domini Ioannes patriarcha Antiochenus, Martinus episcopus Attrebatensis, Antonius episcopus Concordiensis, Nicolaus Episcopus Mesburgensis, & Patritius Episcopus Cortagensis, assenserunt ambonem, in quo edicta concilij & synodi sentẽtiæ prædictæ legi et publicari solent. Et de mãdato cõcilij & ipsius synodi reuerẽd. pater dominus episcopus Attrebatensis, Christi nomine inuocato, pronunciauit & legebat dictam sententiam diffinitiuam de verbo ad verbum, prout in schedula, quam suis tenebat manibus, infrascripti tenoris plenius continetur. Qua pronunciatione facta vt præmittitur, reuerendiss. in Christo pater & dominus, D. Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis & præsidens, proposuit, quod si aliquis esset ibidẽm præsens, siue magnus siue parvus, pauper aut dives, volens cõtradicere dictæ sententiæ, diffinitiuæ seu eius pronunciationi, dicat & surgat, cùm potestas libera sit per dictum cõcilium vnicuique concessa ad dicendam voluntatem suã. Et cum casu quo non dixerit, habebitur pro consentiente. Tunc nomine respondente siue loquente, ipse dominus episcopus Ostiensis habuit respondere nomine collegij cardinalium quòd placet. Deindè ipsi commissarij, & indè quilibet pro natione sua, videlicet Ioannes patriarcha pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius Cancordiensis pro natione Italica, & Patritius Cortagensis pro natione Anglicana respondernunt, Placet. Et subsequenter omnes ibidẽm instantes in concilio, & de concilio. Subsequenter dominus Franciscus Cardinalis Florentinensis leuauit se, & voluit legere vnam schedulam papyream: suitq; dicti per omnes, quòd non placeret, & sic siluit, nihil legendo. Deindè de mandato concilij dominus Ioannes archiepiscopus Rigens. s bullam papæ portauit, & præsentauit eam concilio tanquàm eius custos: qua præsentata, fuit per magistrum Henricum Promotorem petitum, an placeret quòd dominus vicecancellarius tanquàm ad eum pertinens, rumpi faceret arma Balthazaris: fuit responsum quòd ita, & placuit omnibus. Qua bulla recepta, siue ferro quo bulla fabricabatur, & ibidẽm in præsentia omnium per magistrum Arnoldum aurifabrum papæ prædicti fuit rupta, & arma ipsius Ioannis deleta. Et absolutus dominus Ioannes archiepiscopus Rigensis ab eius custodia & pronunciatus quòd fideliter custodiuisset & præsentasset. Super quibus omnibus & singulis idem magister Henricus de Piro promotor, petijt sibi fieri nomine quo supra vnũ vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta, per protonotarios ibidem præsentes, notarios & tabelliones &c. Præsentibus ibidẽm illustribus principibus duce Ludouico Bauariæ comite palatino Rheni, Henrico Rompolt duce × Zodanẽsi de Slesia, Ioanne Iacobo comite Aquesanensi, filio Marchionis Mõtisferrati, comite Bertholdo de Visnis, Philippo comite de × Nussabo, et Ambasiatoribus regũ Poloniæ, Norueg iæ, × Suetiæ, Daciæ, Nauarræ & Cypriæ, & alijs Christifidelibus in numero copioso.

Suspensio futuri summi Pontificis. Sacrosancta generalis &c.

Quòd non procedatur ad electionem Papæ, si contingat sedem vacare, sine expresso consensu Concilij.

Sacrosancta generalis Constantiensis synodus, Ecclesiam Catholicam repræsentans, ad extirpationem præsentis schismatis & errorum, Ecclesiæque reformationem in capite & in membris faciendam, in Spiritu sancto legitimè congregata, ad faciliùs & liberiùs & vtiliùs vnionem Ecclesiæ consequendam, pronunciat, decernit, statuit & ordinat, vt si contingat sedem Apostolicam quouis modo vacare, in prima vacatione ad electionem futuri summi pontificis nullo modo procedatur sinè deliberatione & consensu huius sacri generalis Concilij. Et si cõtrarium fieret, sit ipso facto irritum & inane authoritate dicti sacri concilij. Nullusque electum contra hoc decretum in Papam recipiat, nec illi, vt papæ quomodolibèt adhæreat vel obediat sub pœna fautoriæ dicti schismatis & maledictionis æternæ: puniantur que hoc casu eligentes & electus, si consentiat, ac illi adhærentes, pœnis per hoc sacrum Concilium ordinandis. Suspenditque dicta sancta synodus pro bono vnionis Ecclesiæ, omnia iura positiua, etiàm in concilijs generalibus edita, & ipsorum statuta, ordinationes, constitutiones & consuetudines, priuilegia quibuscunque concessa, & pœnas cõtra quoscunq; editas, inquantùm effectũ dicti decreti impedire possent quoquo modo.

Sententia diffinitiua contra Ioannem Papam vigesimumtertium.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritussancti, Amen. Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, inuocato Christi nomine, solum DEVM præ oculis habens, visis articulis in hac causæ contra dominum Ioannem Papam vigesimumtertium formatis & oblatis, ac probationibus eorundem factis, eiusdem submissione spõtanea, vnà cum toto processu huius causæ habita matura deliberatione super eisdem, per hanc sententiam diffinitiuam, quam fert in his scriptis, pronunciat, decernit &

nit & declarat, recessum per præfatum dominum Ioannem papam vigesimumtertiũ ab hac ciuitate Constãtiensi & dicto sacro Constantiensi concilio generali, clandestinè & de nocte, hora suspecta, in habitu dissimulato & indecenti factum, fuisse & esse illicitum, Ecclesiæ Dei & dicto concilio notoriè scandalosum, pacis & vnionis Ecclesiæ turbatiuum & impeditiuum, schismatis inueterati nutritiuum, à voto, promissione & iuramento per ipsum dominum Ioannem papam DEO & Ecclesiæ & huic sacro concilio præstitis deuiatiuum, ipsumq; dominum Ioannem Simoniacum notorium, bonorumque & iurium nedùm Romanæ, sed aliarum Ecclesiarum plurium, & aliorum locorum piorum dilapidatorem notorium, malumque spiritualium & temporalium Ecclesiæ administratorem & dispensatorem fuisse & esse, suis detestabilibus inhonestis vita & moribus Ecclesiam DEI & populum Christianum notoriè scandalizantem ante eius assumptionem ad Papatum, & post vsque ad ista tempora, ipsumq; per præmissa Ecclesiam DEI & populum Christianum notoriè scandalizâsse & scandalizare, postq; monitiones debitas & charitatiuas, iteratis & crebris vicibus eidem factas, in præmissis malis & arrogantia pertinaciter perseuerâsse, seque ex hoc notoriè incorrigibilem reddidisse, ipsumque propter præmissa & alia crimina in processu dictæ causæ contra eum deducta & contenta, tanquàm indignum & inutilem & damnosum à papatu, & omni eius administratione spirituali & temporali amouendum, priuãdum, & deponendum fore. Et cum hoc dicta sancta synodus amouet, priuat & deponit, vniuersos & singulos Christicolas, cuiuscunq; statûs, dignitatis vel cõditionis existant, ab eius obediẽtia, fidelitate & iuramẽto absolutos declarãdo. Inhibendo insuper vniuersis Christifidelib⁹, nè eũdem (vt præmittitur) à papatu sic depositum, decæterò in Papam nominent, aut illi tanquàm Papæ adhæreant, seu quoquo modo obediant. Et nihilominùs ex certa scientia & de plenitudine potestatis supplet dicta sancta synodus omnes & singulos defectus, si qui forsan in præmissis aut aliquo premissorum interuenerunt, eumque ad standum & morãdum in aliquo bono loco & honesto, sub custodia tuta serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariæ &c. regis, & vniuersalis Eceleſiæ aduocati & defensoris deuotissimi, nomine dicti sacri generalis Concilij, quandiù dicto sacro Concilio generali pro bono vnionis Ecclesiæ DEI videbitur, condemnandum fore, & eadem sententia condemnat. Alias verò pœnas, quæ pro dictis criminibus & excessibus inferri deberent iuxta canonicas sanctiones, dictum Concilium arbitrio suo reseruat declarandas & infligendas, secundùm quod rigor iustitiæ vel misericordiæ ratio suadebit.

Quòd neuter contendentium reeligatur in Papam.

Item statuit, decernit & ordinat dicta sancta synodus pro bono vnionis Ecclesię Dei, quòd nullo vnquàm tempore reeligatur in Papam dominus Balthasar Cossa, nupèr Ioãnes papa 23. nec Angelus de Corario Gregorius 12. nec Petrus de Luna Benedictus 13. in suis obedientijs sic nominati. Et si contrarium fieret, id sit ipso facto irritum & inane. Nullusque cuiuscunq; dignitatis vel præeminentiæ, etiàm si imperiali, regali, cardinalatûs vel pontificali dignitate præfulgeat, eis vel eorum alteri contra hoc decretum vllo vnquàm tempore obediat seu adhæreat, sub pœna fautoriæ dicti schismatis & maledictionis æternę, ad quas contra præsumptores, si qui in posterũ fuerint, etiàm cum inuocatione brachij secularis & aliâs rigidè procedatur. Datum Constantiæ pronunciæ Moguntinensis, in sessione publica in maiori Ecclesia solenniter celebrata, die Mercurij 29. mensis Maij, anno Domini 1415. indictione octaua.

Pro iudicibus, quòd vocentur prælati absentes.

Item decernit dicta sancta synod⁹, quòd quatuor generales iudices deputati, debeant vocare prælatos absentes ad synodum, & punire nõ veniẽtes, prout eis de iure & secundùm Deũ videbitur expedire. Datũ &c.

Instrumentum ratificationis sententiæ factæ per dominum Balthazarem, olim papam, in villa de Cellis Constantiensis diœcesis.

In nomine Domini, amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter, quòd anno à natiuitate eiusdem millesimo quadringentesimo decimoquinto, die Veneris vltima mensis Maij indictione octaua, circa horam duodecimam in loco de Cellis Constantiensis diœcesis, in domo habitationis reuerendissimi in Christo patris & domini, domini Balthazaris Cossæ, nupèr Ioannis papæ vigesimitertij nuncupati, in camera ipsius Balthazaris, præsentibus infrascriptis reuerendis patribus, dominis Iacobo Rhodni de Ianua & Thoma Polcon sedis Apostolicæ protonotarijs, aliisq; notarijs publicis & etiàm infrascriptis testibus ad inferius recitata vocatis & rogatis, reuerendi in Christo patres domini Ioannes Vaurensis episcopus, Gaspar sancti Ioannis eremitæ de Perusio decretorum doctores, & Thomas sanctæ Mariæ extra muros Eboracenses monasteriorum abbates personaliter existentes in præsentia dicti domini Balthazaris pridiè Ioannis papæ vigesimitertij nuncupati, per organum dicti domini Vaurensis episcopi, ex parte sacri generalis Constantiensis concilij sibi significabant & intimabant diffinitiuam sententiã depositionis à papatu contra eum die Mercurij vltimo preterito, scilicet vigesimonono presentis mẽsis

Maij, per dictum generale concilium in sessione publica latam & publicatam fuisse, quam quidem sententiam ibidem sibi in scriptis exhibuerunt, & realiter tradiderunt ad finem, quòd ea plenius intellecta, diceret, declararetq; an eidem sententiæ eam approbando acquiescere, seu eidem se in aliquo opponere vel contradicere vellet. Qui quidem dominus Balthazar ipsam sententiam sibi traditam per seipsum ad partem legit. Et deindè ad respondendum eisdem prælatis super præmissis per eos propositis, spatium & temporis interuallum habere voluit, vt super eadem sententia & petitis deliberaret. Qui quidem prælati de hoc contenti, dixerunt eos habita deliberatione huiusmodi ad suum beneplacitum, ad ipsum redire velle, suam responsionem in præmissis audituri. Et sic ab eius præsentia protunc recesserunt. Et deindè eadem die & circa horam secundam post meridiem, idem domini prælati ex parte dicti domini Balthazaris & ad eius præsentiam pro audienda responsione in præmissis vocati, ad eum personaliter accesserunt. Quibus cum supradictis protonotarijs, notarijs & testibus in eius præsentia constitutis, respondendo dixit, quòd super dicta sententia per eum visa, lecta, benè concepta, ac plenius intellecta deliberauerat, & ideò quantùm poterat, & in eo erat, eandem sententiam, cuius tenor est talis, In nomine Domini, amen &c. vt suprà, prout per dictum sacrum concilium lata, & ab ipso concilio processerat & dictata erat, ex sua certa scientia approbabat, ratificabat, & emologabat, ac eidem processui contra eum ad eius depositionem per concilium factam, acquiescebat & consentiebat. Apponendoq; manus ad pectus eius, assertione libera affirmabat, iurans corporaliter suo proprio motu, quòd nunquàm contra eandem sententiam contra ipsum sic vt præmittitur latam, quicquam opponere, nec contra eam reclamare publicè vel occultè, aut ab ea appellare velle, seu super papatu quăcũq; controuersiam opponere: nec aliquo vnquàm tẽpore de eodẽ papatu se quouis modo intromitteret, immò eidem papatui & iuri, si quod in eodẽ sibi qualitercunq; competèrat, seu si quod sibi nunc in eodẽ competebat, purè, simpliciter & absolutè, liberèq; & sponte cedebat & renunciabat. Et ibidem omni modo, via & forma, quibus melius potuit, resignauit, cessit & renunciauit expresse: & in huius signũ iam de camera sua crucem papalem amoueri fecerat, ac si imitatorem omnia & singula insignia papalia sicut disposuerat dicta die mercurij, qua dicta sententia fuit lata, tunc coram prælatis prædictis deposuisset. Dixitq; quòd nullo vnquàm tẽpore se pro Papa gereret seu nominaret, aut nominari faceret, voluisseteq; ad ipsum papatum nunquàm fuisset assumptus, quia expòst nũquã habuit bonũ diem. Et si contingeret casus quòd in futurũ reeligeretur, nũquam suum præberet assensum: adijciẽs tamen, quòd si aliqua persona singularis post iam facta præmissa, in suã personam quicquam criminis vlteriùs obijcere vellet, ad vlteriorẽ processum contra eum habendum, seu grauiorem pœnam in ipsum infligendam, quòd in hoc seipsum defendere vellet sub dicti concilij generalis protectione, quod pro suo iudice & defensore recepit. Supplicans humiliter, quòd in hoc & in alijs concilium sacrũ & regia serenitas ipsum haberent specialiter recommissum, volens & requirens idem dominus Balthazar, quòd de omnibus his & singulis præmissis fierent & retinerentur publica instrumenta pro bono vnionis Ecclesiæ sanctæ Dei ad perpetuam rei memoriam per dominos protonotarios sedis Apostolicæ & alios notarios publicos ibidẽ præsentes: quod ad hoc vicibus repetitis instantiùs requisiuit. Quibus sic per eundem dominum Balthazarem & prælatos suprà nominatos dictis, propositis, factis, gestis, habitis & responsis, idem domini prælati per organum dicti Vaurensis episcopi petièrunt & requisièrunt confici & perpetuò retineri publicum & publica instrumentum & instrumenta per dictos protonotarios & notarios publicos infrascriptos. Acta fuerunt hæc anno, die, mense, indictione, loco & hora quibus suprà, præsentibus reuerendis in Christo patribus, dominis Vitale Tholonensi & Frederico Augustensi episcopis, ac venerabilibus religiosis & circunspectis viris dominis & fratribus, Eymerico de Arcijs licentiato in decretis priore Prioratus sanctæ Benignæ Augustensis, Pantio Gaudæ baccalaureo in Theologia ordinis fratrum Minorum, Begone de Rogerio in decretis licentiato Sistaricensis & Rigensis Ecclesiarum canonico Officiali Vicensi, Petro Gaietano literarum pœnitentiariæ scriptore canonico Conseranensi, Ioanne Gonsalui baccalaureo in decretis, archipresbytero Ecclesiæ Astensis, Henrico de Grauia notario publico clerico Leodiensis diœcesis, testibus &cæt.

locus obscurus.

Quibus sic (vt præmittitur) lectis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis præsidens, proposuit quòd si aliquis esset ibidèm præsens, dictæ sententiæ diffinitiuæ contradicere volens seu eius pronunciationi, surgeret & diceret: & in casu quo non dixerit, habebitur talis pro consentiente. Tunc nemine respondente siue loquẽte, ipse dominus Ostiensis habuit respondere nomine collegij cardinalium, quòd placet. Deindè ipsi cõmissarij in ambone, quilibet pro natione sua, videlicet Ioannes patriarcha Antiochenus pro natiõe Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, Antonius episcopus Concordiensis pro natione Italica, & Patritius Cortagiensis pro natiõe Anglicana, Placet, respondent.

SESSIO XIII.

Die sabbati quintadecima mensis Iunij, anno à natiuitate Domini 1415, indictione octaua, fuit sessio generalis in Ecclesia maiori Constantiensi, in qua fuit cantatum officium Missæ de beata virgine Maria, per reuerendum patrem Dominum Ioannem episcopum Lutomuslensem.

Quo completo, legebantur Litaniæ &cæt. more aliarũ sessionũ, præ-

Et deindè officio Missæ celebrato, fuerũt lectæ litaniæ cum introitu, Exaudi

Exaudi nos domine, cũ diuersis collectis, Euãgelio, hymno, Veni creator spiritus, iuxta consuetudinem & ritum aliarum sessionum, præsente ibidèm serenissimo principe Sigismundo Romanorum & Hungariæ &cæt. rege. Cui adstabant reuerendissimi patres domini cardinales de Vrsinis & Laudẽsis. Cui sessioni siue synodo inter cardinales & eorum nomine Reuerendissimus in Christo pater & dominus Ioannes Ostiens. cardinalis Viuariensis, præsidebat, in presentia dominorum Frãcisci Venetiarum, Antonij Aquilegiensis, Brandæ Placentinensis presbyterorum, Thomæ Tricaricensis, Odonis de Columna, Landulphi Barensis, Raymaldi de Brancasijs, & Francisci Florentinensis diaconorum cardinalium. Quo officio Missæ & litaniarum cantato, lecto atque dicto, Henricus de Piro & Ioannes de Scribanis promotores & procuratores negociorũ dictæ synodi comparuerit ibidẽ, & proposuerunt corã tota synodo, dicẽtes quòd in diuersis mundi partibus incepissent pullulare certæ hæreses, & antiquatæ cõtinuari, & præsertim quòd sacerdotes aliqui hodiè communicarent corpus Christi post cœnam, & non ieiuni, & sic ministrarent alijs: & aliàs dixerunt, prout & quemadmodùm in quadam petitionum papyri schedula infrascripti tenoris continetur. Petentẽsque sibi super præmissis prouideri, nominibus quibus suprà, de remedio opportuno. Qua petitione oblata & recitata, placuit domino præsidenti, omnibusque alijs & singulis suppositis huiusmodi synodi, super hoc remediari. Et statim reuerendi patres & venerabiles viri domini Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, Stephanus episcopus Dolensis, Antonius episcopus Concordiensis, Andreas electus Poznanienſis, Nicolaus episcopus Mersburgensis, & Patritius episcopus Cortagensis decretorum doctor, assenderunt ambonem nomine nationum quatuor: & dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ad hoc per synodum deputatus, legebat quasdam ordinationes & decreta decaterò in Ecclesia Romana obseruandas & tenendas, quarum tenores inferiùs sequuntur.

Tenores verò dictæ petitionis & declarationis papyri schedularum, de quibus suprà sit mentio, sequuntur & sunt tales.

Quia in nonnullis partibus mundi peruersus mos pullulare incepit, vt sacerdotes laicos sub vtraque specie, panis videlicet & vini, communicare non cessent, contra Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ consuetudinem approbatam, vndè scandala & hæreses verisimiliter oriri suspicantur: petimus ncs promotores & procuratores huius sanctæ synodi, in Spiritusanctæ legitimè congregatæ, per vestras reuerendissimas paternitates prouideri salubriter Ecclesiæ Dei.

De cõmunicãdo sub vna specie tantùm.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritussancti, Amen. Cùm in nonnullis mundi partibus quidam temerariè asserere præsumant, populum Christianum debere Sacramentum Eucharistiæ sub vtraque panis & vini specie suscipere, & non solùm sub specie panis, sed etiàm sub specie vini, populum laicum passìm communicent, etiàm post cœnam vel aliàs non ieiuni, & communicandum esse pertinaciter asserant, contra laudabilem Ecclesię consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquàm sacrilegam damnabiliter reprobare conantur: hinc est, quòd hoc præsens concilium sacrum generale Constantiense, in Spiritusancto legitimè congregatum, aduersùs hunc errorem saluti fidelium prouideri satagens, matura plurium Doctorum tam diuini quàm humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit & diffinit, quòd licèt Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub vtraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum, tamen hoc non obstante, sacrorum Canonum authoritas laudabilis & approbata cõsuetudo Ecclesiæ seruauit, & seruat, quòd huiusmodi sacramẽtũ nõ debet cõfici post cœnam, neq; à fidelibus recipi non ieiunis, nisì in casu infirmitatis aut alterius necessitatis à iure vel Ecclesia cõcesso vel admisso. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

Et sicut hęc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quòd licèt in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraque specie, postèà conficientibus sub vtraque, & à laicis tantummodò sub specie panis suscipiatur, cùm firmissimè credendum sit, & nullatenùs dubitandum, integrũ CHRISTI corpus & sanguinem tam sub specie panis, quàm sub specie vini veraciter contineri. Vndè cùm huiusmodi consuetudo ab Ecclesia & sanctis Patribus rationabiliter introducta, & diutissimè obseruata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sinè Ecclesiæ authoritate pro libito mutare. Quapropter dicere, quòd hanc consuetudinem aut legem obseruare, sit sacrilegum aut

Hunc locum alij sic legunt: Et similiter quòd licèt in primitiua Ecclesia huiusmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraque specie, tamen hæc cõsuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quòd à conficientibus sub vtraque specie, & à laicis tantummodò &c.

Consuetudo q̃ p lege habenda.

aut illicitum, censeri debet erroneum: & pertinaciter asserẽtes oppositum præmissorum, tanquàm hæretici arcendi sunt & grauiter puniendi per diœcesanos locorũ seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ prauitatis in regnis seu prouincijs, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsan attentatum aut præsumptum, iuxta Canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem Catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores, salubriter adinuentas.

Quòd nullus presbyter sub pœna excommunicationis, communicet populum sub vtraque specie panis & vini.

Item ipsa sancta synodus decernit & declarat super ista materia, reuerẽdiss. in Christo patribus & dominis patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, & eorum in spiritualibus vicarijs vbilibèt constitutis, processus esse dirigendos, in quibus eis cõmittatur & mandetur authoritate huius sacri Concilij sub pœna excommunicationis, vt effectualiter puniant eos contra hoc decretum excedentes, qui communicando populum sub vtraque specie panis & vini exhortati fuerint, & sic faciendum esse docuerint: & si ad pœnitentiam rediẽrint, ad gremium Ecclesiæ suscipiantur, iniuncta eis pro modo culpȩ pœnitẽtia salutari. Qui verò ex illis ad pœnitentiam redire non curauerint animo indurato, per cẽsuras ecclesiasticas per eos vt hæretici sunt coercendi, inuocato etiã ad hoc (si opùs fuerit) auxilio brachij secularis. Quibus lectis, magister Ioannes de Scribanis, & magister Henricus de Piro promotores, petiẽrunt responderi per dominos Imperatorem, Cardinales, & cæteros prælatos, an placeret. Præsidens autem dominus Ostieñ respondit nomine collegij cardinalium, Placet. Similiter rex Romanorum. Sic successiuè reuerendiss. patres domini episcopi, Antonius Concordiensis pro Italica, Stephanus Dolensis pro Gallica, Nicolaus Mersburgensis pro Germanica, & Patritius Cortagẽsis pro Anglicana, in ambone existentes, responderunt, Placet.

Pœnæ in cõmunicantes vulgum sub specie vtraque.

Quibus factis, promotores & procuratores prædicti, Henrico de Piro loquente, petiẽrunt nomine quo suprà, deputari per dictam sanctam synodum certos commissarios, in causa hæresis ventilata seu ventilanda, & ad concilium ad præsens deuoluta vel deuoluenda, orta vel oritura, prout & quemadmodùm in quadam petitionum papyri schedula, cuius tenor inferiùs est insertus, pleniùs continetur. Qua petitione data & intellecta, iuxta mandatum ipsius synodi reuerendus pater dominus Andreas electus Poznaniensis, in ambone legebat schedulam deputationis commissariorum cum eorum authoritate & potestate, quæ inferiùs est inserta. Qua lecta, fuit quæsitum & scrutatum per dictos promotores & procuratores per ipsius Henrici de Piro organum, an dicti iudices placerent. Responsum fuit per dictum dominum præsidentem nomine collegij Cardinalium & suo, Placet. Et subsequenter per dominos Antonium Concordiensem, Dolensem, Mersburgensem Episcopos & Cortagensem prædictos, nomine nationum suarum prædictarum, Placet: & similiter per omnes alios, præterquàm per reuerendum patrem dominum Martinum Episcopum Attrebatensem ambasiatorem ducis Burgundiæ, qui dixit, domino suo fore suspectum reuerendissimum patrem dominum Petrum Cardinalem Cameracensem multis de causis, quas suo loco & tempore congruo dare vellet in scriptis, nullo modo consentiendo in dictum dominum cardinalem tanquàm commissarium, saltem in causa quæ speratur verti inter dominum suum ducem Burgundiæ & Parisienses &c. Super qua protestatione sibi fieri fecit & petijt vnum vel plura, publicum seu publica, instrumentum seu instrumenta. Qua protestatione facta & admissa, promotores & procuratores prædicti petiẽrunt sibi nomine quo suprà, super omnibus & singulis cantatis, dictis, lectis, diffinitis & declaratis, fieri vnum vel plura, & tot quot essent necessaria, publicum & publica, instrumentum & instrumenta, per dominos protonotarios sedis Apostolicæ dictæque synodi, ac omnes & singulos notarios & tabelliones ibidèm præsentes, ad perpetuam rei memoriam. Præsentibus ibidèm illustribus & nobilibus viris, Ludouico duce Bauariæ & comite palatino Rheni, Frederico burgrauio Nurenbergensi, comite Bertholdo de Vrsinis, Philippo Span de Vngaria pincerna Syndou, alijsque nobilibus in numero copioso.

Tenores dictæ petitionis & commissariorum deputationis papyri schedularum, de quibus suprà fit mentio, sequuntur, & sunt tales.

Item cùm experientia doceat, continuò propter scissuram Ecclesiæ nouas oriri hæreses, & aliquas antiquas renouari, difficileque pro singulis huiusmodi causis primitiuarum personarum de hæresi suspectarum ad hoc sacrum concurrere generale concilium, pro celeriori hæresum extirpatione, petimus nos promotores & procuratores supradicti, aliquos ex reuerendissimis patribus dominis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, & aliquos ex singulis nationibus iudices & commissarios per vestras reuerẽdissimas paternitates delegari & deputari ad huiusmodi causas hæresum audiendum & terminandum, saltem vsque ad cõclusionem vel sententiam exclusiuè, cum omnibus & singulis emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis.

Hæc sancta synodus Constantiensis in Spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, pro celeriori extirpatione hæresum & Ecclesiæ reformatione sacrosanctȩ, specialiter

specialiter deputat & eligit reuerendissimos in Christo patres dominos, videlicet: Iordanum de Vrsinis, Antonium Aquilegiensem, Petrum Cameracẽsem, & Franciscum Florentinensem, sanctȩ Romanȩ Ecclesiæ cardinales. Et pro Italica natione reuerendos patres dominos Concordiensem, Alexandrinum, & Laudẽsem episcopos & electũ Pennensem: pro Gallicana episcopũ Gebennen. abbatẽ Gemeticen. abbatẽ de Clarauilla, & magistrũ Vrsinũ de Callaudo: Pro Anglicana magistrũ Vuilhelmũ Corff sacrȩ theologiȩ professorem, magistrum Vuilhelmũ Clinc, magistrum Hugonem Houuetz, & Ioannem Vuenes decretorum doctorem. Pro natione Germanica electum Poznaniensem, magistrum Nicolaũ Dinckelspuel, Theodoricum de Monasterio sacrȩ theologiȩ professorem, & Bertholdum Vuildungen sacri palatij Apostolici causarum auditorem, ad audiendum & examinandum causas, & in ipsis iuridicè procedendum, quarumcunq; hæresum & errorum in fide catholica & moribus, vndecunq; habuerint vel habeant originem, vt salubriter extirpentur, & contra quascunque personas, cuiuscunq; fuerint statûs aut dignitatis, etiam si pontificali vel alia quauis ecclesiastica vel seculari præfulgeãt dignitate, de eisdem suspectas, petitiões, accusationes & declarationes eisdem propositas & proponendas recipiendum, partes vocandum, & in hoc sacro concilio & extrà citandum & publicandum, & aliàs seruatis seruandis procedendũ, prout exigentia fidei et iuris ordo postulabunt. Necnon omnia et singula faciendum et exercendum, quȩ in prȩmissis et circa ea necessaria fuerint, seu etiàm quomodolibèt opportuna, cum omnibus incidentibus, emergentibus et connexis vsque ad ipsarũ causarum conclusionem exclusiuè. Sic tamen, quòd si omnes interesse non possint aut non velint, duæ partes ipsorum prædicta liberè exequantur.

In causa verò contra Ioannẽ Husz iam diù ventilata, quæ circa conclusionem existit, per iudices & deputatos hucusquè in ea vlteriùs cognoscatur et procedatur per eosdem.

SESSIO DECIMAQVARTA,

in qua Carolus de Malatestis renunciauit papatui nomine domini Gregorij 12.

Anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo XV. Apostolica sede vacante, regnanteq; serenissimo & inuictissimo principe dño Sigismundo, Romanorũ, Hũgariȩ &c. rege, regnorum suorũ anno Hũgariæ XXIX. Romanæ electiõis quinto, coronationis verò primo, Die autem Iouis quarta mensis Iulij, fuit tenta sessio generalis per sanctam synodum Constantiensem in Ecclesia cathedrali Constantieñ supradicta, p̃sente ibidẽ dicto serenissimo Domino Sigismũdo Romanorum & Hungariæ &c. rege cum insignijs regalibus, & nobilibus sibi in his seruientibus, videlicet dominis Ludouico comite Palatino Rheni in pomo siue mundo, Henrico Duce Bauariæ in ense, Friderico Burgrauio Nurnbergensi in sceptro, & Andrea filio Sueualæ barone de Hungaria, in corona ministrantibus, cæterisque principibus in numero copioso. Præsentibus ibidèm Reuerendissimis patribus, Ioãne episcopo Ostiensi & cardinali Viuariensi, Angelo Laudensi, Iordano de Vrsinis, cæterisque cardinalibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & alijs patribus in copiosa multitudine. In cuiꝰ quidẽ sessionis principio p̃fatus dominus Romanus rex indutꝰ vestibus regalibꝰ, recessit de sua sede solita, & transiuit ad aliam sedem positã in fronte altaris, tanq̃ præsidens pro tunc in cõcilio, Ioanne Dominici tituli sancti Sixti Cardinali Ragusino, & Carolo de Malatestis Domicello Ariminensi, procuratoribꝰ dñi Angeli de Corario, Gregorij XII. in sua obediẽtia nuncupati, ad authorizandum cõcilium, & cedendum papatui nomine dicti Gregorij, sedentibus iuxta regem in quodam bancho, respiciente versùs congregationem

Anno & indictione quibus suprà, sede Apostolica vacãte, die verò Iouis quarta mensis Iulij, fuit sessio generalis. In qua serenissimus Romanorũ & Vngariæ &c. rex, tanquàm Imperator in insignijs regalibus præsidebat, cuius ensem gessit dux Henricus de Bauaria, sceptrum verò burgrauius Nurenbergensis, mundiale siue pomũ dominus Ludouicus dux Bauariæ comes palatinus Rheni. De corona autem eiusdem seruiuit Comes. In qua etiàm sessione interfuerunt reuerendissimi in Christo patres dominus Ioannes Ostiensis dictus Viuariensis, Iordanus Albanensis dictus de Vrsinis, & Angelus Tusculanus dictus Laudẽsis episcopi, Antonius tituli sanctæ Susannæ Aquilegiensis, Petrus tituli S. Chrysogoni Cameracẽsis, Franciscus tituli S. Crucis in Hierusalem Venetiarũ, Thomas tituli sanctorum Ioannis & Pauli **Tricarien.* **Alamãnus tituli S. Eusebij Pisanus, Branda tituli S. Clementis Placẽtinus, Petrus tituli S. Marci de sancto Marco, Antonius tituli S. Cæciliæ de Salancho presbyteri, Raynaldus tituli S. Viti in macello de Branckasiis, Ludouicus S. Adriani de Flisco, Lãdulphus S. Nicolai Barẽsis, Amadeus S. Mariæ in Cosmedin Salutiarum, Lucidus de Comitibus, Franciscus sanctorũ Cosmæ & Damiani, Florentinensis, diaconi communiter dicti Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales. Cantatoq; solenniter hymno, Veni creator spiritus, cum versiculo, sequentia & oratione, Deus qui corda fidelium &c. per Ioannem episcopum Ostiensem lecta, reuerẽd. pater dominus Ioannes Dominici S. Sixti presbyter cardinalis in sua obedientia, ac magnificus vir dominus Carolus de Malatestis, quasdam literas bullatas siue certa procuratoria seu mandata pro ipso Gregorio ad conuocandum cõcilium generale, & in eo agenda & tractanda approbandum, authorizandum, necnon ad tractandum & practicandum, procurandum & concludendum cum Regia maiestate, ac alijs quibus suæ prudentiæ videbitur expedire, & alia in ipsis pro-*

synodi Constantien. Deindè cantatis antiphona, VENI SANCTE SPIRITVS, ac hymno, VENI CREATOR SPIRITVS, dictaq; collecta de pace per dictũ dominum cardinalẽ Viuarien'ẽm, subsequẽter per venerabilẽ virum dominum Iob *Benner protonotariũ dñi Ludouici comitis Palatini, lectæ fuerunt duæ bullę sequentis tenoris:

procuratorijs seu mandatis, quorum tenores infrà inseruntur, exhibuerũt & produxerũt. Quas quidem literas bullatas, superiùs vt præmittitur, exhibitas & productas de mandato domini regis ad tunc præsidentis, venerabilis vir Iob publica & intelligibili voce perlegit. Quibus sic lectis & peractis, reuerendissimus pater dominus Ioannes Dominici Cardinalis & Carolus prædicti, procuratores dicti domini Gregorij duodecimi in sua obedientia nuncupati ante altare Concilij prope sedem præsidentis constituti, dictus Carolus prędicto reuerendissimo patri ad legẽdum schedulam tenoris infrascripti, maximè conuocationem concilij, approbationem et ratificationem agendorum in eodẽ in se continentem, vices suas plenariè cõmisit. Qua commissione sic facta, surrexit præfatus dominus Ioannes cardinalis, sumpto themate, Omnes vnanimes in oratione estote, factaq; super eodem famosa collatione, prælibatam schedulam publicè alta et intelligibili voce perlegit. Qua sic vt præmittitur lecta, reuerendus in Christo pater dominus Bartholomeus archiepiscopus Mediolanen'sis, rogãte et exhortante prefato domino præsidente, ad instantem petitionem magistri Henrici de Piro, huius sacri concilij Constantiẽsis promotoris, amboñ ascendit, et in eo sibi assistẽtibus reuerẽdis patrib' dñis Antonio Cõcordiẽsi pro natiõe Italica, Stephano Dolẽsi pro natiõe Gallicana, Nicolao Mersburgẽsi pro natiõe Germãica, & Patritio Cortagẽsi pro natiõe Anglicana, episcopis in natiõibus prædictis præsidẽtibus, quasdam capitulorum tenoris infrascripti schedulas, quarum vna in effectu continebat, quòd cõcilium memoratum dictam conuocationem, authorizationem & confirmationem, quantum ad eundem dominum Gregorium pertinet & attinet, eas admittit: & collegium ipsius domini Gregorij duodecimi nuncupati, alteri collegio, videlicet olim Ioannis papæ vigesimitertij, & eõuersò, vnitas omninò fore decernit. Altera verò continebat in effectu, quòd notarij rogati de præmissis, non faciant mentionem in instrumentis suis de Papa vel sede Apostolica, sed de Sigismundo Romanorum & Vngariæ &c. rege & regno Romanorũ, vsque ad cessionem per Carolum nomine dicti Gregorij faciendam. Quibus lectis, dicti episcopi præsidentes nomine nationum suarum prædictarum, & Ioannes episcopus Ostiensis pro se & collegis suis cardinalibus, instante & petente magistro Henrico de Piro promotore prædicto, exhortanteq; & rogante serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum &c. rege, tunc præsidente, respondерunt per verbũ, Placet. Super quibus conuocatiõe, authorizatione, confirmatiõe, admissiõe ac vniõe, ac statutis & decretis, magister Henricus de Piro promotor & procurator à sanctæ sedis Apostolicæ protonotarijs, per dictum concilium deputatis, necnon à notarijs quatuor nationum, & quibuscunque alijs tabellionibus publicis ibidẽm adstantibus, vnum vel plura fieri & confici, instrumentum seu instrumenta, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, instanter requisiuit. Præsentibus ibidẽm

Hic erat locꝰ vacuus in eo, ex quo ista sumpsimꝰ, exemplaria: tanquàm si præsentes hic non expressi, adhuc fuissent exprimendi.

Tenores verò dictarum bullarum, necnon schedularum & capitulorum prædictorum, de quibus suprà fit mentio, sequuntur & sunt tales:

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Ioanni tituli S. Sixti presbytero cardinali Apostolicæ sedis legato, & Ioanni in patriarcham Constantinopolitanum electo, nostris & eiusdem sedis nuncijs, & venerabili fratri Vuernero archiepiscopo Treuirensi, necnon nobilibus viris Ludouico comiti Palatino Rheni, & Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, in prouincia Romandiolæ pro nobis & *sancta Romana Ecclesia rectori, Saluté & Apostolicam benedictionem. Terrenas affectiones humanas tenebrare *constat, liberandas pro modulo luminationis, cùm lux illa q̃ dixit, Ego sum lux mundi, se luminantem Ioan. 8. b ostendit: & pro quanto terreno detinentur affectu, minùs illæ splendorem contingunt. In quo edocemur, errorem cauendũ, amoremq; rectum sequendum, & nostra omnia ad illam pacem, quæ est cum Deo homini mortali, feliciter conferenda, contra quam negare non possumus, impios errores commissos circa papatum, nosq; aduersantium astutijs repulsos, ad pacem & Ecclesiæ Christi clarum statum per viam renunciationis pro progressu firmiter desiderantes, vt cùm spes aliqua scintillaret, occurrimus erogando. Ex eodem igitur affectu continuato, intellecta prouidẽtia regia, cum affectiõe concordi ad Ecclesiæ pacem cũ natiõibus quas vocauit ad ciuitatem Constantien'sem, exhilarati, libenti animo prompti sumus, vt semper fuimus, pro extirpatione horrendorũ schismatum, & integra vnione meritò optanda & perficienda, dimittere liberé papatũ, quáuis nobis clarũ sit, tam ex titulo sanctę memorię Vrbani 6. prædecessoris nostri, & canonica nostra electiõe, q̃ etiàm clarissimè ex nostra puritate cum efficaci voluntate & recta. Quapropter potiùs & altiùs rem ipsam & effectum qui intenditur, ac serenitatis regiæ cor, mentem, animum, & opera post suũ aduentum ad Constantiã fructuosa aduertentes, *quamq; extrinsecùs quouis artificio demonstrauit, & confidentes exindè de eius serenitatis dispositione Deo grata, & in eo sperãtes cuius res geritur, ꝙ serenitatem eandem diriget in agendis, & vos etiàm qui pro premissorum effectu estis ibidèm. Et vt possitis in ꝑdictis ꝑficere meliùs & valere, quo*

*nostra

*videtur deesse mentes

*quæque

quo efficaciorem potestatem à nobis constiterit vos habere, nobis seu illis ex nobis q̃ vbi illi interfuerint, congregationẽ ipsam, inquantùm per dictam serenitatem regiam, & non Balthasarem, se nuncupari faciẽtem Ioannem 23. vocatam, vice nostra ad prædictorum effectum conuocandi & authorizãdi generale concilium, remota tamen oñi nò dicti Balthasaris præsidentia & præsentia ab eisdem: necnon oñia quæ postquàm sic feceritis, disponentur pro vera redintegratione ac vnione Ecclesiæ, ac præfatorum schismatum extitpatione, per congregationem eandem remotis (vt præmittitur) præsidentia & ꝑsentia dicti Balthasaris, vice nostra similiter authorizandi & confirmandi, plenam & liberam de plenitudine *potestatis concedimus tenore præsentium facultatem. Datum Arimini tertio Idus Martij, pontificatũs nostri anno nono.

De curia G. de Imola
Inplica M. de strata in dorso in camera.

Gregorius episcopus seruus seruorũ Dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malatestis, domicello Ariminensi, in prouincia nostra Romãdiolæ pro nobis & sancta Romana Ecclesia rectori, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm ad laudem omnipotẽtis Dei, & bonum Ecclesiæ suæ sanctæ, pro vnionis redintegratione & pace Christianorum, & schismatum extirpatione, prohdolor, nunc vigentium, vltra alios nuncios nostros te tanquàm personam nostram ad maiestatem regiam Constantiam personaliter destinem', nos volentes pariter & optantes, vt eo perfectiùs perficere valeas in præmissis, quo maiori fueris authoritate munitus: tibi cùm subordinata sit renũciatio canonicæ & certæ electioni vñici futuri summi pontificis, & alia etiàm necessaria habeant interuenire, pro prædictorum effectu salubriter consequendo, tibi conueniendo aut illis, cum q̃bus tuæ prouidentiæ videbitur expedire, modis congruis & opportunis tractandi, practicandi & concludendi, quæ tibi visa fuerint vtilia & necessaria ad prædicta, etiàm si forent talia, quæ mandata alia & tibi data excederent, quantumcunq; mãdatum exigerent specificum & speciale, & si videbitur tibi, aliqua magis conuenire personę ecclesiasticæ, illa expediri faciendi per personam ecclesiasticam, quam elegeris, & ei sic electæ & iuxta tuam dispositionẽ facturæ, ꝑsentiũ tenore de plenitudine Apostolicę potestatis plenam & liberam concedimus facultatem. Datum Arimini tertio idus Martij, pontificatũs nostri anno nono.

De curia G. de Imola.
Inplica M. de strata in dorso in camera.

Quibus bullis lectis, dominus Carolus (prout in eisdem continebatur) habens maiorem authoritatem quàm cæteri, commisit ꝑfato dño Ioanni Dominici cardinali vices suas ad authorizandum & approbandum dictum concilium. Quam commissionem in se recipiens, facta breui collatione cum themate, Omnes vnanimes in oratione estote, 1. Pet. 3. authorizauit concilium, prout in schedula tenoris sequentis continetur:

Schedula authorizationis concilij.

QVia sanctissimus dñs noster Gregorius Papa duodecimus audiuit, intellexit, atq; multipliciter est informatus de celebri fama huius sanctæ congregationis pro generali Concilio Constantien'si in Christi nomine congregatæ, idcircò idem dominus noster auidus Ecclesiasticæ vnionis & reformationis & extirpationis hæreticæ prauitatis, commissionem fecit, prout in eiusdem literis nunc lectis dinoscitur contineri. Cuius quidem commissionis & mandati vigore ego Ioannes miseratione diuina tituli S. Sixti presbyter cardinalis, Ragusinus vulgariter nuncupatus, pro me & collegis meis in hac parte hic existentibus in nomine patris & filij & Spiritussancti, Amen, authoritate domini nostri Papæ, quantùm ad eundem spectat, vt prædicta sancta vnio, reformatio, & hæreticę prauitatis extirpatio, deo authore, meliorem sortiantur effectum, & vt sub diuersorum professione pastorum possidẽtes Christiani, in vnitate sanctæ matris Ecclesiæ & charitatis vinculo coniungantur, istud sacrum Concilium generale conuoco, & omnia per ipsum agenda authorizo, & confirmo iuxta modum & formam, prout in literis domini nostri nunc lectis pleniùs continetur.

His autem peractis, reuerendissimus pater dominus Bartholomæus archiepiscopꝰ Mediolanen'sis, legebat capitula & ordinationes conceptas per concilium Constantien'se. Tenores verò dictorum capitulorum sequũtur, & sunt tales: Cùm principiũ cuiuslibet rei potissima pars sit, vt principium decens & amabile deo & possibilis Ecclesiæ redintegratio fiat, sacrosancta gñalis synodus Constantien'sis, in Spiritusancto legitimè congregata, ecclesiã catholicã repræsentãs, vt istæ duæ obedientiæ, videlicet illa q̃ ꝑfitetur Ioannem vigesimumtertium olim fuisse Papã, & illa q̃ ꝑfiteť dñm Gregoriũ XII. esse Papã, vniantur vna alteri, & altera alteri coniungantur sub capite Christo, dictas cõuocationẽ, authorizationẽ, approbationem & cõfirmationẽ nomine illius dñi, q̃ in sua obedientia dicitur Gregorius XII. nunc factas, quantùm ad ipsum spectare videtur, q̃a abundãs ad certitudinẽ, ꝑ bono cautela nemini nocet, sed oñibus ꝑdesť in omnibus & per oñia admittit, & amodò has suprà dictas obedientias cõiunctas & vnitas esse decernit & declarat in vno corpore dñi nostri Iesu Christi & huius sacri vniuersalis cõcilij gñalis, in noe patris & filij & spiritussancti.

Hæc

Hæc ſancta ſynodus ex certis bonis adſpectibus ſtatuit & ordinat, quòd per notarios qui de præmiſſis rogabuntur, in inſtrumentis per eos conficiendis nulla fiat mentio de Romano pontifice vel de ſede Apoſtolica, ſed de anno regnorum ſereniſſimi & inuictiſſimi principis domini Sigiſmundi Romanorum & Vngariæ &c. regis, & hoc vſque ad ceſſionem incluſiuè.

Quibus ſic factis, prædictus dominus Ioannes Dominici cardinalis, receſſit à loco vbi ante altare fuerat, ad ſcamnum ſeu locum in quo presbyteri cardinales ſedebant, per Lucidum cardinalem de Comitibus prædictum introductus, & ad oſculum fraternale receptus, & oſculo prælibato, inter reuerendiſſimos patres dominum Franciſcum Venetiarum & Antonium Aquilegienſem presbyteros cardinales prædictos collocatus ſedebat. Subſequēter verò inuictiſſimus ac ſereniſſ. princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Vngariæ &c. rex, de loco quo preſidebat, ad ſedem ſuam propriam regiam, in qua ſedere ſolet in ſeſſionibus generalibus, acceſſit, & ibi ſedebat. Præmiſſis omnib⁹ ſicut præmittitur peractis, reuerendiſſimus pater dominus Alamannus tituli ſancti Euſebij presbyter cardinalis, Piſanus communiter dictus, Miſſam celebrauit de ſancto ſpiritu. Et venerabilis vir magiſter Theodoricus de Monaſterio ſacræ theologiæ profeſſor, ſermonem fecit, cuius thema fuit: Qui ſequitur me, nō ambulat in tenebris. Quo & dicta Miſſa finita, cantato q̄ reſponſorio ſeu introitu, Exaudi nos Domine, &c. dictisq̄ per reuerendiſſimum patrem dominum Ioannem epiſcopum Oſtiēſem orationibus, lectoq̄ Euāgelio, Si quis venit ad me &c. hymnoq̄ Veni creator ſpiritus, iterùm ſoleniter cātato, ac aliis precibus conſuetis ad Deū deuotè profuſis, præſidente pro tunc domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi, memoratus Carolus quandam aliam bullā Gregorianam, ſigillo plumbeo ſigillatam, ſanā &c. tenoris infraſcripti exhibuit & produxit. Quam quidem bullam præfatus immediatè præſidens, per præfatum dominum Iob legi fecit publicè alta & intelligibili voce. Quibus peractis, ſurrexit præfatus dominus Carolus, & quandam papyri ſchedulam tenoris infraſcripti, quam in ſuis tenebat manibus, alta & intelligibili voce perlegit. In qua effectualiter ponebatur petitio ſua, videlicet an expediat quòd ceſſio Gregorij fiat in Conſtantia antequàm eatur Niciam, ſeu an Petrus de Luna cedere velit aut nolit experiatur. Qua lecta, præfatus reuerendus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanēſis, adhuc vt ſuprà in amboe cum præſidentibus prætactis exiſtens, exhortante & rogante reuerendiſſ. patre domino Ioanne præſidente præfato, quandam aliam ſchedulam certum in ſe continentem capitulum, in quo in effectu continebatur, quòd Concilium Conſtantienſe vult, quòd reſignatio Gregorij fiat in Conſtantia pro vtilitate & redintegratione fidei Chriſtianæ, antequàm eatur ad Niciam, cuius tenor inferiùs ſequitur, alta & intelligibili voce legit. Ipſaq̄, ſic vt præmittitur lecta, ſurrexit magiſter Henricus de Piro præfatus promotor, petijtq̄ per dictos præſidētes, pro ſe & natiōibus ſuis præfatis & alijs reſpōderi ſuper præmiſſis, per verbū placet, vel non placet. Et tunc memorati preſidentes pro natiōibus ſuis & earū qualibet, necnon reuerendiſſ. in Chriſto pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis pro ſe & ſuis collegis cardinalibus reſpōderunt per verbum, placet. Super quibus productis & lectis, dictus magiſter Hēricus promotor & procurator petijt à reuerendis patribus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarijs, ac à nobis per dictum concilium deputatis notarijs, & à quibuſcunque alijs notarijs & tabellionibus publicis ibidēm adſtantibus, vnum vel plura, publicum ſeu publica, tot quot eſſent neceſſaria, fieri & confici inſtrumentum & inſtrumenta. Præſentibus tunc ibidēm teſtibus ſupradictis.

Tenores verò dictarum bullarum, necnon ſchedularum ordine quo ſuprà lectarum, ſequūtur per ordinem, & ſunt tales:

Tolluntur proceſſus & cætera in duabus obedientijs hinc indè decreta occaſiōe ſchiſmatis.

Aliud capitulum.

Sacroſancta ſynodus generalis Conſtātienſis &c. Pro maiori pace & ſecuritate vnionis Eccleſiæ, omnes & ſingulos proceſſus, cenſuras, pœnas & ſententias in olim vocati Ioannis, & eius qui dicitur Gregorius duodecimus, obedientijs iam coniunctis occaſione, vel ex cauſa ſchiſmatis hinc vel indè latas, decretas, promulgatas ſeu fulminatas, & omnem exindè contractam maculam ſiue notam iuris aut facti, quo ad eaſdē obedientias, tollit, abolet, & irritat atq; caſſat. Omnes quoquè & ſingulas perſonas dictarum obedientiarum cuiuſcunque conditionis vel ſexūs exiſtant, in ſtatibus, dignitatibus & officijs, quę aliās canonicè ſeu rationabiliter tenent, poſſident et exercēt, ad abundantem cautelam habilitat, & cum eis, quantùm opportunum fuerit, aut indiget, diſpenſat hæc ſancta ſynodus ex certis bonis reſpectibus: ſtatuitq̄; & ordinat, quòd p notarios qui de præmiſſis rogabūtur, in inſtrumētis per eos conficiēdis, nulla fiat mētio de Romano pōtifice vel ſede Apoſtolica, ſed de anno regnorū ſereniſſ. et inuictiſſ. principis dñi Sigiſmūdi Romanorū et Hūgarorum etc. regis, et hoc, vſq; ad ceſſiōem incluſiuè. His deniq; lectis, dictus dñs Ioannes Dñici cardinalis Raguſinus, p cardinales ſiſtentes in cōcilio receptus eſt ad oſculū pacis, et collocat⁹ eſt inter Frācīſcum Venetiarū et Antoniū Aquileieñ presbyteros cardinales. Fuitq̄; conſequēter cantata Miſſa de Spirituſancto per dñm † Almanū cardinalē Piſanum, cum ſermone ad clerū. Et poſtmodùm miſſæ officio finito, acceſſit locū preſidentiæ dictus dñs Ioānes epiſcopus Oſtieñ cardinalis Viuarienſis. fuitq̄; dictum officiū litaniarum, aliarū more ſeſſionū, cum Euangelio, Si quis venit ad me, et non odit patrē ſuum etc. Et dictus dñs Iob *Venner legebat bullam dicti domini Gregorij ad ceſſionem papatūs, tenoris ſequentis. *Bennet

Pro-

Ioan. 8.

Procuratorium ad renunciandum &c.

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorū dei, dilecto filio nobili viro Carolo de Malateſtis, domicello Arimini, in prouincia Romandiolæ pro nobis & ſancta Romana Eccleſia rectori, ſalutem & Apoſtolicā benedictionem. Diuina gratia dirigente, fideliter & purè conati fuimus ab ipſo initio noſtræ aſſumptionis ſchiſma extirpare, & eccleſiam deducere ad clarum & pacificum ſtatū integraliter, & vt debuimus, & voluimus, & continuè cùm potuimus aduertere opportunitatem faciendi, efficaci voluntate adhibuimus diligentiam noſtram: ſed fluxus diuerſarum cupiditatum tenebrarum, à timore altiſſimi alienarum, multis & varijs inuolutionibus ſancto propoſito obſtiterunt, & per vias duras multiplici delicto adſtrictos incedere compulerunt. Et cùm nupèr veriſimiliter dubitaremus grauiora præparari, recenter recepimus de cælo lumen aperiri, & regiam maieſtatem per maturos proceſſus pura mēte ad lucem & pacem integrā Chriſtianorum, ſchiſmatibus de eccleſia repulſis, deſideria peruenire, corruptis affectib⁹ obuiando, & rectas vias optando. De quibus gratias altiſſimo reddimus, & ab eo lętitiam ſuſcipimus, ſinè cuius gratia nullū rectè efficitur fundamentum, à qua quidem diuina gratia non dubitamus tuam nobilitatem & animum fuiſſe & eſſe conſtanter directū. Cùm ergò deſtinauerimus Conſtantiam ad eandem regiam maieſtatem dilectos filios Ioānem tituli S. Sixti presbyterum cardinalem ſedis Apoſtolicæ legatum, & Ioannem in patriarcham Conſtantinopolitanum electum, noſtros & eiuſdem ſedis nūcios, cum certis literis & mandatis noſtris fideliter cōceptis, ſecundùm opportunitatem quæ tūc videbatur: nunc verò ſpe bona cōcepta, dilatato corde, Chriſtianorum pacem & integram vnionem in domino deſiderantes, tuā nobilitatem in qua plenè cōfidimus, & chariſſimam vt perſonam noſtrā tenemus, ducē Dño ad regiam maieſtatem ipſam in Conſtantiam deſtinamus, vt animus tuus, quem ſemper inuenimus ſacræ vnionis amatorē, nobiſcum lætitia impleatur. Et propterea ad p̄dicta omnia plenariè exequēda, te qui etiām in ciuitate noſtra Ariminenſi, & in nonnullis pro nobis & eadem Eccleſia in temporalibus es vicarius, omni modo, via, iure & forma, quibus meliùs fieri poſſit, tenore præſentium de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis procuratorem noſtrum facimus ſpecialem, dantes & concedentes tibi vt procuratori noſtro, de plenitudine dictæ Apoſtolicæ poteſtatis omnimodam, plenam & liberam facultatem noſtro & dictæ Eccleſiæ nomine tractandi, procurandi, totaliter cōcludendi, & effectualiter inducendi ſyncerā & integram vnionem Eccleſiæ ſanctæ DEI, per omnem & quamlibet rationabilem viā coniunctim & diuisim, quæ tibi procuratori noſtro videbuntur accommoda ac quomodolibèt opportuna. Et ſpecialiter renūciandi & cedendi omni iuri papatūs ac titulo & poſſeſſioni, quod, quē, & quam habemus in eodem, ſi vbi & antè videbitur tibi pro vnione huiuſmodi expedire: necnon omnia & ſingula faciendi, quæ circa p̄miſſa & quodlibet eorum erunt, aut tibi aut procuratori noſtro videbuntur quomodolibèt opportuna, etiàm ſi forent maiora expreſſatis, & mandatum exigerent quantumcunq; ſpeciale, & quæ nos ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, promittētes Deo & Eccleſiæ ſanctæ Dei, ratum, gratum, & firmum perpetuò irreuocabiliter habituros, quicquid per te procuratorem noſtrū, actū, geſtum, ſeu factum fuerit in præmiſſis, idq; facturos, dante Domino, inuiolabiliter obſeruari, promittentes bona fide, & ſub atteſtatione diuini iudicij, quòd poteſtatē huiuſmodi tibi ſic (vt præmittitur) attributam & conceſſam reuocare non intendimus, nec reuocabimus te verbo publicè vel occultè, & ſupplentes omnem defectum, ſi quis in p̄ſenti mandato fuerit admiſſus, vel in eo aliquid eſt omiſſum. Datum Arimini, ſexto idus Martij, pontificatūs noſtri anno nono.

De curia G de Imola
In plica M. de Strata in dorſo in camera.

Qua ſchedula lecta, dñs Carolus leuans ſe, dixit hæc verba: Cùm ſanctiſſimus dominus noſter Gregorius papa duodecimus, me ſuum procuratorē conſtituerit ad cedendu modo & forma, prout in ſuis literis lectis dinoſcitur contineri: Ego Carolus ſuprà dictus ſciens intentionem domini noſtri ſanctiſſimi Gregorij papæ xij. fuiſſe & eſſe totalem ad redintegrationem Chriſtianorum, ſi poſſit largiente Dño fieri, & in hoc omnem, quantùm in eo eſt, operam præſtare per futuram papatūs ceſſionem per ſe & ſuos, & quòd ab omnibus caueatur, quæ hoc ſanctū propoſitum impedire poſſent aut differre, p hoc ſacrum concilium declarari & determinari, peto humiliter & inſtanter, vtrùm pro vnione Eccleſiæ Dei & totali redintegratione per Dei gratiam procuranda, ſacro concilio vtile & expediens videatur, quòd nomine præfati dñi noſtri papæ fiat hīc Conſtantiæ ceſſio, antequàm Niciam accedatur, ſeu an Petrus de Luna, qui in ſua obedientia dicitur Benedictus decimustertius, cedere velit vel nolit, experiatur. Quibus dictis, p̄fatus dominus archiepiſcopus Mediolanēſ in amboe exiſtens, deputatus per ſynodum, reſpōndit in modum qui ſequitur:

¶ Concilium determinat, quòd vtile & expediens eſt, quòd fiat hīc in Conſtantia renunciatio.

Sa-

reseruat,& se facturam declarat,vbì duo vel plures in eodē titulo ex diuersis obedientijs concurrūt, ꝙ sacrum concilium cum debita manſuetudine & rationabili æquitate, ità ꝙ vna pars alia deteriùs non tractabitur, vtriuſq; obedientiæ honore,quantùm fieri poterit,ſaluo,per ſe vel ad hoc ſpecialiter deputandos,antequàm ſeparabitur, prouidebit modo & tempore opportunis.

Conciliū recipit & admittit in cardinales, cardinales domini Gregorij papæ duodecimi.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis, ex nunc immediatè poſt ceſſionem ſeu renunciationem nomine illius domini qui dicitur Gregorius XII. de papatu per eundē faciendam,ipſum dominum Gregorium & reuerendiſſimos in Chriſto patres dominos Antonium epiſcopum Portuen, Ioānem tituli S.Sixti,Gabrielem tituli S.Clementis, Angelum tituli ſanctorum Petri & Marcellini,Blādellum tituli ſanctę Sabinæ Presbyteros, & Petrum tituli S.Mariæ in Coſmedin diaconum ſuæ obedientiæ cardinales recipit & admittit, eoſq; vt tales haberi vult & ab omnibus venerari, necnon dignitate, emolumento,voce & alijs cardinalium priuilegijs,vt veros cardinales vti,frui, pariter & gaudere,ſaluis tamen alijs conſtitutionibus & ſtatutis,in præſenti ſeſſione promulgatis,& inferiùs promulgandis, de electiõe Romani põtificis facientibus mentionem.

Iſte Gabrielis eſt, qui poſteà dictus eſt Eugenius 4.

Quòd officiarij domini Gregorij gaudeant eorum officijs.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis &c. ſtatuit & ordinat, quòd omnes officiales & curiales eiuſdem domini qui dicitur Gregorius duodecimꝰ, in officijs & gradibus ipſorum aliàs canonicè adeptis gaudeant,& ea rationabiliter adminiſtrent, ꝓut alij officiales alterius indifferenter, ſaluo vbì in aliquo officio vnicus vel certus numerus debet haberi ſecundùm conſuetudinem Romanæ curiæ,circa quod ſacrum cõcilium ſibi reſeruat prouidendum cum debita manſuetudine & rationabili æquitate, ità quòd vna pars alia deteriùs non tractabitur,vtriuſq; obedientiæ honore, quātùm fieri poterit,ſemper ſaluo, per ſe vel ad hoc ſpecialiter deputandos, anteq̄ ſeparabitur, prouidebit modo & tempore opportunis.

Quòd nullus decedat ſinè licentia.

Itē ſacroſancta ſynodus &c. Nè ante electionem futuri Romani pontificis & aliorū in eodem concilio agendorum, ipſum ſanctum concilium diſſoluatur, perturbetur, aut contra eius ſalutem vel proſperitatem aliquid machinetur, vel etiàm ſancta ipſius ſtatuta & ordinationes quomodolibèt moleſtentur,aut tranſgrediantur,ſtatuit, ordinat,& diffinit, ꝙ quæcunq; perſona concilij,cuiuſcunq; ſtatûs,gradûs,ordinis,aut pēminentiæ exiſtat,ab hoc ſacro concilio deincèps ſinè licentia concilij vel ad hoc deputandorum receſſerit, & quæcunque concilij,aut quæuis alia perſona ipſum conciliū quomodolibèt perturbauerit, aut contra eius ſalutem vel proſperitatem quicquā machinata fuerit,vel ipſius ſacri concilij, præſertim in hac præſenti ſeſſiõe,ſtatuta aut ordinationes temerariè violauerit, infregerit, aut tranſgreſſa fuerit vllo modo, tanquàm vnionem perturbans,ſchiſma faciēs, de hęreſi ſuſpecta, aut rea criminis læſæ maieſtatis, perpetuò ſit infamis, omniq́ue dignitate,honore,ſtatu,officio & beneficio, eccleſiaſticis & ſecularibus,etiàm ſi Imperialis,regalis, cardinalatûs, aut pontificalis exiſtat, ipſo iure priuata,ſpe promotionis omninò ſublata, nec aliquatenùs aperiatur ei ianua dignitatis aut honoris,Eccleſiaſtici aut mūdani.

Quòd Imperator det operam, vt concilium ſit tutum.

Item ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis exhortatur inuictiſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorū & Hungariæ regem,quatenùs placeat, patentes literas ſuæ maieſtatis ſigillis dare, & omnibus principibus,vaſſallis, & ſubditis ſacri Imperij,& præſertim ciuibus & incolis ciuitatis Conſtantienſis præcipere & mandare,quòd manutenebunt & defendent prædictum ſacrum concilium in ſyncera & totali libertate in omni euentu vſque ad electionem futuri ſummi pontificis, & aliâs quandiù durauerit,& quòd ſi & quandò ſacrum concilium deliberauerit, ad electionem Romani pontificis hîc fore procedendum, omninò ad hoc operam efficacem impendat, quòd huiuſmodi electio ſit tam libera & ſecura: hoc autem ſpecialiter iurent rectores & conſules huius ciuitatis fideliter obſeruare. Et quicunque iſtam libertatem,tutelam aut ſecuritatem aliqualiter impediuerit, fraudem circa eam fecerit, aut quantùm in eo fuerit non obſeruauerit, cuiuſcunque dignitatis, ſtatûs, aut conditionis exiſtat, omni ceſſante priuilegio, eo ipſo ſententiam Imperialis banni incurrat,perpetuò ſit infamis, nec ei vnquàm portæ dignitatis pateāt, nec ad aliquod officium publicum admittatur: quinimmò omnibus feudis, ac alijs bonis quæ à Romano tenet Imperio, ſit ipſo iure priuatus. Ciuitas autem ſeu vniuerſitas Conſtantiæ, nisì conſules & rectores prædicta obſeruauerint,aut ſi cõtra ea venerint, eo ipſo banno Imperiali ſubiaceat,& omnibus priuilegiis & libertatibus & gratijs Imperialibꝰ ſeu regalibus ſit penitùs deſtituta.

Quibus ſic peractis, dictus magiſter Henricus de Piro promotor, petijt à dictis præſidentibus nominibus quibus ſuprà, reſpõderi per verbum Placet,vel non placet. Memoratiq́ præſidentes & Ioannes epiſcopus Oſtienſis nominibus quibus ſuprà, reſponderūt vt priùs, per verbum placet. Sereniſſimus

mus princeps dominus Sigiſmundus rex reſpondit ſub iſto verborū tenore,Promittimus & literas decernimus.Præmiſſis ſic peractis, ſurrexit præfatus Ioannes præpoſitus Quinqueeccleſiarum, literasq́ dicti ſereniſſimi principis ſuæ maieſtatis ſigillo magno ceræ glaucæ impreſſo ſigillatas exhibuit, easq́ legit,rogante & mandante prælibato domino Ioāne epiſcopo Oſtienſi proximè præſidente. Quibus ſic lectis,dictus magiſter Henricus promotor ſuper poteſtate cedendi & renũciandi dicto Carolo & præfato domino, qui Gregorius duodecimus dicitur, tradita,ſtatutis & decretis promiſſis, petijt nominibus quibꝰ ſuprà,vnū vel plura,publicū ſeu publica,tot quot eſſent neceſſaria,fieri & confici inſtrumentū & inſtrumenta, præſentibus quibus ſuprà.

Sigiſmundus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus,ac Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. rex. Notum facimus tenore preſentium,quibus expedit vniuerſis ad futuram rei memoriam. Qui ſtatuit terminos gentium ſecundùm numerum angelorum,& vtroruſque miniſteria ordine miro diſpenſans, ſicut choros angelicos varijs dignitatibus, quæ proprijs vocabulis (teſte Apoſtolo) appellantur, mirabiliter inſigniuit:ſic & Eccleſiam adhuc militantem in terris, diuerſis tam ſpiritualium quàm temporalium diſtinxit titulis poteſtatum, vt pulchra fidelibus, & infidelibus terribilis appārens, vt caſtrorum acies ordinata,procedat proſperè, dōnèc regina tandèm à dextris ſummi regis in veſtitu ſedeat deaurato, ✻fideliter in perpetuum regnatura. Vndè conſtat quòd omnis à Deo eſt poteſtas,qui ſolus poteſtatem habet in regno hominum, & quēcunque vult ſuſcitat ſuper illud. Nemo illi temerè reſiſtere videatur, quin potiùs tenetur quilibet in operibus manuum Domini exultare, per quæ ſemper iuxta prophetam miſericordia & iudiciū cõſtat. Sanè cùm propter vacationem ſedis Apoſtolicæ,Romani & ſummi pontificis electio & prouiſio in noſtra Conſtantienſi ciuitate, in qua ad præſens generale concilium celebratur, ſuo tempore iuxta eiuſdem ſtatuta concilij immineat facienda, nos tanquàm Romanæ Eccleſiæ aduocatus, dicti concilij defenſor,ac præſertim dictæ ciuitatis Conſtantienſis dominus naturalis, volentes dictam electionē fore tutam,liberam & ſecuram,omnibus & ſingulis principibus,vaſſallis & ſubditis ſacri imperij,& præſertim ciuibus & incolis dictę ciuitatis Conſtantienſio noſtrę,fidelibus noſtris dilectis diſtrictè præcipimus & mandamus, quatenùs dictum ſacrū concilium in pura,ſyncera,pacificaq́ libertate manuteneāt & defendāt,in omnem euentum vſque ad electionem & perfectionem futuri ſummi pontificis incluſiuè. Et ꝙ ſi & quandò ſacrum conciliū deliberauerit ad electionem Romani pontificis in eadem noſtra ciuitate fore procedendum,omnem curam,diligentiam,ſolicitudinem & operam efficaciter impendant,quòd electio huiuſmodi in plena libertate & ſecuritate debitè defendatur. Specialiter autem rectoribus & conſulibus dictę noſtrę ciuitatis Conſtantienſis iniungimus, vt iuxta ſacrorum canonum inſtituta, idipſum corporaliter iurent fideliter obſeruare. Quicunque autem iſtam libertatē,tutelā aut ſecuritatem aliquatenùs impediuerit,violauerit, fraudem cõtra eam fecerit, aut quantùm in eo fuerit non obſeruauerit, cuiuſcunq; dignitatis,ſtatûs,prę eminentię aut conditionis exiſtat,omni ceſſante priuilegio,eo ipſo ſententiā imperialis banni incurrat,perpetuò ſit infamis,nec ei vnquàm portæ pateant dignitatis, nec ad aliquod officium publicū admittatur. Quinimmò omnibus feudis & alijs bonis quę à Romano tenet imperio, ſit ipſo iure priuatus. Ciuitas autem ſeu vniuerſitas Conſtantienſis,nisì cõſules & rectores prędicta obſeruauerint,aut ſi contra ea venerint,eo ipſo banno imperiali ſubiaceat,ac omnibus priuilegijs, gratijs & libertatibus imperialibus ſiue regalibus ſit penitùs deſtituta. Præſentium ſub noſtrę maieſtatis ſigilli appenſione teſtimonio literarum. Datū Conſtantię anno Domini milleſimo 415, prima die Iulij,regnorum noſtrorum anno,Vngariæ &c.29. Romanę electionis quinto, coronationis verò primo.

Ad mandatum domini regis Ioannes prępoſitus de Strigonio vicecancellarius.

Deut.32. iuxta LXX.

Ephe. 1.d Col. 1. c

Cant. 6.b

Pſalm. 44.b for. ✻feliciter

Io.13.Dā.5.

Poſtmodùm verò ſurrexit Carolus prænominatus procurator, ſolennemq́ & rhetoricam proferebat collationem in themate ſumpto, Facta eſt multitudo angelorum &c. Quæ ſiquidem collatione facta,ſepedictus Carolus quandam ceſſionis & reſignationis ſchedulam,quam in ſuis tenebat manibꝰ, ibidē perlegit:factoq́ ceſſat & renunciauit, & alia fecit,prout in ſchedula cõtinetur. Quæ ſchedula vt præmittitur lecta, prætactus reuerendus pater dominus Bartholomęus archiepiſcopus Mediolanen. adhuc in ambone vnà cum præſidentibus nationū antedictis ſibi aſsiſtentibus,rogante, & exhortante dicto domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi præſidente, quoddam capitulum,in quo effectualiter continebatur,ꝙ concilium generale Conſtantienſe præfatū, dictam ✻cõceſſionem ſeu renunciationem admiſit, & nonnulla alia,vt in ipſo capitulo tenoris infraſcripti plenius continetur,alta & intelligibili voce perlegit. Quo quidem capitulo vt præmittitur lecto,mandante & rogante dicto domino præſidente, prędictus magiſter Henricus petijt per huiuſmodi nationum præſidentes & alios ſupradictos, nominibus quibus ſuprà, reſponderi per verbum placet, vel non placet. Dictiq́ præſidentes & alij ſuprà recitati, reſponderunt nominibus quibus ſuprà, per verbum placet. Super ceſsione,reſignatione, ſtatutis, diffinitis & decretis & alijs ſuprà recitatis, prefatus Henricus promotor ſiue procurator petijt à protonotarijs & nobis notarijs dicti concilij, ac alijs tabellionibus publicis quibuſcunque, vnū vel plura,publicum ſeu publica,fieri & confici,inſtrumentum & inſtrumēta,tot quot eſſent neceſſaria. Præſentibus teſtibus quibus ſuprà.

Lucæ 2.

for. ✻ceſſionem

Tenores verò dictarū ceſsionis ſiue renunciationis,necnō admiſsionis eiuſdem ſchedularum,ſequuntur & ſunt tales:

Ego Carolus &c.

His autem perlectis, dictus dominus Carolus,facta pulchra collatione cum themate, Facta eſt cum angelo multitudo militiæ cælestis &c. perlegit ſchedulam de renunciatione papatûs nomine dicti domini Gregorij in forma ſequenti:

Luc.2.

Carolus renunciat papatui, p curatorio nomine domini Gregorij duodecimi.

¶Ego Carolus de Malatestis, Arimini, & nonnullarum aliarum terrarũ in temporalibus vicarius, necnon prouinciæ Romandiolæ rector pro sanctissimo in Christo patre, dño Gregorio diuina prouidẽtia papa XII. & sanctæ Romanæ Ecclesiæ generalis, atque eiusdẽ sanctissimi domini nostri papæ procurator, habẽs ad infrà scripta plenum, speciale, & irreuocabile mandatum, quemadmodùm constat per bullam authenticã sanctissimi domini nostri prædicti proximè lectam, nulla oppressus aut coactus violentia, aut nullo ductus errore, vt omnibus apertè pateat per effectum, quanta synceritate, quantaque cordis affectione sacram vnionem & redintegrationem Christianorum in vnitate sanctæ matris Ecclesiæ prosecutus fuit, prosequaturq́; per viam etiàm renunciationis inclusiuè, purè & liberè & syncerè procuratorio nomine ipsius sanctissimi domini nostri Gregorij papæ XII. in nomine patris & filij & spiritussancti renuncio & cedo expressè in his scriptis, realiter & cum effectu, iuri, titulo & possessioni, quod, quem, & quam ipse habet in papatu, & resigno nomine præfati domini nostri papatũ & omne ius papatûs, titulum & possessionem, quod, quem, & quã habet corã nño nostro IESV Christo, qui Ecclesiæ suæ sanctæ est caput, & sponsus in hac sacrosancta synodo & vniuersali concilio, sanctam Romanam & vniuersalem Ecclesiam repræsentãte. Qua schedula lecta, archiepiscop⁹ Mediolanẽ respõdendo ad prædicta, legebat in hunc modũ:

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in spiritusancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiã catholicam repræsentans, cessionem, renunciationem & resignationem pro parte illius domini, qui in sua obedientia dicebatur Gregorius XII. iuri, titulo & possessiõi, quod, quem, & quam habuit in papatu, vel si quod, quem vel quã nũc *habuit in papatu, nunc per magnificũ & potentem dñm Carolũ de Malatestis hîc ꝓsentem, eiusq́; ad hoc procuratorem irreuocabilem, pro eodem dño qui dicebatur Gregorius XII. factas, admittit, approbat, & collaudat in nomine patris & filij & spiritussancti, Amen.

for. habet

Post hæc autem cantato, Te Deum laudam⁹, à sæpè dicto archiepiscopo Mediolanensi legebatur sequens capitulum:

Tandèm verò hymno angelico, Te Deum laudamus, solenniter cantato cum versiculo & collectis sequẽtibus, præfatus reuerendus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, ad instantem petitionem magistri Henrici de Piro promotoris & procuratoris dicti sacri concilij, necnon ad rogatũ & exhortationẽ dicti domini præsidentis, legit quoddã aliud capitulũ in effectu continens tempus resignationis faciẽdæ Petri de Luna post requisitionẽ, & alia, vt in eodem capitulo cõtinentur tenoris infrascripti, ibidẽm alta & intelligibili voce perlegit. Quo quidẽ capitulo proximo superiùs recitato, lecto, de mandato præfati præsidentis prælibatus magister Henricus instanter petijt per nationum prædictarum præsidentes & alios prætactos super præmissis per verbum Placet, vel non placet, responderi. Et tunc dicti nationum præsidentes, & Ioannes episcopus Ostiensis præsidens prædictus, pro se & nationibus suis quibus suprà, per verbum Placet, solẽniter responderũt. Necnon serenissimus princeps dominus Sigismũdus Romanorum & Vngariæ &c. rex promisit, vt in capitulo continetur, & eidem præmissa recitata placuerunt. Super quibus omnibus & singulis sic actis, habitis, gestis, statutis & diffinitis, promissisq́; & dictis, memoratus magister Henricus promotor vt suprà, à dominis protonotarijs supradictis, necnon à nobis dicti concilij notarijs & aliis tabellionibus publicis quibuscunque, vnum vel plura, publicum seu publica, tot quot essent necessaria, fieri & confici instrumentum seu instrumenta instanter requisuit & petijt. Præsentibus tunc ibidẽm testibus quibus suprà.

Tenor verò dicti capituli, de quo suprà fit mentio, sequitur & est talis:

Sacrosancta generalis &c.

Quòd requiratur Petrus de Luna, authoritate concilij ad cedendum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiẽsis &c. Cùm in Romana Ecclesia dudùm grauis & pestilẽs exorta scissura, humani generis inimico ꝓcurãte, innumerabilia Christiano populo attulerit detrimenta, quibus obuiandis ac pro reintegratione fabricæ catholicæ quanuis multa quæsita fuerint remedia immensis laboribus, solicitudinibus & expensis inter quæ ꝓstantius & validius toti penè Christianitati dudùm & nupèr etiam huic sacro concilio visum sit, cessioné & renunciationem papatûs fieri per quemlibet pro papa seu Romano pontifice se gerentem, nec hactenùs cessio seu renunciatio huiusmodi facta, aut redintegratio aut schismatis extirpatio fuerit subsecuta, miserícors tamen & miserator Dominus sponsam suam sanctam Ecclesiam diebus ꝓximis respexit oculis pietatis, dũ videlicet in hac sancta Constantiensi synodo præter nonnulla alia sanctæ vnionis Ecclesiæ præparamenta, coniunctis sub capite Christo in vna Ecclesia duabus, videlicet olim nuncupati Ioannis, & illius qui dicebatur Gregorius XII. obedientijs, magnificus dominus Carolus de Malatestis plenissimum ad hoc habens mãdatum, pro præfato domino qui dicebatur Gregorius duodecimus, eiusq́; nomine omni iuri, titulo & possessiõi, quod, quem, & quam, vel si quod, quem, vel quam habuit in papatu, non sinè magno ipsius domini qui dicebatur Gregorius duodecimus, laudis præconio cesserit, renũciauerit expressè, realiter & cũ effectu, & resignauerit nomine præ-

prædicti domini, qui dicebatur Gregorius duodecimus, papatum & omne ius papatûs, titulum & possessiõem, quod, quem, & quã habuit in papatu: cumq́; Petrus de Luna, in sua obedientia Benedictus 13. nũcupatus, dudùm memoratam cessionis & renunciatiõis papatûs viam acceptauerit, eamq́ue diuersis ꝓmissionibus, votis & iuramentis firmauerit, nec adhuc fecerit, sed protelauerit vsque modò, & ꝓut ferè toti Christianitati est notorium & manifestum, sancta synodus Cõstantiensi supradicta, nihil quantùm in ea est, quod ad sanctam vnionem vtile fuerit, volens relinquere improuisum: declarat, statuit & diffinit, præfatum Petrum de Luna, ex superabundanti per procuratores sacri cõcilij ad hoc specialiter cõstituendos, loco & tempore opportunis fore solenniter requirendum, vt infra spatium decem dierũ, requisitionẽ huiusmodi immediatè sequentium, omni iuri papatûs quod se prætendit habere, necnon titulo & possessioni seu detentioni eiusdem cedat & renunciet totaliter & absolutè. Quod si nõ fecerit, dicta sancta synodus ipsum dñm Petrum ex nunc, prout ex tunc, pronunciat, decernit & declarat, fuisse & esse notorium schismaticũ, antiqui schismatis nutritorem, defensorem, fautorem, approbatorem, incorrigibilem & ꝓtinacem hæreticum, à catholica fide deuiũ, promissionum, votorum & iuramentorum suorum transgressorem, & Ecclesiã Dei notoriè scandalizantem, & propterea omni honore & dignitate, etiàm papali, se reddidisse indignum, ipsumq́ue per sacros canones fore abiectum, eiectum, priuatum & præcisum ab omni iure seu possessione & detentione, quæ habet seu se prætendit habere in papatu, mandando, præcipiendo & inhibẽdo eidem, nè se ampliùs pro Romano pontifice gerere præsumat, omnibus Christi fidelibus, etiàm si Imperiali, regali, cardinalatûs, pontificali, aut alia quauis ecclesiastica vel seculari dignitate præfulgeant, nè eidem Petro aut eiꝰ successoribus in hac parte posteà obediant, pareant, vel intendãt, aut auxilium, consilium vel fauorem præstent vllo modo, sed eum tanquàm schismaticum, ecclesiasticæ vnionis perturbatorem & hæreticum, vitent & persequantur toto posse, bona fide, realiter & cum effectu. Et huic sacro concilio ac futuro per Dei gratium Romano pontifici eligẽdo, contra dictum Petrum, eiꝰ successores, fautores atq; sequaces, quos etiàm dicta sancta synodus tanquàm schismaticos & hæreticos vult persequi & haberi, assistant fideliter & cum effectu, inuictissimum dominum principem Sigismũdum Romanorum & Hungariæ &c. regem exhortans specialiter & requirens, quatenùs tãquàm pius Ecclesiæ aduocatus & sacri cõcilij defensor, hoc idẽ se mox túc facturum, & suis & sacri Imperij subditis mãdaturum promittere dignetur & fideliter obseruare.

Quo capitulo lecto, fuit respõsum ꝑ deputatos quatuor nationum, Placet, necnõ per dñm Ostiensem nomine collegij cardinalium, & demùm per regẽ Romanorũ, Placet.

SESSIO QVINTADECIMA.

Sabbati die, sexta dicti mensis Iulij, fuit sessio generalis concilij loco & hora cõsuetis, in qua fuit Romanorum et Hungarorum rex cum nobilibus suis, sibi in insignijs regalibus seruientibus, præsidente in eadem Ioanne episcopo Ostiensi cardinali *videlicet illustrib⁹ prin-* Viuariensi. fuitque in *cipibus, Ludouico comi-* eu celebratum offici- *te Palatino Rheni in* um Missæ de domina *mundo, Frederico bur-* nostra, per reuerẽdis- *grauio Nurenburgensi* simum patrem domi- *& marchione Branden-* num Nicolaum archi- *burgẽsi in sceptro, Hen-* episcopum Guezneñ. *rico duce Bauariæ in co-* Qua cantata, legeban- *rona, & Stephano de* tur reliqua more ses- *Rosebon milite de Vn-* sionum, et reuerẽdus *garia in ense. Præsentib⁹* pater dominus Anto- *ibidẽm reuerendissimis* nius episcop⁹ Cõcor- *patribus, dominis Ioan-* diensis legebat quod- *ne episcopo Ostiensi car-* dam statutũ, cuius te- *dinali Viuariensi, ibidẽ* nor sequitur, et est talis: *præsidente nomine collegij cardinalium, Iordano de Vrsinis, Angelo Laudensi episcopis, assistentibus ipsi domino regi, Antonio Aquilegiensi, Francisco Venetiarum, Antonio de Salancho, Petro Cameracensi, Branda Placentinen. presbyteris, Amadeo Salutiarum, Ludouico de Fliſco, Landulpho Barensi, Raynaldo de Branckasiis, Odone de Columna, Lucido de comitibus, & Francisco Florentinensi diaconis cardinalibus. In qua quidem sessione more solito cantata fuit Missa de beata virgine Maria per reuerendum patrem dominum Nicolaum archiepiscopũ Gnesnensem. Qua Missa cantata, fuit peractum officiũ litaniarum cum introitu, Exaudi nos Domine &c. collectis & orationibus ad hoc requisitis, iuxta exigentiam temporum & officij, & euangelio, Attẽdite à falsis prophetis &c. ac hymno, Veni creator spiritus. Quibus Missa & officio litaniarum peractis, fuit introductus magister Ioannes Huss, accu-* Iohannes *satus & conuictus tanquàm hæresiarcha, de regno* Huss addu- *Bohemię ad medium concilij, vbi erat leuatus in* citur in *vnum altũ scãnum pro eo vltra alia sedilia cõmu-* Synodum. *nia ordinatũ, ità q; omnis homo eum sufficienter videre poterat. Ipso Ioanne Huss hæretico siue hæresiarcha ibidẽm constituto, assendit ambonem reuerendus pater dominus episcopus Laudens. de ordine fratrũ prędicatorum, & fecit vnum breuẽ, cõpendiosum & laudabilẽ sermonẽ, assumens pro themate, Destruatur corpus peccati &c. ad Romanos 6. cap. in epistola vt asseruit, proximę diei dominicę. Quo sermone finito, assenderunt ambonem, in quo edicta concilij publicari solent & eadem approbari, reuerendi patres Antonius Concordien. Stephanus Dolen. Nicolaus Mersburgen. Guilielmus Tholonen. Patrinus Cortagen. episcopi, & Bertholdus Vuildungensis sacri palatij Apostolici causarum* Matt. 7.

auditor, deputati per natiões ad approbandũ acta, gesta & pronũciata nomine nationũ. Antonius episcopus Concordiensis de mandato sibi iniuncto, legebat quod dã statutũ, imponendo silentiũ vniuersis & singulis in synodo existentibus, in hunc modum:

Decretum silentij.

Sacrosancta synodus Constantiensis &c. præcipit & mandat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam contraueniẽtes incurrere vult ipso facto, & sub pœna cæteris duorum mensium & fautoriæ hæresis, nè aliqs cuiuscunq; statûs, authoritatis, gradûs, ordinis, pẽminẽtiæ aut cõditiõis fuerit, etiàm si Imperiali, regali, cardinalatûs, archiepiscopali præfulgeat dignitate, in hac præsenti sessione Deo authore hodiè celebranda, ipsam sessionem seu pronunciantes & loquentes in eadem perturbet, murmuret, impediat, aut quenuis strepitum voce vel manibus aut pedibus faciat. Et quia iam materia Deo annuente tractanda per omnes natiões & sanctos patres, spiritusancto dirigẽte, vnanimiter & concorditer concluſa est, prout audietis: prohibet & mandat eadem sancta synodus sub simili pœna ac fautoriæ hæresis, nè quis clamare, contradicere, aut etiã surgere, disputare, vel defensare, aut alta voce loqui audeat, nisi ad hoc per ipsam sanctam synodum deputatus: alioquin contrafacientes decreuit eo ipso excommunicationis vinculo innodatos, pœnas carceris & duriores expressatis, minimè euasuros. Quã quidem cõstitutionẽ deputati quatuor nationum, videlicet Antonius Concordiensis nomine Italicæ, Stephanus Dolensis nomine Gallicanæ, Nicolaus Mersburgensis nomine Germanicæ, & Patricius Cartagieñ nomine Anglicanæ, dominus Ioannes Ostiensis præsidens nomine collegij cardinaliũ, per verbum, Placet, approbârunt.

Quo quidem statuto lecto & approbato, prouidus vir magister Henricus de Piro promotor & procurator surrexit, proponens qualiter articuli prædicati per magistrum Ioannem Huſs in Bohemiæ regno & aliàs, de quibus est conuictus, quòd essent hæretici, seditiosi, captiosi, aurium piarum offensiui, &c. per dominum præsidentem, dominum Romanorum regem, totamq; synodum Constantiensem condemnari, librosq; de quibus essent extracti, igne comburi debere, & aliàs sibi fieri iustitiæ complementũ, prout in quadam papyri petitionũ schedula, quam ibidèm legebat, cuius tenor inferiùs est insertus, plenius continetur.

Tenor dictæ petitionis papyri schedulæ, de qua suprà fit mentio, sequitur & est talis.

Hoc loco in exẽplari ex quo hæc desumpta sunt, erat aliquantũ spatij tanq; pro reſtantibus relictum.

Qua petitione in scriptis oblata, de mandato & voluntate ipsius synodi Constantiensis, venerabilis vir dominus Bertholdus de Vuildungen prædictus, incepit legere articulos formatos & dogmatizatos per Ioannem Vuicleff in hunc modum, quorũ aliquos habuit pro lectis.

Sicut Christus est simul Deus & homo, sic hostia consecrata est simul corpus Christi ad minimum in figura, & verus panis in natura. Vel quod idem sonat, verus panis naturaliter, & corpus Christi figuraliter.

Cum mendacium hæreticũ de hostia consecrata, inter hæreses singulas teneat principatũ, vt ipsa ab Ecclesia extirpetur, securè denuncio modernis hæreticis, quòd non possunt declarare nec intelligere accidens sinè subiecto. Et ideò omnes istæ sectæ hæreticæ in capitulo ignorantiũ, Ioannis quarto, Nos adoramus quod scimus, audaciter prænostico omnibus istis sectis & suis complicibus, quòd non defendant fidelibus, quòd sacramentum erit accidens sinè subiecto, antequàm Christus & tota triumphãs Ecclesia venerit in finali iudicio equitans super flatum angeli Gabriclis.

Sicut Ioannes figuraliter fuit Helias, & nõ personaliter, sic panis in altari figuraliter est corpus Christi, & absque ambiguitate hæc est figurativa locutio, Hoc est corpus meum: sicut ista, Ioannes est Helias.

Fructus istius demẽtiæ, qua fingitur accidẽs sinè subiecto, foret blaſphemare in Deum, scandalizare sanctos, & illudere Ecclesiæ per verba accidẽtis.

Diffinientes, paruulos fidelium sinè sacramentali baptismo decedentes, non fore saluandos, sunt in hoc stolidi & præsumptuosi.

Lewis & breuis confirmatio episcoporum, cùm à dictis ritibus tantùm solennizata est, ex natiõe diaboli introducta, & vt populus in fide Ecclesiæ illudatur, & episcoporum solennitas aut necessitas plùs credatur.

Quantùm ad oleum, quo episcopi vngunt pueros, & peplum lineum quod complexum est capiti, videtur quòd sit ritus lewis, infundabilis ex scriptura, & quòd ista confirmatio introducta super apostolos, blaſphemat in Deum.

Confessio vocalis facta sacerdoti, introducta per Innocentiũ, non est tam necessaria homini vt diffinit: quia si quis solùm cogitatu, verbo vel opere offenderit fratrem suũ, solùm cogitatu, verbo vel opere sufficit pœnitere.

Graue est & infundabile, presbyterum audire confessionem populi modo quo Latini vtuntur.

In his verbis, Vos mundi estis, sed non omnes, posuit diabolus pedicã infidelem, qua pedem caperet Christiani. Introduxit enim confessiouem priuatam & infundabilem. Et postquàm cõfessori nota fuit, vt legem statuit, q; non prodatur populo malitia sic confessi. Coniectura probabilis est, q; talis quiritè venit, est diaconus vel sacerdos. Sicut enim cognosco q; iste est Ioannes, sic probabili cõiectura cognosco, quòd iste sanctè viuendo, constitutus est à Deo in tali officio suæ statu.

Non ex testificatione hominis ordinantis, sed ex iustificatione operis capienda est probabilis euidẽtia talis statûs. Deus enim potest sinè tali instrumẽto digno vel indigno, personam aliquã in tali statu cõstituere. Nec est probabilior euidẽtia q; ex vita. Ideò habita vita sancta & doctrina catholica, satis

est Ecclesiæ militãti. Error in principio & in fine.

Conuersatio mala prælati, subtrahit acceptationem ordinum & aliorum sacramentorum à subditis, qui tamẽ necessitate cogẽte possent hoc ab eis capere, supplicãdo piè, q; Deus suppleat per ministros suo diabolos opus vel finem officij ad quod iurant.

Antiqui ex cupiditate temporalium, ex spe mutuorum inuaminũ, aut ex causa excusandæ libidinis, licèt deſperent de prole, copulentur ad inuicẽ.

Hæc verba, Accipiã te in vxorẽ, eligibiliora sunt in contractu matrimoniali: quàm ista, Ego te accipio in vxorem. Et quòd contrahẽdo cũ vna per hęc verba de futuro, & post cum alia per hæc verba de præsenti, × debent frustrari verba prima per verba secundaria de præsenti.

Papa, qui se falsè nominat seruum seruorũ Dei, nullo gradu est in opere euangelij, sed mundano. Et si sint in ordine aliquo, est in ordine dæmonum, Deo plùs culpabiliter seruientium.

Papa non dispensat cum Simonia vel voto temerario, cùm ipse sit capitalis Simoniacus, vouens temerariè seruare statum summè damnabilem. Error in fine.

Quòd papa sit summus pontifex, est ridiculum. Et Christus nec in Petro, nec in alio talem approbauit dignitatem.

Papa est patronus antichristi, non solùm illa simplex persona, sed multitudo paparum à tẽpore dotatiõis Ecclesiæ, cardinalium, episcoporum & suorum complicum aliorũ, est antichristi persona cõposita monstruosa. Non tamen repugnat quin Gregorius & alij papæ, qui in vita sua fecerunt multa bona de genere, fructuosè finaliter pœnitebant.

Petrus & Clemẽs cum cæteris adiutoribus in fide, nõ fuerunt papæ, sed Dei adiutores, ad ædificãdum Ecclesiam Domini nostri Iesu Christi.

Quòd ex fide euangelij ista papalis præeminentia cepit ortũ, est æquè falsum, sicut q; ex prima veritate error quilibet exortus.

Duodecim sunt procuratores & discipuli antichristi, papa, cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, bifurcati canonici, pseudo fratres introducti iam vltimò, & questores.

Patet luce clariùs, quòd quicũq; est humilior Ecclesiæ, × seruicinior, & in amore Christi quo ad suã Ecclesiam ×amatinior, est in Ecclesia militãti maior, & proximus Christi vicarius reputandus.

Omnis iniustè occupans quodcunq; bonum Dei, capit rapinã, furto vel latrocinio alienã.

Nec testium depositio, nec iudicis sententiatio, nec corporalis possessio, sicut nec distensus hæreditarius, nec humana commutatio siue donatio confert homini sinè gratia dominium siue ius ad aliquod vel omnia ista simul. Error, si intelligatur de gratia gratum faciente.

Nisi esset lex charitatis intrinsecùs, nemo propter chartas vel bullas habet habilitatem vel iustitiam plùs vel minùs.

Certè Christus hìc damnatur, qui aluit Iudã.

Nos non debemus præstare aut donare aliquid peccatori dum cognoscimus ipsum esse talem: quia sic foueremus proditorem Dei nostri.

Sicut princeps vel dominus tempore quo est in peccato mortali, non sortitur nomen illius officij, nisi nominetenùs & satìs æquiuocè: sic nec papa, Episcopus vel sacerdos, dum lapsus fuerit in mortali peccato.

Omnis habituatus in mortali peccato, caret quocunque dominio & vsu licito operis etiàm boni de genere.

Ex principijs fidei est per se notum, quòd quicquid homo in mortali peccato fecerit, peccat mortaliter.

Ad verũ seculare dominium requiritur iustitia dominantis, sic quòd nullus existẽs in peccato mortali, est dominus alicuius rei.

Omnes religiosi moderni seipsos necessitant, vt hypocrisi maculẽtur. Ad hoc enim sonat sua professio, vt sic ieiunent, vt sic induant, & vt sic faciãt, quicquid indifferenter ab aliis obseruatur.

Omnis priuata religio sapit, vt sic, imperfectionem [illegible] aqua homo indisponitur ad Deo liberè seruiendum.

Religio siue regula priuata, sapit præsumptionem blaſphemam & arrogantem supra Deum: & religiosi talium ordinum, per hypocrisim defensionis suæ religionis, præsumunt se super Apostolos exaltare.

Christus in scriptura non docet aliquam speciem de ordinis cap antichristi. Et ideò nõ est de suo beneplacito quòd sunt tales. Capitulum autẽ istud in istis speciebus xij continetur, quæ sunt, papa, cardinales, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, officiales, decani, monachi, canonici, fratres de quatuor ordinibus, & quæstores.

Ex fide & operibus quatuor sectarum, quę sunt clerus Cęsareus, varius monachus, vanus canonicus atque fratres, euidenter elicio, quòd nulla persona istarum est membrum Christi in sanctorum catalogo, nisi in fine dierum deseruerit acceptatam stolidè sectam suam.

Paulus quondàm phariſæus, propter meliorem sectam Christi, de eius licentia sectam suam deseliquit. Et ob hęc claustrales, cuiuscunq; sectę fuerint, debent liberè ex mandato Christi exire ista vincula, & induere liberè sectam Christi.

Sufficit laicis, quòd dent quandoq; serais Dei decimas suorum prouentuum, & cũ istis paribus sem locus obscurus
per dant Ecclesiæ, licèt non semper Deo, clero Cęsareo à papa vel à suis subditis aſsignato.

Potestas quę fingitur à papa & aliis quatuor no- locus obscurus
uis sectis, sunt fictę, & ad seducẽdum subditos diabolicè introductę, vt prælatorum Cęsareorum excõmunicatio, citatio, incarceratio, & redditus pecuniarum vendicatio.

Multi sacerdotes simplices superant prælatos in huiusmodi potestate immò videtur fidelibus, quòd magnitudo potestatis spiritualis plus consequitur filium imitatorium Christi in moribus, quàm prælatus qui per cardinales & tales apostatas est electus.

Subtrahit populus decimas, oblationes & alias priuatas eleemosynas ab indignis antichristi discipulis, cùm hoc facere debeat de lege Dei. Nec est timenda, sed gaudenter acceptanda maledictio vel censura, quæ infertur à discipulis antichristi.

Dominus papa, episcopi, omnes religiosi vel puri

clerici, titulo perpetuæ poſſeſſionis dotati, debent renunciare illis in manibus brachij ſecularis. Quòd ſi pertinaciter noluerint, per ſeculares debent cogi. Canit bellicum.

Non eſt maior hęretic⁹ vel antichriſtus, quàm ille clericus, qui docet ꝙ licitũ eſt ſacerdotibus & Leuitis legis gratiæ, dotari in poſſeſſionibus temporalib⁹. Et ſi ſint aliqui hęretici vel blaſphemi, ſunt illi clerici qui hæc docent. Non ſolùm poſſunt domini tẽporales auferre bona Eccleſię ab habitualiter delinquentibus, nec ſolùm hoc eis, ſed debẽt hoc facere ſub pœna damnationis æternæ.

Deus non approbat quenquam damnari ciuiliter, vel ciuiliter iudicari.

Si fiat obiectio contra impugnantes dotationem Eccleſiæ, de beato Benedicto, Gregorio ac Bernardo, qui pauca temporalia in paupertate poſſidebãt, dicitur ꝙ finaliter pœnitebãt. Si iterùm obijcias, ꝙ fingo ſanctos iſtos de iſta declinatione à lege Domini finaliter pœnitere: doce tu, ꝙ ſint ſancti, & ego docebo quòd finaliter pœnitebant.

Si ſcripturæ ſacræ & ratiõi debemus credere, patet, ꝙ diſcipuli Chriſti non habent poteſtatẽ coactè exigendi temporalia per cenſuras: ſed hæc attentãtes, ſunt filij Heli, filij Belial.

Quælibet eſſentia vnum habet ſuppoſitum, ſecundùm quod producitur aliud ſuppoſitũ par priori. Et iſta eſt actio remanẽs, perfectiſſima, poſſibilis naturæ.

Quælibet eſſentia ſiue corporea ſiue incorporea, eſt communis tribus ſuppoſitis, & omnibus illis inſunt communiter proprietates, accidentia & operationes.

O portẽtũ. *Deus nihil poteſt annihilare, nec mundum maiorare vel minorare. ſed animas vſq; ad certũ numerum creare, & non vltra.*

*Impoſſibile eſt, duas ſubſtantias corporeas coextẽdi, vnam continuè quieſcentẽ *lœtaliter, & aliud corpus quieſcens continuè penetrantem.* *localiter,

Linea aliqua mathematica cõtinua componitur ex duobus, tribus vel quatuor punctis immediatis, aut ſolùm ex punctis ſimpliciter finitis. Vel tempus eſt, fuit, vel erit compoſitum ex inſtantibus immediatis. Item non eſt poſſibile quin tempus & linea, ſi ſint, taliter componantur. ¶ *Prima pars eſt error in philoſophia. Sed vltima errat circa diuinam potentiam.*

Imaginandum eſt, vnam ſubſtantiam corpoream in principio ſuo ductam eſſe ex indiuiſibilibus compoſitam, & occupare omnem locum poſſibilem.

Quodlibet eſt Deus.

Quælibet creatura eſt Deus.

Vbiq; omne ens eſt, cùm omne ens ſit Deus.

Omnia quæ euenient, abſolutè neceſſarióve euenient.

O blaſphemiam. *Infans præſcitus & baptizatus, neceſſariò viuet diutiùs, & peccabit in ſpiritum ſanctũ, ratione cuius merebitur vt perpetuò condemnetur, & ità nullus ignis poteſt ipſum comburere pro hoc tempore vel inſtanti. Vt fidem aſſero, omnia quæ euenient, de neceſſitate eueniẽt ei. ſic Paulus præſcitus nõ poteſt verè pœnitere, hoc eſt, cõtritiõe peccatum finalis impœnitentiæ delere, vel ipſum non habere.*

Quibus articulis lectis, ſimilibus mãdato & voluntate dominus Antonius epiſcopus Concordienſis, legebat vnam ſchedulam per modum ſententiæ condemnatoriæ dictorum articulorum, huiuſmodi ſub tenore:

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, Eccleſiam catholicam repræſentans, ad extirpationem ſchiſmatis, errorúmque & hæreſum in ſpiritu ſancto legitimè congregata: Auditis diligenter & examinatis libris & opuſculis damnatæ memoriæ Ioannis Vuicleff, per doctores & magiſtros ſtudij generalis Oxonienſis, qui de eiſdem libris & opuſculis ducentos & ſexaginta reprobos excerpendo collegerunt, & ſcholaſticè reprobârunt articulos. Quos omnes hæc ſancta ſynodus petijt examinari, & ſæpiùs recenſeri per plures patres Eccleſiæ Romanæ cardinales, epiſcopos, abbates, magiſtros in theologia, doctores vtriuſque iuris, & alios plures notabiles diuerſorum & generalium ſtudiorum in multitudine copioſa. Quibus articulis ſic examinatis, fuit & eſt repertum, aliquos & plures ex ipſis fuiſſe & eſſe notoriè hæreticos, & dudùm à ſanctis patribus reprobatos: quoſdam blaſphemos, alios erroneos, alios ſcandaloſos, quoſdam piarum aurium offenſiuos, nonnullos eorundem temerarios & ſeditioſos. Et propterea in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti hæc ſancta ſynodus prædictos articulos & eorum quemlibet hoc perpetuo decreto reprobat & condemnat, inhibens omnibus & ſingulis catholicis ſub anathematis interminatione, nè decæterò dictos articulos aut ipſorum aliquem audeat prædicare, dogmatizare, offerre vel tenere. Super quibus exequendis & debitè obſeruandis. mandat prædicta ſancta ſynodus ordinarijs locorũ aut inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vigilanter intendere, prout ad quemlibet pertinet ſecundùm iura & canonicas ſanctiones. Si quis verò huius ſacri concilij decreti & ſententiarum temerarius violator extiterit, animaduerſione debita per locorum ordinarios, quocunque priuilegio non obſtante, ſacri huius authoritate cõcilij puniatur. Præfati verò articuli hîc ſequũtur, de quibus aliqui, licèt non omnes, recitabuntur ad præſens.

Tenor verò dictorum articulorum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis.

Conſequenter Epiſcopus Concordienſis legebat ſententiam contra Ioannem Huſz de regno Bohemiæ, qui fuit degradatus in præſentia Concilij, & traditus curiæ ſeculari.

¶ Sententia contra Ioannem Huſz.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus, Eccleſiam catholicam repræſentans, in Spiritu ſancto legitimè congregata, ad perpetuam rei memoriam. Quia teſte veritate, arbor mala fructus malos facere Matth.7.c conſueuit, hinc eſt quòd vir damnatæ memoriæ Ioãnes Vuicleff, ſua mortifera doctrina nõ in Chriſto Ieſu per euangeliũ, vt olìm 1.Cor.4.b

 ſan-

ſancti patres filios genuêre, ſed cõtra Chriſti ſalutarem fidem velut radix virulenta plures genuit filios peſtiferos, quos ſui peruerſi dogmatis reliquit ſucceſſores, aduersùs quos hæc ſancta ſynodus tanquàm contra ſpurios & illegitimos filios cogitur inſurgere, & eorum errores ab agro Dominico tanquàm vepres nociuas, cura peruigili & cultro authoritatis Eccleſiaſticæ reſecare, nè vt cancer ſerpant in perniciem aliorum. Cùm itaque in ſacro generali concilio nupèr Romæ celebrato decretum fuerit, doctrinã dãnatæ memoriæ Ioãnis Vuicleff, damnandam eſſe, & libros eius huiuſmodi doctrinã continẽtes, fore tanquàm hæreticos cõburendos, & doctrinã ipſam damnatã, & libros eius, tanquàm doctrinam inſanam & peſtiferam includentes, combuſtos fuiſſe cum effectu, & huiuſmodi decretum authoritate concilij fuerit approbatum: nihilominùs tamen quidam Ioannes Huſz in hoc ſacro concilio hîc perſonaliter conſtitutus, non Chriſti, ſed potiùs Ioannis Vuicleff hęreſiarchæ diſcipulus, poſt & contra damnationem & decretum huiuſmodi auſu temerario contraueniens, errores eius plures & hæreſes tam ab Eccleſia Dei, quàm etiàm à certis olìm reuerendis in Chriſto patribus, dominis archiepiſcopis & epiſcopis diuerſorum regnorum, & magiſtris in theologia plurium ſtudiorum condemnatos, dogmatizauit, aſſeruit, & prædicauit, præſertim damnationi ſcholaſticę ipſorum articulorum Ioannis Vuicleff factæ plurièsin vniuerſitate Pragenſi, cum ſuis complicibus in ſcholis & in prędicationibus publicè reſiſtendo, ac ipſum Ioannem Vuicleff virum catholicum & doctorem euangelicum, in fauorem eius doctrinæ, coram multitudine cleri & populi declarauit, certos etiàm articulos infraſcriptos, & plures alios, & meritò dãnabiles, tanquàm catholicos eſſe aſſeruit & publicauit, qui in libris ipſius Ioannis Huſz & opuſculis notoriè continentur. Quapropter habita per priùs plenaria informatione de præmiſſis, & diligenti deliberatione reuerendiſſimorum in Chriſto patrum dominorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, patriarcharũ, archiepiſcoporum, epiſcoporũ & cæterorum prælatorũ, & doctorum ſacræ paginæ & iuris vtriuſque in multitudine copioſa, hæc ſacroſancta Conſtantienſis ſynodus declarat & diffinit, articulos infraſcriptos, qui habita collatione per plures magiſtros in ſacra pagina, reperti fuerunt contineri in eius libris & opuſculis manu propria ſcriptis, & quos etiàm idem Ioãnes Huſz in publica audientia coram patribus & prælatis huius ſacri concilij cõfeſſus fuit in ſuis libris & opuſculis contineri, nõ eſſe catholicos, nec tanquàm tales eſſe dogmatizãdos, ſed ex eis plures eſſe erroneos, alios ſcandaloſos, aliquos piarum aurium offenſiuos, pluresq́; eorum eſſe temerarios & ſeditioſos, & nõnullos eorũdẽ eſſe notoriè hęreticos, & iamdudùm à ſacris patrib⁹ et generalibus cõcilijs reprobatos, et dãnatos, ipſosq́; ꝑdicare, dogmatizare, aut quomodolibèt approbare, diſtrictè inhibẽdo. Sed cùm infraſcripti articuli expreſsè cõtineantur in libris ſeu tractatibus ſuis, videlicet in libro quem intitulat de eccleſia, & alijs ſuis opuſculis, ideò libros prędictos & doctrinã & ſingulos alios tractat⁹ & opuſcula in Latino ſiue vulgari Bohemico per ipſum editos, aut in quocunq; alio idiomate per aliũ vel alios trãſlatos, hęc ſacroſancta ſynodus reprobat atq; condẽnat, ipſos comburẽdos publicè & ſolẽniter in præſentia cleri & populi in ciuitate Conſtantiẽſi & alibi, decernit & diffinit: adijciẽs, ꝓpter pręmiſſa omnẽ eius doctrinam meritò eſſe & fore ſuſpectã de fide, & ab omnibus Chriſtifidelibus euitandã: & vt de medio Eccleſiæ illa pernicioſa doctrina eliminetur, hæc ſacroſancta ſynodus prorsùs iubet, per locorum ordinarios, tractatus & opuſcula huiuſmodi per cẽſuram eccleſiaſticam, etiàm ſi opùs fuerit, cum adiectione pœnæ & fautoriæ hæreſis, diligẽter inquiri: & repertos, ignibus publicè concremari. Si quis autem huius ſententiæ ac decreti violator aut contemptor extiterit, ſtatuit eadẽ ſancta ſynodus, per locorum ordinarios & inquiſitores hæreticę prauitatis, cõtra talem vel tales veluti ſuſpectũ vel ſuſpectos de hæreſi, procedendũ. Viſis inſupèr actis & actitatis in cauſa inquiſitiõis de & ſuper hæreſi contra prędictum Ioannẽ Huſz habitis & factis, habita per priùs fideli & plenaria commiſſariorum in huiuſmodi cauſa deputatorum relatione, aliorumq́; magiſtrorum in theologia, ac doctorũ iuris vtriuſq; in, de, & ſuper actis, actitatis, ac dictis teſtium fide dignorum & plurimorum, quę dicta, ipſi Ioãni Huſz palã & publicè lecta ſunt coram patribus & prelatis huius ſacri concilij. per quorum teſtium dicta apertiſſimè cõſtat, eundẽ Ioannẽ multa mala, ſcãdaloſa ſeditioſa, & ꝑiculoſas hęreſes dogmatizâſſe in publico, & per multa annorũ curricula prędicâſſe: Chriſti nomine inuocato, hæc ſacroſancta ſynodus Conſtãtiẽſis, ſolum Deum præ oculis habens, per hanc diffinitiuã ſententiã quam profert in his ſcriptis, pronũciat, decernit & declarat, dictum Ioannem Huſz, fuiſſe & eſſe verum & manifeſtum hæreticum, ipſumq́ue errores & hæreſes dudùm damnatas & plurima ſcãdaloſa, piarum aurium offenſiua, temeraria & ſeditioſa dogmatizâſſe, & publicè prædicâſſe, in non modicam offenſam diuinæ maieſtatis, ac vniuerſalis Eccleſiæ ſcandalũ, & fidei catholicæ detrimentum, claues etiàm Eccleſiæ & cenſuras eccleſiaſticas vilipendiſſe,

 in

in quibus per annos multos perstitit animo indurato, CHRISTI fideles per suã pertinaciam nimiùm scandalizans, cùm appellationem ad Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, tanquàm ad summum iudicem, omissis Ecclesiasticis medijs interposuerit, in qua multa falsa & iniuriosa posuit & scandalosa, ipsius sedis Apostolicæ, censurarum Ecclesiasticarum, & clauium in contemptum. Idcircò propter præmissa & alia plura, præfatum Ioannem Husz hæreticum fuisse & esse hæc sancta synodus pronunciat, & tanquàm hæreticum iudicandum & condemnandum fore iudicat, & cõdemnat per præsentes: dictamque appellationem, tanquàm iniuriosam & scandalosam & illusoriam iurisdictionis ecclesiasticæ reprobando, ipsumque Ioãnem Husz populum Christianum, maximè in regno Bohemiæ, in prædicationibus suis publicis & scripturis per eum compilatis, seduxisse, ac eiusdem populi Christiani non veracẽ prædicatorem Euangelij Christi secundùm expositionem sanctorum doctorum, sed fuisse veriùs seductorẽ verum: quia per ea quæ hæc sacrosancta synodus vidit, & audiuit, cognouit eundem Ioannem Husz pertinacem & incorrigibilem, & adeò totaliter, q̃ non cupiebat ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ redire, neque hæreses & errores per eum publicè defensatos & prædicatos, velle abiurare. Idcircò hoc sacrum cõciliumconstantiense eundem Ioannem Husz ab ordine sacerdotali & alijs ordinib⁹ quibus existit insignitus, deponendum & de gradandum fore declarat & decernit, committens nihilominùs reuerendis in Christo patribus Archiepiscopo Mediolanensi, Feltrẽsi, Astẽsi, Alexandrino, Bagarensi & Vaurensi Episcopis, vt in præfẽtia huius sacrosanctæ synodi dictam degradationẽ, secundùm quod ordo iuris requirit, debitè exequantur. Hęc sancta synodus Constantiensis Ioannem Husz, attento quòd Ecclesia Dei non habeat vltrà quid agere valeat, iudicio seculari relinquere, & ipsum curiæ seculari relinquendum fore decernit.

ARTICVLI DAMNATI IOANNIS HVSZ, DE QVIBVS SVPRA FIT MENTIO.

j. Vnica est sancta vniuersalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersitas. & infrà sequitur: Vniuersalis sancta Ecclesia tantùm est vna, sicut tantùm est numerus vnus omnium prædestinatorum.

ij. Paulus nunquàm fuit membrum diaboli, licèt fecerit actus quosdam actibus ecclesiæ malignantium consimiles.

iij. Præsciti non sunt partes Ecclesiæ, cùm nulla pars eius ab ea finaliter excidet, eó q̃ prædestinationis charitas quæ ipsam ligat, non excidit. 1.Cor.13.c

iiij. Duæ naturæ diuinitas & humanitas, sunt vnus Christus.

v. Præscitus & si aliquandò sit in gratia secundùm præsentem iustitiam, tamen nunquàm est pars sanctæ Ecclesiæ: & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ, licèt aliquandò excidat à gratia aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.

vj. Sumendo Ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue sint in gratia, siue nõ secundùm præsentem iustitiam, isto modo Ecclesia est articulus fidei.

vij. Petrus non fuit, nec est caput Ecclesię sanctæ Catholicæ.

viij. Sacerdotes quomodolibèt criminosè uentes, sacerdotij polluũt potestatem, & sicut filij infideles, sentiunt infideliter de septem sacramentis Ecclesiæ, de clauibus, officijs, censuris, moribus, cęremonijs & sacris rebus Ecclesiæ, veneratiõe reliquiarum, indulgentijs & ordinibus. Confitetur 7. sacramẽta

ix. Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & papæ præfectio & institutio, à Cæsaris potentia emanauit.

x. Nullus sinè reuelatiõe assereret rationabiliter de se vel de alio, quòd esset caput particularis sanctæ Ecclesię, nec Romanus pontifex est caput Romanæ Ecclesiæ.

xj. Non oportet credere, quòd iste quicunq; est particularis Romanus põtifex, sit caput cuiuscunq; particularis Ecclesię sanctę, nisi Deus eum prædestinauerit.

xij. Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cùm nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriam potestatem, quia ad illud officium vicarij, requiritur & morum conformitas, & instituentis authoritas.

xiij. Papa non est manifestus & verus successor principis Apostolorum Petri, si viuit moribus contrarijs Petro: & si quærit auaritiã, tunc est vicarius Iudæ Scariothis. Et pari euidentia cardinales non sunt manifesti & veri successores collegij aliorum apostolorũ Christi, nisi vixerint more Apostolorum, seruantes consilia & mandata Domini nostri Iesu Christi.

xiiij. Doctores, ponentes quòd aliquis per cõsuram Ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, iudicio seculari est tradendus, p certo sequũtur in hoc pontifices, scribas & pharisęos, qui Christum nolentem eis obedire in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam: ipsum seculari iudicio tradiderunt, eó quòd tales sunt homicidæ grauiores quàm Pilatus. Ioan.18.8

xv. Obedientia ecclesiastica, est obedientia secundùm adinuentionem sacerdotum Ecclesiæ, præter expressam authoritatem scripturæ.

xvj. Diuisio immediatè humanorũ operũ est, q̃ sint vel virtuosa, vel vitiosa: quia si homo est vitiosus, & agat quicquã, tũc agit vitiosè: & si est virtuosus, & agat quicquam, tũc agit virtuosè: quia sicut vitium quod crimen dicitur siue peccatum mortale, inficit vniuersaliter actus hominis vitiosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.

xvij. Sacerdos Christi viuẽs secundùm legem eius, & habens notitiam scripturæ, & affectũ ad ędificandum populum, debet prędicare, non obstãte prætensa excommunicatione. & infrà, Quòd si Papa vel aliquis prælatus mãdat sacerdoti sic dispositio, non prædicare, non debet obedire subditus.

xviij. Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi, prætensa excommunicatione non obstante.

xix. Per censuras ecclesiasticas excommunicationis, susp̃ensionis, & interdicti, ad suĩ exaltationem clerus populũ laicalem sibi suppeditat, auaritiam multiplicat, malitiã protegit, & viam præparat Antichristo. Signum autem euidens est, quòd ab Antichristo tales procedãt censuræ, quas vocãt in processibus suis fulminationes, quibus clerus principalissimè procedit contra illos, qui denudant nequitiã Antichristi, quam clerus maximè pro se vsurpabit.

xx. Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc vt Iudas Apostolus est diabolus, fur, & filius perditionis, & non est caput sanctæ militãtis Ecclesiæ, cùm nec sit membrum eius.

xxj. Gratia prædestinationis est vinculũ, quo corpus Ecclesiæ & quodlibet eius membrũ iungitur Christo capiti insolubiliter.

xxij. Papa, vel prælatus malus & præscitus, est æquiuocè pastor, & verè fur & latro.

xxiij. Papa non debet dici sanctissimus etiàm secundùm officium, quia aliàs rex etiàm deberet dici sanctissimus secundùm officium, & tortores & præcones dicerentur sancti, immò etiàm diabolus deberet dici sanctus, cùm sit officiarius Dei.

xxiiij. Si papa viuat* Christo contrariè, etiamsi assc̃deret per *ritam & legitimam electionem secundùm constitutionem humanam vulgatam, tamẽ aliundè assc̃enderet, quàm per Christum, dato etiàm quòd intraret per electionem à deo principaliter factam: nam Iudas Scarioth ritè & legitimè est electus à Deo Iesu Christo ad apostolatum, & tamen assc̃endit aliundè in ouile ouium. Matth.10. Ioan.10.

xxv. Condemnatio quadragintaquinque articulorum Ioannis Vuicleff per doctores facta, est irrationabilis & iniqua & malefacta, & ficta est causa, per eos allegata, videlicet ex eo quòd nullus eorũ sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hęreticus, aut erroneus, aut scandalosus.

xxvj. Non eo ipso quo electores vel maior pars eorum cõsenserit viua vôce secundùm ritus hominum in personam aliquam, eo ipso illa psona est legitimè electa, vel eo ipso est verus & manifestus vicarius vel successor Peri apostoli, vel alteri⁹ Apostoli in officio ecclesiastico. Vndè siue electores benè & malè elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso, quo quis copiosiùs operatur meritoriè ad profectum Ecclesiæ, habet à Deo ad hoc copiosiùs potestatem.

xxvij. Non est scintilla apparentiæ, quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa militante Ecclesia conuersetur & conseruetur.

xxviij. Christus sinè talibus capitibus mõstruosis, per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, meliùs suam Ecclesiam regularet.

xxix. Apostoli & fideles sacerdotes Domini, strenuè in necessarijs ad salutem regulârunt Ecclesiam, antequàm Papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente p summè possibile Papa, vsque ad diem iudicij.

xxx. Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali.

Sequuntur articuli ex proceßibus contra Ioannem Husz sufficiẽter deducti, & probati per teßes fide dignos.

Et primò articulus quartus & etiàm octauus, in quibus continetur, quòd Ioannes Husz pertinaciter articulos erroneos Vuicleff in ciuitate Pragensi, in scholis & prædicationibus publicis prædicauit & defendit.

Item articulus nonus, in quo continetur, quòd propter præmissa, in ciuitate Pragensi secuta est seditio grandis facto, dolo, & culpa Ioannis Husz, in tantùm quòd notabiles viri catholici & Deum timentes, coacti sunt exire & latére extra ciuitatem prædictam: stragésque, deprædationes, sacrilegia, aliáque horribilia & execrabilia orta & executa sunt opera, dante & procurante præfato Ioanne Husz cum suis complicibus.

Item articulus decimus, in quo continetur, quòd Ioannes Husz continuè & in dicta ciuitate Pragẽsi fuit & erat sectator, fautor & eruditor ac defensor errorum quõdam Ioannis Vuicleff hæresiarchæ, & vt talis & pro tali habitus, nominatus & reputatus in ciuitate Pragensi, & in alijs partibus circunuicinis.

Item articulus quintusdecimus & etiàm sextusdecimus, in quibus continetur, quòd dominus archiepiscopus Pragensis, exequendo mandatum domini Alexandri [illegible] felicis recordationis Papæ quinti, quo sibi commisit & mandauit, nè extunc in antea aliquis auderet in locis priuatis dictæ ciuitatis, nisi in ecclesijs cathedralibus, collegiatis, parochialibus, monasterijs & eorum cœmeterijs ad populum prædicare. Quódque præfatus dominus archiepiscopus continuando executionem literarũ Apostolicarũ huiusmodi, inhibuit in generali synodo tũc Pragæ cõgregata. Ipse verò Ioannes Husz executioni dictarum literarum, necnon senten-

sententiæ & prohibitioni huiusmodi de facto se opposuit, & post eandem prohibitionem de mense Iunij, & præsertim die 22. eiusdem mensis & expost, pluribꝰ & diuersis vicibus in quadã capella Bethleem nuncupata, prædicauit, & ibidem populum copiosum conuocauit, & conuocari procurauit, cõtra inhibitionem antedictam.

Item articulus decimusseptimus, in quo cõtinetur, quòd præfatus Ioannes Husz tam de dicto mẽse Iunij anno Domini millesimo quadringentesimo decimo, quàm etiàm ante & post, in dicta capella prædicãdo ad populum ibidem collectum & etiàm in diuersis alijs locis ciuitatis Pragẽsis diuersis vicibus, multos errores & hæreses tam ex dictis libris dicti quondàm Ioannis Vuicleff, quàm ex sua proteruitate & dolositate adstruxit, docuit, disputauit; & pro posse defendit, maximè infrascriptos, videlicet:

Quòd post consecrationem hostiæ in altari maneat panis materialis, vel substantia panis.

Item decimusoctauus, in quo continetur, quòd sacerdos existens in mortali peccato, nõ conficit corpus Christi, non ordinat, non baptizat, &c.

Item decimusnonus articulus, in quo cõtinetur, quòd indulgentiæ papæ siue episcoporum concessæ, nihil prosunt.

Item vigesimusprimus articulus, in quo cõtinetur, quòd Ecclesia sit synagoga satanæ.

Item vigesimusquartus, in quo continetur, quòd nulla hæresis debet exterminari per potentiam, sed per disputationem in scholis.

Item articulus vigesimussextus, in quo cõtinetur, quòd dictus Ioannes Husz ad seducendum populũ & simplices, ausu temerario dixit, quòd in Anglia multi monachi & alij magistri cõuenissent in quadam Ecclesia sancti Pauli contra magistrum Ioannem Vuicleff, & non potuerunt eum conuincere:

Posuimus mendacium spem nostram.

sed statim tonitruus & fulgur de cælo descendisset super eos, & rupisset ostium ecclesiæ, ità quòd ipsi magistri & monachi vix euasissent ad ciuitatem Londonensem. Et hoc dixit ad authorizandum dictum Ioannem Vuicleff, vndè prorumpendo in hæc verba, dixit ad populum hæc verba: Vtinàm anima mea esset ibi, vbi est anima Ioannis Vuicleff. Et post hæc, literam quandam falsificatam sub sigillo falso vniuersitatis studij Oxonien sis, pluriès publicauit.

Nota impostu ram.

In qua continebatur, licèt falsè, Ioannem Vuicleff fuisse virum catholicum & doctorem Euangelicum, bonæ famæ & laudabilis conuersationis, ab æuo suæ iuuentutis vsque in diem exitûs sui.

Item articulus vigesimusnonus, in quo continetur, quòd seculares debeant auferre clericis bona temporalia, quòd hoc esset meritorium.

Item articulus trigesimussecundus & etiàm trigesimusseptimus, in quibus continetur, quòd Ioannes Husz existens in excommunicatione & aggrauatiõe, diuinis se immiscuit, populo prædicauit, & publicè dixit, quòd non curaret excommunicationem: quia non potest excommunicari aliquis ab homine, nisi priùs sit excommunicatus à Deo.

Item articulus trigesimusoctauus, in quo continetur, quòd Ioannes Husz diuersos errores prædicauit, ex quibus scandala exorta sunt inter prælatos & populum regni Bohemiæ, & magistros ac scholares studij Pragensis, & inobedientia subditorum quo ad eorum prælatos, & destructio vniuersitatis studij Pragensis.

Item articulus septimꝰ, in partibus in causa inquisitionis coram archiepiscopo Pragensi datus & oblatus contra eundem Ioannem Husz in quo continetur, qualiter Ioannes Husz ad populum dixit: Eccè Papa nupèr defunctus, videlicet Alexander quintus, nupèr scripsit archiepiscopo Pragensi pro extirpandis erroribus Ioannis Vuicleff in Bohemia & Morauia, quòd ibi sunt multi homines, opiniones & errores Vuicleff contra fidem tenentes, quorum corda sunt hæresi infecta. Et ego dico & regratior Deo, quòd ego nullum Bohemum vidi hæreticum, & quòd ad verba præmissa populus clamabat, Mentitur Mentitur.

Item articulus nonus, in quo continetur, quòd idem Ioannes Husz dixit in vulgari ad populum: Eccè completa est prophetia, quam prædixerat Iacobus de Theramo: Quòd anno Domini millesimo quadringentesimo nono surget vnus, qui Euangelium, Epistolas & fidem Christi persequetur, per hæc denotando dominum Alexandrum, qui in suis bullis mandauit libros Vuicleff cremari.

Item articulus vndecimus, in quo continetur, quòd Alexander papa nupèr defunctus, nescio tamen si sit in cælo vel in inferno, qui scribit in cutitibus suis asininis, q archiepiscopus cremare deberet libros Ioannis Vuicleff, in quibus multa bona continentur.

Item articulus alius de responsione sua quam fecit, in quo continetur, quòd dictus Ioannes Husz literam post cuius recessum de Bohemia, reliquit ad legendum populo, quæ continet: vt pensantes laborem eius solicitum, quem cum eis habuit, orarent pro eo, starent in doctrina Domini nostri Iesu Christi, scientes quia nunquàm eis errores prædicauit, quos sibi inimici asscribunt. Et si vinceretur per falsos testes, quòd non turbarentur, sed starent fixi in veritate.

Primus articulus in se continens, qualiter Ioannes Vuicleff diuersos libros & opuscula in diuersis facultatibus tam in Theologia, quàm in Philosophia composuit, videlicet dialogum, trialogum, &c. & quadragintaquinque articulos erroneos, probatur per libros Vuicleff, per sentẽtiam in Romano Concilio promulgatam.

Tertius articulus in quo cõtinetur, quòd suprascriptæ conclusiones & articuli sunt erronei, similiter probatur per sententiam in Romano & Constantiensi Conciliis promulgatam.

Quartus articulus in quo contnetur, quòd Ioannes Husz sæpè & sæpiùs in disputationibus & in sermonibus publicis conclusiones, articulos & libros, &c. docuit & defendit, probatur per vnum doctorem sacræ Theologiæ, qui dicit se vidisse intimationes, in quibus continebatur, quòd Ioannes Husz prætensas conclusiones, libros & articulos, tanquàm catholicos voluit defendere, &c. per vnũ plebanum Pragensis diœcesis fore verum, reddens causam scientiæ, quia ab ore eius sæpiùs audiuit: per

per vnum alium plebanũ, ex communi fama fidedignorum: per vnum vicarium cuiusdam Ecclesiæ Pragensis, de veritate: & reddit bonam causam scientiæ.

Quintus articulus, qui incipit, quòd præmissa omnia & singula sunt vera, probatur per testes quo ad deposita per eos.

Septimus articulus, qui incipit, quòd in ciuitate Pragensi sit studium &c. est notorius.

Octauus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Husz pertinaciter articulos erroneos Vuicleff in ciuitate Pragẽsi, in scholis publicis & prædicationibus publicis prædicauit & defendit, fore verus probatur per vnum plebanum Pragẽsis diœcesis reddentem causam scientiæ, quia dicit se sæpiùs ab eo audiuisse in disputationibus publicis ac in prædicationibus & sermonibus publicis prædicãsse: per vnum abbatem, qui dicit articulum fore verum & notorium ex communi fama: per vnum doctorem in theologia, fore verum de veritate: per vnum decretorum doctorem, ex fama multimoda: per vnum canonicum Pragensem, ex communi fama: per vnum alium plebanum Pragensem, similiter de veritate, & reddit diuersas causas scientiæ: per vnum magistrum in artibus & sacræ theologiæ professorem, similiter ex communi fama: per vnum alium plebanum Pragensem, etiàm ex communi fama: & per plures alios, ex auditu & communi fama.

Nonus articulus, in quo continetur, quòd propter præmissa in ciuitate Pragensi fuerunt magna seditio & scandala &c. fore verum probatur per vnum plebanum Pragensis diœcesis, & reddit diuersas causas scientiæ: per vnum doctorem in sacra theologia, similiter probatur fore verum: per vnũ abbatem, qui reddit similiter diuersas causas scientiæ: per vnum vicarium cuiusdam Ecclesiæ Pragẽsis, de veritate: per vnũ presbyterum Pragensis diœcesis, per vnum alium doctorem in theologia, qui optimè causas scientiæ reddit: per vnum decretorũ doctorem, ex auditu fide dignorum: per vnum magistrum in artibus, de veritate: per vnum alium in artibus & sacræ theologiæ magistrum, & reddit optimam causam scientiæ: per vnum presbyterum Luthomuslensis diœcesis, similiter de veritate: per vnũ protonotarium, de veritate & notorietate.

Decimus articulus, in quo cõtinetur, quòd præfatus Ioãnes Husz continuè in dicta ciuitate Pragensi fuit sectator & fautor erroris Ioannis Vuicleff &c. probatur de veritate per vnum plebanũ Pragensis diœcesis, & per alios supranominatos testes.

Vndecimꝰ & duodecimꝰ articuli sunt generales.

Tertiusdecimus articulus, in quo continetur commissio facta archiepiscopo Pragensi per Alexandrum papam quintũ bonæ memoriæ. Et quartusdecimus, in quo narratur quòd archiepiscopus condemnauit libros Vuicleff igne comburendos, probatur per bullam Alexandri & sententiam archiepiscopi Pragensis, & per confessionem Ioannis Husz, qui etiàm confitetur à sentẽtia huiusmodi condemnationis & combustionis librorum, appellãsse, vt patet in actis causæ.

Quintusdecimus articulus, in quo continetur executio sententiæ huiusmodi & processus archiepiscopi, similiter probatur per instrumenta, vt in actis. Et inhibitio facta quibuscunque, nè prædicarent conclusiones Vuicleff.

Sextusdecimus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Husz post executionem literarum Apostolicarum ac inhibitionem (vt præmittitur) factam, diuersis vicibus in capella de Bethleem ad populum prædicauit, probatur per vnum plebanũ Pragensem, de auditu: per vnum doctorem in theologia, de veritate: per vnum abbatem, ex communi fama: per vnum vicarium cuiusdam Ecclesiæ Pragensis, de auditu à complicibus Ioannis Husz: per vnum presbyterum Pragensis diœcesis, de veritate: qui dicit se vidisse & audiuisse, prout articulatur: per vnum doctorẽ in theologia optimè, qui similiter reddit bonas causas scientiæ: per vnũ doctorem in decretis, de veritate: similiter per vnum magistrum in artibus, & per multos alios de auditu ex communi fama.

Item confitetur Ioannes Husz, quòd prædicauit appellationem suam, quòd obtinuerat vnam inhibitionem. & refert se ad acta causæ.

Decimusseptimus articulus, in quo continetur, quòd dictus Ioannes Husz in dicta capella & diuersis alijs locis errores & hæreses &c. in ciuitate Pragẽsi prædicauit & dogmatizauit &c. & præsertim, quòd post consecrationem hostiæ in altari manet panis materialis, probatur per vnum plebanum Pragensis diœcesis fore verum, reddentem causas scientiæ, quia ità audiuit ab alijs ex cõmuni voce & fama, & hoc etiàm est publicum & notorium. Etiàm quo ad secundam partem articuli, similiter per vnum doctorem in theologia, qui dicit se audiuisse ab ore Husz, quòd tenuit istam, quòd substantia panis post consecrationem manet in sacramento altaris. Et subiunxit quòd etiàm audiuit in quadam disputatione, vbi præsidebat quidam magister Richardus, quòd Ioannes Husz conceßit istam, quòd Ioannes Husz esset persona in diuinis. Et quòd plures essẽt personæ in diuinis quàm tres. Similiter per vnum doctorem in theologia, fore verum ex communi voce & fama: per vnum abbatẽ ex cammuni fama: per vnum vicarium cuiusdam Ecclesiæ Pragensis, qui dicit se audiuisse ab ore ipsius Ioannis Husz, prout articulatur: per vnum alium plebanum Pragensis diœcesis, qui dicit se similiter audiuisse ab ore ipsius Ioannis Husz, prout articulatur: per vnum magistrum in theologia, de veritate: & per multos alios, ex communi fama et credulitate fidedignorum: per vnum magistrum in artibus, plebanũ Pragensis diœcesis, examinatum in partibus, per vicarium archiepiscopi Pragẽsis, qui dicit se audiuisse magistrũ Husz prædicãsse in capella de Bethleem de materia corporis Christi, & post multa cõclusit, quòd dictus Ioãnes Husz multis rationibus probabat, opinionẽ quam tenet Ecclesia de sacramento corporis Christi, non fore veram. Similiter per vnum plebanũ Pragensem, dicens se audiuisse à dicto Ioanne Husz, quòd post consecrationem maneat panis materialis, siue substãtia panis in sacramẽto. Et cùm idem testis replicãsset,

cãsset,allegãdo dicta sanctorum doctorum,scilicet Gregorij:dixit idẽ Ioannes Huſz, quòd beatus Gregorius esset vnus ioculator siue *rigmarius, & ꝙ dicta sua *rigmaticè composuisset, per vnum prædicatorem Ecclesiæ Pragensis,qui dicit, quòd cùm quadam vice iste Ioannes Huſz fuisset in collatione cum aliis magistris,interrogato quid sentiret de isto articulo,scilicet de sacramento, dixit ꝙ Ioãnes Huſz respondit,ꝙ hoc posset esse benè,ꝙ post consecrationem maneat panis. Et cùm correptus fuisset per testẽ,tunc dictus Ioannes Huſz extraxit quendam librum de manica sua, & nitebatur probare quòd maneat panis post consecrationem, sicut antè:quem ibi legebat,in quo error prædictus continebatur, & inter cætera legebat in eodem libro,dicens:Inuenerunt ipſe vnum vocabulum inusitatũ, videlicet transſubstantiatio,vt simplices decipiãt, & extunc etiãm idem Ioãnes obtulit se velle omnibus prædictum librum concedere:per vnum præpositum, qui videtur concordare cum proximo supranominato teste,qui ab eo audiuit,ꝙ post consecrationem maneat panis: per vnum ministrum & pœnitentiarium cuiusdam Ecclesiæ Pragensis,qui dixit se semèl interfuisse sermonibus Ioãnis Huſz, & hoc de anno Domini millesimo quadringentesimo sexto,in æstate, vbi magister Ioannes Huſz ad populum prædicando, dixit: Eccè scribitur in Biblia, Ego sum panis viuus qui de cælo descẽdi &c. & hoc in vulgari Bohemico,percutiendo manu librum, oportet quòd hoc excidam, Ego sum panis. & ego dico,quòd est Dẽus & panis post consecrationem,quia vides albedinem,rotunditatem,saporem panis, & fracturam audis, &c. per vnũ prædicatorem & pœnitentiariũ,qui dicit se audiuisse in sermõe magistri Ioãnis Huſz in capella de Bethleem:Ego dico vobis,quòd ibi accidentia cum subiecto manẽt,vt in exemplo,homo in tunica, & anima in corpore, sic Deus in pane: per vnum doctorem in theologia Pragensem,qui optimè de veritate de hoc deposuit. Similiter per vnum plebanum, qui dicit articulum fore verum, quia audiuit ab ore ipsius Ioannis Huſz, & similiter deponit de tẽpore & loco, & subiũxit,quòd audiuisset ab eodẽ Ioãne Huſz,ꝙ dicebat:Vtinàm Deus vellet,ꝙ anima sua esset ibi,vbi est anima Ioannis Vuicleff. Similiter per vnũ plebanũ magistrũ in artib⁹, qui dicit se audiuisse ab ore ipſ⁹ Ioãnis Huſz, ꝙ nõ esset determinatio Ecclesię, ꝙ accidẽtia starẽt in sacramẽto altaris sinè subiecto, & multa alia deposuit.

Ioan,6.

Decimusoctauus articulus, in quo continetur, quòd sacerdos existens in peccato mortali, non conficit corpus Christi &c.probatur per vnum plebanum ex communi fama:per vnum doctorem in sacra theologia, articulum fore verum ex communi fama: per vnũ abbatẽ,ex cõmuni fama fidedignorum & catholicorum:per vnum alium plebanũ, articulum fore verum,qui dicit se audiuisse ab ore ipsius Ioannis Huſz:per vnum alium doctorem in theologia,de veritate:per vnum canonicum,qui dicit se audiuisse præmissa à sequacibus dicti Ioannis Huſz:per vnum protonotariũ de veritate, qui dicit se audiuisse ab ore ipsius Ioannis Huſz,prout articulatur.Et per multos alios de communi fama & credulitate ac auditu, similiter per vnum alium plebanum Pragensem, qui dixit, quòd magister Ioannes Huſz dixit, Hoc teneatis, quòd si sacerdos est in peccato mortali, tunc nihil facit, neque consecrat,nec fit ibi corpus Christi,sed manet ibi substantia panis,sicut antè, & per plures alios testes in partibus productos coram vicarijs archiepiscopi Pragẽsis, de veritate & de auditu ab eodẽ.

Decimusnonus articulus, in quo continetur, ꝙ indulgentiæ papæ seu episcopi concessæ, nihil prosunt,probatur per vnum plebanum Pragensis diœcesis ex communi fama,per vnum doctorẽ in theologia esse notorium, prout articulatur, per vnum abbatem, de relatu fidedignorum:per vnum vicarium, ex communi famâ: per vnum alium plebanum fore verum, ex notoria fama fidedignorum. Similiter per vnum plebanum de veritate, qui dicit se audiuisse ab ore ipsius Ioannis Huſz,per vnũ doctorem in sacra theologia, similiter de veritate: per vnum decretorum doctorem, ex cõmuni fama: per vnum magistrum artium,similiter ex communi fama:per vnũ canonicũ,qui dixit se hoc audiuisse ab his,qui hoc audiuerunt ab ore ipsius Ioannis Huſz:per vnum alium plebanum Pragensem, ex communi fama:similiter per vnum protonotariũ, qui dicit se hoc audiuisse à familiaribus suis. Et per plures alios testes,in partibus productos coram vicario archiepiscopi Pragensis, qui dixerunt se audiuisse quòd Ioannes Huſz dixisset, quòd indulgentiæ papæ & episcopi nũ valẽt, nisi Deus indulgeat. Et super hoc etiàm est producta vna schedula,quam confessus est se composuisse,prout in actis quæ incipiunt,Pax Christi &c.

Vigesimusprimus articulus, in quo continetur, quòd Romana curia vel Ecclesia sit synagoga satanæ,probatur per vnum doctorem in theologia, qui dicit sibi tantùm constare, quòd Ioannes Huſz dixit,quòd Ecclesia catholica non esset nisi numerus prædestinatorum:per vnũ abbatẽ,de cõmuni fama: per vnũ plebanũ,ex cõmuni fama:per vnũ canonicũ,hoc esse verũ ex auditu ab ore ipsi⁹ Ioãnis Huſz, prout articulatur: per vnum doctorẽ in theologia, de veritate:per vnum decretorũ doctorẽ,de cõmuni fama, & per multos alios,qui audiuerũt ab ore ipsius Ioannis Huſz:per vnum magistrum artium, qui audiuit ab ore dicti Ioannis Huſz, quòd curia Romana esset synagoga satanæ.

Vigesimussecundus articulus, in quo cõtinetur, quòd præfatus Ioannes Huſz præfatos errores tenuit & defendit, probatur per omnes testes superiùs nominatos, per vnum doctorem in theologia, de veritate:per vnum vicarium,articulum fore verum,ex fama notoria:per vnum abbatem, articulum fore verum, ex communi fama:per vnum plebanum,articulum fore verum,qui audiuit ab ore Ioannis Huſz, &c.per vnum doctorem in theologia,de veritate: & per multos alios, ex communi fama & etiàm veritate.

Vigesimustertius articulus, in quo continetur, quòd dictus Ioannes Huſz docentibus & defendentibus errores huiusmodi adstitit in defensionibus eorundem &c.probatur per vnum plebanum: per vnum doctorem in theologia,qui dicit hoc patẽre per experientiam:per vnum vicarium, articulum fore verum & notorium: per vnũ plebanum, fore verum, qui dicit se vidisse & audiuisse.Similiter, per vnum doctorem in theologia,verum:per vnum magistrum in artibus,verum.Et per multos alios ex cõmuni voce & fama,& etiàm veritate.

Vigesimusquartus articulus,in quo continetur, quòd nulla hæresis debet damnari per potentiam, sed per disputationem in scholis, probatur per vnũ abbatem,de auditu ab his qui audiuerunt ab ore ipsius Ioãnis Huſz: per vnum vicarium, verum ex communi fama: per vnum doctorem in theologia, verum,qui reddit bonam causam scientiæ. Et per multos alios de auditu,communi voce, & fama.

Vigesimusquintus & vigesimussextus articuli omittuntur tanquam superflui.

Vigesimusseptimus articulus,in quo continetur, quòd populus non deberet credere bullis papæ, probatur per vnum plebanum,ex publica voce & fama:per vnum abbatem,ab auditu ab his qui audiuerunt ab ore ipsius Ioannis Huſz:per vnum vicarium probatur,vt per proximũ probatũ est: per vnum plebanum, de veritate,qui dicit se audiuisse ab ore Ioannis Huſz:per vnum doctorem in theologia,de veritate, qui reddit etiàm bonas causas scientiæ. Et per multos alios, de communi voce & fama & credulitate.

Vigesimusoctauus articulus, in quo continetur, quòd magister Ioannes Huſz dixisset,Vtinàm anima mea esset ibi, vbi est anima Ioannis Vuicleff, probatur per vnum plebanum, qui dicit articulũ verisimũ:per vnum doctorẽ in sacra theologia, qui dicit se audiuisse ab ore ipsius domini Ioãnis Huſz: per vnum alium plebanum,de veritate. Similiter per vnum doctorem in theologia,de veritate, qui reddit optimas causas scientiæ: Per vnum alium plebanum de veritate,qui dicit se hoc audiuisse ab ore Ioannis Huſz.Et per multos alios, qui dixerũt se hoc audiuisse ab ore Huſz in sermonibus & aliâs de publica voce &c.

Huiusmodi impedijs inducatur mistri.

Vigesimusnonus articulus, in quo continetur, quòd seculares debent auferre clericis bona temporalia, & quòd hoc esset meritorium, probatur per vnum abbatem, de veritate: per vnum vicarium similiter,qui dicit se interfuisse sermonibus,quandò talia prædicauit coram familia regis Bohemiæ. Similiter per vnum plebanum, qui similiter dicit se hoc audiuisse ab ore ipsius Ioãnis Huſz, quia tales conclusiones etiàm habentur in tractatibus suis.Et per multos alios de auditu,communi voce & fama,& etiàm veritate.

Trigesimus articulus omittitur, quia generalis est.

Trigesimusprimus articulus,in quo continetur, quòd præfatus Ioannes Huſz fuit excommunicatus, probatur per archiepiscopum Pragensem, & per literas archiepiscopi, & per confessionem ipsius Ioannis Huſz in actis.

Trigesimussecundus articulus,in quo continetur quòd Ioannes Huſz post huiusmodi excommunicationem diuinis se immiscuit,& populo prædicauit, & quòd non posset excommunicari per aliũ nisi per Deum, probatur per vnum plebanum, quo ad celebrationem: per vnum doctorem in theologia,verum, restringẽs tamen dictum suum, quo ad prædicationem: per vnum abbatem, verum de auditu: per vnum alium plebanum, verum: qui dicit se ità audiuisse in sermonibus suis: per vnum alium doctorem in theologia,verum. Similiter per vnum alium plebanum,verum:quo ad sermones:& per plures alios,de cõmuni voce,fama & credulitate: & per plures, alios testes, in partibus coram vicario archiepiscopi Pragensis productos & examinatos.

Trigesimustertius articulus est superiùs probatus.

Trigesimusquartus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Huſz commouit populum contra elerum in sermone, dicens hæc verba in effectu: Verè foret necessarium, quòd quilibet,prout in lege antiqua Moisi fuit mandatum, vt qui vellet legem Dei defendere,se gladio præcingeret,&c.probatur per vnum doctorem in theologia,verum:per vnum plebanum, verum, ex communi & notoria fama: per vnum plebanum, ex communi fama:per vnum protonotarium,verum,subiungens quòd vidit plures schedulas affixas valuis Ecclesiarum Pragensium, ex instinctu magistri Ioannis Huſz,sic cauentes: Accingat se quilibet gladio suo super femur suum,& non pereat.Et per multos qui audiẽrant ab his,qui fuerant in sermonibus Huſz. Canit clasicum præconis sanguinarius.

Trigesimusquintus & trigesimussextus articuli sunt generales.

Trigesimusseptimus articulus,in quo continetur,qualiter prædicauit,quòd nullus potest excommunicari ab homine, nisi Deus excommunicaret eum, probatur per vnum plebanũ, qui dicit se hoc audiuisse ab ore ipsius Ioãnis Huſz: per vnum alium plebanum, qui dicit se audiuisse à sequacibus suis: per vnum doctorem in theologia, qui dicit ꝙ istum articulum docuit in tractatu suo de Ecclesia, qui etiàm allegat multas authoritates & rationes dicti Ioannis Huſz, ad confirmandum conclusionem seu articulum superiùs nominatum: Et per omnes testes superiùs descriptos, ex communi voce & fama & credulitate.

Trigesimusoctauus articulus, in quo cõtinetur, quòd Ioannes Huſz diuersos errores prædicauit,ex quibus magna diuisio inter magistros & scholares dicti studij Pragensis, archiepiscopum, clerum & populum, est orta, quòd etiàm exorta sint magna scandala,& inobedientia populi ad archiepiscopũ & suos prælatos &c.probatur per vnum abbatem, verum, ex cõmuni & notoria fama:per vnum vicarium,verum & notorium:per vnum plebanum, similiter verum & notorium: per vnum doctorem in theologia,verum, qui reddit optimas causas scientiæ. Similiter per vnum decretorum doctorem, verum de veritate: per vnum canonicum, verum de veritate: per vnum magistrum in artibus, verũ de veritate:per vnum protonotarium, verũ & notorium: & per multos alios, ex communi fama & voce & etiàm auditu.

Trigesimusnonus articulus, in quo continetur, quòd Ioannes Huſz fuit fautor & nutritor hæresium,& de his publicè diffamat⁹,probatur per vnũ doctorem in theologia: & ab omnibus,præterquàm

ab his qui ſuam tenent partem, pro tali tenetur: per vnum abbatem, verum: per vnum vicarium, verum & notorium: per vnum plebanum, verum de veritate: per vnum doctorem in theologia, verũ de veritate: per vnum decretorum doctorem, verũ de veritate: per vnum canonicum, verum quo ad primam partem. Similiter per vnum alium doctorem in theologia, verum: per vnum protonotarium, verum quo ad primam partem. Similiter per multos alios de communi voce & fama.

Quadrageſimus articulus eſt generalis, & probatus per omnes teſtes.

Super articulis in cauſa inquiſitionis contra Ioannem Huſz, oblatis & productis in partibus coram vicarijs archiepiſcopi Pragenſis, & primò ſuper articulo tertio, qui incipit:

Impius cùm in profundum malorũ venerit, contemnit.

Item ponunt &c. in quo continetur in effectu, q̃ Ioannes Huſz in contemptu clauium exiſtens excommunicatus, quoniam prædicabat & diuinis ſe immiſcuit &c. probatur per vnum prædicatorem, qui dicit articulum fore verum, ſaluo quòd immiſcuit ſe diuinis: per vnum altariſtam cuiuſdam eccleſiæ Pragenſis, qui dicit quòd quaſi ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis prædicabat ad populũ: per vnum magiſtrum in artibus, verum: per duos notarios publicos, verum: per vnum prædicatorem, verum: per vnum alium notarium, fore verum: per vnum clericum, qui dicit articulum fore verum, qui dicit ipſum prædicare & diuinum officiũ peragere. Et vlterius dicit, quòd idem Ioãnes Huſz in ſermone ad populum circa feſtum S. Iacobi, dixit: Pueri, ſciatis quòd archiepiſcopus excommunicauit me & alios appellantes, & non poteſt aliàs aliquem excõmunicare, niſi quem excõmunicat Chriſtus, & non timeatis excommunicationem eãdem. Et per multos alios teſtes de publica voce & fama.

Quartus articulus, in quo continetur, quòd dictus Ioannes Huſz multos errores & hereſes docuit, &c. probatur per vnum plebanum, verum, qui reddit bonas cauſas ſcientiæ: per vnum notarium publicum, verum, publicum & notorium: per vnũ clericum, verum: & ſubiunxit. q̃ audiuit q̃ pluries collaudando ſe, dixit in ſermone ſuo: Veniant oẽs magiſtri de Pariſijs: Ego volo cum ipſis diſputare, qui libros noſtros cremauerunt, in quibus honor totius mundi iacuit, & per ſex alios de publica voce & fama.

Quintus articulus, in quo continetur in effectu, quòd dominus Ioannes Huſz populum in multitudine copioſa in capella Bethleem congregatum diuerſimodè induxit, ſeu inſtruxit & confortauit in dictis erroneis opinionibus, probatur per vnũ prædicatorem, articulum fore verum, notoriũ & manifeſtum: per vnũ clericum, de veritate, & adiungit bonas cauſas ſcientiæ, & per plures alios, de auditu, publica voce &c.

Sextus articulus omittitur, qui tractat de excluſione Teutonicorum de ciuitate Pragẽſi, & expulſione eorũdem, qui nõ tangit præcisè materiam Vuicleff, licèt videatur eſſe probatus.

Septimus articulus, in quo continetur, qualiter Ioannes Huſz ad populum dixit: Eccè papa nupèr defunctus, videlicet Alexãder quintus, nupèr ſcripſit archiepiſcopo Pragenſi, pro extirpandis erroribus magiſtri Ioannis Vuicleff, etiàm in Bohemia & Morauia: & quòd ibi ſint multi homines, opiniones & errores dicti Ioan. Vuicleff contra fidem tenentes, quorum corda ſunt hæreſi infecta: & ego dico & Deo regratior, quòd ego nullum Bohemũ hæreticum vidi. probatur per vnum prædicatorem de veritate, per vnum altariſtam de veritate, per vnũ baccalaureum in artibus de veritate, per duos notarios publicos de veritate, & per multos alios teſtes de veritate, publica voce & fama.

Octauus articulus, in quo continetur, quòd ad verba præmiſſa totus populus clamauit, Mentitur Mentitur. probatur per vnum altariſtã verus, qui dicit ſe interfuiſſe: per vnum baccalaureum, qui dicit q̃ ✕ Mẽtitur: per vnum præpoſitum, qui dicit, clamauerunt, Mentiuntur Mẽtiuntur. Et per plures alios numero ſex, de communi voce &c.

*videſ deeſſe, clamauerunt.

Nonus articulus, in quo continetur, quòd idem Ioannes Huſz dixit, quòd anno 1409 ſurget vnus, qui euãgelium & epiſtolas & fidem Chriſti perſequetur, probatur per vnum altariſtam de veritate, per vnum baccalaureum in artibus, per vnum notarium publicum, & per multos alios &c.

Decimus articulus, qui incipit, item ponitur &c. denotando dominum Alexandrum, probatur per vnum altariſtam, articulum fore verum, qui dicit quòd interfuit: alij autem deponũt de publica voce & fama.

Vndecimus articulus, in quo continetur, quòd papa nupèr defunctus, neſcit tamẽ ſi ſit in cælo vel in inferno, qui ſcribit in cutibus ſuis aſininis, quòd archiepiſcopus cremare deberet libros Ioãnis Vuicleff, in quibus multa bona continentur, probatur per vnum præpoſitũ de veritate, & per multos alios de publica voce & fama.

Duodecimus articulus, in quo continetur, Eccè appellaui contra mandata archiepiſcopi, & exnũc appello: vultis mihi adhærere? ad quod totus populus clamauit in vulgari Bohemico, Volumus & adhæremus: probatur per vnũ presbyterum, eſſe verum: per vnum baccalaureum in artibus, eſſe verum. per vnum notariũ publicum, qui dicit, quòd interfuit quando dixit, ſi totus cœtus cardinalium cum papa diceret, librorum combuſtionem iuſtam eſſe, nollem conſentire: per vnum alium notarium publicum, per vnum rectorem cuiuſdam parochialis eccleſiæ, per vnum altariſtam, & per multos alios de publica voce & fama.

Vę qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.

Decimuſtertius articulus non eſt multùm pertinens, ideò omittitur, licèt ſit probatus.

Decimusquartus articulus, qui incipit, Idem dixit, ideò deberetis ſi vultis, mihi adhærere: non timeatis excommunicationem, quia ſecũdùm ritum & conſuetudinem Eccleſiæ appellaſtis mecum, &c. probatur per vnum notarium publicum, qui dixit auduiſſe ſe à Huſz, quòd legitimè poteſt ſe ingerere in diuinis ſub tuitiõe appellationis, dicẽdo quòd illam excommunicationem voluit habere pro benedictione, & per multos alios de publica voce &c.

Decimusquintus & decimusſextus articuli ſunt probati in Coſtãtia per teſtes ibidẽm receptos, vnà cum

cum articulis ſequentibus coram commiſſarijs cõcilij, & per multos alios teſtes in partibus coram vicario archiepiſcopi Pragenſis, receptos ſimiliter & examinatos.

Item aduertendum quòd coram commiſſarijs ſunt nonnulli libri & opuſcula, videlicet liber de Eccleſia &c. quos libros dictus Ioannes Huſz fatetur ſe compoſuiſſe, veruntamen quòd ad articulos extractos ex dictis libris, in ſuis reſponſionibus non præcisè reſpõdit, ſed certis modificationibus & limitationibus, vt appáret in actis.

Item ex actis appáret vna proteſtatio, quæ videtur cruda, & alia in principio articulorum, ſi benè aduertatur.

Item quo ad libros & cõtenta in eis, remitto me ad dominos theologos.

Subſequenter magiſter Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo ſuprà, expoſuit & dixit: ex quo proceſſus debitè ſit tentus contra Ioannem Huſz, eiusq̃ doctrinam & dictos articulos, non reſtat aliud nisi concludere & ferre ſententiam:

Quapropter per cauſam huiuſmodi per ſynodum prædictam concludi & ſententiam ferri, iuxta petitionem per eum datam, debita cum inſtantia poſtulauit.

Quibus factis, dominus Bertholdus de Vuildũgen auditor prefatus, loco quo ſuprà exiſtens, mandato & authoritate ſynodi narrauit totum proceſſum habitum coram dominis iudicibus & cõmiſſarijs, in huiuſmodi cauſa deputatis per cõcilium, & aliàs quomodò ab initio cauſæ huiuſmodi fuit in curia Romana & in partibus coram ordinario loci introducta de verbo ad verbum. Quo proceſſu recitato, idem dominus Bertholdus auditor & deputatus ad hoc, incepit articulos legere, incipiendo: Vnica eſt ſancta Eccleſia &c. & legendo quẽlibet articulum, circa ipſum ſummarium teſtium, per quot, quantos, & quales perſonas, dominos, magiſtros, magnos, aut paruos, probaretur. Et vſq̃ ad finem articulorum.

Item idem dominus Bertholdus Vuildungen dixit, qualiter ipſe Ioannes Huſz aliás in caſtro Buelebenſi Conſtantienſis diœceſis exiſtente, & ibidẽm deẽto, articuli memorati fuiſſent ſibi ibidẽm præſentati per certos deputatos, inter quos ipſe Bertholdus extiterat vnus. Et idem magiſter Ioannes Huſz fuit interrogatus, an vellet dictos articulos defenſare aut confiteri, qui magiſter Ioannes Huſz

Huſz ſubmittit ſe cõcilio.

tunc ſubmiſit ſe determinationi concilij. Et ſubſequenter vno alio tempore ſimiliter inter deputatos nationum & in præſentia dominorum Cameracẽſis & Florẽtinenſis cardinalium ſimilitet reſpõdit. Tertiò verò, vt priùs interrogatus, reſpondit, vt in ſchedula papyrea in hunc modum manu ſua ſcripta plenius cõtinetur. Cuius ſchedulæ tenor ſequitur in hunc modum:

Ego Ioãnes Huſz, in ſpe ſacerdos Ieſu Chriſti, timens Deum offendere, & timens incidere periurium, nolo abiurare articulos omnes, & quemlibet ex illis, qui per falſos teſtes in atteſtationibus producti ſunt contra me: quia Deo teſte, nõ prædicaui, nec aſſerui, nec eos defendi, ſicut dixerunt me eos defendiſſe, prædicáſſe & aſſeruiſſe.

Item de articulis extractis de meis libellis, ſaltẽ qui ſunt debitè extracti, dico quòd quicunque ex illis includit aliquem falſum ſenſum, illũ deteſtor. Sed timendo offendere Deum in veritate, & contra ſanctorum ſententiam dicere, non quemlibet eorum volo abiurare. Et ſi poſſibile eſſet, quòd toti mundo vox mea nunc patéret, ſicut omne mendacium & omne meum peccatum in die iudicij patebit, libentiſſimè omnem falſitatem & omnem errorem, quem vnquàm ad dicendum conceperim vel dixerim, coram toto mundo reuocarem. Iſta dico & ſcribo liberè & voluntariè. Scriptum manu mea propria prima die Iulij.

Hi ſunt qui fuerunt commiſſarij nomine concilij, miſsi cum articulis ad ipſum magiſtrum Ioannem Huſz vna vice, videlicet: Ioannes archiepiſcopus Rigenſis, Antonius archiepiſcopus Raguſinenſis, Bertholdus de Vuildungen, Theodoricus de Monaſterio. Hi fuerunt teſtes, videlicet Ioannes de Vualden. archidiaconus Lubecenſis, Petrus Helpurg præpoſitus Vuetzflariẽſis, Henricꝰ Heuborch decanus ſancti Petri Traiectenſis, Petrus de Mera chorepiſcopus Traiectenſis.

Subſequenter die veneris quinta Iulij, in loco congregationis dominorum deputatorum in domo fratrum Minorum, præſentibus Thoma de Amelia legum doctore, auditore ſacri Palatij, dominus Cameracenſis, dominus Florentinenſis cardinales, patriarcha Antiochenus, epiſcopus Bathonienſis, epiſcopus Saresbirienſis, archiepiſcopus Rigenſis, archiepiſcopus Mediolanenſis epiſcopus Feltrenſis, electus Poznanienſis, dictum magiſtrum Ioannem Huſz interrogauerunt, an vellet abiurare articulos quos confiteretur, & qui ſunt in libris ſuis & manu ſua ſcripti: & illos etiàm qui ſunt probati per teſtes, quos non negat ſe dogmatizaſſe, quãtùm probãtur per teſtes: an vellet iurare, q̃ eos nõ tenet nec tenebit, ſed vult ſimul cum Eccleſia cauere contrarium. Reſpondit quòd vult ſtare in eo quod ſcripſit manu ſua in præſenti parte. Et factis ſic hincinde ſuaſionibus, quòd non vellet inhærere ſuæ opinioni, ſed potiùs ſtare cũ tota Eccleſia, & cum tot doctis viris, quot ſunt in hoc ſacro concilio, tandèm perſtitit in propoſito ſuo premiſſo. Qua ſchedula ſic lecta, magiſter Henricus de Piro promotor prædictus, nomine quo ſuprà, petijt per dominos præſidẽtes & ſanctam ſynodum libros ipſius Ioãnis Huſz, videlicet librum intitulatum de eccleſia, & alios libros ſuos ſiue opuſcula, in quibus præfati articuli reperiuntur conſcripti, condemnari ad comburendum, & ſibi ſuper his miniſtrari iuſtitiæ complementum.

Huſz pertinax.

Petitione ipſius magiſtri Henrici promotoris facta, reuerẽdus pater dominus Antonius epiſcopus Concordienſis, mandato & authoritate concilij & generalis ſynodi procedendo ad ſententiã, protulit eam in ſcriptis, prout in ſchedula quam legebat de verbo ad verbũ, cuius tenor inferius eſt inſertus, plenius cõtinetur. Veniẽdo nanq̃ ad verbũ ſiue dictamẽ, Verũ quia &c. continens cũ ſequentibus, in caſu quo abiurare vellet, veniret alia pœna & prolatio ſentẽtiæ: reperto demùm, Ioannẽ remanere in pernerſitate ſua, & dicentẽ quòd propter homines

quos docuit de oppoſito,nõ vellet abiurare, ſed mil leſſès comburi, quia per eius abiuratiõem generaretur ſcandalum illis,quos docuit de oppoſito:ergò nollet aliquo modo abiurare.Et tunc dominus Antonius epiſcopus obmiſit verba illa,quæ pertinebãt ad abiurationẽ,& proceſſit ad alia verba ſequentia,videlicet,& ſumit ſententiã,tradendo per ſententiã eum iudicio ſeculari.Quibus factis,iuerunt ad ipſum Ioannem Huſz,reuerendi patres domini archiepiſcopus Mediolanen. ſuffraganeus domini epiſcopi Conſtantien. epiſcopus Bangoren. pro degradatione ipſius Ioannis Huſz, ad locum vbi ipſe Ioannes Huſz exiſtebat. authoritate & mandato ipſius ſanctæ ſynodi Conſtantien.ad finem, q̃ curiæ ſeculari tradi poſſet, ipſum Ioãnem degradarunt, legendo verba ad hoc ordinata de libro pontificali, incipiẽtia: O Iuda, amouẽdo ab eo tanquàm ab indigno calicem, & ſubſequenter ſolennitatibus ad quodlibet exhibitis,exuebant eum caſula,ſtola,tõdẽtes ſi bi crines, & ſimiliter amouẽdo ab eo omnia ſacerdotalia & clericalia.

Huſz degradatur.

Quibus factis, curia ſecularis recepit eum, & abduxit eum ad locum iuſtitiæ.

Super quibus omnibus Henricus de Piro petijt approbationem & executionem. Fuitq; reſponſum per dominos deputatos omnium nationum prædictos, ac dominum præſidentem, regemq; Romanorum,Placet.

Subſequẽter fuit lecta per eundẽ epiſcopum Cõcordien ſententia, condemnãdo illum Articulũ, Quilibet tyrannus &c. Et fuit reſpõſum per deputatos nationũ quatuor,præſidentem, & Regem,Placet. Item fuit lecta per dominũ Stephanum epiſcopũ Dolenſem ſchedula, contra impeditores venientium ad concilia generalia.

Subſequẽter ad petitionem magiſtri Henrici de Piro,idẽ dominus Antonius legebat vnam aliam ſententiam, condẽnando articulũ illum, videlicet, Quilibet tyrannus &c. prout in ſchedula infratur.

Qua lecta,fuit reſponſum per deputatos prædictos, præſidentẽ & regem,Placet. Præſentibus ibidẽm illuſtribus principibus, Henrico duce Bauariæ, Ludouico comite Palatino Rheni, Frederico burggranio Nurenbergenſi, Carolo de Malateſtis domicello Ariminenſi, Ludouico duce Bauariæ, Franciæ & Angliæ, Poloniæ, Norueg iæ, Sueciæ, Daciæ, Ludouici Neapolitani, ducis Mediolanẽſis ambaſiatoribus, Gütero comite Suartzpurg, Enerardo comite de Vuinſperg, comite de Friburg, & alijs nobilibus prælatis & Chriſtianis in numero copioſo. Subſequenter fuit lecta vna minuta per dominum Stephanum epiſcopum Dolen.contra impeditores venientium ad concilium, & recedentium ab eodẽ,cuius tenor ſequitur inferiùs.

Tenores verò dictæ ſentẽtię diffinitiuę,& alterius tyrannicidis ac minutæ,de quibus ſuprà ſit mẽtio,ſeriatim ſequuntur & ſunt tales.

¶Condemnatio illius propoſitionis, Quilibet tyrannus.

Præcipua ſolicitudine volens hæc ſecroſancta ſynodus ad extirpationem errorum & hæreſum in diuerſis mũdi partibus inualeſcentiũ prouidere,ſicut tenetur,& ad hoc collecta eſt:nupèr accepit, q̃ nõnullæ aſſertiones erroneæ in fide & bonis moribus ac multipliciter ſcandaloſæ, totiusq; reipublicæ ſtatum & ordinem ſubuertere moliẽtes,dogmatizatæ ſunt,inter quas hæc aſſertio delata eſt: Quilibet tyrãnus poteſt & debet licitè & meritoriè occídi, q̃ quemcunque vaſſallum ſuũ vel ſubditum, etiàm per clanculares inſidias & ſubtiles blãditias vel adulatiões, non obſtante quocunque præſtito iuramento ſeu confœderatione factis cum eo, non expectata ſentẽtia vel mandato iudicis cuiuſcunque. Aduersùs hunc errorem ſatagẽs hæc ſancta ſynodus inſurgere,& ipſum funditùs tollere, præhabita deliberatiõe matura, declarat, decernit & diffinit huiuſmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & in moribus, ipſamq; tanquàm hæreticam, ſcandaloſam, & ad fraudes, deceptiones,mendacia, proditiones, periuria vias dantem,reprobat & condemnat. Declarat inſupèr, decernit, & diffinit, q̃ pertinaciter doctrinam hanc perniciosiſſimam aſſerentes,ſunt hæretici, & tanquàm tales,iuxta canonicas ſanctiones puniendi.

¶Conſtitutio concilij contra inuaſores ſeu ſpoliatores accedentium & recedẽtium à concilio.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans,in ſpiritu ſancto ad extirpationem ſchiſmatis,hæreſumq; & errorum,necnõ ipſius Eccleſiæ in capite & in membris debitã reformationem legitimè congregata, ad futuram rei memoriam. Iuſtitiam & æquitatem exerceri non dubitatur,ſi quos noxię volũtatis adeò captiuat peruerſa intentio, quòd proceſſibus Apoſtolicis impudenter obuiantes,authoritaté ſanctionis canonicę contemnentes, in aliorum prolabuntur iniurias & offenſas, eccleſiaſtica cenſura percellat,& pro demerito culpæ, rigorem adijciat iudiciariæ poteſtatis.Nã ſi quilibet per cam pum licentiæ,freno depoſito modeſtiæ,vagaretur impunè, facilè quiſque ſæuiret in proximum, & neruus diſciplinãtis iuſtitiæ rumperet. Sanè licèt nonnulli Romani pontifices,antiquos Romanæ Eccleſiæ morem & conſuetudinem obſeruãtes,prout ad eos ex debito Apoſtolatũs ſibi iniuncti officij pertinebat, per certos ſuos proceſſus in die cœnæ Domini annis ſingulis ſolenniter publicantes, inter oẽs alios & ſingulos qui ad ſedẽ Apoſtolicã venientes vel recedẽtes ab ea, necnõ in illos oẽs & ſingulos, qui per ſe vel per alium ſeu alios, quaſcunque perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, ad Romanã curiã ſuper eorum cauſis & negocijs accedentes, illaq̃; in eadem curia proſequentes, aut, q̃curatores,geſtores,aduocatos & promotores ipſorum,ac etiàm auditores ſeu iudices,

dices, q̃ ſuper dictis cauſis ſeu negocijs deputantur, occaſione cauſarum emergentiũ huiuſmodi verberant, mutilãt, vel occídũt, cuiuſcunq; dignitatis, ordinis, conditionis aut ſtatũs forent, prędicta vel eorum aliqua cõmittentes, excõmunicationis & anathematizationis ſententias, à quibus nullus per alium quàm Romanum pontificem poſſet, prętерquàm in mortis articulo conſtitutus, abſolui: nec etiàm tunc, nisì de ſtando mandatis Eccleſiæ aut ſatisfactione præſtando, ſufficienti cautione premiſſa, candelis accẽſis, & ad terram proiectis, promulgauerant: & eos qui taliter excõmunicatis & anathematizatis vel eorũ alicui præſumerent beneficium abſolutionis impendere, ſimilibus ſentẽtijs innodauerũt: eisq̃; prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum eccleſiaſticorum, & confeſſionem audiendi interdixerunt officium: necnõ quicunq; iniuriatores quorũlibet ad ſacra cõcilia generalia venientium, ſeu ſtãtium in ipſis, aut recedentium ab eiſdem, diuerſas cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas tam ex canonis, quàm diuini iuris diſpoſitione incurrant: tũ ſicut ad noſtrã fidedignorũ multitudine valida inſinuatione peruenit notitiam, nõnulli iniquitatis filij, perditionis alumni, huiuſmodi cenſuras vilipendentes, ac huiuſmodi ſacri cõcilij, extirpationis ſchiſmatis, hęreſum ac errorum, ipſiusq̃; Eccleſię reformationis perturbatores, diabolico ſpiritu inſtigante, nec dignitati nec ordini deferentes, Dei timore poſtpoſito, nefarijs acſacrilegis auſibꝰ nonnullas perſonas eccleſiaſticas & ſeculares, etiàm pontificali dignitate prędităs, ad ſedem Apoſtolicam vel Romanam curiam, ſeu præſens generale concilium in ciuitate Conſtãtienſi prouinciæ Moguntinẽſis, vbì nunc Romana curia exiſtit, in ſpiritu ſancto legitimè congregatã venientes, aut recedẽtes ab eiſdẽ, inuadere, capere, arreſtare, detinere, incarcerare, mutilare, occídere, ac ſpoliare bonis ſuis, vel iniurijs * afficere quàm plurimis, & aliàs malè tractare, temeritate propria preſumpſerũt, & dietim præſumũt in Apoſtolicæ ſedis & ſacri concilij vilipendium & cõtemptum, ac ſedationis ſchiſmatis, reformationis Eccleſiæ, & correctionis morũ, necnon hæreſum & errorũ prędictorum extirpationis diſturbiũ, ſuarumq̃; animarum periculum, & ſcandalũ plurimorũ. Nos igitur volentes in premiſſis, necnõ aduersùs quoſcunq; ad ipſum conciliũ & quęlibet alia futura generalia cõcilia accedẽtes, aut ſtantes in ipſis, ſeu recedentes ab eiſdẽ, nè ab alijs Deũ non timentibus, temerarijs iniurijs infeſtentur, & opprimantur violentijs, & nè quibuſuis delinquendi aut exceſſus committendi pateat audacia, de opportuno & ſalubri remedio prouidere, huiuſmodi, necnõ omẽs alios & ſingulos alios, q̃ceſſus, ſententias & cenſuras aduersùs qua-

*affligere

rumlibet perſonarũ eccleſiaſticarũ vel ſecularium ad ſacra generalia cõcilia venientiũ, aut ſtantiũ in ipſis, ſeu recedentiũ ab eiſdẽ, moleſtatores, perturbatores vel iniuriatores, authoritate Dei omnipotẽtis, patris & filij & ſpiritus ſancti extendentes, omnes & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, gradũs, ſtatũs, vel cõditionis fuerint, etiã ſi pontificali, Imperiali, regali, vel alia quacunq; eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, q̃ quaſcũq; perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares, quæ ad huiuſmodi ſedẽ Apoſtolicã Romanã curiã hoc preſenti ſacro durante concilio, vel ad ipſum & quęcũq; alia generalia cõcilia veniẽtes & ſtantes in ipſis, aut ab eis recedẽtes, temeritate propria per ſe vel aliũ ſeu alios arreſtare, inuadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occídere, aut bonis ſuis ſpoliare, vel iniurijs * afficere, ſeu ipſos ſic delinquẽtes receptare, aut aliãs quomodolibèt impedire, ſeu ea perpetrantiũ facta & cõmiſſa, rata & grata habere, vel eis dare auxiliũ, cõſilium vel fauorẽ, publicè vel occultè, directè vel indirectè pſumpſerint, vel præſumẽt in futurũ, ſimilibus excõmunicationis & anathematizatiõis ſentẽtijs innodamꝰ eo ipſo. Terras quoquè ipſorũ & cuiuſlibet qui in premiſſis vel eorũ aliquo trãſgreſſor vel cõtemptor fuerit, dũ * tã vniuſcuiuſq; ſic tranſgreſſorũ vel cõtemptorum, vltra vnã diœceſim nõ cõtineat: necnõ oĩa, ciuitates, villas, caſtra, oppida, & quęlibet alia loca in quibus huiuſmodi exceſſuũ patratores ſeu eorũ receptatores, vel ipſis conſentiẽtes, fauẽtes, aut dãtes auxiliũ, cõſilium vel fauorẽ publicè morabuntur: necnõ illa, in quibus huiuſmodi perſonę quęſic temeritate propria detentę fuerint, quãdiù extiterint in eiſdẽ, memorata authoritate Eccleſiaſtico ſupponimꝰ interdicto. Quòd ſi terra eiuſdem duas diœceſes vel ampliùs cõtineat, dominiũ domicilij principalis ipſius, & illam etiàm in qua fuerit delictum cõmiſſum, ſi ſua ſit, & duas alias quæ ſub ipſo ſunt eidem loco magìs * vicinæ, interdicto ſubiacere volumus ſupradicto, ac etiàm omnes & ſingulos huiuſmodi excommunicationi & anathematizationis ſentẽtijs ligatos, in quibuſlibet Eccleſijs, loco vbì tale delictũ fuerit perpetratũ, vel terris & locis propter hoc interdictis magìs cõuicinis vbilibèt exiſtentibus: oĩbus diebus Dominicalibus & feſtiuis, pulſatis campanis, candelis accẽtis, publicè nunciari, ac terras, ciuitates, villas, caſtra, oppida & loca Eccleſiaſtico interdicto prædicto ſuppoſita, donèc ipſi ſic excõmunicati, meruerint ab huiuſmodi ſentẽtijs beneficium abſolutionis obtinere, dictumq̃; interdictum debuerit relaxari: ità tamen, q̃ nullus ex trãſgreſſoribus ac contẽptoribus huiuſmodi per alium, quàm per Romanum põtificem, vel ſacri cõcilij authoritate poſſit, nisì duntaxàt in mortis articulo cõſtitu-

*tamẽ terra

*vicinas

tus,nec etiam tunc,nisi de stando mandatis Ecclesiæ,satisfactione vel sufficiēti cautione(si hoc cōmodè facere possint) primitùs præstita,absolui,vel interdictum huiusmodi relaxari.Eos verò,cuiuscunq; dignitatis, ordinis,statûs aut conditionis fuerint,etiāsi pontificali dignitate præfulgeant,qui cōtra tenorem præsentium processuum,talib⁹ vel eorum alicui absolutionis beneficiū impendere presumpserint,volumus, statuim⁹, & decernimus similibus excommunicationis & anathematizationis sententijs fore innodatos eo ipso,ipsisque prædicationis,lectionis,administrationis sacramētorum,& audiendi cōfessiones officium, authoritate interdicimus supradicta,insinuantes transgressoribus & cōtemptoribus in prædictis, quòd spiritualiter & tēporaliter (prout eorum requirent excessus &demerita)grauiùs procedetur, non obstantibus quibuscunq; cōstitutionibus & quibuslibet priuilegijs, indulgentijs & literis Apostolicis,generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant,eisdem transgressoribus & cōtemptoribus,vel quibusuis alijs communiter vel diuisìm à dicta sede concessis, etiàm quòd suspendi vel excommunicari, aut eorum terræ, dominia, ciuitates, villæ, castra, oppida & alia loca interdici non possint, etiàm si de ipsis & eorum tenoribus esset in ipsis processibus mentio specialis facienda, quæ,nè contra huiusmodi sentētias & processus,quò minùs includantur in eis, per ea valeant se, terras, dominia, ciuitates, villas, castra,oppida,& loca huiusmodi tueri, & q̄ quo ad hoc,tollimus & penitùs reuocamus. Et insupèr mādamus,vt huiusmodi presens processus ad communem omium notitiam deducatur,chartas siue membranas processus continentes eosdem,in maioris & sancti Stephani Constātiensis Ecclesiarum valuis affigi,qui processus ipsos suo quasi sonoro preconio & patulo indicio publicabunt,vt prædicti quos processus cōcernent, nullam possint excusationem prętendere,vel ignorātiam allegare,quòd ad eos processus huiusmodi non peruenerint, vel ignorauerint eosdem,cùm nō sit verisimile remanere incognitum,quo ad ipsos,quod tam patenter fuit publicatum. Cęterùm omnibus & singulis dominis patriarchis,primatibus,archiepiscopis,episcopis,cæterorumq; locorū ordinarijs precipimus & mandamus,vt ipsi & eorum quilibet per se vel alium seu alios, sub pœna excommunicationis, quam ipsorum quemlibet qui mandatorum nostrorū huiusmodi transgressor & contemptor fuerit,incurrere volumus ipso facto,presentes nostros processus per eorum aut chartarum vel membranarum seu transsumptorū continentium eosdem,quibus sicuti nostris,processibus tātam volumus fidem adhiberi, in Ecclesiarum valuis seu alijs locis affixionē publicent,& prefatos transgressores & contemptores huiusmodi excōmunicationis& anathematizationis sentētijs ligatos,ac terras,ciuitates,villas,castra, oppida & loca p̄fata huiusmodi Ecclesiastico interdicto supposita,quamprimùm ipsis,vel eorum alicui de hoc legitimè constiterit, tandiù in ecclesijs Dominicis & alijs festiuis diebus, dum inibì maior fuerit populi multitudo, cāpanis pulsatis, & candelis accēsis & extinctis, denūcient, & interdictū huiusmodi inuiolabiliter faciant obseruari per censuras Ecclesiasticas aut alia iuris remedia, inuocato ad hoc(si opùs fuerit)auxilio brachij secularis,donèc ipsi transgressores & contēptores meruerint ab huiusmodi excōmunicationis & anathematizationis sententijs absolutionis beneficium obtinere, dictumq; interdictum meritò debuerit relaxari, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus coniunctim vel diuisìm à sede prædicta indultum existat,q̄ interdici,suspēdi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas,non facientes plenā & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē.Datum Constantiæ pridiè Nonas Iulij, Anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto,sede Apostolica vacante,regnorum serenissimi principis domini Sigismūdi Romanorum & Hungariæ regis,videlicet electionis quinto,coronationis primo,Hungariæ verò XXIX.

Finita aūt sessiōe,libri Ioānis Husz fuerūt cōbusti in platea palatij episcopalis, videlicet liber de ecclesia & alia opuscula eiusdē. Libri Husz comburuntur

SESSIO XVI.

DIE iouis II. mensis Iulij supradicti, fuit sessio generalis in maiori ecclesia celebrata Constantiæ, in qua prēsidebat reuerēdissimus pater dominus Ioannes Episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis. Et fuit cantatū officium missę de spiritu sancto p reuerēdum patrem dominū Nicolaū episcopū merssburgensem. Quo cōpleto,legebātur litanię&c.more aliarum sessionū.& dominus Andreas electus Poznaniēsis legebat certa capitula & ordinationes seruandas,tenoris subsequentis:

Die Iouis II. mensis Iulij prædicti,fuit sessio generalis in qua præsidebat reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis tāquàm antiquior cardinalis, Præsentibus ibidèm reuerendissimis patribus,Angelo Laudensi, Iordano de Vrsinis, Ioanne Ragusinensi,Antonio Aquilegiensi,Thoma Tricaricēsi, Brāda Placentinēsi,Francisco Venetiarum, Petro Cameracēsi, Antonio de Salancho, Alamāno Pisāno presbyteris,Landulpho Barēsi, Ludouico de Flisco, Odone de Colūna, Lucido de comite,Amadeo Salutiarum,Raynaldo de Brāckasijs,& Frācisco Floren.diaconis cardinalibus.Et fuit cantatum

officium Missę de sancto spiritu per reuerendū patrem dominum Nicolaum episcopum Mersburgensem.Quo cantato,fuit factum & peractum officium litaniarum cum introitu solito, videlicet,

Ioan.15. *Exaudi nos Domine,collectis & oratiōibus ad hoc requisitis,ac Euangelio, Hoc est præceptum meū, vt diligatis inuicēm &c. & hymno, Veni creator spiritus,collectis,versiculo,& Benedicamus. Quibus habitis atque peractis, ascenderunt ambonē, in quo edicta siue proposita & proponenda solent legi, reuerendi patres dominus Andreas electus Poznanienſis,Antonius Concordiensis, Nicolaus Mersburgensis,Vitalis Tholonensis,Patritius Cortagensis episcopi,tāquàm deputati per quatuor nationes ad legendum, approbandum &c. illa quæ synodus deliberauerit.Idem dominus Andreas electus Poznanienſis,legebat certa capitula,ordinationes & constitutionem seruandas deceterò, huiusmodi sub tenore:*

Deputatio ambasiatorum concilij ad Aragoniam.

Sacrosancta Constantiensis synodus,generale concilium faciēs,in spiritu sancto legitimè congregata,secundùm mētem & effectum ordinationis seu decreti in vltima sessione facti seu lecti,ad requirendum dominum Petrum de Luna,Benedictum decimumtertium in sua obedientia nominatū, & alia faciēdum quæ fuerint necessaria & opportuna,facit,constituit & ordinat procuratores generales,videlicet reuerendissimos in Chro patres dominos, Iacobū Turonensem archiepiscopum,Petrum Ripensem,Iacobum Adrien,Ioannem Gebennensem episcopos,Ioannem abbatē sancti Eligij *Nouimen,Cōradū de Susato sacræ theologiæ magistros,Ioannem de *Opzis sacri palatij auditorem,Petrum Paulum de Iustinopoli vtriusq; iuris,Lampertum de stipite Priorem prioratus conuentualis de Bortua Leodien diœcesis,Ioannem Vuellis,Hugonem * Holbabe, Bernardū de Planta decretorum,& Ioannem de Fabrica legū doctores,presentes & acceptantes, & Benedictū Gentiani vniuersitatis Parisiensis sacrę theologiæ professorem,absentē tanquàm presentem,ità tamē quòd ipsi omnes, aut ipsorum quatuor, vnà tamen cum cōsensu serenissimi principis domini Sigismūdi Romanorum & Hungariæ regis, si præsens fuerit, alijs non volētibus aut volētibus, cum ipso domino Benedicto XIII.in sua obedientia nominato,aut alijs ab eo super hoc sufficiētem potestatem habentibus,tractare & concludere, ac ipsorū quilibet in solidū, ipsum dominum Petrum Benedictum nomiuatū (vt præfertur)requirere,& alia coniunctim vel diuisìm facere possint,sic & prout in instrumentis publicis super hoc fiendis vel conficiendis,eisque tradēdis, pleniùs videbitur contineri.*

*Nouimen

*Opizis

*Holbalie

Quibus lectis, idem dominus Andreas electus Poznanienſis legebat certas minutas super requisitione Petri de Luna fienda,quorum tenores similiter sunt inferiùs inserti, & quas in cōtinenti ibidèm tradidit.ad ingrossandum notarijs atq; scribis propter expeditionem celeriorem. Quibus lectis, iuxta morem aliàs obseruatum super approbatiōe illorum quæ ibi decernuntur & statuuntur, reuerendus pater dominus Antonius episcopus Concordiēsis nominis natiōis Italicæ respōdit,Placet. Subsequenter dominus Vitalis episcopus Tholonensis pro Gallicana natione,Nicolaus episcopus Mersburgēsis pro natione Germaniæ,& Patritius Cortagēsis pro natione Anglicana respondērūt,Placet. Similiter dominus Ioanner episcopus Ostiensis presidēs nomine collegij cardinalium respondit,Placet.

Deindè magister Henricus de Piro procurator exposuit,qualiter fuissent aliàs productæ bullæ pro parte domini Angeli de Corario tūc Gregorij duodecimi in sua obedientia nominati,videlicet cōstitutiones ad renunciandum & resignandū papatui suo,necnon authorizationis concilij præsentis, quibus necessariò serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum & Vngariæ &c. rex vnà cum alijs supradictis procuratoribus per concilium deputatis,ad Petrum de Luna ituris, vti haberet. Sed quia pericula cuncta euitari debent, quę euitari possunt,nè ergò propter dictarum bullarū captionem,destructionem aut aliàs malam custodiā, ipsi synodo Constātiensi periculum siue damnū generari posset,idcirco dictas bullas transsumi mandare per protonotarios siue alios notarios concilij per dictum Concilium,eisq; Concilij Constantiensis authoritatem & decretum interponi talìter,quòd hìc & alibì ipsi transsumpto meritò fides plenaria adhiberi possit.Et nihilominùs repetit is in valuis Ecclesiæ executa,accusans contumaciam omnium illorum quorum interest, non comparentium, neq; ipsas bullas transsumi mandare videntium, ac interponi authoritatem synodi supradictæ curantiū, & in eorum contumaciam dictas bullas trāssumi per dictam synodum instanter postulauit. Et super hoc respondēri per deputatos prędictos nomine nationum quatuor,ac præsidentem,Placet.

Quibus sic propositis,domini deputati, videlicet Antonius Concordiensis pro natione Italica, Vitalis Tholonensis pro natione Gallicana, Nicolaus Mersburgensis pro natione Germanica, & Patritius Cortagensis pro natione Anglicana, & Ioānes episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis pro collegio cardinalium respondērunt, Placet.

Subsequenter magister Henricus de Piro promotor,nomine quo suprà, petijt per eandem synodum declarari & decerni instrumenta depositionis papatūs,renūciationis & approbationis factarū per Balthazarem de Cossa in Cellis,& alia instrumēta ibidèm per eum & nomine eius cōfecta,registranda & inserenda locis congruis,præsentis causæ registro,ità & taliter,quòd authoritate ipsius synodi ipsis instrumentis & alijs actis & habitis in concilio Constātiensi & in sessionibus publicis, plenaria adhibeatur fides, & cetera alia petijt, prout inseriùs pleniùs continetur. Ad quæ respondērunt ipsi domini prælati deputati & præsidens, Placet.

Quibus responsionibus factis & habitis reuerēdus

dus pater dominus Andreas electus Poznanienſis, authoritate & mandato ipſius ſacroſanctæ ſynodi Conſtantienſis, pronunciauit & declarauit quædã capitula ſiue ordinationes in futurum ſeruandas, huiuſmodi ſub tenore:

Item eadẽ ſancta ſynodus ordinat, iubet & decernit, inſtrumenta in ratificatione ſentẽtiæ depoſitionis per hoc ſacrum concilium nuper latæ cõtra dominũ Balthazarem de Coſſa, olim papam vigeſimumtertium, necnon renunciationi per eum factæ de papatu ſeu iure quod in eo poterat prætendere, apud acta ipſius concilij in loco ſuo congruo regiſtrari ſeu inſeri.

Item ordinat & decernit, bullas & inſtrumẽta olim domini Gregorij papæ duodecimi in ſua obedientia nuncupati, nuper in ceſſione papatus per eum ſeu eius nomine facta, in dicto ſacro concilio producta, in formam publicã trãſſumi, ſeu de ipſis tranſſumpta publica fieri per protonotarios & notarios huius ſacri concilij. Quibus trãſſumptis decernit fidem plenariam adhiberi, tanquam ipſis originalibus authoritate ipſius concilij.

¶Datur iudicibus poteſtas citandi ſub pœna priuationis illos, qui clandeſtinè receſſerunt à concilio.

Item eadem ſancta ſynodus reuerẽdis in Chriſto patribus Saresbiriẽſi, Plocẽſi, Vaurenſi & Piſtorienſi epiſcopis, aliãs pro audiendis cauſis ad præſens ſacrum concilium deuolutis & deuoluendis, ſeu aliãs ſpectantibus, per idem concilium deputatis, citandi etiãm ſub pœna priuationis per edictum in curia exequendum ſufficienti informatione præuia, omnes & ſingulos prælatos & curiæ officiales, aliosq; ad ipſum Cõcilium vocatos, qui ab hoc ſacro concilio clandeſtinè ſinè licentia receſſerunt, vt infra certũ competentem terminum eis aſſignandum, perſonaliter reuertantur & redeãt, plenam tribuit poteſtatem.

¶Quòd literæ de iuſtitia expediantur.

Item eadem ſancta ſynodus ordinat, vt literę de iuſtitia, aliãs in curia expediri ſolitę, dummodò priùs ſecũdùm antiquam curię conſuetudinem debitum curſum ſuum faciãt, ſanctæ ſynodi nomine & ſigillo per reuerẽdum patrem & dominum Ioannẽ epiſcopum Oſtien, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalem & vicecancellariũ, expediantur.

¶Quòd præſidentes habeant poteſtatem dandi licentiam recedentibus.

Item eadem ſancta ſynodus quatuor præſidentibus nationum, vt ipſi omnes aut eorum tres, ſingulis ad præſens concilium vocatis ſeu vocem habẽtibus, & ab eodem recedere cupientibus (vbi rationabilis cauſa ſuberit) licentiam recedendi dare poſſint, plenam tribuit facultatem.

¶Mandatur camerario, quòd cardinalibus cæterisque indigentibus debeat de bonis cameræ prouidere.

Item præcipit & mandat domino camerario ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, aut eius locũtenenti ſeu vicecamerario, vt dominis cardinalibus & prælatis, cęterisq; indigentibus in hoc ſacro concilio exiſtentibus, de neceſſarijs & vtilibus debeat ſubuenire, & de bonis cameræ prouidere.

Subſequẽter magiſter Henricus de Piro promotor, nomine quo ſuprà, expoſuit, qualiter ex pluriũ fidedignorum relatione, etiam hoc fama publica deferente, q; quidam Carolus de Dueil dominus loci, & Henricus de Turre, cum plurium armatorũ comitiua, non tanquàm nobiles, ſed more prædonũ & turbatorum, dominos Carcoſſonẽſem & Ebroicenſem epiſcopos, ac magiſtros Vuilhelmum de Meda decanum Syluanectenſem domini regis Francorum conſiliarios, necnon Benedictum Gentiani in theologia, & Iacobũ de Spais in artibus & medicina magiſtros, per vniuerſitatem Pariſiẽſem ad concilium deſtinatos, & per ſereniſſimũ principem Romanorum regem ad dictum dominum Carolum regem Francorum tranſmiſſos, inhumaniter in ducatu Barenſi inuaſerunt, eosq; captiuãrunt, ſpoliãrunt bonis, rebus, equis &c. & aliquos de eorũ familia interfecerunt, aliquos verò lætaliter vulnerãrunt. Quapropter petiit per ipſam ſynodũ reformationẽ ſuper tali infamia, & cõtra eos procedere & procedendũ fore, prout iuris ordo & dictamen rationis id requirit atq; poſtulat, et aliàs petijt, prout in quadã minuta inferiùs inſerta plenius cõtinetur. Et ſi placet ſynodo, q; deputati reſpõdeant, Placet.

Qua expoſitione querulosa (vt præmittitur) facta, domini deputati quatuor nationũ, vnà poſt alium, & ſubſequẽter dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis, nomine collegij cardinalium, reſpõderunt, Placet. & decreuerunt proceſſus contra eoſdẽ & alios impeditores venientes & euntes ad concilium & de cõcilio, vt ſequitur in minuta, quã dominus Bertholdus de Vuildungẽ auditor legebat, prout ſequitur inferiùs. Super quibus idem magiſter Henricus de Piro promotor nomine procuratorio quo ſuprà, petijt ſibi per protonotarios ac notarios concilij, aliosq; notarios & tabelliones ibidẽm exiſtentes, vnũ vel plura fieri inſtrumentum ſeu inſtrumenta, ad perpetuam rei memoriam. Præſentibus ibidẽm reuerendis patribus dominis, Iacobo electo Pennenſi, Ioanne de Thoriarijs de Bononia auditoribus, ambaſiatoribus ducis Burgundiæ, regis Daciæ, Sueciæ & Norwegiæ, omnibusq; dictam ſanctam ſynodum Conſtantienſem repræſentantibus, nobilibusq; *infinitis in multitudine copioſa.

*alijs in for.

Tenor verò dictarum literarum decretarum contra ipſos Carolum dẽ Dueil, & Henricum de Turre, de quo ſuprà fit mentio, ſequitur in hunc modum:

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, generale concilium faciens, ac vniuerſalem Eccleſiam catholicam repræſentans, in Spiritu ſancto legitimè congregata, venerabilibus epiſcopis Pariſienſi, Metenſi, Tullenſi, Leonenſi, ac eorum vicarijs, ſalutem in Domino ſempiternam. Nupèr ſiquidem proceſſus noſtros cõtra quoſcũq; moleſtatores, perturbatores & iniuriatores quarumcunque perſonarum Eccleſiaſticarum & ſecularium, ad Romanam curiam & præſens concilium, necnon quęcunque

cunq; alia concilia generalia venientium, ſtantium in ipſis, aut recedentiũ ab eiſdem, in publica dicti ſacri cõcilij ſeſſione fecimus & publicauimus, cuius tenorem cauſa breuitatis hîc volumus pro inſerto haberi. Cùm autem ex plurium fidedignorũ relatione, etiãm fama publica referente, ad noſtrã notitiam peruenerit, q; nobiles viri Carolus de Dueil, dominus de Ramouilla, & Henricus de Turre, cum plurium armatorum comitiua, non inſequentes facta nobilium, ſed ſuæ ſalutis immemores, tanquàm iniquitatis filij, fideiq; catholicæ ac preſentis ſacri concilij turbatores, Chriſtianorũ inimici, prędonum & tyrannorum more venerabiles Carcoſſonẽſem & Ebroicẽſem epiſcopos, ac magiſtros Vuilhelmum de Meda decanũ Siluanectẽſem, ſereniſſimi ac Chriſtianiſſimi principis Caroli regis Francorum conſiliarios per ipſum, necnon Benedictum Gentiani in theologia, & Iacobum de Spais in artibus & medicina magiſtros, per vniuerſitatẽ Pariſienſem ad præſens concilium deſtinatos: & qui per idem concilium, necnon ſereniſſimum & illuſtriſſimum principem Sigiſmundum Romanorũ &c. regem ſemper Auguſtum, huius ſacri concilij aduocatum, protectorem & defenſorẽ, ad dominũ Frãcorum regem pro bono vniuerſalis Eccleſiæ, dictiq; ſacri concilij ac honore & vtilitate ipſius Francorum regis, mittebãtur cum ſua familia & alijs de huiuſmodi ſacro concilio & Romana curia redeũtibus, aliàs ignominioſè ac tyrannicè in terris Romano imperio ſubiectis, vno ex capellanis perẽpto, & duobus ſcutiferis epiſcopi Carcoſſonenſis prædicti lætaliter vulneratis, crudeliter & ſacrilegè ceperunt, & nonnullis ex dicta familia & alijs per eoſdem nobiles & prædones, equis & bonis depredatis, per viam afflictis, & grauiter iniuriatis dimiſſis, præfatos epiſcopos, nuncios & alios, nec pontificali dignitati, nec clericali ordini deferendo, ad caſtrum de Satyn in ducatu Barẽſi captiuos inhumaniter duxerunt, eorum bona inter eos vt prædã diuidẽdo. Et quòd poſtmodùm dictus Carolus præfatos epiſcopos & aliquos ex militaribus captiuis prædictis, volens ipſos ducere longiùs & transferre, pœnis affligere acrioribus & tormentis, à dicto caſtro, reliquis captis ibi remanentibus, extraxit tempore nocturno, ipſosq; per nemora & ſtagna, flumina pariter & deuia inhumaniter lõgè perduxit à caſtro memorato. Quibus ad illuſtrium principũ, videlicet Barenſis primò, & deindè Lotharingiæ ducum notitiam deductis, ipſe videlicet Barenſis, illos qui in dicto caſtro captiui remanſerãt, eodem caſtro vi armorũ capto, & Lotharingiæ duces, epiſcopos & alios quos ſecum duxerat Carolus prædictus, armatorum potentia, eis ad id *communitatibus Metenſi, Tullẽſi & Virdunẽſi cuitatib⁹ prębentibus auxilium, conſilium & fauorem, reſtituerunt libertati, & per ſuas terras liberè cõduci fecerunt, eis equos, munera & victualia gratioſè cõcedendo. Nos præfatos duces & communitates de tantis per eos ipſis epiſcopis, nuncijs & alijs memoratis, ob ſacri cõcilij vniuerſalis Eccleſiæ ac regum prædictorum fauorem gratijs impenſis, in Domino collaudantes, nolentesq; ſicut nec decet. nec expedit, dictos ſacrilegos & quoſcunq; alios ſuper huiuſmodi horrendis & detẽſtandis exceſſibus, & eis præſtantes auxilium, conſilium vel fauorem, abſq; animaduerſione relinquere incorrectos, circunſpectioni veſtræ authoritate Dei omnipotentis, patris & filij & Spiritus ſancti, Amen, committimus, & ſub excommunicationis pœna, quam quilibet veſtrũm, qui præſentibus noſtris mandatis non paruerit, legitima excuſatiõe ceſſante & monitiõe præmiſſa incurrere volumus ipſo facto, præcipientes mãdamus, quatenùs vos vel duo aut vnus veſtrũm per vos vel alium ſeu alios authoritate præſentis concilij, de omnibus & ſimul præmiſſis exceſſibus & ea contingentibus ſimpliciter & de plano, ſinè ſtrepitu & figura iudicij, ſolicita & fideli diligẽtia adhibita, tam in veſtris ciuitatibus & diœceſibus, quàm in locis aliis, quibus expedire videritis, vos inſtruatis, & prædictos nobiles, & omnes alios & ſingulos clericos laicos cuiuſcunque dignitatis, ſtatũs vel conditionis fuerint, etiamſi regali, pontificali, vel alia quauis præfulgeãt dignitate. quos per informationem reperitis commiſiſſe & cõmitti feciſſe vel mandãſſe prædictos exceſſus, aut in eis cõmittendis præſtitiſſe auxilium, conſilium vel fauorem, ſeu eos gratos & ratos habuiſſe, vel ipſorũ exceſſuum patratores receptãſſe nominatim, necnon illos de quibus vobis per informationem huiuſmodi nominatim conſtiterit, qui quomodolibèt culpabiles fuerint in præmiſſis generaliter inxta formã ac tenorem proceſſuum prædictorum, quos pro expreſſis hîc volumus haberi, tam diù excõmunicatos & anathematizatos diebus Dominicis & feſtiuis, pulſatis cãpanis & candelis accẽſis & ad terram proiectis, in eiſdem eccleſijs atq; locis, cùm maior in eis clẽri & populi fuerit multitudo, publicè nũcietis, & faciatis ab alijs publicè nũciari, & ab omnibus arctiùs euitari, dictumq; interdictũ in ecleſijs & alijs vbilibèt iuxta tenorẽ proceſſuũ prædictorũ obſeruari, donèc nobis præfatoq; ſereniſſimo principi Romanorum regi, & prędictis epiſcopis & nuncijs, ac alijs de ſic eis cõmiſſis iniurijs ac dãnis & intereſſe ſatisfecerint, & ablata ſeu deprædata ab ipſis reſtituerint, aut ſuper hoc cum eis concordauerint, & aliàs meruerint ab huiuſmodi excõmunicationis & anathematis ſentẽtijs, abſolutionis beneficiũ obtinere, dictumq; interdictũ debuerit meritò relaxari: Ità tamen, q; id quod fuerit per vnũ ex vobis inceptum, per alium ſeu alios valeat mediari & finiri. Quòd ſi fortè præfati nobiles & prędones de iniurijs, dãnis & intereſſe, prædictis eiſdẽ epiſcopis, nuncijs & alijs aut alicui eorundem ſatisfacere, & ablata eis reſtituere ſeu ſuper hoc cum ipſis concordare per menſem poſt monitionẽ eis in locis inſignibus per edicta publica ſuper hoc factã, diſtulerint, eos ad ſatisfaciendum de iniurijs, dãnis & intereſſe huiuſmodi, & eadẽ ablata reſtituendi, ſeu ſuper ipſis cõcordandi, vt præfertur, authoritate prædicta prędicta ratiõe cõpellatis, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Et nihilominùs ad prædictorum noſtrorũ proceſſuum executionẽ contra quoſcunq; ipſorum tranſgreſſores & contẽptores, procedatis in omnibus & per omnia iuxta ipſorum ſeriem & tenorẽ, cõtradictores per cenſuram eccleſiaſticam, & alia

iuris

iuris remedia authoritate prædicta compescendo, non obstantibus felicis recordationis Bonifacij papæ septimi constitutionibus, in quibus cauetur, nè aliquis extra suam ciuitatem & diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, vltra vnam dietam à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur. Sed quòd iudices à sede deputati prædicta, extra ciuitatē et diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere seu alij vel alijs vices suas committere, aut aliquem vltra vnam dietam à fine diœcesis eorundem trahere non præsument: & de duabus dietis in Concilio generali, quàm alijs quibuscunq; cōstitutionibus à Romanis pontificibus, tam de iudicibus delegatis, quàm de personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & aliis editis, quæ nostræ possent in hac parte iurisdictioni atq; potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibet obuiare, necnon oībus his quæ in dictis nostris processibus volumus non obstare. Datum &c.

Quibus lectis, domini deputati, & demùm dominus Ioannes episcopus Ostien̄ præsidens responderunt, Placet.

¶ Mandat concilium registrari instrumenta de ratificatione sententiæ contra Ioannem papam 23.

Item eadē sancta synodus ordinat, iubet, & decernit instrumenta in ratificationibus sententię depositionis per hoc concilium nupèr latæ contra dominum Balthasarem de Cossa, olim Ioannem papam 23. necnon renunciationis per eum factæ de papatu, seu de iure quod poterat in eo prætēdere, apud acta ipsius concilij in loco suo congruo registrari & inseri.

¶ Mandat transsumi literas de cessione Gregorij 12.

Item mandat & decernit bullas & instrumēta olìm domini Gregorij papę 12. in sua obedientia nuncupati, nupèr in cessione papatûs per eum seu eius nomine facta, in dicto sacro concilio producta, in formam publicā transsumi, seu de ipsis transsumpta publica fieri per ꝓtonotarios & notarios huius sacri concilij, quibus transsumptis decernit fidem indubiam adhiberi tanquàm originalibus ipsis, authoritate ipsius concilij. Deputati verò quatuor nationum, earum, & dictus dominus Ostiensis collegij cardinalium nominibus approbādo, responderunt: Placet.

SESSIO XVII.

De recessu domini Imperatoris, quem concilium benedixit.

DIE lunę quintadecima supradicti mēsis Iulij Constātię prouincię Moguntinensis in ecclesia maiori fuit tēta & solenniter celebrata sessio generalis, præsente ibì serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum & Hungarię &c. rege, vnà cum q̄ pluribus principib⁹, ducibus, Comitibus, & nobilibus. In qua celebrauit officiū Missæ reuerendus pater dominus Vdalricus episcopus Verdēsis, præsidebatq; sessioni huiusmodi reuerendissim⁹ pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis, indutus pōtificalibus: & singulis ordinatis, legebātur litaniæ, ac aliæ deuotę oratiōes more aliarum sessionum. Ipsis autē oībus expletis, dominus SIGISMVNDVS rex ꝓdictus stetit ante altare genib⁹ flexis in veste nō imperiali, sed quotidiana, capite denudato, assistētibus eidē reuerendissimis patribus dominis Laudēsi & de Vrsinis sanctę romanę Ecclesię cardinalibus. fuitq; interim cātata Litania, & cùm peruētum est ad locū, VT ECCLESIAM, dominus præsidens legit in hunc modū: VT ECCLESIAM tuam & regē nostrū Imperatorē electum, hìc præsentem, Ecclesię tuę aduocatum & defensorē, ad perfectā redintegrationē vnitatis Ecclesiæ ꝓpatę iter arripientem dirigere, protegere, & conseruare digneris. Fuit respōsum: TE rogam⁹, audi nos. Secūdò dixit, VT ECCLESIAM tuam & eūdem regem electum, ab oībus inimicis visibilib⁹ & inuisibilibus præseruare & defēsare digneris. Tertiò dixit: VT EVNDEM IMPERATOREM ELECTVM, ETIAM ad nos incolumem reducere digneris. Fuit responsum secundò & tertiò, sicut primò. Cōpleta Litania, ipse præsidens cōuertit se ad IMPERATOREM, dicendo preces: SALVVM fac seruum tuum Domine, NIHIL proficiat inimic⁹ in eo. ESTO ei Domine turris fortitudinis. Et decātata oratione pro pace Ecclesiæ, redeunteq; IMPERATORE ad sedem suam, dominus Antonius episcopus Concordiensis legit quandā bullā & alia capitula infrà scripta, tenoris sequētis:

fiendæ reuerēdissimo patri domino Angelo Corario cardinali Constātinopolitano, olim Gregorio papæ duodecimo in sua obedientia nominato, nuperrimè papatui suo renuncianti, præsente ibidēm præfato domino Sigismūdo Romanorū rege in habitu quotidiano, necnō præsentibus reuerendissimis patribus dominis Ioanne Ostiensi, Angelo Prænestino, Iordano, Albanensi episcopis, Ioanne S. Sixti Ragusinensi, Antonio Aquilegiensi, Alamāno Pisano, Thoma Tricaricensi, Brāda Placen. Antonio de Salūcho presbyteris, Amadeo Salutiarum, Rainoldo de Brāchasijs, Ludouico de Flisco, Landulpho Barensi, Odone de Colūna, Lucido de comite, & Francisco Florētinensi diaconis cardinalibus. Quibus sic existētib⁹, vt prefertur, ibidēm fuit celebratum officium Missæ per reuerēdum patrem dominū Vlricum episcopum Verdēsem, de sancto spiritu, & Sermone ad clarum factō per reuerendū patrem dominum Nicolaū Ceretēsem episcopū, cuius sermonis thema fuit, Corpus nostræ humilitatis. Officio verò Missæ solēniter peracto, fuit incēptum officiū Litaniarū cū introitu, Exaudi nos domine, more solito cum Collectis, orationibus & euāgelio, Desygnauit dominꝰ & alios septuaginta duos, ac hymno, Veni creator Spiritꝰ. His peractis, reuerēdissimꝰ pater dominus Ioānes episcopus Ostiēsis cardinalis Viuariensis, prædictꝰ presidens, accessit ad altare, serenissimo domino rege Romanorū trāseunte ad locum præfatū, vbì parabatur sedes ipsi domino regi, cum dominus Iordano Albanēsi et Angelo Prænestino episcopis cardinalibus, ipsi domino reassistētibus in officij solēnitate. Quibus hincindè in locis prælibatis existētibus, fuit secundariò inceptum officium Litaniarū per cantores synodi. Quibus litanijs dictis, rege in loco suo genibus flexis stāte, prælibatus reuerendiss. pater dominus Ioannes episcopꝰ Ostiēsis & præsidens legebat: Vt Ecclesiam tuā & Imperatorē electum hìc præsentem, Ecclesiæ aduocatum & defensorem, ad perfectiorem redintegrationem vnitatis Ecclesiæ prefatę iter arripientem, dirigere, protegere & conseruare digneris. Chorus respondebat: Te rogamus, audi nos Subsequēter legit: Vt Ecclesiam tuam & eundem Imperatorē ab omnibus inimicis visibilibus & inuisibilibus præseruare & defensare digneris. Te rogamꝰ &c. Tertiò legebat: Vt eundem regem Imperatorem ad nos incolumem reducere digneris. Chorus: Te rogamus &c. Tunc officium litaniarum vltrius more solito fuit completum per cantores siue chorum. Quo finito, idem dominus reuoluit se ad Imperatorē, legendo preces ac versiculum: Saluum fac seruū tuū domine. Respond. Deus meus sperantem in te. Subsequenter: Nihil proficiat inimicus in eo. Respond. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. Esto Domine ei turris fortitudinis. resp. A facie inimici. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscū, & cum spiritu tuo. Vltimò legebat collectam ad ponendā pacem in Ecclesia Dei His itaq; peractis, rex Romanorū præfatus recessit de illa sede, & reuersus fuit ad sedem suam solitā, vnà cum dictis dominis cardinalibus sibi in officio assistentibus. Tunc ascenderunt ambonem, in quo edicta & ordinationes sanctæ synodi Constātiensis solent legi & publicari, reuerendi patres domini Antonius Concordiensis, Vitalis Tholonensis, Nicolaus Mersburgensis, & Patricius Cortagensis episcopi nomine quatuor nationum, superueniente & assidente postremò domino Ioanne patriarcha Antiocheno. Quibus ibidē existētibus, dominus Antonius de mādato & authoritate ipsius sanctæ synodi legebat schedulam papyreā cōcessionum, legationum, saluiductuūm & aliorū indultorum reuerendissimo patri domino Angelo Corario cardinali Cōstantinopolitano, per Concilium & synodū cōcessorum & donatorum, in hūc modum:

Sacrosancta generalis &c.

Bulla legationis dñi Angeli, olìm Gregorij duodecimi & prouisionis eiusdem.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam representās: Cùm Christi fideles pijs in domino & deuotis affectibus, multis tēporibus, solicitudinibus, impensis, laboribus atq; curis occupati fuerint circa extirpanda schismata de Ecclesia sancta Dei, & post atq; inter omnia alia huius pestiferi morbi quæsita remedia, toti penè Christianitati & huic tandèm sacro Concilio Constantiensi facilius & potius antidotum ad hoc exequendū, visum fuit, renūciationes ac cessiones fieri debere per quēlibet pro Papa seu Romano pontifice se gerentem, præcipuè quoquè propter pacē & trāquillitatem sanctæ matris Ecclesię, totalis redintegrationis ordinem ad perfectionem, authore bonorū oīum, deducendū, laudabili humilitate prosequutus sit dominus, videlicet reuerēdissimus dominus Angelus de Corario, qui in sua obediētia Gregorius duodecimus dicebatur, renunciādo videlicet, cedendoq; expressè in scriptis realiter & cum effectu, iuri, titulo & possessiōi, quod, quem & quam, vel si quod, quem, aut quā habuit in papatu, & resignando papatū & omne ius papatûs, titulum & possessionē, quod, quem, & quā habebat, vel habere dicebatur, per manus magnifici viri domini Caroli de Malatestis, ꝓ sancta Romana Ecclesia Arimini & nonnullarum aliarum terrarum in temporalibus vicarij & rectoris, ꝓuinciæ Romandiolæ generalis, plenum & speciale ad hoc mandatū habentis, quemad modùm in gestis siue actis publicis, in sessione dicti sacri Cōcilij quarta die huius mēsis Iulij facta, per instrumenta authētica cōprobatur. Et attendēs dicta sancta synodus Constantiensis quàm sponte & liberaliter in præscriptis, cessione, renunciatione & resignatione per ipsum dominum Angelū, & pro eodem processum fuerit vsq; ad effectū Deo gratum & cōmendabilem inclusiuè, & etiàm ad ipsius sanctæ synodi declarationē, antequàm ille dominus qui in sua obedientia dicitur Benedict⁹, cesserit, aut cedere voluerit experiretur, quātaq; bona ex his sanctæ matri Ecclesiæ attulit, ac vniuerso populo Christiano prouenient, sintque domino largiente prouentura, & quòd serenissimus princeps & inuictissimꝰ dominus Sigismūdus Dei gratia Romanorū & Hungarię &c. rex, supradicta etiàm pia cōsideratione aduertens, quędam capitula seu articulos, personæ securitatem, ac quietem vitæ & statûs condecentiam dicti domini Angeli, olìm in sua obedientia Gregorij duodecimi nuncupati, concernentia, dictę sanctæ synodo exhibuit atq; porrexit, volēs dicta sancta synodus, ꝙ Ecclesiæ sanctæ filij videant, quāta sibi benefacientes ipsa mater Ecclesia gratitudine prosequatur, præcipuè tanti filij & defensoris precibus inclinata, statuit, ordinat, & decernit, ꝙ dictus Angelus inter sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales sit, & esse

Pietas Imp. Sigismūdi.

Oratio pia concilij pro Imperatore Pio.

Luc. 10.

Constātien. cōci. sess. 14.

debeat

debeat episcopali titulo, per præsens Cócilium aut futurum Romanum pontificẽ suo tempore pro pace ecclesię declarando, cum omnibus honoribus & emolumẽtis & alijs debitis seu cõsuetis perpetuò insignitus, secundusq; post Romanum põtificem dignitate & ordine habeatur, nec aliqs sanctę Romanæ Ecclesiæ cardinalium sibi in hoc præferatur: saluo, si ille qui in sua obedientia dicitur Benedictus, cõsimiliter renũciauerit, & cesserit iuri, titulo & possessioni Papatũs, quod, quem, & quam se prætẽdit habere, & ipsos ambos in eodem loco siue tractatu simul personaliter cõcurrere cõtingat, quod tunc in sacri concilij ante electionem, & futuri pontificis Romani post electionẽ potestate existat, inter ipsos duos gratificãdo qs præemineat, ordinare. Insuper dicta sancta synodus statuit, ordinat, & decernit, quòd dictus dominus Angelus quoàd vixerit, sit sanctæ sedis Apostolicæ in prouincia Marchiæ Anchonitanæ & præsidatũs * Farcẽsis, cum prouisione, salario, gagijs, muneribus & honoribus solitis cardinalis legatus de latere in spiritualibus & tẽporalibus, atq; vicarius irreuocabiliter permãsurus, cũ omnibus & singulis facultatibus, & authoritatibus huiusmodi legatorum, quæ legatis talibus concedi per sedem Apostolicam in forma plenissima cõsueuerunt: quodq; eidem Angelo fauores & gratiæ sedis Apostolicæ in præbendis, beneficijs & alijs prouisionibus largifluè impendantur. Præterea dicta sancta synodus statuit, ordinat & diffinit, q̃ idem dominus Angelus, ratione & occasione spiritualis & tẽporalis administrationis papatũs verè ac putatiuè, quomodocũque & qualitercunquè vsq; in præsentẽ diem, & quousquè per formã cõstitutionis pridiè in dicta sancta synodo factæ, eidẽ licebit, quẽ & quam habuit aliquãdò, aut cuiusuis legationis, vicariatũs, seu nũciationis sedis Apostolicę, aut alterius gestiõis siue administrationis nomine Romanę Ecclesię, & maximè in prouincia Marchiæ Anchonitanę vel alibi, dum minori fungebatur officio, ac etiàm occasione vel causa suæ personæ nõ posset, neq; debeat de actis, gestis, ordinatis, indultis, concessis, receptis, leuatis, habitis & erogatis, donatis & alienatis ac effusis, quitatis, liberatis, aut alijs quibuscunq; seu qualitercunquè factis seu peractis per eum, seu eius nomine, aut ad eum vel potestatẽ eius quoquo modo peruenerint, ad cuiuscũq; officij vel cuiuscunq; personę instantiam, cuiusuis dignitatis, præeminentię, statũs, gradũs, ordinis vel conditionis aut sexũs, etiàm si Papalis, Imperialis, vel regalis existat, de iure vel de facto, aut aliter qualitercunq; cõueniri, denunciari, accusari, vexari, inquietari, impediri ordinariè siue extraordinariè, cũ promotione vel sinè, in iudicio siue extra, per se vel per aliũ, Apostolica concilij præsentis aut alia quauis authoritate, ordinaria vel subdelegata, seu aliâs molestari, nec contra eum inquiri valeat, nec vllo vnquàm tẽpore realiter vel personaliter, ciuiliter vel criminaliter aut mixtim, seu aliâs quomodocunquè, etiãsi dolus vel fraus aut aliqua alia corruptela circa præmissa vel eorũ aliquod, re ipsa vel aliâs notari possent, aut dicerẽtur quomodolibèt interuenisse: quodq; idem dominus Angelus non teneatur, nec debeat cuiquam (vt præmittitur) personę in iudicio vel extra de præmissis vel aliquo eorum, aut dependentibus, emergentibus aut cõnexis, siue prorsùs extraneis à p̃missis vel aliquo præmissorum respondere, rationem reddere, aut calculum facere, etiàm coram gentibus Apostolicę cameræ, vel alijs quouis modo, directè vel indirectè, publicè vel occultè, nisi quatenùs sibi propria cõscientia, cui quo ad hoc, totaliter relinquatur, dictauerit faciendũ. Dicta nanq; sancta synodus ex superabundanti liberat dictum dominum Angelũ de his omnibus, vniuersis & singulis, alijsq; in quibuscunq; põdere, numero, & mensura, cuiusuis qualitatis, quantitatis, generis vel speciei, iuris corpore comprehensorum vel non, existant, quæ omnia hîc & eorum valores, nomina, cognomina, qualitates, genera ac species habere voluit, & vult pro specificè & expressè declaratis, àc si de eis expressa mẽtio facta foret, etiamsi sacra fuerint aut prophana, cõmuniter vel diuisim seu mixtim ad quemcunque valorem ascendant, attẽta libera & spontanea cessione papatũs per ipsum dominum Columan de Malatestis procuratorem eius, pridèm in huiusmodi sancta synodo facta, pro pace & vnione in Ecclesia sancta Dei p̃dicata, quãtùm in eo fuerit modis omnibus promouẽdis, quibus Romanę Ecclesiæ obligatus aut obnoxius fuerit, vel dici potuerit, siue possit: exnũc quitat, liberat penitùs & absoluit: nec non vult, & nunciat eum ab illis omnibus totaliter exemptum, quitatum, liberũ, & absolutũ, eidemq; domino Angelo pro se vel suis hæredibus ac successoribus omnia & singula sanctæ Romanæ Ecclesię & Apostolicæ cameræ per eum qualitercũquè debita, vel aliâs pro eo plenariè, liberè & purè remittit, donat, & largitur. Tollit deniquè ex certa scientia quo ad præmissa omnia, & singula inualidat atq; suspẽdit dicta sancta synodus, tam restitutionis in integrũ, quàm de vacatione sedis, & omnia alia iura & beneficia siue priuilegia, per quæ Romanę Ecclesiæ Apostolicæq; cameræ, aut futuro eius põtifici contra præmissa vel aliquod eorũ subueniri, aut de ipsis vel earum aliquid infringi, seu aliqualiter possent trãsgredi, aut violari, decernens irritũ & inane, si quid in contrariũ à quouis, quauis authoritate vel quouis ingenio vel colore contigerit attentari, non obstantibus quo ad omnia & singula supradicta,

*Farsen
*Farfen

pradicta, tam canonicis quàm ciuilibus iuribus, & Apostolicis constitutionibus, generalium Conciliorum *constitutionibus, ac alijs dispositionibus contrarijs quibuscunque. Statuens & ordinans dicta sancta synodus, quòd quilibet futurus Romanus põtifex, omia & singula supradicta studeat inuiolabiliter obseruare, eaq; suis Apostolicis literis in forma plena, congrua & decẽti approbet, ratificet, de nouo concedat, indulgeat, atq; confirmet: & quòd quicunq; Romanum pontificẽ eligentes, quo ad hoc, ante sui Apostolatũs inthronizationem sub vinculo præstandi iuramenti obligent efficaciter & adstringant, mandans & precipiẽs dicta sancta synodus, quòd vltrà sacri Concilij publica gesta seu munimẽta solito more super præmissis cõficienda, fiant super p̃missis omibus & quolibet eorum ad maiorem certitudinem patentes literę, sub sigillo Concilij in forma plenissima cum omnibus & singulis clausulis, non obstantibus necessarijs, reuocatorijs, & derogatorijs, & alijs opportunis dicto domino Angelo, seu alteri vel alijs pro eo recipienti vel recipientibus assignandæ.

Quarum quidem ordinationum, conceßionum, prouiſionum & indulgentiarum ſchedula, vt præmittitur, lecta, reſponſum fuit ad cõtenta in eadẽ, primò per dominum Antonium Concordiẽſem. pro Italica, Vitalem Tholonenſem pro Gallicana, Nicolaum Mersburgenſem pro Germanica, & Patritium Cortagenſem epiſcopos pro Anglicana nationibus prædictos, & Ioannem epiſcopum Oſtienſem cardinalem Viuarienſem pro collegio cardinaliũ. Placet.

Quibus vt præmittitur factis, Ioannes patriarcha Antiochenus eodem loco exiſtens, de ſimilibus voluntate & mandato legebat vnam ſchedulã certarum inhibitionis, cenſuræ & excommunicationis ſententias, ac priuationes in ſe continentes contra omnes & ſingulos dantes & dari facientes impedimentũ dominis prælatis, ambaſiatoribus, nuncijs, procuratoribus, & alijs ad concilium venientibus, & de concilio recedentibus licentiatis. Nec non dictum impedimentum regiæ maieſtati & ſecum venientibus, ſiue itinerãtibus, in eundo & redeundo Nicią, & de Nicia ſiue alijs locis per quos tranſuerit, & in quos interim fuerit conuentũ de mutua viſione habenda, prout inferiùs ſequitur.

Item idem patriarcha nomine & authoritate quibus ſuprà, pro vnione & felici ipſius regis trãſitu & ſuorum, die Dominica eſſe proceſſionem generalem per prælatos ſanctæ ſynodi Conſtantienſis, & decæterò domino rege exiſtente foràs in itinere, omnibus diebus Dominicis eſſe debere proceſſionẽ generalem. Et fuit reſponſum per dominos deputatos prædictos ac cardinalem Viuarienſem, Placet. Super quibus venerabilis vir magiſter Hẽricus de Piro promotor, petijt ſibi fieri vnũ vel plura, ac tot quot ſufficiant, per protonotarios ſedis Apoſtolicę, & notarios nationum & concilij Conſtantienſis, & alios ſingulos ibidèm præſentes, publicũ ſeu publica inſtrumentum & inſtrumenta. Preſentibus ibidèm illuſtribus principibus dominis Ludouico comite palatino Rheni, Frederico burgrauio Nurẽbergenſi, Carolo de Malateſtis domicello Arimini, & pro ſancta Romana Eccleſia in Quincia Romãdiolæ rectore generali, Gũtero comite de Suuartzburg, magiſtro curiæ Romanorum regis, Bertholdo de Vrſinis comite Suuenſi, Ioanne de Paleſthoue, & Zauiſchio dicto Nigro, ambaſiatoribꝰ regis Poloniæ, alijsq; regum, principum & baronum, ciuitatum, vniuerſitatum ſtudiorum ambaſiatoribus, & cæteris Chriſtianis in multitudine copioſa.

Tenor verò dictæ ſchedulæ, per præfatum patriarcham Antiochenum lectæ, de qua ſuprà fit mentio, ſequitur & eſt talis:

¶ Quòd impediens regem Romanorum in itinere ad regem Aragonum, ſit ipſo iure excommunicatus.

Quia dignum est, laborantes prõ pace sacrosanctæ Ecclesiæ plena libertate securitateq; gaudere, nullisq; impedimentis seu molestijs inquietari, hæc sacrosancta Constantiensis synodus, Ecclesiam catholicã repræsentãs, in spiritusancto legitimè cõgregata, statuit, diffinit, & ordinat, q̃ quicunq; cuiuscunq; statũs aut cõditionis existat, etiàm si regalis, cardinalatũs, patriarchalis, archiepiscopalis, episcopalis, ducatũs, principatũs, comitatũs, marchionatũs, seu alterius cuiuscũq; dignitatis seu statũs, ecclesiastici vel secularis existat, qui sereniſſimũ & Christianiſſimum dominũ Sigismundũ Romanorum & Hungariæ, &c. regẽ, vel alios cum eodem, ad conueniendum cum domino rege Aragonũ, pro pace Ecclesiæ, ad extirpationem presentis schismatis per hoc sacrũ concilium ordinatos ad dictã conuentionẽ eũtes vel recedẽtes impediuerit, perturbauerit vel molestauerit, aut aliquod damnũ in personis aut bonis aut famulis eorum intulerit, aut inferri per alium seu alios, directè vel indirectè, clàm vel palàm, seu quoquo modo inferri procurauerit, sentẽtiã excõmunicationis authoritate huius sacri cõcilij generalis ipso facto incurrat, absolutionę eiusdẽ ipsi sacro concilio, seu futuro vnico & indubitato summo pontifici, præterq̃ in mortis articulo, specialiter reseruata: & vlteriùs oĩ honore & dignitate, officio, beneficio Ecclesiastico vel seculari sit ipso facto priuatꝰ. Quòd celebretur Missa singulis diebus dominicis per concilium, & fiat processio, & interessentes habeant centum dies indulgentiarum.

Quàm piè & studiosè pro Imperatore peregrinante cõciliũ orárit.

Item vt Deus præfati sereniſſimi principis & aliorum cum eo ad dictam conuentionẽ Ecclesiæ suę gressus dirigere, & corda illorũ cum quibus acturi sunt, ad eandem pacẽ seu clementiam inducere, & illos cum dicta pace obtenta ad dictum sacrum concilium incolumes reducere dignetur, statuit & ordinat sancta synodꝰ, q̃ singulis septimanis die dominico fiat processio generalis in hac ciui-

tate Conſtantienſi cum Miſſa ſolenni, quibus proceſſioni & Miſſæ omnes prælati in hoc concilio exiſtentes, intereſſe iteneãtur, veſtimentis pontificalibus (vt eſt moris) induti. Conceditq; dicta ſancta ſynodus cuilibet præmiſſis intereſſenti centum dies indulgentiarum, & totidem cuilibet presbytero vnam Miſſam celebrãti, & alijs qui deuotè ſemèl in die PATER NOSTER ET AVE MARIA, pro dicta incolumitate orãdo dixerint, quadraginta dies indulgẽtiæ in forma Eccleſiæ cõſueta. Lectis ſupradictis, per deputatos quatuor nationũ dominũ præſidẽtem, fuit concorditer reſponſum, Placet.

SESSIO XVIII.

ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Sabbati decimaſeptima menſis Auguſti, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, in qua præſidebat reuerẽdiſſ. pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtiẽſis, ſanctę Romanę Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius. fuitq; decantatũ officiũ MISSAE de Aſſumptiõe beatę virginis Marię per dominum Petrũ epiſcopum Olorenſem. Quo finito, legebatur Litanię, & alia fiebant more aliarũ ſeſſionũ. Quibus expletis, domin⁹ Antoni⁹ epiſcop⁹ Cõcordiẽſ legebat articulos inferiùs deſcriptos:

cũ introitu, Gaudeamus omnes in Domino, prout in feſto Aſſumptiõis beatę Mariæ virginis, Litanijs, oratiõibus, Veni creator ſpiritus, Euangelio &c. Præſentibus ibidẽm reuerendiſſimis patribus dominis Ioanne epiſcopo Oſtienſi cardinali Viuarienſi præſidẽte, Iordano de Vrſinis, Albanẽſi, Angelo Laudenſi Prænestino epiſcopis, Franciſco Venetiarum, Ioanne S. Sixti, Antonio Aquilegienſi, Branda Placentinenſi, Alamanno Piſano, Thoma Tricaricẽſi, Guilielmo S. Marci presbyteris, Raynaldo de Brancka ſijs, Amadeo Saluciarum, Landulpho Barẽſi, Lucido de Comite, Ludouico de Fliſco, & Franciſco Florentinenſi diaconis cardinalibus. Quibus Miſſæ & litaniarum officijs ſolenniter peractis, aſcenderunt ambonem, in quo ſententiæ, edicta, ſtatuta & ordinationes ſynodi Conſtantiẽſis publicari & legi ſolent, reuerendi patres domini Antonius epiſcopus Concordien. Andreas electus Poznanien. Nicolaus epiſcopus Mersburgen. Vitalis epiſcopus Tholonen. & Thomas abbas ſanctæ Mariæ extra muros Eboraci ordinis S. Benedicti. Idem Antonius epiſcopus Concordien de mandato ipſius ſanctæ ſynodi legebat quedam capitula, ſtatuta ſiue conſtitutiones obſeruãdas ad perpetuam rei memoriam huiuſmodi ſub tenore:

Datur poteſtas iudicibus diffiniendi, & cauſas per duos cognoſcendi.

Nupèr ſacroſancta & vniuerſalis ſynodus Conſtantienſis, reuerẽdos in Chriſto patres dominos Piſtorienſem, Vaurenſem, Plocenſem & Saresbirienſem epiſcopos, ad audiendum cauſas & querelas ad ipſum Conciliũ deuolutas & deuoluendas ſeu deducendas, vſq; ad ſententiam excluſiuè deputauit. Ne-

quiẽs igit̃ ipſa ſancta ſynodus, diuerſis alijs occupata negocijs, ipſarum cauſarum finali deciſioni intẽdere, nolensq; eas abſq; finali deciſiõe diù proptereà remanere, prędictis dominis epiſcopis etiàm cauſas ipſas finaliter, ſummariè, ſimpliciter & de plano ſinè ſtrepitu & figura iudicij, finiendas & terminandas, aſſumptis ſibi in rimandis proceſſibus & ſententijs proferendis quatuor aſſeſſoribus de quatuor nationibus eiuſdẽ ſynodi per eos eligendis, partibus nõ ſuſpectis, ſuper quo eorum conſcientiæ onerẽtur, cauſis tãtùm cathedralium Eccleſiarũ & maioribus earundem cauſarũ duntaxàt exceptis, plenariam tribuit poteſtatem. Et vt eo facilius negocia & cauſæ ad finem optatũ perueniant, eadem ſancta ſynodus, vt ipſi quatuor, aut tres, aut duo ex ipſis, alijs ſtatutis horis nõ veniẽtibus, terminos ipſos in ipſis cauſis occurrentes, teneri & obſeruari facere, & aliàs vſq; ad diffinitiuam ſententiã excluſiuè, in cauſis ipſis procẽdere poſſint & valeant, ordinat, ſtatuit & decernit.

¶ Quòd adhibeatur fidès bullæ Concilij.

Item ſtatuit ordinat & decernit dicta ſancta ſynodus, quòd quibuſcunque veris literis ſub bulla ipſius ſynodi cõficiendis, in q̃buſcunq; cauſis, negocijs & factis ſtetur firmiter in iudicio & extra, vbicunquè exhibitę fuerint vel oſtenſę: illaq; fides ipſis exhibeatur, quæ veris literis Apoſtolicis bullatis conſueuit & debet meritò adhiberi: ac eandem vim, illudq; robur habeant in omnibus & per omnia, quam & quod ipſæ literæ Apoſtolicæ habent, & habere debẽt, & poſſunt quoquo modo, ſuper cuius bullæ vſu & cuſtodia per Concilium deliberabitur.

¶ Quod committentes falſum circa bullam Concilij, puniantur ſicut falſarij literarum Apoſtolicarum.

Item prędicta ſancta ſynodus ſimiliter ſtatuit, ordinat & decernit, quòd omẽs & ſinguli, qui dolum & fraudem ſeu falſitatẽ aliquam circa huiuſmodi literas bullandas dictæ ſynodi pro tempore forſitan commiſerint: & illi etiàm qui in hoc cõſenſerint, aut talia fieri procurauerint, vel literis falſis ſcienter vſi fuerint, illas cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas incurrant, quas falſificatores literarũ Apoſtolicarũ, & qui illis literis ſcienter vtũtur, necnó participes illius cauſæ idẽ crimẽ incurrũt iuxta canonicas ſanctiones.

¶ Quòd literæ expediantur ſuper gratijs per olim papam Ioannem conceſſis, exceptis exorbitantibus & expectatiuis.

Item ſimiliter ſtatuit, decernit & ordinat dicta ſancta ſynodus, q̃ literę ſuper omnibus & ſingulis gratijs per dominum Balthaſarẽ tunc Ioãnem papam 23. factis, vſq; ad ipſius adminiſtrationis ſuſpenſionem in ſpiritualib⁹ & tẽporalibus, ſcilicet, quę fuit de Martis 14. menſis Maij præſentis anni, ſignatis, poſſint

poſſint & debeant per reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominũ Ioannem epiſcopum Oſtienſem, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalem & vicecãcellarium, & quatuor ſibi adiunctos de quatuor nationibus, videlicet dominos Concordienſem pro Italica, Ariminenſem pro Gallicana, Theodoricum *Voym pro Germanica, & dominum Robertum *Appellieñ. p Anglicana, authoritate dictæ ſynodi ſub modis & formis, quibus ſummi põtifices literas gratiarum & cõceſſionum ſuorũ prędeceſſorum Romanorum pontificum & ſimilibus expedire conſueuerunt, iuxta conſtitutiones & regulas ac obſeruantias & ſtylum cancellariæ Apoſtolicæ, & ſub nomine & bulla dictæ ſynodi expediri, expectationibus & exorbitantijs duntaxàt exceptis.

*Noyon *Niẽm *Appelteñ for. *Saresbirienſem

Ego Antonius epiſcopus Concordienſis, die ſabbati decimoſeptimo præſentis menſis Auguſti, milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, ſuprà ſcripturam, prout iacet, de mandato omniũ quatuor nationum totius generalis ſynodi Conſtãtienſis, legi, recitaui, & alta voce publicaui in ſeſſione publica totius ipſius generalis ſynodi Conſtantienſis in maiori Eccleſia Conſtantienſi congregatę. In cuius fidem hìc manu mea ſubſcripſi.

Qua quidem ſchedula lecta, idem dominus Antonius epiſcopus Concordiẽſis legebat vnam aliam ſchedulam deputationis ambaſiatorum, ad Italiam nomine ſynodi prędictæ mittendorum, huiuſmodi ſub tenore:

¶ Deputantur ambaſiatores ad Italiam,

Sacroſancta ſynodus Conſtãtienſis mittit ambaſiatores ſuos ad reuerendiſſimum patrem & dominum, dominum Angelum Corarium epiſcopum cardinalem, olim Gregorium 12. in ſua obedientia nominatũ, & dominos cardinales ſecũ exiſtentes, & ad alios patres Italiæ ſuper factis & negocijs eccleſię cum inſtructionibus & facultatibus deliberatis & concluſis, quorum ambaſiatorũ nomina ſunt hæc, videlicet domini archiepiſcopus Mediolanenſis, archiepiſcopus Raguſinus, epiſcopus S. Flori, abbas Florentinenſis, præpoſitus Quinq; eccleſiarum, magiſter Ioannes *Scholij. Quibus lectis, fuit per deputatos & præſidentem concorditer reſponſum, Placet.

*Scholis *Stobyn

Ego Antonius epiſcopus Concordienſis de mandato quatuor nationum generalis ſynodi Conſtantienſis, præſentem ſchedulam legi & publicani die decimoſeptimo mẽſis Auguſti, anno milleſimo quadringenteſimo decimoquinto in ſeſſione publica eiuſdem generalis ſynodi.

SESSIO XIX.

ANno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo decimoquinto, indictiõe octaua, die Lunæ viceſimatertia mẽſis Septembris, ſede Apoſtolica vacante, fuit celebrata ſeſſio generalis per ſynodũ Conſtantiẽſem, in qua fuit celebratũ officiũ Miſſæ per reuendum patrem dominum Nicolaũ epiſcopum Aſſiſinatenſem. Qua Miſſa celebrata, incipiebantur Litaniæ, & alia fiebant, vt in ſeſſionibus fieri ſolitũ eſt. Præſidebat verò in eadẽ ſeſſione reuerendiſſ. pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis. In qua ſeſſione Hieronymus de Praga per reuerẽdiſſ. D. Petrũ cardinalẽ Cameracenſem & alios deputatos per Concilĩ, in materia fidei inſtructus & informatus de fide recta ſanctæ matris Eccleſię, qui iam fuerat accuſatus de hæreſi, & per Concilium ſuper hoc incarceratus, quandã reuocatiõis ſeu abiurationis papyri ſchedulam, ſtans in ambone publicè, alta & intelligibili voce legebat, reuocans & abiurãs, prout in eadem ſchedula, cuius tenor ſequitur, continetur:

¶ Abiuratio Hieronymi de Praga.

Hieroñ Prągenſis errores ſuos & hæreſes abiurat, quas tamen non ità multò poſt reſumpſit.

Ego Hieronymus de Praga, artium liberalium magiſter, cognoſcens verã catholicã Eccleſiam & Apoſtolicã fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eam, de qua hactenùs infamatus fui, & quã prędecẽſſores tẽporibus dogmatizauerũt & tenuerũt Ioannes Vuicleff & Icannes Huſz in ſuis opuſculis, libellis ſeu ſermonibus ad clerũ & ad populum, propter quam cauſam prędicti cum ſuis dogmatibus & erroribus damnati ſunt ab hac Conſtantienſi ſynodo tanq̃ hęretici, & eorum doctrina prædicta ſententialiter damnata, maximè in nonnullis articulis expreſſis, in ſententijs per hoc ſacrum Concilium contra ipſos latis. Conſentio autẽ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & Apoſtolicę ſedi & huic ſacro Concilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia, & præſertim de clauibus, ſacramentis, ordinibus, officijs & cenſuris Eccleſiaſticis, indulgentijs, & reliquijs ſanctorum & Eccleſiaſtica libertate, ac etiàm de cæremonijs, & alijs omnibus ad religionem Chriſtianam pertinẽtibus, quę ipſa Romana Eccleſia & Apoſtolica ſedes, & hoc ſacrum concilium profitẽtur, & ſpecialiter quòd prędictorum articulorũ plures ſunt notoriè hęretici, & dudùm à ſanctis patribus reprobati, quidã verò blaſphemi, alij erronei, alij ſcandaloſi, quidam verò etiàm piarum aurium offenſiui, & ipſorũ nonnulli temerarij & ſeditioſi, & pro talibus fuerunt prædicti articuli per hoc ſacrũ concilium nupèr cõdemnati, & inhibitum omnibus & ſingulis catholicis ſub anathematis interminatione, nè decęterò dictos articulos ſeu eorum aliquẽ aliquis prędicare, dogmatizare, vel tenere pręſumeret.

Item ego Hieronymus antedictus, quia in nonnullis artibus ſcholaſticis ad perſuadẽdam opinionẽ de vniuerſalibus realibus, & quòd vna communis generis eſſentia ſpecificâſſet plura eiuſdem ſpeciei ſuppoſita & quodlibet eorum, vt Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & ſic de ſingulis, & ad hoc inducẽdum velut exemplo ſenſibili deſcri-

pſi quandam triangularem figuram, quam ſcutum fidei nominaui: ideò ad excludendum intellectum erroneum & ſcãdalosum, quem forta ſsis aliqui ex hoc accipere potuerunt, dico, aſſero & declaro, quòd dicta figuram noa feci, nec eam nominaui ſcutum fidei ea intẽtione, quòd vellem dictam opinionẽ de vniuerſalibus, extoliere ſuper opinionem cõtrariam, ſic quaſi eſſet ſcutum fidei, quòd ſinè eius poſitione non poſſet fides aut catholica veritas protegi & defendi, cùm nec dictæ poſitioni velim pertinaciter adhærere: ſed hoc ideò dixi, quia in dictę figuræ triangularis deſcriptione ponebã exemplum, quòd diuina eſſentia eſt tria differẽtia ſuppoſita & quodlibet eorum, ſcilicet Pater, & Filius, & Spiritusſanctus, qui quidẽ Trinitatis articulus, eſt præcipuum ſcutum fidei & veritatis catholicæ fundamentum. Prætereà vt cunctis pateat, quæ fuerunt cauſæ, quarè fui reputatus adhærere & fauere dicto quondàm Ioanni Huſz, notum facio per preſentes, quòd cùm multotiès audiuiſſem eum in prædicationibus & ſcholis, credidi eum virum bonum eſſe, nec in aliquo obuiare traditionibus ſanctæ matris Eccleſię ac ſanctorum doctorũ, immò etiàm cùm nupèr in hac ciuitate mihi fuiſſent oblati articuli per eum poſiti, & per hoc ſacrũ Concilium damnati, prima fronte non credidi ſuos eſſe, ſaltem in ea forma. Cumq; ab aliquibus egregijs doctoribus ac magiſtris in ſacra pagina audiuiſſem affirmari quòd ſui erãt, poſtulaui pro mea plena informatiõe, mihi oſtẽdi libros manũs ſuæ, in quibus dicti articuli cõtineri dicebãtur. Quibus mihi oſtẽſis, manu propria eiuſdẽ ſcriptis, quam vt meam propriã benè cognoſco, dictos articulos omnes & ſingulos in ea forma qua dãnati ſunt, reperi eſſe cõſcriptos. Vndè nõ immeritò compræhendi & compræhendo, ipſum & ſuam doctrinã cum eorum ſequacibus per ſacrũ cõcilium damnatã & reprobatam fuiſſe, tanquàm hæreticam & inſanã. Et hæc omnia ſupradicta dico purè & ſinè cõditione, vt iam plenè & ſufficienter informatus de prædictis ſententijs, latis per hoc ſacrum cõcilium cõtra doctrinas dictorum quõdàm Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz, & cõtra ipſorum perſonas quibus ſentẽtijs tanq̃ deuotus catholicus in omnibus & per omnia humiliter conſentio atq; adhæreo.

Item ego idem ſupradictus Hieronymus, qui aliàs coram reuerẽdiſſimis patribus dominis Cardinalibus, & venerandis dominis prælatis & doctoribus & alijs venerabilibus perſonis huius ſacri Concilij, in iſto eodem loco voluntariè, liberè & ſpõtaneè exponẽs & declarãs intentionem meam, inter alia loquens de Eccleſia, eam trifariè diſtinxi, & vt percepi poſteà, tunc à quibuſdam intellectũ eſt, quòd vellem dicere, quòd in Eccleſia triumphante eſſet fides, cùm tamẽ credam firmiter, q; ibi ſit beatificata viſio, ænigmaticam cognitionem excludens: nunc dico, aſſero, & declaro, quòd nũquàm fuit intentionis meæ dicere, quòd ibi eſſet fides ſub ratione fidei, ſed cognitio fidem ſubæqualenter excedens. Et generaliter quicquid ibi vel anteà dixerim, refero & ſubijcio humili corde determinatiõi huius ſacri Concilij Conſtantienſis.

Inſupèr iuro, & per ſanctam Trinitatem & per hęc ſacroſancta Euangelia, me in veritate Eccleſiæ catholicæ ſemper & ſinè dubio permanſurum, & omnes qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus ſuis ęterno anathemate dignos eos pronuncio. Et ſi ego ipſe aliquandò (quod abſit) aliquid contrà ſentire aut prædicare præſumpſero, canonũ ſeueritati ſubiaceam, & æternæ pœnæ obligatus inueniar. Hanc autem *cõfeſſionem, & profeſſionis meæ paginam coram hoc ſacro Concilio generali liberè & voluntariè porrigo, & eidem me propria manu ſubſcripſi, & hæc ſingula conſcripſi. *ꝓfeſſionẽ

Deindè dominus Bertholdus de Vuildũg ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, legebat quandam ordinationis ſchedulã cõceptam ſuper regula ſancti Franciſci, & alia infraſcripti tenoris ſubſequentis de conſenſu partium.

Dilectis Eccleſię filijs, Generali & prouincialibus miniſtris, cuſtodibus, cęterisq; ordinis Minorum profeſſoribus, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Supplicationibus perſonarum, quę voto religionis ſunt adſtrictę, illis præſertim libẽter annuimus, quas ad finem tendere cõſpicimus, per quem perſonæ ipſæ ſub * pacata tranquillitate iuxta ſuam profeſſionẽ quieſcant, ac ſedulum & tranquillum in humilitatis ſpiritu Domino reddere valeãt famulatum. Nupèr ſiquidem ſupplicatio pro parte religioſorum virorum gardianorũ & fratrum veſtri ordinis conuentuum, videlicet Sagienſis, de ſancto Audomaro Morinẽſis diœceſis, de Varẽnis Rhemẽſis, de Dola Biſuntiñ, de la Valle Cenomanenſis, de Elicio Nannetenſis, de Ambaſia Turonenſis, de ſancto Ioanne Angeliacenſis, Xantonẽſis de Bercorio, de Toleto & de Fõtiniaco cõmunitatis Maleacẽſis diœceſis, infra prouincias Franciæ, Burgũdię & Turonenſem, iuxta modum dicti ordinis exiſtẽtium, nobis humiliter præſentata cõtinebat, quòd diuina cooperante clementia, tẽporibus his nouiſſimis regularis obſeruãtia veſtri iam dicti ordinis in prędictis conuentibus inceperat vigere, ſed varijs obſtãtibus impedimẽtis, per miniſtros & cuſtodes illarum prouinciarũ eis præſtitis, in ipſa ſtricta obſeruantia non mediocriter impediebãtur, quorum impedimentorum occaſione ſcandala multa pullulabant: humiliter & deuotè ſupplicantes, quatenùs eis de remedio opportuno prouidere *placida

dere dignaremur. Nos igitur eorum ſupplicationibus tanquàm iuſtis benignè annuẽtes, cupientesq́ue multa ſcandala veſtri ordinis tollere, atque vnitate in eo conſeruata fratres in pacis dulcedine *cõſeruare, ſtatuimus & decernimus eiſdem ſupplicatiõibus ſore prouidendum, & de facto, tenore præſentium eis prouidemus, iuxta formam per reuerendiſſimos patres dominos, videlicet Iordanum epiſcopum Albanenſem de Vrſinis, ipſius ordinis protectorem, & Petrũ ſancti Chryſogoni presbyterũ cardinalem, Cameracenſem vulgariter nũcupatos, ſanctæ Romanę Eccleſię cardinales, & alios ex parte huius ſacri concilij ſuper hoc deputatos, ſpecialiter auiſatã, ordinatã & traditã, atque per religioſum virum fratrẽ Ioãnem *Rhotani in ſacra pagina profeſſorẽ, & vicariũ Miniſtri Generalis antedicti, vnà cũ alijs pluribus magiſtris & diſcretis *patrib⁹ ipſius ordinis ex vna parte, & fratres ꝓnominatos conuentus repræſentantes ex alia concordatam, videlicet quòd fratres conuentuum prædictorum decæterò, & quouſquè aliud ſuper hoc ꝑ ſacrũ cõcilium generale fuerit ordinatum, poſſint & valeant, quilibet in ſua prouincia, eligere de ſua ſtricta obſeruãtia vnum fratrem idoneum, quẽ in ſcriptis Miniſtro illius prouinciæ præſentatum, ipſum dictus miniſter infra triduum poſt huiuſmodi præſentatiõem ſuum vicarium conſtituere debeat, ad ipſos regẽdum in ſolidum loco & vice eius, & eis prouidẽdum in omnibus quibuſcunque & ipſis modis quibus ipſe miniſter prouincialis etiàm prouidere poſſet, ità quòd de ipſorum fratrum regimine in nullo poſſint ſe intromittere dicti prouinciales vel cuſtodes, ſed ad ipſos vicarios cura & correctio eorũ omninò pertineat, excepto quòd ad ſuę ſuperioritatis cognitionem Miniſter prouincialis ipſos poſſit, ſi voluẽrit, viſitare in propria perſona, & tunc punire de conſenſu maiorum & diſcretorum conuentũs, in quo fiet hæc viſitatio, quicquid punitione dignum reperit: quem ſi conſtituere renuerit modo prædicto, ex tunc conſtitutio eiuſdem præſentati, ad vicariũ miniſtri generalis inferiùs annotatum, deuoluatur & pertineat abſolutè. Qui quidem vicarij huiuſmodi triũ prouincialium, poſſint & debeant vnà cum fratribus diſcretis ſibi ſubditis, forma ſolita in electionibus ordinis ſeruata, inſimul eligere inter ſe vnum alium fratrem ad hoc ſufficientem & idoneum pro eorundem vicariorum correctione & totius ſtrictæ huius obſeruantiæ in prædictis prouincijs meliori regimine, quem per eos in ſcriptis Miniſtro generali ordinis q̃ erit pro tempore, humiliter præſentatum, ipſum Miniſter ſup illos ſuum vicarium conſtituere infra triduum poſt illam præſentationem benignè debeat & charitatiuè: alioq̃n ipſo triduo trãſacto, ſit & habeatur vicarius ipſius generalis, authoritate ipſius ſacri concilij conſtitutus. Qui quidem vicarius generalis in ſua congregatione vel aliàs ſolus debeat & poſſit vicarios prætactos (quotiès opùs erit) punire, & ipſis ac fratribus alijs ſibi ſubditis prouidere in omnibus quibuſcunque caſibus, quibus Miniſter generalis eis potuiſſet prouidere, nè ipſos, vt ſępiùs cõtingit, quotiès generali miniſtro indigẽt, longiùs oporteat euagari. Et pro hac vice primaria conſtituimus in præfatũ generalis Miniſtri vicarium, fratrem Nicolaum Rudolphi apud vos de hac obſeruantia laudabili prouidentia ac diligentia ſolerti multipliciter cõmendatum, quem volumus poſſe deponi, quotiès vicarijs & alijs fratribus diſcretis ſępedictis videbitur expedire. Poſſit tamẽ Generalis Miniſter qui eſt & qui erit pro tempore, ipſos fratres & conuẽtus in ſua perſona, quotiès voluẽrit, viſitare, prælibato vicario non obſtante, & punire, ſi quid in dicta viſitatione puniendum repererit, ſicut moris eſt in ordine, & aliàs facere conſueuit. Veruntamen non intendimus, quòd prædicti vicarij propter mortem, depoſitionem ſeu mutationem illorum quorum vice fungun tur, poſſint à ſuis officijs remoueri, vel in eis impediri, nisì ſuper hoc aſſenſus maiorum & diſcretorum ſibi ſubditorũ priùs interuenerit, ad quos ſemper eos deponere, & alios eligere, antedictis Generali ꝓuincialibus q̃; Miniſtris ꝓſentare modo & forma præmiſſis (quotiès fuerit opportunũ) volumus & decernimus pertinere. Inſupèr poſſit & debeat ipſe Generalis vicarius & ſui ſucceſſores, conuentus ſibi pro tempore ſubditos, ad ſtatum dictæ ſtrictæ obſeruantiæ conſonũ, iuxta declarationes & ſtatuta ſedis Apoſtolicæ & ordinis reducere, tollendo quaſcunque ſuperfluitates, ſiue ſint in rebus mobilibus ſiue immobilib⁹, quantũ fieri poterit bono modo, habito ſemper conſilio maiorum & diſcretorũ ſibi obedientiũ, eligendo (ſi opùs fuerit) aliquos fideles, qui ipſas ſuperfluitates authoritate huius ſacri Concilij vendãt, cõmutent, aut aliàs in pijs operibus conuertant. Inſupèr ſtatuimus, quòd omnes & ſinguli conuentus ꝓdictarum ꝓuinciarum, quotiès maiori vel ſaniori parti fratrum in eis exiſtentium placuerit, ad hãc ſtrictam obſeruantiã ſe reducere, & vicarijs antedictis ſe ſubdere, hoc liberè facere poſſint. Et etiàm ſinguli fratres cuiuſlibet conuentũs dicti ordinis, contradictione cuiuſcunque non obſtante, à quorum vicariorũ obedientia & ſubiectione nullus exire poſſit ſinè ſpeciali licentia vicarij generalis antedicti: non tamẽ per hoc intendimus, quin fratres & conuentus, qui voluẽrint, poſſint ſecundùm hanc ſtrictam obſeruantiam viuere, manendo etiàm immediatè ſub cura Miniſtrorum prouincialium, exceptis tantùm

*confouere

*Rhota

*fratribus

tùm p̃nominatis conuentibus & conuentu de Mirabello Pictauiensis diœcesis, quem volumus expressè & ordinamus, curæ & regimini prædictorum vicariorum subesse, & ex causa, vt sicut in eo hęc stricta obseruantia regularis in partibus illis sumpsit exordium, ità in illo tanquàm in aliorum speculo semp̃ eluceſcat. Cæterùm cùm iuxta sententiam Sapiẽtis, volatilia ad sibi similia libenter conueniant, statuimus quòd quãdò fratres huiusmodi obseruãtiæ, peregrinationis studio vel aliâs per mundum proficiscuntur, ad loca conuentûs cõmunitatis ordinis declinent, si voluẽrint: ad alia verò loca fratrũ in obseruãtia sibi similiũ semp̃ declinare teneantur, iuxta quod in statutis ordinis cõtinetur. Insupèr quilibet prouincialis Minister prouinciarũ præmissarum, vicario generali sæpedicto pro præsenti duos conuẽtus in sua ꝓuincia fideliter assignet, aptos̃ ad manendum, munitos libris & alijs rebus pro cultu diuino, quotiès ab eodem vicario, per literas aut aliâs in suo prouinciali capitulo fuerit requisitus, eligendos per ipsum prouincialem, ità quòd propter hãc assignationem mobilia quæcunque dictis conuentibus pertinentia, quomodocũquè sit, non debeant abigi seu segregari, secundùm dispositiõem protectoris vestri ordinis. Et si contigerit, quòd Ministri prouinciales & custodes, vel alij expulerint vel eiecerint fratres huiusmodi obseruãtiæ ab aliquo seu aliquibus conuentuum prænominatorum à quindecim mensibus citra violenter, & alios loco eorum ibidẽm collocauerint, vel mobilia ad ipsos conuentus seu aliquem ipsorum spectãtia deportauerint: volumus & mandamus districtè, prædictos fratres indilatè recedere & exire à dicto cõuentu, mandantes tenore præsentium prælibato vicario generali, quatenùs authoritate nostra omnibus modis quibus fieri poterit honestè & licitè ipsos exire, & ꝓdicta bona restituere cõpellat per censuras ecclesiasticas, & alios fratres & subditos suos de nouo ibidẽm collocãdo, omnibus quibuscunque districtè prohibentes, nè quis eum super hoc impedire præsumat sub excommunicationis pœna, sed magìs ei præbeat vnusquisq; super hoc requisitus per ipsum, potiùs auxilium & iuuamen. Statuentes vlteriùs, nè deincèps fratres huiusmodi strictæ obseruantię, fiant capellani honoris, vel maneant continuò in domibus secularium causa confessionis vel alia, citra tamen aliorum fratrum vestri ordinis prę̃iudicium, nè forsan freno obedientiæ laxato, vel prophana conuersatione feruor deuotionis eorum tepescat. Præcipimus insupèr, & mandamus districtè in virtute sanctæ obedientiæ oĩbus & singulis fratribus conuentuum prædictorum, & alijs in futurum sub cura & regimine prætactorum vicariorum constitutis quatenùs ipsis firmiter obediant, & pareant cum effectu in omnibus, in quibus fratres illius ordinis suis generalib⁹ & prouincialibus ministris obedire debẽt, aut tenentur. Cæterùm cùm prædicta, sint de voluntate partium (sicut p̃fertur) per nos statuta & ordinata, districtiùs inhibem⁹ oĩbus & singulis ministris & custodibus, qui sunt, & erunt in futurũ, & alijs fratribus vestri ordinis, nè occasione controuersiæ priùs super his motæ, aut prosecutionis in p̃senti cõcilio factæ, aut alia quauis causa fratres de hac obseruantia præsentes vel futuros inquietent, molestent, vel affligant, seu eorum vicarios vel de secta noua, vel reprobata quomodolibèt vocent. Nec etiàm fratres dictæ obseruãtię, alios fratres vestri ordinis aut eleemosynas aut oblatiões sibi dãdas impedire p̃sumant: quòd si decæterò alij alijs facto circa præmissa aut eorum aliquid hincindè iniuriati fuerint, manus violentas in eis ponendo, eos incarcerando, arrestando, libris spoliãdo, aut aliàs maculam hęresis falsò imponendo, sententiam excõmunicationis ipso facto incurrant iniuriatores, à qua nõ possint, articulo mortis excepto, absolui, nisì per eundem cardinalem q̃, p̃ tẽpore hui⁹ ordinis erit, ꝓtector. De cæteris verò leuiorib⁹ iniurijs verbalibus, oĩs quicunque fuerint in hoc culpabiles deprehensi, per eorũ p̃latos puniant̃, circa p̃missa sententiarũ fulminationibus aut appellationib⁹ interpositis, & literis felicis recordationis Alexandri papæ V. & earum confirmatione non obstante, quas tenore p̃sentium reuocamus, cassamus, & annullamus, ac nullius roboris vel momẽti declaramus, & alijs quibuscunq; statutis Apostolicis vel huiusmodi ordinis in contrarium editis nõ obstantibus. Nulli ergò &c. Datum Constantiæ IX. calendas Octobris, Anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, Apostolica sede vacãte.

Ecci 27.b

¶Quòd non obstantibus saluis conductibus Imperatoris, regum &c. possit per iudicem competentem de hæretica pranitate inquiri.

Præsens sancta synodus ex quouis saluo conductu per Imperatorẽ, reges & alios seculi principes hæreticis, vel de hæresi diffamatis, putantes eosdem sicà suis erroribus reuocare, quocunque vinculo se adstrinxerint, cõcesso, nullũ fidei catholicæ vel iurisdictioni Ecclesiasticæ ꝓiudicium generari, vel impedimentum præstari posse, seu debere declarat, quo minùs, dicto saluo conductu non obstante, liceat iudici competenti & Ecclesiastico, de huiusmodi personarum erroribus inquirere, & aliàs contra eos debitè procedere, eosdemq̃ punire, quãtùm iustitia suadebit, si suos errores reuocare pertinaciter recusauerint, etiàm si de saluo conductu

Hæreticis, suas hereses pertinaciter defendentibus, saluum conductum non patrocinari.

ductu cõsisi, ad locum venerint iudicij, aliâs non venturi: nec sic promittentem, cùm fecerint quod in ipso est, ex hoc imaliquo remansisse obligatum.

¶Quòd dominus vicecancellarius expediat Carolinam sub bulla sacri concilij Constantiensis.

Carolinam illam, quoniam mox in hac sessione expedita non fuit, sed aliquando pòst, non hìc, sed in fine huius synodi adiectam ostendes.

Cùm in generalibus cõcilijs, maximè Lateranensi, prouidè q̃dam fuerint statuta, libertatẽ Ecclesiasticã cõcernentia, q̃ piæ memoriæ Fredericus secũdus in feruore deuotionis Romanæ Ecclesię tũc p̃sistens, etiàm quædam statuit & adiunxit, & demùm p̃ felicis recordatiõis Honorium tertiũ fuit eiusdem Frederici constitutio approbata, & cõsequenter p̃ diuæ memoriæ Carolũ quartum eadem fuit approbata, & quædam alia in fauorem Ecclesiasticæ libertatis adiecta, quæ in libro cancellariæ Romanæ Ecclesiæ latiùs continentur, hęc sancta synodus decernit & mãdat dño vicecancellario eiusdẽ Romanę Ecclesię, vt executorias literas sup ipsis expediat in forma dari solita.

¶Committuntur causæ hæresis certis iudicibus.

Item p̃dicta synodus Constantiensis oẽs & singulas causas & causas hęresum, ex erronea & puersa doctrina dãnatæ memoriæ Ioãnis Husz hæretici in regno Bohemiæ & in Morauia exortas, sapientes etiàm criminales ex eis, vel eorũ occasione cõtra quascunq; psonas, tã Ecclesiasticas quàm seculares, cuiuscũque statûs, gradûs, ordinis vel cõditionis aut p̃eminentiæ existant, & quacunque p̃fulgeant dignitate, emergẽtes, dictiq; Ioãnis Husz & dogmatũ falsorũ eiusdem fautores, defensores & sequaces, reuerendis in Christo patribus & dñis, dominis Ioãni patriarchę Cõstãtinopolitano, & Ioanni epo Siluanectẽsi cõiunctìm & diuisìm cõmittit audiẽdas, decidendas, cognoscendas, & fine debito terminãdas, cũ omnibus & singulis suis emergentibus, incidẽtibus, dependẽtibus & cõnexis, & cũ potestate citandi personaliter oẽs & singulos suspectos in fide ibidẽm degẽtes, & corã eis in genere & in specie nominãdos coniũctìm & diuisim, in Romana curia per edictũ publicũ & in partibus & in locis conuicinis affigendũ & publicãdum, cùm ad easdem partes, præsertim ad prædictos de fide suspectos, pro huiusmodi citatione exequenda tutus non pateat accessus, habita tamẽ priùs informatione summaria in præmissis, non obstante quòd aliâs præfata synodus certis iudicib⁹ generaliter quarumcũque hæresum causas commiserit, vsque ad diffinitiuam sententiam exclusiuè *cognoscẽdi, & coram quibus aliquę pendent indecisę, & alijs contrarijs non obstantibus quibuscunque.

*cognoscẽdas

Item præfata sancta synodus vult, ordinat atq; decernit, quòd in dictis aliis hæresum causis, ex indicibus aliâs per concilium prædictum deputatis, decem eorum, alijs absentibus, possint & valeãt in ipsis procedere, & terminos in prædictis causis seruare, vt eo facilius, commodosius & celeriùs causæ huiusmodi terminentur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Lectori pio Bartholomęus Posn salutem.

¶Atque hìc finem habent ea, suis nunc locis inserta, quæ anno Domini 1538. Constantien Concilio quasi pro auctario adiecta fuerant, transcripta per id tempus ex libro quodam (priores aliquot synodi Constantien sessiones, notarij manu exceptas, continente) Henrici Bemel decretorum doctoris, & Colonię ad Apostolos quondàm canonici, qui librum eum facultati theologicę studij Colonien, in vsum studiosorum ibidẽm Theologiæ vacantium, testamento reliquerat ea lege, vt pòst mortem vel sufficientem vsum alicuius Theologiæ operam dantis, qui supradictum librum ad tempus vsurpãsset, alij cuipiã eius voluminis auido & Theologię initiato, simili cõditiõe traderet. Vale, religioso Petro Crab, q hęc trãscribi ꝓcurauit, ipsiq; trãscriptori gratiã habiturus.

¶Quòd beneficiati in cõcilio p̃sentes, recipiãt fructus beneficiorũ eorũ in absentia.

Item cùm absentes causa reipublicæ ecclesiasticæ personę, in ecclesijs in quib⁹ beneficiati sunt, p̃sentes meritò reputantur, ideoq̃ vt oĩes & singuli beneficiati huius sacri concilij præsentes, & qui ad illud ꝓ tempore accesserint, eo cõmodiùs ipsi concilio interesse, & in illo vsque ad finem valeant remanere: dictum cõcilium statuit & decernit, quòd ipsi omnes & singuli pro residentibus siue præsentibus interìm in suis beneficijs sunt habendi, ità quòd omnes & singulos redditus, fructus & prouentus suorum beneficiorum ac residentiæ personalis in ipsis beneficijs, in quibus residebant, aut in quibus residerent, si eiusdem concilij prosecutio seu interessentia eis non obstaret: ac alij etiàm curiales beneficiati, qui de suis beneficijs ad præfatum concilium non accesserũt, aliâs tamen præsentes in curia, in eodem concilio laborauerunt, etiàm si primam non fecerint residentiam personalem consuetam vnius tantùm beneficij ꝓ quolibet eorum vigore huius decreti eorũdem beneficiatorum absentijs de alijs suis beneficijs, de iure & consuetudine, priuilegio aut licẽtia suorum superiorum semper saluis, etiàm si canonicatus, aut præbendæ, aut dignitates, aut personatus vel officia in cathedralibus & metropolitanis maiores pòst pòtificales, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales fuerint, durãte ipso cõcilio, eisdemq̃ in eodem concilio perdurantibus, etiàm à tẽpore itineris arrepti huiusmodi ad præfatum concilium, quousquè ad eadẽ sua beneficia ipsi cõcilio finito cõmodè redire potuerint, aut quãdiù curiales prædicti in eodẽ cõcilio laborauerint: cum ea integritate percipere valeant & debeant, cum qua illos perciperent, si in suis beneficijs ꝓdictis interìm personaliter residerent, & administrarẽt in eisdem, quotidianis distributionibus duntaxàt exceptis, cõtrarijs non

locus obscurus

non obstantibus quibuscunque, & cum executionibus exprimendis in cancellaria, si fuerit opportunum.

¶ Quòd literæ super prouisiõibus ad patriarchales, metropolitanas & alias ecclesias per olim papam Ioannẽ vsq; ad suspensionem cõcessæ, expediantur.

Item dicta sancta synod⁹ statuit, ordinat & decernit, ꝙ literæ super quibuscunq; ꝓuisionibus ad quascunq; patriarchales, metropolitanas & alias cathedrales ecclesias, ac etiàm monasteria de quibuscunque personis ꝑ dñm Balthasarẽ tunc Ioannẽ papam 23. vsq; ad ipsius administratiõis in spiritualibus & temporalibus suspẽsionem factis, de quibus per libros reuerendissimi patris dñi Ioannis epi Ostieñ, sanctę Romanę Ecclesiæ vicecancellarij & cancellarię Apostolicæ constabit, per eundẽ epm & cancellarium sub nomine & bulla dictę synodi possint & debeant expediri, quatuor deputatis nationum sibi assistentibus: & hoc, nisi ex libro ipso promotionũ secundùm stylum cancellariæ appareat obstaculum, vel aliâs canonicum impedimentum. Pręmissis verò lectis, fuit responsum per dominos episcopos deputatos nomine quatuor nationum, ac dominum Ioannem episcopum Ostiensem nomine collegij cardinaliũ, Placet. Cõtradicente tamen reuerendo patre domino Helia Anicieñ episcopo pro se, & domino Dominico de Ragusio, ambasiatore & nũcio archiepiscopi Spalatensis, q duo in huiusmodi statutum super prouisiõibus ad patriarchales &c. non consenserunt. Et dominus Dominicus dixit ipsum statutum secundùm omnia sua verba non placere, & pręsertim vltimã clausulam, videlicet: Et hoc, nisi ex libro promotionum secundùm stylum curiæ appareat obstaculum.

SESSIO VIGESIMA. SVPER monitorio contra ducem Austriæ pro episcopo Tridentinensi.

ANNO à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, indictioue verò octaua, die iouis vigesima prima mensis Nouembris, fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constantiensi, præsidente in eadem reuerendissimo in CHRISTO patre domino Ioanne episcopo Ostieñ, sanctæ Romauæ Ecclesiæ cardinali & vicecancellario. Fuitque decantata Missa solennis de gloriosa virgine Maria, per reuerendum patrem dominum Antoniũ episcopũ *Zopoludeñ. Qua completa, fiebant solẽnitates more aliarum sessionum. Quibus expletis, reuerendus pater dominus Antonius episcopus Cõcordieñ quasdam legebat monitorij & aliarum ordinationũ schedulas tenoris subsequentis.

*Zopaludeñ

¶ Decretum monitorij in causa Tridẽtina.

SAcrosancta generalis synodus Constantiẽsis, vniuersis & singulis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionẽ. Grauem querelam venerabilis fratris nostri Georgij episcopi Tridentinensis accepimus, cõtinentem quòd illustris princeps Frederic⁹ dux Austriæ, ipsum in canonica possessione ecclesiæ & ciuitatis Tridẽtinẽsis, & oppidorum, castrorum, villarum, terrarum & locorum, iuriumque & aliorum bonorũ mobilium & immobilium, ad eandem ecclesiam & ipsum episcopum pertinentium, aliâs sexdecim annis pacificè existentem, Ecclesia, ciuitate, oppidis, castris, terris, villis, locis ac iuribus & bonis huiusmodi temerariè & de facto spoliâsset, eaq; nouem annis citrà detinuisset, & adhuc detinet occupatas & occupata, fructus, redditus & prouentus subleuando, & percipiendo ex eisdem, ac ipsum cepisset, & carcerib⁹ mãcipatum affecisset pluribus grauibus violentijs ac iniurijs, propter quæ anathematis, sacrilegij & alias pœnas à iure contra talia perpetrantes promulgatas incurrisset, q́bus insorduisset per longa tẽpora, & insordet de præsenti: nõnullasque promissiones ac etiàm certa iuramenta & literas tempore suæ captiuitatis, & ante seu post, in pręiudicium libertatis ecclesiasticæ, dictæq; ecclesiæ Tridentineñ damnum non modicum, ab eodem episcopo incussionibus & metu extorsit. Et vlteriùs idem Fredericus nupèr dum inter serenissimũ principem Sigismũdum Romanorum & Hungariæ regem, ac ipsum Fredericum ducem post executiõem iustitiæ contra eundem Fredericum, per dictum dominum regem factam, submissiõis tractatus firmaretur, se iuramenti vinculo adstrinxisset, quòd si quæ personæ tam ecclesiasticę q̃ seculares dicto regi de ipso Frederico conquererentur, & ab ipso rege sibi peterent iustitiæ complementum ministrari, ipse Frederic⁹ dux stare deberet ordinationi dicti regis, & facere quę dictus rex diceret & ordinaret, quod quidem licèt rex ipse dicto Georgio episcopo de præmissis grauiter corã eodem cõquerente decreuisset & ordinâsset, quòd ipse Fredericus dux ecclesiã, ciuitatem, oppida, castra, villas, terras, loca & iura & bona huiusmodi, quibus ipsum Georgiũ episcopũ notoriè spoliauerat, notorieq; detinet occupatas & occupata, eidẽ Georgio restitueret, ipsumq; ꝑmitteret eorum possessiõe in posterum pacificè vti & gaudere, nihilominùs idẽ Fredericus dux pro parte dicti episcopi interpellatus & sufficiẽter requisitus, hoc facere non curâsset hactenùs, nec curat de ꝑsenti. Quapropter attenta præmissorum excessuum & spolij notorietate & rei euidẽtia, idem Episcopus petijt per nos super pręmissis de opportuno remedio sibi prouideri, & literas monito-

monitoriales contra pręfatum Fredericum ducem & alios forsan occupatores & detẽtores ecclesiæ, ciuitatis, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, locorum & bonorum huiusmodi, etiàm si ducalis vel alterius cuiuscunque statûs, gradûs, vel pręeminentiæ essent, decerni & concedi, ipsumque Fredericum ducem & occupatores & detentores prædictos, sub pœnis iuris & constitutionis à diuæ memoriæ Carolo quarto contra tales facinorosos & sacrilegos editæ, & alijs pœnis grauioribus requiri & moneri, quatenùs infra certum terminum idem Fredericus dux & occupatores ac detentores prædicti, Ecclesiam, ciuitatem, castra, oppida, terras, villas, iura & alia bona huiusmodi, quibus eundem Georgium episcopum spoliâsset, seu spoliauit, ac etiàm quæcunq; castra & bona ante & post per prætactã spoliationem ad dictam Ecclesiam Tridentinã deuoluta, quæ detinerent seu detinẽt occupatas seu occupata, restitueret & restituerẽt, & aliâs sibi circa iniurias & percepta & alia debitè satisfaceret, & satisfacerent: necnon se, vassallos & subditos suos & ecclesiæ suæ prædictæ à prædictis iuramentis & promissionibus absolui, & prædictas literas cassari, irritari & annullari, humiliter & cum instantia debita postulauit, & aliâs circa præmissa petijt & conclusit, sicut in petitionibus pro parte eiusdẽ episcopi verbo & scriptis, & in actis corã nobis inter dictas partes factis & redactis, pleniùs noscitur contineri. Nos verò *per notorietatem facti, & aliâs practicata in causa huiusmodi, coram nobis & à nobis deputatis, nobis constitit & constat, petitionem huiusmodi fore iustam, *ipsumque Fredericum ducem & occupatores & detentores antedictos monendos, petitasque literas monitoriales contra dictum Fredericum ducem & occupatores & detentores huiusmodi, partibus ipsis auditis, & seruatis seruandis, prædictis partibus ad hoc legitimè citatis, decreuimus fore concedendas, decernimusque & concedimus in forma quæ sequitur:

*videt deesse quia

*videtur legẽdũ, ipsum Fredericum

¶ Monitorium in forma debita contra ducem Austriæ:

SAcrosancta generalis synodus Constantiẽsis, vniuersos & singulos venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos Ecclesię filios abbates, priores, præpositos, decanos, cantores, scholasticos tam cathedralium quàm collegiatarũ canonicos, parochialiumque rectores ecclesiarum, cæterosque presbyteros, clericos & notarios & tabelliões publicos, per Alemaniam & Italiam & aliâs vbilibèt cõstitutos, & eorum quemlibet tenore præsentium requirimus & monemus, primò, secundò, tertiò & peremptoriè, cõmuniter & diuisim, eisque & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ & subscriptis sententiarum pœnis districtè præcipiendo mandamus, quatenùs infra sex dierum spatium postquàm pro parte dicti Georgij episcopi vigore ꝑsentium fuerint requisiti, vel eorum alter fuerit requisitus, quorum sex dierum duos ꝓ primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies eis & eorum cuilibet pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione assignamus, ità quòd in his exequẽdis alter alterum non expectet, nec vnus pro alio se excuset, præfatũ Fredericũ ducem & quoscunque alios Ecclesię & ciuitatis Tridentinensis, necnon oppidorum, castrorum, terrarum, locorum, ac iurium & bonorũ quorumcunque ad ipsam Ecclesiam pertinentium, prædictorum forsan occupatores & detentores, vassallos & subditos, etiàm si ducalis aut alterius cuiuscũque dignitatis, statûs, ac præeminentiæ fuerint, in eorũ ꝓprijs personis, si & vbi pro præmissorum ac infrà scriptorum executione ad eorum pręsentias tutus patebit accessus: Alioquin per edictum publicũ in audientia publica contradictarum legendum, necnõ cathedrali & sancti Stephani Constantiensis, ac locis circunuicinis, videlicet Aquileiẽsi, Salsburgẽsi, Augusteñ, Frisingeñ, Brixineñ, Curieñ, Feltreñ, & Veroneñ ecclesijs affigẽdum, & inibì publicandum ex parte nostra, Fredericum ducem Austriæ & alios occupatores prædictos requirant & moneant, quos nos etiàm tenore præsentium sic requirimus & monemus, ipsique Frederico duci in virtute sanctæ obedientiæ & sub anathematis, sacrilegij, priuatiõis omnium bonorum feudaliũ, quæ ab Ecclesia seu Imperio obtinet, & inhabilitationis suæ & filiorum suorum masculorum ad obtinendum tam feuda q̃ officia & beneficia vsque ad secundam generationẽ, & honoris & famę ac cõmuniõis in cõsilijs principũ, quã ipsum Fredericum ducem iuxta cõstitutionem diuæ memoriæ Caroli quarti cõtra tales facinorosos & sacrilegos editã, à sede apostolica canonizatã & approbatã, qnimmò & ꝑiurij ratiõe iuramenti in manib⁹ regis Romanorũ ꝑ ipsum ducẽ ꝑstiti, & alijs secularib⁹ ꝑsonis sub excõmunicatiõis & priuatiõis minorũ feudaliũ, quas ipsas ꝑsonas seculares supradictas, necnõ ecclesiasticis ꝑsonis sub dictæ excõmunicatiõis ac priuatiõis omniũ beneficiorũ ecclesiasticorũ & inhabilitationis ad illa, & quęcunque alia beneficia in posterum obtinenda, ac suspensionis à diuinis quo ad capitula, necnon interdicti quo ad omnia territoria prædicti ducis Frederici, & cæterorum occupatorum & detentorum censuris & pœnis, quas ecclesiasticas personas prædictas, si in ꝑmissis deliquerint, & mandatis & monitionibus huiusmodi non paruerint, seu non paruerit, *incidere volum⁹ ipso facto, & quas in ipsas exnũc ꝓut extũc, extũc ꝓut exnũc, canonica monitiõe ꝑmissa,

*incurrere

ſa, ſerimus in his ſcriptis, niſi mãdatis huiuſmodi obediẽrint, diſtrictè præcipiendo mandent, ſeu alter eorum mandet. Quibus nos etiàm tenore p̃ſentium ſic mãdamus, quatenùs ipſe Fredericus dux & alij forſan occupatores & detẽtores huiuſmodi, infra triginta dierum ſpatium poſt requiſitionẽ & monitionem immediatè ſequentium, & quorum dierum decem pro primo, decem pro ſecũdo, & reliquos decẽ dies pro tertio & peremptorio terminis ac monitiõe canonica, eis & eorũ cuilibet aſſignamus, ab occupationibus & detentionibus eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, necnon iurium & bonorum prædictorum & illorum quæ ante & poſt prætactam ſpoliationem ad illam Eccleſiã Tridentinẽſem ſunt deuoluta, penitùs & oñ̃nò deſiſtant, & eorum quilibet deſiſtat, ac ip̃ſi Georgio aut procuratori ſeu procuratoribus ſub eius nomine poſſeſſionem corporalem realem & actualem eccleſiæ, ciuitatis, oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, necnon iurium & bonorum prædictorum efficaciter & ſinè dolo & fraude reſtituant, & reſtitui faciant, & permittant, & eorum quilibet reſtituat, & reſtitui faciat, & permittat. Ipſe quoquè Fredericus dux Georgio Epiſcopo de perceptis huiuſmodi ſatisfaciat, inuocato etiàm ad hoc (ſi opùs fuerit) auxilio brachij ſecularis. Vaſſalli quoquè & nobiles, officiarij, capitanei & ſubditi tã eccleſiaſtici quàm ſeculares ſupradicti, infra ſex dies poſt lecturam & publicationẽ & affixionem præſentium, necnon lapſum dictorum triginta dierũ terminũ immediatè ſequentium, quorum ſex dierum duos p̃ primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet per ſimile edictũ aſſignamus, & aſſignari præcipimus & mandamus, præfato Georgio epiſcopo tanquàm eorũ vero domino, & nõ ipſi Frederico duci ſeu alteri cuiquã, in omnibus (prout aliâs conſueuerunt) facere teneantur. Non obſtantibus quibuſcunque iuramentis in contrariũ præſtitis, à quib⁹ eos (vt præmittitur) abſoluimus, efficaciter pareãt, obediant, & intẽdant, & eorũ quilibet pareat, obediat, & intendat. Et inſupèr in caſu quo præfatus dux Fredericus & alij forſan occupatores & detentores, necnõ Vaſſalli, nobiles, officiarij, capitanei & ſubditi & alij ſupradicti mãdatis huiuſmodi infra terminos ſupradictos nõ paruerint, extunc prout ex nunc, ex nunc p̃ut extũc, oẽs & ſingulos vaſallos, nobiles, officiarios, capitaneos, necnõ occupatores & detẽtores in ciuitate & dioceſi Tridẽtinenſi, ſeu alibì commorantes & cõſtitutos, quorũ præſentia p̃ executiõe p̃miſſorum & infraſcriptorũ faciẽda tutè adiri nõ poteſt, per ſimile edictũ pari modo & forma legendũ, publicandũ & affigendũ, Fredericũ ducẽ & alios occupatores & detẽtores tenore p̃ſentium peremptoriè citamus, ac per delegatos noſtros ſupradictos citari volum⁹ & mãdamus, quatenùs ipſe Fredericus dux & & alij forſan occupatores & detẽtores huiuſmodi moniti & requiſiti, octaua die poſt lapſum dictorũ triginta dierum eis aſſignatorum immediatè ſequentiũ, ſi iuridica fuerit, alioquin p̃xima die iuridica extunc ſequenti: alij verò, vt nobiles, capitanei, officiarij & ſubditi edictum huiuſmodi moniti & exq̃ſiti, viceſima die poſt lapſum dictorũ ſex dierũ eis aſſignatorũ immediatè ſequẽtiũ, ſi iuridica fuerit, alioquin p̃xima die iuridica ſequẽti, cõpareãt corã nobis vel iudicib⁹ p̃ nos deputatis, ſeu interìm deputãdis, pœnas, cẽſuras ac ſententias huiuſmodi declarari, & ipſe Fredericus dux, p̃cedi viſuri & audituri. Certificãtes nihilominùs eoſdẽ, q̃ vſq; ad declarationẽ pœnarũ p̃dictarum p̃cedemus, iuſtitia mediãte. Venerabilibus verò fratribus patriarchis, archiep̃is & ep̃is, quibus ob reuerentiã ſuarũ pontificaliũ dignitatũ duximus meritò deferendũ, ſi in p̃dictis deliquerint, vel aliquis eorũ deliquerit, ſex dierũ canonica monitiõe p̃miſſa, ingreſſum eccleſiæ interdicim⁹ in his ſcriptis. Si verò huiuſmodi interdictũ per alios ſex dies ſuſtinuerint, ſeu alter eorũ ſuſtinuerit, ipſos ſuſpendimus à diuinis. Si verò huiuſmodi interdicti & ſuſpenſionis ſentẽtias animis (quod abſit) ſuſtinuerint, vel alter eorum (quod abſit) ſuſtinuerit induratis, ipſos exnũc, put extũc, & extũc, put exnũc, excõmunicationis ſentẽtia innodamus. Inferiores verò eos, qui in p̃miſſis exequendis negligentes fuerint, vel eorũ aliquis negligẽs fuerit, poſt lapſum ſex dierũ terminũ excõmunicationis ſententiã incurrere volumus ipſo facto. Abſolutionẽ verò omniũ & ſingulorũ, q̃ p̃fatas noſtras ſententias aut earũ aliquã incurrerint, vel aliq̃s eorum incurrerit quoquo modo, nobis aut ſummo futuro põtifici tantũmodò reſeruamus. Loca verò audientiæ & valuarũ p̃dictarũ, tanq̃ publica & idonea ad executionem prædictorum (vt præmittitur) publicãdam ad inſtar publicorum edictorum, q̃ olìm in albo prætorio ſcribebantur, duximus eligenda, quæ p̃ſentes noſtras literas ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabunt, in quibus noſtras literas modo præmiſſo decernimus publicandas, nè p̃nominati moniti & citati, de p̃miſſis aliquã ignorantiã p̃tendere valeant, vel etiàm allegare, cùm nõ ſit veriſimile, apud dictos ſic citatos & monitos remanere incognitũ, quod tã patẽter & notoriè extitit publicatum. Volẽtes nihilominùs & decernẽtes, q̃ p̃ſentes noſtræ literæ dictos monitos & citatos p̃indè arceant & adſtringãt, àc ſi eorũ p̃prijs p̃ſonis publicatæ fuiſſent. De executione p̃miſſorum & de his q̃ in p̃miſſis & quolibet p̃miſſorum vos p̃ſcripti venerabiles fratres patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, vosq̃ alij delegati noſtri feceritis, ſeu aliquis eorũ fecerit, nos per inſtrumenta publica ſeu alia legitima documenta legitimè certificare non obmittatis ſub pœnis ſupradictis, q̃bus & cùlibet veſtrũm in præmiſſis dabimus plenam fidem. Datũ Conſtantiæ vndecimo Calẽdas Decembris, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo decimoquinto, Apoſtolica ſede vacante.

Quibus lectis, fuit reſpõſum, dictum, & alta voce clamatum per dominos Concordienſem Italicæ, Tholonenſem Gallicanæ, Mersburgenſem Germanicæ, & * Carthagienſem Anglicanæ epiſcopos quatuor nationum, & per eorum quemlibet nomine ipſorum & cuiuſlibet eorum, Placet: & per dictum dominum Oſtienſem nomine collegij cardinalium, Placet. Procurator verò præfati domini ducis, proteſtatus fuit de nullitate monitorij & de grauamine, & appellando petijt inſtrumentum.

*Corta. gen̄ *cartagen̄

Congregatio ad audiendum relationem ambaſiatorum miſſorum ad Petrum de Luna, & regem Aragonum.

Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo decimoſexto, indictione nona, die verò Iouis XXX. menſis Ianuarij, fuit celebrata congregatio generalis in maiori eccleſia Conſtantienſi, pro relatione ambaſiatorum miſſorum ad Petrum de Luna, in ſua obedientia Benedictũ decimumtertium nominatum, & ſereniſſimũ principem dominum Ferdinãdum Aragonum regem: & reuerẽdiſſimus pater dominus Iacobus archiepiſcopus Turonenſis, vnus de ambaſiatoribus miſſis ex parte cõcilij, exiſtens in ambone vnà cum collegis ſuis, nomine proprio & coambaſiatorum ſuorum fecit relationẽ legationis ſuę. Qua facta, legit quoſdam articulos ſiue capitula per ſereniſſimum principem dominum Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem ac ambaſiatores ſacri cõcilij ex vna, & dominos de obedientia ipſius Petri de Luna Narbonæ concordata, ex altera partibus. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis:

Die Veneris XIII. mẽſis Decembris, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto, indictione octaua, in capitulo nouæ Eccleſiæ Narbonenſis, in camera magna turris noui palatij Epiſcopi Narbonæ, hora ſecũda poſt meridiem, ante tamen prandium, capitula ſequentia per ſereniſſimum dominum Romanorum regẽ, & dominos legatos concilij Conſtantienſis, ſic per eius obedientiam nuncupati ab vna parte, & dominos ambaſiatores dominorum illuſtriſſimorum regum & potentum aliorum dominorum principum obedientiæ domini Benedicti decimitertij, ſic etiàm per eius obedientiam nuncupati ab altera, pro vnione in ſancta DEI Eccleſia conſequenda, concordata extiterunt cum Dei adiutorio modo infrà ſcripto:

Tenor capitulorum concordatorum.

Primò, quòd conuocatio fiat per prælatos cæterosq; viros eccleſiaſticos in dicto concilio Conſtantienſi, ſic per eius obedientiam (vt præfertur) nuncupato exiſtentes & congregatos de regibus & principibus prædictis, cardinalibus & prælatis, cæterisque viris de obedientia dicti domini Benedicti papæ decimitertij, ſic etiàm per eius obedientiam (vt præfertur) nuncupati, qui ad generale concilium debẽt & ſunt conſueti vocari per literas opportunas dictorum dominorum de concilio Conſtantienſi, quæ emánent ab eis ſub nominibus generalibus, & ſub denominatione tituli dignitatum ſiue nominum appellatiuorum ſinè expreſſiõe propriorum nominum vel propriarum dignitatum, ſecundùm formam hîc concordatam, & inferiùs inſertã. Et quòd dictæ literæ dirigantur nedùm ad dominos reges & principes & cardinales, ſed & ad alios quoſcunque prælatos obediẽtiæ p̃dicti domini Benedicti. Et quòd dicti domini reges & principes ipſius obedientiæ, ſumant onus faciendi præſentari dictas literas conuocatorias quilibet in regno & principatu ſuo prælatis ſuæ iuriſdictionis, & ſpecialiter dominus rex Aragonum ſumat onus faciẽdi præſentari dictas literas conuocatorias regibus & principibus dictæ obedientiæ iſta capitula firmantibus, & quòd in dictis literis conuocatorijs præfigatur terminus ad intereſſendum in ciuitate Conſtantienſi pro vniendo ſe, & faciendo concilium generale vnà cum alijs ibidèm congregatis, trium menſium computandorum à die præſentationis dictarum literarum fiẽdæ domino regi Aragonum in Perpiniano, (ſi fuerit) vel aliâs in ciuitate Barchinonen̄, (ſi fuerit præſens vel abſens) & in caſu abſentię ſufficiat p̃ſentare literas antedictas vicario regis, vel conſiliarijs dictæ ciuitatis, aut maiori parti eorundem. Et viceuerſa, quòd præfati domini reges & principes maximè dictæ obedientiæ domini Benedicti, facient literas conuocatorias ad prænominatos prelatos, cæterosq̃ dominos de concilio Conſtãtienſi ſimiles literis conuocatorijs ab illis de Concilio emanandis, vt præfertur, vel per ſuos ambaſiatores vel procuratores mittendos, ſufficienti poteſtate ſuffultos, ibidèm in Conſtantia congregatos conuocabunt, hoc addito ac etiàm intellecto, q̃

literæ conuocationis mittantur ad dominum regem Aragonum sexaginta numero, videlicet viginti quę dirigantur ad serenissimum dominum regem Castellæ & prælatos regni sui, & aliæ viginti quæ dirigantur ad serenissimum dominum regem Aragonum & Siciliæ, & prælatos regnorum suorum, & decem quæ dirigantur ad illustrissimum dominum regem Nauarræ & prælatos iurisdictionis ipsius, & quinque quę dirigantur præpotenti domino comiti Fuxi, prout in eisdem literis debet seriosiùs cõtineri.

* vnione Ecclesiæ, pro

Secundò, quòd dictæ conuocationes fiendæ per dominos de concilio Constautiensi, & etiàm per dictos dominos reges & alios &c. necnon & congregatio & constitutio Concilij generalis fienda per dictos dominos reges & cæteros de obedientia dicti domini Benedicti &c. possint fieri & fiãt generaliter, vt deferatur honori cõcilij Constantiensis iam dicti, scilicet pro extirpatione schismatis & hæresum, pro sancta *Romana Ecclesia, pro reformatione vniuersalis Ecclesiæ in capite & in membris, & pro vnico eligendo pastore, & pro alijs causis & rationibus quæ ad generale concilium de iure pertinent & spectãt. Sed ad partem promittatur & firmetur per serenissimum dominum Imperatorem, & per dominos prænotatos, prælatos & cæteros spectabiles viros huc missos ex parte Dominorum de dicto concilio Constantiẽsi, nomine dicti cõcilij & etiàm proprio, mediante publico instrumento cum iuramẽtis, quòd in concilio Constantiensi vniendo & constituendo (vt præfertur) non tractabuntur, ordinabuntur, statuentur, vel tractari, ordinari aut fieri permittentur directè vel indirectè aliqua concernentia aut tangẽtia dictos dominos, reges, principes, prælatos & alios de obedientia dicti domini Benedicti, vel aliquem ex eis, non solummodò duntaxàt causa eiectionis dicti domini Benedicti, & electionis futuri summi pontificis, & reformationis Ecclesiæ in capite & in membris, & in causa hæresum cum dependẽ & emergẽ &c. Et quòd dicti domini de dicto concilio Constantiensi, ratificabũt & approbabunt huiusmodi promissionem & obligationem, mediãtibus publicis instrumentis, vt suprà. Et quòd nihilominùs prædicta promissio, ratificatio & securitas specialiter confirmentur, & rata habeantur, & nouiter firmẽtur, & statuantur per dictum formandum concilium sufficiẽter, prout fieri debeat, & est solitum, antequàm procedatur & procedi valeat ad aliquos actus, postquàm fuerint vniti. Et quòd, si contrarium fieret, domini reges & principes & alij de obedientia dicti domini Benedicti ab expresso ex nũc agunt & dicunt, quòd illa sic in contrarium facta per formandum & vniendum concilium, habeantur pro inualidis atque nullis ipso iure, & quòd ad obseruationem eorum, dicti domini reges & principes & cæteri de prænominata obedientia dicti domini Benedicti, minimè teneantur.

Tertiò, quòd præfatis de obedientia dicti domini Benedicti venientibus ad Constantiam, statìm fiat vnio eorundem ad dictum concilium Constantiense, pro faciẽdo vnum vniuersale concilium. quo facto, dicti domini reges & principes & alij de obedientia eiusdem domini Benedicti, dicunt esse certissimum, quòd non possunt licitè obedire alicui in Papam eligendo vt vero papæ, nisì priùs vacaret Papatus morte aut renunciatione dicti domini Benedicti purè, licitè & liberè facta, prout de iure diuino pariter & humano tenetur, vel per iustam & legitimam ipsius depositionẽ seu depositionis declarationem ac eiectionem à papatu ꝑ dictum Conciliũ vel eius authoritate fiendam. Proptereà in fauorẽ dictę vnionis consequendæ, est concordatum inter serenissimum dominum regem Romanorum & alios dominos de Concilio Constantiensi, quod ab eis sacrum Cõcilium generale appellatur, & inter ambasiatores & procuratores dictorũ dominorum regum & principum, qui sunt de obedientia dicti domini Benedicti, quòd antequàm ad electionem vnici summi pontificis procedi valeat per dictum Conciliũ, vel per alios ad quos pertineat, procedatur per dictum concilium sic vnitum, contra eundem dominum Benedictum, nolẽtem aut subterfugientem renunciare purè & liberè, prout de iure diuino pariter & humano tenetur, aut etiã quomodolibèt delinquentem prout de iure diuino pariter & humano potest & debeat procedi per dictam iustam & legitimam eius depositionem, seu depositionis declarationẽ, & aliâs prout præfertur. Ità tamen, quòd formetur & fiat processus nouus per dictum cõcilium contra eundem dominum Benedictum iustè & legitimè. Ad cuius verificationem & decisionem, nullatenùs habeatur ratio ad processum Pisani concilij vel sententias ibidèm latas, vt illo vel illis dictum concilium in modum probationis vel in vim processûs vel iudicati non vtatur. Et quòd processa, cognita & sententiata ꝑ dictum concilium modo prædicto, dicti domini reges & principes, & cæteri obedientiæ dicti domini Benedicti, rata & grata habebunt, & illa minimè impugnabunt.

Item quòd cardinales dicti domini Benedicti sic vocati, vt suprà in literis conuocatorijs dum venerint ad dictum concilium, admittantur per idem concilium ad omẽs actus ibidèm expediendos, & etiàm ad electionem futuri summi pontificis suo casu,

& secundùm quod alij cardinales vocatorum Gregorij & Ioannis admittentur. Et si vocati vt suprà, non venerint personaliter ad iam dictum cõcilium, sed per alias personas sufficiens procuratorium habentes, recipientur & admittentur personæ prędictæ ad omnes actus Concilij, prout procuratores dominorum cardinalium dictorũ dominorum Ioannis & Gregorij admittẽtur & recipientur, & secundùm quod dictũ vniendum cõcilium circa prædictos omẽs cardinales duxerit ordinandum.

Quartò, quòd per dictum vniendũ concilium, si & inquantùm fuerit necessarium vel opportunum ad vberiorem cautelam, tollantur, aboleantur, annullentur & irritentur quicunque processus, sententię, decreta, ordinationes, statuta & pœnæ, ꝑ olìm Gregorium & Ioãnem & suos prædecessores, ac per concilium conuocatum Pisis, à tempore exorti schismatis & citra, ex occasiõe vel causa ipsi' schismatis facta & factę, prolatę contra dominos reges, principes, & alios quoscunque obedientiæ dicti domini Benedicti, ac etiàm contra quasuis alias personas, quæ dicto Benedicto non adhærent post dictam eiectionem seu depositionis declarationem, & contra quascunque vniuersitates, villas & loca, quatenùs tangat, & tangere possit dictos dominos reges & principes & alios obediẽtiæ dicti domini Benedicti, & omnia & singula indè secuta, omnem effectum eorum tollendo & omnem maculam siue notam, quæ contracta fuerit ob prædicta. Et idem intelligatur dictum de persona dicti Benedicti, casu quo renunciauerit purè & liberè & ante sententias dictæ eiectionis. Intellecto tamen & declarato, quòd dictum concilium non possit se iuuare processibus & sententijs aduersùs dictum dominum Benedictũ latis in processu & sententia indè ferendis contra eũdem Dominum Benedictum, de quibus in tertio articulo continetur. Et fiat similiter de sententijs latis per dictũ dominum Benedictum contra obedientiam dicti Concilij, dominos, reges, principes, personas singulares, villas, loca, & quòd statuatur in prima sessione dicti concilij, tempore quo fiet dicta vnio, quòd nunquàm decæterò ratione vel occasione dicti schismatis aut adhæsionis dicti domini Benedicti & sui prædecessoris domini Clementis possit contra dominos reges, principes, pręlatos & alios de obedientia dicti domini Benedicti, quomodolibèt procedi in iudicio vel extra.

Quintò, quòd per dictum formandum concilium approbentur, laudentur, & confirmentur, & etiàm meliori modo quo fieri possit, plenissimè firmentur omẽs & singulæ concessiones, dispensationes, gratiæ, factæ per dictum dominum Benedictum quibusuis personis dictæ suæ obedientiæ, de quibusuis dignitatibus, archiepiscopatibus, episcopatibus & officijs, & beneficijs alijs quibuscunque infra suam obedientiam, quæ nunc est, de his quæ nunc possident, & quæcunque infeudationes, inuestituræ, contractus & aliæ concessiones, & gratiæ vsque in diem primæ requisitionis factæ eidem Benedicto per reges & principes suæ obedientię, quibusuis personis suę obedientiæ infra suam obedientiam quæ nunc est etiã secularibus, tam regibus Aragonum, Castellæ, Nauarræ, Comitibus Armeniaci, & Fuxi, quàm filijs & liberis eorũ, coniunctìm & diuisìm, de his quæ nũc possident, & etiàm alijs cuiusuis conditionis existant. Hoc tamen intellecto & declarato, quòd si ab aliquibus prælaturis seu magisterijs, dignitatib' vel beneficijs quibuscunque durante schismate fuerint separata, vel aliâs segregata aliqua mẽbra, castra, villæ seu alia bona, redditus, prouẽtus, seu emolumenta ac responsiones cameræ vel alia iura quæcunque, de quibus fuerit aliquibus forsan iam prouisum, vel facta collatio seu infeudatio infra suam obedientiam cõstitutis, quòd prædicta ipsis prælaturis, magisterijs seu magistratibus, dignitatibus & beneficijs vt capiti restitui & redintegrari valeant per Concilium antedictum, & cæteris de alijs dignitatibus & beneficijs prouideatur, prout prouidentiæ Concilij fuerit visum, per dictas confirmationes & approbationes hîc cõtentas nullum impedimẽtum his præstetur. Et idem fiat econuersò de alia obedientia.

* matris

Sextò, quòd cardinales dicti domini Benedicti, si forsitan voluẽrint ire, aut mittere ad iam dictum formandum Concilium, seu ad electionem summi pontificis cùm vacauerit Papatus, altero de dictis tribus modis (vt suprà in dicto tertio capitulo dictum est) faciendam, cõuocati modo quo suprà, & adhærere volẽtes opinioni dictorum dominorum regum & principum obedientiæ dicti domini Benedicti, deputentur, recipiantur, & admittantur, vt veri cardinales sanctæ * vniuersalis Ecclesiæ, & vt tales habeantur, & ab omnibus honorentur, necnon dignitatibus, emolumentis ac alijs cardinalatûs priuilegijs, præeminentijs & prærogatiuis (vt præmittitur) frui pariter & gaudere. Saluis tamen alijs constitutionibus & statutis per dictum concilium promulgandis, de electione Romani pontificis facientibus mentionem.

Septimò, quòd prouideatur per dictum formandum Conciliũ circa officiales Romanæ curiæ dicti domini Benedicti, dum tamen eidem domino Benedicto non adhæreant post subtractionem obedientiæ, (si eam fieri cõtingat) vel post eiectionem prædictam.

Octauò, quòd si ante renunciationẽ seu electionem dicti domini Benedicti prænominatam, ipsum contingat decedere, promittãt dicti domini reges & principes eius obedientiæ atque iurent, quòd nõ permittent fieri in eorum regnis & terris electionem aliquam per cardinales ipsius vel alios ipsorum vice, immò quantùm in eis erit, modis omnibus prohibebunt. Et casu quo fieret per illos electio, illi sic electo per eos non adhærebunt, nec obedient quoquo modo, neque in eorum terris & regnis illũ sic electum aliquatenùs sustinebũt, vel sustineri permittent. Sed electionem in dicto casu per dictum formandum conciliũ permittẽt fieri, & electo per illud in Papam in dicto casu, vt vero summo pontifici indubiè adhærebunt.

Nonò, quòd præfatum formandũ Concilium debitè prouideat cum decenti mãsuetudine & ratiõabili æquitate, quòd vbi duo vel plures in eodem titulo ex diuersis obedientijs concurrũt, quilibet eorum in dicto concilio tractabitur, honore vtriusq; obedientiæ semper saluo, & quòd ante finem dicti Concilij idem concilium prouidebit in dictis casibus taliter, quòd illorũ quorumlibet honor & status, quandiù vixerint, debitè supportentur, & interim nihil innouetur contra aliquem prædictorũ, quousquè per dictum Concilium ad eundem summum pontificem eligendum prouisum fuerit debitè super istis.

Decimò, quòd dictus nominus rex Romanorum, & domini qui sunt presentes ex parte dominorum de Concilio Canstantiensi, illorũ nomine & etiàm proprio, quantùm ad eos spectat & eorũ quemlibet, bona fide assecurent, & assecurari faciant per dominum regem Franciæ, & dominos ducem Aquitaniæ, Delphinum Viennensem, & regem Ludouicum, & dominum comitem Sabaudiæ, & per totum dominiũ ipsorum, dictum dominum Benedictum, si ire voluerit, vel mittere ad dictum Cõcilium, & omnes & singulos ambasitatores & procuratores ipsius domini Benedicti, & dominorum regũ & principum & alias quascuis psonas, siue sint cardinales & alij prælati, si accedere voluerint, ac alios quoslibet obediẽtiæ dicti domini Benedicti tam clericos, quàm laicos, cuiusuis statûs, gradûs, aut conditionis existãt, cum gentibus & familiaribus suis & bonis eorũ cùm sufficientibus literis de saluo conductu, quòd tutè & liberè possint ire, transire, & morari per itinera & loca vsque ad Constantiã inclusiuè, & stare in dicta ciuitate Constantiensi & in dicto concilio, quandiù eis & cuilibet eorũ placuerit, & reuerti ab illis cùm voluerint, & aliàs in omnibus & per omnia eundo, stando & redeũdo, plenissima gaudeant libertate, & quòd officiales & cõsules Cõstantienses in absentia prædicti domini regis Romanorũ & alij ad quos spectat, iurent, & mediante eorum iuramento promittant, quòd fideliter obseruabunt, quantùm ad eos spectat, & obseruari facient præmissa omnia & singula, & defendẽt, & tuebuntur supradictos omnes & singulos in personis & bonis pro toto posse, omni fraude cessante, & nullam impressionẽ aut violentiam directè vel indirectè faciẽt, aut fieri permittent iam dictis personis vel eorum singulis, nec bonis eorũ quoquò modo, & omnia ista firmabunt iuramentis per dictum dominum regem Romanorum per se, & per alios dominos pro Concilio Cõstantiensi hîc præsentes, tam nomine dicti Concilij, quàm proprio. Quæ guidatica & assecuramenta mittẽtur domino regi Aragonum, vnà cum literis conuocatorijs dicti Concilij, ad hoc vt dictus dominus rex possit certificare vocandos de dictis securitatibus & saluis conductibus, nè dicti vocati, dicta occasione se valeãt, abeundo seu mittendo ad dictum concilium, excusare.

Vndecimò, quòd dictus dominus rex Romanorum suo nomine & pro successoribus suis, & alij domini hîc præsentes, nomine dictorum dominorum de Concilio Constantiensi & proprio iurabũt singulariter & promittent, quòd omnia & singula in prędictis capitulis & eorũ quelibet contenta facient (quantùm in eis erit) omni dolo cessante, per dominos cardinales, patriarchas, archiepiscopos, Episcopos & alios prelatos, ambasiatores dominorum regum & principum, & alios in dicto concilio Cõstantiensi existẽtes, vt singulares per se, vel personas ad hoc sufficiẽti potestate suffultas approbari, firmari, & iurari, antequàm concedantur dictæ literæ cõuocatoriæ. Et quòd in prima sessione facta vnione ad dictum Concilium, pro dicto vniuersali cõcilio prædicta facient, concedent, statuent, ordinabunt, & iurabunt. Et si contrarium præmissorum vel alicuius ipsorum fieret, vel paædicta omnia & singula non adimplerentur, fierent, & exequerentur, prout in dictis capitulis & eorum quolibet continetur, ex nunc aiunt & dicunt dicti domini reges & principes, prælati & alij ipsius obedientię domini Benedicti ab expresso, quòd ipso facto sit irritũ & inane, & quòd ad obseruantiam præsentium capitulorum minimè vel etiàm alicuius eorum teneantur. Et etiàm ambasiatores regum & principum hîc præsentes obedientiæ domini Benedicti, firment & iurent dictis nominibus dictorum regum & principum pro se & successoribus suis, tenere & obseruare omnia & singula supradicta, quantùm in eis erit.

Dnodecimò, quòd de prædictis omnibus & singulis firmentur, & tradantur cuilibet

libet partium *prædictorum tot, quot necessaria fuerint, publica instrumenta.

Anno à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, indictione nona, die Martis quarta mensis Februarij, Constantię in Ecclesia maiori fuit congregatio generalis, & dominꝰ archiepiscopus Iacobus Turonensis, vnus ex ambasiatoribus concilij ad partes Aragoniæ, in am bone existens, proposuit, quomodò iuxta conuenta in capitulis Narbonensibus oẽs & singuli domini cardinales, prelati, ambasiatores & procuratores existentes in ipso Concilio, tenerentur medijs eorum iuramentis dicta capitula approbare, & supplicauit ità fieri. Domini verò de Concilio ibidèm stantes, nemine discrepante, respõderunt, Placet. Approbãruntq; dicta capitula, & iurauerunt ea fideliter obseruare, videlicet domini cardinales & prælati ad pectora sua, cæteri verò domini ad sancta Euangelia corporale præstitẽre iuramentum, scrutantibus huiusmodi iuramenta à dextero latere dominis Ioanne de Trembleio, sedis Apostolicæ & sacri Constantiensis Concilij protonotario, à sinistro verò latere Galtero Grassi, Priore Ecclesiæ Rhodi ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, cum nonnullis alijs sacri Concilij notarijs & scribis.

Nomina illorum qui iurauerunt approbationem capitulorum.
Et primò cardinales.

Ioannes Ostiensis, Angelus Prenestinus Laudensis, Iordanus Tusculanus de Vrsinis, episcopi cardinales: Antonius Bononiensis, Franciscus Venetiarum, Ioãnes Dominici Ragusinus, Antonius Aquilegiensis, Gabriel Senensis, Petrus Cameracẽsis, Branda Placentinensis, Angelus Veronensis, Guillermus tituli sancti Marci, Almanus Pisanus, Antonius de* Chalanco, presbyteri cardinales. Rainaldus de * Brãchacijs, Amedeus Salutiarum, Ludouicus de Flischo, Odo de Columna, Lucidus de Comitibus, Franciscus Florentinus, diaconi cardinales. Ioannes Constantinopolitanus. Ioannes Antiochenus patriarcha. Nicolaus Gneznensis pro Ecclesia sua & rege Poloniæ. Petrus archiepiscopus Ripensis pro se & rege Daciæ, * Suetiæ & Noruegiæ. Iacobus Placentinus pro se & rege Poloniæ, & duce Vuitoldo. Nicolaus Bathonensis pro se & rege Angliæ. Robertus Saresbirienſis pro se & rege Anglię. Andreas Colocensis pro se & rege Romanorum.

Nicolaus Merseburgensis pro se & Archiepiscopo Magdeburgensi.

*Seleſuiceñ Ioannes *Silericensis pro se & rege Daciæ, Noruegiæ &c. Martinus Atrebatensis pro se & duce Burgundiæ.

Iacobus Adriensis pro se & Archiepiscopo Rauennatensi. Helias Aniciẽsis, nulli prætercquàm Romanæ subditus Ecclesiæ. Ioannes Vaurensis p prouincia Tholosana. Fredericus Augustensis, Patritius *Carthagienſis, Iacobus Esinus, Martinus Aprutinensis, Georgius Tridentinus, Henricus Feltrensis, Antonius Concordiensis pro se & Episcopo Aquensi. Stephanus Dolensis, Vitalis Tolonensis, Ludouicus Bangorensis, Vlricus Verdensis, Alanus Leonensis, Ioannes Vuormatiensis, Ioannes Firmanus pro se & archiepiscopo Brundusino & Abbate sancti Nicolai de Ausino. *Vlamingus Nolanus. Nicolaus Assisinas pro se & dominis Bertholdo Massanensi, & Andrea Nucerino. *Flamínus

Deeſt hîc nomẽ Epi aut quid aliud.

*Sinonensis pro se & Abbate sancti Georgij de Venetijs. Ioannes Vuarmiensis procurator Pomezanienſis, Culmensis, & Sambiensis episcoporum. Franciscus *Tudertinus pro se & abbatibus Marsianẽsi, & sancti Benedicti de *Gogabo de organis. Episcopus Cassis pro se & tribus episcopis, & Abbate Augustensi in * Franconia. Simon Anchonitanensis, Blasius Clusinus pro se & Perusinensi, Cortonensi, Vigilienſi, Messanensi, & Casertanensi episcopis. Ioannes Siluanectensis ambasiator vniuersitatis Parisiensis, Thomas Senonensis episcopi. Ioannes * Rauetensis, Andreas Poznanieñ. amabasiator regis Poloniæ & magni ducis Vuitoldi fratris Lithuuanię ducis. *Astrogius Militensis, procurator dominorum *archiepiscopi Simpratinensis & suorum Suffraganeorum. Ioannes abbas Cistertiensis, procurator specialis pro toto ordine Cistertiensi. Gaspar sancti Ioannis eremis de Perusio, decretorum doctor, ambasiator & procurator pro prouincia Burdegalensi. Matthæus Claræuallis ambasiator Ecclesiæ Gallicanæ, in Theologia magister. Guillermus de Precibus ordinis Cistertiensis *Venensis diœcesis. Guillermus sancti Pauli de Cornuto Turonensis diœcesis. Ioannes Vrsicampi * Nouomensis diœcesis. Guillermus sancti Saluatoris de *manè diœcesis Magalonensis pro prouincia Narbonensi. Guillermus de monasterio de Tellis Bituricẽsis diœcesis, in decretis licẽtiatus. Nicolaus sanctæ Mariæ de Columba, ordinis Cistertieñ, Placentinensis diœcesis, pro se & abbatibus de Strata de *Benedulo, de sancto Thoma, sanctorum Nazarei & * Celli Veronensis. Siffridus de *Euagen ordinis sancti Benedicti augustensis diœcesis, abbas sancti Petri Cabilonensis. Euerardus abbas in Lantz pro se & monasterio suo, & tanquàm pro parte omnium abbatum ordinis sancti Benedicti ner- *Astorgiẽ *archiepiſcoporũ *Venteñ * Nouiomeñ *Brũdulo *Celſi

bipolẽſis diœceſis. Hermannus de *Argauillarij, abbas ſancti Petri ordinis ſancti Benedicti Tullenſis diœceſis. Alexander abbas monaſterij ſanctæ Mariæ de Bellofonte, ordinis * veterum ſancti Benedicti diœceſis Maleacenſis, licentiatus in decretis, ambaſiator Eccleſiæ regni Franciæ pro prouincia Burdegalenſi, & procurator epiſcopi *Lauconien. Henric⁹ abbas vtriuſq; iuris licentiatus, ambaſiator vniuerſitatis Andegauenſis. Abbas Otto Burnenſis ordinis ſancti Benedicti. Abbas * Rumenſis. Ioannes abbas monaſterij de * Robſtodũ Ebredunenſis diœceſis. Ioannes abbas de Fõtibus *prouincia *Ebricenſi. Abbas ſancti * * Maſſenſis pro Eccleſia regni Franciæ & Delphinatûs. Abbas de Bolo in Anglia. Abbas ſancti * Gilſadij, Abbas de *Lanthein, Abbates.

* Bobſtoden.
* in *Ebroicenſi.
*Goldaſij
* Láhouſ

Nomina ambaſiatorum & procuratorum.

Stephanus de Galliaco canonicus & archidiaconus Loſatenſis, in Eccleſia Tholoſana procurator capituli. Magiſter Ioannes Baſiræ, procurator domini Ludouici archiepiſcopi Rothomagenſis. Ioannes de Trembleio ſedis Apoſtolicæ protonotarius, procurator capituli Ebredunẽſi. Nicolaus Verdis ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, ambaſiator archiepiſcopi Bremenſis. Nicolaus Augemij & Guillermus Brilleti ambaſiatores regis Cypri. Thomas abbas beatæ Mariæ Eboraci, ambaſiator regis Angliæ. Petrus Cãthon ambaſiator ducis Burgundiæ. Leo de Naſteco licentiatus in legibus, canonicus decanus Biſuntinenſis. Theodoricus de Monaſterio pro vniuerſitate Colonienſi. Ioannes Brum pro epiſcopo Halberſtadenſi. Prior de Rhodis pro hoſpitalibus ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

Antonius Moeſſi pro epiſcopo Gratianopolitano & ordine Prædicatorum.

*Steyn Abbas *Stoxij p rege Norvuegiæ & monaſterio ſuo, & Epiſcopo Lincopenſi.

Petrus de Mera pro epiſcopo & capitulo Traiectenſi. Paulus de Praga pro epiſcopo *Luthomiſienſi. Iacobus Baruth pro abbate ſancti Lamperti Saltzburgenſis diœceſis. Raimundus de Nouo bello pro epiſcopo Bituricenſi & abbate ſancti Tiberij Agathenſis diœceſis. Frater Angelus abbas monaſterij in *Buna Saltzburgenſis diœceſis ordinis Ciſtertienſis, pro monaſterio ſuo & duce Erneſto duce Auſtriæ. Petrus præpoſitus canonicorum regularium monaſterij in Lægingen pro monaſterio ſuo & Ioanne Burgrauio Nurbergenſi. Magiſter Petrus de Pulchra, pro vniuerſitate ſtudij Viennenſis.

*Luthoſmisleñ Lutomuſleñ
*Rama

Paulus Ladaura pro vniuerſitate Cracouienſi. Ioannes Hugueneti pro vniuerſitate Auinionenſi & certis abbatibus.

Henricus de Abundeñ, pro vniuerſitate Oxonienſi. Stephanus Platos pro epiſcopo *Luthoſmiſienſi & vniuerſitate Pragenſi. Petrus Parthis ordinis Theutonicorum pro dicto ordine. Michael *Boloſonis pro capitulis Viennenſi, Narbonẽſi, Viuarienſi, & Ebredunenſi. Andreas cantor Lubecenſis pro epiſcopo & capitulo Lubecenſi, necnon pro epiſcopo & capitulo Brandeburgenſi. Ioannes de Burneñ pro epiſcopo Monaſterienſi. Guillermus Prothos pro epiſcopo Ruſenſi, Arimicanẽſi & Affricanenſi. Ioannes Gretz Reginæ pro abbate *Mobedeus Pragenſis diœceſis, ordinis ſancti Benedicti. Matthias de Ville pro præpoſito in Vienna Patauienſis diœceſis. Conradus Abbas Pigamenſis ordinis ſancti Benedicti.

* Bloſonię *Bolſonię
*Mobedeo

Ioãnes Gervuer pro Henrico epiſcopo Verdenſi. Philippus de Lapſa pro abbate *Pridenſi, ordinis ſancti Benedicti.

Iacobus Alberti pro archiepiſcopo Rauennatenſi, Ferrarienſi epiſcopo, Parmenſi Epiſcopn, & marchione Ferrarienſi.

Ioannes Gigati pro capitulo Venetenſi.

Fredericus de Spiritu pro archiepiſcopo Rauennatẽſi, epiſcopo Ferrarienſi, Parmenſi, & marchione Ferrarienſi.

Benedictus de Guillelactis clericus cameræ, pro Epiſcopo Arcuratenſi.

*Pyreto

Frater Antonius de * Pecotto generalis ordinis Minorum pro toto ordine.

Iacobus Conradini pro epiſcopis *Gremenſi, Rameguſtanenſi, & pro abbate ſancti Andreæ de ſexto Ianuenſis diœceſis.

* Cremeñ

Ioannes Tremoſinus pro præpoſito *Thoalorenſi diœceſis Pragenſis, ordinis Præmonſtratenſis. Aegidius Petri canonicus Columbricẽſis pro epiſcopo Columbricenſi, Colimbrienſi, & epiſcopo Viſenſi. Ioannes decanus Lemouicenſis pro prouincia Bituricenſi & Epiſcopo Lemouicenſi. Raymundus Gregorij, pro epiſcopo Siſtaricenſi. Elſinus archidiaconus Starenſis pro Epiſcopo *Starenſi. Ioannes de Fliſco præpoſitus ſancti Adriani de Trigandio diœceſis Ianuenſis, pro Epiſcopis Vercellenſi & Vigintimillienſi. Laurentius Gnoda canonicus Lincopenſis pro epiſcopo Lincopenſi. Theodoricus * Cintemberg, cancellarius epiſcopi Vbracenſis pro ducibus Sleſiæ &c. Vuoalmarus Sals & Luderus rector pro epiſcopo Hildesheimenſi & capitulo eiuſdem.

* Thoalgereñ.
*Scareñ.
*Cincíberg

*Coante * Amoniæ pro duce Britanniæ, rege Scotiæ, comite Norvuegiæ, & comite Sabaudiæ.

Ioannes

Ioannes de Perona canonicus & procurator Eccleſiæ capituli Turonenſis. Frater Bernardus prior domûs Carthuſiæ prope Argentinã procurator Prioris maioris carthuſiæ. Guillermus de Forliuio rector conuentûs fratrum eremitarum ſancti Auguſtini de Forliuijs, procurator domini Georgij de Ordelaſſe domini Forliuij.

Galterus Graſſe procurator & magiſter totius ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vtriuſque iuris doctor. Nicolaus officialis Brixinenſis pro epiſcopo & clero Brixinenſi & Erneſto duce Auſtriæ. Petrus de Holtzkyrchen pro ſe & abbate Fuldenſi, ordinis ſancti Benedicti Herbipolenſis diœceſis, & præpoſito Numbergenſi Patauienſis diœceſis. Frater Antonius Coſtę ordinis Prædicatorum. Ioannes de * Vincellis procurator abbatis & conuentûs ac totius ordinis Cluniacenſis, & procurator abbatis ſancti Regnaudi & Prioris de Charitate. Ioannes de Gorello ordinis minorum cõuentûs Pariſienſis, ordinis antè dicti regens, necnon fratris Ioãnis Quingonelli ordinis præfati in prouincia Franciæ prouincialis miniſtri procurator. Frater Petrus Coruilhelli, procurator abbatis ſancti Nicolai prope Andegauiã. Ioãnes Broſſandi procurator epiſcopi & capituli Mirapicenſis. Simon Dobetheus archidiaconus Vapincenſis, procurator capituli eiuſdem & Atrebatẽſis. Aymericus de * Atrijs procurator prepoſiti Montiſiouis & * ſuprà ordinis & abbatis Sanginaci. Iacob⁹ Craſſeti literarum Apoſtolicarum ſcriptor, procurator capituli Auinionenſis & Nunatenſis. Bego de Rogerijs in legibus licentiatus, procurator epiſcopi Vticenſis, & deputatus pro prouincia Narbonenſi. Berengarius miſerondi procurator cõuentûs ſancti Guillermi de Deſertis Lodonenſis diœceſis. Ioannes Seneſcalli procurator domini abbatis Præmõſtratenſis & totius ordinis, & Ioannes de * Ponlexo, prior Romanę curiæ & cellerarius monaſterij S. Antonij, & præceptor de Reuerſo, ac procurator totius ordinis S. Antonij & Auguſtini, ac procurator epiſcopi Taurinenſis. Ioannes Vuipperdus pro abbate * Fiſtanenſi ordinis S. Benedicti Rothomagenſis diœceſis. Paſquerius de Vallib⁹ baccalaureus in decretis, procurator abbatis S. Ricarij in * Pontio ordinis ſancti Benedicti, aliàs Ambactenſis diœceſis. Petrus Ginecouii literarũ ſacræ pœnitentiariæ ſcriptor, & procurator epiſcopi & capituli Conſeranenſis. Iacobus de Gramineis de Graumicis de Padua, canonicus Concordienſis, procurator Epiſcopi Concordienſis prouincię Aquileienſis. Ioannes de Boues, procurator regis Francię, & procurator monaſterij ſancti Auguſtini. Oliuerius * Longuenet in artibus & medicinis magiſter, baccalaureus

*Arcijs
*Ponleyo
*Fiſcáneñ
*Pontino
*Languiñet

in decretis, procurator epiſcopi * Treconenſis, abbatũ de * Buſagio, de Malareyo, de Begardo, & Rhemenſis ſancti Benedicti Ciſtertienſis ordinis, & Venetenſis & Rauennatenſis & * Trecorenſis diœceſis.

* Buſaya

* Godoffredus Dauli licentiatus in legibus, procurator epiſcopi Lemouicenſis, & abbatis ſancti Martialis Lemouicẽſis diœceſis. Petrus de Rococello prior Prioratûs conuentualis beatæ Mariæ de Aurate.

*Gaufridi

Theodoricus procurator domini archiepiſcopi Toloſanenſis, miſſus & nominatus pro prouincia Toloſana, & epiſcopi Agathenſis. Raimundus de * Remegueria licentiatus in decretis, Prior maioris eccleſiæ Electeñ, procurator epiſcopi & capituli Electenſis. Tierricus de ſancto Deodato licentiatus in legibus, & magiſter in artibus, ambaſiator vniuerſitatis Aurelianenſis, & procurator epiſcoporum tullenſis & Xanctenſis. Verneius militis, decanus Eccleſię Bambergẽſis, Bremenſis diœceſis. Henricus de Molendino canonicus Bremenſis, ambaſiator domini archiepiſcopi Bremenſis. Guillermus Votis in vtroque iure baccalaureus, canonicus Eccleſiæ Gratianopolitanæ. Guillermus *Brucellis, domini Michaẽlis archiepiſcopi * Amham primatis Hybernię, ac domini Thomæ epiſcopi Offorienſis procurator.

*Rentegueria
*Purtellis
* Artham

Guillermus de Spelunca canonicus Nolenſis, miſſus nomine illuſtriſſimæ dominę Ioannæ Nauarræ & Angliæ reginæ, & nomine proprio. Robertus Prior Celſinorum, vicarius & procurator abbatis Cluniacenſis & eiuſdem conuentûs Mateſconenſis diœceſis, pro ipſis & ſuo Cluniacen ordine. Simon Quatadriorum canonicus ſancti Remigij, procurator dominorum epiſcoporum Andegauenſis & Auinionenſis. Thomas Bonotant licentiatus in legibus, procurator epiſcopi Andegauenſis, & Omnium ſanctorũ Andegauenſium, & Ioannes de Pratis monaſterij ordinis Auguſtini Maclouienſis diœceſis.

*Ermogandus de Caſſerijs licentiatus in decretis, Archipresbyter Narbonenſis & Prior de Capite ſtagno Narbonenſis diœceſis, ambaſiator vniuerſitatis Montiſpeſſulani Magalonenſis diœceſis.

*Ermegandus

Antonius de Zuuaneuuarde procurator præpoſiti, decani & capituli Eccleſiæ ſancti ſaluatoris Hexbeberenſis diœceſis, & decani & capituli Eccleſiæ beatæ Mariæ Curtracenſis, Tornacenſis diœceſis.

Hugo de Teſſeto, canonicus Eccleſiæ Catracenſis, procurator epiſcopi Catracenſis. Ioannes * Dolior licentiatus in legibus, archidiaconus de Sabolio, & canonicus Eccleſiæ Cenomanenſis prouinciæ Turonenſis, procurator decani & capituli Eccleſiæ Cenomanenſis.

*Dolier

Frater Petrus de Saliente, cellerarius

monaſterij Aureliaci, ſancti Flori diœceſis, licenciatus in theologia & in decretis, vicarius epiſcopi Gratianopolitani, & procurator Vapincenſis epiſcopi, necnon abbatis Conchenſis Ruthenenſis diœceſis. Ioannes * Honorodiæ vtriuſque iuris licentiatus, ambaſiator vniuerſitatis Andegauenſis. Hugo Fabri, magiſter in artibus & medicinis, procurator epiſcopi Cameracenſis. Elſius ſcholaris pro abbate ſancti Laurentij Fauentinę diœceſis. Otto de * Milex præpoſitus Eccleſiæ Herbipolenſis, pro ſe & epo Herbipolenſi. Ioānes * Habunde ꝓ ſe & epiſcopo Eiſtetenſi & duce Frāconiæ. Lampertus de Grolia, pro ſe & regno Hungariæ. Bertholdus Ruke præpoſitus Lubecenſis, pro ſe & epiſcopis Tarbacenſi, Ozilienſi, & Coromenſi. Petrus Storch in theologia doctor, pro vniuerſitate ſtudij Lipſenſis. Ioannes Creſte licentiatus in vtroque iure, pro duce Guillermo Bauariæ, comite Hollandiæ, Hannoniæ & Zelandiæ. Magiſter Albertus de Nurenberga, pro ſe & epiſcopo Bambergenſi. Philippus de Lompreſſa literarum Apoſtolicarū ſcriptor, pro ſe & Bartholomæo abbate monaſterij ſancti Laurentij extra muros Tridentinenſes. * Cuntzo de Suuola, auditor ſacri palatij Apoſtolici, & Albertus Varemtapp pro ſe & archiepiſcopo Pragenſi.

* Houro-diæ

* Milex

* Abundæ

* Cunco

Ioannes & Arnoldus Forcheim, literarū Apoſtolicarum ſcriptores, pro ſe & electo Getenſi. Michael de Ezedal, rector parochialis Eccleſiæ in Loſen Vratiſlauienſis diœceſis, pro præpoſito Martalenſi ordinis Præmōſtratenſis Cōſtantienſis diœceſis. Nicolaus de Ballionibus, Prior generalis ordinis ſancti ſepulcri Dominici.

Germinianus pro ſe & abbate ſanctę Trinitatis Veronenſis, ordinis Vallis Vmbroſæ. Baſilius de Triſis, procurator epiſcopi Vicanenſis. Fredericus epiſcopus Fulginatenſis, pro abbate montis * Caſſanenſis, & Iacobo epiſcopo Spoletano, epiſcopo Nucerino, & pro Nicolao abbate monaſterij de cruce ſaxi viui de Fulgineo.

* Marcani

Dominus Arpinus de Alexandria, pro epiſcopo Albiganenſi.

SESSIO XXI.

ANNO à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, die verò ſabbati trigeſima & penultima menſis Maij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, præſidente eidem reuerendiſſimo patre domino Ioanne Epiſcopo Oſtienſi Cardinali Viuarienſi, in qua quidem ſeſſione dicebatur officium Miſſę de ſpiritu ſancto, cum litanijs & alijs ſeſſionibus requiſitis. Quibus expletis, fiebat ſermo ad Clerum per Reuerendum patrem Iacobum epiſcopum Laudenſem, qui pro ſuo themate aſſumpſit verba hæc, videlicet: Exprobrauit DEVS incredulitatem eorum & duritiam cordis. Et eo finito, magiſter Hieronymus de Praga in medio exiſtens, aſſcędens quendam bancum, replicauit cōtra præfatum dominum Iacobum & eius ſermonē, & alia diuerſa dixit, & allegauit. Quibus & alijs pluribus auditis, reuerendiſſimus pater dominus patriarcha Cōſtantinopolitanus, vnus de commiſſarijs ipſius ſynodi, dicto magiſtro Hieronymo præſente & audiente, ſententiam diffinitiuam contra eundem Hieronymū de Praga, alta & intelligibili voce in ſcriptis legit & promulgauit, prout & quem admodūm in quadam ſchedula papyrea, quam in ſuis manibus tenebat, tenoris inferiūs inſerti, pleniūs continetur & habet. Qua ſiquidem ſententia lecta, & per ſynodum vniuerſaliter approbata, & per deputatos nationum, Antonium Concordien, Vitalem Tolonenſem, Nicolaum Mersburgenſem, & Patricium * Carthagienſem epiſcopos, ac præfatum dominum Oſtienſem, per verbum Placet, idem Hieronymus traditus eſt poteſtati ſeculari, & combuſtus fuit.

Marc. 16, d

Hieronymus à Praga relabitur in hæreſin, & ideò comburitur.

Tenor ſententiæ diffinitiuæ latæ contra Hieronymum de Praga.

In nomine Domini, Amen. CHRISTVS Deus & ſaluator noſter vitis * matura, cuius pater agricola eſt, diſcipulos ceteroſque fideles ſuos in illis inſtituens, inquit: Si quis in me non manſerit, mittetur foràs ſicut palmes, & areſcet. Cuius ſummi doctoris & magiſtri doctrinā ſequens & præcepta exequens hæc ſancta Conſtantienſis ſynodus, in cauſa inquiſitionis hæreticæ prauitatis per eandem ſanctam ſynodum mota, fama publica referente & clamoroſa inſinuatione demonſtrante, contra magiſtrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magiſtrū in artibus, laicum, ex cuius cauſæ actis & proceſſibus conſtat, eundem Hieronymū tenuiſſe, aſſeruiſſe, & dogmatizâſſe nonnullos articulos hęreticos & erroneos, dudùm à ſanctis patribus reprobatos, quoſdā verò blaſphemos, & alios ſcandaloſos, & alios piarum aurium offenſiuos, temerarios & ſeditioſos, dudùm per damnatæ memoriæ viros Ioannem Vuicleff & Ioannem Huſz aſſertos, prædicatos & dogmatizatos, ac in nōnullis eorum libris & opuſculis inſertos. Quique doctrina & libri prædictorum Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz, ac Vuicleff memoria, dictiq; Ioannis Huſz perſona, per eandem ſanctam ſynodum & eius ſententiam de hæreſi damnati & damnatę fuerunt. Quamq; damnationis ſententiam idem Hieronymus poſtmodùm, pendente huiuſmodi inquiſitionis cauſa, in eadem ſancta ſynodo cognoſcens & profitēs veram, Catholicam & Apoſtolicam fidem approbauit, & eidem conſenſit, anathematizauitq; omnem hæreſim, præcipuè eam de qua erat infamatus, & ſe cōfitebatur infamatum, & quam præteritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioannes Vuicleff & Ioannes Huſz in ſuis opuſculis, ſermonibus & libellis, & propter quam ſeu quas cum ſuis dogmatibus & erroribus ab eadem ſancta ſynodo damnati fuerunt tanquàm hæretici, & eorum doctrina ſimiliter damnata, præmiſſorumque omnium damnationem profeſſus, & iurauit ſe in hac fidei veritate permanſurum. Et ſi ipſe quicquam contrà ſentire, vel prædicare præſumpſerit, canonum ſeueritati ſubiacere, & æternæ pœnæ voluit obligari. Necnon ſuam profeſſionem manu ſua conſcriptam, eidem ſanctæ ſynodo obtulit atque dedit. Poſt quas profeſſionem & abiurationem multis diebus tranſactis, ſicut canis ad vomitum rediens, vt virus peſtilentiſſimū quod in ſuo latitabat pectore, publicè euomeret, audientiam publicam ſibi dari in eadem ſancta ſynodo poſtulauit. Qua ſibi cōceſſa, coram eadem ſynodo publicè cōgregata aſſeruit, dixit, & ꝓfeſſus eſt in effectu, quòd præfatę ſententiæ damnationis dictorum Ioānis Vuicleff & Ioannis Huſz iniquè cōſenſerat, & illam ſententiam approbādo mentitus fuit. Nec verebatur ſe confiteri mentitū, quinimmò cōfeſſionem, approbationem & profeſſionem ſuas ſuper illorum damnatione reuocabat nunc & in æternum, aſſerens, ſe in libris Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz nullā vnquàm hæreſim vel errorem legiſſe, licèt antè fuerit confeſſus, & probatum ſit euidenter, ipſum libros eorum diligenter ſtudiuiſſe, legiſſe, & dogmatizâſſe, & in quibus cōſtat plures errores & hæreſes contineri. Vndè idem Hieronymus de ſacramēto altaris & trāſſubſtantiatione panis in corpus profeſſus eſt, ſe tenere & credere quod Eccleſia tenet, dicens ſe plùs credere Auguſtino & cæteris Eccleſiæ doctoribus, quàm Ioanni Vuicleff & Ioanni Huſz. Cōſtat inſuper ex præmiſſis, eundem Hieronymum prædictis Vuicleff & Huſz damnatis & eorum erroribus addærere, illorumq; fautorem fuiſſe & eſſe, propter quæ eadem ſancta ſynodus eundem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foràs mittendum decernit, ipſumque hæreticum, & in hęreſim relapſum, excommunicatum, anathematizatum pronūciat, & declarat, atque damnat.

* vera Ioan. 15, a

Hieronymi Pargen dānatio.

SESSIO XXII.

De vnione ambaſiatorum regis Aragonum.

DIE iouis decimaquinta menſis Octobris, anno à natiuitate Domini 1416. indictione nona, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, ad hoc ſpecialiter deputata, & reuerēdiſſimus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis ſchedulam tenoris ſubſequentis legit & publicauit.

Suprà ſeſſione 19.

Decretum locationis ambaſiatorum regis Aragonum.

Sacroſancta ſynodus Conſtantienſis, conſiderans quòd ad ſuam & ſuorum ad hoc deputatorum inſtantiam, oratores chariſſimorum Eccleſiæ filiorum Iacobi & Ioannæ regis & reginæ Hieruſalem & Siciliæ illuſtrium requiſiti fuerūt, vt quoniam expectantur oratores chariſſimi Eccleſiæ filij regis Caſtellæ & Legionis illuſtris huc ad ſynodum venturi, ad perficiendū cum ipſa ſynodo Eccleſię vnionem, placeret eiſdem oratoribus dictorū regis & reginæ, dimittere locum, quem in loco ſeſſionis nunc tenent, tanquàm qui eiſdē oratoribus dicti regis Caſtellæ venientibus debebitur, & durante præſenti concilio, vadant ad partē ſiniſtrā immediatè poſt ambaſiatores etiàm chariſſimi filij regis Angliæ illuſtris. Ideò eadem ſynodus decernit & ſtatuit, quòd ob hoc ſiue veniant ſiue non veniant dicti oratores regis Caſtellæ, non præiudicetur eiſdē regi & reginæ & eorum regnis, nec dictis oratoribus ſuis eorum nomine aut alijs quibuſcunq;, quo ad locum & honorem, qui ſibi in hac ſynodo debentur, tā in ſeſſionibus q̄ in proceſſionibus & alijs quibuſcunque. Et ſi cōtingat, quòd medio tempore ante aduentum Oratorum dicti regis Caſtellæ, aliquis vel aliqui oratores alterius regis ſederēt in loco prędicto, ambaſiatoribus dictorū regis Iacobi & Ioannæ reginæ dimiſſo, declarat eadem ſancta ſynodus, ꝙ hoc erit de tolerātia, permiſſione & gratia, & pro hac vice duntaxàt, & ꝙ per hoc illi vel illis nullū ius acquiratur ex ſeſſione prædicta, nec præiudicetur dictis ambaſiatoribus regis & reginæ prędictorum, & regnis ac proceſſionibus vel alijs actibus, qui concurrerent in hac ſynodo.

Poſt hæc autem reuerēdus dñs magiſter Antonius Taxal generalis ordinis B. Mariæ de mercede, in dicto ambone exiſtens, legit ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Schedula lecta per ambaſiatores regis Aragonum.

Nos Ioannes Raymundi Floch comes Cardonæ, frater Antonius Taxal ſacræ paginæ magiſter, generalis ordinis beatæ Mariæ de mercede, Raymundus * Xatmar miles, Sperans in Deo Cardonę iuriſperitus, Gundiſſaluus Garſſiæ de ſancta Maria decretorum, & Michael de Nauers vtriuſque iuris doctores, oratores & procuratores illuſtriſſimi principis & domini noſtri domini Alphonſi regis Aragonum &c. volentes & intendentes adimplere cōuentionem Narbonæ initam inter ſereniſſimum princi-

* Xatinar Sperans in Deo, prorium hic nomē eſt, non quid cōplexū.

principem & dominum, dominum Sigismundum Romanorũ & Hungariæ regem, & procuratores nuncios & legatos præsentis congregationis Constantiensis ex vna, & etiàm oratores & procuratores ac nuncios dominorum regum Castellæ, Aragonum & Nauarræ, necnon illustrium principum dominorum Fuxi & Armeniaci comitum ex alia partibus, præsentauimus nos in hoc loco coram paternitatibus vestris, offerentes nos ad exequendam dictam conuentionem, & omnia & singula contenta in ea: & sic nunc attendentes quod in primo capitulo dictæ conuentionis continetur, quòd conuocatio fiat per prælatos cæterosque viros Ecclesiasticos huius cõgregationis, per literas quæ dirigantur ad dominos principes & alios de obedientia domini Benedicti papæ XIII. quondàm nominati, & viceuersa, quòd præfati domini reges & principes de obedientia dicti domini Benedicti faciant per literas conuocatorias ad vos prænominatos prælatos cæterosq; dominos de cõgregatione præsenti, vel per suos ambasiatores vel procuratores mittendos, vos hîc in Constantia cõgregatos cõuocabunt: & attento etiàm quòd conuocatoriæ literę pro parte vestra dicto domino regi Aragonum præsentatæ fuerunt, volumus & nos satisfacere dicto capitulo, cuius tenor, quantùm ad literas conuocatorias quæ in eo continentur, talis est: Miseratione diuina episcopi &c. Post lecturam verò præfatus dominus archiepiscopus Mediolanensis prædictas literas conuocatorias legit alta voce, in dicto ambone existens:

Literæ conuocatoriæ.

MIseratione diuina Episcopi, presbyteri, diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, prælati & cæteri in Constantia prouinciæ Moguntinensis in CHRISTI nomine congregati, Illustri principi Ferdinando Dei gratia Aragonum & Siciliæ regi, salutem & Ecclesiasticam vnionem feliciter intueri. Quanquàm misericordiæ Domini neque mensuram ponere, neque eiusdem tempora diffinire possumus, indiès attamen quos diligit, castigans, compertum habemus quòd flagellat, vt in tentatione prouentum faciat, & probatos ampliori retributione prosequatur. Ipso siquidem permittente, à triginta octo annis & ampliùs populus eiusdem peculiaris qui Christiano nomine gloriamur, afflicti fuimus pestifero & execrabili schismate præsenti, cuius occasione omnium penè benè viuendi modorum status confractus est. Vt cessaret angelus percutiens, altissimum exorauimus, & indefessè ad id sudores nostros & animos aptauimus: propicietur populo suo misericors Dominus, deprecamur, & secundùm altitudinem cæli à terra corroboret misericordiam suam super timentes se. Vndè quanquàm varios perpessi fuimus pro pace Ecclesiæ consequenda labores, & per anni circulum & vltra circa hoc vacauerimus, nondùm venit dies Domini, in qua pace frui optabamus, verùm appropinquat, speramus in eius authore, quia arras ipsius reperimus. Nam dominus qui Gregorius duodecimꝰ in sua obedientia dicebatur, sua sponte cessit: sic & dominus qui Ioannes vicesimustertius dicebatur, facere voluit, atque fecit. Vt autem hoc idem faceret dominus Petrus de Luna, qui Benedictus decimustertius in sua obedientia nominatur, legatos & nuncios nostros ad serenitatem vestram & ipsum cum sereniſſimo Romanorum rege venerabiles & reuerẽdos patres & doctissimos viros archiepiscopum Turonẽsem & alios collegas destinaueramus. Qui quidem dominus Petrus admonitus, rogatus, exhortatus & requisitus humiliter, aptè, debitè & iuridicè, cessionẽ per ipsum iure diuino pariter & humano & aliàs multipliciter debitam facere noluit, sed hucusq; distulit atq; differt in totius Ecclesię scandalum, ac populi Christiani iacturam, & animæ suæ detrimentum. Quam quidẽ cessionem vt faceret, per vos fuit dictus dominus Petrus de Luna requisitus pluriès per principes & comites notabiles obedientię suæ. Idcircò vt filij pij matri suę compatientes, nitimur, & quantùm in nobis est, nisi fuimus pacem prædictam obtinere, & animos virtuosorum virorum ad hoc allicere, quatenùs in illo qui est verus Ecclesiæ sponsus, congregati in vnum simul, matrem Ecclesiam diuisam vniamus, & indecentia quelibet quę dicti schismatis occasione pullulârunt, tollamus, & de medio auferamus. Hinc serenitatem vestram obsecramus per viscera misericordiæ D E I nostri, & per adspersionem sui preciosissimi sanguinis, & per precium redemptionis nostræ exoramus, requirimus, & monemus, quatenùs ob D E I nostri reuerentiam ad tractandum vnà nobiscum super infrascriptis veniatis, & subditos vestros qui possint, & debeant concilijs generalibus interesse, quos vnà vobiscum præsentibus conuocamus, moneatis, inducatis, & eosdem authoritate à D E O vobis tradita, qua potestatis culmina intra Ecclesiam principatûs proprio decore tenetis, & de eadem reddituri estis rationem, iuxta dispositionis vobis traditę modum conuocetis, vt infra tres menses immediatè sequentes, præsentationẽ *Perpiniani aut Barchinonæ de præsentibus faciendam, concordatam in capitulis die decimotertio Decembris proximè lapsi, Narbonæ super materia vnionis firmatis, (de qua quidem præsentatione certificabimini

1. Cor. 10.
2. Re. 24. c
Psal. 102.
Lucæ 1.
* Perpiniaci
Constantiensis cõcilij sessi. 20.

bimini in Cõstantia) compareatis ad schisma sedandum, vnionem Ecclesiæ procurandam, reformationẽ etiàm ipsius Ecclesiæ tam in capite quàm in membris complendam, & deiectionem dicti Benedicti effectualiter faciendam, & ad electionem futuri Romani pontificis procedendum, ac pro alijs causis & rationibus quæ ad generale concilium de iure pertinent & spectant. Per hoc enim populum quem Christus suo sanguine precioso acquisiuit, in vnum ouile ad gloriam æternam consequendam * apta mente ac debitum D E O & Ecclesiæ matri nostræ reddituri, æternæque retributionis præmia consequi poteritis. Datum & actum Constantiæ in Ecclesia cathedrali dicti loci, in qua pro præmissis fueramus congregati * secundo Nonas Februarij, Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽtesimo decimosexto, Apostolica sede vacante. Postquàm autem præfatus archiepiscopus suam lecturam compleuisset, ambasiatores dicti regis Aragonum volentes satisfacere dicto capitulo, dixerunt per organum præfati magistri, Antonij Taxal, vt sequitur:

Nos oratores & procuratores illustrissimi principis domini Alphõsi domini nostri regis Aragonum &c. conuocamus vos omnes prelatos & cęteros dominos de hac congregatione, iuxta tenorem dicti capituli. Deindè prælati & cæteri in ipsa congregatione existentes, per organum dicti archiepiscopi Mediolanensis respondẽrũt in hunc modum:

Nos miseratione diuina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, prælati & cæteri hîc congregati, dictam conuocationem acceptamus, & offerimus nos paratos sinè dilatione quacunque ad procedendum ad vlteriora. Et insuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenùs ad vnionem faciendam nobiscum procedatis iuxta tenorem tertij capituli conuentionis prædictæ, quod incipit: Tertiò, quòd præfatis de obedientia domini Benedicti &c. Oratores verò regis Aragonum responderunt per organum dicti domini Antonij Taxal, dicentes: Nos oratores & procuratores prædicti, dicto nomine vnimus nos vobis iuxta tenorem capituli antedicti. Mox domini prælati & cæteri dixerunt, & responderunt per organum domini Bartholomæi archiepiscopi Mediolanensis, vt sequitur:

Nos miseratione diuina episcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchę, archiepiscopi, episcopi, prælati & cæteri hîc cõgregati, supradictam vnionem vestram acceptamus, & econuersò nos vobis procuratoribus prædictis dicto nomine iuxta tenorem dicti capituli vnimus, & sic tam prę-

* aptauerit is debitũ
* pridiè
Cõstantiensis cõcilij sess. 20.

lati quàm ambasiatores prædicti, dixerunt submissa voce: In nomine patris & filij & spiritussancti. Et super præmissis petierunt instrumentum & instrumenta hincindè. Et præsidentes pro nationibus, ac cardinalis Ostiensis pro collegio cardinalium, responderunt, Placet.

Quibus sic peractis, præfati domini ambasiatores regis Aragonum descenderunt ambonem, & iuerunt in scamno, in quo sedebant domini ambasiatores regis Franciæ. Et interpositi fuerunt inter eosdem in hunc modum. Primò enim in primo loco sedebat egregius vir Ioannes de Gersono cancellarius Ecclesiæ Parisiẽsis, sacrę theologiæ professor, ambasiator Francorum regis. Et post eum sedebat dominus Ioannes Raimundus Floch comes Cardonę, ambasiator Aragonum regis, & sic de singulis.

Quibus sic ordinatis, & in bona concordia completis, reuerendissimi domini cardinales ac cæteri domini ac prælati * pluuialibus se induerunt, mitras capitibus imponentes, & reuerendissimus pater dominus Ioannes Episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, in eadem sessione præsidens existens, assumptis secum diacono & subdiacono & alijs, vt est moris, diaconus dixit, alta voce cantando: Orate, Et hoc dicto, omnes genibus flexis per aliquod temporis interuallum orauerunt, &c. Omnibusque cæremonijs completis solenniter, prout est de more aliarũ sessionum, lectoq; euangelio, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicèm, archiepiscopus Mediolanensis legit decreta & capitula sequentia.

Ioannes Gerson.
* plumalibus
Ioan. 15.

Concessio vocum ambasiatorum regis Aragonum.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in Spiritusancto legitimè congregata, ex certa scientia & etiàm certis ex causis animos dictæ synodi specialiter mouentibus, pro bono pacis & vnionis redintegrandæ in Ecclesia sancta Dei, statuit & decernit, ac salua semper protestatione infrascripta, quam in omnibus infrascriptis capitulis & in singulis eorum partibus voluit habere pro repetita, liberaliter concedit dilectis Ecclesiæ filijs, nobilibus, religiosis & egregijs viris Ioanni Raimundo Floch Cardonæ comiti, fratri Antonio Taxal sacræ paginæ magistro, generali ordinis beatæ Mariæ de mercede, & Raimundo de Xantin militi, Speranti in DEO Cardonæ iurisperito, Gundissaluo Garssiæ de sancta Maria decretorum, & Michaeli de Nauers vtriusq; iuris doctoribus, oratoribus, procuratoribus, ambasiatoribus & consiliarijs clarissimi ipsius Ecclesię filij Alphõsi regis Aragonũ illustris, & p maiori robore & firmitate cũ eisdẽ oratoribꝰ pśentibꝰ cõuenit ac paci-

Sperans in Deo, propriũ hic nomẽ est, non quid cõplexũ.

ac paciſcitur, quòd Oratores præfati præſentes, & alij venturi oratores eiuſdem regis, hîc durante cócilio & pro hac vice tantùm, tantam habeant vocem, tantæ virtutis & authoritatis, quantæ eſſent voces omniũ prælatorum Eccleſiaſticarumq́ perſonarum regnorum & terrarũ ipſius regis, quæ poſſidet citra & vltra mare, quæ ad generale cócilium ſunt aſſuetæ vocari, & hoc in hac natione Hiſpanica in qua erunt, q̃q́ue per hoc cócilium expediantur negocia per nationes, iuxta modum qui in præſenti cócilio hactenùs obſeruatus eſt.

Item quòd clariſſimi Eccleſiæ filij reges Caſtellæ, Portugaliæ & Nauarræ illuſtres, habeant eandem gratiam, quæ etiàm ex nunc intelligitur conceſſa, inquantùm ipſi vel procuratores eorũ habere eam voluërint, ipſis tamen regibus Caſtellę & Nauarræ obſeruantibus capitula in ciuitate Narbonenſi inter clariſſimum Eccleſiæ filium Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem illuſtrem, & dilectos etiàm ipſius Eccleſiæ filios procuratores & nuncios dictæ ſynodi ex vna, & procuratores & oratores prædictorum regum Aragonum & Nauarræ, & dilectorum Eccleſiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera concordata.

Item quòd prædicta conceſſio valeat pro prælatis & perſonis Eccleſiaſticis prædictis, tunc à concilio abſentibus.

Item ſolenniter proteſtatur, quòd prædicta conceſſio atque ſtatuta, decreta, conuentiones & pacta huiuſmodi, omninò intelliganitur facta ſinè aliquo præiudicio capitulorum prædictorum, in dicta ciuitate Narbonenſi concordatorum, quibus capitulis concordatis ac concordiæ dicta ſancta ſynodus omninò ſtare intendit, nec ab eis in toto vel in parte recedere, & ità in præſentia oratorum prædictorum ſolenniter proteſtatur.

Subſequenter idem Archiepiſcopus legit in ambone quæ ſequũtur:

Conſtantienſis cõcilij ſeſſi. 20.

Sacroſancta generalis ſynodus Cõſtantienſis, in ſpiritu ſancto legitimè congregata, viſo & conſiderato capitulo ſecundo ex capitulis Narbonẽſibus, inter clariſſimum Eccleſiæ filium Sigiſmundum Romanorũ & Hungariæ &c. regem illuſtrem, & dilectos etiàm Eccleſię filios, procuratores nuncios dictæ ſynodi ex vna, & procuratores oratores clariſſimorum dictæ Eccleſiæ filiorum, Caſtellę, Aragonum & Nauarrę regum illuſtrium, & dilectorum Eccleſiæ filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera cõcordatis, quod incipit: Secundò, quòd dictæ conuocationes fiendæ &c. Volens in omnibus obſeruare dictum capitulum, promittit, ratum habet, ſecurat, & ſpecialiter confirmat, ac nouiter firmat, ac ſtatuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Viſo etiàm quarto capitulo dictorum capitulorum, quod incipit: Quartò, quòd per dictum vniendum concilium &c. abolet, tollit, annullat eadẽ ſancta ſynodus quoſcunque proceſſus, ſentẽtias, ordinationes, ſtatuta & pœnas, vt in dicto capitulo quarto ſuprà deſcripto continetur, vſque ibì, Et quòd ſtatuatur &c.

Item ſtatuit eadẽ ſancta ſynodus, quòd nunquàm decæterò ratione vel occaſione dicti ſchiſmatis aut adhæſionis dicti domini Benedicti, & ſui prædeceſſoris domini Clementis, poſſit contra dictos reges, principes & alios de obedientia dicti Benedicti, quomodolibèt procedi in iudicio vel extra, vt in fine dicti capituli quarti ſuprà deſcripti continetur. Viſo etiàm quinto capitulo, quod incipit: Quintò, quòd per dictum formandum capitulum & concilium &c. eadem ſancta ſynodus approbat, laudat, cõfirmat, & meliori modo quo fieri poteſt, pleniſſimè firmat omnes & ſingulas diſpenſationes, gratias & conceſſiones factas per dominum Benedictum prædictum quibuſuis perſonis ſuæ obedientię de q̃buſuis dignitatib⁹, vt in dicto quinto capitulo continetur, vſq; in diem primę requiſitionis factæ eidem domino Benedicto per reges & principes ſuæ obedientiæ, vt in ipſo capitulo continetur. Viſo etiàm vndecimo capitulo, quod incipit: Vndecimo, quòd dictus dominus rex &c. Et attento quod dicitur in dicto vndecimo capitulo ibì, Et quòd in prima ceſſione dicta ſancta ſynodus &c. facit, concedit, ſtatuit, & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto vndecimo capitulo continetur.

Omnia præmiſſa tam prælati cæteriq́ue notabiles viri ſeſſioni intereſſentes, quàm oratores ſæpefati, expreſsè iurauerunt. Iuramenta autem prædicta nomine concilij & aliorum quorum intererat, de ipſius cõcilij mandato requiſiuerunt & receperunt reuerendi patres domini Iacobus Rodini à parte dextra, in qua ſedent Epiſcopi & presbyteri cardinales, & Thomas Poltenſis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ protonotarius à parte ſiniſtra, in qua ſedent diaconi cardinales & cæteri.

Quibus pręſtitis præfatus dominus Mediolaneoſis legit ſchedulã tenoris ſequentis: Et prædicta omnia & ſingula intelligantur, & locum habeant, ſemper attento tenore omnium & ſingulorum capitulorum Narbonæ concordatorum, quibus & eorum cuilibet dicta ſancta ſynodus ſtare intendit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere. Ad quam ex parte nationum & dominorũ cardinalium fuit reſponſum, Placet. Deindè dominus Anto-

Antonius Taxal legit quandam ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Schedula acceptationis, per ambaſiatores regis Aragonum lecta.

Nos Ioannes Raimundus Floch comes Cardonæ, frater Antonius Taxal ſacræ paginæ magiſter, generalis ordinis beatę Mariæ de Mercede, Raimundus Zatmar miles, Sperans in DEO Cardonæ iuriſperitus, Gundiſſaluus Garſſiæ de ſancta Maria decretorum, & Michael de Nauers vtriuſque iuris doctores, oratores, procuratores, ambaſiatores & cõſiliarij illuſtriſſimi principis & domini noſtri Alphonſi regis Aragonum &c. dictis nominibus & quolibet ipſorum nominum, omnibusq́ue alijs melioribus modo, via, iure, forma, cauſa & nominibus quibus validiùs & efficaciùs poſſumus & valemus, omnia & ſingula decreta, ſtatuta & proteſtationes, necnon cõuentiones ac pacta per ſacroſanctam generalem ſynodum Conſtantienſem nobiſcum dictis nominibus facta & edita, & quę nunc ſunt ſeriòſiùs lecta, ipſa habentes pro ſufficienter expreſſis & ſolenniter repetitis, vice & nomine domini noſtri regis prefati ac omnium regnorum & terrarum ſuarum acceptamus, aſſentimus, approbamus, & ſolenniter confirmamus: & ſimiliter ſicut ipſa ſynodus proteſtata eſt, quòd non intendit recedere à capitulis in prædicta ciuitate Narbonenſi concordatis, de quibus in decreto præſentis concilij nunc de
fo.⁴ quod hic proximo edito, * quòd hæc volumus habere pro expreſſo & ſpecificè declarato, facta extitit mentio ſpecialis, ità & nos dictis nominibus & quolibet eorum ſolenniter proteſtamur. Et ſuper omnibus ſuperiùs deſcriptis, promotores concilij petiêrunt inſtrumenta. Et ſimiliter ambaſiatores regis Aragonum per organum Antonij Taxal hoc idem petiêrunt.

Prædictis peractis, Antonius Taxal fecit collationem ad commendationem regis & reginæ Aragonum, aſſumens pro themate, Rex tuus venit, Matthæi viceſimoprimo. Qua collatione facta, reuerendiſſimus pater dominus Franciſcus tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani cardinalis, nomine ſynodi reſpondendo Antonio Raxal, fecit breuem collationem, dicens: Exultemus omnes in DOMINO. Poſt huius collationem cœperunt omnes cantare hymnum, Te DEVM laudamus, &c. Et oratione dicta, fuit cantata MISSA de Spiritu ſancto per reuerẽdiſſimum patrem cardinalẽ Aquileienſem vulgariter nuncupatum. Acta fuerunt hæc anno, indictione, menſe & loco quibus ſuprà, &c.

SESSIO XXIII.

IOuis die quinta menſis Nouembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, fuit celebrata generalis ſeſſio in maiori Eccleſia Cõſtantiæ, prę-ſidente eidem ſeſſioni reuerendiſſimo patre domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi, ſanctæ Romanæ Eccleſię cardinali & vicecancellario. Fuitq́ue cantatum officium Miſſæ de Spiritu ſancto per dominum Ioannem patriarcham Antiochenum. Quo expleto, legebantur litaniæ, & alia fiebant quæ in ſeſſionibus fieri ſolent. Eiſdem completis, reuerendiſſimus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis legit & publicauit ordinationẽ ſanctæ ſynodi ſub tenore ſequenti.

Commiſſio deputatorum, data ſuper informatione ſummaria facienda ad effectũ citationis perſonalis & per edictũ cõtra Petrum de Luna.

Sacroſancta generalis ſynodus Cõſtantienſis, in Spiritu ſancto legitimè congregata, in authore pacis vno Deo noſtro Ieſu CHRISTO, qui ſibi ſponſam vnam ſanctam Eccleſiam ſui precioſi ſanguinis pre- Ibidẽm. c
cio comparauit, quæ in Chriſto IESV ſummo angulari lapide creuit in templum ſanctum in Dominо, iunctisq́ue ſimul parietibus fecit vtraq; vnum, vt in pace fieret locus eius, ad tollendũ pacis obſtacula, vniẽdamq́ue ſciſſuram fidelium, in qua ille
* CHRISTI aduerſarius caput Eccleſiæ * pacis
malignantium, dolens ſatis & erubeſcens, hominem conſtantem ex lutea materia, charitatem in terra tenere, quam in cælo nequiuerat habere, ipſius ſponſæ Chriſti per ſchiſma peſtiferum prohdolor ingens, & tam diuturnis, vtpotè trigintaocto annorum, temporibus iam peractis, charitatem vulnerauit, reſcidit vnitatem. Quæ licèt in magna parte Spirituſſancti gratia in præſenti ſacratiſſima generali ſynodo ad hoc præcipuè inter cætera congregata, cooperante, coniuncta ſit per eiectionem & renunciationẽ domini Balthaſaris olim Ioannis vigeſimitertij, & renunciationem Angeli de Corario, Gregorij duodecimi in ſua obedientia nuncupati, qui inter ſe cum domino Petro de Luna, Benedicto decimotertio in ſua obedientia nuncupato, de papatu contendebant, quorum Ioannis & Gregorij DEI gratia in eadem ſancta ſynodo obedientiæ ſunt vnitæ, adhuc tamen hoſtis ille vnitatis & pacis, in reliqua parte, videlicet in ſua obedientia dicti domini Petri, Benedicti decimitertij nuncupati, ſeu eius parte per eiuſdem domini Petri duritiam, pertinaciam & contumaciam, in graue & maximum ſcandalum vniuerſalis Eccleſię & Chriſtiani populi atque

periculum fidei Catholicæ & ruinæ fidelium animarum, sciſſam detinet & lachrymabiliter vulneratam: idcircò eadem ſancta ſynodus inter cætera ad ipſum ſchiſma & hæreſes alias extirpandum, procurandamq́; ipſius Eccleſiæ vnionem, præcipuè congregata, conſiderans quòd præmiſſis attentis, totum huius reliqui ſchiſmatis pondus in perſona dicti domini Benedicti cõſiſtit, & quòd in eo ſolo ſtat, quõ minùs ipſum ſchiſma radicitùs extirpetur, & per conſequens reſultet præfata vnio Eccleſiæ ſanctæ DEI: & attendens quòd tam in diuturnis temporibus quibus hoc ſchiſma peſtiferum * pertractum eſt, omnium doctiſſimorum virorum Chriſti fidelium ingenia, etiàm cum ſummis, ſtudijs & laboribus, attentis maximè difficultatibus eiuſdem ſchiſmatis, nullam viam poſſibilem & ſecuram ſinè fidelium ſcandalo ad præfatum ſchiſma extirpandum reperire potuerunt, præter ceſſionem de papatu omnium contendentium, quam viam idem dominus Benedictus vocatus à ſuis, velut multorum Chriſtifidelium vox teſtatur, ante ſuam electionem à ſuis in papam, pro pace danda Eccleſiæ laudauerat & approbauerat, atque in ipſo conclaui quandò fuit electus, promiſit & iurauit proſequi vnionem Eccleſię per omnes vias accommodas, vſq; ad ceſſionem de papatu incluſiuè, ſi ipſum in papam eligi cõtingeret, vt cardinalibus qui tunc erant, vel eorum maiori parti expediæ videretur, atque poſt ſuam electionem idem promiſit & iurauit: dictaq́; conditio poſtmodùm etiàm purificata extitit: & deindè pro pace danda Eccleſiæ promiſerit, & iurauerit papatui ſuo prætenſo cedere, altero videlicet Ioanne & Gregorio cum eo contendente, cedente, mortuo vel electo, quæ etiàm conditio in ambobus, videlicet Ioanne & Gregorio prędictis, ſolenniter impleta eſt, vt præfertur: attendens igitur quòd idem dominus, dictus à ſuis Benedictus, iam vigintiduobus annis completis, papatum ſecundùm ſe tenuit, quibus temporibus multifariè multisque modis ex parte regum, principum, prælatorum & aliorum Chriſtianorum, tam ſuę, quàm alterius obedientiæ, etiàm poſt purificationem cõditionum prædictarum, fuit cum magnis & iteratis inſtantijs ſeriosè, ſolenniter, humiliter & deuotè requiſitus, quatenùs pro tollendo huiuſmodi ſchiſmate & pro vnione Eccleſiæ ſanctæ DEI vellet ſuo prætenſo papatui cedere, prout ſecundùm omnium fidelium ſeu maioris partis illorũ iudiciũ tenebatur iure diuino pariter & humano, quod facere ipſe ſemper animo pertinaci atque effrenato, ſuperbiæ ac tumoris ſpiritu correptus, recuſauit, & ſubterfugia quædam adhibens, ad excuſandum excuſationes in peccatis, Eccleſiam ipſam in huiuſmodi ſchiſmate, quod ipſe tollere potuit, relinquens, nullam debitam curam aut diligentiam ſufficientem & effectualem adhibuit ad ipſum ſchiſma tollendum, & Eccleſiæ vnionem conſequendam, ſed ad vnum terrarum angulum in caſtro munitiſſimo Paniſcholæ in littore maris, vbi ad eum non eſſet tutus acceſſus, ſe recluſit, vbi omni ſuo poſſe præfatum inueteratum ſchiſma nutrit & fouet, & impedimenta quæcunq́ue poteſt, preſtat & procurat, nè ad dictam vnionem peruenire poſſit: quæ omnia ſecundùm ſanctorum decreta hęreſim inferunt manifeſtam. Eapropter ſuper præmiſſis & alijs declarandis in proceſſu & latiùs exprimendis, volens eadem ſancta ſynodus euacuare quod ex parte eſt, vt ſequatur perfectum, & ad ipſum ſchiſma penitùs ſubmouendum procedere, licèt præmiſſa omnia, notoria & vera communiter habeantur & reputentur, & ſuper illis tota fidelium clamet multitudo, ſibijpſi ſatagens prouidere, quaſi pro quodam huiuſmodi prouiſionis remedij fundamento, committit deuotiſsimis Eccleſię filijs Guillermo tituli ſancti Marci, & Franciſco tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani, dicto Florentino, ſanctæ Romanę Eccleſiæ cardinalibus, Ioanni electo patriarchę Conſtantinopolitano, ac venerabilibus fratribus Stephano Dolenſi, Roberto Saresbirienſi epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filijs Iacobo electo Parmenſi, Guillermo Pulchri nepotis, fratri Antonio Taxal generali ordinis beatæ Mariæ de mercede, fratri mauricio de Praga ſacrę paginæ profeſſoribus, Michaeli de Nauers, Nicolao Vuordis iuris vtriuſque, & Ioanni Belles decretorum doctoribus, & eorum maiori parti, quatenùs ſuper premiſſis omnibus & ſingulis ac eorum circunſtantijs, dependentibus & cõnexis, ac alijs ad ea quomodolibèt facientibus, illorumq́ue notorietate, fama & clamore, ac etiàm quę loca inſignia conſiſtant viciniora dicto caſtro Paniſcholæ, ad quæ ſit tutus acceſſus, ſummariè & diligenter inquirant, teſtes & alia probationum genera recipiant, & examinent, eorumq́; dicta & atteſtationes & alia quæcunq; inuenerint, in ſcriptis & forma publica redigant, ſeu redigi faciant, & ea etiàm ſacræ ſynodo repræſentent, & fideliter referant, vt exindè ipſa ſynodus procedat, decernat & ſtatuat, prout ad pacem & ſalutem Eccleſiæ & fidelium, extirpationem ſchiſmatis & vnionem ipſius Eccleſię ſecundùm iuſtitiam videbitur expedire. Datq́; eiſdem commiſſarijs & maiori ipſorum parti, teſtes per cenſuram Eccleſiaſticam cõpellendi veritati teſtimonium perhibere, & alios quoſcunque præſtantes ad prædicta impedimenta coërcendi, & alia faciendi circa præmiſſa neceſſaria & etiàm oppor-

for. * protractum

1. Cor. 14.

opportuna, plenam & liberam poteſtatem. Lecta autem dicta ordinatione, dictus patriarcha Antiochenus pro omnibus dictæ ſynodi nationibus & de ipſarum conſenſu reſpondit per verbum, Placet. Et præfatus dominus Oſtienſis, nomine collegij cardinalium ſimiliter reſpondit, Placet.

SESSIO VIGESIMAQVARTA.

Pro citatione decernenda contra Petrum de Luna.

DIE ſabbati viceſimaoctaua dicti menſis Nouembris, fuit ſeſſio generalis per ſynodũ Conſtantienſem manè hora tertiarum, in Eccleſia maiori prædicta Conſtantienſi ſolenniter celebrata, in qua reuerendiſſimus pater dominus patriarcha Antiochenus officium Miſſæ celebrauit. Quo finito, more aliarum ſeſſionum legebantur litaniæ. Præſidebat autem eidem ſeſſioni dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis. Reuerendiſſimus autem pater dominus Stephanus Epiſcopus Dolenſis, de mandato & ordinatione ſanctæ ſynodi & ordinatione ipſorum commiſſariorum, legebat citationem decretam contra Petrum de Luna, cuius citationis tenor ſequitur, & eſt talis:

Tenor citationis contra Petrum de Luna.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, in Spirituſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filijs abbatibus, prioribus, præpoſitis, decanis, archidiaconis, tam cathedralium, quàm collegiatarum canonicis, parochialium & conuentuum ac regularium Eccleſiarum rectoribus, cæteriſque viris Eccleſiaſticis, necnon notarijs & tabellionibus publicis quibuſcunque ac alijs Chriſtifidelibus vbilibèt conſtitutis, & cuilibet eorum in ſolidum, ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem, ac mãdatis noſtris & Eccleſiæ diligenter obedire.

Clamat ſancta fidelium mater Eccleſia ſponſa CHRISTI, clamat Chriſtiani populi multitudo, clamauerũt iam à multis annis ad Dominum, cùm per hoc tam vrgẽs diuturnis temporibus ſchiſma peſtiferum tribularentur, & tribulantur, nec in totum adhuc exaudiuit eos. Attendunt enim, quanta per hoc infauſtum peſtiferumq́ue ſchiſma & diuiſionis vulnus nefandiſſimum, eſt vniuerſalis Eccleſiæ calamitas, quàm inueterata ſciſſura, quantaque lœtalis infirmitas, quamq́; poſtremò graues & prope caſum ruinæ iam prohdolor in vita & moribus, in ſtatu & honeſtate cleri, tam in libertatibus ſuis, & quod grauius eſt, in cultura DEI & Officijs Eccleſiaſticis, quodq́ue grauiſſimum eſt, in religione & fide Chriſtiana, ipſa deformatur Eccleſia. Inſurrexerunt, & pullulant in diuerſis regionibus horrendę hęreſes à tempore huius perniciоſiſſimi ſchiſmatis, & nisi eidem Eccleſiæ de vnico ſummo paſtore & indubitato Chriſti vicario prouideatur celeriter, per cuius prouidentiam cum Dei auxilio præfatis occurratur periculis, & tam grauibus vniuerſalis Eccleſiæ morbis competens adhibeatur medela: pertimeſcendum eſt, nè labatur, prout iam ſæpè lapſus eſt omnis decor eius, deturq́ue vniuerſis gentibus in contemptum, & ſtatus eius ſit, vt iam eſſe incepit, in opprobrium & conculcationem, ex quibus Eccleſia DEI & fidelis populus Chriſtianus graue ſcandalum patiuntur. Et quòd licèt dominus Benedictus papa decimuſtertius, à vigintiduobus annis citrà ſic in ſua obedientia nuncupatus, præ cæteris iſtud ſchiſma, quod ante eiuſdem domini Benedicti electionem iam ſedecim annis ipſo exiſtente cardinali durauerat, totis viribus tollere etiàm vſq; ad exponendum animam pro grege Dominico teneretur, & teneatur, licèt etiàm eidem Benedicto Eccleſiæ prædictæ calamitates, ſciſſuræ & alia pericula & ſcandala præmiſſa incognita non fuerint, nec ſint, ſed eidem & toti populo Chriſtiano notoria: ipſeque prædictis calamitatibus & ſciſſuris, periculis & ſcandalis obuiare, ac totum prædictum ſchiſma tollere potuerit, & adhuc poſſet, attento maximè quòd Ioannes papa vigeſimuſtertius ſic in ſua obedientia nuncupatus, à ſuo papatu tam per illius canonicam electionẽ, quàm per ſuam renunciationem amotus ſit: & Gregorius duodecimus, ſic in ſua obedientia nuncupatus ſpõtè renunciauerit, ſolo ipſo Benedicto pro papa poſtmodùm ſe gerente, ſuper quem & in quo principaliter totum pondus dicti peſtiferi ſchiſmatis & facultas * illis ſubueniendi, & à quo prę- miſſa omnia mala & pericula prouenerunt & perdurant, conſtat & conſiſtit adhuc: licèt inſuper idem dominus Benedictus exiſtens cardinalis, ante ipſius electionem, ad tollendum dictum ſchiſma viam renunciationis mutuæ contendentium de papatu laudauerit, approbauerit, & dixerit eſſe vtiliorem & faciliorem, & iurauerit ſolenniter cum alijs cardinalib⁹ ipſius obedientiæ imminente electione ſummi pontificis Romani, in ſua obedientia per eos fienda, quòd ſi ipſum in papam contingeret aſſumi, prout fuit aſſumptus, ipſe vnionem Eccleſię ſinè excuſatione, dilatione & machinatione quibuſcunque diligenter proſequeretur per omnes vias accõmodas, etiàm

Paſtor vnicus idéq; ſummus Eccleſiæ, papa.

* illud ſub mouendi

vsque ad cessionem papatûs inclusiuè, si præfatis cardinalibus qui tunc erãt, vel eorum maiori parti videretur expedire, ipseq; in papam assumptus, idẽ iurauerat, & posteà dictis cardinalibus vel eorũ maiori parti, immò omnibus præter vnum, visum fuit expedire, quòd ipse vnionẽ Ecclesiæ prosequeretur per viam mutuæ cessionis, & quòd illam offerret. Et hoc idem eidem Benedicto per eos in papam assumpto, extitit postmodùm declaratum, & dicta purificata conditio. Fuitque deindè ex parte charissimi Ecclesiæ filij Caroli Francorum regis per suos solennes legatos claræ memoriæ duces Bituricenses *Burgundiæ patruos, & Aurelianensem fratrem dicti regis, & alios plures ad eum propter hoc destinatos, necnon zelatores pacis Ecclesiæ cardinales præfati Benedicti in sua obedientia nominati, & postmodùm ex parte dicti regis Franciæ, necnon charissimorum Ecclesiæ filiorum Angliæ & Castellæ regum, per suos solennes ambasiatores, & deindè specialiter & singulariter ex parte eiusdem Ecclesiæ filij charissimi Vuencesslai Bohemiæ &c. tunc Romanorum regis, & consequenter per alios plures cum magna deuotione & humilitate supplicatum, & etiàm in vim præstiti iuramenti per eum requisitus, quatenùs vellet prosequi vnionem Ecclesię per viam mutuę cessionis suę & alterius contendentis cum eo de papatu, apud quem similiter prosequi habebant in mandatis, & intendebant. Quæ via fuerat, fuit, & est ab omnibus Christi fidelibus, maximè à principibus & prælatis ac vniuersitatibus generalium studiorum, atque doctoribus & prudentibus viris diuersarum obedientiarum prædictarum, ac à maiori parte eorũdem approbata: & in tam diuturnis temporibus nulla alia accommoda, secura, efficax & facilis ad tollendum schisma præsens, attentis difficultatibus in iure & in facto, potuit reperiri: reputatũq; fuit, & est à doctissimis viris & peritis diuini & humani iuris, quòd idem Benedictus pro vnione ipsius Ecclesiæ, ac tollendo Ecclesiæ scandalo & schismate, suo papatui cedere & tenebatur & tenetur. Licèt insuper idem Benedictus aliquorum deuictus instantia, DEO & Ecclesiæ promiserit, iurauerit & vouerit, pro vnione Ecclesię cedere papatui, altero de papatu cum eo contendente, cedente, mortuo vel ejecto, & Ioannes vigesimustertius ejectus fuerit, & cesserit, ac Gregorius præfatus cesserit, vt præfertur: fueritq; idem Benedictus post hæc omnia, nullo pro papa se gerente, nisi ipso, ex parte principum suæ obedientiæ, necnon vniuersorum ferè fidelium solenniter per charissimum Ecclesiæ filium Sigismundum Romanorum, qui propter hoc ad eum personaliter accessit, & claræ memoriæ Ferdinandum Aragonum reges, atque nonnullos alios principes & dominos suæ obedientiæ apud eum propter hoc personaliter accedentes, necnon legatos Franciæ, Angliæ & Castellæ prædictorum, necnon charissimi Ecclesiæ filij Caroli Nauarræ regum, atque generalis concilij Constantiensis prouinciæ Moguntinensis, sic per obedientias dicti Ioannis & Gregorij tunc nuncupati, cum magna deuotione, humilitate & instantia sæpè requisitus, quatenùs præmissis attentis, cùm non esset humanitùs possibile, dictas * alias obedientias ad suam obedientiam reduci, & in eo principaliter consisteret pondus schismatis & facilitas illud tollendi, vellet dare pacem Ecclesiæ, & schisma tollere per suam de suo papatu renunciationem, ad quod tenebatur de iure diuino pariter & humano, præsertim cùm nulla alia via sedandi schismatis prædicti per tot prudentium ingenia & labores tam diuturnis temporibus potuerit ad hoc accommoda (vt præmittitur) reperiri. Idem tamen Benedictus, tantorũ regum ac principum, quinimmò quasi totius Ecclesiæ, huiusmodi totiès iteratis precibus, requisitionibus & admonitionibus contra propria iuramenta recusatis & spretis ac minimè exauditis, præfatisque ipsius Ecclesiæ calamitatibus, scandalis atque periculis nõ compatiens nec prouidens, de loco * Perpiniaci, ad quem præfati reges & principes ac legati pro præmissis conuenerant, cum armata manu recessit, & ad Colliberium portum maris, vbi suas galeas armatas habebat, se transtulit. In quo loco existens, fuit adhuc de præmissis requisitus, pro parte Oratorum regum Castellæ, Aragonum & Nauarræ ac principum prædictorum. Quam requisitionem tunc non exaudiuit, sed in longum protraxit, nec etiàm posteà exaudiuit, & de dicto loco recedens, in munitissimo castro Panischolæ Dertusensis diœcesis, vbi ad eum non est tutus accessus, se recluſit. Vbi ex parte præfati regis Aragonum, de præmissa cessione fienda pro pace Ecclesiæ fuit iterùm & tertiò requisitus, & iterùm recusauit, & suo posse præfatum tam inueteratum schisma nutrit & fouet, & impedimenta quæcunque potest, præstitit & præstat, procurauit & procurat, nè ad prædictam vnionem peruenìri possit: quæ omnia schisma & hæresim inferunt, seu inferre censentur, per quæ etiàm turbatur & scandalizatur, læditur & periclitatur status vniuersalis Ecclesiæ prædictæ, diuque fuit turbatus, scandalizatus & læsus. Quod etiàm scandalum tantum est, quòd attento vniuersalis Ecclesiæ statu, nulla ratione potest de cõgregatione fidelium remoueri, nisi ipso cedente, mortuo vel ejecto, etiamsi habe-

for. * & — * illas — Is fuit Caroli quarti filius, & Sigismũdi frater. — * Perpiniani

ret verum ius in papatu. Ex quibus idem Benedictus apparuit fuisse & esse fautor ac nutritor inueterati schismatis prædicti, atque schismaticus & hæreticus esse censendus. Et super his omnibus fuit & est publicè & diutiùs diffamatus, taliter quòd sinè scandalo Ecclesiæ dissimulari non potest, nec sinè periculo tolerari. Super quibus clamore valido clamat & conqueritur populus Christianus, & præmissa quæ in facto consistunt, notoria reputat atque vera. Conuenientes igitur in vnum more solito canonicè conuocati ac repræsentantes vniuersalem ECCLESIAM, cõfidentes in Phil.1. DOMINO, qui cœpit in nobis bonum opus, duobus iam ipsius auxiliante gratia remotis impedimentis, & ipse perficiet, & Psal.101. exurgens miserebitur Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus: econtrà tertium, videlicet dominum Benedictum diù expectatum, sed ad cor adhuc minimè reuertentem, decreuimus super præmissis omnibus & singulis fore summariè & de plano per nos procedendum, propter quæ super fama & notorietate præmissorum, summariè & simpliciter mandauimus per nonnullos venerabiles viros fratres & dilectos ecclesiæ filios, cardinales sanctę Romanæ Ecclesiæ & alios prælatos, & alios tam sanctæ paginæ quàm vtriusque iuris professores, commissarios nostros ad hoc specialiter deputatos, inquiri, informationemque recipi, quam legitimè receptam, referri iussimus in publica sessione nostra totius sacrosanctæ Constantiensis synodi. Qua plenè audita & discussa, maturo decreuimus atque digesto consilio in & super præmissis, saltem quantùm ad officium præsentis iudicij pertinet, procedendum fore, vt in notorijs contra præfatum Benedictum, & si forsan attenta natura præfati processûs notorij, citandus minimè iuris rigore seruato veniret, citandum fore ad cautelam, in hoc duntaxàt citationis articulo rigori iuris indulgendo, non intendentes super hoc quouis modo formam notorij processûs seu eius ordinem obmittere seu relaxare, & iudicialis seu ordinarij processûs eligere seu exquirere formam. Et quia eundem Benedictum fecisse, & facere, quò minùs ad personam suam pateat tutus accessus, super his recepta summaria & legitima informatione reperimus, nos specialiter & ex certa scientia eundem Benedictum citari decreuimus per edictum publicum, ad instàr edictorum in albo prætorio positorum, citationemque in audientia publica eiusdem sacri concilij, quam vicem & effectum Apostolicæ curiæ & audientiæ Apostolicæ literarum decernimus & decreuimus obtinere, publicè faciendam. Vobisque omnibus & singulis & cuilibet vestrûm qui superhis exequendis publicè fueritis requisiti, & fuerit requisitus, in virtute sanctæ obedientię præcipimus & mandamus, quatenùs vigore literarum nostrarum præsentium per vos & alium seu alios citetis publicè præfatum Benedictum, quem etiàm nos earundem literarum tenore citamus. Ipsasque literas nostras publicè legatis, vel legi faciatis in audientia literarum prædictarum, ac valuis maioris Ecclesiæ Constantiensis affigatis, seu affigi faciatis. Insuperque & ex superabundanti (vt nihil in hac re sinè diligenti vigilantia videatur absolutum) ad personam eiusdem Benedicti, si ad ipsum vobis vel alicui vestrûm requisitis vel requisito, tutus forsan fuerit accessus: sin autem, ad portas dicti castri, villæ seu loci Panischolæ, si etiàm illuc vobis vel vestrûm alicui (vt præmittitur) fuerit tutus accessus, alioquin in Ecclesia Dertusensi & in valuis Ecclesiarum maioris villæ sancti Matthæi, aut villæ aut castri * Certariæ eiusdem Dertusensis diœcesis, aut in alijs locis circunuicinis, quæ ad hoc idonea decernimus, in ipsorum locorum Ecclesijs inter ipsarum Missarum solennia easdem nostras literas alta & intelligibili voce publicè legatis, & legi faciatis per vos vel alium, eundemque Benedictum citetis peremptoriè, ac vno edicto peremptorio pro omnibus, quem etiàm eodem nostro nunc per easdẽ præsentes literas citamus, ad comparendum personaliter in ECCLESIA Cathedrali Constantiensi, & in loco sessionis nostræ ad diem centesimum, videlicet à die lectionis earundem literarum nostrarum in audientia publica prædicta, vel ad diem septuagesimum à die citationis factæ, ad personam suam, vel ad valuas domicilij sui (vt præmittitur) ità fieri contingat, alioquin à die citationis factæ & publicatæ in ECCLESIA Dertusensi prædicta. Quem terminum pro primo, secundo, tertio & peremptorio terminis assignamus, ad videndum & audiendum super præmissis omnibus & singulis, & maximè super crimine hæresis & schismatis prædictorũ tanquàm super notorijs, & aliàs procedi ad omnes & singulos actus & articulos iudicij seu causæ huiusmodi, vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè, ipsamque sententiam videndum proferri & audiendum, prout iuris fuerit, & prout vtilitati prædictæ vniuersalis Ecclesiæ visum fuerit expedire: intimando eidem publicè, prout etiàm nos per easdẽ literas intimamus, quòd siue venerit, siue non, nos etiàm ipsius absentia diuina repleta præsentia, contra eum super præmissis omnibus & singulis vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè procedemus, prout ad vtilitatem ipsius vniuersalis Ecclesiæ, mediante iustitia, videbitur faciendum.

* Cerrariæ

dum. Volumus aũt & mãdamus, quatenùs eaſdem noſtras literas, quas duplicandas & triplicandas, & etiàm quotiès opùs fuerit, multiplicandas mandamus & decernimus, in valuis maioris Eccleſię Dertuſenſis prędictæ affigatis, vel affigi faciatis, & affixas dimittatis per duas horas. Et deindè loco ipſarum noſtrarum literarum ſic affixarum, copiam illarũ ſub ſigno alicuius notarij, eiſdem literis originalibus receptis, affigatis, vel affigi faciatis, & affixam dimittatis, quatenùs totiès & in tot locis facta earundem literarum & citationis publicatio, omnis ignorantiæ & tergiuerſationis locum excludat. Decernẽtes, quòd citatione huiuſmodi facta in audientia publica literarum, necnon in Eccleſia Dertuſenſi præfata, cum affixionibus ad valuas Eccleſiarum prædictarum (vt præmittitur) & alterius ipſarum & quælibet earundem citationum ſic valeat, & illum arceat poſt lapſum terminorum citationum ipſarum & cuiuſlibet earundem, ac ſi ad propriam ipſius perſonam citatus extitiſſet, & eidem perſonaliter noſtræ prædictæ literæ lectæ & præſentatę extitiſſent, omnes & ſingulos reges, principes ac dominos temporales, & præcipuè chariſſimum Eccleſiæ filium Alphonſum regem Aragonum, omnesque ſecularem ac temporalem exercentes iuriſdictionem, quocunque nomine ſiue titulo nuncupẽtur, requirimus in fide Chriſti & DEI, vosque nihilominùs ex parte noſtra requiratis, quatenùs vobis aut veſtrûm cuilibet in exequendis præmiſſis præbeant auxilium, conſilium & fauorem, vosque & veſtrûm quemlibet ab omni impedimento vel impedimentis contra præmiſſa omnia & ſingula, quãtùm in eis erit, protegant & defendant, mandantes vobis & veſtrûm ſingulis, prout ad quemlibet pertinebit, quatenùs nobis in noſtra generali ſeſſione de geſtis per vos & reſponſis fideliter ſub publicis inſtrumentis infra terminos citationum ipſarum relationem faciatis, & debitè præſententis. Datum Cõſtantiæ quarto calendas Decembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, in noſtra publica ſeſſione. Qua quidem citatione ſic lecta, reuerendus pater dominus Antonius Concordienſis, Alanus Leonenſis Epiſcopi, Gundiſſaluus Garſſiæ de ſancta Maria decretorum doctor, Patricius * Carthagienſis & Nicolaus Mersburgenſis Epiſcopi, nomine nationum huius ſanctæ ſynodi, ac Ioánes Epiſcopus Oſtienſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius, nomine ſacri collegij dominorũ Cardinalium reſponderunt, & quilibet eorum reſpondit, Placet.

SESSIO XXV.

ANNO Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, indictione nona, die verò lunæ decimaquarta menſis Decembris, fuit ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Cõſtantienſi ſolenniter celebrata pro vnione oratorum & procuratorum magnifici domini comitis de Fuxo, & trium ſtatuũ * dominorum ſuorum, ipſius & ſuorum illorũ nominibus. Fuerunt autem dicti ambaſiatores reuerẽdiſſimus dominus Petrus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis de Fuxo, ac reuerendi patres Saucius Olorenſis & Bernardus Adurenſis epiſcopi. Fuitq; ibidèm modus & ordo feruatus in hac ſeſſione, ſicut in vnione ambaſiatorũ regis Aragonum, prout in ſeſſione vigeſimaſecunda ſuprà continetur. Poſtquàm verò facta fuit vnio & incorporatio ad ſacrum cõcilium, dictorum oratorum & procuratorum prefati magnifici comitis de Fuxo, triumque ſtatuum dominorum ſuorum, reuerendiſſimus in Chriſto pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis legebat ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Decretum conceſſionis Olomucenſis Eccleſiæ in commendam.

Sacroſancta Conſtantienſis ſynodus cõcedit & committit cuſtodiam, curam, regimen & adminiſtrationẽ Eccleſiæ Olomucenſis, in ſpiritualibus & temporalibus in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ vacantis pro præſenti, & legitima adminiſtratione carentis per obitum bonæ memoriæ Venceſlai patriarchæ Antiocheni, qui authoritate Apoſtolica quoàd viueret, eam habebat in commendam: in fauorẽ fidei, & vt neceſſitati & vtilitati ipſius Eccleſiæ occurratur, venerabili fratri Ioanni epiſcopo Lutomuſlenſi, vſq; ad electionem futuri ſummi pontificis Romani, & expòſt ad tres menſes immediatè ſequentes, mandãs & committens venerabili fratri Ioãni Epiſcopo Oſtienſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinali & vicecancellario, literas ſuper hoc opportunas in forma debita & gratis de mandato expedire. Et poſt hæc de mandato concilij prædicti fuit reſponſum per dños ad hoc deputatos, videlicet reuerendos patres dños Antonium Epiſcopum Concordienſem pro Italica, Ioannem protonotarium de Trembleio pro Gallicana, Gundiſſaluum de ſancta Maria pro Hiſpanica, Patricium Epiſcopum * Carthagienſem pro Anglicana, Nicolaum Epiſcopum Mersburgenſem pro Germanica nationibus, & Ioannẽ Epiſcopum Oſtienſem cardinalẽ Viuarienſem nomine cardinalium per verbum, Placet.

SESSIO XXVI.

Pro vnione ambaſiatorum regis Nauarræ.

DIe Iouis viceſimaquarta menſis Decembris, fuit ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantiẽſi ſolenniter celebrata, in qua fuit facto vnio ad ſacrum Conſtantienſe Conciliũ nomine illuſtriſſimi principis domini Caroli regis Nauarræ per ſuos ſolennes ambaſiatores, videlicet Guillermum Arnoldi Baionenſem, & Nicolaum Aquẽſem epiſcopos, Eximium * Ayner canonicum & archidiaconũ in Eccleſia Pampilonenſi, in ſacra pagina magiſtrum, & Ioannem de Letoua legum doctorem. Fuit autem in hac vnione ſeruatus idem modus & ordo, qui in vnione Oratorum regis Aragonum. Antequàm verò ſuprà nominati regis fieret dicta vnio & incorporatio, reuerendus pater dominus Franciſcus epiſcopus Aretinus legit quandam ſchedulam certorũ ordinationis & decreti. Cuius tenor de verbo ad verbum ſequitur talis:

* Auor

Decretum de non derogando iuri alicuius nationis de prioritate votorum.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus, in ſpiritu ſancto legitimè congregãta, pro bono eccleſiaſticæ vnionis, pacis & concordiæ nationũ, ex certa ſcientia declarat, ſtatuit, ordinat & decernit, quòd ſaluis ſemper honoribus, locis, prærogatiuis & excellentijs ſecũdùm morem laudabilem & cõſuetudinem Romanæ Eccleſiæ matris omnium Chriſti fidelium, ab antiquis debitis & cõſuetis regibus ſingulis & principibus orthodoxis, & eorum ambaſiatoribus & nuncijs, tam in præſentia ſummi pontificis, quàm alibi etiàm in hoc præſenti & alijs quibuſcunque concilijs generalibus, ratione ordinis in hoc ſacro concilio obſeruati hactenùs, vel in poſterum obſeruandi inter nationes ſiue in reſpondendo, ſiue in ſcribendo aut ſigillando, vel aliàs per quaſcunque ſcripturas, ſigillationes, proteſtationes ſeu collationes aut aliqua huiuſmodi geſta ab ipſis aut eorum præſidentibus, communiter vel diuisìm in ipſo ſacro concilio, ſiue aliàs in congregationibus generalibus ſiue ſpecialibus, ſeu locis alijs quibuſcunque & qualitercunquè, nihil omninò excellentiæ ſeu præeminentiæ aut cuiuſcunque alterius iuris, proprietatis aut poſſeſſionis, vel quaſi alicui nationi per præmiſſa vel aliquod eorum acquiratur, ſeu acquiſitum ſit, ſeu quouis modo accreſcat, ſeu accreuiſſe cenſeatur circa prioritatem vel poſterioritatem, aut aliàs circa præmiſſa, illaque prohibet in futurum ad præmiſſa aut præmiſſorum aliquod quomodolibèt allegari. Et inſuper ex ſuperabundãti cautela & ex certa ſcientia eadem ſacroſancta ſynodus omnia & ſingula, ex quibuſcunque, qualitercunque, quomodocũquè, & vbicunquè in præmiſſis habita ſiue geſta aliqua, per quæ poſſit aliqua prioritas vel poſterioritas inter nationes eaſdem quomodolibèt argui vel notari, omninò pro infectis habens, quantùm ad effectum huiuſmodi, nullius efficaciæ, roboris vel momenti eſſe decernit, reſeruans ipſis nationibus & cuilibet earum ante præſens concilium Conſtantienſe aliàs competentes & competentia, prouiſo quòd per præſentem ordinationem decretis, ſtatutis, ordinationibus & conſtitutionibus in prędicta ſancta ſynodo Conſtantienſi editis & promulgatis, non intendit aliàs in aliquo derogare, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque.

SESSIO XXVII.

In cauſa Tridentinenſi.

ANno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo decimoſeptimo, indictione decima, die verò ſabbati vigeſima menſis Februarij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi, præſidente in eadem reuerendiſſimo patre domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinali & vicecãcellario. Fuitq; peractum officium Miſſæ per reuerendiſſimum patrem dominum Ioannem patriarcham Antiochenum. Et ipſo officio Miſſæ expleto, legebantur litaniæ & aliæ deuotæ orationes more aliarum ſeſſionũ. His verò peractis, fuit accuſata cõtumacia Frederici ducis Auſtrię, & aliorum in monitorio nominatorum, non curantium audire relationem fiendam per epiſcopos cõmiſſarios dictæ ſynodi ſuper executionis validitudine. Et deindè reuerendus pater dñs Martinus epiſcopus Aprutinus, vnus ex cõmiſſarijs in huiuſmodi cauſa, legit quãdam relationis papyri ſchedulam tenoris infraſcripti:

Relatio facta per commiſſarios in cauſa Tridentinenſi ſuper executione monitorij.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtãtienſis: Deuoti commiſſarij noſtri in cauſa Eccleſiæ Tridentinenſis dudùm per hanc ſanctam ſynodum deputati, vt ſe informarent ſimpliciter & de plano ac ſinè figura ac ſtrepitu iudicij, an monitorium aliàs per eandem ſanctam ſynodum contra illuſtrem principem dominum Fredericum ducem Auſtriæ & alios quoſcunque occupatores & detentores Eccleſiæ & ciuitatis Tridentinenſis, necnon oppidorum, caſtrorum, terrarum & locorum, ac bonorum & iurium ad dictam ECCLESIAM Tridentinenſem pertinentium de-

cretum, ſit debitè executum, & cum poteſtate citandi dictum dominum Fredericũ ducem & alios quoſcunque detentores & occupatores ſupradictos, per edictũ publicum in curia Romana, in valuis Eccleſiarũ maioris & ſancti Stephani Conſtantienſis affigendum, ad dicendum & opponẽdum quicquid *voce vel in ſcriptis dicere, vel opponere voluerint contra dicti monitorij executionem, in dicta curia & in partibus factam, ac etiàm propter non apparitionem huiuſmodi monitorij, ad videndum & audiendum ſe declarari per dictam ſanctam ſynodum in pœnas in dicto monitorio contentas incidiſſe, & poſteà per eandẽ ſanctam ſynodum commiſſum extitit, ꝙ præfati commiſſarij vel maior pars ipſorum præmiſſa facerent & exequerentur, & quæ ſuper his reperiſſent eidem ſanctæ ſynodo fideliter referrent: Dicunt, & referunt eidem ſacræ ſynodo, quòd coram ipſis pro tribunali ſedentibus, vocato dicto domino duce & alijs pro parte dicti domini epiſcopi, inſtrumenta & alia probationum genera dictarum executiõum monitorij, tam in hac ciuitate Conſtantienſi, quàm in partibus in omnibus locis in ipſo monitorio deputatis per edictum publicum, cùm cõſtet de non tuto acceſſu, fuerunt producta, & ſeruatis ſeruandis per eos ſecũdùm formam eis traditam, auditoque procuratore & defenſore dicti domini ducis ad ſingulos actus citato, conſtet eiſdem ex productis dictas executiones & monitiones, fuiſſe & eſſe debitè in locis debitis factas & executas, ſecundùm formã prædicti monitorij, non obſtantibus exceptionibus pro parte aduerſa propoſitis, & terminũ in dicto monitorio dicto domino duci & occupatoribus prædictis conſtitutum, dudùm lapſum eſſe, nec eoſdem monitos docuiſſe ſatisfactum, aut paritum monitioni.

*verbo

cidiſſe pœnas contentas in monitorio, reuerendus pater dominus Nicolaus epiſcopus Merſeburgenſis in contumaciã dictorum ducis Auſtriæ & aliorum, pronunciauit eoſdem incidiſſe in pœnas contentas in monitorio, prout in ſchedula quam manibus tenebat, & legebat de verbo ad verbũ, cuius tenor eſt inferiùs inſertus, continetur. Et veniendo in eadem ſchedula ad inſertionem monitorij, propter prolixitatem & laborem dominꝰ Petrus de Lomburga, aliàs de Polonia, legebat monitoriũ, aliàs decretum: & eo finito, dominus Nicolaus epiſcopus præfatus continuauit *ſententiam declarationis vſque ad finem.

*lecturam

DECLARATIO IN CAVſa Tridentinenſi.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus, Eccleſiam catholicam repræſentans, in Spiritu ſancto legitimè congregata, ad futuram rei memoriam. Décet ſanctam matrem Eccleſiam, eos qui ſalutis monita obſtinata elatione contemnunt, nõ dimittere incorrectos, neque impiorum proteruiam ſinè digna caſtigatione præterire. Sanè cùm dudùm de anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoquinto & menſe Auguſti, grauis querela venerabilis fratris Georgij epiſcopi Tridentinẽſis ad nòs perueniſſet, quòd nobilis Fredericus dux Auſtriæ, ipſum in canonica poſſeſſione Eccleſiæ ciuitatis Tridentinenſis ac oppidorum, caſtrorum, terrarum, villarum, locorum, iurium, & aliorum bonorum ad eandem Eccleſiam pertinentium, aliàs ſexdecim annis pacificè exiſtentem, temerè & de facto ſpoliâſſet, ac eandem per nouem annos detinuiſſet, ac detineret indebitè occupatam, ac ipſum cepiſſet & in carceribus mancipatum, pluribus grauibus violentijs affeciſſet, literasque quaſdam promiſſionis & iuramenta metu & impreſſionibus extorſiſſet contra ſuam & Eccleſiaſticam libertatem ab eodem: quodque idem Fredericus chariſſimo Eccleſiæ filio Sigiſmũdo Romanorum regi ſemper Auguſto, cui ſuper hoc per ipſum Georgium Epiſcopum fuerat delata querela, vinculo iuramenti ſe adſtrinxiſſet, eiuſdem ſereniſſimi regis ſuper his ſtare præceptis, dictoque rege per ſententiam declarante & præcipiente Eccleſiam & bona ſpoliata ac præfata occupata eidem Georgio per ipſum ducem reſtituenda fore, facere prætermiſit, notam periurij manifeſtè incurrens. Quapropter hæc ſancta ſynodus, vocato dicto duce, qui tunc in dicta ciuitate Conſtantienſi aderat, auditisque ſuis defenſionibus per ſuos aduocatos & procuratores tam in ſeſſionibus publicis, quàm alijs congregationibus ſtatutis & deputatis ad eandem cauſam,

SESSIO XXVIII.

In cauſa Tridentinenſi.

Die Mercurij tertia menſis Martij fuit ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi ſolenniter celebrata, præſidente in eadem domino Ioanne epiſcopo Oſtienſi.

Ezec.39. g

Fuitque celebratum in ea officium Miſſæ cum introitu, Cùm ſanctificatus fuero &c. per reuerendiſſimum patrem dominũ Ioannem patriarcham Antiochenũ. Et prædicto officio cõpleto, ſuperuenit ibidẽm ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ &c. rex, cũ ſuis nobilibus. Deindè verò legebãtur Litaniæ & aliæ orationes, quæ in ſeſſiõibus legi ſolent. Prædictis verò peractis, accuſata priùs cõtumacia domini Frederici ducis Auſtriæ & aliorum non audientium ſe declarari in-

ſam, quæ iura & munimenta partium receperunt hincindè producta, cùm inſtaret dictus Georgius epiſcopus per literas monitorias præfatum Fredericum ducẽ, & alios occupatores & detentores, necnon vaſſallos, nobiles, capitaneos, officiales & ſubditos Eccleſiæ Tridentinenſis, & ciuitatis & aliorum bonorum prædictorũ, ſub pœnis, ſententijs & conſtitutionibus diuę memoriæ Caroli quarti contra tales facinoroſos & ſacrilegos editis, & alijs grauioribus, requiri & moneri pro reſtitutione dictæ Eccleſiæ & bonorum prædictorum, ac plenaria ſatisfactione, & aliàs ſibi de opportuno remedio prouideri. Quapropter eadem ſacroſancta ſynodꝰ ſuper notorietate & alijs ſeruatis ſeruandis in cauſa huiuſmodi certiorata ad plenum, eandem notorietatem & facti euidentiam & alia in ipſa cauſa agitata attendens, volens indemnitati eccleſię prouidere, nec minùs animãrum ſaluti dicti ducis & aliorum occupatorum & detẽtorum, necnon vaſſallorum, nobilium, capitaneorum, officiariorum & ſubditorum prædictorum conſulere, præhabita deliberatione matura, vndecimo Cálendas Decembris ſequentis eiuſdem anni monitorium decreuit, cuius tenor ſic incipit:

1. Tim. 1. d
2. Tim. 4. e

In Cõſtãtien. conc. ſeſſ. 20.

Decretum monitorij.

Sacroſancta generalis ſynodus Cõſtantienſis, vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Grauem querelam venerabilis fratris noſtri epiſcopi Tridentinenſis &c. & ſic finit, Literas monitoriales contra dictum Fredericum ducem & occupatores & detentores huiuſmodi, partibus ipſis auditis, & ſeruatis ſeruandis, prædictis partibus ad hoc legitimè citatis, decreuimus fore concedendas, decernimus & concedimus in forma quæ ſequitur, quæ quidem forma ſic incipit:

*reatum

In Cõſtãtien. conc. ſeſſ. 20.

Monitorium decretum in forma.

Sacroſancta generalis ſynodus Cõſtantienſis, vniuerſos & ſingulos venerabiles fratres patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, &c. ſic finit, Quibus & cuilibet veſtrũ in præmiſſis dabimus plenam fidem. Datũ Conſtantiæ vndecimo Calendas Decembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo decimoquinto, Apoſtolica ſede vacante.

Poſt hæc de anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſexto, cùm iam dictus Fredericus dux per anteà de hac ciuitate Conſtantienſi receſſiſſet, ipſa ſynodo inconſulta, præfatumque monitorium in eius præſentia & ſuorum aduocatorum & procuratorum preſentia decretum, propter quendam tractatum concordię, quem ſperabat in actis cauſæ plenè conſtare, in eiuſ perſonam legitimam nõ potuerit habere executionem, per edictum ſecũdùm formam monitorij antedicti. Et quia per eãdem ſanctam ſynodum cõſtituti fuerũt commiſſarij tam de collegio reuerendiſſimorum patrum dominorũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium, quàm de nationibus ſingulis ad cognoſcendum, videndũ & examinandum, an antedictum monitorium eſſet debitè executum: Dictisque cõmiſſarijs referentibus, ex productis cõſtare, dictum monitorium fuiſſe debitè & in locis deputatis executum, conſtetque notoriè dictum Fredericum ducẽ & alios occupatores & detentores, necnon vaſſallos nobiles, capitaneos, officiarios, & ſubditos ſupradictos, nullatenùs, præceptis in dicto monitorio contentis paruiſſe, ſed eundem Fredericum ducem & alios occupatores & detentores ſupradictos, dictam Eccleſiam Tridentinenſem, ciuitatem, terras, oppida, caſtra, villas & alia iura & bona predicta tenere indebitè & cõtumaciter occupatas & occupata, contra ſententiam & præceptum ſereniſſimi regis Romanorum, cui iureiurãdo ſtare promiſit, de quo & eius obligatione conſtat publicis documẽtis: ideò volens præfata ſynodus tantam inobedientiã & rebellationẽ notoriam vlciſci cum Apoſtolo, nè tanti mali peruerſitas trãſeat præſumptoribus in exemplũ, per hanc ſententiam quam fert in his ſcriptis, pronunciat, decernit & declarat, dictum Fredericũ ducem Auſtriæ, anathematis & ſacrilegij vinculis innodatũ, periurijq; *reũ, necnon pœnas priuationis & inhabilitationis in cõſtitutione Carolina prædicta contentas, eũdem Fredericũ ducem & alios occupatores & detentores, tã eccleſiaſticos q̃ ſeculares, vaſſallos, nobiles, capitaneos, officiarios & ſubditos inobedientes & rebelles eccleſię & ciuitatis Tridentinenſis, ac oppidorum, caſtrorũ, terrarũ, villarum & locorum, necnon iuriũ & bonorũ dictę Eccleſiæ, cuiuſcunq; ſtatûs, gradûs, conditiõis, dignitatis, aut præeminentię, etiàm ſi ducalis fuerint, pœnas, ſententias & cenſuras alias in dicto monitorio cõprehenſas & expreſſas, incidiſſe, ipſiusq; Frederici ducis Auſtriæ & aliorum occupatorũ, detentorum, & alia loca quæcunq; eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto. Vndè eadẽ ſacroſancta ſynodus diuerſos & ſingulos venerabiles fratres patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos, ac dilectos eccleſiæ filios abbates, priores, prępoſitos, decanos, archidiaconos, ſcholaſticos, cãtores, theſaurarios & canonicos tã cathedralium q̃ collegiatarum, parochialiumq; Eccleſiarum rectores, & loca tenentes eorundem, cæterosq; *plebanos curatos & non curatos, clericos, notarios & tabelliones publicos p Italiã & Alemaniã conſtitutos, & aliàs vbilibèt & eorũ quemlibet in ſolidum, ad quẽ vel ad quos pſentes noſtrę literæ puenerint, tenore præſentiũ requirit,

*presbyteros

atq;

atque monet primo,ſecundo,tertio & peremptorio terminis,cómuniter & diuisim, eisque & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obediétiæ & ſub excommunicationis pœna latæ ſentétiæ diſtrictè præcipiendo mãdat,quatenùs ſtatim viſis præſentibus, dictum Fredericum ducem Auſtriæ anathematis & ſacrilegij vinculis innodatũ, periurijque *reatum,necnon pœnas priuationis & inhabilitationis prædictas,ac eorundem & occupatores ac detentores, vaſallos,nobiles,capitaneos,officiarios & ſubditos inobedientes, & rebelles, prædictas pœnas,cenſuras & ſententias alias in dicto monitorio contentas,incidiſſe,ſingulis diebus dominicis & feſtiuis in eorum Eccleſijs,monaſterijs & capellis infra MISSARVM ſolẽnia,dum ibidẽm populi multitudo ad diuina audiendum aut aliàs congregata fuerit,etiàm aliàs vbi & quandò & quotiès expediens fuerit.Et poſtquàm vigore preſentium ipſi ſeu aliquis eorũm requiſiti fuerint,ſeu fuerit requiſitus,pulſatis campanis,candelis accẽſis & demùm extinctis & in terram proiectis, publicè denuncient & euitent,& ab alijs publicè, quantùm in eis erit,denunciari & euitari ab omnibus Chriſti fidelibus faciant & permittant. Et præſentem noſtram declarationem ſeu ſentẽtiam, & omnia & ſingula in eis contenta, publicent,inſinuent,& ad intellectũ Chriſti fidelium adſtantium exponãt, & plenariè exequantur, donèc & quouſquè ſuper præmiſſis abſolutionis beneficium meruerint obtinere, & à prædictis rebellionibus deſtiterint,& debitè ſatisfecerint,aut aliud à dicta ſacroſancta ſynodo vel futuro ſummo pontifice habueritis in mandatis. Et quia idem Fredericus dux Auſtriæ, Pharaonis imitatus duritiem,more aſpidis ſurdę obturauit aures ſuas, huius ſanctæ ſynodi preces & monita,ſuorumque amicorum & præfati regis ſententiam & iuſiurandũ deſpiciẽs,tanta exigente duritia, cogitur hæc ſancta ſynodus de finali remedio prouidere,cùm nihil profit ſententias ferre,niſi ſit qui eas debitæ executioni demandet. Cõmittit ergò præfata ſancta ſynodus præfato chariſſimo filio Eccleſiæ defenſori & aduocato Sigiſmudo regi Romanorũ ſemper Auguſto,cuius ſpecialiter intereſt, ad requiſitionẽ Eccleſiæ contritas & oppreſſas eccleſias reſtaurare,&eccleſiaſticas perſonas à violentijs & iniurijs defenſare, & eandem ſententiam executioni demandare, & cæteris principibus ac Chriſtifidelibus,vt ad reſtitutionem dictæ Eccleſiæ & ciuitatis Tridentinæ & omnium bonorum & iurium ipſius,& eius integram libertatẽ & indemnitatem ſeruandam,contra dictũ Fredericum Auſtriæ ducem & alios occupatores & detentores præfatos,vt noſtrum præfatum monitorium realem executionẽ obtineat,brachium impendant, fauorẽ & auxilium gladij & potentiæ omnimode ſecularis.Decernit inſuper hæc ſancta ſynodus ad pleniorem executionem habẽdam, proceſſum contra omnes intruſos & intrudendos in dicta Eccleſia & ciuitate Tridẽtina,ac caſtris, oppidis,terris, villis, locis, poſſeſſionibus,iuribus &bonis eiuſdem,& contra adhærentes eidem duci Frederico & occupatoribus & detentoribus ac intruſis & intrudendis,ac contra dantes auxilium, cõſilium aut fauorem. Quem quidem proceſſum etiàm omes & ſingulos proceſſus neceſſarios & opportunos committit venerabili Petro Epiſcopo Stragurienſi,cũ poteſtate ſubdelegandi,& alijs clauſulis in forma debita & conſueta, ſupplens quoq; eadem ſynodus omnem ſolennitatis defectum,ſi quis forſan fuerit in præmiſſis. Lectis autem his, reuerendiſſimus dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis cardinalis Viuarienſis,iuxta conſenſum & voluntatem omnium nationum,& aliàs propter diſcordiam nationum quo ad ordinem, reſpondit pro vice præſenti per verbum, Placet.

*reum

SESSIO XXIX.

ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Lunæ octaua menſis Martij, fuit celebrata ſeſſio generalis in Eccleſia Conſtantiẽſi, pro accuſatione contumaciæ domini Petri de Luna, Benedicti decimitertij in ſua obedientia nuncupati,in qua reuerendus pater dominus Nicolaus epiſcopus Aquẽſis,Miſſam de Spiritu ſancto celebrauit, & reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis,ſanctę Romanę eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius,præſedit. Litanijs autem alijsque orationibus cum euangelio, Dixit Ieſus Petro,Si peccauerit Matt. 18.b in te frater tuus,&c.cõpletis, fuit ſeruatus Luc. 17.a iſte ordo:Primò fuit lecta per dominũ Stephanum epiſcopum Dolenſem ſchedula, cuius tenor ſequitur in hunc modum:

Deputatio procuratorum & notariorum in cauſa contra Petrum de Luna.

Sacroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus conſtituit & deputat dilectos Eccleſiæ filios,magiſtros Ioannem de Scribanis,& Henricum de Piro, & eorum quemlibet in ſolidum,ità quòd nõ ſit melior cõditio occupãtis,promotores, proſecutores & miniſtros cauſæ & proceſsus inquiſitionis cõtra dominum Benedictum decimũtertium à ſibi obedientibus nominatum, & inſupèr omnes & ſingulos ſedis Apoſtolicæ,& alios nationũ in eadem ſancta ſynodo exiſtentium notarios, & eorũ quemlibet in ſolidum,notarios atque ſcribas in cauſa & proceſſu prædictis. Qua lecta, dominus cardinalis præſidens reſpondit pro toto

toto concilio,Placet. Quo facto,aduocatus cõſiſtorialis inſtantibus dominis proſecutoribus & miniſtris, propoſuit decretum citationis per edictum,& illius executionem ad diem centeſimũ,qui illa die incidebat,& produxit bullam Decreti citationis & inſtrumentum executionis, aſſerens ſigna notariorum in inſtrumento poſita,eſſe ſigna illorum quorum eſſe inſcribuntur in illis.Et accuſauit contumaciam dicti domini Petri, & petijt illum alta voce vocari ad valuas Eccleſiæ, & ad hoc deputari duos vltimos cardinales diaconos, videlicet de Comitibus & Florentinum, duos ſedis Apoſtolicæ & alios concilij notarios,& reſpondit præſidens pro toto cõcilio,Placet.Tunc dicti cardinales & notarij iuerunt ad valuas Eccleſię,& reuerſi retulerunt per cardinalem Florentinum, illũ vocâſſe trina vice alta voce, & neminẽ cõparuiſſe.Et aduocatus conſiſtorialis facta relatione,petiuit iterùm dominũ Petrum reputari contumacẽ. Tunc cardinalis præſidens, mandauit legi per Epiſcopum Dolenſem ſchedulam infra ſcripti tenoris.

Ordinatio lecta ſuper contumacia domini Petri de Luna.

Hæc ſacroſancta ſynodus,præmiſſa, propoſita & petita per aduocatum conſiſtorialem admittit,ſi & inquantùm ſint admittenda de iure,& mandat notarijs eiuſdem ſynodi & cauſæ præſentis,propoſita,petita & producta huiuſmodi, atque vocationem & relationem præmiſſas:Et quòd idem dominus Benedictus ſic vocatus & ſufficienter expectatus,minimè comparuit,nec cõpáret,redigi inter acta.Et de præmiſſis fieri publica inſtrumenta, quotquot fuerint opportuna, vt eadem ſynodus ſuper præmiſſis deliberet,iudicet & decernat, prout de iure fuerit faciendum, quam deliberationem dicta ſynodus ſibi retinet faciendam quandò ſibi viſum fuerit opportunũ.

Qua lecta, idem dominus præſidens p toto Concilio reſpondit, Placet. Et quòd vox præſidentis ſit vox totius Concilij, qũ primò de conſenſu omnium nationũ conſtiterit.Nanque propter diſcordiam nationum Hiſpanicæ & Anglicanæ, quæ prior reſponderet pro toto concilio,Placet,& de alijs prærogatiuis,fuit per nationes & Cardinales ordinatum,quòd præſidens reſpõderet pro toto Concilio,Placet. Et ad hoc ſuper quolibet actu fiendo haberet conſenſum Cardinalium, & ſchedulam illius actûs ſignatam per notarios nationum, & conferret cum lectura quæ fieret.

Diſſenſio inter Hiſpanos & Anglos ob præcedentiã.

SESSIO XXX.

In qua Concilium approbat ſubtractiõem obedientiæ factam per regem Aragonum ipſi Petro de Luna.

DIE Mercurij decima ſupradicti menſis Martij,fuit ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi ſolenniter celebrata. In qua quidem ſeſſione reuerendus pater dominus *Stephanus epiſcopus Cephaludẽſis,officium Miſſę de Spiritu ſancto deuotè decantauit:& reuerendiſſimus in Chriſto pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis,ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & vicecancellarius,huiuſmodi ſeſſioni præſedit.Interfuit etiàm ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorũ & Hũgariæ rex,cum multis ſibi adſtãtibus principibus.Et lectis Litanijs, ac alijs deuotis orationibus cum Euangelio, Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Quoniam oportet ſemper Luc. 18.a orare,& non deficere,&c. nuncij & oratores Concilij,qui fuerant per concilium ad hoc deſtinati,fecerunt relationem per organum domini Bernardi de *Planca decretorũ doctoris,quomodò in caſtro Paniſcholæ Dertuſenſis diœceſis cum fauore & auxilio illuſtriſſimi principis domini Alphonſi regis Aragonum fuerant,& Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in ſua obediẽtia nuncupatum, in propria perſona appræhenderant,ac quòd ipſum citauerant iuxta formam & tenorem citatorij ab ipſo concilio decreti.Ipſeque Petrus de Luna reſponſionem dederat, prout hæc & alia in ipſis inſtrumentis per dictum dominum Bernardum exhibitis, ac de verbo ad verbũ perlectis,pleniùs continentur. Promotores verò Concilij petiẽrũt apud acta regiſtrari. Poſt hæc autem venerabilis vir dominus Petrus de Lompurga in decretis licentiatus,quandam decreti ſchedulã perlegit tenoris ſubſequentis.

*Antonij

*Planthea *Planchea

Concilium approbat ſubtractionem obedientiæ factam per regem Aragonum.

Sacroſancta Cõſtantiẽſis ſynodus generalis,in Spiritu ſancto legitimè congregata:

Quoniam inter alia virtuoſa & laude digna,quæ piæ memoriæ quondàm Ferdinãdus rex Aragonum & Siciliæ pro extirpatione execrandi ſchiſmatis, quod ab octo ferè luſtris citra non permiſit Eccleſiã catholicam ſub vnico gubernari paſtore, dinoſcitur peregiſſe ordinationem quandam aduersùs idem ſchiſma, & pro vnione Eccleſiæ catholicæ feliciùs conſequẽda eum promulgâſſe cognouimus, eadẽ ſacroſancta ſynodus Conſtantienſis cauſis & motiuis in præfata ordinatione expreſſis, plenè inſpectis & diligenter examinatis, de quorum veritate facta extitit eidẽ ſynodo plena fides,& attento præcipuè tunc atq; nũc vniuerſalis Eccleſiæ ſtatu, & q̃ ſinè regia prouiſione præfata perpetuandi ſchiſmatis imminebat & immineret periculum, ac præſtabatur & præſtaretur ſacro præfato concilio,

Concilio,& conſequenter vnioni Eccleſię periculum manifeſtũ,eò præſertim, quòd idem dominus Benedictus ſic in ſua obedientia nominatus,conabatur per ſibi adhibitam obedientiam, iam dictum priùs cõcilium multipliciter impedire,& impediuiſſet de facto,ſi mandatis eius obtemperatum fuiſſet.quod inter alia ex eo ſatìs appáret,quòd etiàm * cùm obedientia ſibi ſubtracta fuerat,per literas ſuas prælatis & capitulis,nè ad dictum ſacrum concilium accederent,inhibere præſumpſit. Ideò eadem ſacroſancta ſynodus ex certa ſcientia & cauſa debitè cognita, ad perpetuam rei memoriam,& vt cunctis clareat rei veritas benè geſta,declarat ordinationem prædictam à prædicto Ferdinando quondàm rege iuſtè & legitimè editam & promulgatã fuiſſe,& per eum ac illuſtrem principẽ dominum Alphonſum,eiuſdem domini Ferdinandi primogenitum & regem modernum,ſeruatam.Ipſamque pręſenti decreto dictis ex cauſis approbat & confirmat, decernitque illam per omnia debuiſſe & debere ab omibus fidelibus obſeruari, iuxta ipſius ſeriem ac tenorem.

*vbì

Concilium reuocat quandam conſtitutionem Petri de Luna,quæ incipit,Ad futuram.

Eadem quoquè ſancta ſynodus Conſtantienſis,quandam conſtitutionem dudùm (vt dicitur) à dicto domino Benedicto ſic in ſua obedientia nuncupato, editã, quæ incipit,Ad futuram rei memoriam. In dierum ſucceſſu creſcente malitia ſic videmus mundum,&c.& finit,Datum Maſſilię apud ſanctum Victorẽ decimoquarto Calendas Iunij,Pontificatûs noſtri anno decimotertio: declarat nullatenùs compræhendere caſum regiæ ordinationis prædictæ,conſequenter reges ipſos dictam ordinationem cõdendo,promulgando, obſeruando vel obſeruari faciendo, etiàm alios obſeruatores eiuſdẽ contra dictam conſtitutionem in aliquo non veniſſe, ipſamque ſi & inquantùm regiæ ordinationi præfatæ in caſu præmiſſo factæ aut promulgatæ aut obſeruatoribus eius quomodolibèt obuiaret, tanquàm impeditiuam in hac parte vnionis Eccleſiæ,inueteratique ſchiſmatis nutritiuam,omniaque indè ſequuta decernit & pronunciat nullius fuiſſe aut eſſe roboris,efficaciæ vel momẽti. Poſt prædicta dictus reuerendiſſimus dominus cardinalis vicecancellarius,nomine totius ſynodi reſpondit,Placet.

SESSIO XXXI.

DIE Mercurij vltima ſupradicti menſis Martij,in Eccleſia maiori Conſtantienſi fuit ſeſſio generalis celebrata,& in eadẽ ſeſſione fuit dictum officium Miſſæ de Spiritusſancto per reuerẽdiſſimum patrem dominum Martinum epiſcopum Aprutinenſem.Reuerẽdiſſimus verò pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis ſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinalis,huiuſmodi ſeſſioni præſidebat. Litanijs autem & alijs orationibus expletis per dictum dominum pręſidentem,more ſolito pontificalibus indutum,legebantur per dominum Antonium epiſcopum Concordienſem, & Petrum de Polonia,ſucceſſiuè ea quæ ſequuntur.

Monitorium contra comitem Virtutum.

Sacroſancta generalis ſynodus Cõſtantienſis,in Spiritusſancto legitimè cõgregata,vniuerſalẽ Eccleſiam repræſentans, vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & omipotentis Dei benedictionem. Dudùm cùm ad audientiam noſtram *peruenerit,fama publica referente,quòd nobilis vir Philippus comes Virtutum, nonnullique alij in hac parte commiſſarij & officiales ſuijpſius de mandato & aſſenſu,ac ratum & gratum habendo,contra venerabilem * fratrẽ Albertum epiſcopum Aſtenſem, patrẽ & paſtorem animarum ſuarum, cui obediẽtiam & reuerentiam debitas facere tenebantur, & qui vnà nobiſcum in hoc ſacroſancto concilio generali onera humiliter ſupportauit,ac de ſpeciali licentia noſtra ad ſuam ſe tranſtulit Aſtenſem Eccleſiã, nulla ſumpta occaſione iuſta,temerariè & iniuſtè in dictum dominum Epiſcopũ vi armata, auſu ſacrilego manus inijcientes violentas, eũdem ignominioſè ad caſtrum,quod Vetus dicitur,dictæ ciuitatis Aſtenſis perduxerunt,ibique carceribus mancipárunt & detinuerunt, prout detinent etiàm incarceratum de præſenti,ſacrilegium & excõmunicationem aliaſque cenſuras eccleſiaſticas & pœnas iuris & conſtitutionis prouinciæ Mediolanenſis Eccleſiæ (cuius dicta Aſtẽſis Eccleſia ſuffraganea exiſtit) circa hoc editas & prolatas, & in partibus per ordinarios declaratas,damnabiliter incurrendo:Nos de tantis tamque grauibus exceſſibus (vt ſuprà fertur) nobis relatis, qui inter cætera ad vniuerſalis Eccleſiæ reformationem ſumus hìc congregati, ad quos ſuper quibuſcunque queſtionibus(ſi quas intentare volebat contra Epiſcopum præfatum) habere poterat recurſum, non immeritò dolentes,volentes ſuper his inquirere veritatem,ipſo comite (vt dicebatur) procurante per ſuos nũcios,venerabilibus fratribus Papienſi & Nouarienſi epiſcopis dari conceſſimus in mandatis,vt ſuper obiectis per ipſum comitem aduerſùs ipſum Epiſcopum diligenter inquirerent veritatem,& vocatis præfato Philippo Comites & qui forent euocandi, de præmiſſis omibus &ſingulis ac eorum circunſtantijs vniuerſis

*pueniret

for.* fratrẽ noſtrũ

uerſis ſimpliciter & de plano ſinè ſtrepitu & figura iudicij ſe diligentiùs informarent. Et ſi dictum Epiſcopum in aliquo culpabilem reperirent, ipſum ſub fida cuſtodia retinerent,ac retineri facerent, donèc aliud à nobis, ſeu Romano futuro pontifice haberent in mandatis, necnon informationem huiuſmodi in ſcriptis fideliter redactam,ſub eorum clauſis ſigillis, ad noſtram præſentiam tranſmitterent, vt indè ſuper hoc conſultiùs agere valeremus. Si verò per informationem eandem dictum Epiſcopum minimè culpabilem reperirent, ipſum facerent plena libertate gaudere. Cuius quidem conceſſionis mandati tenorem hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſſo. Verùm poſtmodùm nonnullorum fidedignorum relatione percepimus, quòd literæ noſtræ ſuper huiuſmodi conceſſionis mandato executæ non fuerunt, dictique Epiſcopi propterea ſuper præmiſſis procedere minimè valuerunt. Nos igitur, ſuper præmiſſis priùs ſummaria informatione authoritate noſtra facta, attendentes quòd ſubditi in eorum prælatos, & laici in clericos nullam habent iuriſdictionem & poteſtatem,& quòd præmiſſa in libertatis eccleſiaſticæ & paſtoralis dignitatis vilipendium non modicum & ſcandalum plurimorum redundare dignoſcuntur, nolentes huiuſmodi offenſam(ſicut nec debemus) ſub diſſimulatione tranſire, & licèt contra prædictos comitem eiuſque commiſſarios & officiales, in præmiſſis poſſemus iuris ſeueritatem exercere, tamen ad eos magìs cõuincendos mitiùs agere volentes, committimus infraſcriptis fratribus noſtris vel eorũ alteri, quòd ſi per ſummariam informationem, quòd ad ipſum comitem eiuſq; commiſſarios & officiales tutus non pateat acceſſus, conſtiterit, nè propterea tanti tamq; graues exceſſus noſtris conniuentibus oculis remaneant impuniti,per hoc præſens publicum edictum legendum & publicãdum, ac in valuis maioris Papienſis & Nouarienſis & Aſtenſis Eccleſiarum cathedralium affigendum, dictum Philippum comitem, eiuſque commiſſarios, officiales & quoſcunque alios,qui culpabiles fuerint in præmiſſis, in eos & eorum quemlibet ſub excommunicationis & interdicti,& in eiſdem eccleſijs, ciuitate Aſtenſi ac cæteris terris & locis dictæ ciuitati & eidem comiti ſubiectis quocunque titulo, pœnis quas ferimus in his ſcriptis,(ſi monitioni huiuſmodi non paruerint cum effectu)primò,ſecundò,tertiò requiratis & moneatis,quem & quos tenore præſentium requirimus & monemus, quatenùs infra duodecim dies poſt lectionem, publicationem & affixionem præſentium, vt ſuprà faciẽdas, immediatè ſequentes, quorum duodecim dierum quatuor ꝓ primo, quatuor pro ſecundo, & reliquos quatuor dies pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitiõe prædicta, Philippo comiti eiuſque commiſſarijs & officialibus huiuſmodi præfigimus & aſſignamus,præfatum epiſcopum abſque quolibet contradictionis obſtaculo infra tres menſes à die relaxationis ipſius corã nobis perſonaliter acceſſurum, & ibidèm iuri pariturum,libertati ſuæ priſtinæ reſtituat,cum familia vniuerſiſq; bonis ſuis abſq; diminutione aliqua, realiter & cum effectu, offerentes dicto comiti & cuilibet poſcenti bonum & breue iuſtitiæ complementum de perſona præfati epiſcopi miniſtrare. Quòd ſi forſan huiuſmodi noſtris monitioni & requiſitioni in dicto termino parére contempſerint, nè propter viarũ diſcrimina dicti Epiſcopi Aſtenſis differatur libertas,& vt parcatur laboribus & expenſis, præfatis venerabilibus fratribus Papienſi & Nouariẽſi epiſcopis, ſtantibus prope dictam ciuitatem Aſtenſem ad duas diætas, ſecundùm conſuetudinem patriæ committimus & mandamus, quatenùs ſimul aut ipſorũ alter qui primò fuerit requiſitus, poſt eiuſdem termini lapſum,authoritate noſtra eandem ciuitatem Aſtenſem & terras,dominia & loca ad dictam ciuitatem ſpectantia & pertinentia, interdicti ſentẽtias incurriſſe, dictumq; comitem eiuſq; commiſſarios, officiales & ipſius perſonam excõmunicationis ſententiam eadem authoritate incidiſſe declarent. Eccleſiam verò ac etiàm ciuitatem & communitatem, ac terras,dominia & loca prædictas & prędicta, eccleſiaſtico ſubiacere interdicto, iuxta conſtitutionem Viennenſis concilij,quæ incipit,Si quis ſuadente, vocatis euocandis, in eorumq; Papienſi & Nouarienſi & alijs quibuſcunq; eccleſijs, tam cathedralib⁹ quàm collegiatis vniuerſis, infra Miſſarum ſolennia, alijſq; eccleſijs populum, ibidèm ad diuina audiendum congregato,publicè per ſę vel alios denuncient & euitent, & ab alijs ità denunciari & euitari faciant, & permittãt tandiù, donèc à nobis vel futuro Romano pontifice aliud deſupèr habuerint in mãdatis. Et ſi(quod abſit) prædictas pœnas interdicti & excõmunicationis dictus Philippus comes ac commiſſarij & officiales ꝑdicti animis ſuſtinuerint induratis,ad omnes alias pœnas ſpirituales & temporales authoritate præſentium procedere valeant,quibuſcunq; alijs pœnis eis à iure vel ab homine occaſione prędicta ibidèm illatis & inferendis in ſuo robore permãſuris, nec ab aliquo abſolutionis beneficium, niſi à futuro Romano pontifice, vel à nobis præterquàm in mortis articulo, valeant obtinere. Volentes nihilominùs & hæc ſacra ſynodali authoritate decernẽtes, quòd huiuſmodi literę noſtrę modo & forma præmiſſis executæ, dictos ſic requiſitos & monitos,& quemlibet eorum arceant taliter

liter & adſtringant, ac perindè valeant, plenamq; obtineant roboris firmitatem, àc ſi eiſdem & eorum cuilibet in propria perſona lectæ & inſinuatæ fuerint ac præſentaliter publicatæ, non obſtante quòd eidé Philippo comiti vel quibuſuis alijs communiter vel diuisìm à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quòd interdici, ſuſpédi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non faciétes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, contradictores cenſura ſimili, appellatióe poſtpoſita, compeſcédo, nó obſtantibus etiàm conſtitutionibus ſeu alijs editis in contrarium quibuſcunq;. Datum Conſtantiæ ſecundo Calendas Aprilis, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione decima, Apoſtolica ſede vacante.

DECRETVM SVPER REDINTEgratione Eccleſiæ *Bayonenſis.

*Baioneſi.

SAcroſancta generalis Conſtantienſis ſynodus, &c. Attendens ad reformationem & redintegrationem vniuerſalis ac etiàm omnium cathedralium eccleſiarũ, quæ ſchiſmate præſenti durante habebant vel habent epiſcopos diuerſarum obedientiarum, per quos ipſæ cathedrales eccleſiæ monſtruosè in capite & in membris videbantur & videntur gubernari, ſtatuit & ordinat, quòd Eccleſia Bayonenſis, quæ etiàm duos ſimul per plures annos habuit epiſcopos, & inter alios bonæ memoriæ Petrũ, qui fuit de obedientia Balthaſaris, tunc Ioannis papæ vigeſimitertij in ſua obedientia nuncupati, nouiter defunctum, & ſuperſtitem venerabilem fratrem Guillermum hîc præſentem, qui fuit creatus per Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in eius obedientia nuncupatum, deincèps per Guillermum epiſcopum regatur, ac verus epiſcopus ipſius eccleſiæ, necnon epiſcopatus Bayonẽſis vnicus cenſeatur, & illi clerus & populus ciuitatis & diœceſis Bayonenſis in omnibus conſuetis, licitis & honeſtis, vt eorum vero epiſcopo & paſtori obediant, & ipſe eos benignè viceuerſa pertractet, prout ad eius pontificale officium pertinet de conſuetudine vel de iure. Inhibentes nihilominùs venerabili capitulo ipſius eccleſiæ, nè ad electionem alicuius loco ipſius defuncti epiſcopi vllatenùs procedant, ſed in illa ſuperſedeant, prout etiàm iuxta quædam capitula dudùm per oratores noſtros ex vna, & quoſdam alios tunc de prædicta obedientia præfati Petri exiſtentis in regno Aragoniæ fuit definitũ & concluſum, quæ quidem capitula per nos ſolenniter approbata fuerunt. Quodq; etiàm venerabilis frater archiepiſcopus Auxitanenſis, cui prædicta eccleſia metropolitano iure ſubeſt, ad confirmationem alicuius electionis forſitan factæ vel fiendæ, ad prouiſionem alicuius in Epiſcopum eccleſiæ prædictæ non procedat. Et quia etiàm prædictus Petrus ſeu Clemens ſeptimus etiàm in eadem obediẽtia nominatus, eius prædeceſſor, quatuor alijs de quatuor canonicatibus & præbendis eiuſdem Eccleſiæ, licèt in dicta Eccleſia, p parte obedientiæ dicti Balthaſaris numerus canonicorum ab antiquo inſtitutus completus fuiſſet, prout de præſenti, prouidit, quibus quidem domino Guillermo epiſcopo & canonicis quatuor aſſignauit, *quòd bona immobilia, necnon iura, fructus, redditus, prouentus & emolumenta ad capitularem menſam dictę Eccleſiæ pertinentia, in Caſtellæ & Nauarræ regnis exiſtentia, & illa etiàm ad ius & proprietatem ipſius mẽſæ reducimus, ità quòd ipſi quatuor canonici deincèps poſſint apd eandem Eccleſiam perſonaliter reſidere, ac horis conſuetis & diuinis officijs intereſſe, ac ſtallum in choro & locum in capitulo cum ipſis alijs canonicis dictis habere, ac in oñibus fructibus, redditibus &c. prędictæ menſæ vt veri canonici ipſius eccleſiæ participare, dicto canonicorum numero non obſtante, quodq; nullus in locum alicuius decedentis, aut aliter canonicatus & præbendas ſuas ipſius Eccleſię quomodolibèt, præterquàm per ſpontaneum ceſſum dimittentium, ipſius Eccleſiæ canonici Apoſtolica vel ordinaria authoritate admittantur, quouſquè ad dictum numerum ſit deuentum: ac decreuit dicta ſancta ſynodus irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his factum fuerit, aut fieret in futurum.

for. *quoq;

SESSIO XXXII.

ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Iouis prima mẽſis Aprilis, Conſtantiæ in Eccleſia maiori in loco ſeſſionis ſolito prælatis exiſtentibus in * pluuialibus & cum mitris, fuit generalis huius ſanctæ ſynodi Conſtantienſis ſeſſio celebrata: pro cuius introitu reuerendiſſimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus Miſſam de beata virgine celebrauit. Reuerendiſſimus verò pater dominus epiſcopus Oſtiẽſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius, indutus põtificalibus, huiuſmodi ſeſſioni præſedit. Ac demùm litanijs & orationibus conſuetis cum debita ſolennitate completis, inſtantibus promotoribus concilij, fuit accuſata contumacia Petri de Luna per dominum Ardecinum aduocatum. Et iuxta petitionem ipſius dictus dominus Ioannes Epiſcopus Oſtienſis huiuſmodi ſeſſioni præſidens, nomine Concilij deputauit reuerẽdiſſimos patres dominos Odonem de Columna, & Lucidum de comitibus diaconos Cardinales, tunc in ordine Cardinalium poſtremos, reuerendosq́ue patres Feltrenſem

*pluma-libus

Odo iſte paulopoſt fit papa Martinus quintus.

trenſem & Mersburgenſem epiſcopos, quibus dedit in mandatis, vt ipſi vnà cum protonotarijs & notarijs atque ſcribis huius cauſæ cum curſore ſedis Apoſtolicæ, dictum Petrum de Luna, ad valuas Eccleſiæ iuxta mores antiquos vocarẽt, & ipſi ſynodo vocationem referrent. Qui quidem domini deputati, vnà cum Iacobo Rhodini & Thoma Poltenſi protonotarijs Apoſtolicæ ſedis & huiuſmodi cauſæ notarijs, ac Franciſco de Mediolano Apoſtolicę ſedis curſore, locum ſeſſionis exeuntes, acceſſerunt ad valuas eiuſdem eccleſiæ. Et præfatus Franciſcus curſor ipſum Petrũ de Luna alta voce vocauit ſub his verbis: Eſt ne hîc dominus Petrus de Luna, Benedictus decimuſtertius in ſua obedientia nuncupatus, vel aliquis p eo qui compareat, reſpõſurus coram ſacro concilio in cauſa ſchiſmatis & hæreſis contra ipſum mota? Cumq́ue nec ipſe nec aliquis pro eo compariſſet, aut reſpõſum dediſſet, dicta vocatione trina vice facta, ipſius ſynodi promotores & vnà cum eis Benedictus de Guildelotis de Peruſio, cameræ APOSTOLICAE clericus, nomine huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vocatione & non comparitione & non reſponſione, petierũt inſtrumentum & inſtrumenta. Quibus ſic peractis, Cardinalis de Columna vnus ex deputatis præmiſſis, commiſſionẽ eis factam à dicto cõcilio adimpleuiſſe, dictumq; Petrum de Luna modo præmiſſo per curſorem trina vice vocaſſe, nec ipſum Petrum vel aliquem pro eo ibidèm compariſſe, aut reſponſum dediſſe, dictæ ſanctæ ſynodo retulit: & deindè Franciſcus de Mediolano curſor. præfatus, de præmiſſa vocatione fecit relationem. His ſic peractis, dominus Ardecinus aduocatus prædictus, vocationem & relationem huiuſmodi petijt inter acta huiuſmodi cauſæ regiſtrari. Et deincèps reproducta bulla citationis, aliâs cõtra ipſum Petrum de Luna decreta & executa, dominus Bernardus de *Planchea, vnus de executoribus dictę citationis per concilium deputatis, de his quæ circa fæpedictæ citationis executionem feciſſet, fecit relationem, dicens in effectu, quòd ab ipſo concilio receperant ipſe & collegæ ſui in mandatis, vt Petrum de Luna Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nuncupatum, citarent iuxta formam & tenorem literarum citatoriarum. Quas quidem literas citatorias iam de nouo factas & in ſcriptis reproduxit, adiungens quòd nupèr vigore illarum literarum ipſe & egregius vir Lambertus de Stipite ſuus collega, ad caſtrum Paniſcholæ Dertuſenſis diœceſis acceſſerunt, & eundẽ dominum Benedictum decimumtertium, à ſibi obedientibus ſic nominatum, perſonaliter appræhenſum, præſentibus pluribus ſuis Cardinalibus & alijs prælatis, clericis, ac hominum multitudine copioſa, ſecundùm formam & tenorem literarum citatoriarum ad perſonam ſuam citárunt, eaſdem de verbo ad verbum in ſua præſentia legerunt, ipſasq́ue & contenta in eiſdem executioni demandárunt, prout in quodam executionis inſtrumento publico etiàm die relationis aliâs per eum & ſuos collegas factæ exhibito, dixit pleniùs contineri, quod inſtrumentum itetùm facto reproduxit, & de pòſt publicè idem executionis inſtrumentum fuit lectum, & ſufficienter per teſtes recognitum. Quæ omnia præmiſſa dominus Ardecinus aduocatus petijt inter acta regiſtrari, & præfati Petri de Luna, ſic (vt præmittitur) citati contumaciam accuſauit. Ipſumq́ue, quoniam nec in primo termino, qui erat octaua die Martij, nec etiàm in præſenti termino comparuit, contumacem reputari, & in cauſa huiuſmodi ad vlteriora procedi per ipſam Synodum, inſtantiſſimè poſtulauit. Iſtis ſucceſſiuè (vt præmittitur) factis reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, huiuſmodi ſeſſionis præſidens, fecit legi quoddam decretum per reuerendum patrem dominũ Stephanum epiſcopum Dolenſem tenoris ſequentis:

Odo ſ. pòſt factus Martinus quintus.

*Planthea

Hæc ſacroſancta Synodus, auditis & conſideratis relatis, propoſitis, productis & petitis, præfatum Benedictum ſic in ſua obedientia nuncupatum, legitimè citatum, vocatum & expectatum, non comparentem, & qui in octaua Martij, ad quam etiàm citatus extiterat, non compariuit, pronunciat, reputat & declarat contumacem, decernitq́ue in eius contumaciam, eius abſentia Dei repleta præſentia non obſtante, fore in cauſa huiuſmodi vlteriùs etiàm vſq; ad diffinitiuam ſententiam incluſiuè procedendum. Volens autem in eadem cauſa maturè & cum ſumma grauitate procedere, committit dilectiſſimis Eccleſiæ filijs Guillermo tituli ſancti Marci presbytero, & Franciſco tituli ſanctorum Coſmæ & Damiani, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, atque Ioanni electo patriarchæ Conſtantinopolitano, necnõ venerabilibus fratribus Roberto Saresbirienſi, Ioanni Lichfeldenſi, & Stephano Doſenſi epiſcopis, ac dilectis Eccleſiæ filijs Guillermo Pulchri nepotis Franciæ, Ioanni de *Podemitis generali ordinis Prædicatorum, in obedientia Petri de Luna, Benedicti decimitertij nuncupati in ſua obedientia, magiſtris in ſacra pagina, Michaeli de Nauers vtriuſque iuris Aragonum, & Ioanni de Ledena legum, Nauarræ regum illuſtrium oratoribus, Iacobo electo Parmenſi, Hermanno de Dvuerck ſedis Apoſtolicæ protonotario, Roberto abbati Cluniacenſi, Nicolao Vuoidis vtriuſque iuris, Petro Nardi, Henrico Fleckel, decretorum, ſedis Apoſtolicæ capellanis &

*Pedemõtis

auditoribus cauſarum palatij Apoſtolici, & Ioanni *Rellis decretorũ doctoribus, quatenùs ipſi vel eorum maior pars examinent articulos, quos offerri contigerit, coram dicta ſynodo, vel coram dictis commiſſarijs, & eis examinatis, ſuper illis qui ipſis vel eorum maiori parti admittendi videbuntur, de quorum articulorum receptione & eorundem admiſſione, præfata ſynodus dictis commiſſarijs, vel eorum maiori parti plenam confert & committit poteſtatem. Ipſi autem duo ex eis ad minùs, ſuper articulis prædictis & alijs offerendis, & eorum veritate & notorietate teſtes & alia probationum genera recipiant, iurariq; faciant, & examinent diligenter, ità quòd occupantium conditio melior non exiſtat, neque per aliquorum inchoationem, aliorum derogetur poteſtati: ſed duobus aut pluribus negocium huiuſmodi examinationis & receptionis teſtium inchoantibus, cæteri & quilibet duo ſiue bini ex illis, etiàm ſeorsùm & ſeparatim, ac eodem vel diuerſis temporibus teſtes & alia probationum genera etiàm ſuper articulis & alijs inchoatis recipere, examinare, ac mandatum huiuſmodi valeãt exequi, teſtiumq; atteſtationes & probationes alias vel * eorum effectum eidem ſacræ ſynodi fideliter referant, vt exindè eadem ſancta ſynodus ſuper præmiſſis procedat, decernat, & iudicet, prout ſecundùm Deum, iuſtitiam & æquitatem fuerit faciendum. Mandat inſuper & committit eadem ſancta ſynodus præfatis cõmiſſarijs, & duobus (vt præmittitur) ex illis, quatenùs ad dies, horas, & loca opportuna eundem Benedictum ſic (vt præmittitur) nominatum, citent, & citari faciant peremptoriè, publicè coram ipſis in locis prædictis ad videndum, etiàm recipi, produci, iurare teſtes, & alia probationum genera in cauſa huiuſmodi quatenùs opus erit, cum poteſtate citandi & cogendi teſtes præfatos quoſcunque, ſi qui forſan à dicta depoſitione ſe ſubtraxerint. Proteſtatur etiàm eadem ſancta Synodus, quòd per quoſcunque actus, ordinem, ſeu terminos iudiciarios ſeruatos vel ſeruãdos in hac cauſa, formæ proceſſûs, quæ de iure ſeruanda eſt, aut ſeruari ſufficit in notorijs, renunciare non intendit, neq; ad ſeruandũ iudiciarium ordinem * ſe obſeruare adſtringit quouis modo. Qua ſchedula lecta, reuerendiſſimus pater dominus Oſtienſis præſidens, nomine huius ſanctæ ſynodi ſuper dicta ſchedula & contentis in ea, reſpondit per verbum, Placet.

*Vaillis

*earum

* ſe adſtringere quouis

SESSIO XXXIII.

ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Mercurij, duodecima menſis Maij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori ecclesia Conſtantienſi. In qua reuerendiſſimus pater dominus Nicolaus archiepiſcopus Gneznenſis Miſſam celebrauit. Fuitq; præſidens huic ſeſſioni reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis, vicecancellarius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis. Et intererat huiuſmodi ſeſſioni ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ rex, indutus veſtimentis Imperialibus, coronam in capite habens, adſtantibus ſibi reuerendiſſimis in Chriſto patribus & dominis, domino Angelo Præneſtino & Iordano Albanenſi epiſcopis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, illuſtriſſimis principibus Rodolpho Saxoniæ in enſe, Ludouico Bauariæ ducibus in pomo, & Frederico Marchione Brandeburgenſi in ſceptro, & habitibus conſuetis ſibi ſeruientibus. Demùm lectis Litanijs vnà cum alijs deuotis orationibus, vt moris eſt, aſſcenderunt ambonem deputati & commiſſarij in cauſa hæreſis &c. contra Petrum de Luna, in qua reuerendiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter cardinalis fecit relationem, dicens in effectu quòd ipſi commiſſarij proceſſiſſent in cauſa, ad ea quæ eis fuiſſent commiſſa, quia primò ipſum Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nominatum, ad dandum & dari videndum articulos vocâſſent, & deindè certos articulos per procuratores cauſę oblatos recepiſſent, eosq; ad probandum admiſiſſent, teſtesq; 38. Cardinales, Archiepiſcopos, epiſcopos, prælatos, doctores & alios ſuper eiſdem recepiſſent, iurareq; feciſſent, ac eos diligenter examinâſſent. Inſuper dicto Petro de Luna ſic ſufficienter vocato, nonnulla iura per procuratores producta in modum probationis recepiſſent, eaq; probari feciſſent, & probata eſſe decreuiſſent, & hæc omnia & alia per eos in hac cauſa acta, in actis redigi feciſſent, prout in regiſtro in hac cauſa per eos fieri mandato pleniùs continentur, offerẽtes ſe pleniùs & explicitè magìs relaturos, quãdò ſynodus duxerit mandandum. Relatione autem huiuſmodi facta, accuſabatur contumacia Petri de Luna, non videntis aperiri dicta teſtium in huiuſmodi cauſa productorum, & in contumaciam petebatur iterùm in valuis maioris Eccleſiæ vocari, & ad vocandum aliquos deputari, atq; extunc reuerendiſſimus pater dominus Ioannes Oſtienſis huiuſmodi ſeſſioni præſidens, nomine ſynadi deputauit reuerendiſſimos patres & dominos ad vocandum præfatum Petrum de Luna, videlicet Odonem de Columna, Lucidum de Comitibus Cardinales, Viennenſem archiepiſcopum, Feltrenſem, Tridentinenſem & Lichfeldenſem epiſcopos, & Antonium Taxal generalem ordinis ſanctæ Mariæ de Mercede, Thomam Poltenſem, & Iacobum Rho-

Rhodini ſedis Apoſtolicæ protonotarios, vnà cum præſentis cauſæ ſcribis, & Franciſcum de Mediolano ſanctæ Apoſtolicæ ſedis curſorem. Qui deputati, vocârunt & citârunt præfatum Benedictum per curſorẽ antedictũ, in hunc modum: Eſt hîc Petrus de Luna, Benedictus decimuſtertius in ſua obedientia nuncupatus, vel aliquis pro eo qui compareat pro eo, ad videndum aperiri dicta teſtium &c? Deindè dictis deputatis de valuis reuertẽtibus, dominus Lucid⁹ Cardinalis de Comitibus, nomine condeputatorum retulit, ipſam vocationem per curſorem antedictum trina vice fuiſſe factam, neminemq; ibi comparuiſſe, aut aliquod verbum reſpondiſſe. Quo facto, & iterùm petito publicari dicta teſtium, & decerni terminum ad dicendum contra dicta huiuſmodi, reuerendus pater & dominus, dominus Stephanus epiſcopus Dolenſis legebat quandam decreti papyri ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Decretum de publicatione atteſtationum & citatione ad contrà obijciendum.

HAec ſacroſancta generalis ſynod⁹ Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nuncupatum, vocatum legitimè & non comparentem, reputat cõtumacem, & in illius contumaciam teſtes, atteſtatiões & dicta teſtium in præſenti cauſa inquiſitionis mota & pendente contra eundem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium à nonnullis nuncupatum, productorũ & examinatorum, publicat, ac pro publicatis habet, & decernit eidem Petro de Luna Benedicto copiam dictarum atteſtatiõum & totius preſentis proceſſûs fieri, & aſſignat eidem Petro de Luna, Benedicto (vt præmittitur) vocato, terminum peremptorium ad diem Sabbati proximum manè hora ſeptima in præſenti Eccleſia & loco ſuperiori prope altare ſeſſionis ad dicendum, obijciendum, & proponendũ coram commiſſarijs nupèr ad teſtes recipiendos & examinandos & cætera per eandem ſynodum deputatis, quicquid dicere, obijcere, vel proponere voluẽrit contra teſtes in hac cauſa ꝓductos, & eorum dicta, necnon contra inſtrumenta, *regiſtralia, & alia quæcunq; ꝓducta & in tota ipſa cauſa & ſingulis eius diſcurſibus, & ad hoc ipſum peremptoriè citat, præfatisq; commiſſarijs & eorum maiori parti, cæterisq; etiàm minimè impeditis ad *audiẽdum & *recipiendũ omnia, quicquid dicere, obijcere & proponere voluêrit, & ſuper illis *cognoſcendum, atq; oñia & ſingula *faciendum, quæ ad cauſam & proceſſum huiuſmodi pertinent & pertinebunt, vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiuè, ac ſuper eorum dependentibus, emergentibus & connexis, dat eadem ſancta ſynodus plenam & liberam poteſtatem. Proteſtatur autem eadem ſancta ſynodus, qꝑ per hunc, ꝓceſſum aut alium quemcunq; in futurum fiendum in huiuſmodi cauſa, à forma proceſſûs ſuper notorijs, quam ſufficit ſeruare de iure, recedere non intendit. Qua itaq; decreti ſchedula lecta, per reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Ioãnem epiſcopum Oſtienſem, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalẽ & vicecancellarium, huiuſmodi ſeſſiõi præſidentem, nomine ſynodi fuit reſponſum, Placet.

*regiſtra

*audiendi *incipiendi *cognoſcẽdi *faciendi

SESSIO XXXIIII.

DIe Sabbati quinta menſis Iunij, anno à natiuitate Domini milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictiõe decima, fuit ſeſſio generalis per ſanctam ſynodum Conſtantienſem in maiori Eccleſia Conſtantiæ ſolenniter celebrata. In qua reuerẽdus pater dominus Thomas *Senonenſis epiſcopus, Miſſam de tempore celebrauit. Preſedit autẽ reuerendiſſimus dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis cardinalis & vicecancellarius, & dictis demùm Litanijs & orationibus conſuetis, cum Euangelio ſecundùm Lucam, Homo quidam fecit cœnam magnã, domini commiſſarij in cauſa contra Petrum de Luna, aſſcenderunt ambonem: & reuerendiſſ. pater dñs Guillermus cardinalis tituli ſancti Marci, de ſuorũ collegarum conſenſu ſibi aſſiſtentium pro themate aſſumens, Tempus eſt vt * veniat iudicium à domo DEI, &c. quod perpulchrè deducens, proceſſum per ipſum & ſuos collegas contra Petrum de Luna, à quibuſdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, iuxta commiſſionem eis deſuper factam, habitam integrè narrauit & recitauit, vnà cum probationibus articulorum ſimpliciter in huiuſmodi cauſa productis. Et facta dicta relatione, reuerendi patres domini Dolenſis & Lichfeldenſis epiſcopi, reſpondendo articulos legerunt, videlicet ſummam probationem ſcriptam, ſuper quolibet articulo dicendo poſt lecturam articuli: Iſte articulus de veritate & notorietate ꝓbatur per tot teſtes & tales, declarando dignitates & gradus teſtium. Et his peractis, reuerendus pater & dominus epiſcopus Concordienſis legebat quoddã decretum, cuius tenor ſequitur:

*Cinomenſis

Lucæ 14.d

*incipiat 1.Pet. 4.d

Hæc ſacroſancta ſynodus, audita relatione proceſſûs & probationum & aliorum actorum in cauſa inquiſitionis pendẽte coram eadem ſancta ſynodo contra Petrũ de Luna, Benedictum decimumtertium à nonnullis nuncupatum, ſuper ferenda ſententia & alijs in cauſa huiuſmodi fiendis deliberabit: poteſtatem autem aliâs cõceſſam cõmiſſarijs in dicta cauſa, præterq̃ ad citãdum eundem Petrum de Luna ad audiendũ ſen-

tentiam per eandem ſynodum ferendam, non intendit reuocare, ſuper qua citatione atque ſententia nullam dictos commiſſarios vult habere poteſtatem. Super præmiſſis dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis huiuſmodi ſeſſioni præſidens, nomine ſynodi reſpondit, Placet.

SESSIO XXXV.

Vnio ambaſiatorum domini regis Caſtellæ & Legionis.

DIE Veneris decimaoctaua menſis Iunij ſupradicti, ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtãtienſi fuit ſolenniter celebrata, cui interfuit ſereniſſimus princeps Sigiſmundus Romanorum & Hũgariæ &c. rex, cum inſignijs regalibus, & multis principibus & nobilibus ſibi adſtantibus & ſibi ſeruientibus. Et ante iſtius ſeſſionis officium ſiue orationes ſolitas & conſuetas, prælati pluuialibus induti, mitras capitibus impoſuerunt. Conſequenter reuerendi patres & domini, nobiles & ſtrenui viri ſereniſſimi principis domini Ioannis regis Caſtellæ & Legionis ambaſiatores, & cum eis Petrus de Lomburga de Polonia, ambonem aſſcẽderunt, ac ipſi ambaſiatores tria in effectu facere pro præſenti ſeſſione propoſuerunt, videlicet primò cõcilium Conſtãtienſe conuocare, ſecundò præſenti congregationi in Conſtãtia ſe vnire, tertiò ſubiectionẽ obedientiæ factam in Narbona iuxta capitula ibidẽm concordata approbare. Et deindè Petrus de Lomburga, legit quoddam procuratorium regis Caſtellæ. Quo lecto, frater Ludouicus de Valle Oleti, vnus de ambaſiatoribus dicti regis, de conſenſu ſuorũ coambaſiatorum legit quandam ſchedulã conuocationis, vnà cum bulla cõcilij conuocatoria, domino regi Caſtellæ prædicto per ſynodum miſſa, iuxta capitula concordata Narbonæ, cuius ſchedulæ conuocationis tenor talis eſt:

Schedula conuocationis.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Nos Didacus Conchenſis epiſcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala maior p̃fectus Guiſpuſtræ, ſereniſſimi dñi regis Caſtellæ conſiliarij, Ioannes epiſcopus Paceñ, Martinus Ferdinandi domicellorum præſes, Ferdinandus Martini de *Danabeñ Segobienſis, & Didacus Ferdinandi Palentineñ Eccleſiarum Decani, Decretorum doctores, frater Ludouicus de Valle Oleti ordinis Prædicatorum, in theologia magiſter Pariſienſis, Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctor, oratores & procuratores præfati ſereniſſimi domini Ioannis regis Caſtellæ & Legionis, ac ſereniſſimæ dominæ reginæ Caſtellæ, & omnium quorum intereſt & intereſſe poteſt. Ad pacem & vnionem ſanctæ matris Eccleſiæ puris ac ſynceris affectibus anhelantes, volentesque & intendentes adimplere conuentionem in Narbona initam inter ſereniſſimum principem & dominum, Sigiſmundũ Romanorum & Hungariæ regem ſemper Auguſtum, ac reuerendos patres procuratores, nuncios & legatos præſentis congregationis Conſtantienſis ex vna, & oratores ac procuratores ſereniſſimi principis domini Ferdinandi claræ memoriæ Aragonũ & Siciliæ regis, tam ſuo proprio nomine, q̃ tutorio & tutoris nomine præfati ſereniſſimi domini regis Nauarræ, necnon illuſtris principis Ioannis comitis Fuxi ex alia partibus, præſentamus nos in hoc loco coram paternitatibus veſtris, offerẽtes nos ad exequendum dictam conuentionem ac omnia & ſingula in ea contenta, & ſumus nuncatendentes, quod in primo capitulo dictæ conuentionis continetur, quòd conuocatio dictarum obedientiarum fiat per prælatos cæterosq; viros eccleſiaſticos huius cõgregationis p literas directas ad reges, principes, prælatos ac alias perſonas de obediẽtia dicti domini Benedicti ſic nuncupati. Quòd viceuerſa præfati domini reges, principes, prælati & aliæ perſonæ dictæ obediẽtiæ domini Benedicti ſic nuncupati, debeãt vos præfatos dominos prælatos & cæteros de congregatione præſenti per ſuos ambaſiatores aut literas hîc in Conſtantia conuocare. Et attento etiàm quòd literæ cõuocatoriæ pro parte veſtra domino noſtro regi Caſtellæ iam præſentatæ fuerunt, quas etiàm ipſe omnibus prælatis & alijs perſonis quibus dirigebantur, intimari fecit modo debito, prout per inſtrumenta indè cõfecta patebit, cùm fuerit opportunum, volumus & nos ſatisfacere dicto capitulo, cuius tenor quantùm ad literas conuocatorias quæ in eis continetur, talis eſt:

Conſtan. conc. ſeſſ. 20

Miſeratione diuina epiſcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, prælati & cæteri in Conſtantia prouinciæ Moguntinenſis in Chriſti nomine congregati, illuſtri principi, prout ſuperiùs continetur, &c. Qua ad finem lecta, idem frater Ludouicus legit, vt ſequitur: Cui quidem capitulo ſatisfacere volentes, conuocamus vos omnes prælatos & cæteros dominos de hac congregatione iuxta tenorem dicti capituli.

His ſic lectis, reuerendiſſimus pater dominus Bartholomæus archiepiſcopus Mediolanenſis aſſcendens in ambonem, legit in hæc verba:

Schedula acceptationis conuocationis.

Nos miſeratione diuina epiſcopi, presbyteri & diaconi cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, prælati & cæteri hîc congregati, dictã conuocationem acceptamus, & offerimus nos paratos ſinè dilatiõe quacunque ad procedendum ad vlteriora.

Et

Et inſuper requirimus vos oratores & procuratores prædictos, quatenùs ad vnionem faciendam nobiſcum procedatis iuxta tenorem tertij capituli conuocationis prædictæ, quæ talis eſt: Tertiò, quòd præfatis de obedientia dicti domini Benedicti decimitertij per quoſdam &c. vt ſuperiùs continetur, cuius tamen totum tenorem legebant. Et expoſt frater Ludouicus de Valle Oleti præfatus, quo ad ſecũdum principale, quãdam vnionis ſchedulã legebat in hæc verba:

In Cõſtant. cõ, ſeſſ. 20.

Schedula vnionis.

Nos oratores & procuratores prætacti, dictis nominibus vnimus nos vobis iuxta tenorem capituli Narbonenſis prædicti, approbantes & laudantes omnia q̃ poſt vnionem Aragonenſem, contra dominum Benedictum agitata ſunt & proceſſa pridèm, & eodem modo ac ſi per hanc vnionem noſtram ab hac ſancta ſynodo nobis intereſſentibus facta foret. Qua vnione facta, prefatus dominus archiepiſcopus Mediolanẽſis legebat in hunc modum:

Schedula acceptionis vnionis.

Nos prælati & cæteri congregati vt ſuprà, dictam vniõem *noſtram acceptamus, profitentes vos vice & nomine præfati ſereniſſimi domini regis Caſtellæ per omia debitis modo & forma ac tempore contentis in dicto capitulo tertio, ſatisfeciſſe, & econuersò nos vobis oratoribus & procuratoribus prædictis nominibus iuxta tenorem eiuſdem capituli vnimus. Quibus ſic factis, reuerendiſſimus pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis cardinalis & vicecãcellarius, nomine totius ſynodi reſpondit, per verbum, Placet.

fut. *veſtrã

Subſequenter oratores & procuratores illuſtriſſimi domini INFANTIS Henrici ac ordinis ſacræ militiæ ſancti Iacobi de Spata generalis magiſtri, ambonem aſſcendentes, omniaq̃; & ſingula facta & acta per dominos ambaſiatores & oratores regis Caſtellæ prædictos approbantes & laudantes, cõuocationem fecerunt ſimili modo vt ipſius regis Caſtellæ ambaſiatores, & ſimiliter ſe huic cõgregatiõi vniẽrunt, prout ſuper iſtis conuocatione & vnione frater Ioannes de ſancto Iacobo, ordinis Minorum, vnus de ambaſiatoribus prædictis, de ſuorum ambaſiatorum conſenſu quãdam papyri ſchedulam legebat ſub huiuſmodi tenore:

Schedula conuocationis Infantis Henrici.

Nos Vitalis de Scoto miles commendator de *Camata, frater Ioannes de ſancto Iacobo ſacræ paginæ profeſſor, Garſias de Vergata miles, Ioannes Alphonſi decretorum baccalaurei, procuratores & oratores illuſtriſſimi domini Infantis Henrici ac ordinis ſacræ militiæ ſancti Iacobi de Spata generalis magiſtri, ſimili modo conuocamus vos omnes prælatos & cæteros dominos de hac congregatione iuxta tenorẽ dicti capituli. Deindè idem frater Ioannes legit, vt ſequitur:

*Carnata,

Schedula vnionis eiuſdem.

Nos oratores ſupradicti, dicto nomine vnimus nos vobis iuxta tenorem capituli prædicti. Super quibus omnibus & ſingulis promotores concilij petiẽrunt inſtrumentum & inſtrumenta, & depoſt fuit cantatũ, Te Deum laudamus. Quo finito, reuerendiſſimus pater, dominus Ioannes epiſcop⁹ Oſtienſis cardinalis ad præſidendum iuit, & officium ſeſſionis ſolitum ſolenniter incipiebatur. Et lectis Litanijs alijsque conſuetis, præfatus archiepiſcopus Mediolanenſis vnà cum ambaſiatoribus regis Caſtellæ ambonem aſſcendit, & legit ſchedulã ſequentem, legendo etiàm illa capitula concordata Narbonæ, de quibus ſuprà faciebat mentionem, quæ ſuperiùs inſerta fuerunt, vbi agebatur de confirmatione eorũ.

Confirmatio capitulorum,

Sacroſancta generalis Conſtantiẽſis ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, viſo & conſiderato capitulo ſecundo ex capitulis Narbonenſibus inter chariſſimũ Eccleſiæ filium Sigiſmundum Romanorum & Hungariæ regem illuſtrem, & dilectos ipſius eccleſiæ filios promotores & nuncios dictæ ſynodi ex vna, & procuratores ac oratores chariſſimorum dictæ Eccleſiæ filiorum dominorum, Ferdinandi claræ memoriæ Aragonum & Siciliæ regis, tam ſuo proprio nomine, quàm tutorio & tutoris nomine Ioannis Caſtellæ & Legionis, necnon oratores Nauarrę regum, & illuſtrium & dilectorum eiuſdem Eccleſię filiorum Fuxi & Armeniaci comitum partibus ex altera cõcordatis, cuius quidem ſecundi capituli tenor ſequitur ſub his verbis: Secundò, quatenùs dictæ conuentiõis &c. volens in omibus obſeruare dictum capitulum, promittit, ratum habet, ſecurat ſpecialiter, confirmat, & nouiter firmat, & ſtatuit, & decernit in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo pleniùs cõtinetur. Viſo etiàm quarto capitulo incipiente, Quartò, quòd per dictum vniendum Concilium &c. abolet, tollit, & irritat quoſcunque proceſſus, ſententias, decreta, ordinationes, ſtatuta & pœnas, &c. vt in dicto cap. continẽt, vſq; ibi, & q̃ ſtatuatur. Itẽ ſtatuit, q̃ nunq̃ decæterò ratione vel occaſione dicti ſchiſmatis aut adhęſionis dicti dñi Bñdicti & ſui prædeceſſoris dñi Clementis, poſſit cõtra dictos dominos reges, principes, prælatos & alios de obedientia dicti dñi Bñdicti quõlibèt, pcedi in iudicio, vel extra, vt in fine dicti capituli cõtinetur. Viſo etiàm quinto dictorũ capitulorũ incipiẽte, Quintò, q̃ p dictũ formandũ cõciliũ &c. ap̃pbat, laudat, firmat, & meliori modo quo fieri poteſt, pleniſſimè cõfirmat oñes & ſingulas cõceſſiones, diſpen-

Conſtantiẽſis cõ. ſeſſ. 20.

Cõſtantiẽſis cõ. ſeſſ. 20.

Cõſtantiẽſis cõ. ſeſſ. 20.

penſationes & gratias, factas per dominum Benedictum prędictum quibuſuis perſonis ſuę obediętiæ de qbuſuis dignitatibus, &c. vt in dicto capitulo continetur. Viſo etiàm vndecimo dictorum capitulorum incipiẽte, Vndecimò, quòd dictus dñs rex Romanorum &c. & attento quòd dicitur ibi, & qꝑ in prima ſeſſione &c. dicta ſancta ſynodus facit, concedit, ſtatuit & ordinat in omnibus & per omnia, prout in dicto capitulo continetur. Quibus ſic lectis & completis, reuerẽdi patres Iacobꝰ Rhodini ſedis Apoſtolicæ protonotarius, & Ioannes literarum Apoſtolicarũ corrector, tenens librũ euangeliorum à parte dextra, & à parte ſiniſtra dominus Thomas Poltenſis dictæ ſedis ꝓtonotarius, & venerabilis dominus Iacobꝰ Moreſim, ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, tenentes libros ſanctorum euangeliorum, acceſſerunt ad dominos in hac ſeſſione præſentes, recipientes ab eis iuramenta. Et primò ſereniſſimus dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ rex, cõſequenter verò & domini cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi, cæteriq́ue prælati & ambaſiatores omnia & ſingula capitula Narbonæ concordata, in omnibus & per oñia obſeruare iurauerunt, & quilibet eorum iurauit, ac ea, quantùm in eis fuit, receperũt.

Conſtan. conc. ſeſ. 20

Quibus iuramentis ſic præſtitis, Henricꝰ de Piro promotor nomine præfati ſereniſſimi principis domini Sigiſmundi ſurgens, publicè dixit & inquiſiuit: Si aliquis eſſet in prædicta ſeſſione, qui haberet mandatũ ſufficiens illuſtris principis comitis Armeniaci, quòd illud exhiberet. Cãcellarius autem ſtudij Pariſienſis ſurgens dixit, ambaſiatores Chriſtianiſſimi regis Francorũ certa habuiſſe ſcripta, qꝑ dictus dominus Comes ſequi vellet veſtigia prędicti domini regis. Tunc dictus dominus Henricus nomine quo ſuprà dixit, Ex quo non appáret mandatum ſufficiens pro ipſo domino comite, nullo modo per iuramentum ſuprà ꝑ eum præſtitum, ad obſeruationem dictorũ capitulorum in Narbona concordatorum, quo ad præfatum dominum comitem Armeniaci, vellet arctari, publicè & ſolenniter fuit proteſtatus.

Conſtanti. eñ conc. ſeſſ. 20.

His autẽ ſic peractis, præfatus archiepiſcopus Mediolanenſis legit quandam papyri ſchedulam tenoris ſubſequentis:

Item domini cardinales, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi & alij prælati ambaſiatores dominorum regum & principum, & alij in dicto cõcilio exiſtentes, & ſingulares perſonæ & tanquàm perſonæ ſuffultæ ad hoc hoc ſufficienti poteſtate, iurent, prout ſufficienter in dicto 11. capitulo continetur.

Quæ ꝑdicta omnia & ſingula, intelligantur & locum habeant, retento tenore oĩm & ſingulorum capitulorũ prædictorũ Narbonæ concordatorum, quibus & eorũ ſingulis dicta ſynodus ſtare intẽdit, nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere.

Ad quæ omnia & ſingula dominus Epiſcopus Oſtienſis vicecancellarius & huius ſeſſionis præſidens præfatus, nomine totius concilij reſpondit per verbum, Placet.

Subſequenter dominus & frater Ludouicus de Valle Oleti prædictus, exiſtens in ambone, legit ſchedulam ſequentem:

Schedula approbationis capitulorum Narbonæ, factæ per oratores regis Caſtellæ.

Nos Didacus Conchenſis epiſcopus, & Ferdinandus Petri de Ayala maior præfectꝰ Guiſpuſtæ, ſereniſſimi dñi regis Caſtellæ cõſiliarij, Ioannes epiſcopus Paceñ, Martinus Ferdinandi domicellorũ ꝓſes, Ferdinãdus Martini de Claualos Segobieñ, & Didacus Ferdinandi Palentineñ eccleſiarum decani, decretorũ doctores, frater Lodouicus de Valle Oleti ordinis Prædicatorũ in theologia magiſter Pariſieñ, Ioannes Ferdinandi de Rupeflore decretorũ doctor, oratores & procuratores ſereniſſimi dñi Ioãnis Caſtellæ regis ac Legiõis, ac ſereniſſimę dñę reginę matris & tutricis eiuſdẽ regnorũ gubernatricis, hîc ꝓſentes & perſonaliter conſtituti, dictis nominibus quibus validiùs & efficaciùs poſſumus, iure videlicet, forma, modo, via, cauſa, melioribus oñia & ſingula decreta, ſtatuta, proteſtationes per ſacroſanctã & generalem ſynodum Conſtantieñ nunc facta & edita, & q́ nunc ſunt ſeriosiùs lecta, ipſa habentes pro ſufficienter expreſſis & repetitis ſolenniter, vice & nomine regis & reginę noſtrorũ ꝓfatorum oĩm regnorum & terrarũ ſuarũ acceptamus, approbamus, aſſentimus, & ſolenniter affirmamus. Et ſimiliter ſicut ipſa ſancta ſynodus ꝓteteſtata eſt, qꝑ nõ velit recedere à capitulis in dicta ciuitate Narboneñ concordatis, ità & nos dictis nominibus ſoléniter ꝓteſtamur. Ad q́ tunc reuerẽdiſſimus pater & dñs epiſcopus Oſtieñ huius ſeſſiõis ꝓſidens, nomine totius ſynodi reſpondit, Placet. Et conſequenter ꝑſatus archiepiſcopus Mediolanenſis, legit decretum tenoris infraſcripti:

Quòd non obſtantibus iuramentis, licuit ab eius obedientia recedere.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtãtienſis, in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, pro bono vnionis Eccleſiæ ſacroſanctæ authore Deo feliciùs conſummandæ, cõſiderans quòd per chariſſimam eccleſiæ filiam Catharinam reginam illuſtrem, chariſſimi ipſius Eccleſiæ filij Ioannis regis Caſtellæ & Legionis matrẽ atque tutricẽ, regnorumq́; & terrarũ illius gubernatricem, atq; per

per nonnullos prælatos, barones & notabiles perſonas regnorum & terrarũ regis præfati, requiſita & præſtita fuerunt iuramenta & promiſſiones de non recedendo ab obediẽtia domini Petri de Luna, Benedicti decimitertij à nonnullis ſic nuncupati, ſub certis formis, de quibus in actis & inſtrumẽtis indè confectis latiùs cõtinetur, quæ quidem acta & inſtrumenta & alias quaſcunq; probationes prędictorum, præfata ſynodus de ipſis plenè certificata, vult hîc habere ꝓ ſufficiẽter expreſſis: quodq́; huiuſmodi iuramenta & promiſſiones requiſita & præſtita, fuerunt impedimentum præfatę vnionis, propter quæ & illa nulla & irrita eſſe cenſentur: ſtatuit, decernit, atq; declarat, ꝓfata omnia iuramenta & promiſſiones ac omnia & ſingula indè ſecuta, fuiſſe & eſſe caſſa, irrita & nulla, nulliusq́ue efficaciæ, roboris vel momẽti. Et nihilominùs ad cautelam quatenùs de facto proceſſerũt, ea relaxat & caſſat, irritat ac reuocat, declarans præfatos (vt præmittitur) iurantes & promittentes, ad obſeruantiam prædictorum minimè teneri & obligari. Quo decreto lecto, fuit per dictum dominum præſidentem nomine totius ſynodi reſponſum, per verbum, Placet. Et depòſt præfatus frater Ludouicus legit, vt ſequitur:

¶ Schedula ſubtractionis obedientiæ confirmationis, per vnum de ambaſiatoribus regis Caſtellæ lecta.

Nos Didacus &c. ambaſiatores & procuratores præfati, nomine procuratorio quo ſuprà, confirmamus, & ctiàm approbamus ſubtractionem obedientiæ dudùm factam in Perpiniano domino papæ Benedicto decimotertio, per felicis memoriæ dominum Ferdinandum Aragonum & Siciliæ regem, *nomine ſereniſſimi regis Caſtellæ & Legionis domini noſtri, & per ſuas literas, ſicut in eiſdem latiùs continetur: etiàm ex ſuperabundanti cautela eam, nomine quo ſuprà, de nouo façimus, ſicut in dictis literis continetur, & alio meliori & firmiori modo quo fieri poteſt & debet, de quo offerimus *literas præfati domini regis & matris in valida & expedienti forma daturos. Deindè dominus Petrus de Grado, vnus etiàm de ambaſiatoribus regis Caſtellæ & Legionis prædicti, quandam ſchedulam ſubtractionis obedientiæ per præfatum regem dicto Benedicto in Caſtella *factam, in vulgari Caſtellano ſcriptam, publicè legit. Et quia à multis non intelligebatur, præſentibus igitur non eſt inſerta. Deindè frater Ludouicus præfatus ſolenniter fecit collationem, & facta collatione, pro complemento huius ſeſſionis reuerendiſſimus pater dominus Ioannes patriarcha Antiochenus Miſſam de ſpiritu ſancto celebrauit.

for. *nos literas

for. * factæ

SESSIO XXXVI.

Anno à natiuitate Domini milleſimo quadringẽteſimo decimoſeptimo, die verò iouis vigeſima ſecunda menſis Iulij, fuit celebrata ſeſſio generalis in maiori Eccleſia Conſtantienſi. Pro cuius introductione reuerendiſſimus pater epiſcopus Attrebatenſis Miſſam de ſancto ſpiritu celebrauit, præſidebatq́; in eadem ſeſſione dominus reuerendiſſimus epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius: & lectis litanijs alijsq́; deuotis orationibus ſolitis, dominus Antonius Epiſcopus Concordienſis legit quandam citationem contra Petrum de Luna factam, ad audiendum ſe priuari & ſententiam ferri, cuius tenor ſequitur:

Sacraſancta generalis ſynodus Conſtantienſis, venerabilibus fratribus Henrico Feltrenſi, Stephano Dolenſi, Ioanni Pacenſi, Iacobo Placentino & Patricio Carthagienſi epiſcopis ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem. Fruſtrà iudiciũ cognoſcẽdo geritur, nisi quod cognitum eſt, iudiciali calculo terminetur. Cùm itaq; eadem ſancta ſynodus de meritis cauſæ inquiſitionis pẽdentis, coram eadem ſancta ſynodo contra Petrum de Luna, à quibuſdam Benedictum decimumtertium nuncupatum, plenè cognouerit, & in eadem cauſa ad omnes actus & terminos requiſitos, ritè & canonicè proceſſerit, decernit & mandat eadem ſancta ſynodus, eundem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertiũ (vt præmittitur) nuncupatum, citari publicè in valuis eccleſiæ Conſtantieñ, alta & intelligibili voce dum in eadem Eccleſia diuina *celebrantur officia, & cum affixione præſentiũ literarum eiſdem valuis, cùm de præſenti audientia literarum contradictarum minimè teneatur, atq; citat peremptoriè & vno edicto peremptorio pro omnibus, ad diem lunæ 26. huius menſis Iulij ad comparendum in Eccleſia Conſtantienſi manè, hora qua dicta ſancta ſynodus ſedebit, & ſedere conſueuit, ad audiendum ius & diffinitiuã ſententiam per eandem ſynodum proferri, & pronunciari in cauſa ꝓdicta. Quocircà paternitatibus veſtris eadẽ ſancta ſynodꝰ mãdat & cõmittit, quatenùs vos aut duo veſtrũm, vocatis ad hoc aliqbus ex notarijs & ſcribis in dicta cauſa deputatis vel alijs, ꝓſentis citatiõis literas in valuis eiuſdẽ eccleſię ꝑ alterũ ex dictis notarijs, vobis aut duobꝰ veſtrũm ꝓſentibꝰ, publicè alta vocẽ & intelligibili legi faciatis, ac eũdẽ Petrũ de Luna, Benedictũ decimumtertiũ (vt ꝓmittitur) nuncupatum, in forma præmiſſa citari, literasq́; ꝓſentes eiſdem valuis affigi, ità qꝑ citatio huiuſmodi veniat in publicam vocatiõem, & eidem ſacræ ſynodo tẽpore ſeſſionis ꝓximè futuræ, de geſtis ꝑ vos in præmiſſis faciatis relationem fidelem. Datum Conſtan-

*celebrantur

tiæ,præfata ſynodō ſedēte in dicta Cōſtantienſi eccleſia,vndecimo calendas Auguſti, anno natiuitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo.

Lecta autem præſcripta citatione, idem dominus Antonius adhuc in ambone exiſtens,de mandato ſanctæ ſynodi dixit in effectu:Nè propter feſtum hodiernum, quod tamen in corpore iuris minimè reperitur, aliqui dubitarent præſentem diem feriatam eſſe,tunc ipſa ſancta ſynodus p̄dicta oīem in præmiſſis ſupplet defectum, ſi interueniſſet. Super huiuſmodi lectis & propoſitis dominus Oſtienſis huiuſmodi ſeſſionis p̄ſidens,nomine concilij reſpondit per verbū, Placet.

Quibus ſic factis, reuerendi patres Stephanus Dolenſis & Henricus Feltren epiſcopi,vnà cum notarijs præſentis cauſæ, ad tres ianuas maioris eccletiæ Conſtantienſis acceſſerunt,& in ipſarum qualibet ſupradictā citationem infrà Miſſarum ſolennia per Ioannem Guiardi præſentis cauſæ notarium, alta voce legi fecerunt, dictumq; Petrum de Luna,Benedictum decimumtertium à quibuſdam nuncupatum,iuxta tenorem citationis citarunt,& citari fecerunt.

Lecta verò huiuſmodi citatione,vt præmittitur,ipſi eandem citatiōem per bullam triplicatam in qualibet dictarum portarum vnam affigi per eundem Ioannem Guiardi fecerunt,ſuper quibus lectione & affixiōe ipſi commiſſarij petierunt fieri inſtrumentum ac inſtrumenta. Deindè venerabilis vir Petrus de Lomburga Licentiatus decretorum,in ambone ad hoc ordinato exiſtens, legit decretum ſequentis tenoris:

Decretum caſſatiōis pœnarum factarum per Petrum de Luna,vigore cuiuſdam conſtitutionis pro ambaſiatoribus regis Caſtellæ.

Sacroſancta generalis ſynodus Conſtātienſis,in ſpiritu ſancto legitimè congregata,vniuerſalem eccleſiam repræſentans, ex certis & iuſtiſſimis cauſis ad hoc eandē ſynodum mouentibus & inducentibus,annullat,irritat,atq; caſſat, irritatasque, nullas & caſſas eſſe decernit atque declarat oīes priuationes ſiue pœnas,aut priuationum ſiue pœnarum declarationes, per dominum Benedictum decimumtertium in ſua obedientia nuncupatum,à die nona menſis *Nouēbris anni à natiuitate Dñi milleſimi quadringenteſimi decimiquinti citrà factas, p̄mulgatas,fulminatas ſeu pronūciatas, tam virtute cuiuſdam prætenſæ conſtitutionis per eūdem dominum Benedictum dudùm promulgatæ,ſub dato, Maſſilię apud ſanctū Victorem,decimotertio calendas Iunij,pōtificatūs ſui anno decimotertio, quæ incipit,Benedictus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad futuram & perpetuā rei memoriam, In dierum ſucceſſus creſcente malitia ſic videmus mundū &c. q̄ ex quacunq; alia cauſa, occaſione,colore aut ratione priuationis ſiue pœnæ aut declarationis prædictæ fuerint de beneficijs eccleſiaſticis, dignitatib⁹ feudis,iuribus, ſtatibus, honoribus, ſiue de quibuſcunque alijs rebus temporalibus ſiue ſpiritualibus, & de quibuſcunq; p̄ſonis regularibus aut ſecularibus, regibus ſiue principibus,archiepiſcopis,epiſcopis & aliis Eccleſiarum prælatis,magiſtris ordinum, communitatibus,congregationibus, collegijs, vniuerſitatibus, & quibuſcunq; alijs perſonis laicis ſiue eccleſiaſticis, omnesque alios proceſſus excommunicationis aut interdicti,ſiue ſuſpenſionis aut cuiuſcunque tenoris ſententias ſuper huiuſmodi priuatiōibus aut pœnis factos ſiue factas, p̄mulgatos ſeu promulgatas, & omnia indè vel ob id ſecuta, vnà cum eadem conſtitutiōe, & eandem,tanq̄ cōtrariam & impeditiuam vnionis ſanctæ matris Eccleſiæ, ſimili modo irritat atq; caſſat,& irritas ſiue irrita eſſe decernit atq; declarat, etiam ſi ſuper p̄miſſis vel aliquo præmiſſorum appareant quæcunq; literæ ſiue bullæ ſub anteriori data,q̄ tamen ante diem prædictū non fuerint, plenarię executioni mandatæ. Et nihilominùs ad cautelam abſoluit,& abſolutos * decernit omnes & ſingulos ſupradictos, & quoſcunq; alios à prædictis ſententijs excōmunicationis,ſuſpenſionis & interdicti ſeu priuationis(ſi quas virtute dictæ cōſtitutiōis, vel aliàs quouis modo ex ſupradictis cauſis & alijs in prædicta conſtitutione contentis, contraxerint) necnon oīes proceſſus tam ſuper proprietate q̄ poſſeſſione,priuationes etiàm beneficiorum q̄ poſſidebant, & collationes de eiſdem alijs factas, aut excōmunicationis,ſuſpēſionis vel quaſcunque alias ſententias in ſeu contra venerabiles fratres & dilectos Eccleſię filios, Didacū Conchenſem epiſcopum, nobilem virum Ferdinandū Petri de Ayala militē, chariſſimi Eccleſiæ filij Ioānis regis Caſtellę & Legionis cōſiliarios,Ioannem epiſcopū Pacenſem, & Martinū Ferdinandi militem, p̄poſitū dōmicellorum dicti regis Caſtellæ & Legiōis, & religioſum virum fratrem Ferdinandum de Ileſtis ordinis Minorum, eiuſdem regis conſiliarium,Ferdinandum Martini Segobienſis,& Didacum Ferdinandi Palentinē-ſis eccleſiarum decanos & decretorum doctores,fratrē Ludouicum de Valle Oleti in theologia magiſtrum Pariſienſem, & Ioannem Ferdinandi de Rupeflore decretorum doctorem,ambaſiatores & procuratores p̄fati regis Caſtellæ, & Petrum Ferdinādi archidiacōum de Grado in eccleſia Oneten, ipſius regis ſecretariū,cōſanguineos & familiares eorum à die prima mēſis Aprilis anno dñi milleſimo q̄dringēteſimo * decimo quarto,citrà factos & p̄mulgatos, irritat, caſſat, ſexto, irri-

declarat

*Octobris

*decimo-

irrita atq; caſſa eſſe denunciat, ſtatuitque & decernit ambaſiatores prædictos, conſanguineos,necnon eorum familiares &c. pindè ad ſtatum priſtinum reducendos, àc ſi priuationes, collationes, proceſſus & aliæ ſententiæ prædictæ minimè fuiſſent latæ, factæ aut promulgatæ, etiàm ſi ſuper proceſſibus,priuationibus aut collationib⁹ vel ſententijs prædictis aliquæ literæ vel bullæ appareant ſub anteriori data, quæ tamen ante diem prædictam non fuerint in partibus præſentatæ, & plenariæ exeeutioni demandatæ. Eadem quoquè ſancta ſynodus omnes prouiſiones, promotiones & tranſlationes de quibuſcunque Eccleſijs cathedralibus ſiue collegiatis, ſeu ad quaſcunq; Eccleſias cathedrales ſiue collegiatas, & generaliter omnes conceſſiōes beneficiorum ſeu dignitatum quarumcunque, etiàm per priuationes dominorum cardinalium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per præfatum dominum Benedictum ſic (vt præmittitur) nuncupatum factas,aut morte,ceſſione,vel quouis alio modo vacantium, omnesque & ſingulas conceſſiones,gratias, & diſpenſationes tam ſuper matrimonijs contrahēdis,quàm etiàm ſuper beneficijs & quibuſcunque alijs regibus, principibus aut prælatis, ſeu etiàm quibuſcunque alijs perſonis, commuuitatibus & collegijs, & generaliter omnia alia per eundem dominum Benedictum ſic nuncupatum, infra limites ſeu dominia aut terras præfati chariſſimi eccleſiæ filij Ioannis regis Caſtellæ & Legionis ſubiectas aut ſubiecta, vſque ad diem decimamoctauam menſis Iunij tunc currētis,acta, conceſſa & diſpenſata,quæ per p̄ſens decretum non ſint aut fuerint caſſata, caſſáve denunciata, & ſuper quibus bullæ ſeu quæcunque aliæ literæ ante diem p̄dictum non fuerint confectæ,præſentatę & executæ,pro bono quietis & pacis laudat, approbat,& confirmat, atque approbata & laudata eſſe declarat, ità tamen, quòd per approbationem ſeu confirmationem prædictas nullum præiudicium fiat chariſſimo Eccleſiæ filio Alphonſo Aragonum regi illuſtri,nec ipſius regis matri, vxori aut fratribus,vel familiaribus ſiue conſiliarijs alicuius eorum,nec contra eorum aliquem valeat in iudicio vel extra præfata confirmatio vel approbatio allegari. Vult etiàm eadem ſancta ſynodus atque ſtatuit,quòd per præmiſſa chariſſimo Eccleſiæ filio Carolo Nauarræ regi,liberísve eius, aut magiſtro hoſpitali & conuentui Rhodi nullum præiudicium generetur:hoc tamen declarato & intellecto,q̄ ſi ab aliquibus platuris, magiſterijs ſeu magiſtratibus, dignitatibus vel beneficijs quibuſcunque durante ſchiſmate fuerint ſeparata, vel aliàs diſgregata aliquu mēbra,caſtra,villæ ſeu alia bona, redditus, prouentus vel emolumenta ac reſpōſiones cameræ,vel alia iura quæcunq;, de q̄bus fuerit aliquib⁹ iam prouiſum, vel facta collatio vel infeudatio infra limites, dominia ſeu terras præfati chariſſimi Eccleſiæ filij regis Caſtellæ ſupradicti conſtituta,quin prædicta ipſis prælaturis & magiſterijs ſeu magiſtratibus, dignitatibus vel beneficijs, vt capiti reſtitui & redintegrari valeant per concilium antedictum, & in quacunq; parte p̄iudicaretur alicui de cardinalibus ſanctę Romanę Eccleſię, dicta ſancta ſynodus prouidebit, vt meliùs expedire videbitur. Per præmiſſa autem ſancta ſynodus capitulis Narbonenſibus non intendit in aliquo contrauenire. Quo decreto lecto,dominus præſidens nomine ſynodi reſpōdit per verbum,Placet.

SESSIO XXXVII.

Die vigeſimaſexta ſupradicti menſis Iulij, Conſtantiæ in Eccleſia maiori loco ſolito fuit publica ſeſſio ſolenniter celebrata, pro cuius introductione reuerendiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci S. Romanę Eccleſię cardinalis presbyter,Miſſam de ſpiritu ſancto deuotiſſimè celebrauit. Seſſioni autem interfuit ſereniſſimus princeps dominus Sigiſmundus Romanorum & Hungariæ &c. rex, cum inſignijs regalibus & ſuis nobilibus in eiſdē ſibi ſeruientibus. Præſidebatq; ſeſſioni huiuſmodi pontificalibus inſignitus reuerendiſſimꝰ pater dominus Ioannes epiſcopus Oſtienſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecācellarius. Lectis deindè litanijs alijsq; orationibus conſuetis, ſermoneque cuius thema erat, Iuſtum iudicium iudicate, per reuerendum patrem dominum electum in patriarcham Cōſtantinopolitanum finito, cōtumacia fuit accuſata Petri de Luna,nō comparentis neque diffinitiuam ſentētiam *audientis: & indè fiebat relatio executiōis citationis in vltima ſeſſione decretę per dominum Henricum Feltrenſem Epiſcopum, vnum de commiſſarijs deputatis pro executione citationis huiuſmodi. Facta autem relatione, ac iterùm cōtumacia ipſius dicti Petri de Luna accuſata,reuerēdiſſimi patres dñi de comitibus & de Fuxo cardinales,per ſanctam ſynodum ad hoc ſpecialiter deputati, de eiuſdem ſynodi mandato vnà cum protonotarijs & præſentis cauſæ notarijs, & Ioanne Snepper ſedis Apoſtolicæ curſore,locum ſeſſionis exeuntes, acceſſerunt ad valuas eccleſię,& ibidèm per organum curſoris interdicti p̄fatum Petrū de Luna trina vice vocārūt,dicendo:Eſt hīc Petrus de Luna,ab aliq̄bus Bñdictus XIII nuncupat⁹,vel aliq̄s p̄ eo, qui cōpareat corā ſancta ſynodo ad audiendū in ſcriptis ferri ſententiam diffinitiuā in cauſa ſchiſmatis & hæreſis cōtra eum mota? Ipſe autē nec aliquis pro eo cōparuit ibidē, aut reſpondit, de quo fecerunt

Ioann. 7. c

*ſentētiam ferri curātis

runt relationem. Facta autem relatiõe huiusmodi, iteratò accusabat cõtumacia ipsius Petri de Luna per magistrum Henricum, promotorem concilij, instantissimè postulando ipsum reputari contumacẽ. Et tunc dominus Stephanus episcopus Dolẽsis, quoddam decretum siue quandam schedulam legit in hæc verba:

Hæc sacrosancta synodus Petrum de Luna, Benedictum tredecimum à nonnullis nuncupatũ, legitimè citatum, vocatum, non comparentem, declarat & reputat cõtumacem, decernitq; in eius absentia Dei repleta præsentia, fore in præsenti causa inquisitionis contra eum coram eadem pendente, per eandem synodum ad diffinitiuam sententiam procedendum.

Ista schedula sic lecta, reuerẽdissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis huiusmodi sessionis præsidẽs, nomine ipsius synodi per verbum, Placet, respondit. Et extùnc reuerendissimus pater dñs Guillermus tituli sancti Marci presbyter cardinalis, quandam diffinitiuæ sententiæ schedulam legit huiusmodi sub tenore:

¶Sententia contra Benedictũ papam tredecimum in sua obedientia nuncupatum.

Psalm. 16. Apoc. 21.b Ibidẽm 19.c Leuit. 19.g

De vultu eius hoc iudicium prodeat, qui sedet in throno, & ex eius ore procedit gladius bis acutus, cui⁹ statera iusta est, & æqua sunt pondera, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, Dñi nostri IESV Christi,

Psalm. 10. Ibidẽm 33.

Amen. Iustus est Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Vultus quidem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Pereat, inqt

Psalm. 108.

sanctus propheta, memoria illius, qui non est recordatus facere misericordiam, & qui persecutus est hominem inopem & mendicum: quanto magis pereat illius, qui omes homines & Ecclesiam vniuersalem persecutus est, & perturbauit, Petri de Luna, Benedicti tredecimi à nonnullis nuncupati, memoria? Qui quantùm in Ecclesiam DEI & vniuersum populum Christianum peccauerit, schisma & diuisionem Ecclesiæ fouens, nutriens atq; continuans: quantis, quamq; frequentibus, deuotis & humilibus regum, principum & prælatorum precibus, exhortationibus & requisitiõibus charitatiuè iuxta doctrinam Euangelicam admonitus fuerit, vt pacem daret Ecclesiæ, & illius sanaret vulnera, ac eius partes diuisas in vnam compaginem & corpus vnũ reficeret, quẽ-

Matt. 18. Lucæ 17. a

admodùm ipse iurauerat, & diù fuit in sua potestate, quos tamen charitatiuè corripientes nullatenùs voluit exaudire: quot sint postmodùm testes adhibiti, quibus etiàm minimè exauditis, necesse fuit secũdùm pdictam Christi Euangelicam doctrinam

Matt. 18. b

dicere Ecclesiæ: quam quia etiàm non audiuit, habendus sit tãquàm ethnicus & publicanus: capitula in causa inquisitiõis fidei & schismatis coram præsenti sancta synodo generali super præmissis & alijs contra eum edita, ac eorum veritas & notorietas, declarant manifestè. Super quibus ritè ac canonicè processo, & omnibus ritè actis & diligenter inspectis, habitaque super illis deliberatione matura, eadem sancta synodus generalis vniuersalem Ecclesiam repræsentãs, in dicta inquisitiõis causa pro tribunali sedens, pronunciat, decernit & declarat per hanc diffinitiuam sententiam in his scriptis, eũdem Petrum de Luna, Benedictum decimumtertium (vt præmittitur) nuncupatum, fuisse & esse periurum, vniuersalis ecclesiæ scandalizatorem, fautorem & nutritorem inueterati schismatis & inueteratæ scissuræ & diuisionis Ecclesiæ sanctæ DEI, pacis & vnionis eiusdem Ecclesiæ impeditorem & turbatorem, schismaticum & hæreticum, acà fide deuium, & articuli fidei, vnam sanctam catholicam Ecclesiam, violatorem pertinacem, cum scandalo Ecclesiæ DEI incorrigibilem, notorium & manifestum, ac omni titulo, gradu, honore & dignitate se reddidisse indignum, à Deo iectum & præcisum, & omni iure eidem in papatu & Romano pontifici ac Romanæ Ecclesiæ quomodolibèt competente, ipso iure priuatum, & ab Ecclesia catholica tanquàm membrum aridũ præcisum. Ipsumq; Petrum, quatenùs de facto Papatum secundùm se tenet, eadem sancta synodus Papatu & summo Ecclesiæ Romanæ pontificio, omniq; titulo, gradu, honore, dignitate, beneficijs & officijs quibuscunque ad omnem cautelam priuat, deponit, & abijcit, eidemque inhibet, nè deincèps pro papa aut Romano & summo pontifice se gerat. Omnesque Christicolas ab eius obedientia & omni debito obedientiæ ipsius atq; iuramentis & obligationibus eidem quomodolibèt præstitis, absoluit, & absolutos esse declarat, ac omnibus & singulis Christifidelibus inhibet sub pœna fautoriæ schismatis & hæresis atque priuatiõis omnium beneficiorum, dignitatum & honorum Ecclesiasticorum & mundanorum & alijs pœnis iuris, etiàm si episcopalis & patriarchalis, cardinalatûs, regalis sit dignitatis aut imperialis, quibus, si contrà hanc inhibitionem fecerint, sint authoritate huius decreti ac sententiæ ipso facto priuati, & alias iuris incurrant pœnas, nè eidem Petro de Luna schismatico & hæretico incorrigibili, notorio declarato & depositio, tanquàm pa pæ obediant, pareant, vel intendãt, aut eum quouis modo contra præmissa sustineant, vel receptent, sibique præstent auxilium, consilium vel fauorem. Declarat insuper & decernit, omnes & singulas inhibitiões, omnesque processus & sententias, constitutiones & censuras, & alia quæcunque, per ipsum

ipsum factos, factas, & facta, quæ possent pmissis obuiare, irritos, irritas, irrita, atq; irritat, reuocat, & annullat: cæterisq; pœnis, quas in prẽmissis casibus iura statuunt, semper saluis.

Hac schedula siue sententia lecta, prædictus Stephanus episcopus Dolensis, ex parte ipsius synodi dixit in effectu: Quanuis in processu causæ huiusmodi nullus posset defectus allegari, tamen sancta synodus pdicta ad superabundantem cautelam omes supplet defectus, si qui interuenissent. Ad q omnia & singula dominus præsidens nomine totius concilij respondit, Placet.

SESSIO XXXVIII.

DIE mercurij vigesima octaua supradicti mensis Iulij, Constantię in Ecclesia maiori fuit sessio publica solenniter celebrata. Et reuerendus pater dominus Nicolaus Assisinatensis, Missam de beata virgine Maria celebrauit: reuerendus verò pater dominus Ioãnes Episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, huiusmodi sessiõi præsedit: & litanijs & alijs orationibus & solennitatibus solitis lectis atque peractis, venerabilis vir dominus Petrus de Lomburga, legit quædam decreta tenoris subsequentis:

Decretum, irritans pœnas latas contra ambasiatores infantis Henrici.

Constantiensis cõcil. sess. 36.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in spiritu sancto legitimè congregata, ex certis & iustissimis causis eandem sanctam synodum mouentibus, nupèr omnes processus tam super pprietate quàm possessione, priuationes etiàm beneficiorum quæ possidebant, & collationes alias de eisdem factas, aut excommunicationis vel suspensionis vel quascunque alias sententias, in seu contra venerabiles fratres & dilectos Ecclesiæ filios ambasiatores & procuratores charissimi Ecclesiæ filij Ioãnis regis Castellæ, consanguineos & familiares eorum, à die primo mensis Aprilis anni Domini millesimi quadringentesimi decimisexti, citrà factas aut promulgatas, irritauit & cassauit, irritaque & cassa denunciauit: statuitque & decreuit ambasiatores prædictos, consanguineos vel familiares ipsorum, perindè ad statum pristinum reducendos, àc si priuationes, collationes, processus & aliæ sententiæ prædictæ, latæ aut promulgatæ minimè fuissent, etiàm si super processibus, prouisionibus ac collationibus & sententijs prædictis aliquæ bullæ siue literæ appareant sub anteriori data, quæ tamẽ ante diem prædictam non fuerant in partibus præsentatæ, & plenariæ executioni demandatæ. Volens itaque eadem sancta synodus ex similibus causis mota, dilectos ecclesiæ filios Vitalẽ de Scoto commendatorem de Caranaqua, & fratrem Ioãnem de sancto Iacobo ordinis fratrum Minorum, in Theologia magistrum, & Barsiam de Vergara militem ordinis sancti Iacobi de Spata, ac Ioannem Alphonsi baccalaureum in decretis, ambasiatores & procuratores dilecti Ecclesiæ filij illustris Henrici Infantis Aragoniæ, Sicilię, &c. ac dicti ordinis sancti Iacobi de Spata magistri, simili fauore prosequi, ac eadem, quo ad præmissa, prærogatiua gaudere, statutum & decretum, irritationes & cassationes prædictas ad præfatos ambasiatores pdictorum Infantis Henrici & magistri, & ad consanguineos & familiares ipsorum, decernit perindè extẽdi, àc si in supradicto decreto aut statuto fuissent vnà cum prædictis ambasiatoribus regis Castellæ ac specialiter nominati.

Decretum reuocationis vocum, ambasiatoribus regis Aragonum concessarum.

Constantiensi conc. sess. 20. cap. 2.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis. Cùm nupèr in capitulis Narbonæ concordatis inter cætera cautum fuerit, q non ordinarentur, statuerentur, vel fierent aliqua directè vel indirectè concernentia aut tangentia dominos reges, principes, platos & alios de obedientia Petri de Luna, olim Benedicti decimitertij nuncupati, vel aliquem ipsorum, & pòst per hãc synodum concessum fuerit ambasiatoribus & oratoribus charissimi ecclesię filij regis Aragonũ præsentibus tunc & alijs venturis, etiàm per modum conuentionis & pacti, quòd dicti oratores in natione Hispanica hoc durante concilio haberent vocem tantę virtutis & authoritatis, quantę essent voces omnium prælatorum & Ecclesiasticarum personarũ regnorum & terrarum dicti regis, quæ possidet citra & vltra mare, q ad generale concilium sunt assuetæ vocari, cum protestatione tamen hincindè facta, quòd premissa intelligerentur concessa sinè piudicio dictorũ capitulorum, prout in decreto desupèr cõfecto latiùs continetur. Verùm cùm ambasiatores charissimi ecclesiæ filij regis Portugaliæ illustris, publicè cõcessioni huiusmodi se opposuerint, & cùm de huiusmodi cõcessione tractaretur & timeretur, quòd aduenientibus ambasiatoribus charissimi ecclesiæ filij regis Castellę, ipsi verisimiliter de huiusmodi concessione siue decreto turbarentur & conquererentur, prout iam super hoc grauem exposuêre querelam, asserẽtes huiusmodi concessionis obseruantiam in eorum tendere læsionem, ac sui honoris nõ modicum præiudicium, & fore contra capitula prædicta concordata: pendenteque huiusmodi tractatu, præfati ambasiatores regis Aragonum sæpiùs in effectu dixerũt, & asseruerũt, quòd dictos ambasiatores regis Castellæ redderent contentos, & cum eisdem super hoc benè concordarent, & cõ-

Cõstantien. cõc. sess. 20. titulo, Cõcessio vocũ ambasiatorum &c.

tra eorum voluntates dictis vocibus vti nollent: propter hoc & ratiõabiles alias causas, attento etiàm quòd ex hac quæstione agenda in hac synodo differri & impediri possent, prout hactenùs nonnulla bonum vnionis Ecclesiæ concernentia, retardata & dilata fuerunt: eademque sancta synodus volens omnibus & per omnia eisdem capitulis inhærere, & vnumquenque in sua iustitia confouere, pro bono pacis & concordiæ partium prædictarum ac nationis Hispanicæ & suppositorum eiusdem, ex certa scientia decernit & declarat, quòd ambasiatores regis Aragonum prædictis vocibus prælatorum & aliorum absentium, qui ad concilium consueuerunt euocari, quæ eisdẽ concessæ fuerunt, extra Hispaniam (vt præfertur) vti nullo modo possint, nec debeãt in natione Hispanica supradicta, sed quòd singulæ ambasiatæ regum Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ & Nauarræ, habeant & repræsentent in natione ꝓdicta voces oẽium prælatorum & aliorum absentium, qui consueuerant ad concilium euocari solùm, & regnorum duntaxàt & dominiorum suorum quæ habent in *Hispanica natione.

*Hispania.

Quo lecto decreto, Sperans in Deo, vnus de ambasiatoribus regis Aragonum, in medio surgens, dictumque decretum in nationibus non fuisse positum allegans, de nullitate ipsius decreti fuit protestatus: & expòst nationum quatuor præsidẽtes expressè dixerunt, & retulerũt, huiusmodi decretum in nationibus fore lectum, & ipsis nationibus placuisse vt legeretur. Et tunc reuerendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis huiusmodi sessionis præsidẽs, nomine totius synodi super omnibus præmissis, Placet, respondit.

SESSIO XXXIX.

ANno à natiuitate Domini millesimo quadringẽtesimo decimoseptimo, indictione decima, die verò sabbati nona mensis Octobris, Constantiæ in ecclesia maiori in loco solito fuit tenta & celebrata sessio publica, in qua reuerendissimus pater dominus archiepiscopus Viennensis Missam & spiritusancto celebrauit, reuerendissimus verò pater & dominus, dominus Ioãnes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanę ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, huiusmodi sessioni præsedit. Lectisque litanijs & alijs deuotis orationibus legi solitis, cum euangelio secundùm Lucam, Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est, reuerendissimꝰ pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis ambonem ascendit, legit & publicauit decreta quæ sequuntur.

Luc. 6. c

De concilijs generalibus, & prouisione erga futura schismata.

Frequens generalium conciliorum celebratio, agri Dominici cultura est præcipua, quæ vepres, spinas & tribulos hæresum & errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineã Domini ad frugem vberrimæ fertilitatis adducit. Illorum verò neglectus, præmissa disseminat atque fouet: hæc præteritorum temporum recordatio & præsentium consideratio, ante oculos nostros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuo sancimus, decernimus & ordinamus, vt amodò concilia generalia celebrentur, ità quòd primum à fine huius concilij in quinquennium immediatè sequens, secundum verò à fine illius immediatè sequentis concilij in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuò celebrentur, in locis quæ summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilij, approbãte & consentiente concilio, vel in eius defectum, ipsum concilium deputare & assignare teneatur, vt sic per quandam continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sanctę Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilio, ob emergẽtes fortè casus abbreuiare: sed nullatenùs prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum, absq; euidenti necessitate non mutet. Sed si fortè casus aliquis occurreret, quo necessarium videretur, ipsum locum mutari, putà obsidionis, guerrarum, pestis aut similis, tũc liceat summo pontifici de prædictorum fratrum suorum aut duarum partium ipsorum consensu atq; subscriptione, alium locum priùs deputato loco vicinioré & aptum, sub eadem tamen natione, surrogare, nisi idẽ vel simile impedimentum per totam istam nationem vigeret, tunc ad aliquẽ alium viciniorem locum alterius nationis aptum, huiusmodi concilium poterit conuocari: ad quem prælati & alij qui ad concilium solent conuocari, accedere teneantur, àc si à principio locus ille fuisset deputatus: quam tamen loci mutationem vel termini abbreuiationẽ per annum ante præfixum terminum teneatur summus pontifex legitimè & solenniter publicare & intimare, vt ad ipsum concilium celebrandum prædicti possint statuto termino conuenire.

Prouisio aduersùs schismata futura.

Si verò (quod absit) in futurum schisma oriri contingeret, ità quòd duo vel plures ꝑ summis pontificibus se gererent, à die qua ipsi duo vel plures insignia pontificatûs publicè assumpserint, seu ministrare cœperint, intelligatur ipso iure terminus concilij tunc fortè vltra annum pendens, ad annum proximum abbreuiatus. Ad quod omnes prælati & cæteri qui ad concilium ire tenentur, sub pœnis iuris & alijs per concilium imponendis,

nendis, absq; alia vocatione cõueniant, necnon Imperator cæterique reges & principes vel personaliter, vel per solennes nuncios, tanquàm ad commune incendium extinguendum per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi ex nunc exhortati, concurrant. Et quilibet ipsorum pro Romano pontifice se gerentium infra mensem à die qua scientiam habere potuit, alium vel alios assumpsisse papatûs insignia, vel in papatu administrâsse, teneatur sub interminatione maledictionis æternæ & amissione iuris, si quod fortè sibi quæsitum esset in papatu, quam ipso facto incurrat, & vltra hoc ad quaslibet dignitates actiuè & passiuè sit inhabilis, concilium ipsum ad terminũ anni prædictum in loco deputato priùs indicere, & publicare ad celebrandum, & per suas literas competitori vel competitoribus ipsum vel ipsos prouocando ad causam, & cæteris prælatis ac principibus, quantùm in eo fuerit, intimare, necnon termino præfixo sub pœnis prædictis ad concilij locum personaliter se transferre, nec indè discedere, donèc per concilium causa schismatis plenariè sit finita: hoc adiuncto, quòd nullus ipsorum contendentium de papatu, in ipso cõcilio vt papa præsideat: quinimmò vt tanto liberiùs & citiùs Ecclesia vnico & indubitato pastore gaudeat, sint ipsi omnes de papatu contendentes, postquàm ipsum cõcilium inceptum fuerit, authoritate huius synodi ipso iure ab administratione suspensi, nec eis aut eorum alteri, donèc causa ipsa per concilium terminata fuerit, quomodolibèt à quoquam sub pœna fautoriæ schismatis obediatur. Quòd si fortè electionem Romani pontificis per metum (qui caderet in constantem virum) seu impressionem decæterò fieri contingat, ipsum decernimus nullius efficaciæ vel momẽti, nec posse per sequentem consensum, etiàm metu prædicto cessante, ratificari vel approbari: non tamen liceat cardinalibus ad aliam electionem procedere, nisi ille sic electus fortè renunciet, vel decedat, donèc per generale concilium de electione illa fuerit iudicatum. Et si procedant, nulla sit electio ipso iure. sintq; secundò eligẽtes & electus (si ipse papatui se ingesserit) omni dignitate & statu etiàm cardinalatûs & pontificali ipso iure priuati, & inhabiles decæterò ad eosdem, ac etiàm ad papalem. Nec etiàm in aliquo eidem secundo electo, vt papæ, sub pœna fautoriæ schismatis obediatur quoquo modo: & eo casu concilium de electione papæ prouideat illa vice, sed liceat, immò teneantur electores omnes, aut maior pars ipsorum, quàm citò sinè personarum periculo poterũt, (etiàm si periculum oẽium bonorum immineat) transferre se ad locum tutum, & metum ꝓdictum allegare coram notarijs publicis & notabilibus personis ac multitudine populi in loco insigni: ità tamen, quòd allegantes metum huiusmodi, habeant in ipsius metûs allegatione exprimere speciem & qualitatem dicti metûs, & iurare solenniter, quòd metus taliter allegatus sit verus, & credunt se ipsum posse probare, & quòd per malitiam seu calumniam, huiusmodi metum non proponũt, nec vltra proximum futurum cõcilium vllo modo possit differri allegatio dicti metûs. Teneãtur insuper postquàm se transtulerint, & metum allegauerint, modo prædicto prouocare sic electum ad concilium, quod concilium si vltra annum pendeat à die prouocationis huiusmodi, intelligatur ad annum, vt suprà, ipso iure terminus breuiatus. Et nihilominùs electus ipse sub pœnis prædictis, & cardinales prouocantes sub pœna amissionis cardinalatûs & omniũ beneficiorum suorum, quam ipso facto incurrant, infra mensem à die prouocationis cõcilium ipsum (vt suprà dicitur) indicere & publicare, & quàm citiùs poterunt intimare, ac cardinales ipsi cæteriq; electores ad locum concilij tempore cõuenienti personaliter se transferre, & vsq; ad finem causæ expectare. Teneantur quoq; prælati cæteriq;, vt suprà, ad conuocationem cardinaliũ tantùm, si fortè sic electus conuocare cessaret, accedere: qui sic electus, in concilio ipso nõ præsideat, quinimmò sit à termino initiandi concilij ipso iure ab omni administratione papatûs suspensus, nec sibi à quoquam sub pœna fautoriæ schismatis quomodolibèt obediatur. Quòd si infra annum ante diem indicti concilij contingant supradicti casus, videlicet quòd plures gerant se pro papa, vel quòd vnus per metum vel impressionem eligatur, censeantur ipso iure tam se gerentes pro papa, quàm electus per metum seu impressionem, & cardinales ad dictum concilium prouocati, teneanturque in ipso concilio cõparére personaliter causam exponere, & iudicium concilij expectare. Sed si dictis casibus occurrentibus, contingat fortè casus aliquis, quo necessarium sit locum concilij mutare, vt obsidionis, guerræ aut pestis vel similis, teneantur nihilominùs tam omnes supradicti, quàm omnes prælati cæterique qui ad concilium ire tenentur, ad locum proximiorem (vt ꝑmittitur) qui sit habilis ad concilium, conuenire. Possitq; maior pars prælatorum, qui infra mensem ad locum certum declinauerint, illum sibi & alijs pro loco concilij deputare. Concilium autem (vt præfertur) conuocatũ & congregatum, de huiusmodi schismatis causa cognoscens, & in cõtumacia electorum seu gerentium se pro papa vel cardinalium, (si fortè venire neglexerint) litem dirimat, atq; causam diffiniat, ac culpabiles in schismate procurando seu nutriendo, vel in administrando seu obediendo, & administrantibꝰ fa-

fauendo, seu contra interdictum superius eligendo, vel calumniosè allegando metũ, etiàm vltra prædictas pœnas, cuiuscunque statûs, gradûs aut præeminentiæ existant, ecclesiasticæ vel mũdanæ, sic puniat, vt vindictæ rigor luceat cæteris in exemplum. Vt autem metûs seu impressionis molestia in electione papæ eo formidolosiùs euitetur, quo toti Christianitati lamentabiliùs eorũ incussio seu factio perpetratur: vltra p̃dicta duximus specialiter statuẽdum, quòd si qs huiusmodi metum vel impressiõem aut violentiam electoribus ipsis aut alicui ipsorũ in electione papæ intulerit, seu fecerit, aut fieri procurauerit, vel factum ratum habuerit, aut in hoc consilium dederit vel fauorem, facientes scienter receptauerit, vel defensauerit, aut negligens in executione pœnarum inferiùs cõminatarum extiterit, cuiuscunque statûs, gradûs aut præeminentiæ fuerit, etiàm si Imperiali, regali, pontificali vel alia quauis Ecclesiastica aut seculari p̃fulgeat dignitate, illas pœnas ipso facto incurrat, quæ in constitutione felicis recordationis Bonifacij papæ octaui, quæ incipit, Felicis, continentur, illisq; effectualiter puniatur. Ciuitas verò (quod absit) etiàm si vrbs Romana fuerit, seu alia quæuis vniuersitas, quæ talia facienti auxilium vel consilium dederit aut fauorem, vel infra mensem saltem taliter delinquentem (prout tanti facinoris enormitas exegerit, & facultas ei affuerit) non duxerit puniendum, eo ipso ecclesiastica subiaceat interdicto. Et nihilominùs præter dictam vrbem, pontificali (vt suprà) sit dignitate priuatus, non obstantibus priuilegijs quibuscunq;. Volumus insuper, q̃p in fine cuiuslibet generalis concilij hoc decretum solenniter publicetur, necnõ quandocunquè & vbicunquè Romani põtificis electio imminebit facienda, ante ingressum conclauis legatur, & publicè intimetur.

Forma de professione papæ facienda.

Quanto Romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate, tanto clarioribus ipsum decet fulciri fidei vinculis, & sacramentorum ecclesiasticorum obseruandis ritibus alligari. Eapropter, vt in futurum Romanis pontificibus in suæ creationis primordijs & singulari splendore luceat plena fides, statuimus & ordinamus, q̃p deincèps quilibet in Romanum pontificem eligendus, antequàm sua electio publicetur, coram suis electoribus publicè confessionem & professionem faciat infrascriptas:

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, Amen. Anno à natiuitate Domini millesimo &c. ego N. electus in papam, omnipotenti Deo cuius Ecclesiam suo præsidio regendã suscipio, & beato Petro Apostolorum princi-

pi corde & ore profiteor, quàm diù in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere sanctam fidem catholicã, secundùm traditiones Apostolorum, generalium conciliorum, & aliorum sanctorum patrum, maximè autem sanctorũ octo conciliorum vniuersalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tertij Ephesini, quarti Chalcedonensis, quinti & sexti Constantinopolitanorum, septimi itẽ Niceni, octaui quoq; Constantinopolitani, necnon Lateranensis, Lugdunensis & Viẽnensis generalium etiàm cõciliorum. Et illam fidem vsque ad vnum apicem immutilatam seruare, & vsq; ad animam & sanguinem confirmare, defensare, & prædicare, ritum quoq; pariter sacramentorum ecclesiasticorum catholicæ Ecclesiæ traditũ, oñimodè prosequi & obseruare. Hanc autem professionem & confessionem meam p notarium scriniariũ sanctæ Romanæ Ecclesiæ me iubente scriptam, propria manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo puramente & deuota conscientia super tali altari &c. syncèriter offero in præsentia talium &c. Datum &c.

¶ Nè prælati transferantur inuiti.

Cùm ex patorum translationib⁹ ecclesiæ ipsæ de q̃bus transferuntur, plerunq; grauibus in spiritualibus & temporalib⁹ subiacebant dispendijs & iacturis, prælati quoquè nonnunquàm iura & libertates ecclesiarũ suarum trãslationis formidine nõ adeò solerter vt aliàs prosequantur, nè ad importunitatem quorundam, quæ sua & non quæ Phil.2.c Iesu Christi quærentium, Romanus pontifex forsan vt homo facti nescius, in huiusmodi circunueniatur, aut aliàs leuiter inclinetur, præsentib⁹ statuimus & ordinamus, inuitorum episcoporum & superiorũ trãslationes absque magna & rationabili causa, quæ vocata parte cognita fuerit, & decisa de consilio sanctæ Romanæ Ecclesię cardinalium, vel maioris partis eorundem & cum subscriptione, decæterò fieri non debere: Inferiores verò, vt abbates, alijq; p̃petuò beneficiati, inuiti absq; iusta & rationabili causa cognita, amoueri seu priuari non debeant. Adijcientes, quòd in mutationibus abbatum, subscriptio cardinalium interueniat, sicut in episcopis est p̃missum, saluis constitutionibus, cõsuetudinibus & priuilegijs Ecclesiarum, monasteriorum & ordinum quorumcunque.

De spolijs & procurationibus.

Cùm per papam facta reseruatio & executio & perceptio procurationum, ordinarijs & alijs inferioribus prælatis debitarum ratione visitationis, necnon & spoliorum decedentium prælatorum aliorumque clericorum, grauia Ecclesijs monasterijs & alijs beneficijs Ecclesiasticisq; personis afferãt detrimenta, præsenti declaramus edicto, rationi

tioni fore consentaneum & reipublicæ accommodum, tales per papam reseruatiões, ac per collectores & alios authoritate Apostolica deputatos siue deputandos, exactiones seu perceptiones decæterò nullo modo fieri seu attentari, quinimmò procurationes huiusmodi quorumcunq; prælatorum, cardinalium etiàm vel ipsius papæ familiarium, officialium & aliorum quorumuis clericorum, in curia Romana vel extra, vbicunquè & quandocunquè decedentium, spolia seu bona eorum mortis tempore reperta, plenè & liberè pertineant illis, & per illos recipiantur, quibus aliàs, præfatis reseruationibus, mandatis & exactionibus cessantibus, competerẽt & pertinere deberent, prælatis etiàm inferioribus & alijs huiusmodi spoliorum exactiones præter & cõtra iuris communis formam fieri interdicimus, constitutione tamen felicis recordtionis Bonifacij papæ octaui, q̃ incipit, Præsenti, super hoc edita specialiter, in suo robore duratura. Post hæc autem venerabilis vir magister Petrus de Lomburga, legit decretum tenoris subsequentis:

Potestas diffiniendi possessorium causæ episcopatûs Cumanensis.

Sacrosancta & generalis synodus Constantiensis, vniuersalem Dei Ecclesiam repsentans, venerabilibus fratribus Placensi, Pistoriensi & Vaurensi episcopis, quos aliàs ad audiendum causam & causas ac querelas ad nos deuolutas seu deductas, & deuoluẽdas seu deducendas deputauimus etiàm ecclesiarum cathedralium, vsq; ad diffinitiuã sententiam exclusiuè, quam in causis ipsarũ Ecclesiarum cathedralium nobis reseruauimus, vt causam super possessorio iudicio Ecclesiæ Cumanensis, & pertinentibus ad eandem, inter venerabilem fratrem Antonium episcopum Cumanensem agẽtem ex vna, & dilectos Ecclesiæ filios canonicos & capitulum & fratrem Franciscum de *Crinellis ordinis Minorum, pro electo dictæ Ecclesiæ se gerentem defendentes partib⁹ ex altera, quæ coram ipsis pendet indecisa, habentes statum causæ huiusmodi pro sufficienter expresso, ac non valentes diuersis occupati negocijs finali decisioni eiusdem intendere finali sententia, vocatis secũ aliquibus, terminare valeant, plenariam concedimus facultatem. Quibus sic lectis, dominus Ioannes episcopus Ostiensis cardinalis præsidens, nomine totius concilij respondit per verbum, Placet.

*Cunellis

SESSIO XLI.

DIE sabbati trigesima supradicti mensis Octobris, fuit celebrata generalis sessio in maiori ecclesia Constantien. Pro cuius quidem sessionis introductiõe reuerendissim⁹ pater dominus Iordanus episcopus Albanensis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, de Vrsinis vulgariter nuncupatus, Missam de spiritu sancto celebrauit: reuerendissim⁹ verò dominus Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, pontificalibus indutus, huiusmodi sessioni præsedit. Lectisque litanijs & alijs orationibus in sessionibus legi solitis, reuerẽdissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci presbyter cardinalis, q̃dam decreta publicè legit sub his verbis:

Reformationes fiendę per papam vnà cum concilio, antequàm concilium dissoluatur.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, in spiritu sancto legitimè congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, statuit & decernit, q̃p futurus Romanus poncifex per Dei gratiam de proximo assumendus, cum hoc sacro concilio vel deputandis per singulas nationes. debeat reformare Ecclesiam in capite & in membris, & curiã Romanam secundùm æquitatem & bonum regimen Ecclesiæ, antequàm hoc concilium dissoluatur, super materijs articulorum aliâs per natiões in reformatorio oblatorum, quæ sequuntur:

Primò, de numero, qualitate & natione dominorum cardinalium. 1.

Item de reseruatiõibus sedis Apostolicę. 2.

Item de annatis, communibus seruitijs & minutis. 3.

Item de collationibus beneficiorum & gratijs expectatiuis. 4.

Item de confirmationibus electionum. 5.

Item de causis in Romana curia tractandis vel non. 6.

Item de appellationibus ad Romanam curiam. 7.

Item de officijs cancellariæ & pœnitentiariæ. 8.

Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis. 9.

Item de commendis. 10.

Item de fructibus medij temporis. 11.

Item de non alienandis bonis Romanæ ecclesiæ. 12.

Iteṁ propter quæ & quomodò papa possit corrigi & deponi. 13.

Item de extirpatione Simoniæ. 14.

Item de dispensationibus. 15.

Item de prouisiõe papæ & cardinalium. 16.

Item de indulgentijs. 17.

Item de decimis. 18.

Hoc adiecto, quòd facta per natiões deputatione prędicta, liceat alijs de licẽtia papę liberè ad propria remeare.

¶ Quòd procedatur ad electionem Romani pontificis, absentia cardinalium Petri de Luna, non obstante.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, attendens ea quæ iamdudùm Narbonæ pro vnione ecclesiæ de admittendis in eadem synodo cardinalibus obedientiæ Petri de Luna, olim Benedicti decimitertij in sua obedientia nuncupati, cõcordata fuerunt, quæque post notoriam electionem dicti Petri de Luna, præfati cardinales dudùm secundùm eadem concordata ante electionem huiusmodi vocati, infra tres menses & ampliùs à die electionis prædictæ expectati non venerunt, statuit & decernit fore ad electionem Romani pontificis iuxta decernenda per eandem synodũ, eiusdẽ synodi authoritate procedẽdum, ipsorum absentia non obstante: quos, si ante consummatam electionem futuri summi pontificis venerint, & eidem concilio adhæserint iuxta dispositionem iuris & decernenda per concilium, vnà cum alijs ad electiõem prædictam admittendos esse declarat.

¶De modo & forma eligendi papam.

Ad laudem, gloriam & honorem omnipotentis Dei, & ad pacem & vnitatem vniuersalis Ecclesiæ ac totius populi Christiani, vt electio futuri Romani & summi pontificis proximè celebranda, firmiori authoritate & plurium roboretur assensu, & nè, attẽto statu Ecclesiæ super dicta electione, in posterũ vlla retractio, vllúsve scrupulus in mentibus hominum resideat, sed ex illa sequatur vnio certa, vera, plenissima & perfecta fidelium: sacrosancta synodus Constantiensis, communi vtilitate pensata, de speciali & expresso consensu & voluntate concordi sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, in eadem synodo personaliter existentium & collegij eorundem ac omnium nationum præsentis concilij, ordinat, statuit & decernit, quòd hac vice duntaxàt ad eligẽdum Romanum & summũ pontificem, vnà cum cardinalibus sex prælati vel aliæ honorabiles personæ ecclesiasticæ in sacris ordinibus constitutæ, de qualibet natione in eadem synodo, tũc existẽtes, quos seu quas quælibet ipsarum nationum pro se ad hoc infra decem dies duxerit eligẽdas, ipsis cardinalibus adiungantur. Quibus omnibus eadem synodus eligendi Romanum pontificem secundùm formam hîc expressam (quatenùs opùs est) tribuit potestatem, videlicet quòd ille absque vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia Romanus pontifex habeatur, qui à duabus partibus cardinalium in conclaui existentium, & à cuiuslibet nationis duabus partibus eisdem cardinalibus adiungendorum & tunc adiunctorum, electus fuerit & receptus, quodq; non valeat electio, nec electus pro summo pontifice habeatur, nisi duæ partes cũ cardinalibus ad eligendum adiungendorum & tunc adiunctorum, consentiant & consenserint in Romanum pontificem eligendum. Statuit insuper, ordinat & decernit, quòd vota quorumcunque in electióe huiusmodi emittẽda, sint nulla, nisi (vt præmittitur) duæ partes cardinalium & duæ partes cuiuslibet nationis adiungendorum & tunc adiunctorum prædictorum, præsentialiter seu per accessionem in vnum concurrant. Hoc etiàm adiecto, quòd prælati & alij cum cardinalibus ipsis ad electionem huiusmodi adiungendi & tunc adiuncti, omnes & singulas constitutiones Apostolicas etiàm pœnales, circa electionem Romani pontificis editas, atque consuetudines obseruari consuetas, quemadmodùm ipsi cardinales obseruare teneãtur, & ad illorum obseruantiam adstringantur. Teneantur insuper iurare, & iurent dicti electores & cardinales & alij, antequàm ad electionem procedant, quòd in huiusmodi electionis negocio attendant, quòd eis imminebit (cùm de creatione agitur vicarij Iesu Christi, successoris B. Petri, vniuersalis rectoris Ecclesiæ, gregis Dominici directoris) puris & synceris mentibus (& quantùm credant publicæ vtilitati vniuersalis Ecclesiæ proficere, omni cuiuscunq; nationis personæ vel alio inordinato affectu, odio, gratia vel fauore abiectis) procedere, vt eorum ministerio de vtili & idoneo vniuersali ecclesiæ pastore prouideatur. Ordinat insuper, statuit & decernit eadem sancta synodus, quòd infra decem dies ex nũc continuè numerandos, quos decem dies omnibus & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus præsentibus & absentibus & cæteris electoribus supradictis, attenta Romanæ Ecclesiæ notoria vacatiõe, ad intrandum conclaue in hac ciuitate Constãtiensi in maiori domo communitatis eiusdem ciuitatis ad hoc iam ordinata, prefigit & assignat, præfati electores, cardinales & alij supradicti intrent ipsum conclaue ad electionem huiusmodi celebrandam, cæteraque faciendum, obseruandum & prosequendum, quemadmodùm in cæteris, præter præmissa, de cardinalibus & alijs in electione Romani pontificis iura statuunt & decernunt, quæ omnia, præmissis obseruatis, vult eadem sancta synodus in suo robore permanere. Hãc autem formam & hunc modum electionis approbat, ordinat, statuit ac decernit pro hac vice, & ad omnem scrupulum submouendum eadem sancta synodus omnes & singulos in eadem synodo præsentes & venturos, qui eidem synodo adhærebunt, ad omnes actus legitimos in eadem synodo agendos, actiuè & passiuè (quatenùs opùs est) habilitat & habiles esse declarat, cæteris eiusdem concilij decretis semper saluis, supplens omnes defectus (si qui forsan interuenerint) in præmissis, Apostolicis etiàm & generalibus cõcilijs editis, & alijs constitutiõibus nõ obstantibus quibuscunque. Quibus decretis sic lectis, dominus Ioannes Episcopus Ostiensis cardinalis huiusmodi sessionis præsidens, ipsius synodi nomine respondit, Placet.

SESSIO QVADRAGESIMA PRIMA.

DIE lunæ octaua mẽsis Nouembris, annò à natiuitate Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, indictione decima, fuit tẽta sessio generalis in maiori Ecclesia Constantiensi. Pro cuius sessionis introductione reuerendissimus pater dominus Guillermus tituli sancti Marci, sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis, Missam de Spiritusancto, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum rege cum insignijs regalibus interueniẽte, deuotè celebrauit. Et missa finita, dominus Iacobus Episcopus Laudensis, solẽnem fecit sermonem ad synodum, assumens pro themate, Eligite meliorem. Reuerendissimus
4 Reg. 10. c verò pater dominus Ioannes episcop⁹ Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, huic sessioni præsedit. Litanijs igitur lectis, alijsq; in sessionib⁹ legi solitis, cũ euangelio
Ioan. 14 b secundùm Ioannem, Si diligitis me, mandata mea seruate: dominus Petrus de Lomburga licẽtiatus in decretis, stans in ambone solito, quandam constitutionem felicis recordationis Clementis papæ sexti, & alia quæ sequũtur, legit huiusmodi sub tenore:

¶Constitutio Clementis papæ sexti, super modo & forma tenendis super victualibus cardinalium in cõclaui existentium.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam: Licèt in constitutione à felicis rec. Gregorio papa decimo prædecessore nostro super electiõe Romani pontificis edita in concilio Lugdunẽsi, inter cętera caueatur expressè, quòd si eũdem pontificem in ciuitate, in qua cum sua curia resĩdebit, diem claudere contingat extremum, cardinales in palatio in quo idem põtifex habitabat, omnes conueniãt, & in eo singuli singulis tãtùmmodò, nisi illi quibus ex patẽti necessitate duo permittũtur haberi, contenti seruiẽtibus clericis vel laicis, (prout elegerint) vnum conclaue, nullo intermedio pariete vel alio velamine, inhabitent in communi: Et quòd diebus certis, non facta prouisione de pastore, decursis, panis, vinum & aqua tantùm eisdem cardinalibus, donèc subsequetur prouisio, ministretur: Quia tamen, sicut frequenti multorum assertione & in cardinalatu constitutorum percepimus, nonnulli ex cardinalibus in obseruatione constitutionis ipsius grauati aliâs nimirùm extiterũt, multi quoquè ex ipsis duos in conclaui prædicto habuerint seruientes, non absque scrupulo conscientiæ propter ambiguitatem dictorum verborũ, videlicet, Quibus ex patentinecessitate duo permittuntur haberi, in dicta constitutione (vt præmittitur) contentorum, nos prouidere super his cupientes, ex his & certis alijs causis rationabilibus, quæ nostrum ad id animum induxerunt, rigorem constitutionis ipsius & etiàm ad fratrum nostrorum supplicationem, in his prouidimus temperandum, authoritate Apostolica statuentes, quòd Cardinales postquàm conclaue huiusmodi seu clausuram pro dicta celebranda electione intrauerint, singuli duos seruientes tantùm clericos vel laicos, prout duxerint eligendos, ac etiàm singulis præter panem, vinum & aquam in prandio & in cœna duntaxàt vnũ ferculum seu missum carnium vnius speciei tantummodò, aut piscium seu ouorum, cum vno potagio de piscibus vel carnibus principaliter non confectis & decentibus salsamentis habere valeant vltra carnes salitas, & herbas crudas, ac caseum, fructus siue electuaria, ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condimentum fieret, vel saporem. Nullus verò eorũ de alterius ferculo vesci possit. Liceat etiàm eis ex decentia honestatis habere in clausura huiusmodi, cùm in lectis causa quiescendi vel dormiendi esse voluerint duntaxàt, intermedia seu velamina simplicium tantummodò cortinarum, prædictis & felicis recordationis Clementis papæ quinti prædecessoris nostri & alijs constitutionibus Apostolicis contrarijs, quibus per hoc in alijs derogare nolumus, non obstantibus quibuscunq;. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentate præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auinione, octauo Idus Decembris, pontificatũs nostri anno decimo.

CAPITVLA IVRANDA per electores Romani pontificis & custodes conclauis.

Ista sunt, quæ cardinales & alij electores Romani pontificis in concilio generali Constantiẽ obseruare, & custodes iurare & facere obseruari tenentur, & ad quæ non vltrà compelli possint per custodes conclauis.

Primò, quòd infra decem dies à die iam lati per concilium decreti intrent conclaue, videlicet hodiè lunæ octaua mensis Nouẽbris infra occasum solis.

Secundò, quòd quilibet non habeat vltra duos seruientes clericos vel laicos, quos duxerit eligendos, & simpliciter permittantur duos habere per constitutionem Cle-

mentis sexti, licèt in constitutione, Vbì maius, non liceret habere duos, nisì ex patenti necessitate.

Tertiò, quòd in conclaui simul inhabitent nullo medio pariete vel alio velamine, nisi quandò dormient vel quiescent, & tunc licet habere intermedia seu velamina duntaxàt simplicium cortinarum, quæ cortinæ conceduntur per dictam constitutionem Clementis sexti.

Quartò, ità claudatur conclaue, reseruato aditu ad secretam cameram, quòd nullus, postquàm inclusi fuerint, intrare valeat vel exire. Nullus ad eosdem electores aditus pateat, vel facultas secretè loquendi aliquid cum eis, nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi de consensu omnium aliqui pro his quę ad electionem pertinẽt, vocarentur.

Quintò, quòd nulli liceat ad ipsos electores nuncium vel scripturam mittere.

Sextò, quòd in ipso conclaui competens sit fenestra, perquam electoribꝰ & seruitoribus vitæ necessaria ministrentur, per quã tamen nulli patére possit accessus.

Septimò, quòd in singulis diebus postquàm conclaue intrauerint, præter panem, vinum & aquam, in prandio vnum duntaxàt ferculum carnium vnius speciei tantùm aut piscium seu ouorum, cum vno potagio de piscibus seu carnibus principaliter non confectis & decentibus salsamentis habere valeant vltra carnes salitas, & herbas crudas ac caseum, fructus seu electuaria, ex quibus tamen nullum specialiter ferculum cõficiatur, nisì ad condimentum fieret vel ad saporem. Et in istis cibis restringitur per Clementem sextum cõstitutio, Vbì maius, ꝓ tribus primis diebus, quibus nulla ciborum erat limitatio, & pro sequentibus moderatur.

Octauò, quod est de mente constitutionis, Vbì maius, per Clementinam, Nè Romañ. quòd nullus intrare compellitur conclaue, nisì omnes recusarent, quia tunc cogendi sunt.

Nonò, quòd volentibus exire permittitur: sed si omnes exirent, Papa nõ electo, reintrare compellantur, nisì quos excusat infirmitas: sed qui sinè causa infirmitatis exierit, ampliùs non admittitur, nisi omnes (vt præmittitur) exirent.

Decimò, quòd exiens pro causa infirmitatis, ac etiàm absentes, si superuenerint re integra, videlicet antequàm de Papa sit prouisum, admittantꝰ in cõclaui, in statu in quo erit electionis negocium.

Custodes conclauis iurẽt, quòd præmissa omnia sinè fraude & dolo inuiolabiliter faciant obseruari, neque cardinales & alios electores vltra præmissa coarctabunt, nec permittent, aut aliquatenùs sinent per alios coarctari. Item quòd eadem die omnes custodes, & maximè qui addentur vltra illos, quibus de iure competit, nominatim deputentur per cõcilium, & iurent præmissa. Item videtur, quòd si dominus rex est præsens, debeat pro suæ maiestatis reuerentia ab eo sedẽte in sede sua, per duos cardinales recipi iuramentum.

Nomina iurandorum.

Fredericus marchio Brandeburgensis, Guillermus comes de Hennenberg, Philippus magister Rhodi, Bronorus de la Scala, Dominus Veronensis miles, Ioannes Raymundi Floch comes de Cardona, Ferdinandus Petri de Ayala miles de Castella, Martinus Ferdinandi miles, Raymundus * Ayirmar miles, Bertholdus comes de Vrsinis, Guntherus comes de Schuuartzburg, Ludouicus comes de Oettingen, Humbertus de Sabaudia bastardus miles, Hugo comes de Hauugheberg, Saucius miles, Staniſlaus miles, ambasiatores regis Poloniæ. Quibus omnibus sic lectis, venerabilis & egregius vir dominus Petrus * Clantiger decretorum doctor, omnibus & singulis personis supradictis præsentibus, & intelligentibus, alta voce capitula supradicta per eos iuranda, de verbo ad verbum in Teutonico sermone ad intellectum expositi. Quibus capitulis sic ad intellectũ expositis, duo ex reuerendissimis dominis Cardinalibus (prout ordinatum fuerat) ad serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum regem in sede sua regia existentem, vnà cum libro Euangeliorum & Cruce sancta accesserunt. Ipseque dominus Sigismundus Romanorum rex, tactis cruce & Euangelio prædictis, in manibus dictorum dominorum cardinalium prædicta capitula obseruare iurauit. Quo iuramento præstito, omnes & singuli prædicti singulatim ad pedes dicti dñi præsidentis accesserunt, ibique tactis corporaliter & cruce & euangelijs, in manibus eiusdem præsidentis (vt præmittitur) dicta capitula firmiter obseruare iurauerunt. Deindè reuerendus pater dominus Antonius episcopus Concordiensis, & Ludouicus de Palude Abbas Treuorchiensis pro collegio cardinalium, Pandulfus protonotarius de Albiano pro Italica, Theobaldus archiepiscopus Bisuntinẽsis pro Gallicana, Nicolaus episcopus Merseburgensis pro Germanica, Petrus episcopus Olorensis pro Anglicana, decanus Segobiensis pro Hispanica nationibus, pro custodia conclauis deputati, in manibus dicti præsidentis tactis cruce & euangelijs prædictis (vt præmittitur) iurauerunt. Quibus iuramentis sic (vt præmittitur) præstitis & receptis, reuerẽdus pater dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanensis, legit sequens decretum sub his verbis:

* Aymar

* Clantiger

Decre-

Decretum de electoribus Romani pontificis pro hac vice.

Sacrosancta generalis synodus Constãtiensis, exequendo eiusdem synodi ordinationem, decretum & statutum nupèr edita super modo & forma electiõis hac vice Romani pontificis, ad eligendum eadem vice Romanum pontificem, adiungit reuerendissimis in Christo patribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, ex eorum voluntate & consensu expressis, venerabiles Ioannem patriarcham Constantinopolitanũ, Ioannem Rigensem Germanicæ, Guillermum Bituricensem Gallicanæ, Nicolaum Gneznensem Germanicæ, Bartholomæum Mediolanensem Italicæ, Iacobum Turonẽsem Gallicanæ archiepiscopos, Ricardum Londoniensem, Nicolaum Bathoniensem Anglicanæ, Didacum Conchensem, Ioannẽ Pacensem Hispanicæ, Ioannem Gebennẽsem Gallicanæ, Franciscum Melfitensem, Henricum Feltrensem Italicæ, Nicolaum Aquẽsem Hispanicæ, Simonem Tragurien sem Germanicæ, Ioannem Lichfeldensem, Ioannem Noruicensem Anglicanæ episcopos, ac dilectos ecclesiæ filios Iacobum Pennensem electum Italicæ, Robertum Cluniacensem Gallicanæ, Thomam sanctæ Mariæ * Eboracensem Anglicanæ monasteriorum abbates, Leonardum generalem ordinis Prædicatorum sacræ paginæ Italicæ, Thomam decanum Eboracensem sedis Apostolicæ notarium Anglicanæ, Pandulphum de Malatestis archidiaconum Bononiensem Italicæ, † Vualterũ Grassi priorem Rhodi decretorum Gallicanæ, Philippum de Madalia archidiaconum pœnitẽtiarum in Ecclesia Barchinonensi sacræ paginæ Hispanicæ, Lambertum de Stipite priorem de Berckenyo, Gundissaluum Garssiæ archidiaconũ de Brunesta decretorum, Vualaschum Petri vtriusque iuris Hispanicæ, Nicolaum de Dinckelspuel, Conradum de Sufato sacræ paginæ doctores Germanicæ, nationum ꝑdictarum in eadem synodo existentium & nominatorum, & per easdẽ nationes quemlibet per se ad hoc electorum, præfatisque sic (vt præmittitur) electis & adiunctis, eligendi cum ipsis cardinalibus de eorum voluntate & consensu expressis, Romanum & summum pontificem secundùm formam ordinationis & decreti premissorum tribuit potestatem, supplens omnem defectum, si quis forsan in electiõe prædictorum adiunctorũ interuenerit. Quo decreto lecto, idem dominus Bartholomæus archiepiscopus Mediolanẽsis cõtinuauit sub his verbis:

Decretum de non spoliando eligendum in Papatu.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis, ad perpetuam rei memoriam. Omnis ætas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id præsertim, ad quod cupiditatis & auaritiæ stimulis incitatur. Fiunt autem & factæ sunt leges, vt earum metu humana refrenetur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & refrenetur * licentia, nocendique facultas. Cùm itaque nonnunquàm euenisse comperimus, quòd electo Romano pontifice nonnulli sub prætextu cuiusdam abusiuæ licentiæ, res & bona sic electi, quasi culmine diuitiarum adepto, falsò prætendentes occupãti concedi, nèdùm illius sic electi, immò aliquandò nonnullorum, quos electos esse mendaciter confingunt, domos, res & bona illorum, necnõ & aliquandò bona cardinalium aut electorum Romani pontificis, & aliorum in loco conclauis existentium, etiàm violenter inuadunt, recipiunt, occupant, & transportant, lucrifacta existimantes, ex quibus (si permitterentur) plura pericula, scandala, rapinæ, furta & nonnunquàm homicidia sequerentur. Nos igitur tam sceleratæ temeritatis & audaciæ viam præcludere, & huiusmodi periculis & scandalis obuiare volentes, præfatum damnantes sceleratum abusum, talia fieri hoc edicto prohibemus, statuentes quòd quicunque cuiuscunque statûs aut conditionis existat, contra hoc præsumpserit attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel fauorem præbere, præter pœnas quas in violentos raptores & occupatores huiusmodi, iura atque Apostolicæ & Imperiales constitutiones statuunt, eo ipso excommunicationis sententiam incurrat, à qua nisì per istam sanctam synodũ aut futurum Romanum pontificem, præterquàm in mortis articulo & satisfactione, absolui nequeat. & omni officio, beneficio, priuilegijs ac dignitate ecclesiastica & mundana, feudisque & rebus alijs, si quæ aut quas in Romana vel alijs ecclesijs obtinebit, sit priuatus, & intestabilis actiuè & passiuè existat: ciuitas verò quæ in præmissis culpabilis fuerit, ecclesiastico subiaceat interdicto, huic adijcientes sanctioni, vt domini temporales, rectoresque & officiales ciuitatis vel loci, vbì electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente, præmissa fieri sub grauioribus pœnis publicè & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant obseruari, cæteris constitutionibꝰ * citra talia editis, in suo robore duraturis.

* nocendi facultas.

* citrà

Decretum annullationis protestationum, conuentionũ, necnon suspensionum causarum & audientiæ litium.

SAcrosancta generalis synodus Cõstantiensis, vt puriùs, syncriùs, & liberiùs ad electionem Romani pontificis proximè celebrandam procedatur, omes & singulas protestatiões, q̃ possunt puritati, syncritati, libertati & efficaciæ electionis huiusmodi ob-

Gen. 6. b

obuiare,necnon conuentiones, pactiones, promiſſiones,obligationes,iuramenta, cõdicta & intendimenta circa materiam electionis huiuſmodi factas & facta,fiendas & fienda,ex abundanti damnat,reprobat, annullat & execratur,prout etiàm de iure ſunt nulla,mandans ſub obteſtatione diuini iudicij & ſub excommunicationis pœna, quã in contrariũ facientes vult & ſtatuit eo ipſo incurrere,& præcipiẽs,nè quis (ſi quis forſitan talia fecerit) illis vtatur,aut illas vel illa obſeruet,cùm plùs Deo placeant talium tranſgreſſores,quàm obſeruatores:illoſq; ab illorum vel illarum obſeruatione abſoluit & liberat,ac liberos & abſolutos eſſe declarat.Prætereà vt ad tam neceſſarium & ſalubre electionis negocium attentiùs procedatur,audientiam & omne malum cauſarũ & litium exercitium in eadem ſancta ſynodo & illius authoritate conſtitutam & conſtitutum,præter audientiam curiæ cameræ Apoſtolicę vſque ad aſſumptionem Romani pontificis incluſiuè ſuſpendit & prohibet,irritum decernens & inane,quicquid in contrarium fuerit attentatum. Quibus decretis ac omnibus & ſingulis (vt præmittitur) lectis & peractis,dominus præſidẽs totius Cõcilij nomine,per verbum Placet, reſpondit. Deindè verò de mandato ſacræ ſynodi idem reuerẽdiſſimus dominus præſidens voluit habere decretum de ſecuritate præſentis ciuitatis Cõſtantiæ,aliàs ſtatutum & ordinatum, pro lecto & repetito in eadem ſeſſione.

Introitus conclauis.

Eadem die hora tertia vel quaſi poſt meridiem,reuerendiſſimi reuerendiq́ue patres & domini ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales,patriarcha Cõſtantinopolitanus,Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, venerabilesq́; domini priores,decani, archidiaconi, doctores,cæteriq́ue electores prædicti domini,communitatis ciuitatis Conſtantienſis domum pro conclaui paratam, pro electione Romani pontificis celebranda, more ſolito intrauerunt,

Electio Papæ.

Die Iouis in feſto S.põtificis Martini epiſcopi,vndecima ſupradicti menſis Nouembris,reuerẽdiſſimi reuerendiq́; patres & domini ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, patriarchæ,archiepiſcopi,epiſcopi,abbates, alijq́; electores prædicti in conclaui prædicto exiſtentes, reuerendiſſimum in Chriſto patrem & dominum, dominum Odonem
*velabrum de Columna, S. Georgij ad velum aureum diaconum cardinalem,de Columna vulgariter nuncupatum,natione Romanum, cõcorditer in Romanum põtificem elegerũt, qui Martinus papa V.nominari voluit. Et ſic per ſereniſſimum & inuictiſſimum principem dñm Sigiſmundum Romanorum regem,vnà cum ſancta ſynodo apud p̃dictam Eccleſiã maiorem huius ciuitatis Conſtantienſis maximis cum ſolennitatibus & lætitia fuit inthronizatus.

Coronatio Papæ.

Pontificatũs ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi noſtri,dñi Martini diuina prouidentia papæ quinti anno primo, die Dñica 21.ſupradicti menſis Nouembris,idem ſanctiſſimus dñs noſter more ſolito,& in coronationibus Romanorum pontificum hactenùs obſeruari conſueto fuit apud eccleſiam Conſtantien̄ honorificè coronatus, & demùm per dños ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales, patriarchas, archiepiſcopos, epiſcopos,abbates, aliosq; ꝓlatos, ambaſiatores,& Romanæ curię officiales in ſacroſancta ſynodo prædicta p̃ſentes, necnõ non illuſtriſſimum principem dominũ Sigiſmundũ Romanorum regem &c.à dextero,& illuſtriſſimum principẽ dñm Fredericum marchionẽ Brãdeburgen̄,ſacri Romani Imperij archicamerariũ & electorẽ, à ſiniſtro lateribus eiuſdem dñi noſtri papæ p equifrenum in quo ſedebat, vnà cum populoſa multitudine proceſſionaliter ab eccleſia Conſtantien̄ prædicta vſq; ad monaſterium S.Auguſtini conductus, & per circuitum ad Conſtantien̄ eccleſiã prædictam fuit ſolenniſſimè reductus.

SESSIO XLII.

ANno dñi milleſimo quadringenteſimo decimoſeptimo, indictione 11.die verò martis 28. menſis Decembris, pontificatũs ſanctiſſimi in Chriſto patris & dñi, dñi Martini diuina prouidẽtia papæ V.anno primo, fuit ſeſſio generalis in eccleſia maiori Conſtantiæ, ſanctiſſ.dño noſtro papa prædicto perſonaliter præſente ibidèm & preſidente. In qua reuerendiſſimus pater dñs Antonius epiſcopus Concordienſis Miſſam de ſanctis Innocentibus deuotè celebrauit. Qua celebrata,reuerendiſſimus pater dñs Guillermus tituli S.Marci,ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter cardinalis, de mandato ſanctiſſimi dñi noſtri ac ſanctæ ſynodi prędictorum,in ambone ſolito ſtans, quãdam bullam infrà ſcripti tenoris publicè legit.

Bulla liberationis factæ dño Imperatori de cuſtodia olim Ioãnis XXIII. papæ & traditione dño noſtro papæ factis.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, chariſſimo in Chriſto filio Sigiſmũdo regi Romanorum illuſtri, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudùm præſens generale concilium Conſtantienſe perſonam Balthaſaris Coſſa,olim Ioannis papæ vigeſimitertij in ſua obedientia nuncupati,poſt illius à papatu p diffinitiuã ſententiã eiuſdẽ concilij canonicã depoſitiõem,p eandem ſententiam ad ſtandum & morandum in aliquo bono & honeſto loco ſub cuſtodia tuta

tutã nomine dicti ſacri concilij, quandiù eidem ſacro concilio pro bono vnionis Eccleſiæ Dei videretur, condemnauit: quem hucuſquè fideliter & diligenter tam per te, quàm per dilectum filium nobilem virum Ludouicũ ducem Bauariæ & comitem Palatinum Rheni, tuo nomine ſub fida & tuta cuſtodia, honeſtè & debitè, tanquàm vnionis & pacis zelator deuotus conſeruâſti.

Cùm autem nupèr nos & nonnullos nationum in eodem Concilio exiſtentium deputatos,inſtanter & ſæpè requiſiueris, quatenùs perſonam dicti Balthaſaris prędictam de tua cuſtodia recipere, teq́ue & eundem ducem de eiuſdem Balthaſaris prædicta cuſtodia liberare,& exonerare vellemus: Nos attendẽtes quantis laboribus & ſtudijs pacem & vnionem Eccleſiæ omnipotentis Dei noſtri fueris proſequutus,fatisq́ue eſſe, quòd tu onus dictæ cuſtodiæ iam per biennĩ & penè per ſex menſes laborioſè (quod pro magno habemus beneficio) ſubijiſti,volentes te ac eundem ducem (vt iuſtum eſt) ab omni onere liberare, (eodem ſacro approbante concilio) decernimus & ordinamus,perſonã eãdem dicti Balthaſaris nobis aut deputandis à nobis fore tradendam & aſſignandam, decernentes & declarantes ac volentes(eodem ſacro approbante cõcilio) per traditionem & aſſignationẽ huiuſmodi deputãdis à nobis, per te aut dictum ducem vel alium ſeu alios tuo nomine faciendam, eo ipſo quòd illas fieri continget, te & ducem eundem ab omni onere,debito & obligatione dictæ cuſtodiæ & aliàs occaſione illius contractis apud nos & idem ſacrum concilium ac Eccleſiam vniuerſalem, eſſe ac perpetuò remanere liberos, ſolutos penitùs & immunes. Si quis autem hanc paginam decreti, ordinationis, declarationis & voluntatis noſtræ infringere præſumpſerit,aut ei auſu temerario contraire,indignationem omnipotentis Dei,& beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Conſtantiæ in Concilio generali
*quinto *ſexto Calendas Ianuarij,pontificatũs noſtri anno primo.

Quo decreto lecto, dominus Ioãnes epiſcopus Oſtienſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius, totius ſynodi nomine per verbum Placet,reſpondit.

SESSIO XLIII.

1418. ANno & indictione quibus ſuprà, die verò Lunæ vigeſimaprima menſis Martij, pontificatũs ſanctiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri Martini diuina prouidentia papæ quinti anno primo, Conſtantiæ in Eccleſia maiori fuit tenta & celebrata ipſius ſacro ſanctæ & vniuerſalis ſynodi Conſtantienſis ſeſſio publica, ſanctiſſimo domino noſtro papa prædicto præſidente. Pro cuius ſeſſionis introductione reuerẽdiſſimus pater dominus Guillermus tituli ſancti Marci ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, Miſſam de Spirituſancto celebrauit. Et iuxta ritum ſolitum Litanijs & alijs deuotis orationibus lectis,idem reuerendiſſimus pater dominus Guillermus cardinalis, nonnulla decreta ſiue ſtatuta per dominum noſtrum papam ac ſynodum eoſdem facta, publicè perlegit ſub his verbis:

De exemptionibus.

Martinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei: Attendentes, quòd à tempore obitũs felicis recordationis Gregorij papæ vndecimi prædeceſſoris noſtri, nonnulli Romani pontifices aut pro Romanis pontificibus ſe gerentes, & in ſuis diuerſis obedientijs reputati, pro ſua voluntate aut per importunitatem petentium nonnullas eccleſias, monaſteria,capitula,conuentus, prioratus, beneficia, loca & perſonas à iuriſdictionibus ordinariorum tempore dicti Gregorij nullatenùs exemptos vel exempta, de nouo à dictorum ordinariorum iuriſdictionibus exemerũt, in graue ipſorum ordinariorum præiudicium,nos volentes huiuſmodi præiudicio obuiare,omnes exemptiones eccleſiarum cathedralium, monaſteriorum, capitulorum,cõuentuum, prioratuum, beneficiorum, locorum, perſonarum, quarumcunque, etiàm ſi ex prædictis aliquod monaſterium fuerit exemptum, & poſteà ſubiectum monaſterio diuerſi habitũs vel coloris,à tempore obitũs dicti Gregorij vndecimi per quoſcunq; pro Romanis pontificibus ſe gerentes, etiàm ſi per nos forſan approbatæ fuerint ex certa ſcientia, vel innouata parte non vocata de nouo factas, quæ tamen ante exemptionem huiuſmodi nulla exemptione gaudebant, ſed ſimpliciter ſubijciebantur ordinariæ iuriſdictioni, nullumq́ue ante illud tempus habuerũt initium, exceptis etiàm exemptionibus, quæ vni toti ordini & quæ eccleſijs,monaſterijs, capitulis,conuentibus,beneficijs ſiue locis, à prędicto tempore ſub modo exemptionis aut conditione *feudatis, aut contemplatione nouæ *feudationis, ſeu vniuerſitatibus ſtudiorum generaliũ aut collegijs *ſcholarium,aut per modum confirmationis, augmenti aut additionis factæ fuerint aut conceſſæ, aut ſuper quibus præſentibus & auditis (quorum intererat) authoritate competente ordinatum fuerit, ſeu in quibus ordinarij conſenſerint, & omnes exemptiones perpetuas per inferiores à papa factas, ſacro approbante Concilio reuocamus, etiàm ſi ſuper ipſis lis pendeat indeciſa, ipſam penitùs extinguentes, Eccleſias, monaſteria, & alia loca prædicta in priſtinam ordinariorum iuriſdictionem reducimus. Cæteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorij habitis vel conceſſis,nullum volumus per hoc præiudicium generari.

Decreta Martini põtificis v.

*fundatis, *fundatiõis *ſcholarum

generari. Insuper non intendimus exemptiones decæterò facere, nisì causa cognita, & vocatis quorum interest.

¶ De vnionibus.

Martinus episcopus seruus seruorum Dei: Vniones & incorporationes à tempore obitûs Gregorij vndecimi factas seu concessas, cùm certa regula dari non possit ad querelas eorum, quorum interest, nisì fuerint impetrantes beneficia sic vnita, si nó ex rationabilibus causis & veris factæ fuerint, licèt Apostolicæ sedis authoritas interuenerit, reuocabimus iustitia mediante.

¶ De fructibus percipiendis.

Martinus &c. Fructus & prouentus Ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorú vacationis tempore obuenientes, iuris & consuetudinis vel priuilegij dispositioni relinquimus, illosq; nobis vel Apostolicæ cameræ prohibemus applicari.

¶ De Simonia.

Martinus &c. Multæ contra Simoniacam prauitatem ab olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter extirpari: Nos volentes decæterò (vt possumus) attétiùs prouidere, sacro approbante concilio declaramus, quòd ordinati simoniacè, ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, confirmationes & quæuis prouisiões simoniacæ Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personarú, officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunq; deincèps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumq; per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati aut prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tanquàm iniquè ablata percipientes, teneantur. Statuentes insuper, quòd dantes & recipientes, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, etiàm si pontificali aut cardinalatûs præfulgeant dignitate.

¶ De dispensationibus.

Martinus &c. Quoniam beneficia propter officia conceduntur, reputamus absurdum, vt qui beneficia obtinẽt, recusent aut negligant officium exercere: Nos igitur sacro approbante concilio omnes dispensationes à quibuscunq; ꝓ Romanis pontificibus se gerentibus concessas quibuscunque electis, cõfirmatis, seu prouisis ad Ecclesias, monasteria, prioratus conuentuales, decanatus, archidiaconatus, & alia quæcunque beneficia, quibus certus ordo debitus est vel annexus, nè munus consecrationis episcopi siue benedictionem abbatis aut cæteros debitos aut annexos ordines suscipiant, præter illas quæ secundùm formam constitutionis Bonifacij octaui, quæ incipit, Cùm ex eo factæ sunt, reuocamus: statuentes, vt qui de præsenti illos vel illa obtinent, infra sex menses à die publicationis huiusmodi constitutionis nostræ, & qui in posterú obtinebunt, infra terminum iuris se faciant consecrari, aut benedici, seu ad alium debitum ordinẽ promoueri. Alioquin sint ipsis monasterijs, ecclesijs, dignitatibus, personatibus, officijs & beneficijs pro ipso iure priuati, & alijs liberè conferantur, aut prouideatur de illis, cæteris constitutionibus circa hoc editis, in suo robore duraturis.

¶ De decimis & alijs oneribus ecclesiasticis.

Martinus &c. Præcipimus & mandamus, iura, quæ prohibent inferioribus à papa decimas & alia onera ecclesijs & personis ecclesiasticis imponi, districtiùs obseruari. Per nos autem nullatenùs imponantur generaliter super totum clerum, nisì ex magna & ardua causa & vtilitate, vniuersalem Ecclesiám concernente, & de consilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, & prælatorum quorum consilium commodè haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel prouincia, inconsultis prælatis ipsius regni vel prouinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum maiori parte, & eo casu per personas ecclesiasticas & authoritate Apostolica duntaxàt leuentur.

¶ De vita & honestate clericorum.

Martinus &c. Inter cæteros prælatorum & clericorum excessus hoc maximè inoleuit, quòd spreta in vestibus forma ecclesiasticæ honestatis, plurimi delectãtur esse deformes, & cupiunt laicis cõformari, quodq; mente gerunt, habitu confitentur. Vndè præter cætera quæ circa vestes, tonsuram & habitus clericorum, tam in formis quàm in coloribus, atque comam seu capillos, vitamque & honestatem clericorum iura statuunt, & quæ nimiùm collapsa sunt tam in secularibus quàm in regularibus, sacro approbante Concilio innouamus, & præcipimus diligentiùs obseruari: illum specialiter abusum (eodem approbante Concilio) decernimus penitùs abolendum, quòd in quibusdam partibus nonnulli clerici & personæ ecclesiasticæ seculares & regulares, etiàm (quod magìs execramur) prælati ecclesiarú, manicas ad cubitum pendentes, & longas cum magna sumptuosa superfluitate vestes, etiàm fissas retrò & in lateribus cum *fodraturis vltra oram excedentibus etiàm in fissuris deferũt, & cum talibus in ecclesijs cum superpellicijs ac alijs vestibus ad cultúm & officium ecclesiasticum ordinatis, etiàm intra ecclesias ipsas, in quibus beneficiati existunt, non verentur diuinis officijs interesse. Hanc vestium deformitatem in quibuscunque personis ecclesiasticis reprobamus, ac vsum talium inhibemus: contrarium autem facientes, vt transgressores canonum

*fordaturis
*frodaturis

puniantur: specialiter statuentes, vt quicunque beneficiatus aut officium in Ecclesia gerens, in habitu huiusmodi diuinis officijs præsumpserit interesse, pro qualibet vice à participatióe prouentuum ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensum, fructusque illi, fabricæ illius Ecclesiæ applicentur.

Martinus &c. Decernimus & declaramus, sacro approbante concilio, per decreta, statuta & ordinata, tam lecta in ꝑsenti sessione, quàm concordata cum singulis nationibus eiusdem Concilij, & quæ in nostra cancellaria poni volumus & literas in forma publica sub sigillo vicecancellarij volentibus literas confici, atque tradi huic sacro concilio, super articulis contentis in decreto super reformatione fienda, die Sabbati trigesima mensis Octobris proximè ꝓteriti promulgata, fuisse & esse iam satisfactum. Quibus decretis ac statutis sic (vt ꝓmittitur) lectis, reuerẽdissimus pater dominus Ioãnes episcopus Ostiensis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis & vicecancellarius, de voluntate nationum ac ipsius synodi & eorum nominibus (vt asseruit) respondit in hunc modũ: De mandato nationum respondeo, quòd placent nationibus decreta recitata, & cuilibet nationi placet concordia cum ipsa per dominum nostrum facta, & per præmissa tentur dicto decreto iam esse satisfactũ, nõ intendentes propterea, quòd concordata cum vna natione, in aliquo alteri nationi afferant præiudicium.

SESSIO XLIIII.

1418

ANNO, indictione & pontificatu quib⁹ suprà, die tertio Martis decimanona mensis Aprilis, Constantiæ in ipsius Ecclesia maiori sanctissimo domino nostro papa Martino præsidẽte, more solito publica sessio solenniter celebrata fuit, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum &c. rege, insignijs regalibus induto interessente, pro cuius sessionis introductione reuerendissimus pater dominus Nicolaus Assisinatensis missam de spiritusancto celebrauit, & huiusmodi Missa finita, lectisque Litanijs & alijs orationibus legi cõsuetis, debitè peractis, reuerendissimus pater dominus Antonius sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis, de Calancho vulgariter nũcupatus, quoddam Decretum siue statutum alta voce legit in hæc verba:

¶ Decretum de loco futuri Concilij proximè celebrandi.

Martinus episcopus seruus seruorũ Dei, ad futuram rei memoriã. Cupientes ac volentes Decreto huius generalis concilij satisfacere, inter alia disponenti, quòd omnimodò generalia concilia celebrentur in loco quem summus pontifex per mẽsem ante finem huius concilij, approbante & consentiente cõcilio, deputare & designare teneatur, pro loco dicti proximè futuri concilij celebrãdi supradicti, eodẽ cõsentiente & approbante concilio, ciuitatem Papiensem tenore præsentium deputam⁹, & etiàm assignamus, statuentes & etiàm decernẽtes, quòd prælati & etiàm alij qui ad generalia concilia debent conuocari, tempore prædicto ciuitatem ipsam Papiẽsem accedere teneantur. Nulli ergò omninò hominũ liceat hanc paginam nostræ deputationis & etiàm assignationis, statuti, decreti & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum & actum Constantiæ in loco sessiõis publicæ, decimotertio Calendas Maij, pontificatûs nostri anno primo. Quo decreto lecto, Domin⁹ episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis, nomine totius synodi respondit, Placet. Et subsequẽter dominus Ardecinus de Nouaria, ex parte serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis ibidẽm præsentis, & eius nomine, idem decretum approbauit & laudauit. Et subsequenter dominus Augustinus de Lance de Pisis legũ doctor, sacri consistorij aduocatus, nomine domini nostri papæ dictum locum siue ciuitatem Papiensem approbauit, laudauit, & ad concilium huiusmodi celebrãdum habilem esse dixit.

SESSIO XLV. ET VLTIMA.

De dissolutione concilij.

VEneris die vigesimasecũda mensis supradicti Aprilis, fuit celebrata sessio generalis in maiori Ecclesia Constantiensi, sanctiss. in Christo patre & dño, dño nostro Martino diuina prouidẽtia papa quinto in eadẽ præsidente, serenissimo principe domino Sigismũdo Romanorum &c. rege, insignijs imperialibus induto interessente: pro cuius sessionis introductione reuerẽdissimus pater dominus Antonius tituli sanctæ Susannæ, Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis, Aquileiensis vulgariter nũcupatus, Missam de Spiritusancto deuotissimè celebrauit. Qua finita, & Litanijs cum solitis orationibus finitis & peractis, reuerẽdissimus pater dominus *Vmbaldus miseratiõe diuina tituli S. Viti in macello diaconus cardinalis, de mãdato ipsius dñi nostri, totiusque sacri cõcilij, prout asseruit, alta & intelligibili voce pronunciauit hæc verba, videlicet:

*Ymbaldus

¶ Absolutio Concilij.

Domini, ite in pace. Et responsum fuit p adstantes, Amen. Quo facto, reuerendus pater Ioannes de *Podimitis episcopus *Cathanensis, frater ordinis Prædicatorum, sacrę theologiæ professor, de mãdato domini nostri papæ & consensu sacri concilij (vt as-

*Podyomitis for. *Catanen.

seruit)ambonem assendit. Antequàm autem ad talia se diuerteret,seu ꝓcederet,ambasiatores sereniſſimi principis Vladiſlai Poloniæ regis, & illuſtriſſimi principis domini Alexandri,aliàs Vuitoldi magni ducis Lituaniæ, petiêrunt nomine dictorum dominorum, quendam libellum & in eo contenta cuiuſdam fratris Ioannis Falkenberg, notoriè crudeliſſimos errores & hæreſes (vt dixerũt) continentem, ritè damnatum tanquàm hæreticum per deputatos in cauſa fidei,ac etiàm per omnes nationes cõcilij, ac per collegium cardinaliũ concluſum (prout dixerunt)conſtare publicis inſtrumentis,in ſeſſione publica per ſacrum cõcilium dãnari,ſeu publicè damnatum pronunciari, antequàm præſens concilium diſſolueretur, ſanctiſſimo domino noſtro papæ ꝑfato humiliter ſupplicârunt:alioquin nomine quo ſuprà,proteſtabanꝫ de grauamine,& de appellando ad futurum concilium.quibus ſic factis,ſanctiſſimus dominus noſter papa dixit reſpondendo ad prædicta, quòd omnia & ſingula determinata, concluſa & decreta in materijs fidei per præſens concilium,cõciliariter tenere & inuiolabiliter obſeruare volebat,& nũquàm contraire quoquo modo:Ipſaque ſic cõciliariter facta approbat, & ratificat, & non aliter nec alio modo. Et illud idem iteratò fecit dici per organũ domini Auguſtĩni de Piſis,fiſcalis & ſacri conſiſtorij aduocati prædicti, qui nomine papæ à protonotarijs & notarijs ad ſcribendũ acta cõcilij ordinatis & deputatis,petijt inſtrumenta publica fieri. Et extunc prælibatus dominus epiſcopus Cathanienſis fecit collationem ſolennem, aſſumendo pro thema hæc verba, videlicet: Vos nunc triſtitiam habetis: Iterùm autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum. Qua quidem facta collatione,reuerendiſſimus pater dominus Antonius tituli ſanctæ Cæcilię,ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter cardinalis,de Calancho vulgariter nuncupatus, de mãdato ipſius domini noſtri papę & voluntate concilij (vt aſſeruit)quædam decreta publicè legit huius tenoris:

Ioan.16.a

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Hoc etiàm requirente præſente ſacro concilio, ex certis & rationabilibus ac iuſtis cauſis ipſum concilium abſoluimus,omnibusque& ſingulis in eo exiſtentibus ad propria remeandi,ipſo approbante concilio,licentiam impartimur.Item authoritate Dei omnipotẽtis & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius & noſtra,concedimus omnibus & ſingulis, qui in hoc ſacro cõcilio & cauſa ipſius interfuerũt,abſolutionem plenariam ſemèl in vita, ità quòd quilibet de prædictis infra duos menſes poſtquàm ad eius notitiam conceſſio huiuſmodi peruenerit, poſſit dictum beneficium abſolutionis aſſequi in forma,ſimilem conceſſionem facimus in mortis articulo.Et intelligimus tam de dominis quàm de familiaribus eorundem, ſic tamen,quod à die notitiæ præſentium pro abſolutione in vita ieiunent per annum ſexta feria, & pro abſolutione in mortis articulo per alium annum,nisi legitimè fuerint impediti,quo caſu habeãt alia pietatis opera peragere. Poſt ſecũdum verò annũ debeant etiàm vſque ad finem vitæ feria ſexta ieiunare, vel aliqua opera pietatis peragere. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutiõis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorũ Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum & actum Conſtantiæ in loco ſeſſionis publicæ dicti Concilij, decimo Calẽdas Iunij,pontificatũs noſtri anno primo. Quibus decretis & ſtatutis & alijs (vt præmittitur)lectis & peractis,reuerẽdiſſimꝰ in Chriſto pater & dominus,dominus Ioannes miſeratione diuina epiſcopus Oſtiẽſis, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalis & vicecancellarius, Viuarienſis vulgariter nuncupatus, nomine ſacri concilij prędicti(ſicut aſſeruit)reſpõdit,Placet. Et per dominum Auguſtinum de Lance de Piſis, aduocatum ſacri cõſiſtorij fiſciq́ue &ª prędicti nomine papę & concilij(vt aſſeruit)petitũ eſt inſtrumenta publica fieri ad perpetuam rei memoriam à protonotarijs ſedis Apoſtolicæ, & notarijs ac ſcribis dicti ſacri generalis Concilij.

ª prædicti

ERRORES IOANNIS VVICLEFF de Anglia, & Ioannis Huſz de Bohemia, damnati in hoc ſacro generali Conſtantienſi concilio.

Epiſtola Martini qnti, damnationem erroꝝ Vuiclef & Huſz,à cõcilio Cõſtantienſi factam,approbans.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis & epiſcopis, ac inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vbilibèt conſtitutis,ad quos literæ præſentes peruenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Inter cunctas paſtoralis curæ ſolicitudines, quibus premimur inceſſanter, illa potiſſimè fortiùs nos angit, vt hæreticis de finibus Chriſticolarum expulſis,ſuiſque falſis doctrinis & erroribus peruerſis penitùs,quantùm nobis ex alto conceditur,extirpatis,orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat,ac populus Chriſtianus in eiuſdem fidei ſynceritate, quolibet obſcurationis ſemoto velamine,immobilis & inuiolatus perſiſtat. Sanè dudùm plùs quàm omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominijs, præſertim in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ,ac locis & diſtrictibꝰ illis vicinis, aduersùs fidei catholicæ dogmata & ſanctę matris Eccleſię traditiones,

tiones, non ſolùm cõtra vnum, quinimmò contra plura fidei catholicæ dogmata inſurrexerunt quidam hęreſiarchę,circuncelliones,ſchiſmatici & ſeditioſi, Luciferina ſuppbia & rabie lupina euecti, dęmoniorũ fraudibus illuſi, de vanitate in idipſum (licèt forent de diuerſis mundi partibus oriundi) conuenientes, & caudas colligatas habentes, damnatæ videlicet memoriæ Ioannes Vuicleff de Anglia, Ioannes Huſz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vtinàm alios ſecum ad infidelitatis interitũ non traxiſſent. Nam vbi huiuſmodi peſtilẽtes perſonæ puerſa dogmata pertinaciter ſeminabant, in ſuæ doctrinæ peſtiferæ primordio prælati & alij iudiciarię poteſtatis regimina exercentes,tanquàm canes muti non valentes latrare,nec vlciſcentes cum Apoſtolo in promptu omnem inobedientiam,hęreſiarchas ipſos peſtiferos & doloſos, eorum lupinam rabiem truculẽtam ſtatim (vt adſtricti fuerant)canonicè coërcere,eosq́; de domo Domini corporaliter eijcere non curârunt, ſed ſacrilegam, falſam & perniciоſam ipſorũ doctrinam, per longas moras negligenter conualere permiſerunt: populorum multitudo,illorum opinionibus falſis decepta, pro veris accepit, quæ diù mẽdaciter & pernicioſè ac damnabiliter ſeminauerunt, eisq́ue credendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore deuio inuoluitur prohdolor paganorum,adeò quòd per diuerſa illarum,eiſdemq́ue conuicinarum partium climata, oues Chriſti catholicas hæreſiarchæ ipſi ſucceſſiuè infecerunt,& in ſtercore mẽdaciorum fecerunt putreſcere. Quapropter generalis Conſtantienſis ſynodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns,exclamare cõpulſa eſt cum Auguſtino: Quid faciet Eccleſiæ medicina,ſalutem omnium materna charitate conquirens, tãquàm inter phreneticos & lethargicos æſtuans? nunquid cõtemnere, nunquid deſiſtere vel debet vel poteſt? certè non, ſecundùm eundẽ, immò vtriſque ſit neceſsè eſt moleſta, quæ neutris eſt inimica. Nam & moleſtus eſt medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligãdo, iſte cædendo,ſed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittãt, (inquit Auguſtinus) iſta manſuetudo potiùs falſa crudelitas eſt. Proindè ſynodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipſiusq́ue catholicæ fidei ac Chriſtianæ religionis conſeruationem, augmentum & animarum ſalutem & pręſeruationem, eoſdem Ioannem Vuicleff & Ioãnem Huſz & Hieronymum, qui inter cætera de ſacro Euchariſtiæ ſacramento, & alijs ſacramentis Eccleſiæ & articulis fidei, aliter quàm ſancta Romana Eccleſia credit & tenet & prædicat & docet, quamplurima temerè & damnabiliter credere ac tenere, prædicare,atque docere pertinaciter attentabant,velut hæreticos & pertinaces ac obſtinatos iam à communione fidelium ſeparatos, de domo Dei corporaliter eiecit, & ſpiritualiter eiectos declarauit, & alia nonnulla circa præmiſſa vtilia & ſalubria ſtatuit & decreuit, per quæ alij, qui cauſantibus hęreſiarchis eorumq́ue falſis doctrinis huiuſmodi ſpiritualiter de domo Dei exiêrũt, ꝑ vias cãnonicas reducerẽtur ad ſemitas veritatis. Et quia (ſicut dolenter accepimus) non ſolùm in regno Bohemiæ & marchionatꝰ dominijs & locis ſupradictis,verùm etiàm in quibuſdã partibꝰ & ꝓuincijs cõtiguis ſeu vicinis eiſdẽ, etiàm nõnulli ex ſectatoribus & ſequacibus hæreſum ac errorũ hæreſiarcharũ ꝓdictorũ, timore diuino & pudore humano prorsùs abiectis,nec de ipſorũ & ꝑſertim Ioãnis Huſz & Hieronymi interitu miſerabili ſumẽtes cõuerſiõis & pœnitentiæ fructũ, ſed tanꝯ in profundũ preſſi peccatorũ,Dñm Deũ blaſphemare nõ ceſſant, ducentes in irritũ nomẽ eius, quorum mentes pater mẽdacij ſic damnabiliter excęcauit,vt ꝓdictos libros,codices & opuſcula,hæreſes & errores continentes ſeu contiñẽtia, dudùm etiàm ꝑ ſynodum ꝑfatam damnatos & dãnata,ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt,ſtudent, ac ex eis in ſuſ & multorum ſimpliciũ periculum,nedùm contra ſtatuta, decreta & ordinata in ſynodo ſupradicta, ſed etiàm cõtra canonicas ſanctiones dogmatizare præſumunt, in animarum periculum, ac puritatis fidei denigrationem, & ſcãdalum plurimorum. Nos igitur attẽdentes, quòd error cui nõ reſiſtitur,approbari videtur, ac malis & perniciоſis erroribus huiuſmodi reſiſtere, ac eos de medio Chriſti fidelium & præſertim de ſupradictis Bohemiæ & Morauiæ dominijs & diſtrictibus ac cõfinibus & vicinijs eorum, nè ampliùs & latiùs ſe extendant,funditùs euellere cupientes: diſcretioni veſtræ, ſacro approbante concilio Conſtantienſi, per Apoſtolica ſcripta committimus & mãdamus, quatenùs vos archiepi & epiſcopi ac electi, & qlibet veſtrũm per ſe, ſeu alium vel alios, quos graues & idoneas perſonas ſpiritualem iuriſdictiõem habentes eſſe volumus, oẽs & ſingulos, cuiuſcunque dignitatis, officij, præeminentiæ, ſtatũs vel conditionis exiſtant, & quibuſcunque nominibꝰ cenſeantur, qui de præexcelſo, ſalutifero & ſupermirabili ſacramẽto corporis & ſanguinis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate ſeu peccatorũ cõfeſſione, pœnitentiæ pro peccatis iniunctione, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis ſeu fidei articulis, aliter ſentire aut docere, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia & vniuerſalis docet, ꝑdicat & obſeruat, aut articulos ſeu libros & dnctrinas ꝑfatorum hæreſiarcharũ Ioannis Vuicleff & Ioannis Huſz & Hieronymi, ꝑ eandem Cõſtantienſem ſynodum

Ioan.8.f

Auguſti.ad Feſtum epiſtola 167. Et 23.q.4. quid faciet.

Auguſti. de correctione Donatiſtarũ ad Bonifacium cap. 5. Et 23.q.4. Ipſa pietas.

cum ſuis authorib⁹ (vt prædicitur) damnatos & damnatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipſorum hæreſiarcharũ publicè vel occultè pertinaciter quomodo libèt laudare vel approbare preſumpſerint, eorumque receptatores, defenſores & fautores quoſlibet etiàm contemplatione prædictorum errorum, necnon credẽtes & adhærentes eiſdem, tanquàm hæreticos iudicetis, & velut hæreticos ſeculari curiæ relinquatis. Receptatores quoquè, fautores & defenſores huiuſmodi peſtiferarũ pſonarũ, quæ erroribus ipſis crediderint, nec fauore aut contẽplatione errorũ ipſorum, ſed fortè carnalis amoris cauſa, vel occaſione alia huiuſmodi pſonas peſtiferas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas, per iudices cõpetentes tanta ſeueritate pœnarum in tam enormi ſcelere vltioné accipiant, quòd cedat cæteris craſſantibus in exemplũ, vt quos Dei timor à malo non reuocat, ſaltem coërceat ſeueritas diſciplinæ. Cum reliquis verò, huiuſmodi ſecta dãnabili quomodolibèt infectis, qui poſt cõpetentem monitionem ac frequentem exhortationem, qua piè erga eos, ſpe correctionis & emendationis ac ad melioris vitę frugem conuerſionis, vſum eſt, à prædictis errorib⁹ & ſecta noluerint reſipiſcere, & ad gremiũ vnitatem q́ue ſanctæ matris Eccleſię, ac fidé catholicã, quæ ſola ſaluare poteſt, ſinè qua nulli veræ ſalutis ſubſidium contingit, plenè recognoſcere & confiteri, iuſtitiæ ſeueritas (prout facti popoſcerit qualitas) dulcore miſericordię temperetur. Et nihilominùs omnes Chriſtianæ & catholicæ fidei ꝓfeſſores, Imperatorem, reges, duces, principes, marchiones, comites, barones, milites, poteſtates, rectores, conſules, proconſules, ſcabinos, communitates, & vniuerſitates regnorum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, caſtrorum, villarũ, terrarũ, aliorumq́; locorum huiuſmodi, necnon cæteros iuriſdictionem temporalem exercentes, iuxta iuris formam & exigentiam authoritate Apoſtolica exhortando moneatis & requiratis, vt de regnis, ꝓuincijs, ciuitatibus, oppidis, caſtris, villis, terris & omnibus alijs locis ac dominijs ſupradictis, oñes & ſingulos hæreticos huiuſmodi ſecundùm tenorem Lateranenſis concilij, quod incipit, Sicut ait, ad inſtar etiàm irretitorum crimine vſurarum, quos publicè vel manifeſtè per facti euidentiam cognouerint eſſe tales, tãquàm oues morbidas gregem Domini inficientes expellãt, donèc & quouſquè à nobis ſeu vobis, vel alijs iudicibus eccleſiaſticis vel inq̃ſitoribus, fidem & communionem Romanæ eccleſię tenẽtibus, aliud recipiãt in mandatis: nec eoſdem in ſuis diſtrictibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, cõtractus inire, negociationes & mercãtias quaſlibet exercere, aut humanitatis ſolatia cum

Heb. 6, a

Lateranẽſe concilium.

Chriſtifidelibus habere permittant. Et ſi tales hæretici publici ac manifeſti, licèt nondùm per Eccleſiã declarati, in hoc tam graui crimine deceſſerint, eccleſiaſtica careant ſepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eiſdem: bona tamen ipſorum à tempore commiſſi criminis ſecundùm canonicas ſanctiones confiſcata, non occupentur per illos. ad quos aliàs pertinerent, donèc p huiuſmodi iudices eccleſiaſticos ſuper hoc poteſtatem habentes, ſentẽtia declaratoria ſuper ipſo hęreſis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hæreſi per iudicẽ competentem eccleſiaſticum inuenti fuerint ſola ſuſpicióe notati ſeu ſuſpecti, niſi iuxta conſiderationem & exigentiam ſuſpicióis qualitatem q́ue perſonę, ad arbitriũ iudicis huiuſmodi propriam innocẽtiam congrua deuotione mõſtrauerint, in purgatione eis canonicè * indicta deficientes, & ſe canonicè * indita purgare non valentes, aut pro huiuſmodi purgatione facienda, obſtinatione damnabili iurare renuentes, tãquàm hæretici condemnentur. Qui verò dictam innocentiam monſtrare ex quadam negligentia ſeu deſidia, & purgationé huiuſmodi facere omiſerint, anathematis gladio feriantur, & vſq; ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ità quòd ſi per annum in excommunicatione huiuſmodi perſtiterint, extũc velut hæretici condemnentur. Si quis verò ſuper aliquo ſæpedictæ peſtiferæ doctrinæ hæreſiarcharum prædictorum, vel aliquib⁹ articulis duntaxàt ſcãdaloſis, temerarijs, ſeditioſis, vel piarum auriũ offenſiuis, culpabilis repertus fuerit, canonicè puniatur. Si verò propter ſolam infamiam aut ſuſpicionem dictorum articulorũ, vel alicuius ipſorum, quis repertus fuerit ſuſpectus, & in purgatione canonica propter hoc ſibi indicta deficeret, pro conuicto habeaẽ, & tanquàm canonicè conuictus puniatur. Et inſupèr ſe licis recordationis Bonifacij papę octaui ꝓdeceſſoris noſtri, quę incipit, Vt inquiſitionis negocium, renouãtes & etiàm exequentes, vniuerſas poteſtates & dominos tẽporales & iudices antedictos, quibuſcunque dignitatibus vel officijs ſeu nominibus cenſeantur, exhortãdo requirimus, & mandamus eiſdem, vt ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ac filij Eccleſiæ nuncupari, & in Chriſti nomine gloriari, ità pro defenſione fidei vobis archiepiſcopis, epiſcopis & electis, ac inquiſitoribus hęreticę prauitatis, & alijs iudicibus ſeu perſonis eccleſiaſticis per vos ad hoc (vt prę̃mittitur) deputandis, fidé & communiõem ſanctæ matris Eccleſiæ tenentibus, pareant & intendant, prębeantq́; auxilium & fauorem in hæreticorum, necnon credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum ipſorum inueſtigatione, captione, cuſtodia diligenti, cùm ab eiſdem fuerint requiſiti, vt præfatas perſonas peſtiferas

feras alios ſecum perdere molientes, in poteſtatẽ ſeu carcerẽ per vos archiepiſcopos, epiſcopos, electos, & inquiſitores prædictos aut deputandos à vobis vel ad locũ de quo vos vel ipſi mandabitis, infra eorundẽ dominorum poteſtatẽ, rectorum ſeu iudicum diſtrictum ducant, vel duci faciãt ſinè mora, vbì per viros catholicos à vobis archiepiſcopis vel epiſcopis, electis ſeu inquiſitoribus, ſeu deputãdis perſonis huiuſmodi, vel veſtrũm aliquo deputato, ſub * exacta & diligenti cuſtodia, nè fugiant, ponendo eos, etiàm compedibus & manicis ferreis teneant, donèc eorum negocium per Eccleſiæ iudicium terminetur, & quòd de hęreſi à iudice Eccleſiaſtico competenti, qui fidẽ & communionem dictæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ teneat, condemnentur, præfati domini temporales ſeu rectores, iudices vel eorum officiales ſeu nuncij, ſibi relictos recipiãt indilatè, animaduerſione debita puniendos. Verùm nè præiudicium & ſcandalum præfatæ fidei orthodoxæ religionis Chriſtianæ, prætextu ignorantiæ quenquã in hoc circunueniri, aut verſutos homines ſub friuolæ excuſationis velamine in hac materia palliare contingat, & vt de conuincendis ſeu cognoſcendis hęreticis, receptatoribus, defenſoribus, fautoribus, credẽtibus & adhærentibus, necnon de hæreſi ſuſpectis & alijs huiuſmodi peruerſa doctrina quomodolibèt maculatis, plenior habeaẽ in futurum inſtructio, tam ad regnũ Bohemiæ & conuicinas illi, quàm alias quaſlibet partes, in quibus hęc ſuperſtitioſa doctrina quomodolibèt pullulauerit, articulos infrà ſcriptos ſectam dictorum hæreſiarcharum concernẽtes, pro directione dictæ fidei decernimus tranſmittendos & etiàm deſtinãdos: ſuper quibus vobis & alijs omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, & electis, ac cõmiſſarijs & inq̃ſitoribus in virrtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, vt quilibet eorum infra limites & loca ſuæ iuriſdictionis, necnon regno & machionatu & locis eis vicinis ꝓdictis, etiàm ſi loca ipſa extra iuriſdictionem eãdem vltra duas diætas conſiſtant, circa extirpationem & correctionem erꝛorũ ac hæreſum & huiuſmodi ſectæ peſtiferæ, in fauorem ipſius fidei orthodoxæ diligenter inuigilent, & omnes infamatos ſeu ſuſpectos de tã peſtifera labe ſub confeſſati criminis, excommunicationis, ſuſpẽſionis, interdicti aut alia formidabili pœna canonica vel legali, ꝓut, quandò, & quẽadmodùm eis videatur expedire, & facti requireret qualitas, ad ſingulos huiuſmodi articulos per iuramẽtum corporaliter præſtitum, tactis ſacroſanctis Euãgelijs ſeu ſanctorum reliquijs, imagine crucifixi, ſecundùm quorundam locorum obſeruantiam, iuxta infrà ſcripta interrogatoria, ad quemlibet articulum conuenientia, reſpondere compellant. Nos enim contra omnes & ſingulos archiepiſcopos, epiſcopos & electos & inquiſitores, qui ſuper extirpando hæreticæ prauitatis fermento, & expurgando ſuum territorium, diſtrictum ſeu locum de talibus malis & ſceleratis hominibus, negligentes fuerint ſeu remiſsè egerint, vſque ad priuationem ſeu depoſitionem pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus, aliosq́ue loco illorum ſubſtituemus, qui prauitatem hæreticam poſſint & valeant confundere, & ad alias pœnas contra tales à iure * inflictas, & alias grauiores (ſi expediat) infligẽdas, procedemus, procediq́ue faciemus, iuxta iuris & facti exigentiam, ac huiuſmodi culpæ & criminis fœditatem. Tenores verò eorundem articulorum ſeu capitulorum, de quibus ſuprà fit mentio, ſequuntur per ordiuẽ in hæc verba:

* arcta

ET PRIMO SEQVITVR TENOR articulorum Ioannis Vuicleff. — Conſtãtien. cõcil. ſeſſ. 8.

Subſtantia panis materialis, & ſimiliter ſubſtantia vini materialis, remanent in ſacramento altaris. — I.

Accidentia panis non manent ſinè ſubiecto in eodem ſacramento. — ij.

Chriſtus non eſt in eodem ſacramento idẽticè & realiter in propria præſentia corporali. — iij.

Si epiſcopus vel ſacerdos exiſtat in peccato mortali, non ordinat, non conſecrat, non conficit, non baptizat. — iiij.

Non eſt fundatum in Euangelio, quòd Chriſtus Miſſam ordinauerit. — v.

Deus debet obedire diabolo. — vj.

Si homo fuerit debitè contritus, omnis cõfeſſio exterior eſt ſibi ſupflua & inutilis. — vij.

Si Papa ſit prę̃ſcitus & malus, & per conſequens membrum diaboli, non habet poteſtatem ſuper fideles ſibi ab aliquo datam, niſi fortè à Cæſare. — viij.

Poſt Vrbanum ſextum non eſt aliquis recipiendus in Papam, ſed viuendum eſt more Græcorum ſub legibus proprijs. — ix.

Contra ſcripturam ſacram eſt, quòd viri Eccleſiaſtici habeant poſſeſſiones. — x.

Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, niſi priùs ſciat eum excommunicatum à Deo: & qui ſic excõmunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus. — xj.

Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem vel ad cõcilium regni, eo ipſo traditor eſt regis & regni. — xij.

Illi qui dimittunt prædicare ſiue audire verbum Dei, propter excommunicationẽ hominum, ſunt excõmunicati, & in Dei iudicio traditores Chriſti habebuntur. — xiij.

Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, abſque authoritate ſedis Apoſtolicę ſiue epiſcopi catholici. — xiiij.

Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prę̃latus, — xv.

latus, nullus eſt epiſcopus, dum eſt in peccato mortali.

xvj. Domini temporales poſſunt ad arbitriũ ſuum auferre bona temporalia ab Eccleſia, poſſeſſionatis habitualiter delinquẽtibus, id eſt, ex habitu, non ſolùm actu, delinquentibus.

xvij. Populares poſſunt ad ſuum arbitrium dominos delinquentes corrigere.

xviij. Decimæ ſunt puræ eleemoſynæ, & poſſunt parochiani, propter peccata ſuorũ prælatorum, ad libitum ſuum eas auferre.

xix. Speciales orationes applicatę vni perſonæ per prælatos vel religioſos, non plùs ꝓſunt eidem q̃ generales, cæteris paribus.

xx. Conferens eleemoſynam fratribus, eſt excommunicatus eo facto.

xxj. Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcũque, tam poſſeſſionatorum q̃ mendicantiũ, redditur ineptior & inhabilior ad obſeruationem mandatorum Dei.

xxij. Sancti inſtituentes religiones priuatas, ſic inſtituendo peccauerunt.

xxiij. Religioſi viuentes in religionibus priuatis, non ſunt de religione Chriſtiana.

xxiiij. Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.

Prima pars eſt ſcandaloſa & præſumptuoſè aſſerta, pro quanto ſic generaliter & indiſtinctè loquitur: & ſecunda erronea, ꝓ quanto aſſerit mendicitatem fratribus non licere.

xxv. Omnes ſunt Simoniaci, q̃ ſe obligant orare pro alijs, eis in temporalibus ſubuenientibus.

xxvj. Oratio præſciti, nulli valet.

xxvij. Omnia de neceſſitate abſoluta eueniũt.

xxviij. Cõfirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum conſecratio, reſeruantur Papæ & Epiſcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.

xxix. Vniuerſitates, ſtudia, collegia, graduationes & magiſteria in eiſdem, ſunt vana gentilitate introducta, & tantùm proſunt Eccleſiæ ſicut diabolus.

xxx. Excommunicatio Papę vel cuiuſcunque prælati non eſt timenda, quia eſt cenſura Antichriſti.

xxxj Peccant fundantes clauſtra, & ingredientes, ſunt viri diabolici.

xxxij. Ditare clerum, eſt contra regulã Chriſti.

xxxiij. Silueſter papa & Cõſtantinus Imperator errauerunt Eccleſiam dotando.

xxxiiij. Omnes de ordine mendicantium, ſunt hæretici: & dantes eis eleemoſynam, ſunt excommunicati.

xxxv. Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipſo inhabiles ſunt ad obſeruanda diuina præcepta, & per conſequens ad pueniendum ad regnum cælorum, niſi apoſtatauerint ab eiſdem.

xxxvj. Papa cum omnibus clericis ſuis poſſeſſionem habentibus, ſunt hæretici, eô ꝓ poſſeſſiones habent: & conſentientes eis, omnes videlicet domini ſeculares & cæteri laici.

xxxvij. Eccleſia Romana eſt ſynagoga ſatanæ, nec Papa eſt proximus & immediatus vicarius Chriſti & Apoſtolorum.

xxxviij. Decretales epiſtolę ſunt apocryphę, & ſeducunt à fide Chriſti, & clerici ſunt ſtulti, qui ſtudent eas.

xxxix. Imperator & domini ſeculares, ſunt ſeducti à diabolo, vt Eccleſiam dotarent bonis temporalibus.

xl. Electio Papæ à cardinalibus, à diabolo eſt introducta.

xlj. Non eſt de neceſſitate ſalutis, credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias.

Error eſt, ſi per Romanam Eccleſiam intelligat vniuerſalem Eccleſiam aut concilĩ generale, aut pro quanto negaret primatum ſummi pontificis ſuper alias eccleſias particulares.

xlij. Fatuum eſt credere indulgentijs Papæ & Epiſcoporum.

xliij. Iuramenta illicita ſunt, quę fiunt ad corroborandum humanos contractus & commercia ciuilia.

xliiij. Auguſtinus, Benedictus & Bernardus damnati ſunt, niſi pœnituerint de hoc, q̃ habuerunt poſſeſſiones, & inſtituerunt, & intrauerunt religiones: & ſic à Papa vſque ad vltimum religioſum, omnes ſunt hæretici.

xlv. Omnes religiones indifferenter introductæ ſunt à diabolo.

TENOR AVTEM ARTICVLOrum Ioannis Huſz, ſequitur & eſt talis: Cõſtãtien. cõcil. ſeſſ. 8.

I. Vnica eſt ſancta vniuerſalis Eccleſia, quę eſt prædeſtinatorum vniuerſitas. & infrà ſequitur: Vniuerſalis ſancta Eccleſia tantùm eſt vna, ſicut tãtùm vnus eſt numerus omnium prædeſtinatorum.

ij. Paulus nunquàm fuit membrum diaboli, licèt fecit quoſdam actus actibus Eccleſiæ malignantium conſimiles.

iij. Præſciti, non ſunt partes Eccleſiæ, cùm nulla pars eius finaliter excidet ab ea, eô ꝓ prædeſtinationis charitas, quæ ipſam ligat, non excidet.

iiij. Duę naturę diuinitas & humanitas, ſunt vnus Chriſtus.

v. Præſcitus etſi aliquandò eſt in gratia ſecundùm præſentem iuſtitiam, tamen nunquàm eſt pars ſanctæ Eccleſiæ: & prædeſtinatus ſemper manet membrum Eccleſiæ, licèt aliquandò excidat à gratia aduentitia, ſed non à gratia prædeſtinationis.

vj. Sumendo Eccleſiam pro conuocatione prędeſtinatorum, ſiue fuerint in gratia, ſiue non ſecũdùm præſentem iuſtitiam, iſto modo Eccleſia eſt articulus fidei.

vij. Petrus non eſt, nec fuit caput Eccleſiæ ſanctæ catholicæ.

viij. Sacerdotes quomodolibèt criminosè viuentes

uentes, ſacerdotij polluũt poteſtatem: & ſic, vt filij infideles, ſentiũt infideliter de ſeptẽ ſacramẽtis Eccleſiæ, de clauibus, officijs, cẽſuris, moribus, cęremonijs & ſacris rebus Eccleſiæ, veneratione reliquiarũ, indulgentijs & ordinibus.

ix. Papalis dignitas à Cæſare inoleuit, & Papæ perfectio & inſtitutio, à Cæſaris potẽtia emanauit.

x. Nullus ſinè reuelatiõe aſſereret rationabiliter de ſe vel alio, quòd eſſet caput Eccleſię particularis, nec Romanus põtifex eſt caput Romanæ Eccleſiæ particularis.

xj. Non oportet credere, quòd iſte quicunq; eſt Romanus pontifex, ſit caput cuiuſcunq; particularis Eccleſiæ ſanctæ, niſi Deus eum prædeſtinauerit.

xij. Nemo gerit vicem Chriſti vel Petri, niſi ſequatur eum in moribꝰ, cùm nulla alia ſequela ſit pertinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriã poteſtatem: quia ad illud officium vicariatûs requiritur & morũ conformitas, & inſtituentis authoritas.

xiij. Papa nõ eſt verus & manifeſtus ſucceſſor apoſtolorum principis Petri, ſi viuit moribꝰ contrarijs Petro: & ſi quærit auaritiam, tunc eſt vicarius Iudæ Scarioth. Et pari euidentia cardinales non ſint veri & manifeſti ſucceſſores collegij aliorum Apoſtolorũ Chriſti, niſi vixerint more Apoſtolorum, ſeruãtes mandata & conſilia Domini noſtri Ieſu Chriſti.

xiiij. Doctores, ponentes quòd aliquis per cẽſuram Eccleſiaſticam emendãdus, ſi corrigi noluerit, ſeculari iudicio eſt tradendus, pro certo ſequũtur in hoc pontifices, ſcribas & phariſæos, qui Chriſtum non volentem eis
Ioan. 18. f obedire in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, ipſum ſeculari iudicio tradiderũt, & quòd tales ſint homicidæ grauiores quàm Pilatus.

xv. Obedientia eccleſiaſtica, eſt obedientia ſecũdùm adinuentionẽ ſacerdotũ Eccleſię, præter expreſſam authoritatem ſcripturę.

xvj. Diuiſio immediata humanorum operũ eſt, ꝓ ſunt vel virtuoſa vel vitioſa: quia ſi homo eſt vitioſus, & agit quicquam, tunc agit vitioſè: & ſi eſt virtuoſus, & agit quicquam, tunc agit virtuoſè: quia ſicut vitiũ quod crimẽ dicitur ſeu mortale peccatũ, inficit vniuerſaliter actus hominis vitioſi, ſic virtus viuificat omnes actus hominis virtuoſi.

xvij. Sacerdotes Chriſti viuentes ſecũdùm legem eius, & habentes ſcripturę notitiam, & affectum ad ędificandum populum, debent prędicare, non obſtante prætenſa excõmunicatione. & infrà, Quòd ſi papa vel aliquis prælatus mandat ſacerdoti ſic diſpoſito, nõ prædicare, non debet ſubditus obedire.

xviij. Quilibet prędicantis officium de mandato accipit, qui ad ſacerdotium accedit: & illud mandatum debet exequi, prætenſa excommunicatione non obſtante.

xix. Per cenſuras eccleſiaſticas excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, ad ſuũ exaltationem clerus populũ laicalem ſibi ſuppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam ꝓtegit, & viam præparat Antichriſto. Signum autem euidẽs eſt, quòd ab Antichriſto tales procedunt cenſuræ, quas vocãt in ſuis proceſſibus fulminationes; quibus clerus principaliſſimè procedit contra illos qui denudant nequitiam Antichriſti, qui clerum pro ſe maximè vſurpabit.

xx. Si papa eſt malus, & prędeſtinatus, & ſcitus, tunc vt Iudas apoſtolus eſt diabolus, fur & filius perditionis, & non eſt caput ſanctæ militantis Eccleſiæ, cùm nec ſit membrum eius.

xxj. Gratia prędeſtinationis eſt vinculũ, quo corpus Eccleſiæ, & quodlibet eius membrũ iungitur Chriſto capiti inſolubiliter.

xxij. Papa vel prælatus malus & præſcitus, eſt æquiuocè paſtor, & verè fur & latro.

xxiij. Papa nõ debet dici ſanctiſſimus, etiàm ſecundùm officium, quia aliàs rex deberet etiàm dici ſanctiſſimus ſecundùm officium, & tortores & præcones dicerentur ſancti, immò etiàm diabolꝰ deberet dici ſanctus, cùm ſit officiarius Dei.

xxiiij. Si papa viuat Chriſto contrariè, etiàm ſi aſſcenderet per ✶ritam & legitimam electionem ſecundùm conſtitutionem humanam vulgatam, tamen aliundè aſſcenderet, quàm per Chriſtum, dato etiàm quòd intraret per electionem à deo principaliter factam: nam Iudas Scarioth, ritè & legitimè eſt electus à Deo Chriſto Ieſu ad epiſcopatum, & tamen aſſcendit aliundè in ouile ouium.

xxv. Condemnatio quadraginta quinq; articulorum Ioãnis Vuiclef per doctores facta, eſt irrationabilis & iniqua & malefacta, & ficta eſt cauſa per eos allegata, videlicet ex eo, quòd nullus eorum ſit catholicus, ſed q̃libet eorum aut eſt hæreticus, aut erroneus, aut ſcandaloſus.

xxvj. Non eo ipſo quo electores vel maior pars eorum conſenſerit viua voce ſecundùm ritus hominum in perſonam aliquam, eo ipſo illa perſona eſt legitimè electa, vel eo ipſo eſt verus & manifeſtus ſucceſſor vel vicarius Petri Apoſtoli vel alterius Apoſtoli in officio Eccleſiaſtico: vndè ſiue electores benè, ſiue malè elegerint, operibus electi debemꝰ credere. Nam eo ipſo quo qs copioſiùs operatur meritoriè ad profectũ Eccleſię, habet à Deo ad hoc copioſiùs poteſtatem.

xxvij. Non eſt ſcintilla apparentiæ, ꝓ oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cum ipſa Eccleſia militante conuerſetur, & conſeruetur.

xxviij. Chriſtus ſinè talibus monſtruoſis capitibus per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum, meliùs ſuam Eccleſiam regularet.

xxix. Apoſtoli & fideles ſacerdotes dñi ſtrenuè ſ

neceſſarijs ad ſalutem regulârũt Eccleſiam, antequàm papę officium foret introductũ: ſic facerent, deficiente per ſummè poſſibile papa vſque ad diem iudicij.

Nullus eſt dominus ciuilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt epiſcopus dum eſt in peccato mortali.

Super præmiſſis autem articulis, quilibet de eis ſuſpectus, ſeu in eorum aſſertione deprehenſus, iuxta modum interrogetur infrà ſcriptũ: Inprimis, vtrùm cognouerit Ioannem Vuicleff de Anglia, Ioannem Huſz de Bohemia, Hieronymũ de Praga, ſeu aliquẽ eorum, & vndè habuerit eorum notitiam, & vtrùm cum eis vel eorum aliquo, dum viuerent, conuerſationẽ vel amicitiam habuerit.

Item, vtrùm ſciens ipſos ſeu aliquem ipſorum excommunicatos, ſcienter participauerit cum illis, reputãs & dicẽs talem participationem non eſſe peccatum.

Item, vtrùm poſt mortem eorũ pro eiſdẽ ſeu aliquo eorũ orauerit, & publicè vel occultè opera pietatis exercuerit, aſſerens eos fore beatos & ſaluos.

Item, vtrùm eos vel aliquem eorum ſanctos reputauerit & dixerit, & eis veneraciones velut ſanctis exhibuerit.

Item, vtrùm credat, teneat & aſſerat, quòd quodlibet concilium generale & etiã Conſtantiẽſe, vniuerſalem Eccleſiã repræſentet.

Item, vtrùm credat, quòd illud quod ſacrum concilium Conſtantienſe, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, approbauit & approbat in fauorem fidei & ad ſaluté animarum, quòd hoc eſt ab vniuerſis Chriſtifidelibus approbandum & tenendum: Et quod condemnauit & cõdemnat eſſe fidei vel bonis moribus cõtrarium, hoc ab eiſdẽ eſſe tenendum pro condemnato, credendũ & aſſerendum.

Item, vtrùm credat quòd condemnationes Ioannis Vuicleff, Ioannis Huſz, & Hieronymi de Praga, factæ de perſonis eorum, libris & documentis per ſacrũ generale Cõſtantienſe concilium, fuerint ritè & iuſtè factæ, & à quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter aſſerendæ.

Item, vtrùm credat, teneat, aſſerat Ioannẽ Vuicleff de Anglia, Ioãnem Huſz de Bohemia, & Hieronymũ de Praga, fuiſſe hæreticos & pro hæreticis nominãdos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuiſſe & eſſe peruerſos, propter quos & quas & eorũ pertinacias, per ſacrum concilium Conſtantiẽn pro hæreticis ſunt condemnati.

Itẽ, vtrùm habeat in ſua poteſtate aliquos tractatus, opuſcula, epiſtolas, vel quęcunq; alia ſcripta in quocunq; idiomate per Ioannem Vuicleff, Ioannẽ Huſz, & Hieronymũ hæreticos, ſeu eorũ pſeudo diſcipulos & ſequaces editos vel trãſlatos, edita vel trãſlata, ꝙ illos vel illa ordinario loci vel eius cõmiſſario ſeu inquiſitori ſub iuramẽto pſentet.

Quòd ſi apud ſe ſcripta huiuſmodi ſe habere nõ cognouerit, ſed alibì, quòd iuret illa circa ſuum ordinarium vel alios ſupradictos infra certum terminum ſibi præfigendum deponere.

Item, vtrùm ſciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuſcula, epiſtolas, vel quęcũq; alia ſcripta in quocunq; idiomate compoſita ſiue tranſlata, quòd illum vel illos detegat vel manifeſtet, pro purificatione fidei ſiue executione iuſtitiæ.

Itẽ ſpecialiter literatus interrogeẽ, vtrùm credat ſententiã ſacri Conſtantienſ concilij ſuper quadragintaquinq; Ioãnis Vuicleff, & Ioannis Huſz triginta articulis ſuperiùs deſcriptis, latam, fore veram & catholicam, ſcilicet quòd ſupradicti quadragintaquinque articuli Ioannis Vuicleff, & Ioãnis Huſz triginta, nõ ſunt catholici; ſed quidã ex eis ſũt notoriè hæretici, quidã erronei, alij temerarij & ſeditioſi, alij piarum aurium offenſiui.

Item, vtrùm credat & aſſerat, quòd in nullo caſu ſit licitum iurare.

Item, vtrùm credat, quòd ad mandatum iudicis iuramẽtum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad cauſam opportunũ, etiàm pro purificatione infamiæ faciendum, ſit licitum.

Item, vtrùm credat, quòd periuriũ ſcienter cõmiſſum, ex quacunq; cauſa vel occaſione, pro conſeruatione vitæ corporalis, ꝓpriæ vel alterius, etiàm in fauorem fidei, ſit mortale peccatum.

Item, vtrùm credat, quòd deliberato animo cõtemnens ritum Eccleſiæ, ceremonias exorciſmi & catechiſmi aquæ baptiſmatis conſecratæ, peccet mortaliter.

Item, vtrùm credat, quòd poſt conſecrationem ſacerdotis in ſacramento altaris ſub velamento panis & vini, non ſit panis materialis & vinum materiale, ſed idem per oñia Chriſtus, qui fuit in cruce paſſus, & ſedet ad dexteram patris.

Item, vtrùm credat & aſſerat, quòd facta conſecratione per ſacerdotem, ſub ſola ſpecie panis tantùm, & præter ſpeciem vini, ſit vera caro Chriſti & ſanguis & anima & deitas & totus Chriſtus, acidem corpus abſolutè & ſub vna qualibet illarum ſpecierum ſingulariter.

Item, vtrùm credat, quòd cõſuetudo cõmunicãdi perſonas laicales ſub ſpecie panis tantùm, ab Eccleſia vniuerſali obſeruata, & per ſacrum concilium Conſtantiæ approbata, ſit ſeruanda ſic, quòd non liceat eam reprobare, aut ſinè Eccleſię authoritate pro libito immutare. Et ꝙ dicentes pertinaciter oppoſitũ præmiſſorũ, tanquàm hæretici vel ſapientes hæreſim, ſint arcendi & puniendi.

Item, vtrùm credat, quòd Chriſtianus cõtemneus ſuſceptionem ſacramentorũ Confirmatiõis vel Extremę Vnctionis, aut ſolẽnizationis matrimonij, peccet mortaliter.

Item

Item, vtrùm credat quòd Chriſtianus vltra contritionem cordis, habita copia ſacerdotis idonei, ſoli ſacerdoti de neceſſitate ſalutis confiteri teneatur, & non laico ſeu laicis quantumcunquè bonis & deuotis.

Item, vtrùm credat, quòd ſacerdos in caſibus ſibi permiſſis, poſſit peccatorem confeſſum & contritum à peccatis abſoluere, & ſibi pœnitentiam iniungere.

Item, vtrùm credat quòd malus ſacerdos cum debita materia & forma & cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, verè conficiat, verè abſoluat, verè baptizet, & verè conferat alia ſacramenta.

Item, vtrùm credat quòd beatus Petrus fuerit vicarius Chriſti, habens poteſtatẽ ligandi & ſoluendi ſuper terram.

Item, vtrùm credat quòd papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit, eius nomine proprio expreſſo, ſit ſucceſſor beati Petri habens ſupremam authoritatem in Eccleſia Dei.

Item, vtrùm credat authoritatem iuriſdictionis papæ, archiepiſcopi, & epiſcopi in ſoluendo & ligando, eſſe maiorem authoritate ſimplicis ſacerdotis, etiàm ſi curã animarum habeat.

Item, vtrùm credat quòd papa omnibus Chriſtianis verè contritis & cõfeſſis, ex cauſa pia & iuſta poſſit concedere indulgentias in remiſſionem peccatorũ, maximè pia loca viſitãtibus, & ipſis manus ſuas porrigentibꝰ adiutrices. Et vtrùm credat, ꝙ ex tali cõceſſione viſitantes eccleſias ipſas & manus adiutrices eis porrigentes, huiuſmodi indulgentias conſequi poſſint.

Item, vtrùm credat, quòd ſinguli epiſcopi ſuis ſubditis ſecundùm limitationem ſacrorum canonum, huiuſmodi indulgentias concedere poſſint.

Item, vtrùm credat & aſſerat, licitum eſſe, ſanctorum reliquias & imagines à Chriſtifidelibus venerari.

Item, vtrùm credat quòd papa vel alius prælatus proprijs nominibus papæ pro tempore expreſſis, vel ipſorum vicarij, poſſint ſuũ ſubditum eccleſiaſticum ſiue ſeculare propter inobedientiam ſiue contumaciam excommunicare, ità quòd talis pro excommunicato ſit habendus.

Item, vtrùm credat, quòd inobedientia ſiue contumacia excommunicatorum creſcente, prælati vel eorum vicarij in ſpiritualibus, habeant poteſtatem aggrauãdi & reaggrauãdi, interdictum ponendi, & brachium ſeculare inuocandi, & quòd illis cenſuris per inferiores ſit obẽdiendum.

Item, vtrùm credat quòd papa vel alij prælati & eorum vicarij in ſpiritualibus, habeãt poteſtatẽ ſacerdotes & laicos inobedientes & cõtumaces excõmunicãdi, ab officio, beneficio, ingreſſu eccleſię & adminiſtratione eccleſiaſticorũ ſacramentorũ ſuſpendendi.

Item, vtrùm credat, quòd liceat perſonis eccleſiaſticis abſq; peccato, huius mũdi habere poſſeſſiones & bona temporalia.

Item, vtrùm credat, quòd laicis ipſa ab eis auferre poteſtate propria non liceat, immò quòd ſic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipſa eccleſiaſtica, ſint tãquàm ſacrilegi puniendi, etiàm ſi malè viuerent perſonę ec cleſiaſticæ bona huiuſmodi poſſidentes.

Item, vtrùm credat, quòd huiuſmodi ablatio & inuaſio cuicũq; ſacerdoti, etiàm malè viuenti, temerè vel violẽter facta vel illata, inducant ſacrilegium.

Item, vtrùm credat, quòd liceat laicis vtriuſque ſexûs, viris ſcilicet & mulieribus, libe rè prædicare verbum Dei.

Item, vtrùm credat, quòd ſingulis ſacerdotibus liberè liceat prædicare verbũ Dei, vbicunquè, quandocũquè, & quibuſcunq; placuerit, etiàm ſi non ſint miſſi.

Item, vtrùm credat, quòd omnia peccata mortalia, & ſpecialiter manifeſta, ſint publicè corrigẽda & extirpanda. Volumus inſuper ac ſtatuimus & decernimus, quòd ſi qs per ſecretam informationẽ per vos recipiẽdam, vel aliãs repertus fuerit infamatus ſeu ſuſpectus de quacunq; ſpecie hæreſis peſtiferæ ſectæ vel doctrinæ peſtilentium Ioãnis Vuiclef, Ioãnis Huſz & Hieronymi de Praga, hæreſiarcharum prędictorũ, aut de fouẽdo, receptãdo, defendendo prędictos dãnatos homines, dum viuerent in humanis, vel ipſorum perfidos ſequaces & pſeudo diſcipulos, aut ipſorum erroribus credendo, pro ipſis defunctis vel aliquo ipſorũ poſt obitum orãdo, vel inter catholicos nominãdo & defendendo. vel ipſos vt ſanctos colẽdo, prędicando vel adorãdo, vel aliãs circa eos ſuſpectè agẽdo, citetur per vos ſeu alterum veſtrũm, perſonaliter corã vobis ſeu altero veſtrũm cõpariturus, ſemotis ꝓcuratore & aduocato, reſponſurus medio iuramẽto per ipſum ſic (vt prædictũ eſt) corporaliter prę-ſtito de plena & mera veritate dicẽda ſuper prædictis articulis ſeu eorũ ſingulis vel alijs opportunis, ſecundùm exigentiã caſũs & occurrentium circunſtãtiarum ad arbitriũ veſtrũ, & prout vobis ſeu alteri veſtrũm videbitur expedire, vel alias cõtra eoſdẽ ipſorũ ſingulos, (prout pręſentibꝰ exprimitur, ve aliãs) canonicè ꝓcedatis, necnõ pſentes literas excluſis articulis & interrogatorijs ſuperiùs poſitis atq; obmiſſis, in ciuitatibꝰ, diœceſibus, terris & locis alijs, vbì tutè fieri poterit, authoritate noſtra ſolẽniter publicetis & publicari faciatis, oñes & ſingulos hæreticos huiuſmodi, necnõ ſectatores ipſarum hæreſum & errorũ vtriuſq; ſexûs, tenẽtes & etiàm defendentes eoſdẽ, aut hæreticis ipſis quomodolibèt publicè vel occultè in diuinis vel aliãs participãtes, etiàm ſi patriarchali, archiepiſcopali, epiſcopali, regali, reginali, ducali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mũdana

dana præfulgeant dignitate, necnon aduocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos huiusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut credulitatis, sequelæ, fautoriæ, defensionis & receptatiõis huiusmodi defenderint, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festiuis in presẽtia populi nuncietis, & per alios nunciari faciatis. Et nihilominùs contra eosdem oẽs & singulos vtriusq; sexûs, huiusmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores & receptatores & defensores eorundem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipsorum, cuiuscunq; dignitatis, statûs, præeminentiæ, gradûs, ordinis vel conditionis (vt præfertur) existãt, authoritate nostra diligenter inquirere studeatis, & eos quos per inquisitionem huiusmodi diffamatos, vel per confessionẽ eorum seu per facti euidentiã, vel aliàs huiusmodi hæresis & erroris labe respersos reperietis, authoritate prædicta etiàm per excõmunicationis, suspẽsionis & interdicti, necnon priuationis dignitatum, personatuum & officiorum, aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum ac feudorum, quæ à quibuscunq; ecclesijs, monasterijs ac alijs locis Ecclesiasticis obtinent, ac etiàm bonorum & dignitatum secularium, ac graduum scientiarum quarumcunq; facultatũ, & per alias pœnas, sententias, & censuras Ecclesiasticas ac vias & modos, quos ad hoc expedire seu opportunos esse videritis, etiàm per captiones & incarcerationes personarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur seu puniri iubentur, aut solent iuxta canonicas sanctiões. Similiter & clericos ipsos & Ecclesiasticas personas, vsq; ad degradationem inclusiuè, si eorũ culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis, necnon contra eosdem, ipsorũ, laicorumq; bona secundùm canonicas sanctiones & legales, contra hæreticos & eorũ sequaces editas, quibus eosdem sectatores siue sequaces subiacere decernim⁹, animosè consurgatis iuxta modũ & formam supradictos. Et qui de præmissis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alij verò qui per testes seu propriã confessionem vel alias legitimas probationes conuicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorũ, eosdem articulos & errores solenniter & publicè reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam, etiàm ad immurationem (si delictum exegerit) subire cogantur, necnõ quòd errores & hæreses huiusmodi cuiuscunq; generis vel speciei censeantur, decæterò verbo, nutu vel facto non fouebunt, seu alios ad credẽdum illis verbo vel facto, publicè vel occultè, directè vel indirectè, aut alio quouis modo inducent, sufficiẽtem & idoneam cautionẽ præstare teneantur. Quòd si forsan eosdem articulos solenniter & publicè reuocare & abiurare, & pœnitentiam cõdignam, etiàm ad immurationem perpetuam vel temporalem iuxta vestræ discretionis arbitrium sinè dilatione subire, ac sufficientem cautionem quòd errores & hæreses ipsas deceterò non tenebunt nec fouebunt, nec alios ad credendum vel verbo vel facto, publicè & occultè, directè vel indirectè, vel quouis quæsito colore inducant, præstare, seu aliquid præmissorum facere voluerint, extunc contra ipsos iuxta qualitatem errorum ac delictorũ suorum (etiàm si expediat) tanquàm cõtra hæreticos aut hæretica labe respersos, authoritate nostra iuxta canonicas & legales sanctiones summariè & simpliciter ac de plano sinè strepitu & figura iudicij, & etiàm ex officio, appellatione seu appellationibus quibuscũq; cessantibus, procedatis, ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones puniatis, etiàm si opùs fuerit curiæ seculari relinquẽdo: Contradictores per censurã Ecclesiasticam, appellatione postposita, cõpescendo, inuocato ad hoc (si opùs fuerit) auxilio eiusdem brachij secularis, non obstãtibus tam felicis recordationis Bonifacij papæ octaui prædecessoris nostri, qua cauetur, nè qs extra ciuitatem & diœcesim suã, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam diętã, à fine suæ diœcesis ad iudiciũ euocetur, seu nè iudices à sede Apostolica deputati, extra ciuitatẽ & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunq; procedere, siue alij vel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnã diætam à fine diœcesum eorundẽ trahere præsumant, & de duabus diætis in concilio generali, quàm alijs quibuscunque cõstitutionibus Romanorum pontificum, tam à iudicibus delegatis, quàm personis vltra certum numerum ad iudicium nõ vocãdis, aut alijs editis, quæ possint in hac parte vestræ iurisdictioni aut potestati, eiusq; libero exercitio quomodolibèt obuiare, seu si aliquibus cõmuniter vel diuisìm ab eadẽ sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excõmunicari, seu vltra vel extra loca ad iudiciũ euocari nõ possint, per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi & eorum personis, locis & ordinibus & nominibus proprijs mentionẽ, & qualibet alia dictæ sedis indulgẽtia generali vel speciali, cuiuscunq; tenoris existat, per quã præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibèt impediri, & de qua cuiusq; toto tenore de verbo ad verbũ in nostris literis habenda sit mentio specialis. Datũ Constãtiæ octauo Calendas Martij, pontificatũs nostri anno primo.

CON-

CONFIRMATIO CONSTITVTIONVM FRE

derici secundi, & Carolinæ, cum multis adiectionibus per cõcilium Constantiense in decimanona sessione, quibus libertati ecclesiasticę plurimùm fauetur, & ob id adijciendam præfato operi constituimus, vt ex illa, quantum deferendum sit Ecclesiæ, quisque agnoscat.

fortè legẽdũ *in speculã se considerationis

SAcrosancta synodus Cõstantiensis *in speculũ suæ cõsiderationis extollens, quàm grauissima dispendia Ecclesiæ, monasteria, hospitalia, xenodochia, & alia pia loca, ac personę ecclesiasticæ sic tempore guerrarũ & lugubris schismatis, prohdolor causante malitia & ambitione mentium humanarum, ad talia diuersis coloribus, modis & titulis inhiantium improbè, hactenùs pertulerint, maximè à tempore felicis recordationis Vrbani papæ sexti inclusiuè citrà, ac perferant incessanter in tallijs, collectis, exactionibus, occupationibus, inuasionibus, detentionibus distractionibus, concessionibus, venditionibus, infeudationibus emphyteoticis, & alijs locationibus, donationibus, dimẽbrationibus, dationibus, permutationibus, & alijs varijs & diuersis alienationibus regnorum, prouinciarum, comitatuum, dominiorum, territoriorum, districtuum, ciuitatũ, castrorum, villarum, & aliorum locorũ, bonorum, iurium etiàm spiritualium, ac iurisdictionum ad Romanam & Ecclesias alias, monasteria, hospitalia, xenodochia, & pia loca ac personas huiusmodi cõmuniter vel diuisìm spectantium, alijsq; grauaminibus hactenùs à dicto tẽpore citrà, & per ipsum tempus, seu ipso tempore vsq; in presentem diem, præter seu contra dispositionem iuris scripti quomodocunquè & qualitercũquè impositis, illatis, factis, seu præsumptis, aut attentatis: Ac intendens & cupiens circa reformationem immunitatis Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum, ac recuperationem bonorum & iurium suorũ diligenter intendere, quanuis dudùm contra seculares potestates, necnon cõsules ciuitatũ, ac alios qui ecclesias & viros Ecclesiasticos tallijs, collectis & exactionibus alijs aggrauare nitebantur, in Lateranensi concilio immunitati Ecclesiæ prouisum fuit, per quod huiusmodi præsumptio sub anathematis districtione prohibita fuit, & illius fautores & trãsgressores excommunicationi subiacere præcepit huiusmodi cõcilium, donèc satisfactionem earundem impenderẽt cõpetenter, ac etiàm constitutiones & sententię quę à talibus vel de ipsorum mandato forent, ꝓmulgatæ, inanes & irritæ haberentur, nullo tempore valituræ. Et vt nullus vano in hoc deciperet errore, vt infra tẽpus sui regiminis huiusmodi anathema sustineat, quasi post illud nõ esset ad satisfactionẽ debitam cõpellendus, decretũ fuit in eodem cõcilio, & ipsum qui satisfacere recusaret, & successorem illius, nisi satisfaceret infra mensem, manere debere ecclesiastica censura conclusum, donèc satisfaceret cõpetenter, cùm etiàm succedere debeat in onere, qui substituitur in honore. Et licèt etiàm in sacris legibus pro libertate & immunitate Ecclesiastica, siue ecclesiarũ & ecclesiasticarũ personarum, multa salubria & fauorabilia statuta fuerint, dudùm felicis recordatiõis Honorius papa tertius attentè cõsiderãs, ꝙ quondàm Fredericus secũdus olim Romanorum Imperator, tũc sub obediẽtia & deuotione sanctæ Romanæ Ecclesię persistẽs, ad laudẽ eiusdẽ Ecclesię & sacri decus Romani imperij, cupiẽs, vt expurgatis quorundã errorib⁹, & iniquis statutis penitùs destitutis, decæterò Ecclesię & ecclesiasticæ personę plena vigerẽt quiete, & secura libertate gauderẽt: ac piè & iustè attendẽs, ꝙ quorundã peruersorũ iniquitas adeò abũdauerat, vt non dubitarent contra Ecclesiasticam disciplinã & sacros canones, statuta sua cõfingere aduersùs Ecclesiasticas personas & Ecclesiasticam libertatẽ, edictali lege huiusmodi statuta iniqua irritauerat, & præceperat irrita annũciari, & oẽia statuta & cõsuetudines *contra ciuitates & loca, potestates vel consules, aut quęcunq; aliæ personæ cõtra libertatẽ Ecclesiæ & ecclesiasticas personas huiusmodi edere aut cõseruare tentauerint cõtra canonicas & imperiales sanctiones, de ipsorũ capitularibus infra duos mẽses post huiusmodi legis publicationẽ penitùs aboleri facerent: & si deceterò talia attentarent, illa ipso iure decreuit esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos: necnõ locũ vbi talia deinceps ꝑsumpta fuissent, banno mille marcarũ auri fisco imperiali præceperat subiacere: potestates verò, cõsules, statutarij & scriptores statutorũ prædictorũ, necnõ cõsiliarij locorũ ipsorum, qui secũdùm statuta & cõsuetudines memoratas iudicarẽt, extũc essent ipso iure infames, quorũ sententias & actus legitimos statuerat aliqualiter non tenere: ꝙ; si per annũ præfatarũ constitutionũ inuenti forent contẽptores, bona eorũ per totũ suũ imperiũ mãdauit impunè ab oẽibus occupari, saluis nihilominùs alijs pœnis cõtra tales in generali cõcilio ꝓmulgatis. Et insuper voluerat tũc idẽ Imperator, ꝙ nulla cõmunitas vel publica ꝑsona seu priuata collectas seu exactiões, angarias vel perãgarias, ecclesijs vel alijs pijs locis, aut ecclesiasticis ꝑsonis huiusmodi imponeret, aut inuadere Ecclesiastica bona ꝑsumeret: ꝙ si secùs faceret, & requisita ab Ecclesia vel imperio huiusmodi emẽdare contẽneret, tripliciter refunderet

*pro cõtra, videtur legendũ, quæ

Cap. 46. Et extra. de immunitate ecclesię capite 6.

ret,& nihilominùs banno imperiali subiaceret,quòd sinè satisfactione nullatenùs remitteretur. Statuerat insuper, quòd quæcunq; cõmunitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem Ecclesiæ violatam persisteret,ipso iure banno imperiali subiaceret, à quo nullatenùs extraheretur,nisi priùs ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordinauerat, vt nullus ecclesiasticam personam
*questione in criminali *questione vel ciuili ad iudiciũ seculare præsumeret trahere contra canonicas sanctiones,& contra constitutiones imperiales: quòd si secùs faceret,actor à suo iure caderet,& iudicatum nõ teneret,& iudex foret extunc iudicandi authoritate priuatus: quæque iudices temporales,qui clericis & personis ecclesiasticis iustitiam denegare præsumerent,tertiò requisiti,suam iurisdictionem amitterent, prout dicta imperiali edictali constitutione plenius continetur. Dictusq; Honorius constitutionem ipsam de consilio etiam fratrum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium,qui tunc erant, authoritate Apostolica approbans & confirmans, ipsam mandauit inuiolabiliter obseruari: necnon statutarios & scriptores prædictos, excõmunicatos eadem authoritate nũciari.

Et deindè ad euidentiam diuæ memoriæ Caroli quarti etiam Romanorum Imperatoris semper Augusti deducto, quòd nonnullæ seculares personæ in potestatibus & officijs publicis constitutę, videlicet duces, marchiones,comites,& alij domini temporales, necnon consules ciuitatum, oppidorum,villarum & locorum rectores,in eorũdem prouincijs,Dei timore postposito,statuta singularia & iniquas ordinationes motu proprio,& de facto, contra personas Ecclesiasticas & ecclesiarum libertates,& harũ priuilegia condiderant: illisque de facto & publicè vtebantur contra canonicas & legitimas sanctiones, vtpotè quòd nulla bona temporalia in vim & potestatem ecclesiasticam transferantur,& nè clerici in sacris cõstituti, ad agendum & testificãdum in ciuilibus, & maximè in pijs causis,aliquatenùs admitterentur,quæque excommunicati laici & publicè denũciati, in foro ciuili minimè repellerentur. Et insuper cùm prædicti domini temporales,cõsules & rectores per secularem potestatem res ac bona clericorum occuparent,arrestarent,& oblatione Christi fidelibus minuerent atq; restringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus ecclesiarum exigerent & extorquerent,possessiones Ecclesiarum & personarum earundem deuastarent incendijs & rapinis,cõtractus inter clericos & laicos factos legitimos, ac libros ciuitatũ, castrorũ, villarum & aliorum locorum prædictorum inscribere & sigillare recusarent,donataque & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras,contra dictorum & præfatorum voluntatem & aliorum quorum intererat, contra iustitiam vsurpare præsumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis ecclesiæ rebus clericorum,quæ non causa negociationis,sed pro eorũ proprijs vsibus per eorum terras & dominia ducebant, & ducifaciebant,teloneũ exigere & recipere non verebantur,& confugientes atq; currentes ad ecclesias & earum cœmeteria,indè extrahere contra canonicas & imperiales sanctiões præsumpserant: Idem Carolus Imperator tanquàm Christianissimus princeps,volens in præmissis prouidere de remedio salutari, etiàm de quorundam principum,ducũ,comitum,baronum,fideliumq; aliorum cõsilio,authoritate imperiali quæcunq; statuta & consuetudines prædictas,tãquàm per canonicas & ciuiles sanctiones expresè reprobata, cassauit,irritauit & annullauit,ac cassa & irrita nulliusq; roboris esse voluit penitùs & momenti,præcipiens sub indignatione bãni imperialis,vniuersis & singulis principibus ac dominis temporalibus, consulibus,potestatibus,& alijs in officijs publicis constitutis,quatenùs extunc ipsorũ statuta & ordinationes,sicut in præiudicium ecclesiasticæ libertatis edicta fuerant,omnia reuocarent & de luce tollerent: quæque secundùm ea non iudicarẽt amplius,nec sententias ferrent,aut eisdem in iudicio vel extra iudiciũ quomodolibet pro & contra ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronunciauitq; insuper & eadem decreuit authoritate, quòd quicunq; laicus,cuiuscunque statũs,gradũs aut conditionis existeret, ausu sacrilego & propria temeritatis audacia sacerdotem vel clericũ secularem vel religiosum diffidaret, proscriberet,captiuaret, spoliaret, occideret, mutilaret,aut in carcere detineret,ac huiusmodi maleficia perpetrantes & faciẽtes scienter receptaret, vel eis fauorem præstaret, præter pœnas à sacris canonibus, imperialibus & legalibus sanctionibus in tales promulgatas, eoipso redderetur infamis, ac omni honore priuatus,nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quouis modo. Hortans insuper in Domino & requirens ecclesiasticos prælatos,in illis partibus,in quibus committerentur talia, constitutos, vt legem imperialem huiusmodi per eorum ecclesias & synodos publicarent, nè transgressores huiusmodi per simulatam ignorãtiam suas in hac parte valeãt malitias excusare, prout in edictali lege prædicta plenius cõtinetur. Quia non tantùm in prouincijs & regnis, q̃ Romanum profiteretur imperium, sed ferè modernis temporibus vbiquè in toto Christiano orbe neglectis huiusmodi Lateranẽsis concilij constitutionibus, imperialibus, ac sacris sanctionibus quibuscunq;, ab impiorũ malitia aduersùs ecclesias & clericos nulla reuerentia, nullo Dei timore, nulloq; ani-

animarum interitu pensatis, eorundẽ temerò audacia creuit insolenter. Igitur authoritate Dei omnipotentis prædicta omnia innouat,statuit & cõfirmat,perpetuisq; futuris temporibus ab omnibus Christi fidelibus vbilibèt in omnibus & per omnia,iuxta ipsarum constitutionum tenores,sub bãnis alijsq; pœnis & censuris suprà in eisdẽ compræhensis inuiolabiliter obseruandis.

Cæterùm in eodem Lateranensi concilio statutum & ordinatũ fuit, quòd episcopus siue ordinarius cum cõsensu sui cleri ad releuandas communes vtilitates & necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, absq; vlla coërcitione possit Ecclesiasticas personas compellere ad aliqua subsidia laicis conferẽda,priùs Romano pontifice cõsulto: & hac sumpta occasione,laici in quãpluribus partibus, minis vel terroribus seu aliquibus alijs modis aut coloribus diuersis ducunt, vt tallias,collectas,subsidia, impositiones vel alia quæuis onera,quocunq; vocabulo seu nomine nuncupentur, ecclesijs vel clericis imponãt,aut imponi cõsentiant, vel permittant cum facultate interdùm per ipsosmet laicos aut alios exigendi. Ex quo constitutio Lateranensis, quæ ob pietatem laicorum fuit ordinata,in impietatẽ & graue damnum & iacturam Ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum vertitur. Ideò dicta sancta synodus hoc perpetuò statuit & ordinat,quòd nulla persona secularis cuiuscunq; dignitatis aut statũs & cõditionis existat,etiàm si imperiali, regali vel quacunq; præfulgeat dignitate,sub prætextu cõsensus episcopi,clero tallias,impositiones & onera vel subsidia imponat,exigat vel recipiat,nisi priùs Romano pontifice cõsulto,sub pœnis,bannis,& censuris eisdem.

Idem per omnia,Romano pontifice dictas tallias vel collectas imponente, vel imponi mandante, consensu episcopi vel cleri non accedente. Episcopi verò, qui contra prædictum concilium Lateranense vel hanc cõstitutionem,imponendo vel imponi consentiendo vel exigendo consenserint,eis ingressus Ecclesiæ ipso facto sit tandiù interdictus,donèc læsis ecclesijs & clericis ac ecclesiasticis personis plenariè fecerint satisfactionem. Prælati quoquè qui cõtra sacrorum canonum dispositionem,& contra cõstitutionem Bonifacij octaui, quæ incipit, Vas electionis, visitando, vel charitatiuum subsidium,necnon tallias & collectas imponendo, Ecclesias & Ecclesiasticas personas quocunq; modo grauant,ipso facto ab omni administratione temporalium & spiritualium (etiàm si in pontificali vel alia dignitate existant) sint priuati, alijs quidem pœnis in iure expressis in suo robore permansuris.

Item considerans quòd nonnulli summi pontifices ex captata opportunitate nõnullorum regum,dominorum,comitũ,& aliarum quarumuis personarum temporalium, aut ad ipsorum beneuolentiam captãdam, vel alio spiritu ducti, concesserunt & licentiam dederunt eisdem tallias,collectas,subsidia,impositiones,datias, pedagia, aut alia quęuis onera huiusmodi imponẽdi vel exigendi ab Ecclesijs,clero vel ecclesiasticis personis in eorundẽ dominio vel districtu aut alibi constitutis & commorantibus,aliàs ad tempus,aliàs ad certam summam, sub diuersis modis, formis vel cõditionibus, in confectis literis Apostolicis vel alijs huiusmodi licentiæ cõpræhensis,idcircò omnes & singulas concessiones & licentias huiusmodi, etiàm si de plenitudine potestatis Romanorum pontificum aut Apostolicæ sedis,quouis modo & quibusuis personis sub quibuscunq; verborum tenoribus concessas,reuocat,cassat,annullat & irritat. Dictisq; dominis,comitibus & alijs,vt suprà expressis,mãdat & iubet in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis,bannis & censuris,necnon in triplum restitutionibus suprà expressis, quas incurrent ipso facto, quòd abindè in antea dictis concessionibus,licentijs,aliqua & aliquibus ex ipsis nullo modo per se vel alium aut alios,directè vel indirectè,palàm,publicè vel occultè,imponẽdo vel exigẽdo,quoquo modo vtantur: quinimmò priuilegia, concessiones & scripturas huiusmodi super dictis concessionibus & licentijs confectas, de luce aboleri faciant.

Item eadem authoritate statuit, ordinat, decernit & declarat,quòd regna,prouinciæ, comitatus,dominia,territoria,ciuitates,districtus,terræ,villæ,castra, fortalicia, possessiones,ædificia, grangiæ & quæuis alia bona,res,iura,iurisdictiones,actiones reales & personales,spirituales & temporales, ac patronatus & pertinentię eorundem,& ecclesiarum cathedralium diœceses,quę Romanæ seu patriarchalibus,metropolitanis, cathedralibus,abbatialibus & quibusuis alijs collegiatis secularibus vel regularibꝰ ecclesijs,monasterijs,prioratibus,mensisque cathedralibus & abbatialibus,capitulis,collegijs seu conuentibus,hospitalibus, xenodochijs,& quibusuis alijs pijs locis, alicui vel aliquibꝰ ex ipsis temeritate vel audacia, dolo,vi, vel fraude, quomodocunquè & qualitercunquè per quasuis personas ecclesiasticas vel laicales, capitula, collegia, dominos,comitatus & vniuersitates,etiàm si imperiali, regali, cardinalatu, pontificali vel alia quauis ecclesiastica vel laicali præeminentia & dignitate præfulgerent, à tempore fere. Gregorij vndecimi (cuius quidem Gregorij decessum schisma præsens prohdolor in Dei Ecclesia ortum habuit) quamuis occasione seu colore quæsito fuerint inuasa,occupata,vsurpata,captata seu detenta, huiusmodi ecclesijs,monasterijs, prioratibus, mensisq; cathedralibus &

abbatialibus,capitulis,collegijs,seu conuẽtibus,hoſpitalibus,xenodochijs & pijs locis, videlicet illi & illis, cuius, quorum vel quarum tempus & in tempore inuaſionis, occupationis, vſurpationis, captionis, ſeu detentionis huiuſmodi erant & nunc ſunt, dummodò tempore inuaſionis,occupationis,vſurpationis, ſeu detentionis prędictæ vel priùs, × poſſeſſio, eccleſias, monaſteria, prioratus,menſas cathedrales & abbatiales, capitula,cõuentus,hoſpitalia, xenodochia, & pia loca aut per aliquem vel aliquod ex ipſis,corã aliquo de executoribus ſiue conſeruatoribus,de quibus infrà fit mentio, ꝓ tempore infra tempus quadrimeſtre à die probationis prædictæ cõtinuè currendum, vel ſi fama de dicta poſſeſſione aut ſecuta inuaſione,occupatione, vſurpatione, captione ſeu detentione huiuſmodi erit in diœceſi eccleſiæ, monaſterij, prioratûs, menſarum cathedralium,abbatialiũ,capituli, collegij, cõuentûs,hoſpitalis,xenodochij,vel pij loci huiuſmodi,ſimiliter infra ſimile quadrimeſtre continuandum à die legitimæ citationis,monitionis ſeu requiſitionis perſonaliter factæ,vel ſi poſſeſſoris copia cõmodè haberi, aut benè utè ac legitimè citari nõ poſſit, tunc & eo caſu moneri & requiri valeat per edictum in aliquo loco diœceſis, vel ipſi diœceſi propinquo, vbi inuaſor,occupator,vſurpator,captor ſeu detentor habitare conſueuerat,ad habitãdum vacua & expedita, plenariè, realiter & cum effectu, omi ceſſante excuſatione & exceptione, reſtituantur,reddántur & redintegrentur, ac pacificè dimittantur ſub pœnis,bãnis & cẽſuris, & ſub alijs vt ſuprà, & ſub triplicata reſtitutione,& ſub infamia & occupatione & iuris amiſſione ſuperiùs nominatis: quas negligentes,inobedientes,trãſgreſſores, rebelles & contrà facientes,incurrent ipſo facto,à quibus pœnis & cenſuris & alijs prædictis non poſſint abſolui, nisi priùs factis (vt præfertur)plenis & integris reſtitutionibus. Et nihilominùs ex abundanti cautela ipſa ſancta ſynodus ex certa ſcientia prędicta bona,regna,ciuitates & cætera vt ſuprà, illis quibus erãt(vt præfertur)reſtituit, reddit & redintegrat per præſentes. Et inſupèr liceat prælatis,capitulis,conuentibus, & rectoribus eccleſiarum,monaſteriorum & locorum huiuſmodi,quorum talia regna,bona,& cætera erant, & nunc ſunt, eorumque ſucceſſoribus aut eorum procuratoribus & ſyndicis,authoritate propria, alicuius conſenſu vel licentia minimè requiſita, poſſeſſionem illorum intrare,capere aut detinere liberè & impunè,conſtitutionibus & priuilegijs Apoſtolicis & Imperialibus, & alijs quarumuis perſonarũ,nequaquã obſtantibus. Rursùs,quia cõtractus celebrati,necnon conceſſiones ſuper regnis, prouincijs, ciuitatibus,caſtris,villis,& alijs bonis ſuprà expreſſis viro non purgato,veriſimiliter ad vexationes redimendas facti vel factæ præſumerentur: eapropter ipſa ſancta ſynodus ex certa ſcientia omnes & ſingulas conceſſiones,donationes, venditiones, alienationes,pignorationes, diuiſiões, ſeparationes, dimembrationes, diſtractiones, extenuationes,permutationes,obligationes,declarationes,reuocationes, infeudationes, reinfeudationes,pacta,prouiſiones, promiſſiones, ſententias & alios contractus quoſq;, etiàm ſi iuramentis fuerint conualidatæ & cõualidati,etiàm per viam aut modum cuiuſcunq; contractûs,etiàm in illis contenta, ſub quacunq; verborum conceptione appareant, poſt inuaſiones, occupationes, vſurpationes,captiones vel detentiones regnorum, prouinciarum, ciuitatum, & aliorum alicuius vel aliquorum bonorum huiuſmodi,& ante eorundem bonorum plenariam reſtitutionem, de,in, pro, & aut ſuper eiſdẽ alicui vel aliquibus ex regnis, & alijs bonis huiuſmodi, vel ipſorum aut eorum aliquibus iuribus,iuriſdictionibus,actionibus, & pertinentijs realibus & perſonalibus,atque mixtis, ſpiritualibus & temporalibus quibuſcunq;,quibuſuis dominis,dominijs,comitatibus, vniuerſitatibus,capitulis,collegijs, patriarchalibus, vel alijs eccleſijs quibuſuis,ſiue eorum menſis,aut alijs perſonis quibuſcunq; eccleſiaſticis vel laicalibus,etiàm ſi Imperiali,regali,pontificali,vel alia eccleſiaſtica & temporali prefulgeant dignitate,quauis occaſione,à dicto tempore Gregorij incluſiuè citrà, quomodocunque & qualitercunquè factis & conceſſis,faciẽdis, concedendis per Romanos pontifices motu proprio ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis,cum omnium defectuum ſupplemento,ac de & cum conſenſu & cõſilio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium,ſiue per modum aut viam contractuum quorumcunque,vel aliâs & quauis authoritate, etiàm Apoſtolica,imperiali,regali,legatorum, nunciorum,aut vicariorum ſedis Apoſtolicæ,ſiue ordinariè legata vel delegata, etiàm ſi factum & conceſſum fuerit per illas perſonas,aut de & cum cõſenſu illarũ, ad quas in talibus de iure & de conſuetudine facere, concedere & conſentire pertinuerit, nullas & nullos, nulliusque iuris, efficaciæ, firmitatis,roboris & momenti, atq; viribus euacuatos & euacuatas fuiſſe & eſſe decreuit & declarauit. Et nihilominùs ex abundati cautela,ipſas & ipſos reuocat,caſſat,abolet,irritat & annullat,ac viribus euacuat. ipſaq; regna & prouincias,ciuitates & alia bona cum iuribus & omnibus alijs ſupradictis,tenore præſentium illis, quorum vel quarum (vt præfertur) erant & ſunt, reddit, reſtituit, & redintegrat. Statuens quoquè & præcipiẽs, decernens & declarans,ipſa omnia & ſingula reddenda, reſtituenda & redintegranda, qui-

quibus(vt præfertur)erant & ſunt, vacua & expedita plenariè,realiter & cũ effectu, omi ceſſante excuſatione, infra dictum quadrimeſtre,ſub eiſdem pœnis,bannis & cẽſuris, & alijs quas incurrent ipſo facto, & à quib⁹ non poſſint abſolui,nisi vt ſuprà cõtinetur, alijs tamen iuris remedijs pro prædictis executioni demandandis in ſuo robore permanſuris. Et nihilominùs liceat prælatis & alijs,quorum talia bona(vt præfertur)erant & ſunt,poſſeſſiones intrare & cætera, vt ſuprà continetur.

Item dicta ſancta ſynodus eadem authoritate ex certa ſcientia decernit & declarat, omnes & ſingulas conceſſiones,donatiões, obligationes, venditiones,extenuationes, pignorationes, diuiſiones, ſeparationes, dimembrationes, diſtractiones, permutationes,obligationes,declarationes,reuocationes,infeudationes,reinfeudationes, ac cenſuum,fructuum,ſeu reſponſionum aliarum quocunq; nomine ſeu vocabulo nuncupentur,extenuationẽ,extinctionem,pacta,promiſſiones, prouiſiones, ſententias, & alios contractus quoſcunque,etiamſi iuramentis fuerint conualidatæ & cõualidati,etiàm per viam aut modum cuiuſcunq; contractûs,& in illis cõtenta ſub quacunq; verborũ conceptione appareant, quibuſuis patriarchis, primatib⁹,archiepiſcopis, epiſcopis, eorũq; eccleſijs cathedralibus ſiue antiquis, ſiue poſt dictum ſchiſma erectis, aut eorũ menſis,capitulisq;, collegijs, × comitatibus, ſeu vniuerſitatibus & perſonis, etiàm imperialis,regalis,reginalis,pontificalis, cardinalatûs aut cuiuſuis eccleſiaſticæ vel mundanæ fuerint dignitatis,præeminentiæ, ſtatûs vel cõditionis,de,in,pro,aut ſuper regnis, prouincijs, comitatib⁹, dominijs,territorijs,ciuitatibus,diſtrictib⁹,terris,villis,caſtris,fortalicijs,poſſeſſionibus,ædificijs,grangijs,& quibuſuis alijs bonis, rebus ac pertinentijs ſuis, iuribusq;, iuriſdictionibus & actionibus realibus & perſonalibus atq; mixtis,cathedraliumque eccleſiarum diœceſibus, ac patronatuum iuribus,& quibuſuis alijs tam ſpiritualibus quàm temporalibus ſinè aliquo vel aliquibus prædictorum ad Romanam, patriarchales, metropolitanas, cathedrales,abbatiales,& quaſuis alias collegiatas & non collegiatas,regulares & ſeculares eccleſias,monaſteria, prioratus, menſasque ipſarum eccleſiarum, capitula ſeu cõuentus eorum,aliquos vel aliquas ex ipſis factas & factos,præter vel contra diſpoſitionem iuris ſcripti,à dicto tempore Vrbani papæ ſexti incluſiuè citrà, quomodocũquè & qualitercunquè,vſque in præſentem diem, ſub quibuſuis titulis, iuribus, actionibus, cauſis,modis,conditionibus,vijs ſiue formis,& quauis occaſione etiàm motu proprio, ex certa ſciẽtia & de plenitudine poteſtatis, ac cum ſuppletione omium defectuum, etiàm de & cum conſilio & conſenſu ſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinaliũ, ſiue per viam aut modum contractuum quorumcunque, vel aliâs & authoritate quacũq;, etiàm Apoſtolica,imperiali,regali,reginali,legatorũ,nunciorum, aut vicariorum ſedis Apoſtolicæ, ſiue ordinaria,delegata vel ſubdelegata, vel quacunq; alia, etiàm ſi factum & conceſſum fuerit per illas perſonas, aut de & cum conſenſu illarum, ad quas in talibus de iure & conſuetudine facere,concedere, & cõſentire pertinuerit,fuiſſe & eſſe ipſo iure nullos & nullas,ac nullius efficacię,roboris & momenti,viribusq; euacuatos & euacuatas, & perindè cenſeri & haberi,ſub & cum modificationibus infrà ſcriptis,àc ſi facti & factæ non fuiſſent. Conceſſionesq;, donationes & cętera huiuſmodi,& alias quaſuis,quę cũ detrimento vel leſione Eccleſiarum,monaſteriorum,menſarum,capitulorum,cõuentuum,locorum ſeu perſonarum alicuius vel aliquarum huiuſmodi factę à dicto tempore Vrbani papæ ſexti citrà,ex certa ſcientia, & authoritate prædicta hac edictali conſtitutione,ſub & cum ſuprà & infrà dictis modificationibus reuocat, caſſat, irritat & annullat. Et nihilominùs ad abundantiorem cautelam, tollit & penitùs viribus euacuat, dictaq; regna,loca,territoria,diſtrictus,iura,iuriſdictiones &c.ac bona huiuſmodi ad ius & proprietatem Eccleſiarum, monaſteriorum,locorum,menſarum, capitulorum, conuentuum,& perſonarum huiuſmodi,ad quæ ſeu quas ſpectabant & nunc ſpectant & pertinent,ſub & cum ſuprà & infrà ſcriptis modificationibus reſtituit, reddit & reincorporat penitùs per præſentes, quorum omnium poſſeſſionem vacuam,liberam,expeditam nihilominùs illi qui talia bona tenuerint & tunc tenebant, debeant ac etiàm teneantur infra dictum quadrimeſtre à die probationis vel citationis, monitionis ſeu requiſitionis vt ſuprà fiendę, liberè, totaliter & cum effectu vacua & expedita relaxâſſe,& dimiſiſſe eccleſijs,menſis, monaſterijs, hoſpitalib⁹,locis,& alijs perſonis huiuſmodi,ad quas ante conceſſiones prędictas ſpectabant & pertinebant, & nunc ſpectant & pertinent,ſeu ſpectare & pertinere poſſunt, ſub pœnis,bannis & cenſuris, & alijs vt ſuprà,quas incurrẽt ipſo facto,& à quibus abſolui non poſſint,nisi priùs ſatisfecerint & reſtituerint,vt ſuprà cõtinetur. Et nihilominùs liceat prælatis,capitulis,conuentibus ac rectoribus Eccleſiarum, monaſteriorum & aliorum locorum huiuſmodi,quorum talia bona fuerunt,& nunc ſunt,eorumq; ſucceſſoribus & ſyndicis authoritate propria,alicuius cõſenſu vel licẽtia minimè requiſitis, cautione tamẽ priùs præſtita,vt inferiùs denotatur,poſſeſſionem illorũ intrare,capere & recipere liberè & impunè, nõ obſtãtibus cõſtitutionibus,priuilegijs ſedis Apoſtolicę

eius authoritate conceſſis, factis, concedendis & faciẽdis, ac impetrationibus ſub quacunq; verborum expreſſione & tenoribus conceſſis, & etiàm ſi de ipſorum tenoribus expediret facere mentionem ſpecialem de verbo ad verbum, in totum vel in partem, quorum & quarum omniũ ipſa ſancta ſynodus hîc ꝓ expreſſis, lectis & inſertis haberi vult & decernit, necnõ ꝓſcriptionibus, conſuetudinib⁹ & alijs cõtrarijs & repugnãtib⁹, aut quouis modo huic cõſtitutioni deceterò nequaq; obſtantibus quibuſcunque.

Prædicta quoquè, quæ de declarationibus ac reuocationib⁹ huiuſmodi dicta ſunt, non vendicent ſibi locum in infeudationibus, reinfeudationibus, conceſſionibus & locatiõibus quibuſuis perpetuis, ſolitis ante dictum tempus domini Gregorij papæ vndecimi fieri & dari in feudum, reuiſendũ vicariatũ, aut emphyteoſim, & regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, villis, locis, territorijs, diſtrictibus, & alijs bonis ſeu iuribus huiuſmodi, aliquo vel aliquibus eorundem, dummodò vtilẽ dominium eorũdem per pacificam ⁎tenuatã corporalis poſſeſſionis ante huiuſmodi infeudationem, reinfeudationem, conceſſionem, non fuerit cum directo dominio incorporatum & ſolidatum, ac etiàm quòd canon & cenſus antiquitùs ante tẽpus domini Gregorij papæ vndecimi pro illis præſtari & dari ſoliti, cõſueti ſeu admiſſi, ſi qui præſtabantur, debitè perſoluẽtur: nec etiàm locum habeant in venditionibus bonorum, quorum iuſta precia apparebunt & probabuntur, conuentuum & locorum huiuſmodi, quorum (vt præfertur) erant duntaxàt, verſa eſſe in permutationibus factis, verſis in euidẽtem vtilitatem Eccleſiarum, monaſteriorum & aliorũ huiuſmodi: nec locum ſibi vendicent in cõceſſionibus per Romanos põtifices pro dotatione in totũ vel in partem, ac pro alia quauis ſubuentione aliquarum eccleſiarum cathedralium & aliarum indigentium quarũcunque ciuitatum factis de aliquibus Eccleſijs inferioribus & bonis earum, dummodò huiuſmodi ciuitates ab antiquo & ante dictum ſchiſma habuerint famam, titulum & nomen ciuitatis, & dummodò etiàm huiuſmodi conceſſa non fuerint alicuius Eccleſiæ cathedralis, ſed ab abbatialibus inferiorum Eccleſiarum: nec etiàm ſibi ſortientur effectum in venditionibus & alijs alienationibus bonorum hoſpitaliũ, xenodochiorum & aliorum piorum locorum quorumlibet, quæ hoſpitalia, xenodochia, & pia loca, vt ſunt, Ad ſancta ſanctorum, Sanctiſpiritûs in ſaxia de vrbe, beatæ Mariæ noua de Florentia, de ſcala, de ſeminis, ac de miſericordia, de paradiſo, & ſimilia pro ſuſtẽtatione pauperum & hoſpitalitate conſeruãda conſueuerunt ab antiquo bona eorum vendere, aut taliter alienare, locare aut vſum fructum cõcedere, ſecũdùm eorum ſtatuta ſeu laudabiles & antiquas conſuetudines pacificè hactenùs obſeruatas, priuilegijs etiàm antiquitùs à Romanis pontificibus quibuſuis religioſorũ ordinibus bonorum & rerũ huiuſmodi indultis, ac etiàm ſuis conſuetudinibus in talibus ab antiquo obſeruatis, in ſuo robore permanſuris: nec etiàm in vicariatibus, gubernatibus & miniſtrationibus, ſeu locationibus aut feudis prouinciarum, terrarum, caſtrorum, locorum, ſeu bonorũ huiuſmodi ad tempus nouem annorũ, vel abindè infra duntaxàt duraturis, prędictis tamen modificationibus nõ ſe ad prędicta inuaſa, occupata, vſurpata, capta ſeu (vt præfertur) detenta, aliqualiter extendentibus. Cęterùm decreuit prefata ſancta ſynod⁹ eadem authoritate, quòd quicũq; ex iuſtis & rationabilib⁹ cauſis probauerit legitimè ſe de aut ſuper regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, locis, vel bonis huiuſmodi, vel eorum aliquo, pro precijs perſolutis, vel ex cauſa depoſiti ſiue mutui, aut aliàs ex iuſtis cauſis recipere debere à Romana ſeu alijs eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, hoſpitalibus vel locis ipſis ſeu eorum aliquo, aut ex prælatis ſeu rectoribus eorũdem, occaſione duntaxàt Eccleſiarum, hoſpitalium ſeu locorum prefatorum, ad quæ ipſa bona pertinuiſſent vel pertinerent, aliquas florenorũ ſeu pecuniarum ſummas aut res alias, ac illas verſas eſſe in vtilitatem euidentem Eccleſiarum ſeu monaſteriorum aut locorum huiuſmodi, quòd facta coram loci ordinario deductione aut defalcatione fructuum aut prouentuum perceptorum arbitrio dicti ordinarij loci, ſiue rerum & bonorum de quibus ageretur, ſuper quo ipſius ordinarij cõſcientiam onerauerit & onerat, non obſtantibus quibuſcunq; conuentionibus ſeu pactis initis vel adiectis, etiàm authoritate Apoſtolica vel alia quomodolibèt roboratis, ac iuramento vallatis, maximè quo ad probandum precia, res vel pecunias, verſa eſſe in euidentem vtilitatem, vel quorum talia bona fuiſſent, ſeu vt fructus in ſortem cõputare quis minimè teneretur, aut quod faceret fructus ſuos, ſeu alijs contrarijs & aliter diſponẽtibus quouis modo Eccleſia ſeu monaſterium, hoſpitale vel locus huiuſmodi reſiduum quod declaratur ad reſtituendũ illi qui ſoluiſſet, aut eius hęredibus, ſeu ius vel cauſam aut titulum ſuum habẽtibus, infra annũ à die talis declarationis continuè computandum, vel ad huiuſmodi bona obligata vſq; ad ſatisfactionem, vt infrà declaratur, ipſis creditoribus reſtituẽdum, pro dicto reſiduo declarato, eo ipſo prælat⁹, capitulum, cõuentus ac rectores talis Eccleſiæ, monaſterij, hoſpitalis vel loci, cuius vel quorum (vt præfertur) ipſa bona erant, ſub pœna excommunicationis ſint adſtricti. Et nihilominùs pro ſecuritate creditorum ſuper

per ſatisfactione huiuſmodi, nullus ex prælatis & alijs ſupradictis poſſit aut debeat per ſe aut per alium, poſſeſſionem talium bonorum intrare, capere vel retinere, nisì idonea cautione priùs per ipſos præſtita coram loci ordinario, ipſius vel ipſorum creditorum, & huiuſmodi ordinario recuſante, coram loci ordinario debitoris de eo quod ab eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, vel locis alijs ſeu perſonis ſupradictis ratione declarationis huiuſmodi tenerentur habere creditores ipſi infra dictum annum perſoluendo, bona quoquè talibus vendita, pignorata ſeu aliter obligata, alienata, vel vt ſuprà conceſſa, illis vſque ad ſatisfactionem ſpecialiter obligata remaneãt & exiſtant. Si autem infra dictum annum ſatisfactio quantitatis declaratæ facta non fuerit, vt præmittitur, præuijs tribus proteſtationibus, diuerſis diebus per creditores ſeu eorum procuratores factis, præfatis capitulis, conuentibus aut rectoribus huiuſmodi ſuper dicta ſatisfactione ſaltem infra menſem à die primæ proteſtationis facienda: tunc lapſo dicto menſe liceat huiuſmodi creditoribus, aut hæredibus, ius vel cauſam ſeu titulũ habẽtibus ab illis, per ſe vel ꝓcuratores ſuos authoritate ꝓpria poſſeſſionem bonorum huiuſmodi intrare, capere, ac illa tenere & poſſidere, fructuſque & emolumenta ex illis percipere. Deducendo tamen de ſorte ipſius debiti, quouſque eiſdem fuerit de quantitate huiuſmodi debiti, vt præfertur, declarata integraliter ſatisfactum, ità tamen prouiſo circa præmiſſa & quodlibet prædictorum, quòd pro debito Romanæ vel alterius cathedralis, vel inferioris Eccleſiæ, hoſpitalis aut pij loci, prælatus, rector, ſiue alia perſona huiuſmodi, nisì ſolitum pro ſua Eccleſia, hoſpitali, & pro loco in cuius euidentem vtilitatem duntaxàt probabiliter, vt præfertur, precium & valorem verſum eſſe fideiubere, vel aliâs cautionem de debitis declaratis, vel aliâs minimè præſtare teneatur: nec huiuſmodi bona pro alijs debitis quoquo modo remaneant obligata, nec etiàm de ipſis reſtitutio & redintegratio, vt ſuprà eſt declaratum, quouſ modo valeat nec debeat retardari. Cæterùm quia lex ſalubris præteritis intẽdit & futuris caſibus prouidere, decernit ipſa ſancta ſynodus eadem authoritate, quòd decæterò præmiſſis & infraſcriptis nulla feudatio, locatio, donatio, venditio, permutatio, pignoratio, obligatio, ſiue quæuis alienatio aut declaratio, de aut ſuper regnis, prouincijs, ciuitatibus, terris, caſtris, locis, iuribus, ac iuriſdictionibus, ſeu bonis prædictis, aut aliquo eorundem authoritatibus huiuſmodi, ſeu earum aliqua vel aliâs ſinè expreſſa deliberatione cõcilij generalis, vel ſaltem prouincialis, cum euidenti tamen vtilitate Eccleſiæ & pij loci huiuſmodi fieri poſſit, vel debeat quouis colore q̃ſito, ſeu iam facta cõfirmari, extẽdi vel prorogari, aut de nouo concedi quouis modo. Saluo, quòd locationes vſque ad prædictum tempus nouem annorum, vel abindè infra, & non vltra, tam Apoſtolica quàm ordinaria authoritate valeant celebrari, cum dicta præſtatione tamẽ cenſûs ſoliti ſiue rationabilis: Ità tamen, quòd fiant cum euidenti vtilitate huiuſmodi tam per Romanum pontificem, quàm per prælatos & rectores ſecundùm iuris ſcripti formam, etiàm infeudationes, emphyteoticæq; conceſſiones, occupationes, & reuocationes de bonis feudalibus ac emphyteoticis ante dictum tempus Gregorij vndecimi infeudari ſolitis, ad eccleſias, monaſteria, hoſpitalia, vel pia loca huiuſmodi quomodolibèt deuolutis & deuoluendis in poſterum, cum modificationibus infraſcriptis pro cenſu & canone ſolitis, aut adauctis ante præfatum tempus Gregorij vndecimi, & non de alijs, aut aliter vllo modo poſſint etiàm fieri conceſſiones vicariatuum, gubernationum & adminiſtratiõum, regnorum, prouinciarũ, ciuitatum, terrarum, caſtrorum, locorum præfatæ Eccleſiæ Romanæ, quæ ante huiuſmodi tempus concedi in vicariatum ſeu adminiſtrationem per Romanam Eccleſiam conſueuerunt per Romanos pontifices ad tempora nouem annorum, & abindè infra, & non vltra, cum reſponſionibus, canonibus & cenſibus conſuetis, melioratis ſeu adauctis ante tempus præfatum, hoc addito, declarato, ac reſeruato, quòd vicarijs non ſoluentibus eidem Romanæ Eccleſiæ cenſum ac canonem debitum in terminis appoſitis, vel ſaltem infra menſem poſt lapſum terminum, eo ipſo abſque aliqua declaratione ad cenſum & canonem duplicatos perſoluendos præfatæ Romanæ Eccleſiæ teneantur ac adſtricti ſint. Et ſi primum & duplicatum cenſum ſeu canonem prædictos infra alium menſem ſequentem non ſoluerint, ipſo facto ſententias, banna, & pœnas huiuſmodi incurrent. Si autem infra ſemeſtre à lapſu primi termini præfati ſolutionem huiuſmodi non fecerint de cenſu & canone, vt præfertur, ipſo iure cadant ab omni poſſeſſione vicariatûs, gubernationis & adminiſtrationis huiuſmodi, & conceſſa ad liberam ordinationem Romani pontificis & Romanæ Eccleſiæ præfatę deuoluãtur, & deuoluta ipſo facto intelligantur eſſe, & ſint cum omni rerũ integritate & cauſa. Et illud idem intelligaſ ſeruari, & fiat in & de vicarijs, gubernationibus & adminiſtrationibus prouinciarum, ciuitatum, terrarũ, caſtrorũ & locorum

rum aliorum quorũuis, ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, & locorũ aliorum prædictorum. & cuiuslibet eorundem. Præmissa quòquè extendantur ad solutionem feudorũ, bonorum emphyteoticorum, & aliorum locatorũ responsiones quouis titulo, tam ad Romanã quàm ad alias Ecclesias, monasteria & loca alia suprascripta, cómuniter vel diuisìm, prout de censibus & canonibus vicariatuũ prædictorum superiùs continetur. Districtiùs nihilominùs inhibẽs, nè qua prorogatio seu noua concessio vicariatuum, gubernationum seu administrationum huiusmodi de regnis, prouincijs, ciuitatib⁹, terris, castris, & locis dictæ Romanæ Ecclesiæ, fieri possit aut debeat, nisì de consilio & assensu Romanorum pontificum & dominorum collegij sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, eorum scrutatis votis, vel saltem per duas partes dicti collegij in concordia, & non nisì pro euidenti causa, statu & honore Ecclesiæ præfatæ: Ità tamen, quòd debeant ipsi cardinales in literis Apostolicis, vel contractibus desuper factis, vnà cum Romano pontifice proprijs manibus se subscribere, ad instar antiquorum priuilegiorum Apostolicorum in perpetuum. Et si aliter, secùs, seu alio modo in pmissis & infrascriptis omnibus, & contentis in præsenti capitulo, vel circa ea facta, seu declarata etiàm motu, prio, & de Cardinalium consilio seu consensu, seu aliâs & Apostolica vel quauis alia authoritate, non teneant ipso iure, & nullum ius contrahentibus vel recipientibus aliter acquiratur. Et nihilominùs vicarij ipsi, gubernatores, & administratores, & alij recipientes, quouis nomine nuncupentur, vel titulo, vel modo, etiàm si spontè concederentur, vel aliâs contrarium facientes, ipsos processus, banna, sententias & pœnas ipso facto se nouerint incurrisse: cõcessionibus, constitutionibus, priuilegijs Apostolicis, ac alijs quarumcunque personarum, necnon consuetudinibus & alijs quibusuis in contrarium facientibus, nequaquàm obstantibus. Hoc sanè intellecto, quòd modificationes ipsæ suprascriptæ, & ipsarum aliqua alijs qui tenent & tenuerũt regna, prouincias, ciuitates, terras, castra siue alia bona, vt in alio infrascripto capitulo continetur, scilicet inuasa, occupata, capta seu (vt præfertur) detenta, non valeant in aliquo suffragari: quinimmò ad plenariè restituendum, reddendum, & ad alia faciendum (vt in eodem capitulo continetur) protinùs sint adstricti.

EX EODEM CONCILIO Constantiensi, quandò soluenda sit, siue deneganda decima.

CVM paterna pietas filijs hominum prouidere debeat, licèt in casu necessitatis vrgentis valeat vicissitudo laudabilis, declarat sancta synodus non licere Romano Pontifici indictiones siue exactiones quascunque super Ecclesiam vel ecclesiasticas personas imponere per modum decimæ vel alio quouis modo. Si verò cùm necessitas acciderit Papæ, qua esset eidem debitè subueniendum, vocato gñali concilio, secundùm quod expediens videbitur & vtile, secundùm decretum Concilij prouideatur eidem.

FINIS TOMI III.